BIBLIA

Sacrosancta Testamenti Veteris & N

ui, iuxta vulgatam quam dicunt æditionem, à men

QVIBVS INNVMERIS SCATEBAT, AD PRISCORVM PR

batißimorumq; exemplariorum normam, ſumma cura pariq; fide repurgata ac reſtituta.

INTERPRETATIO nominum Hebraicorum.

INDEX Epiſtolarum & Euangeliorum totius anni.

INDEX præterea rerum & ſententiarum quæ in iiſdem Biblijs continentur.

HIS acceſſerunt rerum præcipuarum Icones ſumma arte & fide expreſſi.
Singula quoque capita perbreuibus Argumentis, neque locorum
Scripturarum concordantijs, labo[illegible]reſti-
mandis illuſtrauimus.



Lugduni apud Iacobum

Correcta juxta exemplar in Monasterio Sancti Pauli Burgensis. 6. Februarij anno Domini 1559. = Fr. Pedro Ruiz = Por mandado de su muy Reverenda Paternidad. Dr. Lope de Allende. Notario. Asi estaba Original. Diez

Præfatio ſancti Hieronymi presbyteri in Pentateuchum Moyſi.

Comprola D. Bartholome Bzeuques, Capellan, Beneficiado en la V. Vizapalcampo

DESYDERII mei deſyderatas accepi epiſtolas, qui quodam præſagio futurorum, cum Daniele ſortitus eſt nomen: obſecrantis, vt translatum in Latinam linguam de Hebræo ſermone Pentateuchum, noſtrorum auribus traderem. Periculoſum opus certè, & obtrectatorum meorum latratibus patens: qui me aſſerunt in ſeptuaginta interpretum ſugillationem noua pro veteribus cudere, ita ingenium quaſi uinum probantes: cum ego ſæpiſſimè teſtatus ſim me pro virili portione in tabernaculo Dei offerre quæ poſsim, nec opes alterius aliorum paupertate fœdari. Quod vt auderem, Origenis me ſtudium prouocauit, qui editioni antiquæ translationem Theodotionis miſcuit, aſteriſco & obelo omne opus diſtinguens: dum aut illuſcere facit quæ minus ante fuerant: aut ſuperflua quæque iugulat & confodit, maximè quæ Euangeliſtarum & Apoſtolorum authoritas promulgauit. In quibus multa de veteri teſtamento legimus, quæ in noſtris codicibus non habentur: vt eſt illud, Ex Aegypto vocaui filium meum: &, Quoniam Nazaræus uocabitur: &, Videbunt in quem compunxerunt: &, Flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ: &, Quę nec oculus vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis aſcenderunt, quæ præparauit Deus diligentibus ſe: & multa alia quę proprium ſyntagma deſyderant. Interrogemus ergo eos vbi hæc ſcripta ſint: & cum dicere non potuerint, de libris Hebraicis proferamus. Primum teſtimonium eſt in Oſee, Secundum in Eſaia. Tertium in Zacharia, Quartum in Prouerbijs, Quintum ęque in Eſaia. Quod multi ignorantes, apocryphorum deliramenta ſectantur: & Hiberas nænias libris authenticis præferunt. Cauſas erroris non eſt meum exponere. Iudæi prudenti factum dicunt eſſe conſilio: ne Ptolemæus vnius Dei cultor etiam apud Hebræos, duplicem diuinitatem deprehenderet. Quod maximè idcirco faciebant, quia in Platonis dogma cadere videbatur. Deniq; vbicunq; ſacratum aliquid ſcriptura teſtatur de patre & filio & ſpiritu ſancto, aut aliter interpretati ſunt, aut omnino tacuerunt: ut & regi ſatisfacerent, & arcanum fidei nõ vulgarent. Et neſcio quis primus author ſeptuaginta cellulas Alexandriæ mendacio ſuo extruxerit: quibus diuiſi eadem ſcriptitarint: cum Ariſtæus eiuſdem Ptolemæi παραφωνίαν & multo poſt tempore Ioſephus nihil tale retulerint: ſed in vna baſilica cõgregatos, contuliſſe ſcribant, non prophetaſſe. Aliud enim eſſe uatem: aliud eſt eſſe interpretem. Ibi ſpiritus uentura prædicit: hic eruditio & verborum copia ea quæ intelligit, transfert. Niſi fortè putandus eſt Tullius Oeconomicũ Xenophontis, & Platonis Protagoram, & Demoſthenis pro Cteſiphõte, afflatus rhetorico ſpiritu tranſtuliſſe. Aut aliter de eiſdem libris per ſeptuaginta interpretes, aliter per Apoſtolos Spiritus ſanctus teſtimonia texuit: vt quod illi tacuerunt, hi ſcriptum eſſe mentiti ſint. Quid igitur? Damnamus ueteres? Minime. Sed poſt priorum ſtudia, in domo Domini quod poſſumus laboramus. Illi intepretati ſunt ante aduentum Chriſti, & quod neſciebant, dubijs protulere ſententijs: nos verò poſt paſsionem & reſurrectionem eius, non tam prophetiam quàm hiſtoriam ſcribimus. Aliter enim audita: aliter uiſa narrantur. Quod melius intelligimus, melius & proferimus. Audi igitur æmule, obtrectator auſculta: non damno, nõ reprehendo Septuaginta: ſed confidenter cunctis illis Apoſtolos præfero. Per iſtorum os mihi Chriſtus ſonat, quos ante prophetas inter ſpiritualia charismata poſitos lego: in quibus vltimum penè gradum interpretes tenent. Quid liuore torqueris? Quid imperitorum animos contra me concitas? Sicubi in translatione tibi videor errare: interroga Hebræos, diuerſarum vrbium magiſtros conſule. Quod illi habent de Chriſto, tui codices nõ habent. Aliud eſt ſi cõtra ſe poſtea ab Apoſtolis vſurpata teſtimonia prohauerunt: & emendatiora ſunt exẽplaria Latina quàm Græca, & Græca quàm Hebraica. Verum hæc contra inuidos. Nunc te deprecor Deſyderi chariſsime, vt quia me tantum opus ſubire feciſti, & à Geneſi exordiũ capere, orationibus iuues: qui poſsim eodem ſpiritu, quo ſcripti ſunt libri, in Latinum eos transferre ſermonem.

Y se la doné a D.n Franco Coron año de 1817. en Grajal =

Liber Geneſis, Hebraicè Bereſith.

Hic Liber apud Hebræos Bereſith vocatur, hãc habentes conſuetudinẽ, vt voluminibus ex principijs eorũ nomina imponant. Hieron.



S. DEVS ex informi omnium creatæ materiæ creaturarum ſpecies diſtinguit, diſtinctaſq; ornat, ad quarum uſum hominem creat, cunctaq; illi creatæ ſubijcit.

CAPVT I.

A IN PRINCIPIO creauit Deus cœlum & terram. Terra autẽ erat inanis & vacua, & tenebræ erant ſuper faciem abyſsi: & ſpiritus Dei ferebatur ſuper aquas. Dixitq; Deus. Fiat lux. Et facta eſt lux. Et vidit Deus lucem quòd eſſet bona: & diuiſit lucem à tenebris. appellauitq; lucẽ diẽ, & tenebras noctẽ: factumq; eſt veſpere & mane dies vnus. Dixit quoq; Deus, Fiat firmamentũ in medio aquarũ: & diuidat aquas ab aquis. Et fecit Deus firmamentũ, diuiſitq; aquas quæ erãt ſub firmamẽto, ab his quæ erãt ſuper firmamentũ. Et factum eſt ita. Vocauitq; Deus firmamentũ, cœlum: & factũ eſt veſpere & mane dies ſecũdus. Dixit verò Deus, Cõgregentur aquæ quæ ſub cœlo ſunt, in locũ vnum: & appareat arida. Et factum eſt ita. Et vocauit Deus aridam, terram: cõgregationesq; aquarum appellauit maria. Et vidit Deus quòd eſſet bonũ, & ait, Germinet terra herbam virentem & faciẽtem ſemen, & lignum pomiferum faciens fructũ iuxta genus ſuum, cuius ſemen in ſemetipſo ſit ſuper terram. B Et factum eſt ita. Et protulit terra herbam virẽtem, & facientem ſemen iuxta genus ſuum, lignumq; faciens fructũ, & habens vnũquodq; ſementem ſecundũ ſpeciem ſuam. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et factum eſt veſpere & mane dies tertius. Dixit autem Deus, Fiant luminaria in firmamento cœli, & diuidant diem ac noctem: & ſint in ſigna & tempora & dies & annos: vt luceant in firmamento cœli, & illuminent terram. Et factũ eſt ita. Fecitq; Deus duo luminaria magna, luminare maius vt præeſſet diei, & luminare minus, vt præeſſet nocti: & ſtellas, & poſuit eas Deus in firmamento cœli, vt lucerent ſuper terram, & præeſſent diei ac nocti, & diuiderent lucem ac tenebras. Et vidit Deus quòd eſſet bonum. Et factum eſt veſpere & mane dies quartus. Dixit etiam Deus, Producant aquæ reptile animæ viuẽtis, & volatile ſuper terram ſub firmamento cœli. C Creauitq; Deus cete grandia, & omnem animam viuentem atq; motabilem, quam produxerant aquæ in ſpecies ſuas, & omne volatile ſecundum genus ſuum. Et vidit Deus quòd eſſet bonũ, benedixitq; eis, dicẽs, Creſcite & multiplicamini, & replete aquas maris: auesque multiplicentur ſuper terram. Et factum eſt veſpere & mane dies quintus. Dixit quoq; Deus, Producat terra animam viuentem in genere ſuo, iumenta & reptilia & beſtias terræ ſecundum ſpecies ſuas. Factumq; eſt ita. Et fecit Deus beſtias terræ iuxta ſpecies ſuas, & iumenta & omne reptile terræ in genere ſuo. Et vidit Deus quòd eſſet bonum, & ait, Faciamus hominẽ ad imaginem & ſimilitudinem noſtram, & præſit piſcibus maris, & volatilibus cœli, & beſtijs, vniuerſæq; terræ, D omniq; reptili quod mouetur in terra. Et creauit Deus hominem ad imaginem ſuam, ad imaginem Dei creauit illum, maſculum & fœminã creauit eos. Benedixitq; illis Deus, & ait, Creſcite, & multiplicamini, & replete terrã, & ſubijcite eam, & dominamini piſcibus maris, & volatilibus cœli, & vniuerſis animantibus quæ mouentur ſuper terram. Dixitq; Deus, Ecce dedi vobis omnem herbã afferentem ſemen ſuper terram, & vniuerſa ligna quæ habent in ſemetipſis ſementẽ generis ſui, vt ſint vobis in eſcam, & cunctis animãtibus terræ, omniq; volucri cœli, & vniuerſis quæ mouentur in terra, & in quibus eſt anima viuens, vt habeant ad veſcendum. Et factum eſt ita. Viditq; Deus cuncta quæ fecerat: & erant valde bona. Et factum eſt veſpere & mane dies ſextus.

Hebr.11 a
Pſal.135 a
Hiere.10 b
Pſal.135 b
88 b
Pſal.135 b
Matt.19 a
Mar.10 a
Sapien.2 d
10 a
Eccle.17 a
Tob.8 b
Infra 8 c
9 a
Eccle.39 c
Marc.7 d

S. DEVS completo in ſex diebus opificio ſeptimum benedictione ac ſanctificatione dignatus, hominem in paradiſum uarijs arboribus & fluminibus inſignitum tranſtulit, cui Heuam ex ſe formatam coniunxit.

CAPVT II.

A IGitur perfecti ſunt cœli & terra, & omnis ornatus eorum. Compleuitq; Deus die ſeptimo opus ſuum quod fecerat: & requieuit die ſeptimo ab vniuerſo opere quod patrarat. Et benedixit diei ſeptimo, & ſanctificauit illũ: quia in ipſo ceſſauerat ab omni opere ſuo, quod creauit Deus vt faceret. Iſtæ ſunt generationes cœli & terræ, quãdo creatæ ſunt, in die quo fecit Dominus Deus cœlũ & terrã, & omne virgultum agri antequã oriretur in terra, omnemq; herbam regionis priuſquam germinaret: non enim pluerat Dominus Deus ſuper terram, & homo non erat qui operaretur terram: B ſed fons aſcendebat è terra, irrigans vniuerſam ſuperficiẽ terræ. Formauit igitur dominus Deus hominem de limo terræ, & inſpirauit in faciẽ eius ſpiraculum vitæ, & factus eſt homo in animam viuentem. Plantauerat autem dominus Deus paradiſum voluptatis à principio: in quo poſuit hominẽ quem formauerat. Produxitque dominus Deus de humo omne lignum pulchrum viſu, & ad veſcendum ſuaue: lignum etiam vitæ in medio paradiſi, lignumq; ſciẽtiæ boni & mali. Et fluuius egrediebatur de loco voluptatis ad irrigandum paradiſum, qui inde diuiditur in quatuor capita. nomẽ vni Phiſon: C ipſe eſt qui circumit omnem terrã Heuilath, vbi naſcitur aurum, & aurũ terræ illius optimũ eſt, ibiq; inuenitur bdellium, & lapis onychinus. Et nomẽ fluuij ſecũdi Geon: ipſe eſt qui circumit omnem terram Aethiopiæ. Nomen verò fluminis tertij, Tigris: ipſe vadit contra Aſſyrios. Fluuius autem quartus, ipſe eſt Euphrates. Tulit ergo dominus Deus hominẽ, & poſuit eum in paradiſum voluptatis, vt operaretur & cuſtodiret illum. præcepitq; ei, dicens, Ex omni ligno paradiſi comede: de ligno autem ſcientiæ boni & mali ne comedas. In quocunq; enim die comederis ex eo, morte moriẽris. Dixit quoq; Dominus Deus, Non eſt bonum hominẽ eſſe ſolum: faciamus ei adiutorium ſimile ſui. Formatis igitur Dominus Deus de humo cunctis animãtibus terræ & vniuerſis volati- D libus cœli, adduxit ea ad Adam, vt videret quid vocaret ea. omne enim quod vocauit Adam animæ viuentis, ipſum eſt nomen eius. Appellauitq; Adam nominibus ſuis cuncta animãtia, & vniuerſa volatilia cœli, & omnes beſtias terræ: Adæ verò non inueniebatur adiutor ſimilis eius. Immiſit ergo dominus Deus ſoporem in Adam: cumq; obdormiſſet, tulit vnam de coſtis eius, & repleuit carnem pro ea. Et ædificauit

Exod.20 b
Hebr.4 b
1.Cor.15 f
Eccle.24 o
Deus homini interdicit ligno vitæ.
Adam cunctis imponit nomina.

Institutio sancti Matrimonij.

dominus Deus costam, quam tulerat de Adam, in mulierem: & adduxit eam ad Adam. Dixitque Adam, Hoc nunc, os ex ossibus meis, & caro de carne mea: hæc vocabitur virago, quoniam de viro sumpta est. Quam ob rem relinquet homo patrem suum & matrem, & adhærebit vxori suæ: & erũt duo in carne vna. Erat autem vterq; nudus, Adam scilicet & vxor eius: & non erubescebant.

1. Cor. 11 b
Mat. 19 a
Mar. 10 a
Ephe. 5 g
1. Cor. 6 d



S. SERPENTIS astu seducti parentes dum Dei præcepta contemnunt è paradiso pelluntur, pœnaq; posteritati eorum indicitur, illisq; paradisus perpetuò obseratur.

CAPVT III.

A SEd & serpens erat callidior cunctis animantibus terræ, quæ fecerat dominus Deus. Qui dixit ad mulierẽ, Cur præcepit vobis Deus vt non comederetis ex omni ligno paradisi? Cui respõdit mulier, De fructu lignorum quæ sunt in paradiso, vescimur: de fructu verò ligni quod est in medio paradisi, præcepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne fortè moriamur. Dixit autẽ serpens ad mulierẽ, Nequaquã morte moriemini. scit enim Deus quòd in quocũq; die comederitis ex
2. Cor. 11 a
B eo, aperiẽtur oculi vestri: & eritis sicut dij scientes bonum & malũ. Vidit igitur mulier quòd bonum esset lignũ ad vescendum, & pulchrũ oculis, aspectuq; delectabile: & tulit de fructu illius, & comẽdit: deditq; viro suo, qui comẽdit. Et aperti sunt oculi amborũ: cumq; cognouissent se esse nudos, consuerũt folia ficus, & fecerũt sibi perizomata. Et cum audissent vocem Domini Dei deambulantis in paradiso ad auram post meridiẽ, abscondit se Adam & vxor eius à facie domini Dei in medio ligni paradisi. Vocauitq; dominus Deus Adam, & dixit ei, Vbi es? Qui ait, Vocem tuam audiui in paradiso: & timui, eo quod nudus essem, & abscondi me. Cui dixit, Quis enim indicauit tibi quòd nudus esses, nisi quòd ex ligno de quo præceperã tibi ne comederes, comedisti? Dixitq; Adã,
Eccle. 25 d
C Mulier quã dedisti mihi sociã, dedit mihi de ligno, & comedi. Et dixit dominus Deus ad mulierem, Quare hoc fecisti? Quæ respondit, Serpens decepit me, & comedi. Et ait dominus Deus ad serpentem, Quia fecisti hoc, maledictus es inter omnia animãtia & bestias terræ: super pectus tuũ gradiẽris, & terrã comedes cunctis diebus vitæ tuæ. Inimicitias ponam inter te & mulierẽ, & semen tuũ & semen illius: ipsa conteret caput tuũ, & tu insidiaberis calcaneo eius. Mulieri quoq; dixit, Multiplicabo ærumnas tuas, & conceptus tuos: in dolore paries filios, & sub viri potestate eris, & ipse dominabitur tui. Adæ verò dixit, Quia audisti vocem vxoris tuæ, & comedisti de ligno ex quo præceperam tibi ne comederes, maledicta terra in opere tuo: in laboribus comedes ex ea cũctis diebus vitæ tuæ. spinas & tribulos germinabit tibi, & comedes herbas terræ. In sudore vultus tui vescẽris pane, donec reuertaris in terram, de qua sumptus es: quia puluis es, & in puluerem reuertẽris. Et vocauit Adam nomen vxoris suæ, Eua: eo quòd mater esset cunctorũ viuentium. Fecit quoq; dominus

Semen IESVS promittitur saluator.

1. Cor. 14

D Eua quare sic dicta.

Deus Adæ & vxori eius tunicas pelliceas, & induit eos. Et ait, Ecce Adam quasi vnus ex nobis factus est, sciens bonũ & malum. nũc ergo ne fortè mittat manũ suam, & sumat etiam de ligno vitæ & comedat, & viuat in æternum. Et emisit eum dominus Deus de paradiso voluptatis, vt operaretur terram, de qua sumptus est. Eiecitq; Adam: & collocauit ante paradisum voluptatis Cherubim, & flammeum gladium atq; versatilem ad custodiendam viam ligni vitæ.



S. HVMANAE prævaricationis pœna fratrem armat in fratrem. Vnde Cain reprobatus uitam profugus egit, prolem genuit: sed & Adam Abelis præmortui loco Seth generauit.

CAPVT IIII.

A ADam verò cognouit vxorem suam Euam: quæ concepit & peperit Cain, dicens, Possedi hominem per dominũ. Rursumq; peperit fratrẽ eius Abel. Fuit autẽ Abel pastor ouium, & Cain agricola. Factum est autem post multos dies vt offerret Cain de fructibus terræ munera domino. Abel quoq; obtulit de primogenitis gregis sui & de adipibus eorum: & respexit dominus ad Abel, & ad munera eius. Ad Cain autem, & ad munera illius non respexit: iratusq; est Cain vehementer, & cóncidit vultus eius. Dixitq; dominus ad eum, Quare iratus es? & cur cóncidit facies tua? Nónne si bene egeris, recipies: sin autem male, statim in foribus peccatum aderit? sed sub te erit appe-
Hebr. 11 a
B titus eius, & tu dominaberis illius. Dixitq; Cain ad Abel fratrem suum, Egrediamur foras. Cumq; essent in agro, consurrexit Cain aduersus fratrem suũ Abel, & interfecit eũ. Et ait Dominus ad Cain, Vbi est Abel frater tuus? Qui respondit, Nescio: nũquid custos fratris mei sum ego? Dixitq; ad eum, Quid fecisti? vox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Nunc igitur maledictus eris super terram: quæ aperuit os suum, & suscepit sanguinem fratris tui de manu tua. Cũ operatus fueris eam, non dabit fructus suos: vagus & profugus eris super terram. Dixitq; Cain ad dominum, Maior est iniquitas mea, quàm vt veniam merear. Ecce eijcis me hodie à
Sapien. 10 a
Matt. 23 d
1. Ioan. 3 b
Iudæ 1 d
C facie terræ, & à facie tua abscondar, & ero vagus & profugus in terra: omnis igitur qui inuenerit me, occidet me. Dixitq; ei dominus: Nequaquã ita fiet: sed omnis qui occiderit Cain, septuplum punietur. Posuitq; dominus in Cain signum, vt non interficeret eum omnis qui inuenisset eum. Egressusq; Cain à facie domini, habitauit profugus in terra ad orientalem plagam Eden. Cognouit autem Cain vxorem suam, quæ concepit & peperit Enoch: & ædificauit ciuitatem, vocauitq; nomen eius ex nomine filij sui, Enoch. Porrò Enoch genuit
Enoch prima ciuitas.
D Irad, & Irad genuit Mauiael, & Mauiael genuit Mathusael, & Mathusael genuit Lamech: qui accepit duas vxores, nomẽ vni Ada, & nomen alteri Sella. Genuitq; Ada Iabel, qui fuit pater habitantium in tentorijs atq; pastorum: & nomen fratris eius Iubal, ipse fuit pater canentium cithara & organo. Sella quoq; genuit Tubalcain, qui fuit malleator & faber in cũcta opera æris & ferri. Soror verò Tubalcain, Noema. Dixitq; Lamech vxoribus suis Adæ & Sellæ, Audite voçẽ meã

vxores

vxores Lamech,auſcultate ſermonem meũ: quoniam occîdi virum in vulnus meum,& adoleſcentulum in liuorẽ meum. ſeptuplum vltio dabitur de Cain:de Lamech verò ſeptuagies ſepties. Cognouit quoq; adhuc Adam vxorẽ ſuã: & peperit filium,vocauitq; nomen eius Seth:dicens, Poſuit mihi Deus ſemẽ aliud pro Abel,quẽ occîdit Cain. Sed & Seth natus eſt filius,quẽ vocauit Enos.iſte cœpit inuocare nomen domini.

S. GENERATIONIS Adæ repetitio, & propagationis eius uſq; ad Noë deſcriptio & multiplicatio.

CAPVT V.

A HIc eſt liber generationis Adam. In die qua creauit Deus hominem,ad ſimilitudinẽ Dei fecit illum. Maſculum & fœminã creauit eos,& benedixit illis:& vocauit nomen eorũ Adam in die quo creati ſunt. Vixit autẽ Adã centũ triginta annis: & genuit filium ad ſimilitudinẽ & imaginem ſuã,vocauitq; nomen eius Seth. Et facti ſunt dies Adam poſtquam genuit Seth, octingenti anni:genuitq; filios & filias. Et factũ eſt omne tempus quod vixit Adam,anni nongẽti triginta, & mortuus eſt. Vixit quoq; Seth cẽtum quinq; annis, & genuit Enos. Vixitq; Seth poſtquam genuit Enos, octingentis ſeptem annis, genuitq; filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Seth nongento rum duodecim annorũ,& mortuus eſt. Vixit verò Enos no-
B naginta annis,& genuit Cainan. Poſt cuius ortũ vixit octingentis quindecim annis,& genuit filios & filias. Factiq; ſunt omnes dies Enos nongẽti quinq; anni,& mortuus eſt. Vixit quoq; Cainan ſeptuaginta annis,& genuit Malaleel. Et vixit Cainan poſtquam genuit Malaleel, octingentis quadraginta annis,genuitq; filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Cainan nongenti decem anni,& mortuus eſt. Vixit autem Malaleel ſexaginta quinque annis, & genuit Iared. Et vixit Malaleel poſtquam genuit Iared,octingentis triginta annis:& genuit
C filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Malaleel octingẽti nonaginta quinq; anni,& mortuus eſt. Vixitq; Iared centũ ſexaginta duobus annis,& genuit Enoch. Et vixit Iared poſtquam genuit Enoch octingentis annis,& genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Iared nongẽti ſexagintaduo anni,& mortuus eſt. Porrò Enoch vixit ſexagintaquinq; annis, & genuit Mathuſalam. Et ambulauit Enoch cum Deo:& vixit Enoch poſtquam genuit Mathuſalam,trecentis annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Enoch trecenti
D ſexagintaquinq; anni. ambulauitq; cum Deo, & non apparuit: quia tulit eum Deus. Vixit quoq; Mathuſala centum octoginta ſeptem annis,& genuit Lamech. Et vixit Mathuſala poſtquã genuit Lamech,ſeptingentis octoginta duobus annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Mathuſalæ nongenti ſexagintanouem anni,& mortuus eſt. Vixit autem Lamech centũ octoginta duobus annis, & genuit filium:vocauitq; nomen eius Noe,dicens, Iſte conſolabitur nos ab operibus & laboribus manuum noſtrarum in terra cui maledixit dominus. Vixitq; Lamech,poſtquã genuit Noë, quingentis nonagintaquinq; annis, & genuit filios & filias. Et facti ſunt omnes dies Lamech,ſeptingenti ſeptuagintaſeptem anni,& mortuus eſt. Noe verò cum quingentorũ eſſet annorum,genuit Sem, Cham,& Iapheth.

Sapien.2 d
Eccle.17 a
Supra 1 d
1.Para.1 a

Eccle.44 c
Heb.11 a

Noë quare ſic vocatus.


S. DILVVIO cauſam hominis mala dederunt. Noë uerò inter mortales ſoli iuſto reperto, arca ſalutis fabricanda mandatur.

CAPVT VI.

A CVmq; cœpiſſent homines multiplicari ſuper terram,& filias procreaſſent, videntes filij Dei filias hominum quòd eſſent pulchræ, acceperunt ſibi vxores ex omnibus quas elegerant. Dixitque Deus,Non permanebit ſpiritus meus in homine in æternum quia caro eſt:eruntq; dies illius centum viginti annorum. Gigantes autem erant ſuper terram in diebus illis,poſtquã enim egreſsi ſunt filij Dei ad filias hominum,illæq; genuerunt,iſti ſunt potentes à ſeculo viri famoſi. Videns autem Deus quòd
B multa malitia hominum eſſet in terra,& cuncta cogitatio cordis intenta eſſet ad malũ omni tempore,pœnituit eum quòd hominem feciſſet in terra. * Et præcauẽs in futurum . . & tactus dolore cordis intrinſecus, Delebo,inquit,hominẽ quem creaui à facie terræ,ab homine vſq; ad animantia,à reptili vſq; ad volucres cœli:pœnitet enim me feciſſe eos. Noe verò inuenit gratiam coram Deo. Hæ ſunt generationes Noe: Noe vir iuſtus atq; perfectus fuit in generationibus ſuis,cum Deo ambulauit. Et genuit tres filios,Sem,Cham, & Iaphet. Cor-
C rupta eſt autem terra coram Deo, & repleta eſt iniquitate. Cumq; vidiſſet Deus terram eſſe corruptam(omnis quippe caro corruperat viam ſuam ſuper terram)dicit ad Noe, Finis vniuerſæ carnis venit coram me:repleta eſt terra iniquitate à facie eorum, & ego diſperdam eos cum terra. Fac tibi arcam de lignis leuigatis:manſiunculas in arca facies,& bitumine linies intrinſecus & extrinſecus. Et ſic facies eam, Trecentorũ cubitorum erit longitudo arcæ,quinquaginta cubitorum latitudo,& triginta cubitorum altitudo illius. Feneſtram in ar-
D ca facies,& in cubito conſummabis ſummitatem eius:oſtium autem arcæ pones ex latere deorſum:cœnacula & triſtega facies in ea. Ecce ego adducam aquas diluuij ſuper terram, vt interficiam omnem carnem in qua ſpiritus vitæ eſt ſubter cœlum,& vniuerſa quæ in terra ſunt,cõſumentur. Ponamq; fœdus meum tecum:& ingredieris arcam tu & filij tui, vxor tua,& vxores filiorum tuorum tecum. Et ex cunctis animantibus vniuerſæ carnis bina induces in arcam vt viuant tecum: maſculini ſexus& fœminini. De volucribus iuxta genus ſuũ, & de iumentis in genere ſuo,& ex omni reptili terræ ſecundum genus ſuum:bina de omnibus ingredientur tecũ,vt poſſint viuere. Tolles igitur tecum ex omnibus eſcis quæ mandi
F poſſunt,& cõportabis apud te:& erũt tam tibi, quàm illis in cibum. Fecit igitur Noe omnia quæ præceperat illi Deus.

Cor hominis quale. Infrà 8 d (Hæc verba non legũtur in Hebræo, neq; in editione Complutenſi.

Eccle.44 c



G

S. CLAVSO in arca Noë cum cuiuſuis animantis ſpecie aqua ſtatim montes ſuperauit, cæteraq; animantia ſubmerſit.

CAPVT VII.

A DIxitq; Dominus ad eum, Ingredere tu & omnis domus tua in arcam: te enim vidi iuſtum coram me in generatione hac. Ex omnibus animantibus mundis tolles ſeptena & ſeptena,maſculũ & fœminã: de animantibus verò immundis duo & duo,maſculum & fœminã. Sed & de volatilibus cœli ſeptena & ſeptena maſculũ & fœminã: vt ſaluetur ſemẽ ſuper faciẽ vniuerſæ terræ. Adhuc enim & poſt dies ſeptẽ ego pluã ſuper terrã quadraginta diebus & quadraginta noctibus:& delebo omnem ſubſtantiam quã feci,de ſuperficie terræ, Fecit ergo Noe omnia quæ mãdauerat ei Dominus. Eratq; ſexcentorũ annorũ quã-
B do diluuij aquæ inundauerunt ſuper terram. Et ingreſſus eſt Noe & filij eius,vxor eius & vxores filiorũ eius cũ eo in arcam,propter aquas diluuij. De animãtibus quoq; mundis & immundis,& de volucribus,& ex omni quod mouetur ſuper

2.Petr.2 b

Mat.24 d
Luc.17 f
1.Pet.3 d

terrã,duo & duo ingreſſa ſunt ad Noe in arcam, maſculus & fœmina,ſicut præceperat dominus Noe. Cumq; tranſiſſent ſeptẽ dies,aquæ diluuij inundauerũt ſuper terrã. Anno ſexcenteſimo vitæ Noe,menſe ſecũdo,ſeptimodecimo die menſis,rupti ſunt omnes fontes, abyſsi magnæ & cataractæ cœli apertæ ſunt: & facta eſt pluuia ſuper terrã quadraginta die-
C bus & quadraginta noctibus. In articulo diei illius ingreſſus eſt Noe,& Sem,& Cham,& Iapheth filij eius:& vxor illius, & vxores filiorũ eius cũ eis in arcam: ipſi & omne animal ſecundũ genus ſuũ,vniuerſaq; iumenta in genere ſuo,& omne quod mouetur ſuper terrã in genere ſuo,cunctumq; volatile ſecundum genus ſuum,vniuerſæ aues,omnesq; volucres ingreſſæ ſunt ad Noe in arcam, bina & bina ex omni carne in qua erat ſpiritus vitæ. Et quæ ingreſſa ſunt,maſculus & fœmina ex omni carne introierũt,ſicut præceperat ei Deus: & incluſit eum Dominus deforis. Factumq; eſt diluuium quadraginta diebus ſuper terrã:& multiplicatæ ſunt aquæ,&
D eleuauerunt arcã in ſublime à terra. Vehementer enim inundauerunt & omnia repleuerũt in ſuperficie terræ. Porrò arca ferebatur ſuper aquas:& aquæ præualuerũt nimis ſuper terram:
Sapien.10 a opertiq; ſunt omnes mõtes excelſi ſub vniuerſo cœlo. Quin-
Eccle.39 c decim cubitis altior fuit aqua ſuper montes quos operuerat. Conſumptaq; eſt omnis caro quæ mouebatur ſuper terram, volucrũ,animantium,beſtiarum,omniumq; reptiliũ quæ reptant ſuper terrã. Vniuerſi homines & cuncta in quibus ſpiraculum vitæ eſt in terra,mortua ſunt. Et deleuit omnẽ ſubſtantiam quæ erat ſuper terrã, ab homine vſq; ad pecus,tam reptile,quàm volucres cœli: & deleta ſunt de terra: remanſit autem ſolus Noe & qui cum eo erant,in arca. Obtinueruntq; aquæ terram centum quinquaginta diebus.

S. AQVIS *diluuij recedentibus à facie terræ arca omnia contenta eijcit,Noë autem ara extructa Deum immolatione placauit.*

CAPVT VIII.

A REcordatus autem Deus Noe cunctorumq; animantium & omniũ iumentorum quæ erant cum eo in arca, adduxit ſpiritũ ſuper terram,& imminutæ ſunt aquæ. Et clauſi ſunt fontes abyſsi, & cataractæ cœli:& prohibitæ ſunt pluuiæ de cælo. Reuerſæq;
Eccle.1 b ſunt aquæ de terra eũtes & redeũtes: & cœperũt minui poſt centum quinquaginia dies. Requieuitq; arca menſe ſeptimo, viceſimoſeptimo die menſis ſuper montes Armeniæ. At verò aquæ ibant & decreſcebant vſq; ad decimum menſem: decimo enim menſe, prima die menſis apparuerunt cacumina montium. Cumq; tranſiſſent quadraginta dies,aperiens Noe
B feneſtrã arcæ quam fecerat, dimiſit coruum: qui egrediebatur,& nõ reuertebatur,donec ſiccarentur aquæ ſuper terram. Emiſit quoq; columbã poſt eum, vt videret ſi iam ceſſaſſent aquæ ſuper faciem terræ. Quæ cum nõ inueniſſet vbi requieſceret pes eius,reuerſa eſt ad eum in arcã:aquæ enim erant ſuper vniuerſam terrã:extenditq; manum ſuam,& apprehenſam intulit in arcam. Expectatis autem vltrà ſeptem diebus alijs,rurſum dimiſit columbam ex arca. At illa vẽnit ad eum ad veſperã,portans ramum oliuæ virentibus folijs in ore ſuo. Intellexit ergo Noe quòd ceſſaſſent aquæ ſuper terrã. Expe
C ctauitq; nihilominus ſeptẽ alios dies:& emiſit columbã,quæ non eſt reuerſa vltrà ad eum. Igitur ſexcẽteſimo primo anno, primo menſe,prima die menſis imminutæ ſunt aquæ ſuper terrã:& aperiens Noe tectũ arcæ aſpexit,viditq; quòd exiccata eſſet ſuperficies terræ. Menſe ſecũdo, ſeptimo & viceſimo die menſis arefacta eſt terra. Locutus eſt autem dominus ad Noe,dicẽs: Egredere de arca tu & vxor tua,filij tui & vxores filiorũ tuorũ tecũ. Cuncta animantia quæ ſunt apud te,ex omni carne tam in volatilibus quàm in beſtijs & vniuerſis re-
Supra 1 c d ptilibus quæ reptant ſuper terram,educ tecũ, & ingredimini
Infra 9 a ſuper terrã,creſcite & multiplicamini ſuper eã. Egreſſus eſt
D ergo Noe & filij eius, & vxor illius & vxores filiorũ eius cũ eo. Sed & omnia animantia, iumenta & reptilia quæ reptant ſuper terrã ſecundũ genus ſuũ,egreſſa ſunt de arca. Aedificauit autẽ Noe altare Domino: & tollẽs de cũctis pecoribus & volucribus mundis, obtulit holocauſta ſuper altare. Odoratusq; eſt Dominus odorẽ ſuauitatis,& ait ad eum, Nequaquã vltrà maledicã terræ propter homines: ſenſus enim & cogita- Cor homi-
tio humani cordis in malũ prona ſunt ab adoleſcẽtia ſua: non nis quale.
igitur vltrà percutiam omnem animam viuentem ſicut feci. *Supra 6 a*
Cunctis diebus terræ, ſemẽtis & meſsis, frigus & æſtus, æſtas & hyems, nox & dies non requieſcent.



S. BENEDICTIO *filiorum Noë, cibum potumq; prouidit, fœdus inter Deum & homines Iride firmauit. Noë ebrium Cham filius ridens in Chanaan filio maledicitur.*

CAPVT IX.

A BEnedixitque Deus Noe & filijs eius, & dixit ad eos, Creſcite & multiplicamini, & replete terrã. Et terror veſter ac tremor ſit ſuper cũcta animalia terræ, & ſuper omnes volucres cœli, cũ vniuerſis quæ mouentur ſuper terrã: omnes piſces maris manui veſtræ traditi ſunt. Et omne quod mouetur & viuit, erit vobis in cibum: quaſi olera virẽtia tradidi vobis omnia: excepto quòd carnem cum ſanguine nõ comedetis. Sanguinem enim animarũ veſtrarũ requiram de manu cunctarũ beſtiarum: &
B de manu hominis, de manu viri & fratris eius requiram animam hominis. Quicunq; effuderit humanũ ſanguinem, fundetur ſanguis illius: ad imaginẽ quippe Dei factus eſt homo. Vos autem creſcite & multiplicamini, & ingredimini ſuper terrã,& implete eam. Hæc quoq; dixit Deus ad Noe,& ad filios eius cum eo, Ecce ego ſtatuã pactum meũ vobiſcum,& cum ſemine veſtro poſt vos: & ad omnem animã viuentem quæ eſt vobiſcũ, tam in volucribus quàm in iumentis & pecudibus terræ, cunctisq; quæ egreſſa ſunt de arca,& vniuerſis beſtijs terræ. Statuam pactum meum vobiſcũ,& nequaquam vltrà interficietur omnis caro aquis diluuij,neq; erit deinceps diluuiũ diſsipans terrã. Dixitq; Deus, Hoc eſt ſignum fœderis, quod do inter me & vos,& ad omnem animam viuentem quæ eſt vobiſcum in generationes ſempiternas. Arcũ meum *Eccle.43 b*
C ponã in nubibus, & erit ſignũ fœderis inter me & inter terram. Cumq; obduxero nubibus cœlũ, apparebit arcus meus in nubibus & recordabor fœderis mei vobiſcum & cũ omni anima viuente quæ carnẽ vegetat: & non erunt vltrà aquæ diluuij ad delendã vniuerſam carnem. Eritq; arcus in nubibus, & videbo illum,& recordabor fœderis ſempiterni quod pactum eſt inter Deũ & omnẽ animam viuentem vniuerſæ carnis quæ eſt ſuper terrã. Dixit q; Deus ad Noe, Hoc eſt ſignũ fœderis quod cõſtitui inter me & omnẽ carnẽ ſuper terram. Erant ergo filij Noe qui egreſsi ſunt de arca, Sem, Cham, & Iapheth: porrò Cham ipſe eſt pater Chanáan. Tres iſti filij ſunt Noe: & ab his diſſeminatũ eſt omne genus hominũ ſuper vniuerſam terram. Cœpitque Noe vir agricola exercere terram,& plantauit vineam. Bibens q; vinũ inebriatus eſt, & nudatus

Confirmatio cõiugij. *Supra 1 c*
8 c
Homini rur ſum omnia ſubijciuntur.
Conceſsio ciborũ præter ſuffocatum.
Ius gladij. *Matt.26 c*
Apo.15 c
Eſa.54 c

nudatus eſt in tabernaculo ſuo. Quod cum vidiſſet Cham pater Chanáan, verenda ſcilicet patris ſui eſſe nudata, nuntiauit
D duobus fratribus ſuis foras. At verò Sem & Iapheth pallium impoſuerunt humeris ſuis, & incedentes retrorſum, operuerunt verenda patris ſui: facies q; eorum auerſæ erant, & patris virilia non viderunt. Euigilans autem Noe ex vino, cum didiciſſet quæ fecerat ei filius ſuus minor, ait, Maledictus Chanáan, ſeruus ſeruorũ erit fratribus ſuis. Dixitq;, Benedictus Dominus Deus Sem, ſit Chanáan ſeruus eius. Dilatet Deus Iapheth, & habitet in tabernaculis Sem, ſitq; Chanáan ſeruus
Aetas Noe. eius. Vixit autem Noe poſt diluuium trecentis quinquaginta annis, & impleti ſunt omnes dies eius nongentorum quinquaginta annorum: & mortuus eſt.

S. FILIORVM Noë, *Iapheth, Cham & Sem propagatio & multiplicatio.* CAPVT X.

A
1.Para.1 a
HAe ſunt generationes filiorũ Noe, Sem, Cham, & Iapheth: natiq; ſunt eis filij poſt diluuium. Filij Iapheth: Gómer & Magog, & Madái, & Iauan, & Thubal, & Móſoch, & Thiras. Porrò filij Gómer: Aſcenez & Riphath & Thógorma. Filij autẽ Iauan: Eliſa & Tharſis, Cethim & Dodanim. Ab his diuiſæ ſunt inſulæ gentium in regionibus ſuis, vnuſquiſq; ſecũdum linguam ſuã & familias in nationibus ſuis. Filij autẽ Cham: Chus, & Meſráim, & Phut, & Chanáan. Filij autẽ Chus: Saba, & Euila, & Sabatha, & Regma, & Sabathacha. Filij Regma: Saba, & Dadan. Porrò Chus genuit Nemrod: ipſe cœ-
B pit eſſe potẽs in terra, & erat robuſtus venator corã Domino.
Prouerbiũ. ab hoc exiuit prouerbium, Quaſi Nemrod robuſtus venator coram Domino. Fuit autem principium regni eius Babylon & Arach, & Achad, & Chalanne, in terra Sennaar. De terra illa egreſſus eſt Aſſur, & ædificauit Niniuen, & platéas ciuitatis, & Chale. Reſen quoq; inter Niniuen & Chale: hæc eſt ciuitas magna. At verò Meſráim genuit Ludim, & Ananim, & Laabim, & Nephtuim, & Phethruſim, & Chasluim: de quibus egreſsi ſunt Philiſthijm, & Caphtorim. Chanáan au-
C tem genuit Sidõnem primogenitũ ſuũ, Hethæũ & Iebuſæũ & Amorrhæum & Gergeſæum & Heuæum & Aracæũ, Sinæum & Aradiũ, Samareũ & Amathæum: & per hos diſſeminati ſunt populi Chananæorũ. Factiq; ſunt termini, Chanáan venientibus à Sidõne Geraram vſq; ad Gazam, donec ingrediaris Sodomã & Gomorrham, & Adamã & Seboim
D vſq; Laſa. Hi, filij Cham in cognationibus & linguis & gene-
1.Para.1 b rationibus, terriſq; & gentibus ſuis. De Sem quoq; nati ſunt, patre omnium filiorum Heber, fratre Iapheth maiore. Filij Sem: Aelam & Aſſur & Arphaxad, Lud & Aram. Filij Arã: Hus & Hul & Gether & Mes. At verò Arphaxad genuit Sale, de quo ortus eſt Heber. Natiq; ſunt Heber filij duo. nomen vni Phaleg, eo quòd in diebus eius diuiſa ſit terra: & nomen fratris eius Iectan. Qui Iectan genuit Elmodad & Saleph & Aſarmoth, Iare & Adoram & Vzal & Decla & Hebal & Abimael, Saba & Ophir & Euila & Iobab. omnes iſti, filij Iectan. Et facta eſt habitatio eorũ de Meſſa pergẽtibus
Terræ à vſq; Sephar montem orientalem. Iſti filij Sem ſecundum cognationes & linguas & regiones in gentibus ſuis. Hæ famiquibus diuiſæ poſt liæ Noe iuxta populos & nationes ſuas. Ab his diuiſæ ſunt diluuium. gentes in terra poſt diluuium.

S. IN *terris Babel ædificatione ſuperborum actus eorumq; lingua confunditur. Sem genealogia uſq; ad Abram texitur.*

CAPVT XI.

A
Terra labij vnius.
Sapiẽ. 10 a
ERat autem terra labij vnius, & ſermonum eorundem. Cumq; proficiſcerẽtur de oriente, inuenerunt campum in terra Sennaar, & habitauerũt in eo. Dixitq; alter ad proximũ ſuum, Venite, faciamus lateres, & coquamus eos igni. Habueruntq; lateres pro ſaxis, & bitumen pro cemento: & dixerũt, Venite, faciamus



nobis ciuitatẽ & turrim, cuius culmen pertingat ad cœlum: & celebremus nomen noſtrũ antequã diuidamur in vniuerſas terras. Deſcendit autẽ Dominus vt videret ciuitatẽ & turrim quam ædificabant filij Adam, & dixit: Ecce, vnus eſt populus, & vnũ eſt labiũ omnibus: cœperuntq; hoc facere, nec
B deſiſtent à cogitationibus ſuis, donec eas opere compleant. Trinitatis myſterium. Venite igitur, deſcendamus & cõfundamus ibi linguã eorũ, vt non audiat vnuſquiſq; vocem proximi ſui. Atq; ita diuiſit eos Dominus ex illo loco in vniuerſas terras, & ceſſauerunt ædificare ciuitatem. Et idcirco vocatũ eſt nomen eius Babel, quia ibi confuſum eſt labiũ vniuerſæ terræ: & inde diſperſit eos Dominus ſuper faciem cunctarũ regionũ. Hæ ſunt generationes Sem, Sem erat centũ annorũ quãdo genuit Arphaxad, biennio poſt diluuiũ. Vixitq; Sem poſtquã genuit Arphaxad, quingentis annis: & genuit filios & filias. Porrò Arphaxad vixit trigintaquinq; annis, & genuit Sale. Vixitque Arphaxad poſtquã genuit Sale, quadringẽtis tribus annis: &
C genuit filios & filias. Sale quoque vixit triginta annis, & genuit Heber. Vixitq; Sale poſtquã genuit Heber, quadringẽtis tribus annis: & genuit filios & filias. Vixit autẽ Heber triginta quatuor annis, & genuit Phaleg. Et vixit Heber poſtquã genuit Phaleg, quadringentis triginta annis: & genuit filios & filias. Vixit quoque Phaleg triginta annis, & genuit Reu. Vixitq; Phaleg poſtquã genuit Reu, ducẽtis nouẽ annis: & genuit filios & filias. Vixit autem Reu trigintaduobus 1.Para.1 b annis, & genuit Sarug. Vixit quoq; Reu poſtquã genuit Sarug, ducentis ſeptẽ annis: & genuit filios & filias. Vixit verò Sarug triginta annis, & genuit Nachor. Vixitq; Sarug poſtquã genuit Nachor, ducẽtis annis: & genuit filios & filias. Vixit autẽ Nachor vigintinouẽ annis, & genuit Thare. Vixitq; Nachor poſtquã genuit Thare, centũ decem & nouẽ annis:
D & genuit filios & filias. Vixitq; Thare ſeptuaginta annis: & genuit Abram & Nachor & Aran. Hæ ſunt autẽ generationes Thare, Thare genuit Abrã, Nachor, & Aran. Porrò A- 1.Para.1 b
ran genuit Lot. Mortuus q; eſt Aran ante Thare patrẽ ſuum, Ioſue 24 a in terra natiuitatis ſuæ in vr Chaldæorum. Duxerunt autem Abram & Nachor vxores: nomẽ vxoris Abram Sarái: & nomen vxoris Nachor, Melcha filia Aran patris Melchæ & patris Ieſchæ. Erat autẽ Sarái ſterilis, nec habebat liberos. Tulit itaq; Thare Abram filiũ ſuum, & Lot filiũ Aran filium filij ſui, & Sarái nurũ ſuam, vxorem Abram filij ſui, & eduxit eos de Vr Chaldæorum, vt irent in terram Chanáan: veneruntq; vſq; Haran, & habitauerunt ibi. Et facti ſunt dies Thare du- Ioſue 24 a
centorum quinq; annorum, & mortuus eſt in Haran. Neem. 9 b Iudith 5 a

S. ABRAM *Dei mandato parens patriam patremq; relinquens, in Sichem Domino ſacrificauit. Inde propter famem Aegyptum ingreſſus uxorem ablatam à rege multis donis cumulatus repetit.*

CAPVT XII.

A
DIxit autẽ Dominus ad Abram, Egredere de terra tua, & de cognatione tua, & de domo patris tui, & veni in terram quam monſtrauero tibi. Faciamq; te in gentem magnam, & benedicam tibi, Act. 7 a

& magnificabo nomen tuum, eriſq; benedictus. Benedicã benedicentibus tibi, & maledicam maledicentibus tibi, atq; IN TE benedicentur vniuerſæ cognationes terræ. Egreſſus eſt itaq; Abrã ſicut præceperat ei Dominus, & iuit cum eo Lot: ſeptuagintaquinq; annorũ erat Abram cum egrederetur de Haran. Tulitq; Sarái vxorẽ ſuam, & Lot filiũ fratris ſui, vniuerſamq; ſubſtantiã quam poſſederant, & animas quas fecerant in Haran: & egreſſi ſunt vt irẽt in terrã Chanaan. Cumq; veniſſent in eam, pertranſiuit Abram terrã vſq; ad locum Sichem, & vſq; ad cõuallem illuſtrẽ: Chananæus autẽ tunc erat in terra. Apparuitq; Dominus Abrã, & dixit ei, Semini tuo dabo terrã hanc. Qui ædificauit ibi altare Domino, qui apparuerat ei. Et inde tranſgrediens ad montẽ qui erat cõtra orientem Bethel, tetendit ibi tabernaculum ſuum, ab occidente habens Bethel, & ab oriente Hai: ædificauit quoq; ibi altare Domino, & inuocauit nomen eius. Perrexitq; Abram vadens & vltrà progrediens ad meridiẽ. Facta eſt autẽ fames in terra: deſcenditq; Abram in Aegyptũ, vt peregrinaretur ibi: præualuerat enim fames in terra. Cumq; propè eſſet vt ingrederetur Aegyptum, dixit Sarái vxori ſuæ, Noui quòd pulchra ſis mulier: & quòd cum viderint te Aegyptij, dicturi ſunt, Vxor illius eſt: & interficient me, & te reſeruabunt. Dic ergo, obſecro te, quòd ſoror mea ſis, vt benè ſit mihi propter te, & viuat anima mea ob gratiam tui. Cum itaq; ingreſſus eſſet Abram Aegyptũ, viderunt Aegyptij mulierẽ quòd eſſet pulchra nimis. Et nuntiauerunt principes Pharaoni, & laudauerũt eam apud illum: & ſublata eſt mulier in domũ Pharaonis, Abram verò bene vſi ſunt propter illã. Fueruntq; ei oues & boues & aſini & ſerui, famulæ & aſinæ & cameli. Flagellauit autẽ Dominus Pharaonẽ plagis maximis, & domũ eius propter Sarái vxorẽ Abram. Vocauitq; Pharao Abrã, & dixit ei, Quidnam eſt hoc quod feciſti mihi? quare nõ indicaſti mihi quòd vxor tua eſſet? Quam ob cauſam dixiſti eſſe ſororem tuam, vt tollerẽ eam mihi in vxorem? nunc igitur, ecce cõiunx tua, accipe eam, & vade. Præcepitq; Pharao ſuper Abrã viris: & deduxerunt eum & vxorem illius, & omnia quæ habebat.

CHRISTVS. Galat. 3 b Hebr. 11 b

Promittitur ei terra Chanaan.

VETVS TESTAMENTVM.

Infrà 12 b 13 d 15 d 26 a Deut. 34 b

Infrà 20 c

S. ABRAM & Lot Aegyptum egreſſi, præ nimia opulentia ſeparati Lot Iordanis fines elegit, Abram verò Chanaan, ubi ſecundò diuino fretus eſt alloquio. CAPVT XIII.

ASCendit ergo Abram de Aegypto, ipſe & vxor eius, & omnia quæ habebat, & Lot cũ eo, ad auſtralem plagam. Erat autem diues valde Abrã in poſſeſſione auri & argẽti. Reuerſuſq; eſt per iter quo venerat, à meridie in Bethel, vſq; ad locũ vbi prius fixerat tabernaculum inter Bethel & Hai: in loco altaris quod fecerat prius, & inuocauit ibi nomen Domini. Sed & Lot qui erat cum Abram, fuerũt greges ouium & armẽta & tabernacula. Nec poterat eos capere terra, vt habitarent ſimul: erat quippe ſubſtantia eorũ multa, & nequibant habitare cõmuniter. Vnde & facta eſt rixa inter paſtores gregum Abram & Lot. Eo autẽ tempore Chananæus & Pherezæus habitabant in terra illa. Dixit ergo Abram ad Lot, Ne quæſo ſit iurgium inter me & te, & inter paſtores meos & paſtores tuos: fratres enim ſumus. Ecce vniuerſa terra corã te eſt, recede à me, obſecro. ſi ad ſiniſtrã ieris, ego dexterã tenebo: ſi tu dexterã elegeris, ego ad ſiniſtram pergam. Eleuatis itaq; Lot oculis, vidit omnem circa regionem Iordanis, quæ vniuerſa irrigabatur antequam ſubuerteret Dominus Sodomam & Gomorrhã, ſicut paradiſus Domini, & ſicut Aegyptus veniẽtibus in Segor. Elegitq; ſibi Lot regionem circa Iordanẽ, & receſſit ab oriẽte: diuiſitq; ſunt alterutrum à fratre ſuo. Abram habitauit in terra Chanaan: Lot verò moratus eſt in oppidis quæ erant circa Iordanem, & habitauit in Sodomis. Homines autẽ Sodomitæ peſſimi erãt, & peccatores corã Domino nimis. Dixitq; Dominus ad Abram poſtquam diuiſus eſt ab eo Lot, Leua oculos tuos, & vide à loco in quo nunc es ad aquilonem & meridiem, ad orientem & occidentem. Omnem terram quam conſpicis, tibi dabo, & ſemini tuo vſq; in ſempiternũ. Faciamq; ſemen tuum ſicut puluerem terræ: ſi quis poteſt hominum numerare puluerem terræ, ſemen quoq; tuum numerare poterit. Surge ergo, & perambula terram in longitudine & latitudine ſua: quia tibi daturus ſum eam. Mouens igitur Abram tabernaculum ſuum, venit & habitauit iuxta conuallem Mambre, quæ eſt in Hebron: ædificauitq; ibi altare Domino.

Sodomitæ.

Infrà 35 a

Suprà 12 a Lot & Abrã diuites.

Rurſum Abræ promittitur terra Chanaã. Suprà 12 b Infrà 15 b 26 a

S. QVATVOR reges aperto marte quinq; uicerant, & ſpoliata Sodoma Lot cum pleriſq; alijs captiuum ducebant: quos Abram perſequutus omnes captiuos ſpoliaq; reduxit, atq; benedictione à Melchiſedech accepta cuncta regi Sodomæ reddidit.

CAPVT XIIII.

FActum eſt autem in illo tempore, vt Amraphel rex Sennaar, & Ariochrex Ponti, & Chodorlahómor rex Aelamitarum, & Thadal rex gẽtium inirent bellum contra Bara regem Sodomorum, & contra Berſa regem Gomorrhæ, & contra Senaab regem Adamæ, & contra Seméber regem Seboim, contraq; regem Balæ, ipſa eſt Segor. Omnes hi conuenerunt in vallem Sylueſtrem, quæ nunc eſt mare ſalis. Duodecim enim annis ſeruierant Chodorlahómor, & tertiodecimo anno receſſerunt ab eo. Igitur quartodecimo anno venit Chodorlahómor, & reges qui erãt cum eo: percuſſeruntq; Raphaim in Aſtaroth Carnaim, & Zuzim cum eis, & Emim in Saue Cariathaim, & Chorrhæos in montibus Seir, vſq; ad campeſtria Pharan, quæ eſt in ſolitudine. Reuerſiq; ſunt, & venerunt vſq; ad fontem Miſphat, ipſa eſt Cades: & percuſſerunt omnem regionem Amalechitarum, & Amorrhæorum, qui habitabant in Aſaſonthamar. Et egreſſi ſunt rex Sodomorum, & rex Gomorrhæ, rexq; Adamæ, & rex Seboim, necnon & rex Balæ, quæ eſt Segor: & direxerunt aciem cõtra eos in valle Sylueſtri, ſcilicet aduerſus Chodorlahómor regem Aelamitarum, & Thadal regem gentium, & Amraphel regem Sennaar, & Arioch regem Ponti: quatuor reges aduerſus quinq;. Vallis autem Sylueſtris habebat puteos multos bituminis. Itaq; rex Sodomorũ, & rex Gomorrhæ terga verterunt, ceciderunt q; ibi: & qui remanſerant, fugerunt ad montem. Tulerũt autem omnem ſubſtantiam Sodomorum & Gomorrhæorum, & vniuerſa quæ ad cibum pertinent, & abierũt: necnon & Lot, & ſubſtantiam eius, filiũ fratris Abram, qui habitabat in Sodomis. Et ecce vnus qui euaſerat, nuntiauit Abram Hebræo, qui habitabat in cõualle Mambre Amorrhæi, fratris Eſchol, & fratris Aner: hi enim pepigerãt fœdus cum Abram. Quod cum audiſſet Abram, captũ videlicet Lot fratrem ſuum, numerauit expeditos vernaculos ſuos trecentos decẽ & octo: & perſecutus eſt eos vſq; Dan. Et diuiſis ſocijs, irruit ſuper eos nocte: percuſſitq; eos, & perſecutus eſt vſq; Choba, quæ eſt ad læuam Damaſci. Reduxitq; omnem ſubſtantiam, & Lot fratrem ſuum cum ſubſtantia illius, mulieres quoq;, & populum. Egreſſus eſt autem rex Sodomorum in occurſum eius poſtquam reuerſus eſt à cæde Chodorlahómor, & regũ qui cum eo erant in valle Saue, quæ eſt vallis regis. At verò Melchiſedec rex Salem, proferẽs panem & vinum (erat enim ſacerdos Dei altiſſimi) benedixit ei, & ait, Benedictus Abram Deo excelſo, qui creauit cœlũ & terrã: & benedictus Deus excelſus, quo protegente hoſtes in manibus tuis ſunt. Et dedit ei decimas ex omnibus. Dixit autem rex Sodomorum ad Abram, Da mihi animas, cætera tolle tibi. Qui reſpondit ei, Leuo manum meam ad Dominum Deum excelſum poſſeſſorem cœli & terræ, quod à filo ſubtegminis vſq; ad corrigiam caligæ, non accipiam ex omnibus quæ tua ſunt, ne dicas, Ego ditaui Abram. exceptis his quæ comederunt iuuenes, & partibus virorum qui venerunt mecum, Aner, Eſchol, & Mambre: iſti accipient partes ſuas.

Hebr. 7 a

S. CON=

S. CONSOLATIO *Abræ ex futuræ prolis, peregrinationisq; eiuſdem, & terræ Chanáan hæreditatis per ſigna promiſſione.*

CAPVT XV.

A HIs itaq; tranſactis, factus eſt ſermo Domini ad Abram, per viſionẽ dicens, Noli timere Abram, ego protector tuus ſum, & merces tua magna nimis. Dixitq; Abram, Domine Deus quid dabis mihi? ego vadam abſq; liberis: & filius procuratoris domus meæ, iſte Damaſcus Eliézer. Addiditq; Abram, Mihi autem
B non dediſti ſemen: & ecce vernaculus meus, hæres meus erit. Promittitur Abræ filius Iſaac. *Roma.4 c* Statimq; ſermo Domini factus eſt ad eũ, dicens. Non erit hic hæres tuus: ſed qui egredietur de vtero tuo, ipſum habebis hæredẽ. Eduxitq; eũ foras, & ait illi, Suſpice cœlũ, & numera ſtellas ſi potes: & dixit ei, Sic erit ſemen tuum. Credidit Abrã Deo, & reputatũ eſt illi ad iuſtitiã. Dixitq; ad eum, Ego Dominus qui eduxi te de Vr Chaldæorũ, vt darẽ tibi terrã iſtã, & poſſideres eam. At ille ait, Domine Deus, vnde ſcire poſſum quòd poſſeſſurus ſim eam? Et reſpõdens Dominus, Sume, inquit, mihi vaccã triennem, & capram trimã, & arietem annorũ trium, turturẽ quoq; & columbã. Qui tollẽs vniuerſa hæc, diuiſit ea per mediũ, & vtraſq; partes cõtra ſe altrinſecus poſuit: aues autem nõ diuiſit. Deſcẽderuntq; volucres ſuper cadauera, & abigebat eas Abrã. Cumq; ſol occũberet, ſopor irruit ſuper Abrã, & horror magnus & tenebroſus inuaſit eũ. Dictumq; eſt ad eũ, Scito prænoſcens quòd peregrinũ futurũ ſit ſemen tuũ in terra nõ ſua: & ſubijciẽt eos ſeruituti, & affligẽt quadringẽtis annis. Veruntamẽ gentẽ cui ſeruituri ſunt, ego iudicabo. & poſt hæc egrediẽtur cũ magna ſubſtantia. Tu autẽ ibis ad patres tuos in pace, ſepultus in ſenectute bona. Generatione autẽ quarta reuertẽtur huc: necdum enim cõpletæ ſunt iniquitates Amorrhæorũ vſq; ad præſens tempus. Cũ ergo occubuiſſet ſol, facta eſt caligo tenebroſa, & apparuit clibanus fumãs, & lampas ignis tranſiens inter diuiſiones illas. In illo die pepigit Dominus fœdus cũ Abram, dicẽs. Semini tuo dabo terram hanc à fluuio Aegypti vſq; ad fluuium magnum Euphrátem, Cinæos & Cenezæos, Cedmonæos & Hethæos, & Pherezæos, Raphaim quoq;, & Amorrhæos, Euæos & Chananæos, & Gergeſæos, & Iebuſæos.

Vaticiniũ ſeruitutis, & liberationis filiorũ Iſrael ex Aegypto. *Act. 7 a* *Exo.12 f*

Supra 12 b *13 d* *Infra 26 a* *Deut.34 b*

S. AGAR *Sarai dominæ permiſſu ſe ex Abram cõcepiſſe uidens, dominam contempſit, unde fugere coacta eſt, donec per angelum dominæ ſubmiſſa, Iſmaëlem peperit.* CAPVT XVI.

A IGitur Sarái vxor Abram non genuerat ſibi liberos: ſed habẽs ancillã Aegyptiam nomine Agar dixit marito ſuo, Ecce, concluſit me dominus, n' párerem: ingredere ad ancillam meã, ſi fortè ſalc tem ex illa ſuſcipiã filios. Cumq; ille acquieſceret deprecanti, tulit Agar Aegyptiã ancillam ſuam poſt annos decẽ quàm habitare cœperãt in terra Chanáan: & dedit eã viro ſuo vxorem. Qui ingreſſus eſt ad eã. At illa cõcepiſſe ſe vidẽs, deſpexit dominã ſuam. Dixitq; Sarái ad Abram, Iniquè agis contra me: ego dedi ancillam meã in ſinũ tuum, quæ videns quòd cõceperit, deſpectui me habet: iudicet Dominus inter me & te. Cui reſpondens Abram, Ecce, ait, ancilla tua in manu tua eſt, vtere ea vt libet. Affligente igitur eam Sarái, fugam inijt. Cumq; inueniſſet eam angelus Domini iuxta fontẽ aquæ in ſolitudine quæ eſt in via Sur in deſerto, dixit ad illam, Agar ancilla Sarái vnde venis? & quò vadis? Quæ reſpondit. A facie Sarái dominæ meæ ego fugio. Dixitq; ei angelus Domini, Reuertere ad dominã tuam, & humiliare ſub manu illius. Et rurſum, Multiplicãs, inquit, multiplicabo ſemen tuũ, & non numerabitur præ multitudine. Ac deinceps, Ecce, ait, concepiſti & paries filium: vocabisq; nomen eius Iſmael, eò quòd audierit Dominus afflictionẽ tuam. Hic erit ferus homo: manus eius contra omneis, & manus omniũ contra eum: è regione vniuerſorũ fratrum ſuorũ figet tabernacula. Vocauit autẽ nomen Domini qui loquebatur ad eam, Tu Deus qui vidiſti me. Dixit enim, Profectò hic vidi poſteriora videntis me. Propterea appellauit puteum illum, Puteum viuentis & videntis me, ipſe eſt inter Cades & Barad. Peperitq; Agar Abræ filium: qui vocauit nomen eius Iſmael. Octoginta & ſex annorum erat Abram quando peperit ei Agar Iſmaelem. *Gala.4 c*

S. ABRAE *& Sarái nominibus mutatis, ex circunciſionis præcepto, filio promiſſo, & Iſmaëlis ſucceſſu certior factus Abraham, circunciſionis præceptum exequutus eſt.*

CAPVT XVII.

A POſtquam verò nonaginta & nouem annorũ eſſe cœperat, apparuit ei Dominus: dixitq; ad eum, Ego Deus omnipotens: ambula corã me, & eſto perfectus. Ponamq; fœdus meũ inter me & te, & multiplicabo te vehementer nimis. Cecidit Abram pronus in faciem. Dixitq; ei Deus, Ego ſum, & pactum meũ tecũ, eriſq; pater multarum gentium. Nec vltrà vocabitur nomen tuum Abram: ſed appellaberis Abraham: quia patrẽ multarũ gentiũ conſtitui te. Faciamq; te creſcere vehementiſsime, & ponã te in gẽtibus, regesq; ex te egredientur. Et ſtatuã pactũ meũ inter me & te, & inter ſemen tuũ poſt te in generationibus ſuis fœdere ſempiterno: vt ſim Deus tuus & ſeminis tui
B poſt te. Daboq; tibi & ſemini tuo poſt te terrã peregrinationis tuæ, omnem terrã Chanáan in poſſeſsionẽ æternã, eroq; Deus eorũ. Dixit iterũ Deus ad Abraham, Et tu ergo cuſtodies pactũ meũ, & ſemen tuũ poſt te in generationibus ſuis. Hoc eſt pactũ meũ quod obſeruabitis inter me & vos & ſemen tuũ poſt te, Circuncidetur ex vobis omne maſculinũ: & circuncidetis carnẽ præputij veſtri, vt ſit in ſignũ fœderis inter me & vos. Infans octo dierũ circuncidetur in vobis, omne maſculinũ in generationibus veſtris: tã vernaculus quàm emptitius circuncidetur, & quicunq; non fuerit de ſtirpe veſtra: eritq; pactũ meum in carne veſtra in fœdus æternũ. Maſculus cuius præputij caro circunciſa non fuerit, delebitur anima
C illa de populo ſuo: quia pactũ meum irritũ fecit. Dixit quoq; Deus ad Abrahã, Sarái vxorẽ tuam nõ vocabis Sarái, ſed Saram. Et benedicã ei, & ex illa dabo tibi filiũ, cui benedicturus ſum, eritq; in nationes, & reges populorũ orientur ex ea. Cecidit Abraham in faciẽ ſuam, & riſit: in corde ſuo dicens, Putáſne centenario naſcetur filius? & Sara nonagenaria pariet? Dixitq; ad Deum, Vtinam Iſmael viuat corã te. Et ait Deus ad Abrahã, Sara vxor tua pariet tibi filiũ, vocabisq; nomẽ eius Iſaac, & conſtituam pactum meũ illi in fœdus ſempiternũ, & ſemini eius poſt eum. Super Iſmael quoq; exaudiui te. ecce benedicam ei, & augebo & multiplicabo eum valde: duodecim duces generabit, & faciam illũ in gentem magnam. Pactum verò meũ ſtatuã ad Iſaac quẽ pariet tibi Sara tempore iſto in anno altero. Cumq; finitus eſſet ſermo loquentis cum eo, aſcendit Deus ad Abraham. Tulit autem Abrahã Iſmael filiũ ſuũ, & omnes vernaculos domus ſuæ, vniuerſoſq; quos emerat, & cunctos mares ex omnibus viris domus ſuæ: & circuncidit carnẽ præputij eorum ſtatim in ipſa die, ſicut præceperat ei Deus. Abraham nonaginta & nouem erat annorum, quando circuncidit carnem præputij ſui. Et Iſmael filius ſuus tredecim annos impleuerat tempore circunciſionis ſuæ. Eadem die circunciſus eſt Abraham & Iſmael filius eius. Et omnes viri domus illius, tam vernaculi quàm emptitij, & alienigenæ pariter circunciſi ſunt.

Quartò promittitur Abrahæ terra Chananæorum. Præcipitur circũciſio. *Act. 7 a* *Roma.4 b* *Luc.2 c*

Sarai, nouo natur Sara. Rurſum promittitur Abrahæ Iſaac. *Infra 18 b* *& 21 a*

S. ANGELI *ab Abraham hoſpitio ſuſcepti fidem futuræ prolis illi & Saræ faciunt: quam ridẽtem arguentes, Sodomæ euerſionem Abrahæ reuelant, pro qua precatus, non eſt exauditus ab eis.*

CAPVT XVIII.

A APparuit autem ei Dominus in conualle Mambre ſedẽti in oſtio tabernaculi ſui in ipſo feruore diei. Cumq; eleuaſſet oculos, apparuerunt ei tres viri ſtantes prope eum: quos cum vidiſſet, cucurrit in



occurſum eorum de oſtio tabernaculi ſui,& adorauit] in terra:& dixit,Domine,ſi inueni gratiã in oculis tuis,ne tranſeas ſeruum tuum:ſed afferam pauxillũ aquæ, & lauentur pedes veſtri,& requieſcite ſub arbore. Ponamq; buccellã panis, vt confortetur cor veſtrũ, poſtea tranſibitis: idcirco enim declinaſtis ad ſeruum veſtrum. Qui dixerunt, Fac vt loquutus es.
Feſtinauit Abraham in tabernaculũ ad Saram,dixitq; ei, Ac-
B celera,tria ſata ſimilæ cõmiſce,& fac ſubcinericios panes. Ipſe verò ad armentum cucurrit, & tulit inde vitulũ tenerrimum & optimũ:deditq; puero,qui feſtinauit & coxit illum. Tulit quoq; butyrum,& lac,& vitulũ quem coxerat, & poſuit coram eis:ipſe verò ſtabat iuxta eos ſub arbore. Cumq; comediſſent,dixerunt ad eũ: Vbi eſt Sara vxor tua? Ille reſpondit,
Iſaac tertiò promittitur. *Infrà 21 a Roma.9 b 1. Pet.3 a* Ecce in tabernaculo eſt. Cui dixit, Reuertẽs veniã ad te tempore iſto vita comite,& habebit filiũ Sara vxor tua. Quo audito,Sara riſit poſt oſtium tabernaculi. Erãt autem ambo ſenes prouectæq; ætatis,& deſierant Saræ fieri muliebria. Quæ riſit occultè,dicens: Poſtquàm conſenui, & Dominus meus vetulus eſt, voluptati operam dabo? Dixit autem Dominus ad Abraham: Quare riſit Sara,dicens, Num verè paritura ſum anus? Nunquid Deo quicquam eſt difficile? Iuxta cõdictum reuertar ad te hoc eodem tempore vita comite,& habebit Sa-
C ra filiũ. Negauit Sara,dicens, Non riſi:timore perterrita. Dominus autem, Non eſt,inquit,ita:ſed riſiſti. Cum ergo ſurrexiſſent inde viri,direxerunt oculos contra Sodomã:& Abraham ſimul gradiebatur deducens eos. Dixitque Dominus, Num celare potero Abraham quæ geſturus ſum: cũ futurus ſit in gentem magnã ac robuſtiſſimam,& benedicendæ ſint in illo omnes nationes terræ? Scio enim quòd præcepturus ſit filijs ſuis,& domui ſuæ poſt ſe,vt cuſtodiant viam Domini,& faciant iudiciũ & iuſtitiã:vt adducat Dominus propter Abraham omnia quæ locutus eſt ad eum. Dixit itaq; Dominus, Clamor Sodomorum & Gomorrhæorũ multiplicatus eſt,& peccatũ eorum aggrauatũ eſt nimis. Deſcendã & videbo,vtrum clamorem qui venit ad me, opere cõpleuerint: an non eſt ita,vt ſciam. Conuerteruntq; ſe inde & abierunt Sodomam: Abrahã verò adhuc ſtabat corã Domino. Et appropinquans ait, Nunquid perdes iuſtum cum impio? Si fuerint quinquaginta iuſti in ciuitate,peribunt ſimul? & non parces loco illi propter quinquaginta iuſtos,ſi fuerint in eo? Abſit à
D te vt rem hanc facias,& occidas iuſtum cum impio, fiatq; iuſtus ſicut impius,non eſt hoc tuũ,qui iudicas omnem terrã: nequaquam facias iudiciũ hoc. Dixitq; Dominus ad eum, Si inuenero Sodomis quinquaginta iuſtos in medio ciuitatis, dimittã omni loco propter eos. Reſpondenſq; Abraham,ait, Quia ſemel cœpi,loquar ad Dominum meũ,cum ſim puluis & cinis. Quid ſi minus quinquaginta iuſtis quinq; fuerint? delebis propter quadragintaquinq; vniuerſam vrbem? Et ait, Non delebo,ſi inuenero ibi quadragintaquinq;. Rurſumque locutus eſt ad eum, Sinautem quadraginta ibi inuenti fuerint, quid facies? Ait, Nõ percutiã propter quadraginta. Ne quæſo,inquit, indigneris Domine,ſi loquar, Quid ſi ibi inuenti fuerint triginta? Reſpõdit, Non faciam,ſi inuenero ibi triginta. Quia ſemel,ait,cœpi,loquar ad Dominum meum. Quid ſi ibi inuenti fuerint viginti? Ait, Non interficiam propter viginti. Obſecro, inquit, ne iraſcaris Domine,ſi loquar adhuc ſemel. Quid ſi inuenti fuerint ibi decem? Et dixit, Non delebo propter decem. Abijtq; Dominus poſtquàm ceſſauit loqui ad Abraham:& ille reuerſus eſt in locum ſuum.

S. LOT angelos ſuſcipiens hoſpitio, à Sodomitis uim paſſus, cum uxore & utraq; filia à Sodomitico ereptus incendio uxorẽ in uia amiſit, & tandem inebriatus cum utraq; filia inceſtum commiſit.

CAPVT XIX.

A VEneruntq; duo angeli Sodomã veſpere, ſedente Lot in foribus ciuitatis. Qui cũ vidiſſet eos, ſurrexit,& iuit obuiã eis:adorauitq; pronus in terram,& dixit: Obſecro Domini, declinate in domum pueri veſtri,& manete ibi:lauate pedes veſtros, & mane proficiſcemini in viã veſtram. Qui dixerunt, Minime, ſed in platea manebimus. Cõpulit illos oppidò vt diuerterent ad eum:ingreſsiſq; domũ illius,fecit conuiuiũ,& coxit azyma, & comederunt. Prius autem quàm irent cubitũ, viri ciuitatis Sodomorũ libido.
B vallauerunt domũ illius,à puero vſq; ad ſenem,omnis populus ſimul. Vocaueruntq; Lot,& dixerũt ei, Vbi ſunt viri qui introierunt ad te nocte? Educ illos huc,vt cognoſcamus eos. Egreſſus ad eos Lot,poſt tergũ accludens oſtium,ait, Nolite quæſo fratres mei, nolite malum hoc facere. Habeo duas filias,quæ nondum cognouerũt virũ:educã eas ad vos, & abutimini eis ſicut vobis placuerit,dummodo viris iſtis nihil mali faciatis,quia ingreſsi ſunt ſub vmbra culminis mei. At illi dixerunt. Recede illuc. Et rurſus, Ingreſſus es, inquiũt, vt adC uena,nunquid vt iudices? te ergo ipſum magis quàm hos affligemus. Vimq; faciebant Lot vehementiſsime: iamq; propè erat vt effringerent fores. Et ecce miſerunt manum viri,& introduxerũt ad ſe Lot,clauſeruntq; oſtium: & eos qui foris erant,percuſſerunt cæcitate à minimo vſq; ad maximum, ita vt oſtiũ inuenire nõ poſſent. Dixerunt autem ad Lot, Habes hic quempiam tuorum generũm, aut filios aut filias? omnes qui tui ſunt,educ de vrbe hac:delebimus enim locum iſtum, eo quòd increuerit clamor eorum coram Domino, qui miſit nos vt perdamus illos. Egreſſus itaq; Lot, locutus eſt ad generos ſuos qui accepturi erant filias eius, & dixit, Surgite, & egredimini de loco iſto,quia delebit Dominus ciuitatẽ hanc.
D Et viſus eſt eis quaſi ludens loqui. Cumq; eſſet mane, cogebant eum angeli,dicentes, Surge,tolle vxorem tuam & duas filias quas habes: ne & tu pariter pereas in ſcelere ciuitatis. Diſsimulante illo, apprehenderunt manum eius, & manum vxoris,ac duarum filiarum eius, eo quòd parceret Dominus illi. Eduxeruntq; eum,& poſuerũt extra ciuitatẽ. Ibiq; locuti ſunt ad eum dicẽtes, Salua animã tuam: noli reſpicere poſt tergum,nec ſtes in omni circà regione: ſed in monte ſaluum te fac,ne & tu ſimul pereas. Dixitq; Lot ad eos: Quæſo Domine mi,quia inuenit ſeruus tuus gratiam corã te,& magni-
E ficaſti miſericordiam tuam quam feciſti mecum vt ſaluares animam meam,nec poſſum in monte ſaluari, ne fortè apprehendat me malum & moriar: Eſt ciuitas hic iuxta, ad quam poſſum fugere,parua,& ſaluabor in ea: nunquid non modica eſt,& viuet anima mea? Dixitque ad eum, Ecce etiam in hoc ſuſcepi preces tuas,vt nõ ſubuertã vrbem pro qua locutus es. Feſtina,& ſaluare ibi:quia non potero facere quicquã, donec ingrediaris illuc. Idcirco vocatum eſt nomen vrbis illius Segor. Sol egreſſus eſt ſuper terram,& Lot ingreſſus eſt Segor. Igitur Dominus pluit ſuper Sodomam & Gomorrham ſulphur,& ignem à Domino de cœlo:& ſubuertit ciuitates has, & omnẽ circa regionẽ, vniuerſos habitatores vrbium,& cuncta terræ virentia. Reſpiciensq; vxor eius poſt ſe, verſa eſt in ſtatuã ſalis. Abraham autẽ cõſurgens mane vbi ſteterat prius cum Domino, intuitus eſt Sodomam & Gomorrham, & vniuerſam

Sapien.10 d
2. Petr.2 b
Sapien.10 d
Sapien.10 d
Segor ciuitas ad preces Lot ſaluatur.
Sapien.10 d
Sodomorũ interitus.
Eſa.13 d
Hiere.50 f
Ezec.16 f
Oſee 11 c
Amos 4 d
Luc.17 f
Iudæ 1 c
Luc.17 g
Supra 18 d

F vniuerſam terrã regionis illius:viditq́; aſcendentẽ fauillam de terra quaſi fornacis fumũ. Cum enim ſubuerteret Dominus ciuitates regionis illius,recordatus eſt Abrahæ, & liberauit Lot de ſubuerſione vrbium,in quibus habitauerat. Aſcẽditq́; Lot de Segor,& manſit in monte,duæ quoq; filiæ eius cũ eo (timuerat enim manere in Segor) & manſit in ſpelunca ipſe, & duę filiæ eius cum eo. Dixitq́; maior ad minorẽ, Pater noſter ſenex eſt,& nullus virorũ remanſit in terra qui poſsit ingredi ad nos iuxta morem vniuerſæ terræ. Veni, inebriemus eum vino, dormiamusq́; cum eo: vt ſeruare poſsimus ex patre noſtro ſemen. Dederunt itaq; patri ſuo bibere vinũ nocte
G illa. Et ingreſſa eſt maior,dormiuitq́ue cum patre:at ille non ſenſit,nec quando accubuit filia,nec quando ſurrexit. Altera quoque die dixit maior ad minorem, Ecce dormiui heri cum patre meo,demus ei bibere vinum etiam hac nocte, & dormies cum eo,vt ſaluemus ſemen de patre noſtro. Dederũt & illa nocte patri ſuo bibere vinum,ingreſſaq́; minor filia,dormiuit cum eo:& nec tunc quidem ſenſit quando concubuerit,vel quando illa ſurrexerit. Conceperunt ergo duæ filiæ Lot de patre ſuo. Peperitq́; maior filium, & vocauit nomen eius Moab:ipſe eſt pater Moabitarum vſq; in preſentẽ diem. Minor quoq; peperit filiũ,& vocauit nomen eius Ammõ,id eſt filius populi mei:ipſe eſt pater Ammonitarũ vſq; hodie.

S. ABRAHAE *in Geraris peregrinanti uxor rapitur,quæ illi magno cum fœnore intacta redditur:orante autem Abraham ſalus domini regis reſtituitur.*

CAPVT XX.

A PRofectus inde Abrahã in terrã auſtralem, habitauit inter Cades & Sur:& peregrinatus eſt in Geraris. Dixitq́ue de Sara vxore ſua,Soror mea eſt. Miſit ergo Abimélech rex Geraræ,& tulit eam. Vênit autẽ Deus ad Abimélech per ſomniũ nocte,& ait illi, En moriêris propter mulierem quam tuliſti: habet enim virum. Abimélech verò non tetigerat eã, & ait, Domine,num gentẽ ignorantẽ & iuſtã interficies? Nónne ipſe dixit mihi,
B Soror mea eſt:& ipſa ait,Frater meus eſt?in ſimplicitate cordis mei & mũditia manuũ mearum feci hoc. Dixitq́; ad eum Deus,Et ego ſcio quòd ſimplici corde feceris,& ideo cuſtodiui te,ne peccares in me,& non dimiſi vt tãgeres eam. Nunc ergo redde viro ſuo vxorem,quia propheta eſt:& orabit pro te,& viues:ſi autem nolueris reddere,ſcito quòd morte moriris tu & omnia quæ tua ſunt. Statimq́ue de nocte conſurgens Abimélech,vocauit omnes ſeruos ſuos:& locutus eſt vniuerſa verba hęc in auribus eorum,timueruntq́; omnes viri valde.
C Vocauit autẽ Abimélech etiã Abrahã,& dixit ei,Quid feciſti nobis? quid peccauimus in te,quia induxiſti ſuper me & ſuper regnũ meũ peccatũ grande?quæ non debuiſti facere,feciſti nobis. Rurſumq́; expoſtulãs ait, Quid vidiſti, vt hoc faceres? Reſpondit Abraham, Cogitaui mecum,dicens, Forſitan non eſt timor Dei in loco iſto,& interficient me propter vxorem meã:aliàs autẽ & verè ſoror mea eſt, filia patris mei & nõ filia matris meæ,& duxi eam in vxorẽ. Poſtquã autem
Supra 12.c eduxit me Deus de domo patris mei,dixi ad eam, Hanc miſericordiam facies mecum, In omni loco ad quem ingrediemur,dices quòd frater tuus ſim. Tulit igitur Abimélech oues
D & boues & ſeruos & ancillas,& dedit Abraham:reddiditq́ue illi Saram vxorem ſuam,& ait, Terra corã vobis eſt,vbicũq; tibi placuerit,habita. Saræ autem dixit, Ecce mille argenteos dedi fratri tuo,hoc erit tibi in velamen oculorũ ad omnes qui tecum ſunt:& quocũq; perrexeris,memento te deprehẽſam. Orante autem Abrahã,ſanauit Deus Abimélech & vxorem, ancillas q́; eius,& pepererunt. cõcluſerat enim Deus omnem vuluam domus Abimélech propter Saram vxorem Abrahę.

S. ISAAC *nato & ablactato,Iſmaël cum matre pellitur in deſertis uicturus : Abimelech cum Abraham fœdus medio iuramento percuſſit.*

CAPVT XXI.

A VIſitauit autem dominus Saram ſicut promiſerat: & impleuit quæ locutus eſt. Concepitq́;, & peperit filium in ſenectute ſua,tempore quo prædixerat ei Deus. Vocauitq́ue Abraham nomen filij ſui quem genuit ei Sara, Iſaac. & circuncîdit eum octauo die ſicut præceperat ei Deus cum centum eſſet annorum. hac quippe ætate patris,natus eſt Iſaac. Dixitq́; Sara, Riſum fecit mihi Deus,& quicunq; audierit,corridebit mihi. Rurſumq́; ait, Quis auditurus crederet Abraham quòd Sara lactaret filium quem peperit ei iam ſeni? Creuit igitur puer,& ablactatus eſt:fecitq́; Abraham grande conuiuium in die ablactationis eius. Cumq́; vidiſſet Sara filium Agar Aegyptiæ ludentem cum Iſaac,dixit ad Abraham, Eijce ancillam hanc, & filium eius:non enim erit hæres filius ancillæ cum filio meo Iſaac. Durè accepit hoc Abraham pro filio ſuo. Cui dixit Deus, Non tibi videatur aſperum ſuper puero & ſuper ancilla tua:omnia quæ dixerit tibi Sara,audi vocem eius:quia in Iſaac vocabitur tibi ſemen. Sed & filium ancillæ faciã in gentem magnam,quia ſemen tuum eſt. Surrexit itaq; Abraham mane, & tollens panem, & vtrem aquæ, impoſuit ſcapulæ eius,tradiditq́; puerum,& dimiſit eam:quæ cum abijſſet, errabat in ſolitudine Berſábee. Cumq́; conſumpta eſſet aqua in vtre,abiecit puerum ſubter vnam arborem quæ ibi erat: & abijt,ſeditq́ue eregione procul quantum poteſt arcus iácere. dixit enim,Non videbo morientem puerum. & ſedens contrà leuauit vocem ſuam,& fleuit. Exaudiuit autem Deus vocem pueri:vocauitq́; Angelus domini Agar de cœlo, dicens,
C Quid agis Agar? noli timere:exaudiuit enim Deus vocem pueri de loco in quo eſt. Surge,tolle puerum,& tene manum illius:quia in gentem magnam faciam eum. Aperuitq́; oculos eius Deus:quæ videns puteũ aquæ,abijt, & impleuit vtrem, deditq́; puero bibere. Et fuit Deus cum eo:qui creuit,& moratus eſt in ſolitudine,factus q́; eſt iuuenis ſagittarius. Habitauitq́ue in deſerto Pharan,& accepit illi mater ſua vxorem de terra Aegypti. Eodem tempore dixit Abimélech,& Phichol princeps exercitus eius ad Abraham, Deus tecum eſt in vniuerſis quæ agis. Iura ergo per Deum, ne noceas mihi & *Supra 20.d* poſteris meis,ſtirpiq́ue meæ:ſed iuxta miſericordiam quam feci tibi,facies mihi & terrę in qua verſatus es aduena. Dixitq́; Abraham, Ego iurabo. Et increpauit Abimélech propter puD teum aquæ quem vi abſtulerant ſerui eius. Reſponditq́; Abimélech, Neſciui quis fecerit hanc rem:ſed & tu non indicaſti mihi,& ego non audiui præter hodie. Tulit itaque Abraham oues & boues,& dedit Abimélech: percuſſeruntq́ue ambo fœdus. Et ſtatuit Abraham ſeptem agnas gregis ſeorſum. Cui dixit Abimélech, Quid ſibi volunt ſeptem agnæ iſtæ, quas ſtare feciſti ſeorſum? At ille, Septem, inquit, agnas accipies de manu mea:vt ſint mihi in teſtimonium quoniam ego fodi puteum iſtum. Idcirco vocatus eſt locus ille Berſábee: quia ibi vterque iurauit. Et inierunt fœdus pro puteo iuramenti. Surrexit autem Abimélech,& Phichol princeps exercitus eius, reuerſiq́ue ſunt in terram Palæſtinorum. Abraham verò plantauit nemus in Berſábee, & inuocauit ibi nomen domini Dei æterni. Et fuit colonus terræ Palæſtinorum diebus multis.

S. ABRAHAE *fides in filij ſui Iſaac immolatione probata ab executione prohibetur,& repromiſſione confirmatus fratris ſui Nachor natam prolem audiuit.*

CAPVT XXII.

A QVæ poſtquã geſta ſunt,tentauit Deus Abraham, & dixit ad eum, Abraham Abraham. At ille reſpondit, Adſum. Ait illi, Tolle filium tuum vnigenitum quem diligis Iſaac,& vade in terram Viſionis: atque ibi offeres eum in holocauſtum ſuper vnum montium quem monſtrauero tibi. Igitur Abraham de nocte conſurgens ſtrauit aſinum ſuum: ducens ſecum duos

Naſcitur Iſaac. *Supra 17.c 18.b* *Galat.4.c* *Hebr.11.c* *Matth.1.a* *Supra 17.d*

Galat.4.d

Rom.9.b *Hebr.11.d*

Iudith 8.c *Hebr.11.d*



iuuenes,& Iſaac filium ſuum:cumq; concidiſſet ligna in holocauſtum, abijt ad locum quem præceperat ei Deus. Die autem tertio,eleuatis oculis,vidit locum procul,dixitque ad
B pueros ſuos,Expectate hic cum aſino:ego autem & puer illuc vſque properantes,poſtquam adorauerimus,reuertemur
Typus CHRISTI, Iſaac. ad vos. Tulit quoq; ligna holocauſti,& impoſuit ſuper Iſaac filium ſuum:ipſe verò portabat in manibus ignē & gladium. Cumq; duo pergerent ſimul,dixit Iſaac patri ſuo,Pater mi. At ille reſpondit,Quid vis fili?Ecce,inquit,ignis & ligna:vbi eſt victima holocauſti? Dixit autem Abraham, Deus prouidebit ſibi victimam holocauſti,fili mi. Pergebant ergo pariter:& venerunt ad locum quem oſtenderat ei Deus, in quo ædificauit altare,& deſuper ligna compoſuit: cumque colligaſſet Iſaac filium ſuum,poſuit eum in altare ſuper ſtruem
Iaco.2.d lignorum. Extenditq; manum,& arripuit gladiū vt immolaret filium ſuum. Et ecce angelus domini de cœlo clamauit di-
C cens,Abraham Abrahā. Qui reſpondit, Adſum. Dixitq; ei, Non extendas manum tuam ſuper puerum,neque facies illi quicquam:nunc cognoui quòd timeas Deum,& non peperciſti vnigenito filio tuo propter me. Leuauit Abraham oculos ſuos,viditq; poſt tergum arietem inter vepres,hærentem cornibus:quem aſſumens,obtulit holocauſtum pro filio. Appellauitq; nomen loci illius, Dominus videbit. Vnde vſque hodie dicitur, In monte Dominus videbit. Vocauit autem angelus Domini Abraham ſecundò de cœlo,dicens,Per me-
Pſal.104.a metipſum iuraui, dicit Dominus:quia feciſti hanc rem, &
Luc.1.g non peperciſti filio tuo vnigenito,benedicam tibi, & multi-
Eccl.44.d plicabo ſemen tuum ſicut ſtellas cœli, & velut arenam quæ
Hebræ.6.c eſt in littore maris: poſſidebit ſemen tuum portas inimico-
1.Mac.2.f rum ſuorum,& BENEDICENTVR in ſemine tuo omnes
Luc.1.e gentes terræ,quia obediſti voci meæ. Reuerſus eſt Abraham
D ad pueros ſuos,abieruntque Berſabee ſimul,& habitauit ibi.
CHRISTVS. His itaq; geſtis,nūtiatum eſt Abraham quòd Melcha quoq; genuiſſet filios Nachor fratri ſuo, Hus primogenitum, &
Actuū.3.d Buz fratrem eius,& Camuel patrem Syrorum, & Caſed, &
Eccl.44.f Azau,Pheldas quoque & Iedlaph,ac Bathuel, de quo nata eſt Rebecca. octo iſtos genuit Melcha, Nachor fratri Abraham. Concubina verò illius nomine Roma,peperit Tábee & Gaham & Thaas & Maacha.

S. SARA *mortua plangitur, atque in ſpelunca duplici, quam ab Ephron cum agro Abraham præſenti pecunia emit, cum honore ſepelitur.*

CAPVT XXIII.

A VIxit autē Sara centū vigintiſeptem annis. Et mortua eſt in ciuitate Arbee,quæ eſt Hedron, in terra Chanáan:venitq; Abraham vt plangeret & fleret eam. Cumq; ſurrexiſſet Abrahā ab officio funeris,locutus eſt ad filios Heth,dicens,Aduena ſum & peregrinus apud vos:date mihi ius ſepulchri vobiſcum, vt ſepeliam mortuū meū. Reſpōderuntq; filij Heth, dicentes, Audi nos domine,princeps Dei es apud nos: in electis ſepulchris noſtris ſepeli mortuū tuū,nullusq; te prohibere poterit quin
B in monumēto eius ſepelias mortuū tuū. Surrexit Abrahā,& adorauit populum terræ,filios videlicet Heth:dixitq; ad eos, Si placet animæ veſtræ vt ſepeliā mortuū meū,audite me, & intercedite pro me apud Ephron filium Seor:vt det mihi ſpeluncā duplicē quam habet in extrema parte agri ſui: pecunia dign. tradat eā mihi corā vobis in poſſeſſionē ſepulchri. Habitabat aūt Ephrō in medio filiorū Heth. Reſpōditq; Ephrō Hethæus ad Abrahā cunctis audientibus qui ingrediebantur
C portam ciuitatis illius, dicens, Nequaquam ita fiet domine mi,ſed tu magis auſculta quod loquor, Agrum trado tibi, & ſpeluncam quæ in eo eſt,præſentibus filijs populi mei,ſepeli mortuū tuum. Adorauit Abrahā corā domino & populo terræ:& locutus eſt ad Ephron circūſtāte plebe eius, Quæſo vt audias me, Dabo pecuniam pro agro:ſuſcipe eam,& ſic ſepeliam mortuū meum in eo. Reſponditq; Ephron, Domine mi,audi me, Terra quā poſtulas, quadringentos ſiclos argēti valet:iſtud eſt pretiū inter me & te,ſed quantū eſt hoc?ſepeli
D mortuū tuum. Quod cum audiſſet Abraham, appendit pecuniā quam Ephron poſtulauerat,audientibus filijs Heth,quadringentos ſiclos argenti probatæ monetæ publicæ. Confirmatusq; eſt ager quondam Ephronis in quo erat ſpelunca duplex reſpiciens Mābre:tam ipſe quàm ſpelūca, & omnes arbores eius in cunctis terminis eius per circumitū, Abrahæ in poſſeſſionē, vidētibus filijs Heth,& cūctis qui intrabant portam ciuitatis illius. Atq; ita ſepeliuit Abrahā Saram vxorem ſuā in ſpelūca agri duplici,quæ reſpiciebat Mambre,hæc eſt Hebrō in terra Chanáan. Et cōfirmat⁹ eſt ager & antrū quod erat in eo,Abrahę in poſſeſſionem monumenti à filijs Heth.

S. SERVVS *Abrahæ in Meſopotamiam ad quærendam Iſaac uxorem miſſus, mandatum fideliter implet, Rebeccam adducit, quam Iſaac ducit in uxorem ſuper morte matris conſolatus.*

CAPVT XXIIII.

A ERat autem Abraham ſenex dierumque multorum:& dominus in cunctis benedixerat ei. Dixitq; ad ſeruum ſeniorem domus ſuæ, qui præerat omnibus quæ habebat. Pone manum tuam ſubter femur meum:vt adiurem te per dominum Deum cœli & terræ,vt non accipias vxorē filio meo de filiabus Chananæorum,inter quos habito:ſed ad terrā & cognationē meam proficiſcaris, & inde accipias vxorē filio meo Iſaac. Reſpondit ſeruus,Si noluerit mulier venire mecū in terrā hanc, nunquid reducere debeo filiū tuū ad locum de quo tu egreſſus es? Dixitq; Abrahā,Caue nequādo reducas filiū meū illuc. Dominus Deus cœli & terræ,qui tulit me de domo patris mei, & de terra natiuitatis meę,qui locutus eſt mihi,& iurauit mihi,dicens,Semini tuo dabo terrā hāc:ipſe mittet angelū ſuum *Supra 12.b*
corā te,& accipies inde vxorē filio meo. ſin autē mulier noluerit ſequi te,nō teneberis iuramento:filiū meū tantū ne reducas illuc. Poſuit ergo ſeruus manū ſub femore Abraham domini ſui,& iurauit illi ſuper ſermone hoc. Tulitq; decē camelos de grege domini ſui,& abijt, ex omnibus bonis eius
B portās ſecū:profectusq; perrexit in Meſopotamiā ad vrbem Nachor. Cūq; camelos feciſſet accūbere extra oppidū iuxta puteum aquæ veſpere,eo tēpore quo ſolent mulieres egredi ad hauriendam aquā,dixit, Domine Deus domini mei Abraham,occurre obſecró mihi hodie, & fac miſericordiam cum domino meo Abraham. Ecce ego ſto prope fontem aquæ,& filiæ habitatorum huius ciuitatis egredientur ad hauriendam aquam. Igitur puella cui ego dixero, Inclina hydriā tuam vt bibam:& illa reſponderit, Bibe,quin & camelis tuis dabo potum:ipſa eſt quam præparaſti ſeruo tuo Iſaac, & per hoc intelligam quòd feceris miſericordiā cum domino meo. Necdum intra ſe verba compleuerat, & ecce Rebecca egrediebatur filia Bathuel filij Melchæ vxoris Nachor fratris Abrahā, habens hydriam in ſcapula ſua:puella decóra nimis,virgoque pulcherrima, & incognita viro: deſcenderat autem ad fontem,

C tem,& impleuerat hydriam,ac reuertebatur.Occurritque ei seruus,& ait,Pauxillũ aquæ mihi ad sorbendũ præbe de hydria tua.Quæ respondit,Bibe domine mi. Celeriterq; deposuit hydriã super vlnam suã,& dedit ei potum. Cumq; ille bibisset,adiecit,Quin & camelis tuis hauriã aquã, donec cuncti bibant.Effundensq; hydriã in canalibus, recurrit ad puteum vt hauriret aquã:& haustã omnibus camelis dedit. Ille autem contemplabatur eam tacitus, scire volens vtrum prosperum iter suum fecisset dominus,an non. Postquã autem biberunt cameli,protulit vir inaures aureas,appẽdentes siclos duos: & armillas totidem pondo siclorum decem.Dixitq; ad eam,Cuius es filia?indica mihi.est in domo patris tui locus ad manendum?Quæ respondit,Filia sum Bathuelis filij Melchę,quem peperit Nachor. Et addidit,dicens, Palearum quoq; & fœni plurimum est apud nos,& locus spatiosus ad manendum.Inclinauit se homo & adorauit dominum, dicens, Benedictus dominus Deus domini mei Abraham,qui non abstulit misericordiam & veritatem suam à domino meo,& recto itinere
D me perduxit in domum fratris domini mei. Cucurrit itaque puella,& nuntiauit in domum matris suæ omnia quæ audierat.Habebat autem Rebecca fratrem nomine Laban: qui festinus egressus est ad hominem vbi erat fons. Cumq; vidisset inaures & armillas in manibus sororis suæ, & audisset cuncta verba referentis,Hæc locutus est mihi homo: vẽnit ad virum qui stabat iuxta camelos & prope fontem aquæ,dixitque ad eum,Ingrédere benedicte domini: cur foris stas? præparaui domum & locum camelis tuis. Et introduxit eum in hospitium:ac destrauit camelos,deditq; paleas & fœnũ: & aquam ad lauandos pedes eius & camelorum, & virorum qui venerant cum eo.Et appositus est in cõspectu eius panis. Qui ait, Non comedam,donec loquar sermones meos.Respondit ei, Loquere.Ait ille,Seruus,inquit,Abraham sum. Et dominus benedixit domino meo valde,magnificatusq; est: & dedit ei oues & boues,argentum & aurum,seruos & ancillas,& came
E los & asinos.Et peperit Sara vxor domini mei filium domino meo in senectute sua,deditq; illi omnia quæ habuerat. Et adiurauit me dominus meus,dicens,Non accipiesvxorem filio meo de filiabus Chananæorum, in quorum terra habito: sed ad domum patris mei perges,& de cognatione mea accipies vxorem filio meo. Ego verò respondi domino meo, Quid si noluerit venire mecum mulier? Dominus, ait, in cuius conspectu ambulo mittet angelum suum tecum, & diriget viam tuam:accipiesque vxorem filio meo de cognatione mea,& de domo patris mei. Innocens eris à maledictione mea,cum veneris ad proximos meos, & non dederint tibi. Vẽni ergo hodie ad fontem aquæ,& dixi,Domine Deus domini mei Abraham,si direxisti viam meam in qua nunc ambulo,ecce sto iuxta fontem aquæ, & virgo quæ egredietur ad hauriendam aquam,audierit à me,Da mihi pauxillũ aquæ ad bibendum de hydria tua:& dixerit mihi,Et tu bibe, & camelis tuis hauriam:ipsa est mulier quam pręparauit dominus filio domini mei. Cumq; hæc tacitus mecum voluerem, apparuit Rebecca veniens cum hydria quam portabat in scapula:descenditq; ad fontem:& hausit aquam.Et aio ad eam, Da mihi paululum bibere. Quæ festinans deposuit hydriam de humero,& dixit mihi: Et tu bibe, & camelis tuis tribuam potum.Bibi,& adaquauit camelos. Interrogauiq; eam, & dixi,
F Cuius es filia?Quæ respondit, Filia Bathuelis sum, filij Nachor,quẽ peperit ei Melcha.Suspendi itaq; inaures ad ornandam faciem eius,& armillas posui in manibus eius. Pronusq; adorauí dominũ,benedicens domino Deo domini mei Abraham,qui perduxit me recto itinere,vt sumerem filiam fratris domini mei filio eius. Quam ob rem si facitis misericordiam & veritatem cum domino meo,indicate mihi.sin autem aliud placet:& hoc dicite mihi vt vadam ad dexteram, siue ad sinistram.Responderuntq; Laban & Bathuel,A domino egressus est sermo:non possumus extra placitũ eius quicquã aliud loqui tecum.En Rebecca corã te est,tolle eam, & proficiscere,& sit vxor filij domini tui, sicut locutus est dominus. Quod cum audisset puer Abraham, prócidens adorauit in terram dominũ. Prolatisq; vasis argenteis, & aureis, ac vestibus,dedit ea Rebeccæ pro munere:fratribus quoque eius, & matri dona obtulit. Initoq; cõuiuio vescentes pariter & bibẽtes,manserũt ibi.Surgens autẽ mane, locutus est puer, Dimittite me,vt vadam ad dominũ meum. Responderuntq; fratres eius & mater. Maneat puella saltem decem dies apud nos, & postea proficiscetur.Nolite,ait,me retinere,quia dominus direxit viã meam:dimittite me vt pergã ad dominũ meum. Et dixerunt,Vocemus puellã, & quæramus ipsius voluntatem.
G Cumque vocata venisset,sciscitati sunt, Vis ire cum homine isto?Quæ ait,Vadã. Dimiserunt ergo eam, & nutricẽ illius, seruumq; Abraham,& comites eius: imprecantes prospera sorori suæ,atq; dicentes,Soror nostra es, crescas in mille millia,& possideat semen tuum portas inimicorum suorum.Igitur Rebecca,& puellæ illius ascensis camelis secutæ sunt virũ: qui festinus reuertebatur ad dominum suum.Eo autem tem- *Supra 16.d*
pore deambulabat Isaac per viam quæ ducit ad puteum, cuius nomen est Viuentis & Videntis: habitabat enim in terra australi. Et egressus fuerat ad meditandum in agro, inclinata iam die:cumq; eleuasset oculos, vidit camelos venientes procul.Rebecca quoq; conspecto Isaac,descendit de camelo, & ait ad puerum,Quis est ille homo qui venit per agrũ in occursum nobis?Dixitq; ei,Ipse est dominus meus. At illa tollens citò palliũ suum,operuit se.Seruus autẽ cuncta quæ gesserat, narrauit domino suo Isaac.Qui introduxit eam in tabernaculum Saræ matris suæ,& accepit eam vxorẽ:& intantũ dilexit eam,vt dolorẽ qui ex morte matris eius acciderat,tẽperaret.

S. ABRAHAM multis ex Cethura filijs susceptis mortuus est, atque in spelunca duplici sepultus. Ismaël multa prole diues moritur. Isaac pro uxore sterili precatus geminos genuit,quos primogenita maior uendidit minori. CAPVT XXV.

A ABraham verò aliam duxit vxorem nomine Cetu-
ram: quæ peperit ei Zamran,& Iecsan,& Madã, & Madiã,& Iesboc,& Sue. Iecsan quoq; genuit Saba & Dadan. Filij Dadan fuerunt Assurim,& Latussim,& Laômim. At verò ex Madian ortus est Epha, *1.Para.1.c*
& Epher,& Enoch, & Abida, & Eldaa. omnes hi, filij Cturæ.Deditque Abraham cuncta quæ possederat, Isaac:filijs autem concubinarum largitus est munera,& separauit eos ab Isaac filio suo dum adhuc ipse viueret, ad plagam orientalem.Fuerunt autem dies vitæ Abrahæ centum septuaginta-quinq; anni.Et deficiens mortuus est in senectute bona prouectæq; ætatis,& plenus dierum:congregatusq; est ad popu
B lum suũ.Et sepelierunt eum Isaac & Ismael filij sui in spelun *Supra 23.e*
ca duplici,quæ sita est in agro Ephron filij Seor Hethęi, eregione Mambre,quã emerat à filijs Heth.ibi sepultus est ipse, & Saravxor eius.Et post obitum illius benedixit Deus Isaac filio eius,qui habitabat iuxta puteũ nomine Viuentis & Vi- *Supra 16.d*
dentis.Hæ sunt generationes Ismael filij Abrahæ quem peperit ei Agar Aegyptia,famula Saræ: & hæc nomina filiorũ Genealogia Ismaelis.
eius in vocabulis & generationibus suis. Primogenitus Ismaêlis Nabaioth,deinde Cedar,& Adbeel,& Mabsam,Mas- *1.Para.1.c*
ma quoque,& Duma,& Massa,Hadad,& Thema, & Ietur, & Naphis, & Cedma. isti sunt filij Ismaelis:& hæc nomina per castella & oppida eorum, duodecim principes tribuum suarum.Et facti sunt anni vitæ Ismaelis centum trigintaseptem,deficiẽsq; mortuus est,& appositus ad populũ suum.
C Habitauit autem ab Heuila vsq; Sur, quę respicit Aegyptum introeuntibus Assyrios.coram cũctis fratribus suis obijt. Hæ quoque sunt generationes Isaac filij Abraham. Abraham genuit Isaac:qui cũ quadraginta esset annorũ, duxit vxorẽ Rebeccam filiã Bathuelis Syri de Mesopotamia, sororẽ Laban. Deprecatusq; est Isaac dominũ pro vxore sua, eo quòd esset sterilis:

sterilis: qui exaudiuit eum, & dedit conceptum Rebeccę. Sed collidebantur in vtero eius paruuli: quæ ait, Si sic mihi futurum erat, quid necesse fuit me concipere? Perrexitq; Rebecca vt cōsuleret dominū. Qui respōdens, ait, Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidētur, populusq;
Rom. 9. c populū superabit, & maior seruiet minori. Iam tēpus pariendi aduenerat, & ecce gemini in vtero eius reperti sunt. Qui
Iacob & Esau filij Rebeccæ. primus egressus est, rufus erat, & totus in morem pellis hispidus: vocatūq; est nomen eius Esau. Protinus alter egrediens, plantā fratris tenebat manu: & idcirco appellauit eum Iacob.
D Sexagenarius erat Isaac quādo nati sunt paruuli. Quibus adul
Osee 12. a tis factus est Esau vir gnarus venādi, & homo agricola: Iacob
Matt. 1. a autem vir simplex habitabat in tabernaculis. Isaac amabat
Esau venator. Esau, eo quòd de venationibus illius vesceretur: & Rebecca
Iacob simplex. diligebat Iacob. Coxit autem Iacob pulmentum, ad quem
Abd. 1. a cum venisset Esau de agro lassus, ait, Da mihi de coctione hac rufa, quia oppidò lassus sum. Quam ob causam vocatum est nomen eius Edō. Cui dixit Iacob, Vende mihi primogenita tua. Ille respondit, En morior, quid mihi proderūt primogenita? Ait Iacob, Iura ergo mihi. Iurauit ei Esau, & vēdidit primogenita.
Heb. 12. d Et sic accepto pane & lentis edulio comedit, & bibit, & abijt, paruipendens quòd primogenita vendidisset.

S. Isaac Rebeccam dicens sororem suam taxatur ab Abimelech in Geraris peregrinatus. Pastoribus autem eorum pro puteis dißidentibus Abimelech cum Isaac fœdus inijt.

CAPVT XXVI.

A ORta autē fame super terrā post eam sterilitatem quæ acciderat in diebus Abraham, abijt Isaac ad Abimelech regem Palæstinorū in Gerara. Apparuitq; ei dominus, & ait: Ne descendas in Aegyptum, sed quiesce in terra quam dixero tibi. Et peregrinare
Isaac promittitur terra Chanaā. in ea, eroq; tecū, & benedicā tibi: tibi enim & semini tuo dabo vniuersas regiones has, cōplens iuramentū quod spopondi Abraham patri tuo. Et multiplicabo semen tuū sicut stellas cœli: daboque posteris tuis vniuersas regiones has: &
Supra 12. b 13. d. et 15. b
CHRISTVS promittitur. BENEDICENTVR in semine tuo omnes gentes terræ, eo quòd obedierit Abrahā voci meæ, & custodierit præcepta & mandata mea, & ceremonias leges q; seruauerit. Mansit itaq; Isaac
B in Geraris. Qui cum interrogaretur à viris loci illius super vxore sua, respondit, Soror mea est. timuerat enim confiteri quòd sibi esset sociata coniugio: reputans ne fortè interficerēt eum propter illius pulchritudinem. Cūq; pertransissent dies plurimi, & ibidē moraretur, prospiciens Abimelech rex Palæstinorū per fenestrā, vidit eū iocantem cū Rebecca vxore sua. Et accersito eo ait, Perspicuum est quòd vxor tua sit: cur mentitus es eam sororē tuam esse? Respondit, Timui ne morerer propter eā. Dixitq; Abimélech, Quare imposuisti nobis? potuit coire quispiā de populo cum vxore tua, & induxeras super nos grande peccatum. Præcepitq; omni populo, di
C cens, Qui tetigerit hominis huius vxorem, morte morietur. Seuit autē Isaac in terra illa, & inuenit in ipso anno centuplū:
Isaac diues. benedixitque ei dominus. Et locupletatus est homo, & ibat proficiens atq; succrescens: donec magnus vehementer effectus est, habuitq; possessiones ouium & armentorum & familiæ plurimum. Ob hoc inuidentes ei Palæstini, omnes puteos quos foderant serui patris illius Abraham, illo tempore obstruxerunt, implentes humo: in tantū vt ipse Abimélech
D diceret ad Isaac, Recede à nobis, quoniam potentior nobis factus es valde. Et ille discedens, vt veniret ad torrentem Geraræ, habitaretque ibi: rursum fodit alios puteos, quos foderant serui patris sui Abrahā, & quos illo mortuo olim obstruxerāt Philisthijm: appellauitq; eos eisdē nominibus quibus antè pater vocauerat. Foderūtq; in torrente, & repererūt aquam viuā. Sed & ibi iurgium fuit pastorū Geraræ aduersus pastores Isaac, dicentium, Nostra est aqua. quā ob rem nomē putei
E ex eo quod acciderat, vocauit Calumniam. Foderunt autē & alium: & pro illo quoq; rixati sunt, appellauitq; eum Inimicitias. Profectus inde fodit alium puteum, pro quo non contenderunt: itaq; vocauit nomen eius, Latitudo: dicens, Nunc dilatauit nos Dominus, & fecit crescere super terram. Ascendit autem Isaac ex illo loco in Bersabee, vbi apparuit ei dominus in ipsa nocte, dicens, Ego sum Deus Abraham patris tui, noli timere, quia ego tecum sum: & benedicam tibi, & multiplicabo semen tuū propter seruū meum Abrahā. Itaq; ædificauit ibi altare: & inuocato nomine domini extendit tabernaculum: præcepitq; seruis suis vt foderent puteū. Ad quem lo
F cum cū venissent de Geraris Abimélech, & Ochozath amicus illius, & Phichol dux militum, locutus est eis Isaac, Quid venistis ad me hominem quem odistis, & expulistis à vobis? Qui responderunt, Vidimus tecum esse dominum: & idcirco nunc diximus, Sit iuramentū inter nos, & ineamus fœdus: vt non facias nobis quicquam mali, sicut & nos nihil tuorum attigimus, nec fecimus quod te læderet, sed cū pace dimisimus auctum benedictione domini. Fecit ergo eis conuiuium: &
G post cibum & potum surgentes mane, iurauerūt sibi mutuò: dimisitq; eos Isaac pacificè in locum suum. Ecce autem venerunt in ipso die serui Isaac annuntiantes ei de puteo quem foderant, atq; dicentes, Inuenimus aquā. Vnde appellauit eum Abundantiam: nomen vrbi impositum est Bersabee vsque in præsentem diem. Esau verò quadragenarius duxit vxores, Iudith filiam Beeri Hethæi, & Bāsemath filiam Elon eiusdem loci: quæ ambæ offenderant animum Isaac & Rebeccæ.
Bigamia Esau.



S. Iacob per matris astutiam benedictionem loco Esau præripuit, unde concepto Esau odio in Iacob à matre monetur contendere in Haran.

CAPVT XXVII.

A SEnuit autē Isaac & caligauerunt oculi eius, & videre non poterat: vocauitq; Esau filiū suū maiorem, & dixit ei, Fili mi? Qui respondit, Adsum.
Iubet Isaac Esau ex venatione co quere pulmentum. Cui pater, Vides, inquit, quòd senuerim, & ignorem diem mortis meæ. Sume arma tua, pharetrā & arcum, & egredere foras. Cumq; venatu aliquid apprehenderis, fac mihi inde pulmentū, sicut velle me nosti, & affer vt comedā: & be-
B nedicat tibi anima mea antequam moriar. Quod cum audisset Rebecca, & ille abijsset in agrum vt iussionē patris impleret, dixit filio suo Iacob, Audiui patrem tuum loquentem cum Esau fratre tuo, & dicentem ei, Affer mihi de venatione tua, & fac cibos vt comedam, & benedicam tibi coram domino antequam moriar. Nunc ergo fili mi acquiesce consilijs meis: & pergens ad gregem, affer mihi duos hœdos optimos, vt faciam ex eis escas patri tuo, quibus libenter vescitur: quas cum intuleris & comederit, benedicat tibi priusquam moriatur. Cui ille respondit, Nosti quòd Esau frater meus homo pilosus sit, & ego leuis. si attrectauerit me pater meus, & senserit, timeo ne putet me sibi voluisse illudere, & inducat super me maledictionem pro benedictione. Ad quem mater, In me sit, ait, ista maledictio fili mi: tantum audi vocem meam, & pergens affer quæ dixi. Abijt, & attulit, deditq; matri: parauit illa

cibos

cibos ſicut velle nouerat patrem illius. Et veſtibus Eſau valde bonis, quas apud ſe habebat domi, induit eũ: pelliculasq́; hœ-
C dorum circundedit manibus, & colli nuda protexit. Deditq́; pulmentũ, & panes quos coxerat, tradidit. Quibus illatis, dixit, Pater mi? At ille reſpondit, Audio, quis es tu fili mi? Dixitq́; Iacob, Ego ſum primogenitus tuus Eſau: feci ſicut præcepiſti mihi: ſurge, ſede, & comede de venatione mea, vt benedicat mihi anima tua. Rurſumq́; Iſaac ad filiũ ſuum, Quomodo, inquit, tam citò inuenire potuiſti fili mi? Qui reſpondit, Volũtas Dei fuit vt citò occurreret mihi quod volebam. Dixitq́; Iſaac, Accede huc vt tangã te fili mi, & probẽ vtrum tu ſis filius meus Eſau, an non. Acceſsit ille ad patrẽ: & palpato eo, dixit Iſaac, Vox quidẽ, vox Iacob eſt: ſed manus, manus Eſau ſunt. Et nõ cognouit eũ, quia piloſæ manus ſimili-
D tudinẽ maioris expreſſerãt. Benedicens ergo illi, ait, Tu es filius meus Eſau? Reſpondit, Ego ſum. At ille, Affer mihi, inquit, cibos de venatione tua fili mi, vt benedicat tibi anima mea. Quos cum oblatos comediſſet, obtulit ei etiã vinũ. quo hauſto, dixit ad eũ, Accede ad me, & da mihi oſculum fili mi. Acceſsit, & oſculatus eſt eũ. Statimq́; vt ſenſit veſtimẽtorum
Hebr. 11. d illius fragrantiam, benedicens illi, ait: Ecce odor filij mei ſicut odor agri, cui benedixit dominus. Det tibi Deus de rore cœli, & de pinguedine terræ abundantiam frumenti, vini & olei. Et ſeruiant tibi populi, & adorent te tribus: eſto dominus fratrum tuorum, & incuruentur ante te filij matris tuæ. qui maledixerit tibi, ſit ille maledictus: & qui benedixerit tibi,
E benedictionibus repleatur. Vix Iſaac ſermonem impleuerat: & egreſſo Iacob foras, venit Eſau, coctoſq́; de venatione cibos intulit patri, dicens, Surge pater mi, & comede de venatione filij tui, vt benedicat mihi anima tua. Dixitq́ue Iſaac, Quis enim es tu? Qui reſpondit, Ego ſum filius tuus primogenitus Eſau. Expauit Iſaac ſtupore vehemẽti: & vltra quàm credi poteſt admirans, ait, Quis igitur ille eſt qui dudum captam venationem attulit mihi, & comedi ex omnibus prius quàm tu venires? benedixiq́ue ei, & erit benedictus. Auditis Eſau ſermonibus patris, irrugijt clamore magno: & conſternatus ait, Benedic etiam & mihi pater mi. Qui ait, Vênit germanus tuus fraudulenter, & accepit benedictionem tuam. At
F ille ſubiunxit, Iuſtè vocatum eſt nomen eius Iacob: ſupplan-
Supra 25. d tauit enim me en altera vice: primogenita mea antè tulit, & nunc ſecundò ſurripuit benedictionem meam. Rurſumque ad patrem, Nunquid non reſeruaſti, ait, & mihi benedictionem? Reſpondit Iſaac, Dominum tuum illum conſtitui, & omnes fratres eius ſeruituti illius ſubiugaui: frumento & vino ſtabiliui eum, & tibi poſt hæc fili mi vltrà quid faciam?
Hebr. 11. d & 12. e Cui Eſau, Num vnam, inquit, tantum benedictionem habes pater? mihi quoque obſecro vt benedicas. Cumq́; eiulatu magno fleret, motus Iſaac dixit ad eum, In pinguedine terræ, & in rore cœli deſuper erit benedictio tua. Viues in gladio, & fratri tuo ſeruies: tempusq́; veniet cum excutias & ſoluas iugum eius de ceruicibus tuis. Oderat ergo ſemper Eſau Iacob
Abd. 1. c pro benedictione qua benedixerat ei pater: dixitq́; in corde
G ſuo, Veniẽt dies luctus patris mei, & occîdam Iacob fratrem meum. Nuntiata ſunt hæc Rebeccæ: quæ mittens, & vocans Iacob filium ſuum, dixit ad eum, Ecce Eſau frater tuus minatur vt occîdat te. Nunc ergo fili mi, audi vocem meam, & conſurgens fuge ad Laban fratrem meum in Haran: habitabisq́; cum eo dies paucos, donec requieſcat furor fratris tui, & ceſſet indignatio eius, obliuiſcaturq́; eorum quæ feciſti in eum: poſtea mittam, & adducam te inde huc. cur vtroque orbabor filio in vno die? Dixitq́ue Rebecca ad Iſaac, Tædet me vitæ meæ propter filias Heth: ſi acceperit Iacob vxorem de ſtirpe huius terræ, nolo viuere.

S. IACOB *tranſiens in Meſopotamiam in ſomnis ſcalam uidet, dominumq́; ſcalæ innixum in Luza, quam propterea Bethel uocauit, & hîc uotum Deo uouit.* CAPVT XXVIII.

A VOcauit itaq; Iſaac Iacob, & benedixit eum, præcepitq́; ei, dicens, Noli accipere cõiugem de genere Chanáan: ſed vade & proficiſcere in Meſopotamiã Syriæ, ad domum Bathuel patris matris tuæ, & accipe tibi inde vxorẽ de filiabus Laban auunculi tui. Deus autẽ omnipotẽs benedicat tibi, & creſcere te faciat atq; multiplicet: vt ſis in turbas populorũ. Et det tibi benedictiones Abrahæ, & ſemini tuo poſt te: vt poſsideas terram peregrinationis tuæ, quam pollicitus eſt auo tuo. Cumq́; dimiſiſſet eum Iſaac, profectus peruenit in Meſopotamiã Syriæ ad *Oſee 12. d*
Laban filium Bathuel Syri, fratrem Rebeccæ matris ſuæ. Vi-
B dens autem Eſau quòd benedixiſſet pater ſuus Iacob, & miſiſſet eum in Meſopotamiam Syriæ, vt indevxorem duceret: & quòd poſt benedictionem præcepiſſet ei, dicens, Non accipies vxorem de filiabus Chanáan: quodq́; obediens Iacob parentibus ſuis iſſet in Syriam: probans quoq; quòd non libenter aſpiceret filias Chanáan pater ſuus: iuit ad Iſmahelem, & duxit vxorem abſq; ijs quas prius habebat, Maheleth filiam Iſmahel filij Abraham, ſororem Nabaioth. Igitur egreſſus Iacob de Berſábee, pergebat Haran. Cumq́; veniſſet ad quendam locũ, & vellet in eo requieſcere poſt ſolis occubitũ, tulit de lapidibus qui iacebant, & ſupponens capiti ſuo, dormiuit
C in eodem loco. Viditq́; in ſomnis ſcalã ſtãtem ſuper terrã, & Prima Dei cacumen illius tangens cœlũ: angelos quoq; Dei aſcendentes apparitio & deſcẽdẽtes per eã: & dominũ innixũ ſcalæ dicẽtẽ ſibi, Ego Iacob. ſum dominus Deus Abraham patris tui, & Deus Iſaac. Terram in qua dormis, tibi dabo & ſemini tuo. Eritq́; ſemẽ tuum *Deute. 12. c 19. c* quaſi puluis terræ: dilataberis ad orientem & occidentem & ſeptentrionem & meridiem: & BENEDICENTVR IN TE CHRI-
& in ſemine tuo cunctæ tribus terræ. Et ero cuſtos tuus quo- STVS pro-
cũq; perrexeris, & reducam te in terram hanc: nec dimittam mittitur.
D niſi compleuero vniuerſa quæ dixi. Cumq́; euigilaſſet Iacob de ſomno, ait, Verè dominus eſt in loco iſto, & ego neſciebam. Pauensq́;, Quàm terribilis eſt, inquit, locus iſte: non eſt hic aliud niſi domus Dei, & porta cœli. Surgens ergo Iacob mane, tulit lapidem, quem ſuppoſuerat capiti ſuo, & erexit in titulum, fundens oleum deſuper. Appellauitq́; nomen vrbis, Bethel: quæ prius Luza vocabatur. Vouit etiam votum, dicens, Si fuerit Deus mecum, & cuſtodierit me in via per quam ego ambulo, & dederit mihi panem ad veſcendum, & veſtimentum ad induendũ, reuerſusq́; fuero proſperè ad domum patris mei: erit mihi dominus in Deum, & lapis iſte quem erexi in titulum, vocabitur Domus Dei: cunctorumq́; quæ dederis mihi, decimas offeram tibi.

S. IACOB *à Laban ſuſceptus ſeptem annos pro Rachele impleuit: cui cùm ſuppoſita eſſet Lia, ſeptem alijs ſeruiuit. Rachele autem ſterili Lia quatuor peperit filios.* CAPVT XXIX.

A PRofectus ergo Iacob venit in terram orientalem. Et vidit puteum in agro, tres quoque greges ouium accubantes iuxta eum: nam ex illo adaquabãtur pecora, & os eius grandi lapide claudebatur. Moris q́ue erat vt cunctis ouibus congregatis deuoluerent lapidem, & refectis gregibus rurſum ſuper os putei ponerent. Dixitq́ue ad paſtores, Fratres, vnde eſtis? Qui reſponderunt, De Haran. Quos interrogans, Nunquid, ait,
B noſtis Laban filium Nachor? Dixerunt, Nouimus. Sanúsne eſt, inquit? Valet, inquiunt: & ecce Rachel filia eius venit cum grege ſuo. Dixitq́ue Iacob, Adhuc multum diei ſupereſt, nec eſt tempus vt reducantur ad caulas greges: date antè potum ouibus, & ſic eas ad paſtum reducite. Qui reſponderunt, Non poſſumus, donec omnia pecora congregentur, & amoueamus lapidem de ore putei, vt adaquemus greges. Adhuc loquebantur, & ecce Rachel veniebat cum ouiC bus patris ſui: nam gregem ipſa paſcebat. Quam cum vidiſſet Iacob, & ſciret conſobrinam ſuam, ouesq́; Laban auunculi ſui: amouit lapidem quo puteus claudebatur. Et adaquato

grege

grege oſculatus eſt eam,& eleuata voce fleuit, & indicauit ei quòd frater eſſet patris ſui,& filius Rebeccæ : at illa feſtinans nuntiauit patri ſuo. Qui cum audiſſet veniſſe Iacob filiũ ſororis ſuæ, occurrit obuiã ei: cõplexusq; eum,& in oſcula ruens, duxit in domum ſuam. Auditis autẽ cauſis itineris, reſpondit,
D Os meũ es,& caro mea. Et poſtquã impleti ſunt dies menſis vnius, dixit ei, Num quia frater meus es, gratis ſeruies mihi? dic quid mercedis accipias. Habebat vero duas filias, nomen maioris, Lia: minor verò appellabatur Rachel. Sed Lia, lippis erat oculis : Rachel decôra facie, & venuſto aſpectu. Quam diligens Iacob, ait, Seruiam tibi pro Rachel filia tua minore ſeptem annis. Reſpondit Laban, Melius eſt vt tibi eam dem quàm alteri viro: mane apud me. Seruiuit ergo Iacob pro Rachel ſeptem annis : & videbantur illi pauci dies præ amoris
E magnitudine. Dixitq́ue ad Laban, Da mihi vxorem meam: quia iam tempus impletum eſt, vt ingrediar ad illam. Qui vocatis multis amicorum turbis ad conuiuium, fecit nuptias. Et veſpere Liam filiam ſuam introduxit ad eum, dans ancillam filiæ, Zelpham nomine. Ad quam cum ex more, Iacob fuiſſet ingreſſus, facto mane vidit Liam: & dixit ad ſocerũ ſuum, Quid eſt quod facere voluiſti? nónne pro Rachel ſeruiui tibi? quare impoſuiſti mihi? Reſpondit Laban, Non eſt in loco noſtro cõſuetudinis, vt minores antè tradamus ad nuptias.
F Imple hebdomadam dierum huius copulæ : & hanc quoque dabo tibi pro opere quo ſeruiturus es mihi ſeptẽ annis alijs. Acquieuit placito : & hebdomada tranſacta, Rachel duxit vxorem: cui pater ſeruam Balam tradiderat. Tandemq́; potitus optatis nuptijs, amorem ſequentis priori prætulit, ſeruiens apud eum ſeptem annis alijs. Videns autem dominus quòd deſpiceret Liam, aperuit vuluã eius, ſorore ſterili permanente. Quæ conceptum genuit filium, vocauitq́ue nomen
G eius Ruben, dicens, Vidit dominus humilitatem meam, nũc
1. Para. 1. a amabit me vir meus. Rurſumq́; concepit & peperit filium, & ait: Quoniam audiuit me dominus haberi contemptui, dedit etiam iſtum mihi. vocauitq́; nomen eius Simeon. Concepitq́; tertio, & genuit alium filium : dixitq́;, Nunc quoque copulabitur mihi maritus meus, eo quòd pepererim ei tres filios. & idcirco appellauit nomen eius Leui. Quarto concepit, & peperit filium, & ait, Modo confitebor domino. & ob hoc
Matth. 1. a vocauit eum Iudam: ceſſauitq́; párere.

S. LIA párere ceſſans & Rachel ſterilis ancillas ſuas marito concedunt, ex quibus quatuor filios: ex Lia duos & filiam, & ex Rachele unum: paciſciturq́; Iacob cum Laban de mercede.

CAPVT XXX.

A CErnens autem Rachel quòd in fœcunda eſſet, inuidit ſorori ſuæ,& ait marito ſuo : Da mihi liberos, alioquin moriar. Cui iratus reſpondit Iacob, Num pro Deo ego ſum, qui priuauit te fructu ventris tui? At illa, Habeo, inquit, famulam Balam: ingredere ad illam, vt pariat ſuper genua mea,& habeam ex illa filios. Deditq́; illi Balam in coniugium : quæ ingreſſo ad ſe viro, concepit & peperit filiũ. Dixitq́; Rachel, Iudicauit mihi dominus,& exaudiuit vocem meã, dans mihi filiũ: & appellauit idcirco nomen eius Dan. Rurſumq́; Bala concipiens, peperit alterum : pro quo ait Rachel, Comparauit me dominus cum
B ſorore mea,& inualui. vocauitq́; eum Nephthalim. Sentiens Lia quòd párere deſiſſet, Zelpham ancillam ſuam marito tradidit. Qua poſt conceptũ ædente filiũ, dixit, Feliciter. & idcirco vocauit nomen eius Gad. Peperit quoq; Zelpha alterũ. Dixitq́; Lia, Hoc pro beatitudine mea: beatã quippe me dicent omnes mulieres. propterea appellauit eũ Aſer. Egreſſus autem Ruben tempore meſsis triticeæ in agrum, reperit mandragoras quas matri Liæ detulit. Dixitq́ue Rachel, Da mihi partem de mãdragoris filij tui. Illa reſpondit, Parúmne tibi vi
C detur quòd præripueris maritũ mihi, niſi etiam mandragoras filij mei tuleris? Ait Rachel, Dormiat tecum hac nocte pro mandragoris filij tui. Redeuntiq́; ad veſperam Iacob de agro, egreſſa eſt in occurſum eius Lia,& ait, Ad me, inquit, intrabis: quia mercede conduxi te pro mandragoris filij mei. dormiuitq́; cũ ea, nocte illa. Et exaudiuit Deus preces eius: concepitq́; & peperit filium quintũ,& ait, Dedit Deus mercedẽ mihi, quia dedi ancillã meam viro meo. appellauitq́; nomen eius Iſſachar. Rurſum Lia concipiens peperit ſextũ filium,& ait: Dotauit me Deus dote bona: etiã hac vice mecum erit maritus meus, eo quòd genuerim ei ſex filios. & idcirco appellauit nomen eius Zabulon. poſt quẽ peperit filiam nomine Dinam. Recordatus quoq; dominus Rachelis, exaudiuit eam,& aperuit vuluam eius, quæ concepit,& peperit filium, dicens,
D Abſtulit Deus opprobriũ meum. Et vocauit nomen eius Ioſeph, dicens, Addat mihi dominus filiũ alterum. Nato autem Ioſeph, dixit Iacob ſocero ſuo, Dimitte me vt reuertar in pa- 3. Reg. 11. d
triam meã,& ad terrã meã. Da mihi vxores & liberos meos, pro quibus ſeruiui tibi, vt abeam: tu verò noſti ſeruitutẽ qua ſeruiui tibi. Ait illi Laban, Inueniã gratiam in conſpectu tuo: experimento didici quia benedixerit mihi Deus propter te: cõſtitue mercedẽ tuã, quã dem tibi. At ille reſpõdit, Tu noſti quomodo ſeruierim tibi, & quanta in manibus meis fuerit poſſeſsio tua. Modicũ habuiſti antequã venirem ad te,& nũc diues effectus es: benedixitq́; tibi Deus ad introitum meum: iuſtũ eſt igitur vt aliquãdo prouideã etiam domui meæ. Di-
E xitq́; Laban, Quid tibi dabo? At ille ait, Nihil volo: ſed ſi feceris quod poſtulo, iterũ paſcam,& cuſtodiã pecora tua. Gyra Iacob varij coloris gregẽ, mercedem petit.
omnes greges tuos,& ſepara cũctas oues varias,& ſparſo vellere: & quodcũq; furuũ & maculoſum, variũq́; fuerit, tam in ouibus quàm in capris, erit merces mea. Reſpondebitq́; mihi cras iuſtitia mea, quando placiti tẽpus aduenerit coram te : & omnia quæ non fuerint varia,& maculoſa,& furua, tã in ouibus quàm in capris, furti me argues. Dixitq́; Labã, Gratũ habeo quod petis. Et ſeparauit in die illa capras & oues, hircos
F & arietes varios, atque maculoſos. Cunctum autem gregem vnicolorem, id eſt albi aut nigri velleris, tradidit in manu filiorũ ſuorum. Et poſuit ſpatium itineris triũ dierum inter ſe & generũ, qui paſcebat reliquos greges eius. Tollens ergo Ia- Variat Iacob gregis colorem.
cob virgas populeas virides, & amygdalinas, & ex platanis, ex parte decorticauit eas : detractiśque corticibus in his quæ ſpoliata fuerãt, cãdor apparuit: illa verò quæ integra fuerant, viridia perm anſerunt: atq; in hũc modũ color effectus eſt varius. Poſuitq́; eas in canalibus, vbi effundebatur aqua: vt cum veniſſent greges ad bibendum, ante oculos haberent virgas,&
G in aſpectu earũ conciperent. Factũq́; eſt vt in ipſo calore coitus oues intuerentur virgas,& párerent maculoſa, & varia,& diuerſo colore reſperſa. Diuiſitq́; gregẽ Iacob,& poſuit virgas in canalibus ante oculos arietũ: erant autem alba & nigra quæque, Laban: cætera verò, Iacob, ſeparatis inter ſe gregibus. Igitur quando primo tempore aſcendebantur oues, ponebat Iacob virgas in canalibus aquarum ante oculos arietum & ouium, vt in earum contemplatione conciperent. Quando vero ſerotina admiſſura erat,& conceptus extremus, non ponebat eas. Factaq́; ſunt ea quæ erant ſerotina, Laban : & quæ primi temporis, Iacob. Ditatus q́; eſt homo vltra modum, & habuit greges multos, ancillas & ſeruos, camelos & aſinos.

S. LABAN proſequitur Iacob inſalutato hoſpite fugientem: Rachel idola patris furata quærentẽ patrem decipit, & tandem Iacob & Laban inito fœdere ad propria diſcedunt. CAP. XXXI.

A DOſtquam autem audiuit verba filiorum Laban dicentium, Tulit Iacob omnia quæ fuerunt patris noſtri,& de illius facultate ditatus, factus eſt inclytus: animaduertit quoq; faciem Laban quòd non eſſet erga ſe ſicut heri & nudiuſtertius, maximè dicente ſibi domino, Reuertere in terram patrum tuorum,& ad gene- Secũda Dei apparitio Iacob.
rationem tuã, eroq́; tecum: miſit Iacob, & vocauit Rachel & Liam in agrũ, vbi paſcebat greges, dixitq́; eis, Video faciem

patris

patris veſtri,quòd non ſit erga me ſicut heri & nudiuſtertius: Deus autẽ patris mei fuit mecũ. Et ipſæ noſtis quòd totis viribus meis ſeruierim patri veſtro. Sed & pater veſter circũuênit me,& mutauit mercedem meam decem vicibus:& tamen non dimiſit eum Deus vt noceret mihi. Siquando dixit, Variæ,erunt mercedes tuæ:pariebant omnes oues varios fœtus. quando verò econtrario ait,Alba quæque accipies pro mer-
B cede:omnes greges alba pepererunt. Tulitq; Deus ſubſtantiam patris veſtri,& dedit mihi. Poſtquam enim conceptus ouium tempus aduenerat,leuaui oculos meos, & vidi in ſomnis aſcendentes mares ſuper fœminas, varios & maculoſos,& diuerſorum colorum. Dixitque angelus Dei ad me in ſomnis, Iacob? Et ego reſpondi, Adſum. Qui ait, Leua oculos tuos,& vide vniuerſos maſculos aſcendentes ſuper fœminas,varios,maculoſos,atq; reſperſos. Vidi enim omnia quæ
Supra 28.d fecit tibi Laban. Ego ſum Deus Bethel,vbi vnxiſti lapidem, & votum vouiſti mihi.nunc ergo ſurge, & egredere de terra hac,reuertens in terram natiuitatis tuæ. Reſponderuntq; Rachel,& Lia,Nunquid habemus reſidui quicquam in facultatibus,& hæreditate domus patris noſtri? Nonne quaſi alienas reputauit nos,& vendidit, comeditq; pretium noſtrum?
C Sed Deus tulit opes patris noſtri, & eas tradidit nobis, ac filijs noſtris:vnde omnia quæ præcepit tibi Deus,fac. Surrexit itaq; Iacob:& impoſitis liberis ac coniugibus ſuis ſuper camelos,abijt. Tulitq; omnem ſubſtantiam ſuam,& greges, & quicquid in Meſopotamia acquiſierat,pergens ad Iſaac patrẽ ſuum in terrã Chanáan. Eo tempore ierat Laban ad tondendas oues,& Rachel furata eſt idôla patris ſui. Noluitq; Iacob confiteri ſocero ſuo quòd fugeret. Cumque abijſſet tam ipſe quàm omnia quæ iuris ſui erant:& amne tranſmiſſo pergeret contra montem Galaad:nũtiatum eſt Laban die tertio quòd fugeret Iacob. Qui aſſumptis fratribus ſuis, perſecutus eſt eum diebus ſeptẽ:& cõprehendit eum in monte Galaad. Vi-
D ditq; in ſomnis dicentẽ ſibi dominũ,Caue ne quicquam aſperè loquaris cõtra Iacob. Iamq; Iacob extenderat in monte tabernaculum.cumq; ille conſecutus fuiſſet eum cum fratribus ſuis,in eodẽ monte Galaad fixit tentoriũ. Et dixit ad Iacob, Quare ita egiſti, vt clam me abigeres filias meas quaſi captiuas gladio? Cur ignorãte me fugere voluiſti, nec indicare mihi:vt proſequerer te cũ gaudio,& canticis,& tympanis, & citharis? Non es paſſus vt oſcularer filios meos & filias: ſtultè
1.Reg.13.c operatus es. Et nunc quidẽ valet manus mea reddere tibi ma-
2.Par.16.c lum:ſed Deus patris veſtri heri dixit mihi, Caue ne loquaris contra Iacob quicquam durius. Eſto,ad tuos ire cupiebas,& deſyderio erat tibi domus patris tui: cur furatus es Deos meos? Reſpondit Iacob, Quòd inſcio te profectus ſum,timui
E ne violenter auferres filias tuas. Quòd autem furti me arguis: apud quencunq; inueneris deos tuos,necetur coram fratribus noſtris:ſcrutare,quicquid tuorum apud me inueneris, aufer: hæc dicens,ignorabat quòd Rachel furata eſſet idôla. Ingreſſus itaq; Laban tabernaculum Iacob,& Liæ,& vtriuſq; famulæ,non inuenit. Cumq; intraſſet tentorium Rachelis,illa feſtinans abſcõdit idôla ſubter ſtramẽta cameli, & ſedit déſuper: ſcrutantiq; omne tentoriũ,& nihil inueniẽti,ait,Ne iraſcatur dominus meus,quod coram te aſſurgere nequeo: quia iuxta conſuetudinem fœminarũ nunc accidit mihi.ſic deluſa ſolicitudo quærentis eſt. Tumens q; Iacob,cum iurgio ait, Quam ob culpam meam,& ob quod peccatũ meũ ſic exarſiſti poſt me,& ſcrutatus es omnẽ ſupellectilem meam? Quid inueniſti de cuncta ſubſtantia domus tuæ? pone hic coram fratribus
F meis,& fratribus tuis,& iudicent inter me & te. Idcirco vigin
Exod.22.b ti annis fui tecũ,oues tuæ & capræ ſteriles non fuerũt, arietes gregis tui non comẽdi: nec captum à beſtia oſtendi tibi, ego damnum omne reddebã: quicquid furto perierat, á me exigebas: die noctuq; æſtu vrgebar,& gelu, fugiebatq; ſomnus ab oculis meis. Sic per viginti annos in domo tua ſeruiui tibi, quatuordecim pro filiabus,& ſex pro gregibus tuis: immutaſti quoq; mercedem meam decemvicibus. Niſi Deus patris mei Abrahã & timor Iſaac affuiſſet mihi, forſitan modò nudum me dimiſiſſes:afflictionẽ meã & laborẽ manuũ mearum reſpexit Deus,& arguit te heri. Reſpõdit ei Labã, Filiæ meæ & filij & greges tui,& omnia quæ cernis,mea ſunt:quid poſſum facere filijs & nepotibus meis? Veni ergo,& ineamus fœdus:vt ſit teſtimoniũ inter me & te. Tulit itaq; Iacob lapidẽ, & erexit illũ in titulũ. Dixitq; fratribus ſuis, Afferte lapides. Qui congregantes fecerũt tumulũ, comederũtq; ſuper eum. Quem vocauit Laban Tumulum teſtis:& Iacob, Aceruũ teſtimonij,*vterq; iuxta proprietatẽ linguę ſuæ .. Dixitq; Labã, Tumulus iſte erit teſtis inter me & te hodie:& idcirco ap
G pellatũ eſt nomẽ eius Galaad,id eſt tumulus teſtis. Intueatur & iudicet dominus inter nos quando receſſerimus à nobis,ſi afflixeris filias meas, & ſi introduxeris alias vxores ſuper eas: nullus ſermonis noſtri teſtis eſt abſq; Deo, qui præſens reſpicit. Dixitq; rurſus ad Iacob, En tumulus hic & lapis quẽ erexi inter me & te, teſtis erit. Tumulus inquã iſte & lapis ſint in teſtimoniũ,ſi aut ego trãſiero illũ pergens ad te:aut tu præterieris,malũ mihi cogitãs. Deus Abraham,& Deus Nachor iudicet inter nos, Deus patris eorum. Iurauit ergo Iacob per timorem patris ſui Iſaac:immolatisq; victimis in monte, vocauit fratres ſuos vt ederent panẽ. Qui cum comediſſent:manſerunt ibi. Labanverò de nocte cõſurgens,oſculatus eſt filios, & filias ſuas:& benedixit illis, reuerſusq; eſt in locum ſuum.

S. IACOB uiſis angelis nuntios & munera ad fratrem ſuum Eſau mittit:interea cum angelo luctatur uiriliter donec tacto fẽmoris neruo benedictionem acciperet, & ex Iacob Iſraël appellaretur.

CAPVT XXXII.

A IAcob autem abijt in itinere quod cœperat: fueruntq; ei obuiam angeli Dei. Quos cum vidiſſet, ait, Caſtra Dei ſunt hæc,& appellauit nomen loci illius Mahanáim, id eſt caſtra. Miſit autem & nuntios ante ſe ad Eſau fratrem ſuum in terram Seir regionis Edõ:præcepitq; eis,dicẽs, Sic loquimini domino meo Eſau, Hæc dicit frater tuus Iacob, Apud Laban peregrinatus ſum, Tertia Dei apparitio Iacob.
B & fui vſq; in præſentẽ diẽ. Habeo boues & aſinos & oues, & ſeruos & ancillas:mittoq; nunc legationẽ ad dominũ meũ, vt inueniã gratiam in cõſpectu tuo. Reuerſiq; ſunt nuntij ad Iacob,dicẽtes, Venimus ad Eſau fratrẽ tuũ, & ecce properat in occurſum tibi cũ quadringentis viris. Timuit Iacob valde:& perterritus diuiſit populũ qui ſecũ erat,greges quoq; & oues & boues & camelos in duas turmas,dicens, Si venerit Eſau ad vnam turmã,& percuſſerit eã,alia turma quæ reliqua eſt, ſaluabitur: Dixitq; Iacob, Deus patris mei Abrahã,& Deus pa
C tris mei Iſaac:domine qui dixiſti mihi, Reuertere in terram tuam,& in locum natiuitatis tuę,& benefaciã tibi:minor ſum cunctis miſerationibus tuis,& veritate tua quã expleuiſti ſeruo tuo.in baculo meo tranſiui Iordanẽ iſtũ:& nunc cum duabus turmis regredior. Erue me de manu fratris mei Eſau, quia valde eum timeo:ne fortè veniens percutiat matrem cum filijs. Tu locutus es quòd benefaceres mihi, & dilatares ſemen meũ ſicut arenam maris, quæ præ multitudine numerari non
D poteſt. Cũq; dormiſſet ibi nocte illa,ſeparauit de his quæ habebat,munera Eſau fratri ſuo,capras ducentas,hircos viginti, oues ducentas,arietes viginti,camelos fœtas cũ pullis ſuis triginta,vaccas quadraginta,& tauros viginti, aſinas viginti, & pullos earum decem. Et miſit per manus ſeruorũ ſuorum ſingulos ſeorſum greges,dixitq; pueris ſuis, Antecedite me,& ſit ſpatium inter gregem & gregem. Et præcepit priori, dicens: Si obuium habueris fratrem meum Eſau & interroga-
E uerit te, Cuius es? aut, Quò vadis? aut, Cuius ſunt iſta quæ ſequeris? reſpondebis, Serui tui Iacob, munera miſit domino ſuo Eſau: ipſe quoq; poſt nos venit. Similiter dedit mandata ſecundo & tertio, ac cunctis qui ſequebantur greges, dicens, Hiſdem verbis loquimini adj Eſau cum inueneritis eum.

eum.& addetis,Ipſe quoque ſeruus tuus Iacob iter noſtrum inſequitur:dixit enim,Placabo illum muneribus quæ præcedunt,& poſtea videbo illũ,forſitan propitiabitur mihi. Præceſſerũt itaq; munera ante eum,ipſe verò manſit nocte illa in caſtris.Cumq; manè ſurrexiſſet, tulit duas vxores ſuas & totidem famulas cum vndecim filijs,& tranſiuit vadum Iaboch.

F Tranſductisq; omnibus quæ ad ſe pertinebant, manſit ſolus: & ecce vir luctabatur cum eo vſque manè. Qui cum videret quòd eum ſuperare non poſſet, tetigit neruum femoris eius, & ſtatim emarcuit.Dixitque ad eum, Dimitte me,iam enim aſcendit aurora.Reſpondit,Non dimittam te niſi benedixeris mihi. Ait ergo, Quod nomen eſt tibi? Reſpondit, Iacob. At ille:Nequaquam,inquit,Iacob appellabitur nomẽ tuum, ſed Iſrael:quoniã ſi contra Deum fortis fuiſti, quanto magis

G contra homines præualebis? Interrogauit eum Iacob, Dic mihi quo appellaris nomine?Reſpondit, Cur quæris nomen meũ*quod eſt mirabile? .. Et benedixit ei in eodẽ loco.Vocauitq; Iacob nomen loci illius Phanuel,dicens,Vidi Deum facie ad faciem,& ſalua facta eſt anima mea.Ortusq; eſt ei ſtatim ſol poſtquam tranſgreſſus eſt Phanuel:ipſe verò claudicabat pede.Quam ob cauſam non comedunt neruum filij Iſrael,qui emarcuit in femore Iacob, vſq; in præſentem diem: eo quòd tetigerit neruum femoris eius,& obſtupuerit.

Quarta Dei apparitio Iacob. Oſee 12.a.b

Iudæi neruum femoris non comedunt.

S. ESAV Iacob obuius muneribus eius placatur: Inde ualefacientes Eſau Seir repetit,Iacob uerò in Sichem profectus eſt.

CAPVT XXXIII.

A ET Leuans autem Iacob oculos ſuos, vidit veniẽtem Eſau,& cum eo quadringentos viros:diuiſitq; filios Liæ & Rachel, ambarumq; famularũ:& poſuit vtrãq; ancillã & liberos earum in principio: Liam verò,& filios eius in ſecundo loco:Rachel autem,& Ioſeph nouiſſimos.Et ipſe progrediens adorauit pronus in terram ſepties,donec appropinquaret frater eius. Currens itaq; Eſau obuiam fratri ſuo,amplexatus eſt eum:ſtringensq; col-

B lum eius,& oſculans fleuit.Leuatisq; oculis vidit mulieres & paruulos earum,& ait, Quid ſibi volunt iſti? & ſi ad te pertineant?Reſpondit,Paruuli ſunt quos donauit mihi Deus ſeruo tuo.Et appropinquantes ancillæ & filij earum incuruati ſunt.Acceſſit quoq; Lia cum pueris ſuis:& cùm ſimiliter adorraſſent, extremi Ioſeph & Rachel adorauerunt. Dixitque Eſau, Quænam ſunt iſtæ turmæ quas obuiam habui? Reſpondit, Vt inuenirem gratiam coram domino meo. At ille ait,Habeo plurima frater mi,ſint tua tibi. Dixit Iacob, Noli ita obſecro,ſed ſi inueni gratiam in oculis tuis,accipe munuſculum de manibus meis. ſic enim vidi faciem tuam, quaſi vi-

C derim vultum Dei:eſto mihi propitius, & ſuſcipe benedictionem quam attuli tibi, & quam donauit mihi Deus, tribuens omnia.Vix fratre compellente ſuſcipiens,ait: Gradiamur ſimul,eroq; ſocius itineris tui.Dixitq; Iacob,Noſti domine mi quod paruulos habeam teneros ,& oues & boues fœtas mecum:quas ſi plus in ambulando fecero laborare,morientur vna die cuncti greges. Præcedat dominus meus ante ſeruum ſuum:& ego ſequar paulatim veſtigia eius, ſicut videro paruulos meos poſſe,donec veniam ad dominũ meum

D in Seir. Reſpondit Eſau, Oro te,vt de populo qui mecum eſt,ſaltem ſocij remaneant viæ tuæ.Non eſt, inquit, neceſſe: hoc vno tantum indigeo,vt inueniam gratiam in conſpectu tuo domine mi.Reuerſus eſt itaque illo die Eſau itinere quo venerat in Seir.Et Iacob vênit in Socoth:vbi ædificata domo & fixis tentorijs,appellauit nomen loci illius Socoth, id eſt tabernacula.Tranſiuitque in Salem vrbem Sichimorum,quę eſt in terra Chanáan , poſtquam reuerſus eſt de Meſopotamia Syriæ :& habitauit iuxta oppidum. Emitque partem agri in qua fixerat tabernacula,à filijs Emor patris Sichem centum agnis.Et erecto ibi altari,inuocauit ſuper illud fortiſſimum Deum Iſrael.

S. OBDinæ ſtuprum & raptum,Sichimitæ prius circunciſi à duobus fratribus Dinæ perimuntur,atq; urbs eorum à cæteris filijs Iacob penitus uaſtatur.quapropter duo primi, à patre arguuntur.

CAPVT XXXIIII.

A EGreſſa eſt autem Dina filia Liæ,vt videret mulieres regionis illius.Quam cum vidiſſet Sichẽ filius Emor Heuæi,princeps terræ illius,adamauit eã: & rapuit,& dormiuit cum illa, vi opprimens virginem.Et cõglutinata eſt anima eius cum ea,triſtemq; delinuit blanditijs.Et pergens ad Emor patrẽ ſuũ, Accipe, inquit, mihi puellam hanc coniugem.Quod cum audiſſet Iacob,abſentibus filijs,& in paſtu pecorũ occupatis,ſiluit donec rediret.Egreſſo autem Emor patre Sichem vt loqueretur ad Iacob,ecce filij eius veniebant de agro:auditoq; quod acciderat, irati ſunt valde,eo quòd fœdam rem operatus eſſet in Iſrael,

B & violata filia Iacob rẽ illicitã perpetraſſet. Locutus eſt itaq; Emor ad eos,Sichẽ filij mei adhæſit anima filiæ veſtræ: date eam illi vxorẽ.Et iungamus viciſsim connubia: filias veſtras tradite nobis,& filias noſtras accipite. Et habitate nobiſcum: terra in poteſtate veſtra eſt, exercete,negotiamini,& poſſidete eam.Sed & Sichem ad patrem & ad fratres eius ait,Inueniam gratiã coram vobis:& quæcũq; ſtatueritis dabo. augete dotẽ,& munera poſtulate,& libenter tribuã quod petieritis: tantũ date mihi puellã hanc vxorem.Reſpõderunt filj Iacob Sichẽ & patri eius in dolo,ſæuientes ob ſtuprũ ſororis,Non poſſumus facere quod petitis,nec dare ſororẽ noſtrã homini incircunciſo:quòd illicitum & nephariũ eſt apud nos. Sed in hoc valebimus fœderari,ſi volueritis eſſe ſimiles noſtri, & circuncidatur in vobis omnis maſculini ſexus.Tunc dabimus & accipiemus mutuò filias veſtras ac noſtras:& habitabimus vobiſcum,erimusq; vnus populus.Si autem circuncidi nolueritis,tollemus filiã noſtrã,& recedemus.Placuit oblatio eorum

C Emor,& Sichẽ filio eius.Nec diſtulit adoleſcens, quin ſtatim quod petebatur expleret:amabat enim puellam valde,& ipſe erat inclytus in omni domo patris ſui. Ingreſsiq; portam vrbis locuti ſunt ad populũ.Viri iſti pacifici ſunt,& volunt habitare nobiſcũ:negotiẽtur in terra,& exerceant eam,quę ſpatioſa & lata cultoribus indiget:filias eorum accipiemus vxores,& noſtras illis dabimus. Vnum eſt, quo differtur tantum bonum,Si circuncidamus maſculos noſtros,ritum gentis imitantes.Et ſubſtantia eorũ & pecora, & cuncta quæ poſsidẽt, noſtra erunt:tantũ in hoc acquieſcamus, & habitantes ſimul, vnum efficiamus populum.Aſſenſiq; ſunt omnes,circunciſis

D cũctis maribus.Et ecce,die tertio quando grauiſsimus vulnerum dolor eſt,arreptis duo filij Iacob,Simeon & Leui fratres Dinæ,gladijs,ingreſsi ſunt vrbem confidenter: interfectisq; omnibus maſculis, Emor & Sichem pariter necauerunt, tollẽtes Dinam de domo Sichem ſororem ſuam. Quibus egreſſis irruerunt ſuper occiſos cæteri filij Iacob:& depopulati ſunt vrbem in vltionem ſtupri. Oues eorum, & armenta,& aſinos,cunctaque vaſtantes quæ in domibus & in agris erant: paruulos quoque eorum & vxores duxerunt captiuas. Quibus perpetratis audacter,Iacob dixit ad Simeõ & Leui, Turbaſtis me, & odioſum feciſtis me Chananæis & Pherezæis habitatoribus terræ huius:nos pauci ſumus, illi congregati percutient me,& delebor ego & domus mea.Reſponderunt, Nunquid vt ſcorto abuti debuere ſorore noſtra?

S. POSTQVAM Iacob iuxta Sichem infodit idola aſcendit in Bethel uotum domino ſoluturus: moritur interea Delbora, uiſione uerò Dei Iacob fretus dum Bethlehem peteret,Rachel in partu Beniamin moritur,Ruben cum Bala dormit,Iſaac quoq; moritur,atq; à filijs cum patribus ſuis ſepelitur. CAPVT XXXV.

Quinta apparitio Dei Iacob.

A INterea locutus eſt Deus ad Iacob, Surge & aſcẽde Bethel,& habita ibi, facq; altare Deo qui apparuit tibi,quãdo fugiebas Eſau fratrẽ tuum. Iacob verò conuocata omni domo ſua,ait: Abijcite deos

deos alienos qui in medio veſtri ſunt,& mundamini, ac mutate veſtimenta veſtra.Surgite,& aſcendamus in Bethel,& faciamus ibi altare Deo, qui exaudiuit me in die tribulationis meæ,& ſocius fuit itineris mei. Dederũt ergo ei omnes deos alienos quos habebãt,& inaures quæ erant in auribus eorum: at ille infodit eas ſubter terebinthum,quæ eſt poſt vrbem Sichem.Cumq́ue profecti eſſent,terror Dei inuaſit omnes per
B circumitũ ciuitates:& nõ ſunt auſi perſequi recedẽtes. Venit igitur Iacob Luzam,quæ eſt in terra Chanáan, cognomento Bethel:ipſe & omnis populus cum eo. Aedificauitq́; ibi altare,& appellauit nomen loci illius Domus Dei:ibi enim apparuit ei Deus cum fugeret fratrem ſuum. Eodem tẽpore mortua eſt Debora nutrix Rebeccæ,& ſepulta eſt ad radices Bethel ſubter quercum:vocatumq́; eſt nomen loci illius Quer-
Sexta Dei apparitio Iacob. cus fletus.Apparuit autem iterum Deus Iacob poſtquam reuerſus eſt de Meſopotamia Syriæ,benedixitq́; ei,dicẽs,Non
Supra 32.f vocaberis vltrà Iacob,ſed Iſrael erit nomen tuum.Et appellauit eum Iſrael,dixitq́; ei, Ego Deus omnipotens, Creſce &
C multiplicare:gentes, & populi nationum ex te erunt, reges de lumbis tuis egredientur. Terrãq́; quam dedi Abraham & Iſaac,dabo tibi & ſemini tuo poſt te.Et receſsit ab eo: ille verò erexit titulum lapideũ in loco quo locutus fuerat ei Deus: libans ſuper eum libamina,& effundens oleum:vocansq́; nomen loci illius Bethel. Egreſſus autem inde venit verno tempore ad terram quæ ducit Ephrátam : in qua cum parturiret Rachel,ob difficultatem partus periclitari cœpit. Dixitq́; ei obſtetrix,Noli timere,quia & hunc habebis filiũ. Egrediente autem anima præ dolore,& imminente iam morte,vocauit nomẽ filij ſui Benoni,id eſt filius doloris mei : pater verò appellauit eum Beniamin,id eſt filius dextræ.Mortua eſt ergo Rachel,& ſepulta eſt in via quæ ducit Ephrátam, hæc eſt
D Bethléhem. Erexitq́; Iacob titulum ſuper ſepulchrum eius: hic eſt titulus monumenti Rachel, vſq; in præſentem diem. Egreſſus inde fixit tabernaculum trans turrẽ gregis. Cumq́; habitaret in illa regione,abijt Ruben , & dormiuit cum Bala
Filij Iacob. concubina patris ſui:quod illum minime latuit. Erant autem filij Iacob duodecim.Filij Liæ:primogenitus Ruben , & Simeon,& Leui,& Iudas,& Iſſachar,& Zabulon.Filij Rachel: Ioſeph & Beniamin. Filij Balæ ancillæ Rachelis : Dan & Nephthalim.Filij Zelphæ ancillæ Liæ:Gad & Aſer.hi ſunt filij Iacob qui nati ſunt ei in Meſopotamia Syriæ. Venit etiã ad Iſaac patrem ſuum in Mambre ciuitatem Arbee , hæc eſt Hebron:in qua peregrinatus eſt Abraham & Iſaac. Et compleri ſunt dies Iſaac centum octoginta annorum. Conſumptusq́; ætate mortuus eſt:& appoſitus eſt populo ſuo ſenex & plenus dierum:& ſepelierunt eum Eſau & Iacob filij ſui.

S. ESAV *uxores & filij,eorumq́; genealogia & habitatio deſcribitur:Iacob uerò in Chanaan remanſit,Eſau in Seir redeunte.*

CAPVT XXXVI.

A HAe ſunt autẽ generationes Eſau,ipſe eſt Edom. Eſau accepit vxores de filiabus Chanáan: Ada filiam Elon Hethęi,& Oolibama filiam Anæ filij Sebeon Heuæi:Báſemath quoq; filiam Iſmahel ſororem Nabaioth.Peperit autem Ada, Eliphaz : Báſe-
1.Para.1.c math genuit Rahuel : Oolibama genuit Iehus & Ihelom & Core. Hi filij Eſau qui nati ſunt ei in terra Chanáan.Tulit autem Eſau vxores ſuas & filios & filias , & omnem animam domus ſuæ,& ſubſtantiam,& pecora , & cuncta quæ habere
Supra 13.a poterat in terra Chanáan:& abijt in alteram regionem,receſſitq́; à fratre ſuo Iacob.Diuites enim erant valde,& ſimul habitare non poterant:nec ſuſtinebat eos terra peregrinationis eorum præ multitudine gregum.Habitauitq́; Eſau in monte Seir,ipſe eſt Edom.Hæ autem ſunt generationes Eſau patris
1.Para.1.c Edom in monte Seir,& hæc nomina filiorum eius : Eliphaz filius Ada vxoris Eſau:Rahuel quoq; filius Báſemath vxoris
B eius.Fuerũtq́; Eliphaz filij:Theman,Omar,Sephua,& Gatham,& Cenez & Core.Erat autem Thanna,concubina Eliphaz filij Eſau:quæ peperit ei Amalec.hi ſunt filij Ada vxoris Eſau.Filij autem Rahuel:Nahath & Zara,Samma & Meza.hi filij Báſemath vxoris Eſau.Iſti quoque erant filij Oolibama filiæ Anæ filij Sebeon,vxoris Eſau:quos genuit ei Iehus & Ihelom & Core. Hi duces filiorũ Eſau. Filij Eliphaz primogeniti Eſau:dux Theman,dux Omar, dux Sephua, dux Cenez,dux Core,dux Gatham,dux Amalec.hi filij Eliphaz in terra Edom, & hi filij Ada. Hi quoque filij Rahuel filij Eſau:dux Nahath,dux Zara,dux Samma,dux Meza. hi autem duces Rahuel in terra Edom : iſti filij Báſemath vxoris Eſau. Hi autem filij Oolibama vxoris Eſau : dux Iehus, dux Ihelom,dux Core.hi duces Oolibama filiæ Anæ vxo-
C ris Eſau.Iſti ſunt filij Eſau,& hi duces eorum:ipſe eſt Edom. 1.Para.1.c Iſti ſunt filij Seir Horræi,habitatores terræ : Lotan & Sobal & Sebeon & Ana & Diſon & Eſer & Diſan. hi duces Horræi,filij Seir in terra Edom.Facti ſunt autem filij Lotã:Hori & Hemam.erat autem ſoror Lotan,Thamna. Et iſti filij Sobal : Aluan & Manáhath & Ebal,& Sepho & Onam. Et hi filij Sebeon:Aia & Ana.Iſte eſt Ana qui inuenit aquas calidas in ſolitudine,cum paſceret aſinas Sebeon patris ſui. Habuitq́; filium Diſon,& filiam Oolibama. Et iſti filij Diſan: Hamdan & Eſebã & Iethran & Charan. Hi quoq; filij Eſer: Balaã & Zauan & Acan.Habuit autem filios Diſan: Hus,& Aran.Hi duces Horræorum,dux Lotan,dux Sobal, dux Sebeon,dux Ana,dux Diſon,dux Eſer, dux Diſan. iſti duces Horræorum qui imperauerũt in terra Seir. Reges autem qui regnauerunt in terra Edom antequam haberent regem filij Iſrael,fuerunt hi:Bela filius Beor, nomenq́ue vrbis eius De-
D nába.Mortuus eſt autem Bela, & regnauit pro eo Iobab filius Zaræ de Boſra.Cumq́ue mortuus eſſet Iobab, regnauit pro eo Huſam de terra Themanorum. Hoc quoq; mortuo, regnauit pro eo Adad filius Badad,qui percuſsit Madian in regione Moab:& nomen vrbis eius Auith.Cumq́; mortuus eſſet Adad,regnauit pro eo Semla de Maſreca. Hoc quoque mortuo,regnauit pro eo Saul de fluuio Rohoboth.Cumq́ue & hic obijſſet,ſucceſsit in regnum Bálanan filius Achobor. Iſto quoque mortuo,regnauit pro eo Adar , nomenq́; vrbis eius Phau:& appellabatur vxor eius Meetabel, filia Matred filiæ Mezaab.Hæc ergo nomina ducum Eſau in cognationibus & locis & vocabulis ſuis:dux Thamna,dux Alua,dux Ietheth,dux Oolibama,dux Ela,dux Phinon, dux Cenez, dux Theman,dux Mabſar,dux Magdiel,dux Hiram:hi duces Edom habitantes in terra imperij ſui,ipſe eſt Eſau pater Idumæorum.Habitauit autem Iacob in terra Chanáan, in qua pater ſuus peregrinatus eſt. Et hæ ſunt generationes eius.



S. IOSEPH *fratres apud patrem accuſans ac uiſa ſomnia narrans fratrum in ſe concitauit odium:unde Ruben inſcio uenditur Iſmaëlitis.A patre lugetur,atque in Aegypto Phutiphari uenditur.*

CAPVT XXXVII.

A  Oseph cum sedecim esset annorũ, pascebat gregem cũ fratribus suis adhuc puer: & erat cum filijs Balæ,& Zelphæ vxorũ patris sui: accusauitq; fratres suos apud patrem crimine pessimo. Israel autem diligebat Ioseph super omnes filios,eo quòd in senectute genuisset eum:fecitque ei tunicam polymitam. Videntes autem fratres eius quòd à patre plus cunctis filijs amaretur,oderant eum, nec poterant ei quicquam pacifice loqui. Accidit quoq;,vt visum somniũ referret fratribus suis,quæ causa maioris odij seminariũ fuit. Di

B Primum somnium Ioseph. xitq; Ioseph fratribus suis,Audite somniũ meum,quod vidi, Putabã nos ligare manipulos in agro:& quasi cõsurgere manipulũ meũ,& stare:vestros q; manipulos circunstantes adorare manipulum meum. Responderunt fratres eius,Nunquid rex noster eris?aut subijciemur ditioni tuæ ? Hæc ergo causa somniorũ atq; sermonum,inuidiæ & odij fomitem ministrauit. Aliud quoq; vidit somnium, quod narrans fratribus ait,

Alterũ somnium Ioseph. Vidi per somnium quasi solem,& lunam, & stellas vndecim

C adorare me. Quod cum patri suo,& fratribus retulisset,increpauit eum pater suus,& dixit, Quid sibi vult hoc somnium quod vidisti?num ego,& mater tua,& fratres tui adorabimus te super terram? Inuidebant ei igitur fratres sui:pater verò rem tacitus considerabat. Cumq; fratres illius in pascendis gregibus patris morarentur in Sichem, dixit ad eum Israel, Fratres tui pascunt oues in Sichimis:veni,mittam te ad eos. Quo respondente, Præsto sum:ait ei, Vade,& vide si cũcta prospera sint erga fratres tuos,& pecora,& renuntia mihi quid aga-

D tur. Missus de valle Hebron,vênit in Sichem: inuenitq; eum vir errantem in agro,& interrogauit quid quæreret. At ille respondit,Fratres meos quæro, indica mihi vbi pascant greges. Dixitque ei vir,Recesserunt de loco isto : audiui autem eos dicentes,Eamus in Dothain. Perrexit itaq; Ioseph post fratres suos, & inuênit eos in Dothain. Qui cum vidissent eum procul,antequam accederet ad eos, cogitauerunt illum occidere. Et mutuò loquebantur, Ecce somniator venit, ve-

E nite occidamus eum,& mittamus in cisternam veterem:dicemusq;,Fera pessima deuorauit eum. & tunc apparebit quid illi prosint somnia sua. Audiens autem hoc Ruben, nitebatur liberare eum de manibus eorum,& dicebat, Non interficiamus animam eius,nec effundamus sanguinem:sed proijcite eum in cisternam veterem,quæ est in solitudine, manusq; vestras seruate innoxias.hoc autem dicebat, volens eripere eum de manibus eorum,& reddere patri suo. Confestim igitur vt peruênit ad fratres suos,nudauerunt eum tunica talari,

Ioseph fratrum inuidia, mittitur in cisternam. & polymita:miseruntq; eum in cisternam veterem,quæ non habebat aquam. Et sedentes vt comederent panem, viderunt Ismaelitas viatores venire de Galaad,& camelos eorum portantes aromata,& resinam, & stacten in Aegyptum. Dixit ergo Iudas fratribus suis,Quid nobis prodest,si occiderimus

F fratrem nostrum, & celauerimus sanguinem ipsius ? Melius est vt venundetur Ismaelitis,& manus nostræ non polluantur:frater enim , & caro nostra est. Acquieuerunt fratres sermonibus illius. Et prætereuntibus Madianitis negotiatori-

Sapiẽ.10.c *Psal.104.b* bus,extrahentes eum de cisterna,vendiderunt eum Ismaelitis triginta argenteis:qui duxerunt eum in Aegyptum. Reuersusq; Ruben ad cisternam,non inuênit puerum:& scissis vestibus pergens ad fratres suos,ait, Puer non compâret,& ego quò ibo? Tulerunt autem tunicam eius, & in sanguinem hœdi quem occiderant, tinxerunt: mittentes qui ferrent ad

G patrem,& dicerent,Hanc inuenimus:vide vtrum tunica filij tui sit,an non. Quam cum cognouisset pater,ait, Tunica filij mei est,fera pessima comêdit eum,bestia deuorauit Ioseph. Scissisq; vestibus indutus est cilicio,lugens filium suum multo tempore. Congregatis autem cunctis liberis eius vt leniret dolorem patris, noluit consolationem accipere:sed ait, Descendam ad filium meum lugens in infernum. Et illo perseuerante in fletu,Madianitæ vendiderunt Ioseph in Aegypto Phutiphari eunucho Pharaonis magistro militum.

S. IVDAS ex Chananæa tribus filijs susceptis primum & secundum Thamar copulauit,quibus mortuis eam pro scorto cognouit,ex qua gemellos genuit.

CAPVT XXXVIII.

A  Odem tempore descendens Iudas à fratribus suis,diuertit advirum Odollamiten,nomine Hiram. Viditque ibi filiam hominis Chananæi,vocabulo Sua: & accepta vxore , ingressus est ad eam. Quæ concepit,& peperit filium,& vocauit nomen eius Her. Rursumq; concepto fœtu,natum filium vocauit Onan. Tertium quoq; peperit:quem appellauit Sela,quo nato párere vltrà cessauit. Dedit autem Iudas vxorem primogenito *1.Para.2.4*

B suo Her,nomine Thamar. Fuit quoque Her primogenitus Iudæ,nequam in conspectu Domini: & ideo ab eo occisus est. Dixit ergo Iudas ad Onan filiũ suum,Ingredere ad vxorem fratris tui,& sociare illi:vt suscites semen fratri tuo. Ille sciens nõ nasci sibi filios,introiens ad vxorẽ fratris sui, semen fundebat in terrã:ne liberi,fratris nomine nascerentur. Et idcirco percussit eum Dominus,eo quòd rem detestabilem faceret. Quam ob rem dixit Iudas Thamar nurui suæ, Esto vidua in domo patris tui, donec crescat Sela filius meus.time-

C bat enim ne & ipse moreretur, sicut fratres eius. Quæ abijt, & habitauit in domo patris sui. Euolutis autem multis diebus mortua est Sua,vxor Iudæ,qui post luctũ consolatione susceptа,ascẽdebat ad tonsores ouiũ suarũ,ipse & Hiras opilio gregis Odollamites,in Thamnas. Nuntiatumq; est Thamar quòd socer illius ascenderet in Thamnas ad tondendas oues. Quæ depositis viduitatis vestibus, assumpsit theristrũ: & mutato habitu sedit in biuio itineris, quod ducit Thamnam:eo quòd creuisset Sela,& non eum accepisset maritum.

D Quam cum vidisset Iudas,suspicatus est esse meretricem,operuerat enim vultum suum, ne agnosceretur. Ingrediensq; ad eam ait, Dimitte me, vt coeam tecum . nesciebat enim quòd nurus sua esset. Qua respondente, Quid dabis mihi, vt fruaris concubitu meo?dixit,Mittam tibi hœdum de gregibus. Rursumque illa dicente,Patiar quod vis,si dederis mihi arrhabonẽ,donec mittas quod polliceris:ait Iudas, Quid tibi vis pro arrhabone dari ? Respondit, Annulum tuum,& armillam,& baculum quem manu tenes. Ad vnum igitur coitum mulier

E concepit.& surgens abijt:depositoq; habitu quẽ sumpserat, induta est viduitatis vestibus. Misit autem Iudas hœdum per pastorem suum Odollamiten , vt reciperet pignus quod dederat mulieri:qui cum non inuenisset eam,interrogauit homines loci illius,Vbi est mulier,quæ sedebat in biuio? Respondentibus cunctis,Non fuit in loco isto meretrix:reuersus est ad Iudã,& dixit ei,Nõ inueni eam,sed & homines loci illius dixerunt mihi nunquam sedisse ibi scortũ. Ait Iudas , Habeat

F sibi,certè mendacij arguere nos non potest:ego misi hœdum quem promiseram,& tu non inuenisti eam. Ecce autem post tres menses nuntiauerunt Iudæ,dicentes, Fornicata est Thamar nurus tua,& videtur vterus illius intumescere. Dixitque Iudas, Producite eam vt comburatur. Quæ cum duceretur ad pœnam,misit ad socerum suum,dicens,De viro cuius hæc sunt,concepi:cognosce cuius sit annulus,& armilla , & baculus. Qui agnitis muneribus,ait,Iustior me est:quia non tradi-

G di eam Sela filio meo. Attamen vltrà non cognouit eam. Instante autem partu apparuerunt gemini in vtero : atque in *Matth.1.d* ipsa effusione infantium vnus protulit manum,in qua obstetrix ligauit coccinum,dicens, Iste egredietur prior. Illo verò retrahente manum egressus est alter:dixitque mulier, Quare diuisa est propter te maceria?& ob hanc causam vocauit nomen eius Phares. Postea egressus est frater eius, in cuius manu erat coccinum : quem appellauit Zara. *1.Para.2.d*

S. IOSEPH cuncta prosperè succedunt donec à domina pluries interpella

Interpellatus, apud dominum adulterij accuſaretur: unde carceri mancipatus gratiam pariter nactus cuſtodis, cunctam eius dirigit domum.

CAPVT XXXIX.

A IGitur Ioſeph ductus eſt in Aegyptũ, emitq́; eũ Phutiphar eunuchus Pharaonis, princeps exercitus ſui, vir Aegyptius, de manu Iſmaelitarũ, à quibus perductus erat. Fuitq́; dominus cũ eo, & eratvir in cunctis proſperè agẽs: habitauitq́; in domo domini ſui, qui optimè nouerat dominũ eſſe cũ eo, & omnia quæ gereret, ab eo dirigi in manu illius. Inuenitq́; Ioſeph gratiam coram domino ſuo, & miniſtrabat ei: à quo præpoſitus omnibus gubernabat creditã ſibi domũ, & vniuerſa quæ ei tradita fuerant: benedixitq́; dominus domui Aegyptij propter Ioſeph, & multiplicauit tam in ædi-
1.Re.16.d bus quàm in agris cunctam eius ſubſtantiam. Nec quicquam
B aliud nouerat, niſi panem quo veſcebatur. Erat autem Ioſeph pulchra facie, & decõrus aſpectu. Poſt multos itaq; dies iniecit domina ſua oculos ſuos in Ioſeph, & ait, Dormi mecum. Qui nequaquam acquieſcens operi nephario, dixit ad eam, Ecce dominus meus omnibus mihi traditis ignorat quid habeat in domo ſua: nec quicquam eſt quod non in mea ſit poteſtate, vel non tradiderit mihi, præter te, quæ vxor eius es: quomodo ergo poſſum hoc malum facere, & peccare in Deum? Huiuſcemodi verbis per ſingulos dies loquebatur, &
C mulier moleſta erat adoleſcenti, & ille recuſabat ſtuprum. Accidit autem quadam die vt intraret Ioſeph domum, & operis quippiam abſq; arbitris faceret: & illa apprehenſa lacinia veſtimenti eius, diceret, Dormi mecum. Qui relicto in manu eius pallio, fugit, & egreſſus eſt foras. Cumq́; vidiſſet mulier veſtẽ in manibus ſuis, & ſe eſſe contemptã, vocauit ad ſe homines domus ſuæ, & ait ad eos: En introduxit virũ Hebræũ, vt illuderet nobis: ingreſſus eſt ad me, vt coiret mecũ: cumq́;
D ego ſuclamaſſem, & audiſſet vocem meam, reliquit pallium quod tenebat, & fugit foras. In argumentũ ergo fidei retentũ pallium oſtendit marito reuertenti domum ſuam, & ait, Ingreſſus eſt ad me ſeruus Hebræus quẽ adduxiſti, vt illuderet mihi: cumq́; audiſſet me clamare, reliquit pallium quod tenebat, & fugit foras. His auditis dominus & nimium credulus verbis cõiugis, iratus eſt valde, tradiditq́; Ioſeph in carcerem, vbi vincti regis cuſtodiebantur, & erat ibi clauſus. Fuit autem
Pſal.104.b dominus cũ Ioſeph, & miſertus eſt illius: & dedit ei gratiam in conſpectu principis carceris. Qui tradidit in manu illius vniuerſos vinctos qui in cuſtodia tenebantur: & quicquid fiebat, ſub ipſo erat. Nec nouerat aliquid cunctis ei creditis: Dominus enim erat cum illo, & omnia opera eius dirigebat.

S. EVNVCHORVM Pharaonis ſomnia Ioſeph interpretatus, alterum officio reſtituendum, alterum ſuſpendio finiendum prædixit: quæ omnia in Pharaonis natalitio euenerunt.

CAPVT XL.

A HIs itaque geſtis accidit vt peccarent duo eunuchi, pincerna regis Aegypti, & piſtor, domino ſuo. Iratusq́; contra eos Pharao (nam alter pincernis præerat, alter piſtoribus) miſit eos in carcerem principis militum, in quo erat vinctus & Ioſeph. At cuſtos carceris tradidit eos Ioſeph, qui & miniſtrabat eis: aliquantulum temporis fluxerat, & illi in cuſtodia tenebantur. Videruntq́; ambo ſomnium nocte vna, iuxta interpretationem
B congruam ſibi. Ad quos cum introiiſſet Ioſeph mane, & vidiſſet eos triſtes, ſciſcitatus eſt eos, dicens, Cur triſtior eſt hodie ſolito facies veſtra? Qui reſponderunt, Somnium vidimus, & non eſt qui interpretetur nobis. Dixitq́ue ad eos Ioſeph, Nunquid nõ Dei eſt interpretatio? referte mihi quid videritis. Narrauit prior, præpoſitus pincernarum ſomnium ſuum, Videbam coram me vitem, in qua erant tres propagines, creſcere paulatim in gemmas, & poſt flores vuas matureſcere: calicemq́ue Pharaonis in manu mea. tuli ergo vuas,
C & expreſſi in calicem quem tenebam, & tradidi poculũ Pharaoni. Reſpondit Ioſeph, Hæc eſt interpretatio ſomnij: Tres propagines, tres adhuc dies ſunt, poſt quos recordabitur Pharao miniſterij tui, & reſtituet te in gradũ priſtinum: dabisq́; ei calicem iuxta officium tuum, ſicut ante facere conſueueras. Tantum memento mei, cum tibi bene fuerit, & facies mecum miſericordiam: vt ſuggeras Pharaoni vt educat me de iſto carcere: quia furtim ſublatus ſum de terra Hebræorum, & hic innocens in lacum miſſus ſum. Videns piſtorum magiſter quòd prudenter ſomnium diſſoluiſſet, ait, Et ego vidi
D ſomnium, Quòd tria caniſtra farinæ haberem ſuper caput meum: & in vno caniſtro quod erat excelſius, portare me putabam omnes cibos qui fiunt arte piſtoria, aues q́; comedere ex eo. Reſpondit Ioſeph, Hæc eſt interpretatio ſomnij: Tria caniſtra, tres adhuc dies ſunt: poſt quos auferet Pharao caput tuum, ac ſuſpendet te in cruce, & lacerabunt volucres carnes tuas. Exinde dies tertius natalitius Pharaonis erat: qui faciens grande conuiuium pueris ſuis, recordatus eſt inter epulas magiſtri pincernarum & piſtorum principis. Reſtituitq́ue alterum in locum ſuum, vt porrigeret ei poculum: alterum ſuſpendit in patibulo, vt coniectoris veritas probaretur. Et tamen ſuccedentibus proſperis, præpoſitus pincernarum oblitus eſt interpretis ſui.



S. PHARAONIS ſomnia de bobus & ſpicis Ioſeph interpretatus, toti Aegypto præficitur: & ex Aſſeneth uxore imminente tempore famis duos genuit filios.

CAPVT XLI.

A POſt duos annos vidit Pharao ſomnium, Putabat ſe ſtare ſuper fluuium, de quo aſcendebant ſeptem boues, pulchræ & craſſæ nimis: & paſcebantur in locis paluſtribus. Aliæ quoque ſeptem emergebant de flumine, fœdæ, confectæq́ue macie: & paſcebantur in ipſa amnis ripa in locis virentibus. deuorauerunt q́; eas quarum mira ſpecies & habitudo corporum erat. Expergefactus Pharao, rurſum dormiuit, & vidit alterũ ſomnium, Septem ſpicæ pullulabant in culmo vno plenæ atq; formoſæ: aliæ quoque totidem ſpicæ tenues, & percuſſæ vredine oriebantur, deuorantes omnem priorum pulchritudinem.
B Euigilans Pharao poſt quietem, & facto mane, pauore perterritus, miſit ad omnes coniectores Aegypti, cunctos q́ue ſapientes: & accerſitis narrauit ſomnium, nec erat qui interpretaretur. Tunc demum reminiſcens pincernarum magiſter, ait, Confiteor peccatum meum: Iratus rex ſeruis ſuis, me & magiſtrum piſtorum retrudi iuſsit in carcerem principis militum: vbi vna nocte vterque vidimus ſomnium, præſagium futurorũ. Erat ibi puer Hebræus, eiuſdem ducis militum famulus: cui narrantes ſomnia, audiuimus quicquid poſtea rei probauit euentus. ego enim redditus ſum officio meo: & ille ſuſpenſus eſt in cruce. Protinus ad regis imperium eductum Pſal.104.b
de carcere Ioſeph totonderunt: ac veſte mutata obtulerunt ei. Cui ille ait, Vidi ſomnia, nec eſt qui ediſſerat: quæ audiui
C te ſapientiſsimè conijcere. Reſpondit Ioſeph, Abſque me

Deus reſpõdebit proſpera Pharaoni. Narrauit ergo Pharao quod viderat: Putabam me ſtare ſuper ripam fluminis, & ſeptem boues de amne conſcendere, pulchras nimis, & obeſis carnibus: quæ in paſtu paludis vireta carpebant. & ecce has ſequebantur aliæ ſeptẽ boues, intantum deformes & macilentæ, vt nunquam tales in terra Aegypti viderim. quæ deuoratis & conſumptis prioribus, nullum ſaturitatis dedere veſtigium: ſed ſimili macie & ſqualore torpebant. Euigilans, rurſus ſopore depreſſus, vidi ſomnium, Septem ſpicæ pullulabant in culmo vno plenæ atq; pulcherrimæ. aliæ quoque ſeptem tenues & percuſſæ vredine, oriebantur è ſtipula: quæ priorum pulchritudinem deuorauerunt. Narraui conjectoribus ſomniorum, & nemo eſt qui ediſſerat. Reſpondit Ioſeph, Somnium regis vnum eſt: quæ facturus eſt Deus, oſtẽdit Pharaoni. Septem boues pulchræ, & ſeptem ſpicæ plenę: ſeptem vbertatis anni ſunt, eandemq; vim ſomnij comprehendunt. Septem quoq; boues tenues atq; macilentæ, quę aſcenderunt poſt eas, & ſeptem ſpicæ tenues, & vento vrente percuſſæ: ſeptem anni venturæ ſunt famis. Qui hoc ordine complebuntur. Ecce, ſeptẽ anni venient fertilitati magnæ in vniuerſa terra Aegypti: quos ſequentur ſeptem anni alij tantæ ſterilitatis, vt obliuioni tradatur cuncta retrò abundantia: conſumptura eſt enim fames omnem terram, & vbertatis magnitudinem perditura eſt inopiæ magnitudo. Quod autem vidiſti ſecundo ad eandem rem pertinens ſomnium: firmitatis iudicium eſt, eo quòd fiat ſermo Dei, & velocius impleatur. Nunc ergo prouideat rex virum ſapientem & induſtrium, & præficiat eum terræ Aegypti. Qui conſtituat præpoſitos per cunctas regiones: & quintam partem fructuũ per ſeptem annos fertilitatis, qui iam nunc futuri ſunt, congreget in horrea: & omne frumentum ſub Pharaonis poteſtate condatur, ſerueturq; in vrbibus. Et præparetur futuræ ſeptẽ annorum fami quæ oppreſſura eſt Aegyptum, & non conſumetur terra inopia. Placuit Pharaoni conſilium & cunctis miniſtris eius: locutusq; eſt ad eos, Num inuenire poterimus talem virum, qui ſpiritu Dei plenus ſit? Dixit ergo ad Ioſeph, Quia oſtendit tibi Deus omnia quæ locutus es, nunquid ſapientiorẽ & conſimilem tui inuenire potero? Tu eris ſuper domũ meam, & ad tui oris imperium cunctus populus obediet: vno tantum regni ſolio te præcedam. Dixitq; rurſum Pharao ad Ioſeph, Ecce, conſtituti te ſuper vniuerſam terram Aegypti. Tu litq; annulum de manu ſua, & dedit eum in manu eius: veſtiuitq; eum ſtola byſſina, & collo torquem auream circumpoſuit. Fecitque eum aſcendere ſuper currum ſuum ſecundum, clamante præcone, vt omnes corã eo genu flecterent, & præpoſitum eſſe ſcirent vniuerſæ terræ Aegypti. Dixit quoque rex Aegypti ad Ioſeph, Ego ſum Pharao: abſque tuo imperio non mouebit quiſquam manum aut pedem in omni terra Aegypti. Vertitq; nomen eius, & vocauit eum lingua Aegyptiaca, Saluatorem mundi. Deditque illi vxorem Aſeneth filiam Phutipharis ſacerdotis Heliopoleos. Egreſſus eſt itaque Ioſeph ad terram Aegypti (triginta autem annorum erat quando ſtetit in conſpectu regis Pharaonis) & circumiuit omnes regiones Aegypti. Venitq; fertilitas ſeptem annorũ: & in manipulos redactæ ſegetes congregatæ ſunt in horrea Aegypti. Omnis etiam frugum abundantia in ſingulis vrbibus condita eſt. Tantaq; fuit abundantia tritici, vt arenæ maris coæquaretur, & copia menſurã excederet. Nati ſunt autẽ Ioſeph filij duo antequã veniret fames: quos peperit ei Aſeneth filia Phutipharis ſacerdotis Heliopoleos. Vocauitque nomen primogeniti, Manaſſes, dicens, Obliuiſci me fecit Deus omnium laborum meorum, & domus patris mei. Nomen quoq; ſecũdi appellauit Ephraim, dicẽs, Creſcere me fecit Deus in terra paupertatis meæ. Igitur tranſactis ſeptem vbertatis annis, qui fuerant in Aegypto, cœperunt venire ſeptem anni inopiæ, quos prædixerat Ioſeph: & in vniuerſo orbe fames præualuit, in cuncta etiam terra Aegypti erat fames. Qua eſuriẽte clamauit populus ad Pharaonem alimenta petens. Quibus ille reſpondit, Ite ad Ioſeph: & quicquid ipſe vobis dixerit, facite. Creſcebat autem quotidie fames in omni terra: aperuitq; Ioſeph vniuerſa horrea, & vendebat Aegyptijs: nã & illos oppreſſerat fames. Omnesq; prouincię venie bant in Aegyptũ, vt emerẽt eſcas, & malũ inopiæ tẽperarent.

Fames in Aegypto.

S. FRATRES Ioſeph pro emendis alimentis in Aegyptum profecti à fratre cognoſcuntur, inde Simeone in uinculis coniecto cæteri abeunt Beniamin ſecum adducturi.

CAPVT XLII.

AVdiens autem Iacob quòd alimenta venderentur in Aegypto, dixit filijs ſuis, Quare negligitis? audiui quòd triticum venundetur in Aegypto: deſcendite, & emite nobis neceſſaria, vt poſſimus viuere, & non conſumamur inopia. Deſcendentes igitur fratres Ioſeph decem, vt emerent frumenta in Aegypto, Beniamin domi retento à Iacob, qui dixerat fratribus eius, Ne fortè in itinere quicquam patiatur mali: ingreſsi ſunt terram Aegypti cum alijs qui pergebãt ad emendum. erat autem fames in terra Chanáan. Et Ioſeph erat princeps in terra Aegypti, atque ad eius nutum frumenta populis vendebantur. Cumq; adoraſſent eum fratres ſui, & agnouiſſet eos, quaſi ad alienos durius loquebatur, interrogans eos, Vnde veniſtis? Qui reſponderunt, De terra Chanáan, vt emamus victui neceſſaria. Et tamen fratres ipſe cognoſcens, non eſt agnitus ab eis. Recordatusq; ſomniorum quæ aliquando viderat, ait ad eos, Exploratores eſtis: vt videatis infirmiora terræ veniſtis. Qui dixerunt, Non eſt ita domine, ſed ſerui tui veneruntvt emerent cibos. Omnes filij vnius viri ſumus: pacifici venimus, nec quicquam famuli tui machinantur mali. Quibus ille reſpondit, Aliter eſt: immunîta terræ huius conſyderare veniſtis. At illi dixerunt, Duodecim, inquiunt, ſerui tui fratres ſumus, filij viri vnius in terra Chanáan: minimus cum patre noſtro eſt, alius non eſt ſupér. Hoc eſt, ait, quod locutus ſum, Exploratores eſtis: iam nunc experimentum veſtri capiam: per ſalutem Pharaonis non egrediemini hinc, donec veniat frater veſter minimus. Mittite ex vobis vnum, & adducat eum: vos autem eritis in vinculis, donec probentur quæ dixiſtis vtrum vera an falſa ſint: alioquin per ſalutem Pharaonis exploratores eſtis. Tradidit ergo illos cuſtodiæ tribus diebus. Die autẽ tertio eductis de carcere, ait, Facite quæ dixi, & viuetis: Deum enim timeo. Si pacifici eſtis, frater veſter vnus ligetur in carcere: vos autẽ abite, & ferte frumenta quæ emiſtis, in domos veſtras: & fratrem veſtrum minimum ad me adducite, vt poſſim veſtros probare ſermones, & non moriamini. Fecerunt vt dixerat, & locuti ſunt adinuicem, Meritò hæc patimur, quia peccauimus in fratrem noſtrum, videntes anguſtias animæ illius dum deprecaretur nos, & non audiuimus: idcirco vênit ſuper nos iſta tribulatio. E quibus vnus, Rubẽ, ait, Nunquid non dixi vobis, Nolite peccare in puerum: & non audiſtis me? en ſanguis eius exquiritur. Neſciebant autem quòd intelligeret Ioſeph: eo quòd per interpretem loqueretur ad eos. Auertitq; ſe parũper, & fleuit: & reuerſus locutus eſt ad eos. Tollensq; Simeon, & ligans, illis præſentibus, iuſsit miniſtris vt implerent eorum ſaccos tritico, & reponerent pecunias ſingulorum in ſacculis ſuis, datis ſupra cibarijs in via: qui fecerunt ita. At illi portantes frumenta in aſinis ſuis, profecti ſunt. Apertoq; vnus ſacco vt daret iumento pabulum in diuerſorio, contemplatus pecuniam in ore ſacculi, dixit fratribus ſuis, Reddita eſt mihi pecunia mea, en habetur in ſacco. Et obſtupefacti, turbatiq; mutuo, dixerunt, Quidnam eſt hoc quod fecit nobis Deus? Veneruntq; ad Iacob patrẽ ſuum in terra Chanáan, & narrauerunt ei omnia quæ acciderant ſibi, dicentes, Locutus eſt nobis dominus terræ durè, & putauit nos exploratores eſſe prouinciæ. Cui reſpondimus, Pacifici ſumus, nec vllas molimur inſidias. Duodecim fratres

vno

Actu. 7. b

Pſal. 104. b
1. Machab. 2. f
Act. 7. b

Pſal. 80. a

Infra 46. c

Supra 37. d

vno patre geniti ſumus, vnus non eſt ſupèr, minimus cũ patre noſtro eſt in terra Chanáan. Qui ait nobis, Sic probabo quòd pacifici ſitis, Fratrem veſtrum vnum dimittite apud me, & cibaria domibus veſtris neceſſaria ſumite, & abîte, fratremque veſtrum minimũ adducite ad me, vt ſciam quòd non ſitis exploratores, & iſtum qui tenetur in vinculis, recipere poſsitis, ac deinceps quæ vultis, emendi habeatis licentiam. His dictis cũ frumenta effunderent, ſinguli repererunt in ore ſaccorum ligatas pecunias: exterritisque ſimul omnibus, dixit pater Iacob, Abſque liberis me eſſe feciſtis, Ioſeph non eſt ſupèr, Simeon tenetur in vinculis, & Beniamin auferetis: in me hæc omnia mala reciderunt. Cui reſpondit Ruben, Duos filios meos interfice, ſi non reduxero illum tibi: trade illum in manu mea, & ego eum tibi reſtituam. At ille, Non deſcendet, inquit, filius meus vobiſcum: frater eius mortuus eſt, & ipſe ſolus remãſit. ſi quid ei aduerſitatis acciderit in terra ad quam pergitis, deducetis canos meos cum dolore ad inferos.

S. FRATRES Ioſeph Beniamin ſecum ducentes in Aegyptum, redeunt cum muneribus duplicíq; pecunia, qui ſimul cum Ioſeph Simeone educto de carcere epulantur.

CAPVT XLIII.

INterim fames omnem terram vehementer premebat. Conſumptisque cibis quos ex Aegypto detulerant, dixit Iacob ad filios ſuos, Reuertimini, & emite nobis pauxillum eſcarum. Reſpondit Iudas, Denuntiauit nobis vir ille ſub atteſtatione iuriſiurandi, dicens, Non videbitis faciem meam, niſi fratrem veſtrum minimum adduxeritis vobiſcum. Si ergo vis eum mittere nobiſcũ, pergemus pariter, & ememus tibi neceſſaria. Si autem non vis, non ibimus: vir enim vt ſæpe diximus, denuntiauit nobis, dicens, Non videbitis faciem meam abſq; fratre veſtro minimo. Dixit eis Iſrael, In meam hoc feciſtis miſeriã vt indicaretis ei & alium habere vos fratrem. At illi reſponderunt, Interrogauit nos homo per ordinem noſtram progeniem, ſi pater viueret, ſi haberemus fratrem: & nos reſpondimus ei conſequenter iuxta id quod fuerat ſciſcitatus: nunquid ſcire poteramus quòd dicturus eſſet, Adducite fratrẽ veſtrum vobiſcum? Iudas quoq; dixit patri ſuo, Mitte puerum mecum, vt proficiſcamur, & poſsimus viuere: ne moriamur nos & paruuli noſtri. Ego ſuſcipio puerum: de manu mea require illum. niſi reduxero & reddidero eum tibi, ero peccati reus in te omni tempore. Si non interceſsiſſet dilatio, iam vice altera veniſſemus. Igitur Iſrael pater eorum dixit ad eos, Si ſic neceſſe eſt, facite quod vultis: ſumite de optimis terræ fructibus in vaſis veſtris, & deferte viro munera: modicum reſinæ & mellis & ſtoracis, ſtactes & terebinthi & amygdalarũ. Pecuniam quoq; duplicem ferte vobiſcum: & illam quam inueniſtis in ſacculis, reportare, ne fortè errore factum ſit. Sed & fratrem veſtrũ tollite, & ite ad virum. Deus autẽ meus omnipotens faciat vobis eum placabilẽ: & remittat vobiſcũ fratrem veſtrum quẽ tenet in vinculis, & hunc Beniamin: ego autem quaſi orbatus abſq; liberis ero. Tulerunt ergo viri munera, & pecuniam duplicem, & Beniamin: deſcenderuntq; in Aegyptum, & ſteterunt coram Ioſeph. Quos cum ille vidiſſet, & Beniamin ſimul, præcepit diſpenſatori domus ſuæ, dicens, Introduc viros domum, & occîde victimas, & inſtrue conuiuium: quoniam hodie mecum ſunt comeſturi meridie. Fecit ille ſicut ſibi fuerat imperatum, & introduxit viros domum. Ibiq; exterriti, dixerunt mutuo, Propter pecuniã quam retulimus prius in ſaccis noſtris, introducti ſumus: vt deuoluat in nos calumniam, & violenter ſubijciat ſeruituti & nos, & aſinos uoſtros. Quam ob rem in ipſis foribus accedentes ad diſpenſatorem locuti ſunt, Oramus domine, vt audias nos, Iam antè deſcendimus vt ememus eſcas. Quibus emptis, cum veniſſemus ad diuerſoriũ aperuimus ſaccos noſtros, & inuenimus pecuniam in ore ſaccorũ, quam nunc eodem põdere reportauimus. Sed & aliud attulimus argẽtum vt emamus quæ nobis neceſſaria ſunt: nõ eſt in noſtra conſcientia quis poſuerit eam in marſupijs noſtris. At ille reſpõdit, Pax vobiſcum, nolite timere: Deus veſter, & Deus patris veſtri dedit vobis theſauros in ſaccis veſtris. nam pecuniam quam dediſtis mihi, probatam ego habeo. Eduxitq; ad eos Simeon, & introductis domum, attulit aquam, & lauerunt pedes ſuos, deditq; pabulum aſinis eorũ. Illi verò parabant munera, donec ingrederetur Ioſeph meridie. audierant enim quòd ibi comeſturi eſſent panem. Igitur ingreſſus eſt Ioſeph domũ ſuam, obtulerunt q; ei munera, tenẽtes in manibus ſuis: & adorauerũt proni in terram. At ille clementer reſalutatis eis, interrogauit eos, dicens, Sanúsne eſt pater veſter ſenex, de quo dixeratis mihi? Adhuc viuit? Qui reſponderunt, Soſpes eſt ſeruus tuus pater noſter, adhuc viuit. Et incuruati, adorauerunt eum. Attollens autem Ioſeph oculos, vidit Beniamin fratrem ſuũ vterinum, & ait, Iſte eſt frater veſter paruulus, de quo dixeratis mihi? Et rurſum: Deus, inquit, miſereatur tui fili mi. Feſtinauitq;, quia commota fuerant viſcera eus ſuper fratre ſuo, & erumpebant lachrymæ: & introiens cubiculum fleuit. Rurſumque lota facie egreſſus, continuit ſe, & ait, Ponite panes. Quibus appoſitis, ſeorſum Ioſeph, & ſeorſum fratribus, Aegyptijs quoque qui veſcebantur ſimul, ſeorſum (illicitum eſt enim Aegyptijs comedere cum Hebræis, & prophanum putant huiuſcemodi conuiuium) ſederunt coram eo primogenitus iuxta primogenita ſua, & minimus iuxta ætatẽ ſuam. Et mirabantur nimis, ſumptis partibus quas ab eo acceperant: maioráque pars venit Beniamin, ita vt quinque partibus excederet. Biberuntque, & inebriati ſunt cum eo.

Flet Ioſeph.

Aegyptijs illicitum cõmedere cũ Hebræis.

S. IOSEPH abſconſo & deprehenſo ſcypho ſuo in ſacco Beniamin, furti fratres arguit, quos Iudas excuſans ſeſe obſidem liberè offert.

CAPVT XLIIII.

PRæcepit autem Ioſeph diſpenſatori domus ſuæ dicens, Imple ſaccos eorum frumento, quantum poſſunt capere: & pone pecuniã ſingulorum in ſummitate ſacci. Scyphum autem meum argenteum, & pretium quod dedit tritici, pone in ore ſacci iunioris, factũq; eſt ita. Et orto mane, dimiſsi ſunt cum aſinis ſuis. Iamq; vrbem exierant, & proceſſerant paululũ: tunc Ioſeph acceſſito diſpenſatore domus, ait, Surge, inquit, & perſequere viros: & apprehenſis dicito, Quare reddidiſtis malum pro bono? Scyphus quem furati eſtis, ipſe eſt in quo bibit Dominus meus, & in quo augurari ſolet: peſsimam rem feciſtis. Fecit ille vt iuſſerat. Et apprehenſis per ordinem, locutus eſt. Qui reſponderunt, Quare ſic loquitur Dominus noſter, vt ſeruũ tui tantum flagitij commiſerint? Pecuniã quam inuenimus in ſummitate ſaccorum, reportauimus ad te de terra Chanáan: & quomodo conſequens eſt vt furati ſimus de domo Domini tui aurum vel argentum? Apud quemcũq; fuerit inuentum ſeruorum tuorũ quod quæris, moriatur, & nos erimus ſerui Domini noſtri. Qui dixit eis, Fiat iuxta veſtram ſententiam: apud quemcunque fuerit inuentũ, ipſe ſit ſeruus meus, vos autem eritis innoxij. Itaque feſtinatò deponentes in terram ſaccos, aperuerunt ſinguli. Quos ſcrutatus, incipiens à maiore vſque ad minimum, inuenit ſcyphum in ſacco Beniamin. At illi ſciſsis veſtibus, oneratisq; rurſum aſinis, reuerſi ſunt in oppidum. Primusq; Iudas cum fratribus ingreſſus eſt ad Ioſeph, necdũ enim de loco abierat, omnesq; ante eum pariter in terrã corruerunt. Quibus ille ait, Cur ſic agere voluiſtis? an ignoratis quòd non ſit ſimilis mei in augurandi ſcientia? Cui Iudas, Quid reſpondebimus, inquit, Domino meo? vel quid loquemur, aut iuſtè poterimus obtendere? Deus inuenit iniquitatẽ ſeruorum tuorũ: en omnes ſerui ſumus Domini mei, & nos & apud quem inuẽtus eſt ſcyphus. Reſponditq; Ioſeph, Abſit à me vt ſic agam: qui furatus eſt ſcyphum, ipſe ſit ſeruus meus, vos autẽ abîte liberi ad patrem

Supra 42. d

Supra 42. a

vestrum. Accedens autẽ propius Iudas, confidenter ait, Oro Domine mi, loquatur seruus tuus verbum in auribus tuis, & ne irascaris famulo tuo: tu es enim post Pharaonem Dominus meus. Interrogasti prius seruos tuos, Habetis patrem aut fratrem? & nos respondimus tibi Domino meo, Est nobis pater senex, et puer paruulus, qui in senectute illius natus est, cuius vterinus frater mortuus est: & ipsum solum habet mater sua, pater verò tenerè diligit eũ. Dixistiq; seruis tuis, Adducite eum ad me, & ponam oculos meos super illum. Suggessimus tibi Domino meo, Non potest puer relinquere patrem suum: si enim illum dimiserit, morietur. Et dixisti seruis tuis, Nisi venerit frater vester minimus vobiscũ, non videbitis amplius faciem meã. Cum ergo ascẽdissemus ad famulum tuum patrem nostrum, narrauimus ei omnia quæ locutus est Dominus meus. Et dixit pater noster, Reuertimini, & emite nobis parum tritici. Cui diximus, Ire non possumus: si frater noster minimus descenderit nobiscum, proficiscemur simul: alioquin illo absente, non audemus videre faciem viri. At ille respondit, Vos scitis quòd duos filios genuerit mihi vxor mea. Egressus est vnus, & dixistis, Bestia deuorauit eum: & hucusq; non cõparet. Si tuleritis & istum, & aliquid ei in via contigerit, deducetis canos meos cum mœrore ad inferos. Igitur si intrauero ad seruum tuum patrem nostrum, & puer defuerit (cùm anima illius ex huius anima dependeat) videritq; eum non esse nobiscum, morietur, & deducent famuli tui canos eius cum dolore ad inferos. Ego proprie seruus tuus sim, qui in meam hunc recepi fidem, & spopondi, dicens, Nisi reduxero eum, peccati reus ero in patrem meum omni tempore. Manebo itaque seruus tuus pro puero in ministerio Domini mei, & puer ascendat cum fratribus suis. Non enim possum redire ad patrem absente puero: ne calamitatis quæ oppressura est patrem meum, testis assistam.

Supra 42.c *Supra 43.d* *Supra 37.e* *Supra 43.b*

S. IOSEPH tandem se fratribus manifestans omnes osculatur: unde Pharao tumq; domus eius exultans, ad quærendũ patrem in Chanaan cum muneribus & plaustris multis fratres remittit.

CAPVT XLV.

NOn se poterat vltrà cohibere Ioseph multis coràm astantibus: vnde præcepit vt egrederentur cuncti foras, & nullus interesset alienus agnitioni mutuæ. Eleuauitq; vocem cum fletu: quam audierunt Aegyptij, omnisq; domus Pharaonis, & dixit fratribus suis, Ego sum Ioseph: adhuc pater meus viuit? Non poterant respondere fratres nimio terrore perterriti. Ad quos ille clementer, Accedite, inquit, ad me. Et cum accessissent propè, Ego sum, ait, Ioseph frater vester, quem vendidistis in Aegyptum. Nolite pauere, neque vobis durum esse videatur quòd vendidistis me in his regionibus: pro salute enim vestra misit me Deus ante vos. Biennium est enim quòd cœpit fames in terra esse: & adhuc quinq; anni restant, quibus nec arari poterit, nec meti. Præmisitq; me Deus vt reseruemini super terram, & escas ad viuendũ habere possitis. Non vestro cõsilio, sed Dei voluntate huc missus sum: qui fecit me quasi patrem Pharaonis, & Dominũ vniuersæ domus eius, ac principem in omni terra Aegypti. Festinate, & ascẽdite ad patrem meum, & dicetis ei, Hæc mandat filius tuus Ioseph, Deus fecit me Dominũ vniuersæ terræ Aegypti: descende ad me ne morêris, & habitabis in terra Gesen: erisq; iuxta me tu, & filij tui, & filij filiorũ tuorũ, oues tuæ, & armenta tua, & vniuersa quę possides. Ibiq; te pascã (adhuc enim quinq; anni residui sunt famis) ne & tu pereas, & omnis domus tua, & omnia quæ possides. En oculi vestri & oculi fratris mei Beniamin vident quòd os meum loquatur ad vos. Nuntiate patri meo vniuersam gloriam meã, & cũcta quæ vidistis in Aegypto: festinate & adducite eum ad me. Cũq; amplexatus recidisset in collum Beniamin fratris sui, fleuit: illo quoq; similiter flente super collũ eius. Osculatusq; est Ioseph omnes fratres suos, & plorauit super singulos, post quæ ausi sunt loqui ad eum. Auditumq; est & celebri sermone vulgatum in aula regis, Venerunt fratres Ioseph. & gauisus est Pharao atq; omnis familia eius. Dixitque ad Ioseph vt imperaret fratribus suis, dicens, Onerantes iumenta, ite in terrã Chanáan. Et tollite inde patrem vestrum & cognationẽ, & venite ad me: & ego dabo vobis omnia bona Aegypti, vt comedatis medullam terræ. Præcipe etiam vt tollant plaustra de terra Aegypti, ad subuectionem paruulorum suorum ac coniugum: & dicito, Tollite patrem vestrũ & properate quantocyus venientes, nec dimittatis quicquã de supellectili vestra: quia omnes opes Aegypti, vestræ erunt. Feceruntque filij Israel vt eis mandatum fuerat. Quibus dedit Ioseph plaustra, secundũ Pharaonis imperiũ: & cibaria in itinere. Singulis quoq; proferri iussit binas stolas: Beniamin verò dedit trecentos argenteos cum quinq; stolis optimis: tantundem pecuniæ & vestium mittens patri suo, addens ei asinos decem, qui subueherent ex omnibus diuitijs Aegypti: & totidem asinas, triticum in itinere, panesq; portantes. Dimisit ergo fratres suos: & proficiscentibus ait, Ne irascamini in via. Qui ascendentes ex Aegypto, venerunt in terram Chanáan ad patrem suum Iacob. Et nuntiauerunt ei, dicentes, Ioseph viuit: & ipse dominatur in omni terra Aegypti. Quo audito Iacob, quasi de graui somno euigilãs, tamen non credebat eis. Illi econtrà referebant omnem ordinem rei. Cumq; vidisset plaustra & vniuersa quæ miserat, reuixit spiritus eius, & ait, Sufficit mihi si adhuc Ioseph filius meus viuit: vadam & videbo illum antequam moriar.

Infra 50.c

S. IACOB cum filijs & nepotibus in Aegyptum descendens à filio suo Ioseph magno cum honore, lætitia, & amplexibus suscipitur.

CAPVT XLVI.

PRofectusque Israel cum omnibus quæ habebat venit ad puteum iuramenti: & mactatis ibi victimis Deo patris sui Isaac, audiuit eum per visionem nocte vocantem se, & dicentem sibi, Iacob Iacob? Cui respondit, Ecce adsum. Ait illi Deus, Ego sum fortissimus Deus patris tui, noli timere, sed descende in Aegyptum, quia in gentem magnam faciam te ibi. Ego descendam tecum illuc, & ego inde adducam te reuertẽtem: Ioseph quoq; ponet manus suas super oculos tuos. Surrexit Iacob à puteo iuramenti: tuleruntq; eum filij cum paruulis & vxoribus suis in plaustris quæ miserat Pharao ad portandũ senẽ & omnia quæ possederat in terra Chanáan: venitq; in Aegyptũ cum omni semine suo, filij eius & nepotes, filiæ & cuncta simul progenies. Hæc sunt autẽ nomina filiorum Israel, qui ingressi sunt in Aegyptũ, ipse cum liberis suis. Primogenitus Ruben. Filij Ruben: Enoch & Phallu & Esron & Charmi. Filij Simeon: Iamuel & Iamin & Ahod & Iachin & Saher, & Saul filius Chananitidis. Filij Leui: Gerson & Chaath & Merari. Filij Iuda: Her & Onã & Sela & Phares & Zara. mortui sunt autem Her & Onan in terra Chanáan. Natique sunt filij Phares: Esrõ & Hamul. Filij Issachar: Thola & Phua & Iob & Simeron. Filij Zabulon: Sared & Elon & Iahelel. hi filij Liæ quos genuit in Mesopotamia Syriæ cum Dina filia sua. omnes animæ filiorum eius & filiarũ, triginta tres. Filij Gad: Sephõ & Aggi & Esebõ & Suni & Heri & Arodi & Areli. Filij Aser: Iemna & Iesua & Iesui & Beria, Sara quoq; soror eorum. Filij Beria: Heber & Melchiel. hi filij Zelphæ, quam dedit Laban Liæ filiæ suæ. & hos genuit Iacob sedecim animas. Filij Rachel vxoris Iacob: Ioseph & Beniamin. Natique sunt filij in terra Aegypti, quos genuit ei Aseneth filia Phutipharis sacerdotis Heliopoleos: Manasses, & Ephráim. Filij Beniamin: Bela & Bechor & Asbel & Gera & Naaman & Echi, & Ros, & Mophim, & Ophim, & Ared. hi filij Rachel quos genuit Iacob. omnes animæ quatuordecim. Filij Dan: Vsim. Filij Nephthali: Iasiel & Guni & Iesser & Sallẽ. hi filij Balæ, quã dedit Labã Racheli filiæ suæ: & hos genuit Iacob.

PROFECTIO IACOB in Aegyptum.

Genealogia Iacob.

Act. 7.b *Exod. 1.d* *Num. 26.d* *1. Para. 5.d* *Exod. 6.c* *1. Para. 2.d* *1. Para. 6.d* *1. Para. 2.d* *& 4.d* *Supra 38.d* *1. Para. 7.d* *1. Para. 7.f* *Supra 41.f* *1. Para. 7.b* *& 8.d*

omnes

omnes animæ, ſeptem. Cunctæq; animæ quæ ingreſſæ ſunt cum Iacob in Aegyptũ, & egreſſę ſunt de femore illius, abſq; vxoribus filiorum eius ſexaginta ſex. Filij autem Ioſeph qui nati ſunt ei in terra Aegypti, animæ duæ. Omnes animæ domus Iacob quæ ingreſſæ ſunt in Aegyptũ, fuere ſeptuaginta.

Septuaginta homines ingreſſi Aegyptum. Deut. 10. d

Miſit autem Iacob Iudã ante ſe ad Ioſeph* in Aegyptum ·· vt nuntiaret ei, & ille occurreret in Geſſen. Quò cum peruenisſet, iuncto Ioſeph curru ſuo, aſcendit obuiam patri ſuo ad eundem locum: videns q; eum irruit ſuper collum eius, & D inter amplexus fleuit. Dixit q; pater ad Ioſeph, Iã lætus moriar, quia vidi faciem tuam, & ſuperſtitem te relinquo. At ille locutus eſt ad fratres ſuos, & ad omnẽ domũ patris ſui, Aſcendam, & nuntiabo Pharaoni: dicamq́ue ei, Fratres mei & domus patris mei qui erant in terra Chanáan venerunt ad me: & ſunt viri paſtores ouium, curamq; habent alendorum gregum: pecora ſua & armenta, & omnia quæ habere potuerũt, adduxerunt ſecum. Cumq́ue vocauerit vos, & dixerit, Quod eſt opus veſtrum? reſpondebitis, Viri paſtores ſumus ſerui tui, ab infantia noſtra vſque in præſens, & nos & patres noſtri. Hæc autem dicetis vt habitare poſſitis in terra Geſſen: quia deteſtantur Aegyptij omnes paſtores ouium.

S. IACOB cum filijs ad Pharaonem introducto terra Geſſen conceditur. At fames tantum premit Aegyptum ut uenditis pecoribus terram quoq; uendere coacti ſint: unde quinta pars fructuum regibus perpetuò cedat.

CAPVT XLVII.

A INgreſſus ergo Ioſeph nuntiauit Pharaoni, dicẽs, Pater meus & fratres, oues eorum & armenta, & cuncta quæ poſident, venerunt de terra Chanáan: & ecce conſiſtunt in terra Geſſen. Extremos quoq; fratrum ſuorũ quinq; viros cõſtituit coram rege: quos ille interrogauit, Quid habetis operis? Reſponderunt, Paſtores ouium ſumus ſerui tui, & nos & patres noſtri, ad peregrinandũ in terrã tuã venimus: quoniam non eſt herba gregibus ſeruorũ tuorum, ingraueſcente fame in terra Chanáan: petimus q; vt eſſe nos iubeas ſeruos tuos in terra Geſſen. Dixit itaq; rex ad Ioſeph, Pater tuus & fratres tui venerũt ad te.

B Terra Aegypti in cõſpectu tuo eſt: in optimo locò fac habitare eos, & trade eis terrã Geſſen. Quòd ſi noſti in eis eſſe viros induſtrios, cõſtitue illos magiſtros pecorũ meorum. Poſt hæc introduxit Ioſeph patrem ſuum ad regẽ, & ſtatuit eum coram eo: qui benedicẽs illi, & interrogatus ab eo, Quot ſunt dies annorum vitæ tuæ? reſpondit, Dies peregrinationis vitæ meæ centum triginta annorum ſunt, parui & mali: & nõ peruenerunt vſque ad dies patrum meorum quibus peregrinati

C ſunt. Et benedicto rege egreſſus eſt foras. Ioſeph verò patri & fratribus ſuis dedit poſſeſſionem in Aegypto in optimo terræ loco Rameſſes, vt præceperat Pharao. Et alebat eos, omnemq; domum patris ſui, præbens cibaria ſingulis. In toto enim orbe panis deerat, & oppreſſerat fames terram, maxime Aegypti & Chanáan. E quibus omnem pecuniam congregauit pro venditione frumenti, & intulit eam in ærarium regis. Cumq́ue defeciſſet emptoribus pretium, vênit cuncta

D Aegyptus ad Ioſeph, dicens, Da nobis panes: quare morimur coram te deficiente pecunia? Quibus ille reſpondit, Adducite pecora veſtra, & dabo vobis pro eis cibos, ſi pretium non habetis. Quæ cum adduxiſſent, dedit eis alimenta pro equis & ouibus & bobus & aſinis: ſuſtentauitq; eos illo anno pro commutatione pecorum. V enerunt quoq; anno ſecundo, & dixerunt ei, Non celamus Domino noſtro quòd deficiente pecunia, pecora ſimul defecerunt: nec clam te eſt quòd abſq; corporibus & terra nihil habeamus. Cur ergo moriemur te vidente? & nos, & terra noſtra tui erimus: eme nos in ſeruitutem regiã, & præbe ſemina, ne pereunte cultore redigatur ter

E ra in ſolitudinem. Emit igitur Ioſeph omnẽ terram Aegypti vendentibus ſingulis poſſeſſiones ſuas præ magnitudine famis. Subiecit q; eam Pharaoni, & cunctos populos eius à nouiſſimis terminis Aegypti vſque ad extremos fines eius: præter terram ſacerdotum quæ à rege tradita fuerat eis: quibus & ſtatuta cibaria ex horreis publicis præbebantur, & idcirco non ſunt compulſi vendere poſſeſſiones ſuas. Dixit ergo Ioſeph ad populos, En, vt cernitis, & vos & terram veſtrã Pharao poſſidet: accipite ſemina, & ſerite agros, vt fruges habere

F poſſitis. Quintam partem regi dabitis: quatuor reliquas permitto vobis in ſementem, & in cibum familijs & liberis veſtris. Qui reſpõderunt, Salus noſtra in manu tua eſt: reſpiciat nos tantum Dominus noſter, & læti ſeruiemus regi. Ex eo tempore vſque in præſentem diem in vniuerſa terra Aegypti, regibus quinta pars ſoluitur, & factum eſt quaſi in legem: abſque terra ſacerdotali, quæ libera ab hac conditione fuit. Habitauit ergo Iſrael in Aegypto, id eſt in terra Geſſen, & poſſedit eam: auctus q; eſt & multiplicatus nimis. Et vixit in ea decem & ſeptem annis: factiq; ſunt omnes dies vitæ illius,

G centum quadraginta ſeptem annorum. Cũq; appropinquare cerneret diem mortis eius, vocauit filium ſuum Ioſeph, & dixit ad eum, Si inueni gratiam in conſpectu tuo, pone manum tuam ſub femore meo: & facies mihi miſericordiam & veritatem, vt non ſepelias me in Aegypto, ſed dormiam cum patribus meis, & auferas me de terra hac, condasq́ue in ſepulchro maiorum meorum. Cui reſpondit Ioſeph, Ego faciam quod iuſiſti. Et ille, Iura ergo, inquit, mihi. Quo iurante, adorauit Iſrael Dominum, conuerſus ad lectuli caput.

Iacob adiurat filiũ Ioſeph de ſepultura.



S. IACOB ægrotantem Ioſeph cum filijs ſuis uiſitat, benedictionem illis à patre impetraturus, quibus Iacob benedicens minorem maiori prætulit, ac Ioſeph ultra fratres ſuos una parte donat.

CAPVT XLVIII.

A HIs itaq; tranſactis nuntiatũ eſt Ioſeph quòd ęgrotaret pater ſuus: qui aſſumptis duobus filijs Manaſſe & Ephráim, ire perrexit. Dictũq; eſt ſeni, Ecce filius tuus Ioſeph vênit ad te. Qui cõfortatus ſedit in lectulo. Et ingreſſo ad ſe Ioſeph, ait, Deus omnipotens apparuit mihi in Luza, quæ eſt in terra Chanáan: be- *Supra 28. c*
nedixitq́ue mihi, & ait, Ego te augebo & multiplicabo, & faciam te in turbas populorum: daboq; tibi terram hanc, & ſemini tuo poſt te in poſſeſſionẽ ſempiternam. Duo ergo filij *Supra 41. f*
tui qui nati ſunt tibi in terra Aegypti antequam huc venirem ad te, mei erunt: Ephráim & Manaſſes, ſicut Ruben & Simeon reputabuntur mihi. Reliquos autem quos genueris poſt eos, tui erunt, & nomine fratrum ſuorum vocabuntur

B in poſſeſſionibus ſuis. Mihi enim quando veniebam de Meſopotamia, mortua eſt Rachel in terra Chanáan in ipſo itinere, eratq; vernum tempus: & ingrediebar Ephrathã, & ſepeliui eam iuxta viam Ephrathæ, quæ alio nomine appellatur Bethlehem. Videns autem filios eius dixit ad eum, Quj ſunt *Supra 35. c*
iſti? Reſpõdit, Filij mei ſunt quos donauit mihi Deus in hoc loco. Adduc, inquit, eos ad me, vt benedicam illis. Oculi enim Iſrael caligauerant præ nimia ſenectute, & clarè videre non

Pecunia deficiẽte, Aegyptij pecoribus cibum comparant.

poterat. Applicitosque ad ſe, deoſculatus & circumplexus eos, dixit ad filiũ ſuum, Non ſum fraudatus aſpectu tuo: inſuper oſtẽdit mihi Deus ſemen tuũ. Cumq; tuliſſet eos Ioſeph de gremio patris, adorauit pronus in terrã. Et poſuit Ephráim ad dexteram ſuam, id eſt ad ſiniſtram Iſrael: Manaſſen verò in ſiniſtra ſua, ad dexteram ſcilicet patris, applicuitq; ambos ad eum. Qui extendens manum dexteram, poſuit ſuper caput Ephráim iunioris fratris: ſiniſtram autem ſuper caput Manaſſe qui maior natu erat, cõmutans manus. Benedixitq; Iacob filijs Ioſeph, & ait, Deus in cuius conſpectu ambulauerunt patres mei Abraham & Iſaac, Deus qui paſcit me ab adoleſcentia mea vſq; in præſentem diem, angelus qui eruit me de cunctis malis benedicat pueris iſtis: & inuocetur ſuper eos nomen meum, nomina quoque patrum meorum Abraham & Iſaac, & creſcant in multitudinem ſuper terram. Videns autem Ioſeph quòd poſuiſſet pater ſuus dexteram manum ſuper caput Ephráim, grauiter accepit: & apprehenſam manum patris leuare conatus eſt de capite Ephráim, & transferre ſuper caput Manaſſe. Dixitq; ad patrem, Non ita conuenit pater: quia hic eſt primogenitus, pone dexteram tuam ſuper caput eius. Qui renuens ait, Scio fili mi, ſcio: & iſte quidem erit in populos & multiplicabitur: ſed frater eius iunior, maior erit illo, & ſemen illius creſcet in gentes. Benedixitq; eis in tempore illo, dicens, In te benedicetur Iſrael, atque dicetur, Faciat tibi Deus ſicut Ephráim & ſicut Manaſſe. Conſtituitque Ephráim ante Manaſſen: & ait ad Ioſeph filium ſuum, En ego morior, & erit Deus vobiſcum, reducetq; vos ad terram patrum veſtrorum. Do tibi partem vnam extra fratres tuos, quam tuli de manu Amorrhæi in gladio & arcu meo.

Hebr.11.d

Ioan.4.a

S. IACOB filijs ſuis benedicens, defectus eorum arguit, illisq; futura prædicit: ſepultura autem electa in pace quieuit.

CAPVT XLIX.

VOcauit autem Iacob filios ſuos, & ait eis, Congregamini, vt annuntiem quæ ventura ſunt vobis in diebus nouiſsimis. Congregamini & audite filij Iacob, audite Iſrael patrem veſtrum. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea & principium doloris mei: prior in donis, maior in imperio. Effuſus es ſicut aqua, non creſcas: quia aſcendiſti cubile patris tui, & maculaſti ſtratum eius. Simeon & Leui fratres: vaſa iniquitatis bellantia. In conſilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non ſit gloria mea: quia in furore ſuo occiderunt virum, & in voluntate ſua ſuffoderunt murum. Maledictus furor eorum, quia pertinax: & indignatio eorum, quia dura: diuidam eos in Iacob, & diſpergam eos in Iſrael. Iuda, te laudabunt fratres tui: manus tua in ceruicibus inimicorũ tuorum, adorabunt te filij patris tui. Catulus leonis Iuda: ad prædã fili mi aſcendiſti: requieſcẽs accubuiſti vt leo, & quaſi leæna, quis ſuſcitabit eum? NON AVFERETVR ſceptrum de Iuda, & dux de femore eius: donec veniat qui mittendus eſt, & ipſe erit expectatio gentium. Ligans ad vineam pullum ſuũ, & ad vitem ô fili mi aſinam ſuam. Lauabit in vino ſtolam ſuam, & in ſanguine vuæ pallium ſuum. Pulchriores ſunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores. Zabulon in littore maris habitabit, & in ſtatione nauium pertingens vſq; ad Sidõnem. Iſſachar aſinus fortis accubans inter terminos. Vidit requiem quòd eſſet bona, & terram quòd optima: & ſuppoſuit humerum ſuũ ad portandũ, factusq; eſt tributis ſeruiens. Dan iudicabit populũ ſuum ſicut & alia tribus in Iſrael. Fiat Dan coluber in via, ceraſtes in ſemita, mordens vngulas equi, vt cadat aſcenſor eius retrò. SALVTARE tuum expectabo Domine. Gad, accinctus præliabitur ante eum: & ipſe accingetur retrorſum. Aſer pinguis panis eius, & præbebit delicias regibus. Nephthali ceruus emiſſus, & dans eloquia pulchritudinis. Filius accreſcens Ioſeph, filius accreſcens & decõrus aſpectu: filiæ diſcurrerunt ſuper murum. Sed exaſperauerũt eum, & iurgati ſunt, inuiderunt q; illi habentes iacula. Sedit in forti arcus eius, & diſſoluta ſunt vincula brachiorum & manuũ illius per manus potentis Iacob: inde paſtor egreſſus eſt, lapis Iſrael. Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus cœli deſuper, benedictionibus abyſsi iacentis deorſum, benedictionibus vberum & vuæ. Benedictiones patris tui confortatæ ſunt benedictionibus patrum eius: donec veniret deſyderium collium æternorum. fiant in capite Ioſeph & in vertice Nazaræi inter fratres ſuos. Beniamin lupus rapax, mane comedet prædam, & veſpere diuidet ſpolia. Omnes hi in tribubus Iſrael duodecim: hæc locutus eſt eis pater ſuus, benedixitque ſingulis benedictionibus proprijs, & præcepit eis, dicens, Ego congregor ad populum meum: ſepelite me cum patribus meis in ſpelunca duplici quæ eſt in agro Ephron Hethæi, contra Mambre in terra Chanáan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethæo in poſſeſsionem ſepulchri. Ibi ſepelierunt eum, & Saram vxorem eius: ibi ſepultus eſt Iſaac cum Rebecca coniuge ſua: ibi & Lia cóndita iacet. Finitisque mandatis quibus filios inſtruebat, collegit pedes ſuos ſuper lectulum, & obijt: appoſitusque eſt ad populum ſuum.

CHRISTVS è Iuda naſciturus.

Ioã.1.g.7.g

Matth.2.a

Ioſeph.

1. Para.5.a

Supra 35.b

Supra 34.d

Supra 23.d

S. IOSEPH patris exequias curans corpus eius in Chanaan ſepeliendum duxit, iniuriam fratribus ſibi timentibus remittit, ſuſceptæ ab eis fide de oſſibus ſuis ſecum in Chanaan deferendis.

CAPVT L.

QVod cernens Ioſeph, ruit ſuper faciem patris flens & deoſculans eum. Præcepitque ſeruis ſuis medicis, vt aromatibus condirent patrem. Quibus iuſſa explentibus, tranſierunt quadraginta dies: iſte quippe mos erat cadauerum conditorum. fleuitque eum Aegyptus ſeptuaginta diebus. Et expleto planctus tempore, locutus eſt Ioſeph ad familiam Pharaonis, Si inueni gratiam in conſpectu veſtro, loquimini in auribus Pharaonis: eo quòd pater meus adiurauerit me, dicens, En morior, in ſepulchro meo quod fodi mihi in terra Chanáan, ſepelies me. Aſcendam igitur, & ſepeliam patrem meum, ac reuertar. Dixitque ei Pharao, Aſcende, & ſepeli patrem tuum ſicut adiuratus es. Quo aſcendente, ierunt cum eo omnes ſenes domus Pharaonis, cunctique maiores natu terræ Aegypti: domus Ioſeph cum fratribus ſuis, abſque paruulis & gregibus, abſque armentis quæ dereliquerunt in terra Geſſen. Habuit quoque in comitatu currus & equites: & facta eſt turba non modica. Veneruntque ad aream Atad, quæ ſita eſt trans Iordanem: vbi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi impleuerunt ſeptem dies. Quod cum vidiſſent habitatores terræ Chanáan, dixerunt, Planctus magnus eſt iſte Aegyptijs. Et idcirco vocatum eſt nomen loci illius, Planctus Aegypti. Fecerunt ergo filij Iacob ſicut præcepérat eis: & portantes eum in terram Chanáan, ſepelierunt eum in ſpelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in poſſeſsionem ſepulchri ab Ephron Hethæo contra faciem Mambre. Reuerſusq; eſt Ioſeph in Aegyptum cum fratribus ſuis & omni comitatu, ſepulto patre. Quo mortuo, timentes fratres eius & mutuò colloquentes, Ne fortè memor ſit iniurię quam paſſus eſt, & reddat nobis omne malum quod fecimus, mandauerunt ei dicentes, Pater tuus præcepit nobis antequã moreretur vt hæc tibi verbis illius diceremus, Obſecro, vt obliuiſcaris ſceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiæ quam exercuerunt in te. nos quoq; oramus vt ſeruis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis fleuit Ioſeph, veneruntque ad eum fratres ſui: & proni adorantes in terram, dixerunt, Serui tui ſumus. Quibus ille reſpondit, Nolite timere: num Dei poſſumus reſiſtere voluntati? Vos cogitaſtis de me malum, ſed Deus vertit illud in bonum: vt exaltaret me ſicut impræſentiarum cernitis, & ſaluos

Actuũ 7.b

Supra 23.d

Supra 45.b

& saluos faceret multos populos. Nolite timere: ego pascam vos & paruulos vestros, consolatusq; eos, & blandè ac leniter est locutus. Et habitauit in Aegypto cum omni domo patris sui: vixitq; centum decem annis. Et vidit Ephraim filios vsq; ad tertiam generationem. Filij quoq; Machir filij Manasse nati sunt in genibus Ioseph. Quibus transactis locutus est fratribus suis, Post mortem meam Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista ad terram quam iurauit Abraham, Isaac & Iacob. Cumq; adiurasset eos, atq; dixisset, Deus visitabit vos, asportate ossa mea vobiscum de loco isto: mortuus est expletis centum decem vitæ suæ annis. Et conditus aromatibus, repositus est in loculo in Aegypto.

Numer.32 g
Hebr.11 d
Ioseph prædicit liberationem fratrũ suorũ.
Exod.13 d
Iosue 24 g

F I N I S.

Liber Exodus, Hebraicè Vellesemoth.



S. ISRAELIS *multiplicationem nouus Pharao onerum impositione, masculorum cæde, & subuersione (nisi obstetricum industria obstitisset) impedire satagit.*

CAPVT I.

A HAEC SVNT nomina filiorũ Israel, qui ingressi sunt in Aegyptũ cũ Iacob: singuli cũ domibus suis introierunt: Ruben, Simeon, Leui, Iudas, Issachar, Zabûlon, & Beniamin, Dan, & Nephthali, Gad, & Aser. Erant igitur omnes anime eorum qui ingressi sunt, de femore Iacob, septuaginta: Ioseph autẽ in Aegypto erat. Quo mortuo, & vniuersis fratribus eius, omniq; cognatione sua, filij Israel creuerũt, & quasi germinantes multiplicati
B sunt: ac roborati nimis, impleuerunt terram. Surrexit interea rex nouus super Aegyptũ, qui ignorabat Ioseph: & ait ad populum suũ, Ecce, populus filiorũ Israel multus, & fortior nobis est. Venite, sapiẽter opprimamus eũ: ne fortè multiplicetur: & si ingruerit contra nos bellũ, addatur inimicis nostris, expugnatisq; nobis egrediatur è terra. Præposuit itaque eis magistros operũ vt affligerent eos oneribus: ædificaueruntq; vrbes tabernaculorũ Pharaoni, Phithon, & Rameses. Quan-
C toq; opprimebãt eos, tãto magis multiplicabãtur, & crescebant: oderantq; filios Israel Aegyptij, & affligebãt illudentes eis & iuuidentes. Atq; ad amaritudinẽ perducebãt vitam eorum operibus duris luti & lateris, omniq; famulatu, quo in terræ operibus premebãtur. Dixit autem rex Aegypti obstetricibus Hebræorum: quarum vna vocabatur Sephora, altera Phua, præcipiens eis, Quãdo obstetricabitis Hebræas, & partus tempus aduenerit, si masculus fuerit, interficite illũ: si fœmina, reseruate. Timuerunt autẽ obstetrices Deũ, & non fecerunt iuxta præceptum regis Aegypti: sed cõseruabant ma-
D res. Quibus accersitis ad se rex, ait, Quidnam est hoc quod facere voluistis, vt pueros seruaretis? Quæ responderunt, Non sunt Hebrææ, sicut Aegyptiæ mulieres: ipsæ enim obstetricandi habent scientiã, & priusquam veniamus ad eas, pariunt. Bene ergo fecit Deus obstetricibus: & creuit populus: confortatusq; est nimis. Et quia timuerunt obstetrices Deũ, ædificauit illis domos. Præcepit ergo Pharao omni populo suo, dicens, Quicquid masculini sexus natum fuerit, in flumen proijcite: quicquid fœminini, reseruate.

Sapien.18 b

S. MOYSES *aquis expositus & inde extractus, in aula regia à matre sua nutritus, propter homicidium in Madian fugit, ubi duxit uxorem.*

CAPVT II.

A EGressus est post hæc vir de domo Leui. Et accepit vxorem stirpis suæ, quæ concepit, & peperit filium: & videns eum elegantem abscondit tribus mensibus. Cumq; iam celare non posset, sumpsit fiscellam scirpeam, & liniuit eam bitumine ac pice: posuitq; intus infantulum, & exposuit eum in carecto ripæ fluminis, stante procul sorore eius, & considerãte euentũ rei. Ecce autem descendebat filia Pharaonis vt lauaretur in flumine: & puellæ eius gradiebantur per crepidinem aluei. Quæ cum vidisset fiscellam in papyrione, misit vnam è famulabus suis: & allatam aperiens, cernensq; in ea paruulũ vagientem, miserta eius, ait, De infantibus Hebræorum est hic. Cui soror pueri, Vis, inquit, vt vadam, & vocẽ tibi mulierẽ Hebræam, quæ nu
B trire possit infantulũ? Respõdit, Vade. Perrexit puella, & vocauit matrem suam. Ad quam locuta filia Pharaonis, Accipe, ait, puerum istũ, & nutri mihi, ego dabo tibi mercedẽ tuam. Suscepit mulier, & nutriuit puerum: adultumq; tradidit filiæ Pharaonis. Quem illa adoptauit in locũ filij, vocauitq; nomẽ eius Moyses, dicens: Quia de aqua tuli eum. In diebus illis postquã creuerat Moyses, egressus est ad fratres suos: viditq; afflictionem eorum, & virum Aegyptiũ percutientem quendam de Hebræis fratribus suis. Cumq; circunspexisset huc atq; illuc, & nullũ adesse vidisset, percussum Aegyptium abscondit sabulo. Et egressus die altero conspexit duos Hebræos rixantes: dixitq; ei qui faciebat iniuriã, Quare percutis
C proximũ tuum? Qui respondit, Quis cõstituit te principem, & iudicem super nos? num occidere me tu vis: sicut heri occidisti Aegyptiũ? Timuit Moyses, & ait, Quomodo palàm factum est verbum istud? Audiuitq; Pharao sermonẽ hunc, & quærebat occidere Moysen: qui fugiens de conspectu eius, moratus est in terra Madian, & sedit iuxta puteũ. Erant autẽ sacerdoti Madian septem filiæ, quæ venerant ad hauriendam aquã: & impletis canalibus adaquare cupiebant greges patris sui. Superuenere pastores, & eiecerunt eas: surrexitq; Moyses, & defensis puellis, adaquauit oues earũ. Quæ cum reuertissent ad Raguel patrem suum, dixit ad eas, Cur velocius veniistis solito? Responderunt, Vir Aegyptius liberauit nos de
D manu pastorũ: insuper & hausit aquam nobiscum, potumq; dedit ouibus. At ille, Vbi est, inquit, quare dimisistis hominem? vocate eum vt comedat panem. Iurauit ergo Moyses quòd habitaret cum eo. Accepitq; Sephorã filiam eius vxorem: quæ peperit ei filiũ, quem vocauit Gersam, dicens, Aduena fui in terra aliena. *Alterũ verò peperit: quem vocauit Eliézer, dicens, Deus enim patris mei adiutor meus, & eripuit me de manu Pharaonis. Post multum verò temporis mortuus est rex Aegypti: & ingemiscentes filij Israel, propter opera vociferati sunt: ascenditque clamor eorum ad

Infra 6 c
Numer.13 g
1.Para.23 b
Sapien.18 b
Act.7 c
Hebr.11 d
Hebr.11 e
Act.7 d
Infra 18 a
1.Par.23 b

Deum ab operibus. Et audiuit gemitum eorum, ac recordatus eſt fœderis quod pepigerat cũ Abraham, Iſaac & Iacob. Et reſpexit Dominus filios Iſrael,& cognouit eos.



S. DOMINVS Moyſi in rubo apparens mittit eum ad filios Iſraël de manu Pharaonis liberandos

CAPVT III.

A MOyſes autem paſcebat oues Iethro ſoceri ſui ſacerdotis Madian:cumq; minaſſet gregem ad interiora deſerti,vênit ad mõtem Dei Horeb. Apparuitq; ei Dominus in flamma ignis de medio rubi:& videbat quòd rubus arderet,& nõ comburetur. Dixit ergo Moyſes,Vadam,& videbo viſionem hãc magnam, quare non comburatur rubus. Cernens autẽ Dominus quòd pergeret ad videndũ,vocauit eum de mèdio rubi,& ait, Moy
B ſes Moyſes ? Qui reſpondit, Adſum. At ille. Ne appropies, inquit,huc:ſolue calceamentum de pedibus tuis. locus enim in quo ſtas,terra ſancta eſt. Et ait,Ego ſum Deus patris tui, Deus Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob : Abſcondit Moyſes faciem ſuam:nõ enim audebat aſpicere contra Deũ. Cui ait Dominus,Vidi afflictionẽ populi mei in Aegypto, & clamorem eius audiui propter duritiam eorũ qui præſunt operibus:& ſciens dolorem eius,deſcendi vt liberem eum de manibus Aegyptiorum,& educam de terra illa in terram bonam,& ſpatioſam,in terram quæ fluit lacte & melle, ad loca
C Chananæi, & Hethæi,& Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi,& Iebuſæi.Clamor ergo filiorũ Iſrael vênit ad me:vidiq; afflictionem eorum,qua ab Aegyptijs opprimuntur.Sed veni,& mittam te ad Pharaonem,vt educas populũ meũ filios Iſrael de Aegypto.Dixitq; Moyſes ad Deũ, Quis ſum ego, vt vadam ad Pharaonem, & educã filios Iſrael de Aegypto? Qui dixit ei,Ego ero tecũ:& hoc habebis ſignum quòd mi-
D ſerim te,Cum eduxeris populum meum de Aegypto, immolabis Deo ſuper montẽ iſtum.Ait Moyſes ad Deũ, Ecce ego vadam ad filios Iſrael,& dicam eis, Deus patrũ veſtrorũ miſit me ad vos.Si dixerint mihi, Quod eſt nomẽ eius ? quid dicam eis?Dixit Dominus ad Moyſen, EGO SVM QVI SVM. Ait, Sic dices filijs Iſrael, QVI EST, miſit me ad vos,Dixitq; iterum Deus ad Moyſen,Hæc dices filijs Iſrael, Dominus Deus patrũ veſtrorũ,Deus Abrahã,& Deus Iſaac, & Deus Iacob miſit me ad vos:hoc nomẽ mihi eſt in æternũ,
E & hoc memoriale meum in generatione & generationẽ.Vade,& cõgrega ſeniores Iſrael,& dices ad eos,Dominus Deus patrum veſtrorũ apparuit mihi,Deus Abrahã & Deus Iſaac & Deus Iacob,dicẽs, Viſitans viſitaui vos,& vidi omnia quæ acciderunt vobis in Aegypto:& dixi vt educam vos de afflictione Aegypti in terrã Chananæi & Hethæi & Amorrhæi & Pherezæi & Heuæi & Iebuſæi, ad terram fluentem lacte & melle.Et audient vocem tuam:ingredierisq; tu & ſeniores
F Iſrael ad regem Aegypti,& dices ad eum, Dominus Deus Hebræorum vocauit nos,ibimus viam trium dierum in ſolitudinem,vt immolemus Domino Deo noſtro. Sed ego ſcio quòd non dimittet vos rex Aegypti vt eatis, niſi per manum validam.Extendamq; manum meam,& percutiam Aegyptũ
G in cunctis mirabilibus meis, quæ facturus ſum in medio eorum:poſt hoc dimittet vos,daboq; gratiam populo huic coram Aegyptijs:& cũ egrediemini,non exibitis vacui, ſed poſtulabit mulier à vicina ſua & ab hoſpita ſua vaſa argentea & aurea,ac veſtes: ponetitq; eas ſuper filios & filias veſtras,& ſpoliabitis Aegyptum.

S. MOYSES tribus ſignis à Deo acceptis,in Aegyptum cum uxore & liberis proficiſcitur,uxor uerò eius circunciſo primogenito diſcedit à Moyſe. Aaron illi occurrit.

CAPVT IIII.

A REſpondens Moyſes ait, Non credent mihi, neq; audient vocem meam: ſed dicent, Non apparuit tibi Dominus.Dixit ergo ad eũ, Quid eſt quod tenes in manu tua?Reſpõdit,Virga.Dixitq; Dominus,Proijce eam in terrã.Proiecit,& verſa eſt in colubrũ, ita vt fugeret Moyſes. Dixitq; Dominus, Extende manum tuam,& apprehende caudam eius . Extendit, & tenuit, verſaq; eſt in virgã. Vt credãt, inquit,quod apparuerit tibi Dominus Deus patrum tuorũ,Deus Abraham & Deus Iſaac &
B Deus Iacob.Dixitq; Dominus rurſum,Mitte manũ tuam in ſinum tuũ. Quam cũ miſiſſet in ſinũ,protulit leproſam inſtar niuis.Retrahe,ait,manũ tuam in ſinum tuũ.Retraxit, & protulit iterũ,& erat ſimilis carni reliquæ.Si non crediderint, inquit,tibi,neq; audierint ſermonem ſigni prioris,credent verbo ſigni ſequẽtis.Quòd ſi nec duobus quidẽ his ſignis crediderint,neq; audierint vocẽ tuam:ſume aquã fluminis,& effun de eam ſuper aridã,& quicquid hauſeris de fluuio,vertetur in
C ſanguinem.Ait Moyſes,obſecro Domine,nõ ſum eloquens ab heri & nudiuſtertius:& ex quo locutus es ad ſeruũ tuum, impeditioris & tardioris linguæ ſum. Dixit Dominus ad eũ, Quis fecit os hominis ? aut quis fabricatus eſt mutũ & ſurdũ, videntem & cæcum?nónne ego? Perge igitur,& ego ero in ore tuo:doceboq; quid loquaris. At ille, Obſecro Domine,
D inquit,mitte quem miſſurus es.Iratus Dominus in Moyſen, ait, Aaron frater tuus leuites,ſcio quòd eloquens ſit:ecce ipſe egredietur in occurſum tuum,videnſq; te, lætabitur corde. Loquere ad eum,& pone verba mea in ore eius:& ego ero in ore tuo,& in ore illius,& oſtendam vobis quid agere debeatis. Et ipſe loquetur pro te ad populum,& erit os tuũ: tu autem eris ei in his quæ ad Deum pertinent.Virgã quoq; hanc
E ſume in manu tua,in qua facturus es ſigna.Abijt Moyſes, & reuerſus eſt ad Iethro ſocerum ſuum: dixitq; ei, Vadam & reuertar ad fratres meos in Aegyptum,vt videam ſi adhuc viuant.Cui ait Iethro, Vade in pace. Dixit ergo Dominus ad Moyſen in Madian,Vade,& reuertere in Aegyptũ: mortui ſunt enim omnes qui quærebant animam tuam . Tulit ergo Moyſes vxorẽ ſuam,& filios ſuos,& impoſuit eos ſuper aſinum:reuerſuſq; eſt in Aegyptũ,portans virgã Dei in manu ſua.Dixitq; ei Dominus reuertenti in Aegyptum, Vide vt omnia oſtenta quæ poſui in manu tua, facias coram Pharaone:ego indurabo cor eius,& non dimittet populum.Dicesq;
F ad eum, Hæc dicit Dominus, Filius meus primogenitus, Iſrael.Dixi tibi,Dimitte filium meum vt ſeruiat mihi:& noluiſti dimittere eũ,ecce ego interficiã filium tuum primogenitum. Cumq; eſſet in itinere in diuerſorio,occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum. Tulit ilicò Sephora acutiſſimam petrã,& circuncîdit præputiũ filij ſui, tetigitq; pedes eius,& ait,Sponſus ſanguinũ tu mihi es. Et dimiſit eũ poſt-
G quã dixerat,Spõſus ſanguinũ tu mihi es, ob circunciſionem. Dixitq; Dominus ad Aarõ. Vade in occurſum Moyſi in deſertum.Qui perrexit obuiã ei in montẽ Dei,& oſculatus eſt eum. Narrauitq; Moyſes Aaron omnia verba Domini, pro quibus miſerat eum,& ſigna quæ mandauerat. Veneruntq; ſimul,& congregauerunt cunctos ſeniores filiorũ Iſrael.Locutusq; eſt ad Aaron omnia verba quæ dixerat Dominus ad Moyſen:

Act. 7 d

Matt. 22 c
Mar. 12 c
Luc. 20 f

Nomen Dei.

Quo ordine velit liberare populum ſuũ docet Moyſen Deus.

Infra 11 d & 12 c


Moyſes impeditæ linguæ ſe eſſe cauſatur.

Matt. 10 c

Ecclc. 45 d

Infra 7 d

Moyſen: & fecit ſigna coram populo, & credidit populus. Audieruntq; quòd viſitaſſet Dominus filios Iſrael, & quòd reſpexiſſet afflictionem illorum: & proni adorauerunt.



S. MOYSES & AARON *apud Pharaonem Dei legatione funguntur: quam contemnens grauius premit Iſraëlitas ad dominum conquerentes.* CAPVT V.

A POſt hæc ingreſsi ſunt Moyſes & Aaron, & dixerũt Pharaoni, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi in deſerto. At ille reſpondit, Quis eſt Dominus, vt audiam vocem eius, & dimittam Iſrael? neſcio Dominum, & Iſrael non dimittam. Dixerunt, Deus Hebræorum vocauit nos, vt eamus viam trium dierum in ſolitudinem, & ſacrificemus Domino Deo noſtro: ne fortè accidat nobis peſtis aut gladius. Ait ad eos rex Aegypti, Quare Moyſes & Aarõ ſolicitatis populum ab operibus ſuis? ite ad onera veſtra. Dixitq; Pharao, Multus eſt populus terræ: videtis quòd turba ſuccreuerit: quantomagis ſi dederitis eis requiem ab operi-
B bus? Præcepit ergo in die illo præfectis operum & exactoribus populi, dicens, Nequaquam vltrà dabitis paleas populo ad conficiendos lateres, ſicut prius: ſed ipſi vadant & colligãt ſtipulas. Et menſuram laterum, quam prius faciebant, imponetis ſuper eos, nec minuetis quicquam: vacant enim, & idcir co vociferantur dicentes, Eamus & ſacrificemus Deo noſtro. Opprimantur operibus, & expleant ea: vt non acquieſcant verbis mendacibus. Igitur egreſsi præfecti operũ & exacto-
C res, ad populum dixerunt, Sic dicit Pharao, Nõ do vobis paleas. Ite, & colligite ſicubi inuenire poteritis: nec minuetur quicquã de opere veſtro. Diſperſusq; eſt populus per omnẽ terram Aegypti ad colligendas paleas. Præfecti quoq; operum inſtabant, dicentes, Complete opus veſtrum quotidie, vt prius facere ſolebatis quãdo dabantur vobis paleæ. Flagellatiq; ſunt qui præerant operibus filiorum Iſrael, ab exactoribus Pharaonis, dicentibus, Quare non impletis menſuram laterum ſicut prius, nec heri nec hodie? Veneruntq; præpoſiti filiorũ Iſrael, & vociferati ſunt ad Pharaonem dicẽtes, Cur ita agis contra ſeruos tuos? Paleæ non dantur nobis, & lateres ſimiliter imperantur: en famuli tui flagellis cædimur, & iniuſtè agitur cõtra populum tuum. Quit ait, Vacatis otio, & idcirco dicitis, Eamus & ſacrificemus Domino. Ite ergo, & operamini: paleæ non dabuntur vobis, & reddetis cõſuetum numerum laterũ. Videbantq; ſe præpoſiti filiorũ Iſrael in malum, eo quòd diceretur eis, Non minuetur quicquã de lateribus per ſingulos dies. Occurreruntq; Moyſi & Aarõ, qui ſtabant ex aduerſo, egrediẽtes à Pharaone: & dixerũt ad eos, Videat Dominus & iudicet, quoniam fœtere feciſtis odorẽ noſtrum coram Pharaone & ſeruis eius, & præbuiſtis ei gladiũ vt occideret nos. Reuerſusq; Moyſes ad Dominum, ait, Domine cur afflixiſti populum iſtum? quare miſiſti me? Ex eo enim quo ingreſſus ſum ad Pharaonẽ vt loquerer ex nomine tuo, afflixiſti populum tuum: & non liberaſti eos.

S. ISRAELITAS *Deus cõſolatur terræ Chanaan promiſſione, recenſetq; Simeonis, Ruben, & Leui genealogiã uſq; ad Moyſen.* CAPVT VI.

A DIxit Dominus ad Moyſen, Nunc videbis quæ facturus ſum Pharaoni: per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robuſta eijciet illos de terra ſua. Locutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Ego Dominus qui apparui Abraham, Iſaac & Iacob in Deo omnipotente: & nomen meum ADONAI non indicaui eis. Pepigiq; fœdus cum eis, vt darem illis terram Chanáan, terram peregrinationis eorum in qua fuerunt aduenæ. Ego audiui gemitũ filiorum Iſrael, quo Aegyptij oppreſſerunt eos: & recordatus ſum pacti mei. Ideo dic filijs Iſrael, Ego Dominus qui educã vos de ergaſtulo Aegyptiorum, & eruam de ſeruitute: ac redimam in brachio excelſo & iudicijs magnis. Et aſſumam vos mihi in populũ, & ero veſter Deus:
B & ſcietis quòd ego ſum Dominus Deus veſter qui eduxerim vos de ergaſtulo Aegyptiorũ: & induxerim vos in terram, ſuper quam leuaui manũ meam vt darem eam Abraham, Iſaac, & Iacob: daboq; illam poſsidendam vobis, Ego Dominus. Narrauit ergo Moyſes omnia filijs Iſrael: qui non acquieuerunt ei propter anguſtiam ſpiritus, & opus duriſsimum. Locutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Ingredere, & loquere ad Pharaonem regem Aegypti vt dimittat filios Iſrael de terra ſua. Reſpondit Moyſes corã Domino, Ecce filij Iſrael non audiunt me: & quomodo audiet Pharao, præſertim cũ incircũciſus ſim labijs? Locutusq; eſt Dominus ad Moyſen & Aaron: & dedit mandatũ ad filios Iſrael, & ad Pharaonem regem Aegypti vt educerent filios Iſrael de terra Aegy-
C pti. Iſti ſunt principes domorum per familias ſuas. Filij Ruben primogeniti Iſraelis: Enoch & Phallu, Eſron & Charmi. hæ cognationes Ruben. Filij Simeon: Iamuel, & Iamin *Gene. 46 b*
& Ahod, & Iachin, & Saher, & Saul filius Chananitidis. hæ *Nume. 29 a*
progenies Simeon. Et hæc nomina filiorũ Leui per cogna- *1. Para. 5 a*
tiones ſuas: Gerſon & Caath, & Merari. Anni autẽ vitæ Leui fuerunt, centũ triginta ſeptem. Filij Gerſon: Lobni & Se- *1. Para. 4 d*
mei, per cognationes ſuas. Filij Caath: Amram, & Iſaar, & *1. Para. 6 a*
Hebron & Oziel. anni quoque vitæ Caath, centum triginta *& 23 a*
tres. Filij Merari: Moholi & Muſi. hæ cognationes Leui per *Nume. 3 c*
familias ſuas. Accepit autem Amram vxorem Iochabed pa- *Nume. 26 g*
truelem ſuam: quæ peperit ei Aaron & Moyſen* & Mariã. *1. Paral. 6 a*
Fueruntq; anni vitæ Amram, centum triginta ſeptem. Filij *& 23 b*
quoq; Iſaar: Core, & Nepheg, & Zechri. Filij quoq; Oziel: Miſael, & Eliſaphan, & Sethri. Accepit autem Aaron vxorem Elisábeth filiam Aminadab, ſororem Naaſon, quæ peperit ei Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar. Filij quoque
Core: Aſer, & Elcana, & Abiaſaph. hæ ſunt cognationes Co- *Nume. 3 a*
D ritarum. At verò Eleazar filius Aaron accepit vxorem de filiabus Phutiel: quæ peperit ei Phinees. hi ſunt principes familiarum Leuiticarum per cognationes ſuas. Iſte eſt Aaron & Moyſes, quibus præcepit Dominus vt educerent filios Iſrael de terra Aegypti per turmas ſuas. Hi ſunt qui loquuntur ad Pharaonem regem Aegypti, vt educãt filios Iſrael de Aegypto: iſte eſt Moyſes & Aaron in die qua locutus eſt Dominus ad Moyſen in terra Aegypti. Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Ego Dominus: loquere ad Pharaonem regem Aegypti, omnia quæ ego loquor tibi. Et ait Moyſes coram Domino, En incircunciſus labijs ſum, quomodo audiet me Pharao?

S. PHARAO *induratus ob uirgæ in ſerpentem conuerſionem, & aquarum in ſanguinem quòd ſui malefici feciſſent, populũ Iſrael dimittere noluit.* CAPVT VII.

A DIxitq; Dominus ad Moyſen, Ecce conſtitui te *Supra 4 d*
Deum Pharaonis: & Aaron frater tuus erit propheta tuus. Tu loquêris ei omnia quæ mando tibi, & ille loquetur ad Pharaonem, vt dimittat filios

filios Iſrael de terra ſua. Sed ego indurabo cor eius, & multiplicabo ſigna & oſtenta mea in terra Aegypti, & non audiet vos: immittamq; manũ meã ſuper Aegyptũ, & educã exercitum & populũ meum filios Iſrael de terra Aegypti per iudicia maxima. Et ſcient Aegyptij quia ego ſum Dominus qui extenderim manũ meam ſuper Aegyptũ, & eduxerim filios Iſrael de medio eorũ. Fecit itaq; Moyſes & Aaron ſicut præceperat Dominus: ita egerũt. Erat autem Moyſes octoginta annorũ, & Aaron octogintatriũ, quando locuti ſunt ad Pharaonem. Dixitq; Dominus ad Moyſen & Aaron. Cum dixerit vobis Pharao, Oſtendite ſigna: dices ad Aaron, Tolle virgam tuã, & proijce eam corã Pharaone, ac vertetur in colubrum. Ingreſſi itaq; Moyſes & Aaron ad Pharaonẽ, fecerunt ſicut præceperat Dominus. Tulitq; Aaron virgã corã Pharaone & ſeruis eius, quæ verſa eſt in colubrũ. Vocauit autem Pharao ſapiẽtes & maleficos: & fecerunt etiã ipſi per incantationes Aegyptiacas & arcana quædam ſimiliter. Proiecerũtq; ſinguli virgas ſuas, quæ verſæ ſunt in dracones: ſed deuorauit virga Aaron virgas eorũ. Induratumq; eſt cor Pharaonis, & non audiuit eos, ſicut præceperat Dominus. Dixit autem Dominus ad Moyſen, Ingrauatũ eſt cor Pharaonis, & non vult dimittere populum. Vade ad eum mane: ecce, egredietur ad aquas: & ſtabis in occurſum eius ſuper ripam fluminis, & virgã quæ conuerſa eſt in draconẽ, tolles in manu tua, dicesq; ad eum, Dominus Deus Hebræorum miſit me ad te, dicens, Dimitte populũ meum vt ſacrificet mihi in deſerto: & vſque ad præſens audire noluiſti. Hæc igitur dicit Dominus, In hoc ſcies quòd ſim Dominus: ecce percutiam virga quæ in manu mea eſt, aquam fluminis, & vertetur in ſanguinem. Piſces quoq; qui ſunt in fluuio, moriẽtur, & computreſcent aquæ, & affligentur Aegyptij bibẽtes aquam fluminis. Dixit quoq; Dominus ad Moyſen, Dic ad Aaron, Tolle virgam tuam, & extende manum tuam ſuper aquas Aegypti, & ſuper fluuios eorũ, & riuos ac paludes, & omnes lacus aquarum, vt vertãtur in ſanguinẽ: & ſit cruor in omni terra Aegypti, tam in ligneis vaſis quàm in ſaxeis. Fecerunt q; ita Moyſes & Aaron ſicut præceperat Dominus: & eleuans virgam percuſſit aquam fluminis corã Pharaone & ſeruis eius: quæ verſa eſt in ſanguinem. Et piſces qui erant in flumine, mortui ſunt: computruitq; fluuius, & non poterant Aegyptij bibere aquam fluminis, & fuit ſanguis in tota terra Aegypti. Fecerunq; ſimiliter malefici Aegyptiorum incantationibus ſuis. & induratum eſt cor Pharaonis, nec audiuit eos, ſicut præceperat Dominus. Auertitq; ſe, & ingreſſus eſt Domum ſuam, nec appoſuit cor etiam hac vice. Foderunt autẽ omnes Aegyptij per circumitum fluminis aquã vt biberent: non enim poterant bibere aquam fluminis. Impletiq; ſunt ſeptem dies, poſtquam percuſſit Dominus fluuium.

1. Tim. 3 b

Prima plaga, aquæ vertũtur in ſanguinẽ.

Pſal. 77 c

Sapiẽ. 17 b

S. PHARAONIS *pertinacia Aegyptum ranis, pediculis, & muſcis uexare coẽgit.* CAPVT VIII.

II Ranæ.

DIxit quoq; Dominus ad Moyſen, Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum, Hæc dicit Dominus, Dimitte populum meum, vt ſacrificet mihi. Si autem nolueris dimittere, ecce ego percutiam omnes terminos tuos ranis. Et ebulliet fluuius ranas: quæ aſcẽdent, & egredientur domũ tuam, & cubiculum lectuli tui, & ſuper ſtratũ tuum, & in domos ſeruorũ tuorum, & in populum tuum, & in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum: & ad te & ad populum tuum, & ad omnes ſeruos tuos intrabunt ranæ. Dixitq; Dominus ad Moyſen, Dic ad Aarõ, Extende manum tuam ſuper fluuios ac ſuper riuos & paludes, & educ ranas ſuper terram Aegypti. Extendit Aaron manum ſuper aquas Aegypti, & aſcenderunt ranæ, operueruntq; terram Aegypti. Fecerunt autem & malefici per incantationes ſuas ſimiliter: eduxeruntq; ranas ſuper terrã Aegypti. Vocauit autem Pharao Moyſen & Aaron, & dixit eis, Orate Dominum vt auferat ranas à me & à populo meo: & dimittam populum vt ſacrificet Domino. Dixitq; Moyſes ad Pharaonem, Conſtitue mihi quando deprecer pro te & pro ſeruis tuis, & pro populo tuo, vt abigantur ranæ à te & à domo tua * & à ſeruis tuis, & à populo tuo . . & tantũ in flumine remaneant. Qui reſpondit, Cras. At ille, Iuxta, inquit, verbũ tuum faciam: vt ſcias quoniam nõ eſt ſicut Dominus Deus noſter. Et recedent ranæ à te & à domo tua, & à ſeruis tuis, & à populo tuo: & tantũ in flumine remanebunt. Egreſſiq; ſunt Moyſes & Aaron à Pharaone: & clamauit Moyſes ad Dominum pro ſponſione ranarum quam condixerat Pharaoni. Fecitq; Dominus iuxta verbum Moyſi: & mortuæ ſunt ranæ de domibus, & de villis, & de agris. Congregaueruntq; eas in immenſos aggeres, & computruit terra. Videns autem Pharao quòd data eſſet requies, ingrauauit cor ſuum, & non audiuit eos, ſicut præceperat Dominus. Dixitq; Dominus ad Moyſen, Loquere ad Aaron, Extende virgã tuam, & percute puluerem terræ: & ſint cyniphes in vniuerſa terra Aegypti. Feceruntq; ita. Et extendit Aaron manum, virgam tenens: percuſſitq; puluerem terræ, & facti ſunt cyniphes in hominibus & iumentis: omnis puluis terræ verſus eſt in cyniphes per totam terram Aegypti. Feceruntq; ſimiliter malefici incantationibus ſuis, vt educerent cyniphes, & nõ potuerunt, erantq; cyniphes tam in hominibus quàm in iumentis. Et dixerunt malefici ad Pharaonẽ, Digitus Dei eſt hoc. induratumq; eſt cor Pharaonis, & nõ audiuit eos ſicut præceperat Dominus. Dixit quoq; Dominus ad Moyſen, Cõſurge diluculo, & ſta coram Pharaone, egredietur enim ad aquas, & dices ad eum, Hæc dicit Dominus, Dimitte populum meum vt ſacrificet mihi. Quòd ſi non dimiſeris eum: ecce ego immittam in te, & in ſeruos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas omne genus muſcarum: & implebuntur omnes domus Aegyptiorum muſcis diuerſi generis: & vniuerſa terra in qua fuerint. Faciamq; mirabilem in die illa terram Geſſen, in qua populus meus eſt, vt non ſint ibi muſcæ: vt ſcias quoniam ego Dominus in medio terræ. Ponamq; diuiſionem inter populum meum, & populum tuum: cras erit ſignum iſtud. Fecitq; Dominus ita. Et venit muſca grauiſſima in domos Pharaonis & ſeruorũ eius, & in omnem terrã Aegypti: corruptaq; eſt terra ab huiuſcemodi muſcis. Vocauitq; Pharao Moyſen & Aaron, & ait eis, Ite & ſacrificate Deo veſtro in terra hac. Et ait Moyſes, Nõ poteſt ita fieri: abominationes enim Aegyptiorum immolabimus Domino Deo noſtro? quòd ſi mactauerimus ea quæ colunt Aegyptij coram eis, lapidibus nos obruent. Viam trium dierum pergemus in ſolitudinem: & ſacrificabimus Domino Deo noſtro, ſicut præcepit nobis. Dixitq; Pharao, Ego dimittam vos vt ſacrificetis Domino Deo veſtro in deſerto: veruntamen longius ne abeatis, rogate pro me. Et ait Moyſes, Egreſſus à te, orabo Dominum, & recedet muſca à Pharaone, & à ſeruis ſuis, & à populo eius cras: veruntamen noli vltrà fallere, vt non dimittas populum ſacrificare Domino. Egreſſus q; Moyſes à Pharaone, orauit Dominum. Qui fecit iuxta verbum illius: & abſtulit muſcas à Pharaone, & à ſeruis ſuis, & à populo eius: non ſuperfuit ne vna quidem. Et ingrauatum eſt cor Pharaonis, ita vt nec hac quidem vice dimitteret populum.

III Cyniphes, ſiue pediculi in hominibus & iumentis.

Digitus Dei, pro potẽtia Dei.

IIII Muſcæ, ſiue omne genus ferarũ & beſtiarum noxiarum.

Sapien. 16

Supra 5 f

S. ANIMALIVM *peſte, ulceribus, tonitru, & grandine uexatu Aegypto annuit Pharao liberationi: poſt Moyſi uerò orationem induratus renuit.* CAPVT IX.

V Mors pecorum.

DIxit autem Dominus ad Moyſen, Ingredere ad Pharaonẽ, & loquere ad eum, Hæc dicit Dominus Deus Hebræorũ, Dimitte populũ meum vt ſacrificet mihi. Quòd ſi adhuc renuis, & retines eos: ecce manus mea erit ſuper agros tuos, & ſuper equos & aſinos, & camelos, & oues, & boues peſtis valde grauis.

Et faciet

Et fecit Dominus mirabile inter poſſeſsiones Iſrael, & poſ-
ſeſsiones Aegyptiorum, vt nihil omnino pereat ex his quæ
pertinent ad filios Iſrael. Conſtituitq; Dominus tempus, di-
cens, Cras faciet Dominus verbum iſtud in terra. Fecit ergo
Dominus verbũ hoc altera die: mortuaq; ſunt omnia anima-
tia Aegyptiorum: de animalibus verò filiorum Iſrael nihil
omnino perijt. Et miſit Pharao ad videndum: nec erat quic-
B quam mortuum de his quæ poſsidebat Iſrael. Ingrauatumq;
VI eſt cor Pharaonis, & non dimiſit populũ. Et dixit Dominus
Veſicæ vlce ra. ad Moyſen, & Aaron, Tollite plenas manus cineris de cami-
no, & ſpargat illũ Moyſes in cœlum coram Pharaone. Sitq;
puluis ſuper omnem terram Aegypti: erunt enim in homi-
nibus, & iumentis vlcera, & veſicæ turgentes in vniuerſa ter-
ra Aegypti. Tuleruntque cinerem de camino, & ſteterunt
coram Pharaone, & ſparſit illum Moyſes in cœlum: factaq;
ſunt vlcera veſicarum turgentium in hominibus, & iumentis:
C nec poterant malefici ſtare corã Moyſe propter vlcera quæ
in illis erãt, & in omni terra Aegypti. Indurauitq; Dominus
cor Pharaonis: & non audiuit eos, ſicut locutus eſt Dominus
VII ad Moyſen. Dixitq; Dominus ad Moyſen, Mane conſurge,
Grando. & ſta coram Pharaone, & dices ad eum, Hæc dicit Dominus
Deus Hebræorum, Dimitte populum meum vt ſacrificet
mihi. Quia in hac vice mittam omnes plagas meas ſuper cor
tuum, & ſuper ſeruos tuos, & ſuper populum tuum: vt ſcias
quòd non ſit ſimilis mei in omni terra. Nunc enim extẽdens
manum meam percutiam te, & populum tuum peſte, peri-
*Paulus ad bisq; de terra. *Idcirco autem poſui te, vt oſtendam in te for-
Roma. 9 d titudinem meam, & narretur nomẽ meum in omni terra. Ad-
hũc locum huc retines populũ meum, & nõ vis dimittere eũ? En pluam
exponit. D cras hac ipſa hora grandinẽ multam nimis: qualis non fuit in
Aegypto à die qua fundata eſt, vſq; in præſens tempus. Mit-
te ergo iam nunc, & cõgrega iumenta tua, & omnia quæ ha-
bes in agro: homines enim, & iumenta, & vniuerſa quæ in-
uenta fuerint foris, nec congregata de agris, ceciderit q; ſuper
ea grando, morientur. Qui timuit verbum Domini de ſeruis
Pharaonis, fecit confugere ſeruos ſuos, & iumenta in domos:
E qui autem neglexit ſermonem Domini, dimiſit ſeruos ſuos,
& iumenta in agris. Et dixit Dominus ad Moyſen, Extende
manum tuam in cœlum, vt fiat grando in vniuerſa terra Ae-
gypti ſuper homines, & ſuper iumẽta, & ſuper omnem her-
Sapiẽ. 16 c bam agri in terra Aegypti. Extenditq; Moyſes virgã in cœ-
& 19 d lum, & Dominus dedit tonitrua, & grandinem, ac diſcurren-
tia fulgura ſuper terram: pluitq; Dominus grandinem ſuper
F terram Aegypti. Et grando & ignis miſta pariter ferebantur:
tantæq; fuit magnitudinis, quanta antè nunquam apparuit in
vniuerſa terra Aegypti ex quo gens illa condita eſt. Et per-
cuſsit grando in omni terra Aegypti cuncta quæ fuerunt in
agris, ab homine vſq; ad iumentum: cunctamq; herbam agri
percuſsit grando, & omne lignum regionis confregit. Tan-
tum in terra Geſſen, vbi erant filij Iſrael grando non cecidit.
Miſitq; Pharao, & vocauit Moyſen & Aaron, dicens ad eos,
Peccaui etiã nunc, Dominus iuſtus: & ego & populus meus,
impij. Orate Dominum, vt deſinant tonitrua Dei, & grando:
G vt dimittam vos, & nequaquam hîc vltrà maneatis. Ait Moy-
ſes, Cum egreſſus fuero de vrbe, extendam palmas meas ad
Dominum, & ceſſabunt tonitrua, & grando non erit: vt ſcias
quia Domini eſt terra. noui autẽ quòd & tu, & ſerui tui nec-
dum timeatis Dominum Deum. Linum ergo, & hordeum
læſum eſt, eo quòd hordeum eſſet virens, & linum iam folli-
culos germinaret. Triticum autem, & far non ſunt læſa, quia
ſerotina erant. Egreſſusq; Moyſes à Pharaone ex vrbe, teten
dit manus ad Dominum: & ceſſauerunt tonitrua & grando,
nec vltrà ſtillauit pluuia ſuper terram. Videns autem Pharao
quòd ceſſaſſet pluuia, & grando & tonitrua, auxit peccatum:
& ingrauatum eſt cor eius, & ſeruorum illius. Et induratum
nimis, nec dimiſit filios Iſrael, ſicut præceperat Dominus per
manum Moyſi.

*S. PHARAONE obdurato mittuntur locuſtæ, quibus per Moy-
ſen ablatis, renitente Pharaone tenebræ fiunt palpabiles.*

CAPVT X.

A ET dixit Dominus ad Moyſen, Ingredere ad Pha-
raonem: ego enim induraui cor eius & ſeruorum VIII
illius: vt faciã ſigna mea hæc in eo, & narres in au- Locuſtæ.
ribus filij tui, & nepotum tuorũ, quoties contri-
uerim Aegyptios, & ſigna mea fecerim in eis: & ſciatis quia
ego Dominus. Introierunt ergo Moyſes & Aaron ad Pha-
raonem, & dixerunt ei, Hæc dicit Dominus Deus Hebræo-
rum, Vſquequo non vis ſubijci mihi? dimitte populũ meum,
vt ſacrificet mihi, Sinautem reſiſtis, & non vis dimittere eum:
ecce ego inducã cras locuſtam in fines tuos: quæ operiet ſu- *Sapien. 16 b*
B perficiem terræ, ne quicquam eius appareat, ſed comedatur
quod reſiduum fuerit grandini: corrodet enim omnia ligna,
quæ germinant in agris. Et implebunt domos tuas, & ſeruo-
rum tuorum, & omnium Aegyptiorum, quantam non vide-
runt patres tui, & aui, ex quo orti ſunt ſuper terram, vſq; in
præſentem diẽ. Auertitq; ſe, & egreſſus eſt à Pharaone. Di-
xerunt autem ſerui Pharaonis ad eum, Vſquequo patiemur
hoc ſcãdalum? Dimitte homines, vt ſacrificent Domino Deo
ſuo. nònne vides quòd perierit Aegyptus? Reuocauerunt q;
Moyſen, & Aarõ ad Pharaonem: qui dixit eis, Ite, ſacrificate
Domino Deo veſtro: quinam ſunt, qui ituri ſunt? Ait Moy-
ſes, Cum paruulis noſtris, & ſenioribus pergemus, cum filijs
& filiabus, cum ouibus & armentis: eſt enim ſolennitas Do-
C mini Dei noſtri. Et reſpondit Pharao, Sic Dominus ſit vo-
biſcum, quomodo ego dimittam vos, & paruulos veſtros: cui
dubiũ eſt quòd peſsimè cogitetis? Non fiat ita, ſed ite tãtum
viri, & ſacrificate Domino: hoc enim & ipſi petiſtis. Statimq;
eiecti ſunt de conſpectu Pharaonis. Dixit autem Dominus
ad Moyſen, Extende manum tuã ſuper terrã Aegypti ad lo-
cuſtam, vt deſcendat ſuper eam, & deuoret omnẽ herbã quæ
reſidua fuerit grandini. Et extẽdit Moyſes virgam ſuper ter-
ram Aegypti: & Dominus induxit ventũ vrentem tota die
illa, & nocte: & mane facto, ventus vrens leuauit locuſtas.
D Quæ aſcenderunt ſuper vniuerſam terram Aegypti: & ſede-
runt in cunctis finibus Aegyptiorum innumerabiles, quales
ante illud tempus non fuerant, nec poſtea futuræ ſunt. Ope-
ruerunt q; vniuerſam ſuperficiẽ terræ, vaſtantes omnia. Deuo
rata eſt igitur herba terræ, & quicquid pomorũ in arboribus
fuit, quæ grando dimiſerat: nihil quoq; omnino virens relictũ
eſt in lignis, & in herbis terræ, in cuncta Aegypto. Quam ob
rem feſtinus Pharao vocauit Moyſen & Aaron, & dixit eis,
Peccaui in Dominũ Deum veſtrũ, & in vos: ſed nũc dimitti-
E te peccatũ mihi etiã hac vice, & rogate Dominum Deum ve-
ſtrum, vt auferat à me mortẽ iſtam. Egreſſusq; eſt Moyſes de
cõſpectu Pharaonis & orauit Dominũ. Quj flare fecit vẽtum
ab occidente vehementiſsimũ, & arreptã locuſtã proiecit in
mare rubrũ: nõ remãſit nec vna quidẽ in cũctis finibus Aegy
pti. Et indurauit Dominus cor Pharaonis, nec dimiſit filios
Iſrael. Dixit autem Dominus ad Moyſen, Extende manum IX
tuam in cœlum: & ſint tenebræ ſuper terram Aegypti tam Tenebræ
denſæ, vt palpari queant. Extenditq; Moyſes manum in cœ- palpabiles.
F lum: & factæ ſunt tenebræ horribiles in vniuerſa terra Aegy- *Sapien. 17 a*
pti tribus diebus. Nemo vidit fratrem ſuum, nec mouit ſe de *Sapien. 18 a*
loco in quo erat: vbicunque autem habitabant filij Iſrael, lux
erat. Vocauitq; Pharao Moyſen & Aaron, & dixit eis, Ite,
ſacrificate Domino: oues tantum veſtræ, & armenta rema-
neant, paruuli veſtri eant vobiſcum. Ait Moyſes, Hoſtias
quoq; & holocauſta dabis nobis, quæ offeramus Domino
Deo noſtro. Cuncti greges pergent nobiſcum: non remane-
G bit ex eis vngula quæ neceſsaria ſunt in cultum Domini Dei
noſtri: præſertim cum ignoremus quid debeat immolari, do-
nec ad ipſum locũ perueniamus. Indurauit autem Dominus
cor Pharaonis, & noluit dimittere eos. Dixitque Pharao ad
Moyſen, Recede à me, & caue ne vltrà videas faciẽ meã: quo-
cunq;

cunq; die apparueris mihi, morieris. Respondit Moyses, Ita fiat vt locutus es, non videbo vltrà faciem tuam.

S. MINATVR Dominus Aegypti spoliationem, primogenitorum cædem tam hominum quàm animalium præ nimia cæcitate Pharaonis. CAPVT XI.

A Dominus iubet spoliare Aegyptios. *Supra 3 g & infra 12 c*

ET dixit Dominus ad Moysen, Adhuc vna plaga tangam Pharaonem & Aegyptum, & post hæc dimittet vos, & exire cõpellet. Dices ergo omni plebi vt postulet vir ab amico suo, & mulier à vicina sua vasa argentea & aurea. Dabit autem Dominus gratiã populo suo corã Aegyptijs. Fuitq; Moyses vir magnus valde in terra Aegypti corã seruis Pharaonis, & omni populo.

Ecclc. 45 a

B Et ait: Hæc dicit Dominus, Media nocte egrediar in Aegyptum: & morietur omne primogenitum in terra Aegyptiorum, à primogenito Pharaonis qui sedet in solio eius, vsq; ad primogenitum ancillæ quæ est ad molã, & omnia primogenita iumentorũ. Eritq; clamor magnus in vniuersa terra Aegypti, qualis nec antè fuit, nec postea futurus est. Apud omnes autẽ filios Israel nõ mutiet canis ab homine vsq; ad pecus: vt sciatis quãto miraculo diuidat Dominus Aegyptios & Israel. Descendentq; omnes serui tui isti ad me, & adorabunt me, dicẽtes, Egredere tu & omnis populus qui subiectus est tibi: post hæc egrediemur. Et exiuit a Pharaone iratus nimis.

x Mors primogenitorum.

D Dixit autẽ Dominus ad Moysen, Non audiet vos Pharao vt multa signa fiant in Terra Aegypti. Moyses autem & Aaron fecerunt omnia signa & ostenta quæ scripta sunt, coram Pharaone: & indurauit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israel de terra sua.

S. PASCHALI agni ritu celebrato, cæsis Aegypti primogenitis, Israëlitæ cum diuitijs Aegypti liberè egrediuntur.

CAPVT XII.

A DIxit quoq; Dominus ad Moysen & Aarõ in terra Aegypti, Mensis iste, vobis principũ mensiũ: primus erit in mensibus anni. Loquimini ad vniuersum cœtũ filiorũ Israel, & dicite eis, Decima die mensis huius tollat vnusquisq; agnum per familias & domos suas. Sin autem minor est numerus vt sufficere possit ad vescendũ agnum: assumet vicinũ suũ qui coniunctus est domui eius iuxta numerũ animarum quæ sufficere possunt ad esum agni. Erit autem agnus absq; macula, masculus anniculus. Iuxta quẽ ritũ tolletis & hœdũ, & seruabitis eum vsq; ad quartam decimã diem mensis huius: immolabitq; eũ vniuersa multitudo filiorũ Israel ad vesperam. Et sument de sanguine eius, ac ponẽt super vtrunq; postem, & in superluminaribus

B domorũ in quibus comedent illũ. Et edent carnes nocte illa assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctũ aqua, sed assum tantũ igni: caput cum pedibus eius & intestinis vorabitis. Nec remanebit quicquã ex eo vsq; mane: si quid reliquũ fuerit, igne comburetis. Sic autem comedetis illũ, Renes vestros accingetis, & calceamenta vestra habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinantes: est enim phase, id est transitus Domini. Et trãsibo per terrã Aegypti nocte illa, percutiamq; omne primogenitũ in terra Aegypti ab homine vsq; ad pecus: & in cunctis dijs Aegypti faciã iudicia, ego Dominus. Erit autẽ sanguis vobis in signũ in ædibus in quibus eritis: & videbo sanguinẽ & transibo vos: nec erit in vo-

C bis plaga disperdẽs, quando percussero terrã Aegypti. Habebitis autẽ hunc diẽ in monimentũ: & celebrabitis eam solennem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno. Septẽ diebus azyma comedetis, in die primo nõ erit fermentum in domibus vestris: quicunq; comederit fermentatũ, peribit anima illa de Israel, à primo die vsq; ad diem septimum. Dies prima erit sancta atq; solẽnis, & dies septima eadẽ festiuitate venerabilis: nihil operis facietis in eis, exceptis his quæ ad vescendũ pertinent. Et obseruabitis azyma: in eadem enim ipsa die educam exercitũ vestrũ de terra Aegypti, & custodietis diem istũ in generationes vestras ritu perpetuo. Primo mẽse, quarta decima die mensis ad vesperã comedetis azyma *Leuit. 23 a*

vsq; ad diem vicesimã primam eiusdem mẽsis ad vesperã. Se- *Nume. 28 c*

ptem diebus fermentatum nõ inuenietur in domibus vestris: qui comederit fermentatũ, peribit anima eius de cœtu Israel, tam de aduenis quàm de indigenis terræ. Omne fermẽtatum non comedetis: in cunctis habitaculis vestris edetis azyma.

D Vocauit autẽ Moyses omnes seniores filiorũ Israel, & dixit ad eos, Ite tollentes animal per familias vestras, & immolate *Hebr. 11 e*

phase. Fasciculumq; hyssopi tingite in sanguine qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare, & vtrũq; postẽ: nullus vestrũ egrediatur ostiũ domus suæ vsq; mane. Transibit enim Dominus percutiẽs Aegyptios: cumq; viderit sanguinem in superliminari & in vtroq; poste, transcendet ostiũ domus, & nõ sinet percussorẽ ingredi domos vestras & lædere. Custodi verbũ istud legitimum tibi & filijs tuis vsq; in æternum. Cumq; introieritis terrã quã Dominus Deus daturus est vobis vt pollicitus est, obseruabitis ceremonias istas. Et cum dixerint vobis filij vestri, Quæ est ista religio? dicetis *Parentibus præcipitur vt filios mysterium paschę doceãt.*

E eis, Victima trãsitus Domini est, quando transiuit super domos filiorũ Israel in Aegypto percutiens Aegyptios, & domos nostras liberans. Incuruatusq; populus adorauit. Et egressi filij Israel fecerunt sicut præceperat Dominus Moysi & Aaron. Factum est autẽ in noctis medio, percussit Dominus omne primogenitum in terra Aegypti, à primogenito Pharaonis qui in solio eius sedebat, vsq; ad primogenitũ captiuæ quæ erat in carcere, & omne primogenitũ iumentorũ. *Sapien. 18 b*

Surrexitq; Pharao nocte & omnes serui eius, cũctaq; Aegyptus: & ortus est clamor magnus in Aegypto: neq; enim erat domus in qua nõ iaceret mortuus. Vocatisq; Pharao, Moyse & Aaron nocte, ait, Surgite, egredimini à populo meo, & vos & filij Israel: ite & immolate Domino sicut dicitis. Oues vestras & armenta assumite vt petieratis, & abeuntes benedicite mihi. Vrgebantq; Aegyptij populum de terra exire velociter, dicentes, Omnes moriemur. Tulit igitur populus cõspersam farinã antequam fermẽtaretur: & ligans in pallijs posuit super humeros suos. Fecerũtq; filij Israel sicut præceperat Dominus Moysi: & petierunt ab Aegyptijs vasa argentea *Supra 11 d*

& aurea, vestemq; plurimã. Dominus autẽ dedit gratiam populo corã Aegyptijs vt cõmodarent eis: & spoliauerunt Ae-

F gyptios. Profectiq; sunt filij Israel de Rameste in Socoth sexcẽta ferè millia peditũ virorum absq; paruulis & mulieribus. Sed & vulgus promiscuũ innumerabile ascendit cũ eis, oues & armenta & animantia diuersi generis multa nimis. Coxerũtq; farinã quam dudum de Aegypto cõspersam tulerant: & fecerunt subcinericios panes azymos: neq; enim poterat fermentari cogentibus exire Aegyptijs, & nullã facere sinentibus morã: nec pulmenti quicquã occurrerat præparare. Habitatio autem filiorũ Israel qua manserũt in Aegypto, fuit quadringentorum triginta annorũ. Quibus expletis, ea-

EGRESSVS DIVNTVS FILII Israel.

G dem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Aegypti. Nox ista est obseruabilis Domini, quando eduxit eos de terra Aegypti: hanc obseruare debẽt omnes filij Israel in generationibus suis. Dixitq; Dominus ad Moysen & Aaron, Hæc est religio phase. Omnis alienigena nõ comedet ex eo. Omnis autẽ seruus emptitius circuncidetur, & sic comedet. Aduena & mercenarius non edent ex eo. In vna domo comedetur, nec efferetis de carnibus eius foras, nec os illius con- *Nume. 9 b*

fringetis. Omnis cœtus filiorum Israel faciet illud. Quòd si *Ioan. 19 f*

quis peregrinorũ in vestram voluerit transire coloniã, & facere phase Domini, circuncidetur prius omne masculinum eius, & tunc rite celebrabit: eritq; sicut indigena terræ. si quis autẽ circunciſus nõ fuerit, nõ vescetur ex eo. Eadẽ lex erit indigenæ & colono qui peregrinatur apud vos. Fecerunt q; omnes filij Israel sicut præceperat Dominus Moysi & Aaron.

Et eadem

Et eadem die eduxit Dominus filios Iſrael de terra Aegypti per turmas ſuas.

S. LIBERATIONEM ab Aegypto Dominus primogenitorum ſanctificatione meminiſſe iubet. Inde Iſrael egrediens oſſa Ioſeph ſecum defert, & à columna ignis illuſtratur.

CAPVT XIII.

A Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vuluam in filijs Iſrael, tam de hominibus quàm de iumẽtis: mea ſunt enim omnia. Et ait Moyſes ad populum, Mementote diei huius in qua egreſſi eſtis de Aegypto & de domo ſeruitutis, quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco iſto: vt non comedatis fermentatum panẽ. Hodie egredimini menſe nouarum frugũ. Cumq; introduxerit te Dominus in terram Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Heuæi, & Iebuſæi, quam iurauit patribus tuis vt daret tibi terram fluentem lacte & melle, celebrabis hunc morem ſacrorũ menſe iſto. Septem diebus veſcêris azymis: & in die ſeptimo erit ſolennitas Domini. Azyma comedetis ſeptem diebus: nõ apparebit apud te aliquid fermentatũ, nec in cunctis finibus tuis. Narrabisq; filio tuo in die illo, dicens, Hoc eſt quod fecit mihi Dominus quãdo egreſſus ſum de Aegypto. Et erit quaſi ſignũ in manu tua, & quaſi monimentũ ante oculos tuos: & vt lex Domini, ſemper ſit in ore tuo. in manu enim forti eduxit te Dominus de Aegypto. Cuſtodies huiuſcemodi cultum ſtatuto tempore à diebus in dies. Cumq; introduxerit te Dominus in terram Chananæi, ſicut iurauit tibi & patribus tuis, & dederit tibi eam: ſeparabis omne quod aperit vuluã, Domino, & quod primitiuum eſt in pecoribus tuis: quicquid habueris maſculini ſexus, conſecrabis Domino. Primogenitum aſini mutabis oue: quòd ſi non redemeris, interficies. Omne autem primogenitum hominis de filijs tuis, pretio redimes. Cumq; interrogauerit te filius tuus cras, dicẽs, Quid eſt hoc? reſpondebis ei, In manu forti eduxit nos Dominus de terra Aegypti, de domo ſeruitutis. Nam cum induratus eſſet Pharao, & nollet nos dimittere, occîdit Dominus omne primogenitum in terra Aegypti à primogenito hominis, vſq; ad primogenitũ iumentorum: idcirco immolo Domino omne quod aperit vuluam maſculini ſexus, & omnia primogenita filiorũ meorum redimo. Erit igitur quaſi ſignum in manu tua, & quaſi appẽſum quid, ob recordationem ante oculos tuos: eo quòd in manu forti eduxit nos Dominus de Aegypto. Igitur cum emiſiſſet Pharao populũ, non eos duxit Dominus per viam terræ Philiſthijm quæ vicina eſt: reputans ne fortè pœniteret eum, ſi vidiſſet aduerſum ſe bella conſurgere, & reuerteretur in Aegyptũ. Sed circunduxit per viam deſerti, quæ eſt iuxta mare rubrum: & armati aſcenderunt filij Iſrael de terra Aegypti. Tulit quoq; Moyſes oſſa Ioſeph ſecum: eo quòd adiuraſſet filios Iſrael, dicens, Viſitabit vos Deus, efferte oſſa mea hinc vobiſcum. Profectiq; de Socoth caſtrametati ſunt in Etham in extremis finibus ſolitudinis. Dominus autem præcedebat eos ad oſtendendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: vt dux eſſet itineris vtroq; tempore. Nunquam defuit columna nubis per diem, neq; columna ignis per noctem, coram populo.

Infra 4 c
Nume. 8 c
Luc. 2 d

B Parentibus præcipitur vt filios doceãt ſe liberatos fuiſſe à tyrãnide Pharaonica.

C

D

Gene. 50 d
Nume. 14 c
1. Cor. 10 d
Colũna nubis.
Columna ignis.
Neem. 9 d

S. PHARAO cum equitatu Iſraëlem per ſiccum fugientem perſequutus, cum ſuo equitatu ſubmergitur.

CAPVT XIIII.

A Locutus eſt autem Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere filijs Iſrael, Reuerſi caſtrametẽtur è regione Phihahiroth quæ eſt inter Magdalum & mare contra Beelſephon: in conſpectu eius caſtra ponetis ſuper mare. Dicturusq; eſt Pharao ſuper filijs



Iſrael, Coarctati ſunt in terra, cõcluſit eos deſertũ. Et indurabo cor eius ac perſequetur vos: & glorificabor in Pharaone & in omni exercitu eius: ſciẽtq; Aegyptij quia ego ſum Dominus. Fecerunt q; ita. Et nuntiatũ eſt regi Aegyptiorũ quòd fugiſſet populus: immutatumq; eſt cor Pharaonis & ſeruorũ eius ſuper populum, & dixerũt, Quid voluimus facere vt dimitteremus Iſrael, ne ſeruiret nobis? Iunxit ergo currum, & omnẽ populũ ſuũ aſſumpſit ſecũ. Tulitq; ſexcentos currus electos, & quicquid in Aegypto curruũ fuit: & duces totius exercitus. Indurauitq; Dominus cor Pharaonis regis Aegypti, & perſecutus eſt filios Iſrael: at illi egreſſi erant in manu excelſa. Cumq; perſequerẽtur Aegyptij veſtigia præcedentium, repererũt eos in caſtris ſuper mare: omnis equitatus & currus Pharaonis, & vniuerſus exercitus erãt in Phihahiroth cõtra Beelſephõ. Cũq; appropinquaſſet Pharao, leuãtes filij Iſrael oculos, viderũt Aegyptios poſt ſe: & timuerunt valde, clamauerũtq; ad Dominũ, & dixerũt ad Moyſen, Forſitan nõ erant ſepulchra in Aegypto, ideo tuliſti nos vt moreremur in ſolitudine: quid hoc facere voluiſti, vt educeres nos ex Aegypto? Nónne iſte eſt ſermo quem loquebamur ad te in Aegypto, dicentes, Recede à nobis vt ſeruiamus Aegyptijs? multo enim melius erat ſeruire eis, quàm mori in ſolitudine. Et ait Moyſes ad populum, Nolite timere: ſtate, & videte magnalia Domini quę facturus eſt hodie: Aegyptios enim quos nunc videtis, nequaquam vltrà videbitis vſq; in ſempiternũ. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis. Dixitq; Dominus ad Moyſen, Quid clamas ad me? loquere filijs Iſrael vt proficiſcantur. Tu autem eleua virgam tuam, & extende manum tuam ſuper mare, & diuide illud: vt gradiantur filij Iſrael in medio mari per ſiccum. Ego autem indurabo cor Aegyptiorum vt perſequãtur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus & in equitibus illius. Et ſcient Aegyptij quia ego ſum Dominus: cum glorificatus fuero in Pharaone, & in curribus atq; in equitibus eius. Tollensq; ſe angelus Domini qui præcedebat caſtra Iſrael, abijt poſt eos: & cũ eo pariter colũna nubis, priora dimittens poſt tergũ. Stetit inter caſtra Aegyptiorum & caſtra Iſrael: & erat nubes tenebroſa & illuminans noctẽ, ita vt ad ſeinuicẽ toto noctis tẽpore accedere non valerẽt. Cũq; extẽdiſſet Moyſes manũ ſuper mare, abſtulit illud Dominus, flãte vẽto vehemẽti & vrẽte tota nocte, & vertit in ſiccũ: diuiſaq; eſt aqua. Et ingreſſi ſunt filij Iſrael per medium ſicci maris: erat enim aqua quaſi murus à dextra eorum & lęua. Perſequẽtesq; Aegyptij ingreſſi ſunt poſt eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus eius & equites per mediũ maris. Iamq; aduenerat vigilia matutina, & ecce reſpiciens Dominus ſuper caſtra Aegyptiorũ per columnã ignis & nubis, interfecit exercitũ eorũ, & ſubuertit rotas curruũ, ferebãturq; in profundum. Dixerũt ergo Aegyptij, Fugiamus Iſraelẽ: Dominus enim pugnat pro eis cõtra nos. Et ait Dominus ad Moyſen, Extẽde manum tuam ſuper mare, vt reuertantur aquæ ad Aegyptios ſuper currus & equites eorũ. Cumq; extẽdiſſet Moyſes manũ contra mare, reuerſum eſt primo diluculo ad priorẽ locũ: fugiẽtibusq; Aegyptijs

B

C

D

E

F

G

1. Mach. 4 d

Sapien. 10 d & 18 a
Pſal. 77 b & 104 d

Eccle. 39 c
Hebræ. 11 e
Iudith 5 b
Pſal. 77 d

Sapien. 18 b

Aegyptijs occurrerũt aquæ,& inuoluit eos Dominus in medijs fluctibus. Reuerſæq; ſunt aquæ,& operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis,qui ſequẽtes ingreſsi fuerant mare:nec vnus quidem ſuperfuit ex eis. Filij autẽ Iſrael perrexerunt per medium ſicci maris,& aquæ eis erant quaſi pro muro à dextris & à ſiniſtris:liberauitq; Dominus in die illa Iſrael de manu Aegyptiorũ. Et viderũt Aegyptios mortuos ſuper littus maris, & manum magnã quam exercuerat Dominus contra eos:timuitq; populus Dominum,& crediderunt Domino,& Moyſi ſeruo eius.

S. ISRAELITAE gratijs Deo cum cantu peractis uenerunt in Marath,ubi amaritudine aquarum uerſa in dulcedinem,uenerunt in Helim. CAPVT XV.

A Canticum Moyſi. *Sapiẽ.10 d Eſa.12 a Pſal.117 c*

TVnc cecinit Moyſes & filij Iſrael carmẽ hoc Domino,& dixerunt, Cantemus Domino: glorioſe enim magnificatus eſt, equum & aſcenſorem deiecit in mare. Fortitudo mea, & laus mea Dominus,& factus eſt mihi in ſalutem: iſte Deus meus & glorificabo eum, Deus patris mei & exaltabo eum. Dominus quaſi vir pugnator,omnipotens nomen eius. Currus Pharaonis & exercitũ eius proiecit in mare:electi principes eius ſubmerſi ſunt in mari rubro. Abyſsi operuerunt eos, deſcenderunt in profundum quaſi lapis. Dextera tua Domine magnificata eſt in fortitudine: dextera tua Domine percuſsit inimicum. Et in multitudine gloriæ tuæ depoſuiſti aduerſarios tuos: miſi-
B ſti iram tuam quæ deuorauit eos ſicut ſtipulam. Et in ſpiritu furoris tui congregatæ ſunt aquæ:ſtetit vnda fluens, congregatæ ſunt abyſsi in medio mari. Dixit inimicus, Perſequar & comprehendam,diuidã ſpolia,implebitur anima mea:euaginabo gladium meum,interficiet eos manus mea. Flauit ſpiritus tuus,& operuit eos mare:ſubmerſi ſunt quaſi plumbum in aquis vehementibus, Quis ſimilis tui in fortibus Domine? quis ſimilis tui?magnificus in ſanctitate,terribilis atq; laudabilis,faciens mirabilia. Extendiſti manum tuam,& deuorauit eos terra. Dux fuiſti in miſericordia tua populo quem redemiſti:& portaſti eum in fortitudine tua,ad habitaculum ſanctum tuum. Aſcenderunt populi,& irati ſunt: dolores obtinuerunt habitatores Philiſthijm. Tunc conturbati ſunt principes Edom,robuſtos Moab obtinuit tremor: obriguerunt
C omnes habitatores Chanàan. Irruat ſuper eos formido & pauor:in magnitudine brachij tui fiant immobiles quaſi lapis: donec pertranſeat populus tuus Domine, donec pertranſeat populus tuus iſte quem poſſediſti. Introduces eos,& plantabis in mõte hæreditatis tuæ,firmiſsimo habitaculo tuo quod operatus es Domine:ſanctuarium tuum Domine, quod firmauerunt manus tuæ. Dominus regnabit in æternũ & vltrà. Ingreſſus eſt enim equus,Pharao cũ curribus & equitibus eius in mare:& reduxit ſuper eos Dominus aquas maris: filij autem Iſrael ambulauerũt per ſiccum in medio eius. Sumpſit ergo Maria prophetiſſa ſoror Aaron tympanũ in manu ſua:
D egreſſæq; ſunt omnes mulieres poſt eam cũ tympanis & choris, quibus præcinebat,dicens, Cantemus Domino: glorioſe enim magnificatus eſt,equum & aſcenſorem deiecit in mare. Tulit autem Moyſes Iſrael de mari rubro, & egreſsi ſunt in deſertũ Sur:ambulaueruntq; tribus diebus per ſolitudinem, & non inueniebant aquam. Et venerũt in Mara,nec poterant bibere aquas de Mara, eo quòd eſſent amaræ: vnde & congruum loco nomen impoſuit,vocans illum Mara, id eſt amaritudinem. Et murmurauit populus contra Moyſen, dicens, Quid bibemus? At ille clamauit ad Dominũ,qui oſtendit ei *Iudith 5 c* lignum:quod cũ miſiſſet in aquas, in dulcedinem verſæ ſunt. *Eccle.38 a* Ibi conſtituit ei præcepta,atq; iudicia,& ibi tentauit eum,dicens,Si audieris vocem Domini Dei tui,& quod rectum eſt coram eo feceris, & obedieris mandatis eius, cuſtodieriſque *Nume.33 b* omnia præcepta illius: cunctum languorem quem poſui in Aegypto, non inducam ſuper te. ego enim ſum Dominus Deus ſanator tuus. Venerunt autem in Elim filij Iſrael, vbi erant duodecim fontes aquarũ,& ſeptuaginta palmæ: & caſtrametati ſunt iuxta aquas.



S. MVRMVRANTIBVS in Sin pro cibo Iſraëlitis,pluit Dominus coturnices,& Man ad ſaturitatem.

CAPVT XVI.

A PRofectiq; ſunt de Elim,& vênit omnis multitudo filiorum Iſrael in deſertum Sin, quod eſt inter Elim & Sinai: quintodecimo die menſis ſecundi, poſtquam egreſsi ſunt de terra Aegypti. Et murmurauit omnis congregatio filiorum Iſrael contra Moyſen & Aaron in ſolitudine. Dixerũtq; filij Iſrael ad eos, Vtinam mortui eſſemus per manum Domini in terra Aegypti,quãdo ſedebamus ſuper ollas carnium, & comedebamus panẽ in ſaturitate. Cur induxiſtis nos in deſertũ iſtud,vt occi-
B deretis omnem multitudinem fame? Dixit autem Dominus ad Moyſen, Ecce ego pluam vobis panes de cœlo: egrediatur populus, & colligat quæ ſufficiunt per ſingulos dies: vt tentem eum vtrum ambulet in lege mea, an non. Die autem ſexto parent quod inferant:& ſit duplũ quàm colligere ſolebant per ſingulos dies. Dixeruntque Moyſes & Aaron ad omnes filios Iſrael, Veſpere ſcietis quòd Dominus eduxerit vos de terra Aegypti. Et mane videbitis gloriã Domini: audiuit enim murmur veſtrũ contra Dominum: nos verò quid ſumus,quia muſsitaſtis cõtra nos? Et ait Moyſes, Dabit vobis Dominus veſpere carnes edere, & mane panes in ſaturi-
C tate: eo quòd audierit murmurationes veſtras, quibus murmurati eſtis cõtra eum. nos enim quid ſumus?nec contra nos eſt murmur veſtrũ,ſed cõtra Dominũ. Dixit quoq; Moyſes ad Aaron, Dic vniuerſæ congregationi filiorũ Iſrael,Accedite corã Domino:audiuit enim murmur veſtrũ. Cumq; loqueretur Aaron ad omnem cœtum filiorũ Iſrael,reſpexerunt ad ſolitudinẽ:& ecce gloria Domini apparuit in nube. Locutus eſt autem Dominus ad Moyſen,dicẽs, Audiui murmura- *Eccle.45 d*
tiones filiorũ Iſrael,loquere ad eos, Veſpere comedetis carnes, & mane ſaturabimini panibus:ſcietisq; quòd ego ſum Dominus Deus veſter. Factum eſt ergo veſpere,& aſcendẽs coturnix,cooperuit caſtra: mane quoq; ros iacuit per circumitum caſtrorũ. Cumq; operuiſſet ſuperficiem terræ,apparuit in ſo *Nume.11 b*
D litudine minutũ,& quaſi pilo tuſum in ſimilitudinẽ pruinæ *Pſal.77 c* ſuper terrã. Quod cũ vidiſſent filij Iſrael,dixerũt adinuicem, *Sapien.16 c* Man hu?quod ſignificat, Quid eſt hoc?ignorabãt enim quid *Ioan.6 d* eſſet. Quibus ait Moyſes, Iſte eſt panis quẽ Dominus dedit *1.Cor.10 d* vobis ad veſcendũ. Hic eſt ſermo,quem præcepit Dominus, Colligat vnuſquiſq; ex eo quantum ſufficit ad veſcendũ: gomor per ſingula capita,iuxta numerũ animarum veſtrarum, quæ habitant in tabernaculo ſic tolletis. feceruntq; ita filij Iſ- *2.Cor.8 d*
rael,& collegerunt, alius plus, alius minus. Et menſi ſunt ad menſurã gomor:nec qui plus collegerat,habuit amplius: nec qui minus parauerat,reperit minus. ſed ſinguli iuxta id quod

edere

E edere poterãt, cõgregauerunt. Dixitq; Moyſes ad eos, Nullus relinquat ex eo in mane. Qui non audierũt eum, ſed dimiſerunt quidam ex eis vſq; mane, & ſcatere cœpit vermibus, atq; computruit: & iratus eſt cõtra eos Moyſes. Colligebant autem mane ſinguli, quantum ſufficere poterat ad veſcẽdum: cumq; incaluiſſet ſol, liquefiebat. In die autem ſexta collegerunt cibos duplices, id eſt duo gomor per ſingulos homines: venerũt autem omnes principes multitudinis, & narrauerunt Moyſi, Qui ait eis. Hoc eſt quod locutus eſt Dominus: requies ſabbathi ſanctificata eſt Domino cras. quodcunq; operandum eſt, facite: & quæ coquenda ſunt, coquite: quicquid
F autem reliquum fuerit, reponite vſq; in mane. Feceruntq; ita vt præceperat Moyſes: & non cõputruit, neq; vermis inuentus eſt in eo. Dixitq; Moyſes, Comedite illud hodie, quia ſabbathũ eſt Domini: non inuenietur hodie in agro. Sex diebus colligite: in die autem ſeptimo ſabbathum eſt, idcirco nõ inuenietur. Venitq; ſeptima dies: & egreſſi de populo vt colligerent, nõ inuenerunt. Dixit autem Dominus ad Moyſen, Vſquequo non vultis cuſtodire mandata mea, & legem meã? Videte quòd Dominus dederit vobis ſabbathum, & propter hoc die ſexta tribuit vobis cibos duplices: maneat vnuſquiſq;
G apud ſemetipſum, nullus egrediatur de loco ſuo die ſeptimo. Et ſabbathizauit populus die ſeptimo. Appellauitq; domus Iſrael nomen eius Man: quod erat quaſi ſemen coriandri album, guſtus q; eius quaſi ſimilæ cum melle. Dixit autẽ Moyſes, Iſte eſt ſermo quem præcepit Dominus, Imple gomor ex eo, & cuſtodiatur in futuras retrò generationes: vt nouerint panem quo alui vos in ſolitudine, quando educti eſtis de terra Aegypti. Dixitq; Moyſes ad Aarõ, Sume vas vnum, & mitte ibi man, quantum poteſt capere gomor: & repone coram Domino ad ſeruandũ in generationes veſtras, ſicut præcepit Dominus Moyſi. Poſuitq; illud Aaron in tabernaculo reſeruandum. Filij autem Iſrael comederũt man quadraginta annis: donec venirent in terram habitabilem. Hoc cibo aliti ſunt, vſquequo tangerẽt fines terræ Chanáan. Gomor autem decima pars eſt ephi.

Man reſeruatur & quare.

Neem. 9 d
Iudith 5 c

S. IVDAEIS in Raphidim pro aqua rurſum murmurantibus, dat Dominus aquam de petra, & inde orante Moyſe uincunt ipſi Amalechitas. CAPVT XVII.

A IGitur profecta omnis multitudo filiorum Iſrael de deſerto Sin, per manſiones ſuas, iuxta ſermonem Domini, caſtrametati ſunt in Raphidim, vbi non erat aqua ad bibendum populo. Qui iurgatus contra Moyſen, ait, Da nobis aquam, vt bibamus. Quibus
Nume. 20 a reſpondit Moyſes, Quid iurgamini contra me? cur tentatis dominũ? Sitiuit ergo ibi populus præ aquæ penuria: & murmuratit contra Moyſen, dicens: Cur feciſti nos exire de Ae-
B gypto, vt occideres nos, & liberos noſtros, ac iumenta ſiti? Clamauit autem Moyſes ad Dominum, dicens, Quid faciam populo huic? adhuc paululum, & lapidabit me. Et ait Dominus ad Moyſen, Antecede populum, & ſume tecũ de ſeniori-
Supra 14 e bus Iſrael: & virgam qua percuſſiſti fluuium, tolle in manu tua, & vade. En ego ſtabo coram te, ibi ſupra petram Horeb:
Pſal. 77 b percuties q; petram, & exibit ex ea aqua, vt bibat populus. Fecit Moyſes ita coram ſenioribus Iſrael. Et vocauit nomen
1. Cor. 10 a loci illius Tentatio, propter iurgium filiorum Iſrael, & quia tentauerunt Dominum, dicentes, Eſt ne Dominus in nobis,
C an non? Vênit autem Amalec, & pugnabat contra Iſrael in
Iudith 4 d Raphidim. Dixitq; Moyſes ad Ioſue, Elige viros, & egreſſus
Supra 11. a pugna contra Amalec: cras ego ſtabo in vertice collis, habens
Deut. 25 d virgam Dei in manu mea. Fecit Ioſue vt locutus erat Moyſes, & pugnauit contra Amalec. Moyſes autem, & Aaron, & Hur aſcenderunt ſuper verticem collis. Cumq; leuaret Moyſes manus, vincebat Iſrael: ſin autem paululum remiſiſſet, ſuperabat Amalec. Manus autem Moyſi erant graues: ſumentes igitur lapidem, poſuerũt ſubter eum, in quo ſedit: Aaron
D autem, & Hur ſuſtentabant manus eius ex vtraq; parte. Et factum eſt vt manus ipſius non laſſarentur, vſq; ad occaſum ſolis. Fugauitq; Ioſue Amalec, & populum eius in ore gladij. Dixit autem Dominus ad Moyſen, Scribe hoc ob monimentum in libro, & trade auribus Ioſue: delebo enim memoriam Amalec ſub cœlo. Aedificauitq; Moyſes altare: & vocauit nomen eius, Dominus exaltatio mea, dicens, Quia manus ſolij Domini, & bellum Domini erit contra Amalec, à generatione in generationem.

S. IETHRO Moyſi ſocer uxorem cum filijs illi reduxit, factusq; eſt illi à conſilijs in conſtituendis iudiciorum magiſtratibus.

CAPVT XVIII.

A QVmq; audiſſet Iethro ſacerdos Madian, cognatus Moyſi, omnia quæ fecerat Deus Moyſi, & Iſraeli populo ſuo, quòd eduxiſſet Dominus Iſrael de Aegypto: tulit Sephoram vxorem Moyſi quam remiſerat: & duos filios eius, quorum vnus vocabatur Gerſan, dicente patre, Aduena fui in terra aliena. alter verò Supra 2 d
Eliézer, Deus enim, ait, patris mei adiutor meus, & eruit me de gladio Pharaonis. Vênit ergo Ietro cognatus Moyſi, & filij eius & vxor eius ad Moyſen in deſertum, vbi erat caſtrametatus iuxta montem Dei. Et mãdauit Moyſi, dicens, Ego Ietro cognatus tuus venio ad te, & vxor tua, & duo filij tui
B cum ea. Qui egreſſus in occurſum cognati ſui, adorauit, & oſculatus eſt eum: ſalutaueruntq; ſe mutuo verbis pacificis. Cumq; intraſſet tabernaculum, narrauit Moyſes cognato ſuo cuncta quæ fecerat Dominus Pharaoni & Aegyptijs propter Iſrael: vniuerſumq; laborem qui accidiſſet eis in itinere, & quòd liberauerat eos Dominus. Lætatusq; eſt Iethro ſuper omnibus bonis quæ fecerat Dominus Iſraeli, eo quòd eruiſſet eum de manu Aegyptiorum, & ait, Benedictus Dominus qui liberauit vos de manu Aegyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eruit populũ ſuum de manu Aegypti. Nunc cognoui quia magnus Dominus ſuper omnes deos, eo quòd ſuperbè egerint contra illos. Obtulit ergo Ietro cognatus Moyſi holocauſta & hoſtias Deo: veneruntq; Aaron & omnes ſeniores filiorũ Iſrael, vt comederent panem cũ eo co-
C ram Deo. Altera autẽ die ſedit Moyſes vt iudicaret populũ, qui aſſiſtebat Moyſi à mane vſq; ad veſperam. Quod cũ vidiſſet cognatus eius omnia ſcilicet quæ agebat in populo, ait: Quid eſt quod facis in plebe? cur ſolus ſedes, & omnis populus præſtolatur de mane vſq; ad veſperã? Cui reſpondit Moyſes, Venit ad me populus quærens ſententiam Dei. Cumq; acciderit eis aliqua diſceptatio, veniũt ad me vt iudicem inter eos, & oſtendam præcepta Dei, & leges eius. At ille, Nõ bonam, inquit, rem facis: ſtulto labore conſumeris & tu & populus iſte qui tecũ eſt: vltra vires tuas eſt negotiũ, ſolus illud nõ poteris ſuſtinere. Sed audi verba mea atq; conſilia, & erit Do- Deuter. 1 b
minus tecũ. Eſto tu populo in his quæ ad Deũ pertinent, vt referas quæ dicuntur, ad eum: oſtendas q; populo ceremonias
D & ritum colendi, viamq; per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant. Prouide autẽ de omni plebe viros potentes & timentes Deum, in quibus ſit veritas, & qui oderint auaritiam, & cõſtitue ex eis tribunos & centuriones, & quinquagenarios, & decanos, qui iudicent populũ omni tempore: quicquid autem maius fuerit, referant ad te, & ipſi minora tantummodo iudicent: leuius q; ſit tibi, partito in alios onere. Si hoc feceris, implebis imperium Dei, & præcepta eius poteris ſuſtentare: & omnis hic populus reuertetur ad loca ſua cum pace. Quibus auditis, Moyſes fecit omnia quæ ille ſuggeſſerat. Et electis viris ſtrenuis de cuncto Iſrael, conſtituit eos principes populi, tribunos, & cẽturiones, & quinquagenarios, & decanos. Qui iudicarẽt plebem Domini omni tempore: quicquid autem grauius erat, referebant ad eum, faciliora tantummodo iudicantes. Dimiſit quoq; cognatum ſuum: qui reuerſus abijt in terram ſuam.



S. POPVLVS *iuxta montem Sinai in peculiarem eligitur, ſanctificariq; iubetur Domino in fulgure & tonitru Moyſi in monte apparente.*

CAPVT XIX.

A MEnſe tertio egreſsionis filiorũ Iſrael de terra Aegypti, in die hac venerunt in ſolitudinem Sinai.
Nume.33 e Nam profecti de Raphidim, & peruenientes vſq; in deſertum Sinai, caſtrametati ſunt in eodem loco, ibiq; Iſrael fixit tentoria è regione montis. Moyſes autem aſcendit ad Deum: vocauitq; eum Dominus de monte, & ait,
Act.7 e Hæc dices Domui Iacob, & annuntiabis filijs Iſrael, Vos ipſi vidiſtis quæ fecerim Aegyptijs, quomodo portauerim vos
Deut.29 a ſuper alas aquilarum, & aſſumpſerim mihi. Si ergo audieritis vocem meam, & cuſtodieritis pactum meum, eritis mihi in peculium de cunctis populis: mea eſt enim omnis terra. Et
1.Pet.2 b vos eritis mihi in regnũ ſacerdotale, & gens ſancta. hæc ſunt verba quæ loquêris ad filios Iſrael. Vênit Moyſes: & cõuocatis maioribus natu populi, expoſuit omnes ſermones quos
B mandauerat Dominus. Reſponditq; omnis populus ſimul, Cuncta quæ locutus eſt Dominus, faciemus. Cumq; retuliſſet Moyſes verba populi ad Dominum, ait ei Dominus, Iam nunc veniam ad te in caligine nubis, vt audiat me populus loquentem ad te, & credat tibi in perpetuum. Nuntiauit ergo Moyſes verba populi ad Dominũ. Qui dixit ei, Vade ad populum, & ſanctifica illos hodie & cras, lauentq; veſtimenta ſua. Et ſint parati in diem tertium: in die enim tertia deſcendet Dominus coram omni plebe ſuper montẽ Sinai. Conſtitues q; terminos populo per circumitum, & dices ad eos, Cauete ne aſcendatis in montem, nec tangatis fines illius, omnis
C qui tetigerit montem, morte morietur. Manus non tanget eum, ſed lapidibus opprimetur, aut confodietur iaculis: ſiue
Hebr.12 e iumentum fuerit ſiue homo, non viuet. cum cœperit clãgere buccina, tunc aſcendant in montem. Deſcenditq; Moyſes de monte ad populũ, & ſanctificauit eum. Cumq; lauiſſent veſtimenta ſua, ait ad eos, Eſtote parati in diem tertium, & ne appropinquetis vxoribus veſtris. Iamque aduenerat tertius dies, & mane inclaruerat: & ecce cœperunt audiri tonitrua, ac micare fulgura, & nubes denſiſsima operire montem, clangorq; buccinæ vehemẽtius perſtrepebat: & timuit omnis populus qui erat in caſtris. Cumq; eduxiſſet eos Moyſes in occurſum Dei de loco caſtrorum, ſteterunt ad radices montis.
Deut.4 b Totus autem mons Sinai fumabat: eo quòd deſcendiſſet Dominus Deus ſuper eum in igne, & aſcenderet fumus ex eo quaſi de fornace: eratq; omnis mons terribilis. Et ſonitus buccinæ paulatim creſcebat in maius, & prolixius tendebatur:
D Moyſes loquebatur, & Deus reſpondebat ei. Deſcenditque Dominus ſuper montem Sinai in ipſo montis vertice, & vocauit Moyſen in cacumen eius. Quò cum aſcendiſſet, dixit ad eum, Deſcende & cõteſtare populum: ne fortè velit tranſcendere terminos ad videndum Dominum, & pereat ex eis plurima multitudo. Sacerdotes quoq; qui accedunt ad Dominũ, ſanctificentur, ne percutiat eos. Dixitq; Moyſes ad Dominum, Non poterit vulgus aſcendere in montem Sinai: tu enim teſtificatus es & iuſsiſti, dicens, Pone terminos circa montem, & ſanctifica illum. Cui ait Dominus, Vade, deſcende: aſcendes q; tu, & Aaron tecum: ſacerdotes autem & populus non tranſeant terminos, nec aſcendant ad Dominum, ne fortè interficiat illos. Deſcenditq; Moyſes ad populum, & omnia narrauit eis.

S. MOYSES *decalogum à Domino auditum territo populo narrat, ac terreũ altare iubet fieri, ad quod non ſit per gradus aſcendendum.* CAPVT XX.

A OCutus q; eſt Deus cunctos ſermones hos, Ego ſum Dominus Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti de domo ſeruitutis. Non habebis deos alienos corã me. Non facies tibi ſculptile, neq; Deut.5 d
omnem ſimilitudinẽ quæ eſt in cœlo déſuper, & quæ in ter- Pſal.80 c
ra deorſum, nec eorũ quæ ſunt in aquis ſub terra. Non ado- Leuit.26 d
rabis ea, neq; coles: ego ſum Dominus Deus tuus fortis zelo- Deut.5 d
tes, viſitans iniquitatem patrum in filios, in tertiam & quar- Pſal.96 b
tam generationem eorum qui oderunt me, & faciens miſeri-
cordiam in milia his qui diligunt me, & cuſtodiunt præcepta Deut.5 b
B mea. Non aſſumes nomen Domini Dei tui in vanum: nec Leui.19 c
enim habebit inſontem Dominus eum, qui aſſumpſerit no- Mat.5 e
men Domini Dei ſui fruſtra. Memento vt diem ſabbathi
ſanctifices. Sex diebus operaberis, & facies omnia opera tua. Eze.20 b
Septimo autem die ſabbathum Domini Dei tui eſt: Non fa- Deut.5 b
cies omne opus in eo, tu & filius tuus & filia tua, ſeruus tuus Infra 31 b
& ancilla tua. iumentum tuum & aduena qui eſt intra portas
tuas. Sex enim diebus fecit Deus cœlum & terram & mare, Gene.2 d
& omnia quæ in eis ſunt: & requieuit die ſeptimo, idcirco be-
C nedixit Dominus diei ſabbathi, & ſanctificauit eum. Hono Deut.5 b
ra patrem tuum & matrem tuã, vt ſis longæuus ſuper terrã, Mat.15 d
quam Dominus Deus tuus dabit tibi. Non occîdes. Non Ephe.6 d
mœchaberis. Non furtum facies. Non loquêris contra Mat.5 c d
proximum tuum falſum teſtimonium. Non concupiſces
domum proximi tui. Nec deſyderabis vxorem eius, non Ro.7 b 13 c
ſeruum, non ancillam, non bouem, non aſinum, nec omnia
quæ illius ſunt. Cunctus autẽ populus videbat voces & lam-
pades, & ſonitum buccinæ, montemq; fumantem: & perter- Heb.12 c
riti ac pauore concuſsi, ſteterunt procul, dicentes Moyſi. Lo-
quere tu nobis, & audiemus: non loquatur nobis Dominus, Deut.18 c
ne fortè moriamur. Et ait Moyſes ad populum. Nolite time-
re: vt enim probaret vos vênit Deus, & vt terror illius eſſet in
D vobis & non peccaretis. Stetitque populus délonge: Moy-
ſes autem acceſsit ad caliginem in qua erat Deus. Dixit præterea Dominus ad Moyſen, Hæc dices filijs Iſrael, Vos vidiſtis quòd de cœlo locutus ſim vobis. Non facietis mecum deos argenteos, nec deos aureos facietis vobis. Altare de terra facietis mihi, & offeretis ſuper eo holocauſta pacifica veſtra, oues veſtras & boues in omni loco in quo memoria fuerit nominis mei: veniam ad te, & benedicam tibi. Quòd ſi altare lapideum feceris mihi, non ædificabis illud de ſectis Deut.27 d
lapidibus: ſi enim leuaueris cultrum tuum ſuper eum, pol- Ioſue 8 f
luetur. Non aſcẽdes per gradus ad altare meum, ne reueletur turpitudo tua.

S. PRAECEPTA *iudicialia quo ad emptitios ſeruos & ancillas, furta, homicidia, parricidia, parentum maledicta, rixas, & talionis pœnas, atq; cornupetam bouem.*

CAPVT XXI.

A HAec ſunt iudicia quæ propones eis, Si emeris ſeruum Hebræum, ſex annis ſeruiet tibi: in ſeptimo Deut.15 c
egredietur liber gratis. Cũ quali veſte intrauerit, Hier.34 c
cum tali exeat. ſi habens vxorẽ: & vxor egredietur ſimul. Sin autem dominus dederit illi vxorẽ & pepererit filios & filias: mulier & liberi eius erunt domini ſui, ipſe verò exibit cum veſtitu ſuo. Quòd ſi dixerit ſeruus, Diligo dominum

num meũ & vxorẽ ac liberos, non egrediar liber: offeret eum dominus dijs, & applicabitur ad oſtiũ & poſtes, perforabitq; aurem eius ſubula, & erit ei ſeruus in ſeculum. Si quis vendiderit filiam ſuam in famulã, non egredietur ſicut ancillæ exire conſueuerunt. Si diſplicuerit oculis domini ſui, cui tradita fuerit, dimittet eam: populo autẽ alieno vendendi non habebit poteſtatem, ſi ſpreuerit eam. Si autẽ filio ſuo deſponderit
B eam, iuxta morem filiarũ faciet illi. Quòd ſi alteram ei acceperit, prouidebit puellæ nuptias, & veſtimenta, & pretiũ pudicitiæ nõ negabit. Si tria iſta nõ fecerit, egredietur gratis abſq; pecunia. Qui percuſſerit hominẽ volens occidere, morte moriatur. Qui autem non eſt inſidiatus, ſed Deus illũ tradidit in manus eius: conſtituam tibi locum in quem fugere debeat. Si quis per induſtriã occiderit proximũ ſuũ, & per inſidias, ab altari meo auelles eũ vt moriatur. Qui percuſſerit patrem ſuũ aut matrem, morte moriatur. Qui furatus fuerit hominem, & vendiderit eum, conuictus noxæ, morte moriatur. Qui maledixerit patri ſuo vel matri, morte moriatur. Si rixati fuerint viri, & percuſſerit alter proximũ ſuum lapide vel pugno, & ille mortuus non fuerit, ſed iacuerit in lectulo: ſi ſurrexerit & ambulauerit foris ſuper baculum ſuum, innocẽs erit qui percuſſerit, ita tamen vt operas eius, & impenſas in medicos, reſtituat. Qui percuſſerit ſeruũ ſuum, vel ancillã virga, & mor-
C tui fuerint in manibus eius, criminis reus erit. Si autem vno die vel duobus ſuperuixerit, non ſubiacebit pœnæ, quia pecunia illius eſt. Si rixati fuerint viri, & percuſſerit quis mulierem prægnantem, & abortiuũ quidem fecerit, ſed ipſa vixerit: ſubiacebit damno quantũ maritus mulieris expetierit, & arbitri iudicauerint. Si autem mors eius fuerit ſubſecuta, reddet animam pro anima, oculũ pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede, aduſtionẽ pro aduſtione, vulnus pro vulnere, liuorẽ pro liuore. Si percuſſerit quiſpiam oculũ ſerui ſui aut ancillæ, & luſcos eos fecerit, dimittet eos liberos pro oculo quem eruit. Dentem quoq; ſi excuſſerit ſeruo vel ancillæ ſuæ, ſimiliter dimittet eos liberos. Si bos cornu percuſſerit virum aut mulierem, & mortui fuerint, lapidibus obruetur, & non comedentur carnes eius, dominus
D quoq; bouis innocens erit. Quòd ſi bos cornupeta fuerit ab heri & nudiuſtertius, & conteſtati ſunt dominũ eius, nec reduſerit eum, occideritq; virũ aut mulierẽ: bos lapidibus obruetur, & dominũ illius occident. Quòd ſi pretiũ fuerit ei impoſitum, dabit pro anima ſua quicquid fuerit poſtulatus. Filium quoq; & filiã ſi cornu percuſſerit, ſimili ſententiæ ſubiacebit. Si ſeruum ancillamq; inuaſerit, triginta ſiclos argenti domino dabit, bos verò lapidibus opprimetur. Si quis aperuerit ciſternam, & foderit, & non operuerit eam, ceciderit q; bos aut aſinus in eam, reddet dominus ciſternæ pretium iumentorũ; quod autem mortuum eſt, ipſius erit. Si bos alienus bouem alterius vulnerauit, & ille mortuus fuerit: vẽdent bouem viuum, & diuident pretium, cadauer autem mortui inter ſe diſpertient. Si autem ſciebat quòd bos cornupeta eſſet ab heri & nudiuſtertius, & non cuſtodiuit eum dominus ſuus, reddet bouem pro boue, & cadauer integrum accipiet.

Leuit.24 c
Leuit.20 b
Prou.20 c
Mat.15 a
Mar.7 b
Leuit.24 d
Deut.19 d

S. FVRTI damniq; illati pœna: depoſiti, cõmodati atq; ſtupri lex: idololatriæ ſuppliciũ, aduenæ, uiduæ, & pupillo nocentium pœnæ: mutui, uſuræ, & pignoris lex, ac obedientiæ & decimarum.

CAPVT XXII.

A SI quis furatus fuerit bouem aut ouem, & occiderit, vel vẽdiderit: quinq; boues pro vno boue reſtituet, & quatuor oues pro vna oue. Si effringẽs fur domum ſiue ſuffodiens fuerit inuentus, & accepto vulnere mortuus fuerit: percuſſor non erit reus ſanguinis. Quòd ſi orto ſole hoc fecerit, homicidium perpetrauit, & ipſe morietur. Si nõ habuerit quod pro furto reddat, ipſe venundabitur. ſi inuentũ fuerit apud eũ quod furatus eſt, viuẽs, ſiue bos, ſiue aſinus, ſiue ouis: duplũ reſtituet. Si læſerit quiſpiam agrũ vel vineam, & dimiſerit iumentũ ſuum vt depaſcatur aliena: quicquid optimũ habuerit in agro ſuo vel in vinea, pro damni æſtimatione reſtituet. Si egreſſus ignis inuenerit ſpicas, & cõprehenderit aceruos frugũ, ſiue ſtantes ſegetes in
B agris: reddet damnũ qui ignem ſuccenderit. Si quis commendauerit amico pecuniã aut vas in cuſtodiã, & ab eo qui ſuſceperat, furto ablata fuerint: ſi inuenitur fur, duplũ reddet: ſi latet fur, dominus domus applicabitur ad deos, & iurabit quòd non extenderit manũ in rem proximi ſui, ad perpetrandam fraudem, tam in boue quàm in aſino, & oue ac veſtimento, & quicquid damnũ inferre poteſt: ad deos vtriuſq; cauſa perueniet. & ſi illi iudicauerint, duplum reſtituet proximo ſuo. Si quis cõmendauerit proximo ſuo aſinũ, bouẽ, ouem, & omne iumentũ ad cuſtodiã, & mortuũ fuerit, aut debilitatũ, vel captum ab hoſtibus, nullusq; hoc viderit: iuſiurandũ erit in me-
C dio quòd nõ extẽderit manũ ad rem proximi ſui: ſuſcipietq; dominus iuramentũ, & ille reddere nõ cogetur. Quòd ſi furto ablatũ fuerit, reſtituet damnũ domino. ſi comeſtũ à beſtia, deferat ad eũ quod occiſum eſt, & nõ reſtituet. Qui à proximo ſuo quicquid horũ mutuo poſtulauerit, & debilitatũ aut mortuum fuerit, domino nõ præſente, reddere compelletur. Quòd ſi impræſentiarũ dominus fuerit, nõ reſtituet, maxime ſi conductũ venerat pro mercede operis ſui. Si ſeduxerit quis virginem, necdũ deſpõſatam, dormieritq; cũ ea: dotabit eam, & habebit eam vxorẽ. Si pater virginis dare noluerit, reddet pecuniam iuxta modũ dotis, quam virgines accipere conſueuerunt. Maleficos nõ patieris viuere. Qui coierit cũ iumento, morte moriatur. Qui immolat dijs, occidetur, præterquàm
D Domino ſoli. Aduenã non cõtriſtabis, neq; affliges eum: aduenæ enim & ipſi fuiſtis in terra Aegypti. Viduæ & pupillo non nocebitis. Si læſeritis eos, vociferabuntur ad me, & ego audiã clamorẽ eorũ: & indignabitur furor meus, percutiamq; vos gladio, & erunt vxores veſtræ viduæ, & filij veſtri pupilli. Si pecuniam mutuam dederis populo meo pauperi qui habitat tecum, non vrgebis eum quaſi exactor, nec vſuris opprimes. Si pignus à proximo tuo acceperis veſtimentũ, ante ſolis occaſum reddes ei. Ipſum enim eſt ſolũ quo operitur indumentum carnis eius, nec habet aliud in quo dormiat: ſi clamauerit ad me, exaudiam eũ, quia miſericors ſum. Dijs nõ detrahes, & principi populi tui nõ maledices. Decimas tuas & primitias tuas non tardabis offerre: primogenitum filiorum tuorum dabis mihi. De bobus quoq;, & ouibus ſimiliter facies: ſeptem diebus ſit cum matre ſua, die octaua reddes illũ mihi. Viri ſancti eritis mihi: carnem quæ à beſtijs fuerit præguſtata, non comedetis, ſed proijcietis canibus.

Exod.31 f
Leuit.19 g
Act.23 d
Leuit.22 b
Eze.44 g

S. CEREMONIALIA quo ad iudicij fauorem, inimici auxilium, munerum acceptionem, anni ſeptimi, & diei ſeptimi quietem, ac tria præcipua feſta, promiſſaq; ſeruantium.

CAPVT XXIII.

NOn ſuſcipies vocem mendacij: nec iunges manũ tuam vt pro impio dicas falſum teſtimoniũ. Non ſequêris turbam ad faciendũ malum: nec in iudicio, plurimorum acquieſces ſententiæ, vt à vero deuies. Pauperis quoq; non miſereberis in iudicio. Si occurreris boui inimici tui, aut aſino erranti, reduc ad eum. Si videris aſinum odientis te, iacêre ſub onere, non pertranſibis, ſed ſubleuabis cũ eo. Nõ declinabis in iudiciũ pauperis. Mendaciũ fugies. Inſontem & iuſtũ nõ occides, quia auerſor impiũ. Nec accipies munera, quæ etiã excæcant prudẽtes, & ſubuertunt verba iuſtorũ. Peregrino moleſtus non eris. ſcitis enim aduenarũ animas: quia & ipſi peregrini fuiſtis in terra Aegypti. Sex annis ſeminabis terram tuam, & congregabis fruges
B eius. Anno autẽ ſeptimo dimittes eã, & requieſcere facies, vt comedant pauperes populi tui: & quicquid reliquum fuerit, edant beſtiæ agri. ita facies in vinea, & in olieto tuo. Sex diebus operaberis: ſeptimo die ceſſabis, vt requieſcat bos & aſi-

Deut.22 d
Dani.13 f
Deut.16 d
Eccle.20 d
Gene.46 d

nus tuus,& refrigetetur filius ancillæ tuæ,& aduena. Omnia quæ dixi vobis,custodite,& per nomẽ externorũ deorũ non iurabitis,neq; audietur ex ore vestro. Tribus vicibus per singulos annos mihi festa celebrabitis. Solennitatem azymorum
Infra 34 c custodies. Septem diebus comedes azyma, sicut præcepi tibi
Deut.16 d tempore mensis nouorũ,quando egressus es de Aegypto:nõ
Eccle.35 a apparebis in conspectu meo vacuus. Et solennitatem messis primitiuorũ operis tui,quæcũq; seminaueris in agro,solenni tatem quoq; in exitu anni,quando cõgregaueris omnes fru-
C ges tuas de agro. Ter in anno apparebit omne masculinum tuum corã Domino Deo. Non immolabis super fermento sanguinem victimæ meæ, nec remanebit adeps solennitatis meæ vsq; mane. Primitias frugũ terræ tuæ deferes in domum Domini Dei tui:non coques hœdũ in lacte matris suæ. Ecce
Deut.14 c ego mittã angelũ meũ,qui præcedat te,& custodiat in via,&
Infra 34 c introducat in locũ quem præparaui. Obserua eũ, & audi vocem eius,nec cõtemnendum putes:quia nõ dimittet cũ peccaueris,& est nomen meũ in illo. Quòd si audieris vocẽ eius, & feceris omnia quæ loquor,inimicus ero inimicis tuis,& affligam affligentes te. Præcedetq; te angelus meus,& introdu
Infra 33 a cet te ad Amorrhæum,& Hethæũ, & Pherezæum, Chana-
Iosue 42 c næumq;,& Heuæũ,& Iebusæũ,quos ego conterã. Non ado
Deut.7 c rabis deos eorũ,nec coles eos: non facies opera eorũ, sed de-
D strues eos:& confringes statuas eorum. Seruietisq; Domino Deo vestro,vt benedicã panibus tuis,& aquis,& auferã infirmitatẽ de medio tui. Non erit infœcunda, nec sterilis in terra
Deut.7 c tua:numeũ dierũ tuorũ implebo. Terrorem meũ mittam in præcursum tuũ,& occîdam omnem populũ,ad quem ingredieris:cunctorumq; inimicorũ tuorũ coram te terga vertam: emittens crabrones prius,qui fugabunt Heuæum,& Chananæum,& Hethæũ,antequam introeas. Non eijciam eos à facie tua anno vno:ne terra in solitudinem redigatur,& crescãt contra te bestiæ. Paulatim expellã eos de conspectu tuo,donec augearis,& possideas terrã. Ponam autẽ terminos tuos à mari rubro vsq; ad mare Palæstinorũ,& à deserto vsq; ad fluuium:tradã in manibus vestris habitatores terræ,& eijciam eos de conspectu vestro. Non inibis cũ eis fœdus,nec cũ dijs
Deut.7 a eorũ. Non habitent in terra tua,ne fortè peccare te faciant in
Infra 34 b me,si seruieris dijs eorum:quod tibi certè erit in scandalum.

S. OBLATIS Domino sacrificijs,fœderisq; sanguine in populum respersо,Moyses multa ad montis usq; radicem comitante caterua,solus ascendit in montem,ubi cum Domino XL. *diebus permansit.*

CAPVT XXIIII.

A MOysi quoq; dixit, Ascende ad Dominum tu & Aaron,Nadab & Abiu, & septuaginta senes ex Israel,& adorabitis procul. Solus q; Moyses ascẽdet ad Dominũ,& illi non appropinquabũt: nec populus ascendet cũ eo. Venit ergo Moyses, & narrauit plebi omnia verba Domini,atq; iudicia:respõditq; cunctus po-
B pulus vna voce, Omnia verba Domini, quæ locutus est, faciemus. Scripsit autẽ Moyses vniuersos sermones domini: & mane cõsurgens ædificauit altare Domino ad radices mõtis, & duodecim titulos per duodecim tribus Israel. Misitq; iuuenes de filijs Israel,& obtulerũt holocausta, immolaueruntq; victimas pacificas Domino,vitulos. Tulit itaq; Moyses dimidiam partem sanguinis,& misit in crateras:partem autem residuam fudit super altare. Assumensq; volumen fœderis, legit audiente populo. qui dixerunt, Omnia quæ locutus est Dominus faciemus,& erimus obediẽtes. Ille verò,sumptum
C sanguinem respersit in populum,& ait, Hic est sanguis fœderis,quod pepigit Dominus vobiscũ super cunctis sermonibus his. Ascenderuntq; Moyses & Aarõ, Nadab & Abiu, septuaginta de senioribus Israel:& viderũt Deum Israel sub pedibus eius quasi opus lapidis sapphirini, & quasi cœlũ cũ serenũ est. Nec super eos qui procul recessĕrãt de filijs Israel misit manũ suam. Videruntq; Deum,& comederũt,ac bibe-
D runt. Dixit autẽ Dominus ad Moysen, Ascẽde ad me in mõtem,& esto ibi:daboq; tibi tabulas lapideas, & legẽ, ac mandata quæ scripsi,vt doceas eos. Surrexerũt Moyses, & Iosue minister eius:ascendensq; Moyses in montẽ Dei, senioribus ait, Expectate hic,donec reuertamur ad vos: habetis Aaron, & Hur vobiscum:si quid natũ fuerit quæstionis, referetis ad eos. Cumq; ascendisset Moyses,operuit nubes montẽ,& habitauit gloria Domini super Sinai,tegẽs illum nube sex diebus:septimo autem die vocauit eum de medio caliginis. Erat autem species gloriæ domini,quasi ignis ardens super verticem montis in conspectu filiorum Israel. Ingressusq; Moyses medium nebulæ,ascendit in montem: & fuit ibi quadraginta diebus,& quadraginta noctibus.



S. IVBETVR primitiarum oblatio ad Dei tabernaculum formandum,arcam,mensam,ac cãdelabrum,atq; cuncta illis pertinentia.

CAPVT XXV.

A LOcutusq; est Dominus ad Moysen, dicens, Loquere filijs Israel,vt tollãt mihi primitias: ab omni homine qui offert vltroneus,accipietis eas. Hæc sunt autẽ quæ accipere debetis. Aurũ,& argentũ,& æs,hyacinthũ & purpu-
Infra 35 d ram,coccumq; bis tinctũ,& byssum,pilos caprarũ, & pelles arietũ rubricatas,pellesq; hyacinthinas,& ligna setim. oleum ad luminaria cõcinnanda,aromata in vnguentũ, & thymiama ta boni odoris,lapides onychinos, & gemmas ad ornandum ephod,ac rationale. Facientq; mihi sanctuariũ,& habitabo in
Forma sanctuarij. medio eorũ:iuxta omnẽ similitudinẽ tabernaculi,quod ostendam tibi,& omniũ vasorum in cultũ eius: sicq; facietis illud,
Hebr.9 d Arcã de lignis setim cõpingite,cuius longitudo habeat duos
Arcæ. B & semis cubitos,latitudo cubitũ & dimidiũ, altitudo cubitũ similiter ac semissem. Et deaurabis eã auro mundissimo intus & foris:faciesq; suprà coronã auream per circumitũ: & quatuor circulos aureos,quos pones per quatuor arcæ angulos: duo circuli sint in latere vno, & duo in altero. Facies quoque vectes de lignis setim,& operies eos auro. Inducesq; per circulos qui sunt in arcæ lateribus,vt portetur in eis: qui semper erunt in circulis, nec vnquam extrahentur ab eis. Pones q; in arca testificationẽ quã dabo tibi. Facies & propitiatorium de auro mũdissimo:duos cubitos & dimidiũ tenebit longitudo eius,& cubitum ac semissem latitudo. Duos quoq; cherũbim aureos,& productiles facies,ex vtraq; parte oraculi Cherub vnus sit in latere vno,& alter in altero. Vtrũq; latus propitiatorij tegãt expandẽtes alas,& operiẽtes oraculũ, respiciãtq;
C se mutuo versis vultibus in propitiatoriũ quo operienda est arca,in qua pones testimonium quod dabo tibi. Inde præcipiam, & loquar ad te supra propitiatoriũ, ac de medio duorum Cherũbim,qui erunt super arcã testimonij, cuncta quæ mandabo per te filijs Israel. Facies & mensam de lignis setim habentẽ duos cubitos longitudinis,& in latitudine cubitũ,& in altitudine cubitum ac semissem. Et inaurabis eam auro purissimo:faciesq; illi labiũ aureum per circumitũ, & ipsi labio coronã interrasilem altã quatuor digitis:& super illã, alteram

coronam

coronã aureolã. Quatuor quoq; circulos aureos præparabis, & pones eos in quatuor angulis eiuſdẽ menſæ per ſingulos pedes. Subter coronã erunt circuli aurei, vt mittantur vectes per eos, & poſsit menſa portari. Ipſos quoq; vectes facies de lignis ſetim, & circũdabis auro ad ſubuehendam mẽſam. Parabis & acetabula, ac phialas, thuribula, & cyathos, in quibus offerenda ſunt libamina, ex auro puriſsimo: & pones ſuper mẽſam panes propoſitionis in cõſpectu meo ſemper. Facies
D & candelabrũ ductile de auro mundiſsimo, haſtile eius, & calamos, ſcyphos & ſphærulas, ac lilia ex ipſo procedentia. Sex calami egredientur de lateribus, tres ex vno latere, & tres ex altero. Tres ſcyphi quaſi in nucis modum per calamos ſingulos, ſphærulæq; ſimul, & lilia. Et tres ſimiliter ſcyphi inſtar nucis in calamo altero, ſphærulæq; ſimul & lilia. hoc erit opus ſex calamorũ, qui producẽdi ſunt de haſtili. In ipſo autẽ candelabro erunt quatuor ſcyphi in nucis modũ, ſphærulæq; per ſingulos & lilia. Sphærulæ ſub duobus calamis per tria loca, qui ſimul ſex fiunt procedẽtes de haſtili vno. Et ſphærulæ igitur & calami ex ipſo erũt. vniuerſa ductilia de auro puriſsimo. Facies & lucernas ſeptẽ, & pones eas ſuper candelabrũ, vt luceãt ex aduerſo. Emũctoria quoq;, & vbi quæ emuncta ſunt extinguãtur, fiãt de auro puriſsimo. Omne põdus cãdelabri cũ vniuerſis vaſis ſuis habebit talentũ auri puriſsimi. In-
Hebr. 8 d
Act. 7 f
ſpice, & fac ſecũdũ exẽplar quod tibi in mõte monſtratũ eſt.

S. TABERNACVLI *Moyſaici, ueli, arcæ, propitiatorij, menſæ, candelabri, & tentorij forma & conſtructio.*

CAPVT XXVI.

A Tabernaculũ verò ita fiet, Decẽ cortinas de byſſo retorta, & hyacintho, ac purpura, coccoq; bis tincto, variatas opere plumario facies. Lõgitudo cortinæ vnius, habebit viginti octo cubitos: latitudo, quatuor cubitorũ erit. Vnius mẽſuræ fient vniuerſa tentoria. Quinq; cortinæ ſibi iungẽtur mutuò, & aliæ quinq; nexu ſimili cohærebũt. Anſulas hyacinthinas in lateribꝰ ac ſummitati
B bus facies cortinarũ, vt poſsint inuicẽ copulari. Quĩquagenas anſulas cortina habebit in vtraq; parte, ita inſertas, vt anſa cõtra anſam veniat, & altera alteri poſsit adaptari. Facies & quinquaginta circulos aureos, quibus cortinarũ vela iũgenda ſunt, vt vnũ tabernaculũ fiat. Facies & ſaga cilicina vndecim, ad operiendum tectũ tabernaculi. Lõgitudo ſagi vnius habebit triginta cubitos, & latitudo quatuor. Aequa erit mẽſura ſagorũ
C omniũ. E quibus quinq; iũges ſeorſum, & ſex ſibi mutuò copulabis, ita vt ſextum ſagũ in fronte tecti duplices. Facies & quinquaginta anſas in ora ſagi vnius, vt coniungi cum altero queat: & quinquaginta anſas in ora ſagi alterius, vt cũ altero copuletur. Facies & quinquaginta fibulas æneas quibus iungantur anſæ, vt vnũ ex omnibus operimentũ fiat. Quod autẽ ſuperfuerit in ſagis quæ parantur tecto, id eſt vnũ ſagũ quod amplius eſt, ex medietate eius operies poſteriora tabernacu-
D li. Et cubitus ex vna parte pẽdebit, & alter ex altera qui plus eſt in ſagorũ lõgitudine, vtrũq; latus tabernaculi protegens. Facies & operimẽtũ aliud tecto de pellibus arietũ rubricatis: & ſuper hoc rurſum aliud operimentũ de hyacinthinis pellibus. Facies & tabulas ſtantes tabernaculi de lignis ſetim, quæ ſingulæ denos cubitos in lõgitudine habeant, & in latitudine ſingulos ac ſemiſſem. In lateribus tabulæ, duæ incaſtraturæ fient, quibus tabula alteri tabulæ cõnectatur: atq; in hũc modum cũctæ tabulæ parabũtur. Quarum viginti erũt in latere meridiano quod vergit ad auſtrũ. Quibus quadraginta baſes argenteas fundes, vt binæ baſes ſingulis tabulis per duos angulos ſubijciãtur. In latere quoq; ſecundo tabernaculi quod
E vergit ad aquilonẽ, viginti tabulæ erunt, quadraginta habẽtes baſes argenteas. binæ baſes ſingulis tabulis ſupponentur. Ad occidentalẽ verò plagã tabernaculi facies ſex tabulas, & rurſum alias duas quæ in angulis erigãtur poſt tergũ tabernaculi. Erũtq; ſibi cõiunctæ à deorſum vſq; ſurſum, & vna omnes cõpago retinebit. Duabus quoq; tabulis quæ in angulis ponendæ ſunt, ſimilis iunctura ſeruabitur. Et erũt ſimul tabulæ octo, baſes earũ argẽteæ ſedecim, duabus baſibus per vnã tabulã ſupputatis. Facies & vectes de lignis ſetim quinq; ad cõ-
F tinendas tabulas in vno latere tabernaculi, & quinq; alios in altero, & eiuſdẽ numeri ad occidentalẽ plagã: qui mittentur per medias tabulas à ſummo vſq; ad ſummũ. Ipſas quoq; tabulas deaurabis, & fundes in eis annulos aureos per quos vectes tabulata cõtineãt, quos operies laminis aureis. Et eriges tabernaculũ iuxta exẽplar quod tibi in monte monſtratũ eſt.
G Facies & velũ de hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & byſſo retorta, opere plumario & pulchra varietate cõtextũ: quod appendes ante quatuor colũnas de lignis ſetim, quæ ipſæ quidẽ deauratæ erũt, & habebunt capita aurea, ſed baſes argenteas. Inferetur autẽ velũ per circulos, intra quod pones arcã teſtimonij, quo & ſanctuariũ & ſanctuarij ſanctuaria diuidẽtur. Pones & propitiatoriũ ſuper arcã teſtimonij in ſancta ſanctorũ: mẽſamq; extra velũ: & cõtra mẽſam candelabrũ in latere tabernaculi meridiano: menſa enim ſtabit in parte aquilonis. Facies & tentoriũ in introitu tabernaculi de hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & byſſo retorta opere plumarij. Et quinq; colũnas deaurabis lignorum ſetim, ante quas ducetur tẽtoriũ, quarũ erũt capita aurea & baſes æneæ.

S. ALTARE *& atrium tabernaculi tentorium, columnæ, & oleum lucernarum formari iubentur.*

CAPVT XXVII.

A Facies & altare de lignis ſetim, quod habebit quinq; cubitos in lõgitudine, & totidẽ in latitudine, id eſt quadrũ, & tres cubitos in altitudine. Cornua autem per quatuor angulos ex ipſo erunt: & operies illud ære. Facies q; in vſus eius lebetes ad ſuſcipiẽdos cineres, & forcipes atq; fuſcinulas, & igniũ receptacula, omnia vaſa, ex ære fabricabis. Craticulamq; in modũ retis æneã: per cuius quatuor angulos erũt quatuor annuli ænei, quos pones
B ſubter arulam altaris. eritq; craticula vſq; ad altaris mediũ. Facies & vectes altaris de lignis ſetim duos, quos operies laminis æneis: & induces per circulos, eruntq; ex vtroq; latere altaris ad portandũ. Non ſolidũ, ſed inane & cauũ intrinſecus facies illud, ſicut tibi in mõte monſtratũ eſt. Facies & atrium tabernaculi, in cuius auſtrali plaga cõtra meridiem erunt tentoria de byſſo retorta. Centũ cubitos vnũ latus tenebit in longitudine, & colũnas viginti cum baſibus totidẽ æneis, quæ capita cũ cælaturis ſuis habebunt argentea. Similiter & in latere aquilonis per longũ erũt tentoria centũ cubitorũ, colũnæ viginti, & baſes æneæ eiuſdẽ numeri, & capita earũ cũ cælatu-
C ris ſuis argentea. In latitudine verò atrij quod reſpicit ad occidentem erunt tẽtoria per quinquaginta cubitos & columnæ decẽ, baſesq; totidẽ. In ea quo q; atrij latitudine, quæ reſpicit ad orientẽ, quinquaginta cubiti erunt, in quibus quindecim cubitorũ tẽtoria lateri vno deputabũtur, columnæq; tres & baſes totidẽ: & in latere altero erunt tẽtoria, cubitos obtinẽtia quindecim, colũnæ tres & baſes totidẽ. In introitu verò atrij fiet tentoriũ cubitorũ viginti ex hyacintho & purpura, coc-
D coq; bis tincto, & byſſo retorta opere plumarij. colũnas habebit quatuor, cũ baſibus totidẽ. Omnes columnæ atrij per circumitum veſtitæ erunt argenteis laminis, capitibus argenteis, & baſibus æneis. In longitudine occupabit atriũ cubitos centum, in latitudine quinquaginta, altitudo quinq; cubitorum erit, fietq; de byſſo retorta, & habebit baſes æneas. Cũcta vaſa tabernaculi in omnes vſus & ceremonias, tam paxillos eius quàm atrij, ex ære facies. Præcipe filijs Iſrael vt afferant tibi oleum de arboribus oliuarũ puriſsimum, piloq; contuſum: *Leuit. 6 b*
vt ardeat lucerna ſemper in tabernaculo teſtimonij extra velum quod oppanſum eſt teſtimonio. Et collocabunt eã Aaron & filij eius, vt vſq; mane luceat coram Domino. Perpetuus erit cultus per ſucceſsiones eorum à filijs Iſrael.

Forma tabernaculi.

Forma altaris.

Atrij.

S. PONTIFICALIA *indumenta Aaronis & filiorum eius.*

CAPVT XXVIII.

A APplica quoq; ad te Aaron fratrem tuũ cum filijs ſuis de medio filiorũ Iſrael, vt ſacerdotio fungantur mihi: Aaron, Nadab & Abiu, Eleazar, & Ithamar. Faciesq; veſtem ſanctã Aaron fratri tuo in gloriam & decôrem. Et loquêris cunctis ſapientibus corde, quos repleui ſpiritu prudẽtiæ, vt faciant veſtes Aaron in quibus ſanctificatus miniſtret mihi. Hæc autem erũt veſtimenta quæ faciẽt, Rationale & ſuperhumerale, tunicã & lineã ſtrictam, cidarim & balteũ. Facient veſtimenta ſancta fratri tuo Aaron & filijs eius, vt ſacerdotio fungãtur mihi. Accipientq;
B aurũ & hyacinthum & purpurã, coccumq; bis tinctũ & byſſum. Faciẽt autẽ ſuperhumerale de auro & hyacintho & purpura, coccoq; bis tincto, & byſſo retorta opere polymito. Duas oras iunctas habebit in vtroq; latere ſummitatum, vt in vnũ redeant. Ipſa quoq; textura & cuncta operis varietas erit ex auro & hyacintho & purpura, coccoq; bis tincto, & byſſo retorta. Sumesq; duos lapides onychinos, & ſculpes in eis nomina filiorũ Iſrael: ſex nomina in lapide vno, & ſex reliqua in altero, iuxta ordinẽ natiuitatis eorum. Opere ſculptoris &
Sapiẽ. 18 d cælatura gemmarij, ſculpes eos nominibus filiorũ Iſrael, incluſos auro atq; circundatos, & pones in vtroq; latere ſuperhumeralis, memoriale filijs Iſrael. Portabitq; Aaron nomina eorum coram Domino ſuper vtrunq; humerum, ob recordationem.
C Facies & vncinos ex auro, & duas catenulas auri puriſsimi ſibi inuicẽ cohærentes, quas inſeres vncinis. Rationale quoq; iudicij facies opere polymito, iuxta texturam ſuperhumeralis ex auro, hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & byſſo retorta. Quadrangulũ erit & duplex: menſuram palmi habebit tam in lõgitudine quàm in latitudine. Ponesq; in eo quatuor ordines lapidum, in primo ver ſu erit lapis ſardius, & topazius, & ſmaragdus. in ſecũdo: carbunculus, ſaphirus, & iaſpis. in tertio: ligyrius, achates, & amethyſtus. in
D quarto: chryſolitus, onychinus, & beryllus. incluſi auro erunt per ordines ſuos. Habebuntq; nomina filiorũ Iſrael. Duodecim nominibus cælabuntur, ſinguli lapides nominibus ſingulorum per duodecim tribus. Facies in rationali catenas ſibi inuicẽ cohærẽtes ex auro puriſsimo, & duos annulos aureos quos pones in vtraq; rationalis ſummitate, catenasq; aureas iunges annulis qui ſunt in marginibus eius, &, ipſarum catenarum extrema duobus copulabis vncinis in vtroq; latere ſuperhumeralis, quod rationale reſpicit. Facies & duos annulos aureos quos pones in ſummitatibus rationalis, in oris quæ è regione ſunt ſuperhumeralis, & poſteriora eius aſpiciunt:
E necnon & alios duos annulos aureos qui ponendi ſunt in vtroq; latere ſuperhumeralis deorſum, quod reſpicit cõtra faciem iuncturæ inferioris, vt aptari poſsit cum ſuperhumerali, & ſtringatur rationale annulis ſuis cũ annulis ſuperhumeralis vitta hyacinthina, vt maneat iunctura fabrefacta, & à ſe inuicem rationale & ſuperhumerale nequeant ſeparari. Portabitq; Aaron nomina filiorũ Iſrael in rationali iudicij ſuper pectus ſuũ: quãdo ingredietur ſanctuariũ memoriale coram Domino in æternũ. Pones autẽ in rationali iudicij doctrinam & veritatẽ, quæ erunt in pectore Aaron quando ingredietur corã Domino, & geſtabit iudicium filiorũ Iſrael in pectore ſuo in cõſpectu Domini ſemper. Facies & tunicam ſuperhumeralis totã hyacinthinã, in cuius medio ſupra erit capitium,
F & ora per gyrum eius textilis, ſicut fieri ſolet in extremis veſtium partibus, ne facile rumpatur. Deorſum verò ad pedes eiuſdẽ tunicæ per circumitũ quaſi mâla punica facies ex hyacintho, & purpura, & cocco bis tincto, miſtis in medio tintinnabulis, ita vt tintinnabulũ ſit aureũ & mâlum punicum: rurſumq; tintinnabulũ aliud aureũ & mâlũ puniceũ. Et veſtietur
Eccle. 45 b ea Aaron in officio miniſterij, vt audiatur ſonitus quãdo ingreditur & egreditur Sanctuarium in conſpectu Domini, &
non moriatur. Facies & laminam de auro puriſsimo: in qua ſculpes opere cælatoris, Sanctũ Domino. Ligabisq; eam vitta hyacinthina, & erit ſuper tiarã imminens fronti pontificis.
G Portabitq; Aaron iniquitates eorum, quæ obtulerunt & ſanctificauerũt filij Iſrael, in cunctis muneribus & donarijs ſuis. Erit autem lamina ſemper in frõte eius, vt placatus ſit ei Dominus. Stringesq; tunicam byſſo, & tiaram byſsinam facies & balteum opere plumarij. Porrò filijs Aaron tunicas lineas parabis & balteos ac tiaras in gloriam & decôrem: veſtiesq; his omnibus Aaron fratrem tuum & filios eius cũ eo. Et cunctorum conſecrabis manus, ſanctificabisq; illos vt ſacerdotio fungantur mihi. Facies & feminalia linea, vt operiant carnem turpitudinis ſuæ à renibus vſq; ad femora: & vtentur eis Aaron & filij eius quando ingredientur tabernaculum teſtimonij, vel quando appropinquant ad altare vt miniſtrent in ſanctuario, ne iniquitatis rei moriantur. Legitimum ſempiternum erit Aaron, & ſemini eius poſt eum.

S. SACERDOTVM *conſecratio, ritusq; oblationis pro illis.*

CAPVT XXIX.

A SEd & hoc facies, vt mihi in ſacerdotio conſecrentur. Tolle vitulũ de armento, & arietes duos immaculatos, panesq; azymos, & cruſtulã abſq; fermento, quæ cõſperſa ſint oleo, lagana quoq; azy Leuit. 9 d
ma oleo lita. De ſimila triticea cuncta facies, & poſita in caniſtro offeres: vitulũ autem & duos arietes, & Aaron, ac filios eius applicabis ad oſtiũ tabernaculi teſtimonij. Cumq; laueris patrem cũ filijs ſuis aqua, indues Aaron veſtimẽtis ſuis, id eſt lineâ & tunica, & ſuperhumerali & rationali, quod conſtringes balteo: & pones tiaram in capite eius, & laminã ſanctam ſuper tiarã, & oleũ vnctionis fundes ſuper caput eius,
B atq; hoc ritu conſecrabitur. Filios quoq; illius applicabis & indues tunicis lineis, ſjcingesq; balteo, Aaron ſcilicet & liberos eius, & imponeseis mitras, erũtq; ſacerdotes mihi religione perpetua. Poſtquam initiaueris manus eorũ, applicabis & Leuit. 1 b
vitulũ coram tabernaculo teſtimonij. Imponentq; Aaron & filij eius manus ſuper caput illius, & mactabis eum in cõſpectu Domini, iuxta oſtiũ tabernaculi teſtimonij: ſumptumq; de ſanguine vituli, pones ſuper cornua altaris digito tuo, re- Leuit. 3 d
liquũ autẽ ſanguinẽ fundes iuxta baſim eius. Sumes & adipẽ totũ qui operit inteſtina, & reticulũ iecoris, ac duos renes, & adipem qui ſuper eos eſt, & offeres incenſum ſuper altare:
C carnes verò vituli & coriũ & fimum combures foris extra caſtra, eo quod pro peccato ſit. Vnũ quoq; arietẽ ſumes, ſuper cuius caput ponẽt Aaron & filij eius manus: quẽ cum mactaueris, tolles de ſanguine eius, & fundes circa altare. ipſum autem arietẽ ſecabis in fruſta, lotaq; inteſtina eius ac pedes pones ſuper conciſas carnes, & ſuper caput illius, & offeres totum arietem in incenſum ſuper altare, oblatio eſt Domino, odor ſuauiſsimus victimæ Domini. Tolles quoq; arietẽ alterũ, ſuper cuius caput Aaron & filij eius ponẽt manus. Quem
cũ immolaueris, ſumes de ſanguine eius, & pones ſuper extremũ auriculæ dextræ Aaron & filiorũ eius, & ſuper pollices manus eorũ ac pedis dextri, fundesq; ſanguinẽ ſuper alta-
D re per circuitũ. Cumq; tuleris de ſanguine qui eſt ſuper altare & de oleo vnctionis, aſperges Aaron & veſtes eius, filios & veſtimẽta eorũ. Conſecratisq; ipſis & veſtibus, tolles adipẽ de ariete, & caudã & aruinã quæ operit vitalia, ac reticulũ iecoris, & duos renes, atq; adipẽ qui ſuper eos eſt, armũq; dextrum, eo quòd ſit aries conſecrationis, tortamq; panis vnius, cruſtulã cõſperſam oleo, laganũ de caniſtro azymorũ, quod poſitũ eſt in cõſpectu Domini: ponesq; omnia ſuper manus Aaron & filiorum eius, & ſanctificabis eos eleuans corã Domino. Suſcipiesq; vniuerſa de manibus eorũ, & incendes ſu-
E per altare in holocauſtũ, odorẽ ſuauiſsimũ in conſpectu Domini, quia oblatio eius eſt. Sumes quoq; pectuſculũ de ariete quo initiatus eſt Aaron, ſanctificabisq; illud eleuatum coram

Domino,

Domino,& cedet in partem tuam. Sanctificabis q́; & pectuſculum conſecratum,& armum quem de ariete ſeparaſti, quo initiatus eſt Aaron & filij eius, cedent q́; in partem Aaron,& filiorum eius iure perpetuo à filijs Iſrael, quia primitiua ſunt & initia de victimis eorum pacificis quæ offerunt Domino. Veſtem autem ſanctam qua vtetur Aaron habebũt filij eius poſt eum, vt vngantur in ea & conſecrentur manus eorum. Septem diebus vtetur illa qui pontifex pro eo fuerit conſtitutus de filijs eius,& qui ingredietur tabernaculum teſtimonij vt miniſtret in ſanctuario. Arietem autem conſecrationum tolles, & coques carnes eius in loco ſancto, quibus veſcetur Aaron & filij eius. Panes quoq; qui ſunt in caniſtro in veſtibulo tabernaculi teſtimonij comedent, vt ſit placabile ſacrificium,& ſanctificentur offerentium manus. Alienigena non veſcetur ex eis, quia ſancti ſunt. Quòd ſi remanſerit de carnibus conſecratis ſiue de panibus vſq; mane, combures reliquias igni. non comedentur, quia ſanctificata ſunt. Omnia quæ præcepi tibi, facies ſuper Aaron & filijs eius. Septẽ diebus conſecrabis manus eorum: & vitulum pro peccato offeres, per ſingulos dies ad expiandum. Mundabis q́; altare cum immolaueris expiationis hoſtiam, & vnges illud in ſanctificationem. Septem diebus expiabis altare & ſanctificabis, & erit ſanctum ſanctorum. omnis qui tetigerit illud, ſanctificabitur. Hoc eſt quod facies in altari, Agnos anniculos duos per ſingulos dies iugiter, vnum agnum mane, & alterũ veſpere, decimam partem ſimilæ cõſperſæ oleo tuſo, quod habeat menſuram quartam partem hin,& vinum ad libandum eiuſdem menſuræ in agno vno. Alterum verò agnum offeres ad veſperã iuxta ritum matutinæ oblationis,& iuxta ea quæ diximus in odorem ſuauitatis. ſacrificiũ eſt Domino, oblatione perpetua in generationes veſtras, ad oſtium tabernaculi teſtimonij coram Domino, vbi conſtituam vt loquar ad te. Ibi q́; præcipiam filijs Iſrael,& ſanctificabitur altare in gloria mea. Sanctificabo & tabernaculũ teſtimonij cum altari, & Aaron cum filijs ſuis, vt ſacerdotio fungantur mihi. Et habitabo in medio filiorum Iſrael, ero q́; eis Deus,& ſcient quia ego ſum Dominus Deus eorum, qui eduxi eos de terra Aegypti, vt manerem inter illos, ego Dominus Deus ipſorum.

F

Leuit. 8 g

G

S. ALTARIS thymiamatis, & pecuniæ exigendæ, labij æneiconſtruendi, unctionis thymiamatis, & quæ ad tabernaculum ſpectãt, inſtitutio. CAPVT XXX.

A Forma altaris thymiamatis.

EAcies quoq; altare ad adolendum thymiama de lignis ſetim, habens cubitum longitudinis, & alterum latitudinis, id eſt quadrangulum, & duos cubitos in altitudine. Cornua ex ipſo procedent, veſties q́; illud auro puriſsimo, tam craticulã eius, quàm parietes per circumitũ,& cornua. Faciesq́; ei coronã aureolam per gyrũ,& duos annulos aureos ſub corona per ſingula latera, vt mittantur in eos vectes,& altare portetur. Ipſos quoq; vectes facies de lignis ſetim, & inaurabis. Ponesq́; altare contra velum, quod ante arcam pendet teſtimonij corã propitiatorio quo tegitur teſtimonium, vbi loquar tibi. Et adolebit incenſum ſuper eo Aaron, ſuaue fragrans. Mane quando cõponet lucernas, incendet illud: & quando collocabit eas ad veſperũ,

B vret thymiama ſempiternũ coram Domino in generationes veſtras. Non offeretis ſuper eo thymiama compoſitionis alterius, nec oblationem & victimam, nec libabitis libamina. Et deprecabitur Aaron ſuper cornua eius ſemel per annũ in ſanguine, quod oblatum eſt pro peccato,& placabit ſuper eo in generationibus veſtris. ſanctum ſanctorũ erit Domino. Lo-

Nume. 1 a cutusq́; eſt Dominus ad Moyſen, dicẽs, Quando tuleris ſummam filiorum Iſrael iuxta numerũ, dabunt ſinguli pretium pro animabus ſuis Domino,& non erit plaga in eis, cũ fuerint recenſiti. Hoc autem dabit omnis qui tranſit ad numerũ, dimidium ſicli iuxta menſuram templi. Siclus, viginti obolos habet. Media pars ſicli offeretur Domino. Qui habetur in numero à viginti annis & ſuprà, dabit pretiũ. Diues non addet ad mediũ ſicli,& pauper nihil minuet. Suſceptamq́; pecuniã, quæ collata eſt à filijs Iſrael, trades in vſus tabernaculi teſtimonij, vt ſit monimentum eorum coram Domino,& propi-

Siclus. Leuit. 27 c Nume. 3 g Ezec. 45 d

C tietur animabus eorũ. Locutusq́; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Facies & labium æneum cum baſi ſua ad lauandũ: ponesq́; illud inter tabernaculum teſtimonij & altare. Et miſſa aqua lauabunt in ea Aaron, & filij eius manus ſuas ac pedes, quando ingreſſuri ſunt tabernaculum teſtimonij, & quando acceſſuri ſunt ad altare, vt offerant in eo thymiama Domino, ne fortè moriantur. legitimum ſempiternum erit ipſi,& ſemini eius per ſucceſsiones. Locutusq́; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Sume tibi aromata primæ myrrhæ & electæ quin gentos ſiclos,& cinnamomi medium, id eſt ducentos quinquaginta ſiclos, calami ſimiliter ducẽtos quinquaginta ſiclos, caſsiæ autem quingentos ſiclos in pondere ſanctuarij, oleum de oliuetis menſuram hin: faciesq́; vnctionis oleum ſanctum vnguentum compoſitum opere vnguentarij,& vnges ex eo tabernaculum teſtimonij,& arcam teſtamenti, menſamq́; cũ

D vaſis ſuis, candelabrum,& vtenſilia eius, altaria thymiamatis, & holocauſti,& vniuerſam ſupellectilem quæ ad cultum eorum pertinet: ſanctificabis q́; omnia, & erunt ſancta ſanctorum. qui tetigerit ea, ſanctificabitur. Aarõ & filios eius vnges, ſanctificabis q́; eos, vt ſacerdotio fungantur mihi. Filijs quoq; Iſrael, dices, Hoc oleum vnctionis ſanctum erit mihi in generationes veſtras. Caro hominis non vngetur ex eo,& iuxta compoſitionem eius non facietis aliud, quia ſanctificatum eſt,& ſanctum erit vobis. Homo quicunq; tale compoſuerit, & dederit ex eo alieno, exterminabitur de populo ſuo. Dixit q́; Dominus ad Moyſen, Sume tibi aromata, ſtacten & onycham, galbanum boni odoris,& thus lucidiſsimũ, æqualis ponderis erunr omnia: faciesq́; thymiama compoſitũ opere vnguentarij miſtum diligenter,& purum,& ſanctificatione digniſsimum. Cumq́; in tenuiſsimum puluerem vniuerſa contuderis, pones ex eo coram tabernaculo teſtimonij, in loco quo apparebo tibi. ſanctum ſanctorum erit vobis thymiama. Talem compoſitionem non facietis in vſus veſtros, quia ſanctum eſt Domino. Homo quicunq; fecerit ſimile, vt odore illius perfruatur, peribit de populis ſuis.

S. TABERNACVLI & quæ ad ipſum ſpectant inſtitutio, ſabbathi obſeruatio, & tabularum legis collatio.

CAPVT XXXI.

A LOcutusq́; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Ecce vocaui ex nomine Beſeleel filiũ Vri filij Hur de tribu Iuda,& impleui eum ſpiritu Dei, ſapientia, & intelligentia, & ſcientia in omni opere ad excogitandũ quicquid fabrefieri poteſt ex auro,& argẽto,& ære, marmore & gemmis,& diuerſitate lignorum. Dedi q́; ei ſocium Ooliab filiũ Achiſamech de tribu Dan. Et in corde,

B omnis eruditi poſui ſapientiã: vt faciant cuncta quæ præcepi tibi, tabernaculũ fœderis,& arcã teſtimonij,& propitiatoriũ quod ſuper eã eſt,& cuncta vaſa tabernaculi, mẽſamq́;,& vaſa eius, cãdelabrũ puriſsimũ cum vaſis ſuis,& altare thymiamatis,& holocauſti,& omnia vaſa eorũ, labium cum baſi ſua, veſtes ſanctas in miniſterio Aaron ſacerdoti,& filijs eius, vt fungãtur officio ſuo in ſacris, oleum vnctionis,& thymiama aromatũ in ſanctuario. omnia quæ precepi tibi, faciẽt. Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicẽs: Loquere filijs Iſrael,&

C dices ad eos, Videte vt ſabbathũ meũ cuſtodiatis, quia ſignũ eſt inter me & vos in generationibus veſtris, vt ſciatis quia ego Dominus, qui ſanctifico vos. Cuſtodite ſabbathũ meũ, ſanctum eſt enim vobis: qui polluerit illud, morte morietur: qui fecerit in eo opus, peribit anima illius de medio populi ſui. Sex diebus facietis opus, in die ſeptimo ſabbathũ eſt, requies ſancta Domino. omnis qui fecerit opus in hac die, morietur. Cuſtodiãt filij Iſrael ſabbathũ,& celebrent illud in

Supra 20 b *Ezec. 20 b*

D generationibus ſuis. Pactum eſt ſempiternum inter me & fi-
Gene.1 d lios Iſrael, ſignumq; perpetuum. ſex enim diebus fecit Do-
minus cœlum & terram, & in ſeptimo ab omni opere ceſſa-
uit. Dedit quoq; Dominus Moyſi, completis huiuſcemodi
Deut.9 b ſermonibus in monte Sinai, duas tabulas teſtimonij lapideas,
ſcriptas digito Dei.

S. obuitulum adoratum Moyſes Deum exorans tabulas frangit. Aaronem obiurgat, idololatras punit, & cæteris uenią precatur.

CAPVT XXXII.

A VIdens autem populus quòd morã faceret deſcen-
dendi de monte Moyſes, congregatus aduerſus
Act.7 c Aaron, ait, Surge, fac nobis Deos qui nos præ-
cedant: Moyſi enim huic viro qui nos eduxit de
terra Aegypti, ignoramus quid acciderit ei. Dixitq; ad eos
Aaron, Tollite inaures aureas de uxorum, filiorumq;, & filia-
rum veſtrarũ auribus, & afferte ad me. Fecitq; populus quæ
Pſal.105 b iuſſerat, deferens inaures ad Aaron. Quas cum ille accepiſſet,
formauit opere fuſorio, & fecit ex eis vitulũ conflatilem. Di-
B xeruntq;, Hi ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerunt de terra Ae-
gypti. Quod cũ vidiſſet Aaron, ædificauit altare coram eo, &
præconis voce clamauit, dicens, Cras ſolennitas Domini eſt.
Surgentesq; mane, obtulerũt holocauſta, & hoſtias pacificas,
& ſedit populus manducare, & bibere, & ſurrexerũt ludere.
1. Cor.10 b Locutus eſt autẽ Dominus ad Moyſen, dicẽs, Vade, deſcen-
Deut.9 b de, peccauit populus tuus quẽ eduxiſti de terra Aegypti: re-
ceſſerunt citò de via, quã oſtẽdiſti eis: feceruntq; ſibi vitulum
conflatilẽ, & adorauerũt, atq; immolãtes hoſtias ei, dixerunt,
Iſti ſunt dij tui Iſrael, qui te eduxerũt de terra Aegypti. Rur-
3.Reg.12 g ſumq; ait Dominus ad Moyſen, Cerno quòd populus iſte,
Infra33 a duræ ceruicis ſit: dimitte me, vt iraſcatur furor meus contra
C eos, & deleã eos, faciãq; te in gentẽ magnã. Moyſes autẽ ora-
bat Dominũ Deũ ſuum, dicens, Cur Domine iraſcitur furor
Pſal.105 b tuus cõtra populũ tuum, quem eduxiſti de terra Aegypti, in
fortitudine magna, & in manu robuſta? Ne quæſo dicant Ae-
Nume.14 c gyptij, Callidè eduxit eos, vt interficeret in montibus, & de-
leret è terra: quieſcat ira tua, & eſto placabilis ſuper nequitia
populi tui. Recordare Abrahã, Iſaac, & Iſrael ſeruorum tuo-
Gene.48 a rum, quibus iuraſti per temetipſum, dicens, Multiplicabo ſe-
Gene.15 b men veſtrũ, ſicut ſtellas cœli: & vniuerſam terrã hanc, de qua
Gene.12 b locutus ſum, dabo ſemini veſtro, & poſſidebitis eã ſemper.
D Placatusq; eſt Dominus ne faceret malũ, quod locutus fue-
rat aduerſus populũ ſuum. Et reuerſus eſt Moyſes de monte
portãs duas tabulas teſtimonij in manu ſua, ſcriptas ex vtraq;
parte, & factas opere Domini. Scriptura quoq; Dei erat ſcul-
pta in tabulis. Audiens autem Iosûe tumultũ populi vocife-
rantis, dixit ad Moyſen, Vlulatus pugnæ auditur in caſtris.
Qui reſpõdit, Non eſt clamor adhortantium ad pugnã, neq;
vociferatio compellentiũ ad fugam: ſed vocem cantantiũ ego
audio. Cumq; appropinquaſſet ad caſtra, vidit vitulũ, & cho-
E ros: iratusq; valde, proiecit de manu tabulas, & confregit eas
ad radicẽ montis. Arripiensq; vitulũ quem fecerãt, cõbuſsit,
& cõtriuit vſq; ad puluerẽ, quẽ ſparſit in aquã, & dedit ex eo
potum filijs Iſrael. Dixitq; ad Aaron, Quid tibi fecit hic po-
pulus, vt induceres ſuper eũ peccatũ maximũ? Cui ille reſpõ-
dit, Ne indignetur Dominus meus: tu enim noſti populum
iſtũ quòd pronus ſit ad malũ, dixerũt mihi, Fac nobis Deos,
qui nos præcedant: huic enim Moyſi, qui nos eduxit de terra
Aegypti, neſcimus quid acciderit. Quibus ego dixi, Quis ve-
ſtrum habet aurũ? Tulerunt, & dederũt mihi, & proieci illud
F in ignẽ, egreſſusq; eſt hic vitulus. Videns ergo Moyſes popu
lum quòd eſſet nudatus (ſpoliauerat enim eũ Aarõn propter
ignominiam ſordis, & inter hoſtes nudũ cõſtituerat) & ſtans
in porta caſtrorũ, ait, Si quis eſt Domini, iungatur mihi. Cõ-
Interficiun tur idololatræ. gregatiq; ſunt ad eum omnes filij Leui: quibus ait, Hæc dicit
Dominus Deus Iſrael, Ponat vir gladiũ ſuper femur ſuum:
ite, & redite de porta vſq; ad portam per mediũ caſtrorum, &
occîdat vnuſquiſq; fratrẽ, & amicũ, & proximũ ſuum. Fece-
runtq; filij Leui iuxta ſermonem Moyſi, ceciderunt q; in die
illa quaſi tria millia hominũ. Et ait Moyſes, Conſecraſtis ma-
nus veſtras hodie Domino, vnuſquiſq; in filio, & in fratre
G ſuo, vt detur vobis benedictio. Facto autẽ altero die, locutus
eſt Moyſes ad populũ, Peccaſtis peccatũ maximũ, aſcendam
ad Dominum, ſi quo modo quiuero eũ deprecari pro ſcelere
veſtro. Reuerſusq; ad Dominũ, ait, Obſecro, peccauit popu-
lus iſte peccatũ maximũ, feceruntq; ſibi Deos aureos, aut di-
mitte eis hanc noxã: aut ſi non facis, dele me de libro tuo quẽ
ſcripſiſti. Cui reſpondit Dominus, Qui peccauerit mihi, de-
lebo eum de libro meo: tu autem vade, & duc populũ iſtum Eccle.45 a
quò locutus ſum tibi, angelus meus præcedet te. Egoautẽ in
die vltionis viſitabo & hoc peccatum eorum. Percuſsit ergo
Dominus populum pro reatu vitulĩ, quem fecerat Aaron.

S. minas Dei in populum Moyſe ſedante luget populus delictum: uix tamen populum Deo iratum Moyſes placare poteſt.

CAPVT XXXIII.

A LOcutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Va-
de, aſcende de loco iſto tu & populus tuus quem
eduxiſti de terra Aegypti in terram quam iurau
Abraham, Iſaac, & Iacob, dicẽs: Semini tuo dabo Gene.12 b
eã, & mittã præcurſorẽ tui angelũ, vt eijciã Chananæum, & Supra23 c
Amorrhæũ, & Hethæũ, & Pherezæũ, & Heuæum, & Iebu- Ioſue24 c
ſæum, & intres in terrã fluentẽ lacte & melle. Nõ enim aſcen Deut.7 c
dam tecũ, quia populus duræ ceruicis es, ne fortè diſperdã te
in via. Audiensq; populus ſermonem hũc peſsimũ, luxit: &
nullus ex more indutus eſt cultu ſuo. Dixitq; Dominus ad Supra32 a
Moyſen, Loquere filijs Iſrael. Populus duræ ceruicis es, ſe-
mel aſcendã in medio tui, & delebo te. Iam nũc depone orna
tum tuũ, vt ſciam quid faciã tibi. Depoſuerũt ergo filij Iſrael
B ornatũ ſuũ à mõte Horeb. Moyſes quoq; tollẽs tabernaculũ,
tetẽdit extra caſtra procul, vocauitq; nomẽ eius Tabernaculũ
fœderis. Et omnis populus qui habebat aliquã quæſtionem,
egrediebatur ad tabernaculũ fœderis extra caſtra. Cũq; egre-
deretur Moyſes ad tabernaculum, ſurgebat vniuerſa plebs, &
ſtabat vnuſquiſq; in oſtio papilionis ſui, reſpiciebãtq; tergũ
Moyſi, donec ingrederetur tentoriũ. Ingreſſo autẽ illo taber-
naculũ fœderis, deſcẽdebat colũna nubis, & ſtabat ad oſtium,
loquebaturq; cũ Moyſe, cernẽtibus vniuerſis, quòd columna
nubis ſtaret ad oſtiũ tabernaculi. Stabantq; ipſi, & adorabant
per fores tabernaculorũ ſuorũ. Loquebatur autem Dominus
ad Moyſen facie ad faciem, ſicut ſolet loqui homo ad amicum
C ſuũ. Cumq; ille reuerteretur in caſtra, miniſter eius Ioſue fi-
lius Nun, puer, nõ recedebat de tabernaculo. Dixit autẽ Moy
ſes ad Dominũ, Præcipis vt educã populũ iſtũ, & nõ indicas
mihi quẽ miſſurus es mecũ, præſertim cũ dixeris, Noui te ex
nomine, & inueniſti gratiã coram me. Si ergo inueni gratiam
in conſpectu tuo, oſtende mihi faciẽ tuã, vt ſciã te, & inueniã
gratiam ante oculos tuos: reſpice populũ tuũ gentem hanc.
Dixitq; Dominus, Facies mea præcedet te, & requiem dabo
tibi. Et ait Moyſes, Si non tuipſe præcedas, ne educas nos de
loco iſto. In quo enim ſcire poterimus ego & populus tuus
inueniſſe nos gratiã in cõſpectu tuo, niſi ambulaueris nobiſ-
cum, vt glorificemur ab omnibus populis qui habitant ſuper
D terrã? Dixit autẽ Dominus ad Moyſen, Et verbũ iſtud quod
locutus es, faciam: inueniſti enim gratiã corã me, & teipſum
noui ex nomine. Qui ait, Oſtende mihi gloriã tuã. Reſpon-
dit, Ego oſtendam omne bonum tibi, & vocabo in nomine Roma.9 c
Domini coram te: & miſerebor cui voluero, & clemens ero
in quem mihi placuerit. Rurſumq; ait, Nõ poteris videre fa-
ciem meam: non enim videbit me homo, & viuet. Et iterum,
Ecce, inquit, eſt locus apud me, & ſtabis ſupra petrã. Cumq;
tranſibit gloria mea, ponã te in foramine petræ, & protegam
dextera mea, donec tranſeam: tollamq; manum meã, & vide-
bis poſteriora mea, faciem autem meam videre non poteris.

S. MOYSES



S. MOYSES *reparatis tabulis, prohibitaq; gentium societate, & idolatria, præceptisq; primogenitis, sabbatho, azymis, & cæteris festis Moyses post ieiunium cornutus descendit.*

CAPVT, XXXIIII.

A AC deinceps, Præcîde, ait, tibi duas tabulas lapideas instar priorũ, & scribã super eas verba quæ habuerunt tabulæ quas fregisti. Esto paratus mane, vt ascendas statim in montem Sinai, stabisq; mecum super verticem montis. Nullus ascendat tecum, nec videatur quispiã per totum montẽ, boues quoq; & oues non pascantur econtra. Excîdit ergo duas tabulas lapideas, quales antea fuerant: & de nocte consurgens ascendit in montem Sinai, sicut præceperat ei Dominus, portans secum duas tabulas. Cumq; descendisset Dominus per nubem, stetit ibidem cum eo, inuocans nomen domini. Quo transeunte coram eo, ait, Dominator Domine Deus misericors et clemens, patiens
Psal.142.a & multæ miserationis, ac verax, qui custodis misericordiam
Hier.32.c in millia, qui aufers iniquitatem & scelera, atque peccata, nullusq; apud te per se innocens est. Qui reddis iniquitatem patrum filijs, ac nepotibus in tertiam & quartam progeniem.
B Festinusq; Moyses, curuatus est pronus in terram, & adorãs ait, Si inueni gratiam in conspectu tuo Domine, obsecro vt gradiaris nobiscum, populus enim duræ ceruicis est: & auferas iniquitates nostras atq; peccata, nosq; possideas. Respondit Dominus, Ego inibo pactum videntibus cunctis, signa faciam quæ nunquam visa sunt super terram, nec in vllis gentibus: vt cernat populus iste, in cuius es medio, opus Domini terribile quod facturus sum. Obserua cuncta, quæ hodie mandaui tibi: ego ipse eijciam ante faciem tuam Amorrhæum, & Chananæũ, & Hethæum, Pherezæum quoq;, & Heuæum, & Iebusæum. Caue ne vnquã cum habitatoribus terræ illius iungas amicitias, quæ sint tibi in ruinam: sed & aras eorũ de-
Supra 23.d strue, confringe statuas, lucosq; succîde. Noli adorare Deum
Deute.7.a alienũ. Dominus zelotes nomen eius, Deus est æmulator. Ne ineas pactũ cum hominibus illarũ regionũ: ne cum fornicati
C fuerint cum dijs suis, & adorauerint simulachra eorum, vocet
3.Reg.11.a te quispiam vt comedas de immolatis. Nec vxorem de filiabus eorũ accipies filijs tuis: ne postquã ipsæ fuerint fornicatæ, fornicari faciant & filios tuos in deos suos. Deos conflatiles nõ facies tibi. Solẽnitatẽ azymorũ custodies. Septem diebus vescêris azymis, sicut præcepi tibi in tempore mensis nouorum. mense enim verni temporis egressus es de Aegypto. Omne quod aperit vuluã generis masculini, meũ erit. De cũctis animãtibus tam de bobus, quàm de ouibus, meũ erit. Pri-
Supra 13.a mogenitũ asini redimes oue. sinautẽ nec pretium pro eo dederis, occidetur. Primogenitũ filiorũ tuorũ redimes: nec appare
Supra 23.b bis in cõspectu meo vacuus. Sex diebus operaberis, die septi-
Deut.16.b mo cessabis arare & metere. Solennitatẽ hebdomadarũ facies
Eccl.35.a tibi in primitijs frugũ messis tuæ triticeæ, & Solẽnitatẽ quãdo redeũte anni tẽpore cũcta cõduntur. Tribus tẽporibus anni apparebit omne masculinũ tuũ in conspectu omnipotẽtis Domini Dei Israel. Cum enim tulero gentes à facie tua, & dilatauero terminos tuos, nullus insidiabitur terræ tuæ, ascendente & apparente in conspectu Domini Dei tui ter in anno. Non immolabis super fermento sanguinem hostiæ meæ: neque residebit mane de victima solennitatis phase. Pri Supra 23.c
mitias frugum terræ tuæ offeres in domo Domini Dei tui. Deut.14.c
D Non coques hœdum in lacte matris suæ. Dixitq; Dominus Supra 24.d
ad Moysen, Scribe tibi verba hæc, quibus & tecum & cum Israel pepigi fœdus. Fuit ergo ibi cũ Domino Moyses quadraginta dies & quadraginta noctes: panem non comedit, & aquam non bibit, & scripsit in tabulis verba fœderis decem. Cumq; descenderet Moyses de monte Sinai, tenebat duas tabulas testimonij, & ignorabat quòd cornuta esset facies sua ex consortio sermonis Domini. Videntes autem Aaron & filij Israel cornutam Moysi faciem, timuerunt propè accedere. Vocatiq; ab eo, reuersi sunt tam Aaron, quàm principes synagógæ. Et postquam locutus est ad eos, venerunt ad eum etiam omnes filij Israel: quibus præcepit cuncta quæ audierat à Domino in monte Sinai. Impletisq; sermonibus posuit velamen super faciem suam. Quod ingressus ad Dominum, & loquens cum eo auferebat donec exiret, & tunc loquebatur ad filios Israel omnia quæ sibi fuerant imperata. Qui vi- 2.Cor.3.c
debant faciem egredientis Moysi esse cornutam, sed operiebat ille rursus faciem suam, siquando loquebatur ad eos.

S. PRAECEPTO *sabbatho, & primitijs, quæruntur artifices, & quæ necessaria sunt pro tabernaculo.*

CAPVT XXXV.

A IGitur cõgregata omni turba filiorũ Israel, dixit ad eos, Hæc sunt quæ iussit Dominus fieri, Sex diebus facietis opus: septimus dies erit vobis sanctus, sabbathum & requies Dñi: qui fecerit opus in eo, occidetur. Non succendetis ignem in omnibus habitaculis vestris per diem sabbathi. Et ait Moyses ad omnem cateruam filiorũ Israel, Iste est sermo quẽ præcepit Dominus, dicens, Separate apud vos primitias domino. Omnis voluntarius & prono animo offerat eas Domino: aurũ & argentum, Supra 25.a
& æs, hyacinthũ & purpurã, coccũq; bis tinctum, & byssum, pilos caprarũ, pelles q; arietum rubricatas, & hyacinthinas, ligna setim, & oleũ ad luminaria concinnanda, & vt conficiatur vnguẽtum, & thymiama suauissimum, lapides onychinos, &
B gemmas ad ornatũ superhumeralis & rationalis. Quisquis vestrũ sapiens est, veniat & faciat quod Dominus imperauit, tabernaculũ scilicet, & tectũ eius, atq; operimentũ, annulos & tabulata cum vectibus, paxillos & bases, arcã & vectes, propiatoriũ, & velum quod ante illud oppanditur: Mensam cum vectibus & vasis & propositionis panibus: Candelabrũ ad luminaria sustentãda, vasa illius, & lucernas, & oleum ad nutrimẽta ignium: Altare thymiamatis, & vectes, & oleũ vnctionis & thymiama ex aromatibus: Tentorium ad ostium tabernaculi: Altare holocausti, & craticulã eius æneam cum vectibus & vasis suis: Labrũ & basim eius: Cortinas atrij cũ columnis & basibus, tentorium in foribus vestibuli, paxillos tabernaculi atrij cum funiculis suis: Vestimẽta quorum vsus est in
C ministerio sanctuarij, vestes Aaron pontificis ac filiorũ eius vt sacerdotio fungantur mihi. Egressaque omnis multitudo filiorum Israel de conspectu Moysi, obtulerũt mente promptissima atq; deuota primitias Domino, ad faciendum opus tabernaculi testimonij. Quicquid ad cultum & ad vestes sanctas necessariũ erat, viri cum mulieribus præbuerũt, armillas & inaures, annulos & dextralia. Omnevas aureum in donaria Domini separatum est. Si quis habebat aurum, hyacinthũ & purpuram, coccumque bis tinctum, byssum & pilos caprarum, pelles arietũ rubricatas, & hyacinthinas, argenti æris que metalla obtulerunt Domino, lignaque setim in varios vsus. Sed & mulieres doctæ quæ venerant, dederunt hyacinthum, purpuram, & vermiculum ac byssum, & pilos caprarũ, sponte propria cuncta tribuentes. Principes verò obtulerunt lapides onychinos, & gemmas ad superhumerale & rationa-

le,aromataq́;,& oleum ad luminaria concinnanda,& ad præ-
parandum vnguentum,ac thymiama odoris ſuauiſsimi com-
D ponendũ.Omnes viri & mulieres mente deuota obtulerunt
donaria,vt fierent opera quæ iuſſerat Dominus per manum
Moyſi.Cuncti filij Iſrael voluntaria Domino dedicauerunt.
Supra 31.d Dixitq́; Moyſes ad filios Iſrael, Ecce vocauit Dominus ex
nomine Beſeleel filiũ Vri filij Hur de tribu Iuda:impleuitq́;
eum ſpiritu Dei,ſapientia & intelligentia & ſcientia,& omni
doctrina ad excogitandum,& faciendum opus in auro & ar-
gento,& ære,ſculpendisq́;lapidibus,& opere carpentario.
quicquid fabrè adinueniri poteſt,dedit in corde eius. Ooliab
quoque filium Achiſamech de tribu Dan,ambos erudiuit ſa-
pientia,vt faciant opera abietarij,polymitarij ac plumarij, de
hyacintho ac purpura,coccoq́;bis tincto,& byſſo, & texant
omnia,ac noua quæque reperiant.

S. OBLATIS *plus æquo donarijs paratur tabernaculum iuxta omnes partes ſuas cortinas,ſaga,opertoria, tabulata, uectes, uelum, & tentorium.*

CAPVT XXXVI.

A Fabricatio tabernaculi.

FEcit ergo Beſeleel, & Ooliab, & omnis vir ſa-
piens,quibus dedit Dominus ſapientiam & in-
tellectum,vt ſcirent fabrè operari quæ in vſus ſan
ctuarij neceſſaria ſunt,& quæ præcepit Domi-
nus.Cumq́;vocaſſet eos Moyſes,& omnem eruditum virum
cui dederat Dominus ſapientiam,& qui ſponte ſua obtule-
rant ſe ad faciendum opus,tradidit eis vniuerſa donaria filio-
rum Iſrael.Qui cum inſtarent operi,quotidie mane vota po-
pulus offerebat. Vnde artifices venire compulſi, dixerunt
Moyſi,Plus offert populus quàm neceſſarium eſt. Iuſsit er-
go Moyſes præconis voce cantari, Nec vir nec mulier quic-
quam offerat vltrà in opere ſanctuarij.Sicque ceſſatum eſt à
muneribus offerendis,eo quòd oblata ſufficerent & ſuper-
abundarent.Feceruntq́;omnes corde ſapiẽtes ad explendum
opus tabernaculi,cortinas decem de byſſo retorta,& hya-
cintho,& purpura,coccoq́;bis tincto,opere vario,& arte po
B lymita.quarum vna habebat in longitudine viginti octo cubi-
tos,& in latitudine quatuor.vna menſura erat omnium corti-
narum.Coniunxitq́;cortinas quinque,alteram alteri, & alias
quinque ſibi inuicem copulauit. Fecit & anſas hyacinthinas
in ora cortinæ vnius ex vtroque latere,& in ora cortinæ alte-
rius ſimiliter,vt contra ſe inuicem venirent anſæ, & mutuò
iungerentur.vnde & quinquaginta fudit circulos aureos, qui
morderent cortinarum anſas, & fieret vnum tabernaculum.
Fecit & ſaga vndecim de pilis caprarum ad operiendum te-
ctum tabernaculi:vnum ſagum in longitudine habebat cubi-
tos triginta,& in latitudine cubitos quatuor, vnius menſuræ
erant omnia ſaga.quorum quinque iunxit ſeorſum, & ſex
alia ſeparatim.Fecitq́;anſas quinquaginta in ora ſagi vnius,&
quinquaginta in ora ſagi alterius, vt ſibi inuicem iungeren-
tur. Et fibulas æneas quinquaginta, quibus necteretur te-
ctum,vt vnum palliũ ex omnibus ſagis fieret. Fecit & oper-
C torium tabernaculi de pellibus arietum rubricatis:aliudq́; de-
ſuper velamentum de pellibus hyacinthinis. Fecit & tabulas
tabernaculi de lignis ſetim ſtantes. Decem cubitorum erat
longitudo tabulæ vnius,& vnum ac ſemis cubitum latitudo
retinebat.Binæ incaſtraturæ erant per ſingulas tabulas, vt al-
teri altera iungeretur. Sic fecit in omnibus tabernaculi tabu-
lis. E quibus viginti ad plagam meridianam erant contra au-
ſtrum cum quadraginta baſibus argenteis.Duæ baſes ſub vna
tabula ponebantur ex vtraque parte angulorum, vbi inca-
ſtraturæ laterum in angulis terminantur.Ad plagam quoque
tabernaculi quæ reſpicit ad aquilonem, fecit viginti tabulas
cum quadraginta baſibus argenteis, duas baſes per ſingulas
tabulas.Contra occidentem verò,id eſt,ad eam partem taber-
naculi quæ mare reſpicit, fecit ſex tabulas,& duas alias per
ſingulos angulos tabernaculi retrò,quæ iunctæ erant à deor-
ſum vſque ſurſum:& in vnam compaginem pariter ferebantur.Ita fecit ex vtraq; parte per ſingulos angulos:vt octo eſ-
ſent ſimul tabulæ,& haberent baſes argenteas ſedecim, binas
ſcilicet baſes ſub ſingulis tabulis. Fecit & vectes de lignis ſe-
tim,quinque,ad continendas tabulas vnius lateris tabernacu-
li, & quinque alios ad alterius lateris coaptandas tabulas:&
D extra hos,quinque alios vectes ad occidentalem plagam ta-
bernaculj contra mare.Fecit quoque vectem alium, qui per
medias tabulas ab angulo vſq; ad angulum peruenirет. Ipſa
autem tabulata deaurauit, fuſis baſibus earum argenteis. Et
circulos eorum fecit aureos, per quos vectes induci poſſent:
quos & ipſos laminis aureis operuit. Fecit & velum de hya-
cintho,& purpura,vermiculo ac byſſo retorta opere poly-
mitario, varium atque diſtinctum: & quatuor columnas de
lignis ſetim, quas cum capitibus deaurauit, fuſis baſibus ea-
rum argenteis.Fecit & tentorium in introitu tabernaculi ex
hyacintho,purpura,vermiculo,byſſoque retorta opere plu-
marij:& columnas quinque cum capitibus ſuis quas operuit
auro,baſesque earum fudit æneas.

S. FORMANTVR *arca,propitiatorium,menſa,candelabrum,lucer-
næ,altare thymiamatis,ipſumq́; thymiama.*

CAPVT XXXVIII.

A Fabricatio arcæ teſtimonij.

FEcit autem Beſeleel & arcam de lignis ſetim,
habentem duos & ſemis cubitos in longitudi-
ne,& cubitum ac ſemiſſem in latitudine,altitu
do quoque vnius cubiti fuit & dimidij: veſti-
uitq́;eam auro puriſsimo intus ac foris. Et fe-
cit illi coronam auream per gyrum,conflans quatuor annulos
aureos per quatuor angulos eius:duos annulos in latere vno,
& duos in altero. Vectes quoque fecit de lignis ſetim, quos
veſtiuit auro,& quos miſit in annulos, qui erant in lateribus
arcæ,ad portandum eam.Fecit & propitiatorium, id eſt ora-
culum,de auro mundiſsimo, duorum cubitorum & dimidij
in longitudine, & cubiti ac ſemis in latitudine. Duos etiam
cherubim ex auro ductili,quos poſuit ex vtraque parte pro-
pitiatorij,cherub vnum in ſummitate vnius partis, & cherub
B alterum in ſummitate partis alterius:duos cherubim in ſingu-
lis ſummitatibus propitiatorij extendentes alas, & tegentes
propitiatorium,, ſeque mutuo & illud reſpicientes.Fecit &
menſam de lignis ſetim in longitudine duorum cubitorum,
& in latitudine vnius cubiti,quæ habebat in altitudine cubi-
tum ac ſemiſſem.circundeditque eam auro mundiſsimo,&
fecit illi labium aureum per gyrum, ipſique labio coronam
auream interraſilem quatuor digitorum, & ſuper eandem al-
teram coronam auream. Fudit & quatuor circulos aureos,
quos poſuit in quatuor angulis per ſingulos pedes menſæ
contra coronam,miſitq́; in eos vectes,vt poſsit portari.Ipſos
quoq; vectes fecit de lignis ſetim,& circundedit eos auro. Et
vaſa ad diuerſos vſus menſæ,acetabula,phialas, & cyathos,&
thuribula,ex auro puro, in quibus offerenda ſunt libamina.
C Fecit & candelabrum ductile de auro mundiſsimo. De cuius
vecte calami,ſcyphi,ſphærulæq́;ſimul & lilia procedebant,
ſex in vtroque latere.tres calami ex parte vna,& tres ex alte-
ra.tres ſcyphi in nucis modum per calamos ſingulos,ſphæ-
rulæq́;ſimul & lilia:& tres ſcyphi inſtar nucis in calamo alte-
ro,ſphærulæq́;ſimul & lilia.Aequum erat opus ſex calamo-
rum,qui procedebant de ſtipite candelabri.In ipſo autem vec-
te erant quatuor ſcyphi in nucis modum,ſphærulæque per
ſingulos ſimul & lilia, & ſphærulæ ſub duobus calamis per
loca tria,qui ſimul ſex fiunt calami procedentes de vecte vno.
& ſphærulæ igitur,& calami ex ipſo erant, vniuerſa ductilia
ex auro puriſsimo. Fecit & lucernas ſeptem cum emunctо-
rijs ſuis,& vaſa vbi ea quæ emũcta ſunt,extinguantur, de au-
D ro mũdiſsimo.Talentum auri appendebat candelabrum cum
omnibus

omnibus vasis suis. Fecit & altare thymiamatis de lignis setim, per quadrum singulos habens cubitos, & in altitudine duos: è cuius angulis procedebant cornua. Vestiuitque illud auro purissimo cum craticula ac parietibus & cornibus. Fecitq; ei coronam aureolam per gyrum, & duos annulos aureos sub corona per singula latera, vt mittantur in eos vectes, & posit altare portari. Ipsos autē vectes fecit de lignis setim, & operuit laminis aureis. Composuit & oleum ad sanctificationis vnguentum & thymiamata de aromatibus mūdissimis opere pigmentarij.

S. FORMATVR *altare holocausti, cum labio æneo, & atrio, oblatáq; donaria designantur.*

CAPVT XXXVIII.

A FEcit & altare holocausti de lignis setim, quinque cubitorum per quadrum, & trium in altitudine, cuius cornua de angulis procedebant, operuitq; illud laminis æneis. Et in vsus eius parauit ex ære vasa diuersa, lebetes, forcipes, fuscinulas, vncinos, & ignium receptacula. Craticulamq; eius in modum retis fecit æneam, & subter eam in altaris medio arulam, fusis quatuor æneis annulis per totidem retiaculi summitates, ad immittendos vectes ad portandum. quos & ipsos fecit de lignis setim, & operuit laminis æneis, induxitq; in circulos qui in lateribus altaris eminebant. Ipsum autem altare non erat solidum, sed cauum ex tabulatis, & intus vacuum. Fecit & labrum æneum
B cum basi sua de speculis mulierum, quæ excubabant in ostio tabernaculi. Fecit & atrium, in cuius australi plaga erant tentoria de byssо retorta, cubitorum centum, columnæ æneæ viginti cum basibus suis, capita columnarum, & tota operis cælatura argentea. Aequè ad septemtrionalem plagam tentoria, columnæ basesq;, & capita columnarum eiusdem mensuræ, & operis ac metalli erant. In ea verò plaga quæ ad occidētem respicit, fuerunt tentoria cubitorum quinquaginta, columnæ decem cum basibus suis æneæ, & capita columnarum, & tota operis cælatura argentea. Porrò contra orientem quinquaginta cubitorum parauit tentoria, è quibus quindecim cubitos columnarum trium cum basibus suis vnum tenebat latus: & in parte altera, quia inter vtraque introitum tabernaculi fecit, quindecim æquè cubitorum erant tentoria, columnæque tres, & bases totidem. Cuncta atrij tentoria byssus retorta texuerat. Bases columnarum fuêre æneæ, capita autem earum
C cum cūctis cælaturis suis argentea, sed & ipsas columnas atrij vestiuit argento. Et in introitu eius opere plumario fecit tentorium ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byssо retorta, quod habebat viginti cubitos in longitudine: altitudo verò quinque cubitorum erat iuxta mensuram quam cuncta atrij tentoria habebāt. Columnæ autem in ingressu fuêre quatuor cum basibus æneis, capitaq; earum & cælaturæ argenteæ. Paxillos quoq; tabernaculi & atrij per gyrum fecit æneos. Hæc sunt instrumēta tabernaculi testimonij, quæ enumerata sunt iuxta præceptum Moysi in ceremonias Leuitarum per manum Ithamar filij Aaron sacerdotis: quæ Beseleel, filius Vri filij Hur de tribu Iuda, Domino per Moysen iubente compleuerat, iuncto sibi socio Ooliab filio Achisamech de tribu Dan: qui & ipse artifex lignorum egregius fuit, & polymitarius atque plumarius ex hyacintho, purpura, vermiculo, & byssо. Omne aurum quod expensum est in opere sanctuarij, & quod oblatum est in donarijs, viginti & nouem talētorum fuit, & septingentorum triginta siclorum ad mensuram sanctuarij. Oblatum est autem ab his qui transierunt ad numerum à viginti annis & suprà, de sexcentis tribus millibus, & quingentis quinquaginta armatorum. Fuerunt præterea centum talenta argenti, è quibus conflatæ sunt bases sanctuarij, & introitus vbi velum pendet. Centum bases factæ sunt de talentis centum, singulis talentis per bases singulas supputatis. De mille autē septingētis, & septuagintaquinq; siclis fecit capita columnarū, quas & ipsas vestiuit argento. Aeris quoq; oblata sunt talenta septuagintaduo millia, & quadringenti suprà sicli, ex quibus fusæ sunt bases in introitu tabernaculi testimonij, & altare æneū cum craticula sua, omniaq; vasa quæ ad vsum eius pertinent, & bases atrij tam in circuitu, quàm in ingressu eius, & paxilli tabernaculi atque atrij per gyrum.

Suppr tio preti per populū ob- lati.

S. PONTIFICALIA *sacerdotaliaq; conficiuntur ornamenta, totumq; iniunctum opus perficitur, ac Moysi benedicendum offertur.*

CAPVT XXXIX.

A DE hyacintho verò & purpura, vermiculo ac byssо fecit vestes, quibus indueretur Aaron quando ministrabat in sanctis, sicut præcepit Dominus Moysi. Fecit igitur & superhumerale de auro, hyacintho, & purpura, coccoq; bis tincto, & byssо retorta, opere polymitario. Inciditq; bracteas aureas, & extenuauit in fila, vt possent torqueri cum priorum colorum subtegmine, duasq; oras sibi inuicem copulatas in vtroq; latere summitatum, & balteum ex eisdem coloribus, sicut præceperat Do
B minus Moysi. Parauit & duos lapides onychinos, astrictos & inclusos auro, & sculptos arte gemmaria nominibus filiorum Israel. Posuitq; eos in lateribus superhumeralis in monimentum filiorū Israel, sicut præceperat Dominus Moysi. Fecit & rationale opere polymito iuxta opus superhumeralis, ex auro, hyacintho, purpura, coccoq; bis tincto & byssо retorta: quadrāgulū, duplex, mensuræ, palmi. Et posuit in eo
C gemmarū ordines quatuor. in primo versu erat sardius, topazius, smaragdus. in secūdo, carbūculus, sapphirus & iaspis. in tertio, ligyrius, achates & amethystus. in quarto, chrysolithus, onychinus, & berillus, circundati & inclusi auro per ordines suos. Ipsiq; lapides duodecim sculpti erāt nominibus duodecim tribuū Israel, singuli per nomina singulorū. Fecerunt in rationali & catenulas sibi inuicem cohærentes, de auro purissimo, & duos vncinos, totidemq; annulos aureos. Porrò annulos posuerunt in vtroq; latere rationalis, è quibus penderēt duæ catenæ aureæ, quas inseruerūt vncinis qui in superhume
D ralis angulis eminebāt. Hæc & antè & retrò ita conueniebant sibi, vt superhumerale & rationale mutuò nec terērtur, stricta ad balteum & annulis fortius copulata, quos iungebat vitta hyacinthina, ne laxa fluerent & à se inuicem mouerentur, sicut præceperat Dominus Moysi. Feceruntque tunicam superhumeralis totam hyacinthinam: & capitium in superiori parte contra medium, oramque per gyrum capitij textilem: deorsum autē ad pedes mâla punica ex hyacintho, purpura, vermiculo, ac byssо retorta: & tintinnabula de auro purissimo, quæ posuerunt inter mâla granata in extrema parte tunicæ per gyrum: tintinnabulum autem aureum & mâlum punicum, quibus ornatus incedebat pontifex quando ministe-
E rio fungebatur, sicut præceperat Dominus Moysi. Fecerunt & tunicas byssinas opere textili Aaron & filijs eius: & mitras cum coronulis suis ex byssо: feminalia quoque linea, byssina: cingulum verò de byssо retorta, hyacintho, purpura, ac vermiculo distinctum arte plumaria, sicut præceperat Dominus Moysi. Fecerunt & laminam sacræ venerationis de auro purissimo, scripseruntque in ea opere gemmario, Sanctum Domini: & strinxerunt eam cum mitra vitta hyacin-
F thina, sicut præceperat Dominus Moysi. Perfectum est igitur omne opus tabernaculi & tecti testimonij. Feceruntq; filij Israel cuncta quæ præceperat Dominus Moysi, & obtulerunt tabernaculum & tectum & vniuersam supellectilem, annulos, tabulas, vectes, columnas ac bases, opertorium de pellibus arietum rubricatis, & aliud operimentū de hyacinthinis pellibus, velum, arcam, vectes, propitiatorium, mensam cum vasis suis & propositionis panibus, candelabrum, lucernas,

& vten

G & vtensilia earum cum oleo: altare aureum & vnguentum & thymiama ex aromatibus, & tentorium in introitu tabernaculi. altare æneum, retiaculum, vectes, & vasa eius omnia: labrum cum basi sua, tentoria atrij, & columnas cum basibus suis, tentorium in introitu atrij, funiculosque illius & paxillos. Nihil ex vasis defuit quæ in ministerium tabernaculi & in tectum fœderis iussa sunt fieri. Vestes quoque quibus sacerdotes vtuntur in sanctuario, Aaron scilicet & filij eius, obtulerunt filij Israel, sicut præceperat Dominus. Quæ postquàm Moyses cuncta vidit completa, benedixit eis.

S. TABERNACVLVM erigitur, consecratur, ac Dei maiestate repletur,

CAPVT XL.

A IOcutusq; est Dominus ad Moysen, dicens: Mense primo, prima die mensis eriges tabernaculum testimonij, & pones in eo arcam, dimittesq; ante illam velum: & illata mensa pones super eam quæ rite præcepta, sunt. Candelabrum stabit cum lucernis suis, & altare aureum in quo adoletur incensum coram arca testimonij. Tentorium in introitu tabernaculi testimonij pones, & ante illud altare holocausti: labrum inter altare & tabernaculum, quod implebis aqua. Circundabis quoque atrium
B tentorij & ingressum eius. Et assumpto vnctionis oleo vnges tabernaculum cum vasis suis, vt sanctificetur altare holocausti & omnia vasa eius, labrum cum basi sua. Omnia vnctionis oleo consecrabis, vt sint sancta sanctorum. Applicabisque Aaron & filios eius ad fores tabernaculi testimonij, & lotos aqua indues sanctis vestibus, vt ministrent mihi, & vnctio eorum in sacerdotium sempiternum proficiat. Fecitque Moyses omnia quæ præceperat Dominus. Igitur mense primo anni secundi, in prima die mensis collocatum est tabernaculum. Erexitque Moyses illud, & posuit tabulas ac bases
Nume.7.a & vectes, statuitq; columnas, & expãdit tectum super tabernaculum, imposito desuper operimento, sicut Dominus imperauerat. Posuit & testimonium in arca, subditis infrà vectibus, & oraculum desuper. Cumque intulisset arcam in tabernaculum testimonij, appendit ante eam velum, vt expleret
C Domini iussionem. Posuit & mensam in tabernaculo testimonij ad plagam septentrionalem extra velum, ordinatis coràm propositionis panibus, sicut præceperat Dominus Moysi. Posuit & candelabrum in tabernaculo testimonij è regione mensæ in parte australi, locatis per ordinem lucernis, iuxta præceptum Domini. Posuit & altare aureum sub tecto testimonij contra velum, & adoleuit super eo incensum aromatum: sicut iusserat Dominus Moysi. Posuit & tentorium in introitu tabernaculi testimonij, & altare holocausti in vestibulo testimonij, offerens in eo holocaustum & sa-
D crificia, vt Dominus imperauerat. Labrum quoque statuit inter tabernaculum testimonij, & altare, implens illud aqua. Lauerunt que in eo Moyses & Aaron, ac filij eius manus suas & pedes, cùm ingrederentur tectum fœderis, & accederent ad altare, sicut præceperat Dominus Moysi. Erexit & atrium per gyrum tabernaculi & altaris, ducto in introitu eius tentorio. Postquam omnia perfecta sunt, operuit nubes tabernaculum testimonij, & gloria Domini impleuit illud. Nec
Nume.9.c poterat Moyses ingredi tectum fœderis, nube operiente
3.Reg.8.b omnia, & maiestate Domini coruscante, quia cuncta nubes operuerat. Si quando nubes tabernaculum deferebat, proficiscebantur filij Israel per turmas suas: si pendebat desuper, manebant in eodem loco. Nubes quippe Domini incubabat per diem tabernaculo, & ignis in nocte, videntibus cunctis populis Israel per cunctas mansiones suas.

FINIS.

Liber Leuiticus,

Hebraicè Vaicra.



S. HOLOCAVSTORVM, armentorum, pecudum, & auium offerendorum, uarius ritus & modus.

CAPVT I.

A VOCAVIT autem Moysen, & locutus est ei Dominus de tabernaculo testimonij, dicens, Loquere filijs Israel, & dices ad eos, Homo qui obtulerit ex vobis hostiam Domino de pecoribus, id est de bobus & ouibus offerēs victimas, si holocaustum fuerit eius oblatio, ac de ar-
B mento, masculum immaculatum offeret ad ostium taberna- *Exod.29.b*
culi testimonij, ad placandum sibi Dominū: ponetq; manus super caput hostiæ, & acceptabilis erit, atq; in expiationem eius proficiens. Immolabitq; vitulū corã Domino, & offerēt filij Aaron sacerdotes sanguinē eius, fundentes per altaris circumitum, quod est ante ostium tabernaculi: detractaq; pelle hostiæ, artus in frusta concident, & subijcient in altari ignem, strue lignorū antè cõposita: & mẽbra quæ sunt cæsa, desuper ordinantes, caput videlicet, & cũcta quæ adhærent iecori, in-
C testinis & pedibus lotis aqua: adolebitq; ea sacerdos super altare in holocaustum & suauẽ odorẽ Domino. Quòd si de pecoribus oblatio est, de ouibus siue de capris holocaustum: masculum & absque macula offeret, immolabitq; ad latus altaris quod respicit aquilonẽ, corã Domino: sanguinem verò illius fundent super altare filij Aaron per circumitum, diuidentq; membra, caput & omnia quæ adhærent iecori, & imponent super ligna, quibus subijciendus est ignis: inteſtina verò & pedes lauabunt aqua. Et oblata omnia adolebit sacerdos super al-
D tare in holocaustũ & odorẽ suauissimũ Domino. Si autem de auibus, holocausti oblatio fuerit Domino: de turturibus & pullis colũbæ offeret eam sacerdos ad altare, & retorto ad collum capite, ac ruptovulneris loco, decurrere faciet sanguinem super crepidinem altaris: vesiculam verò gutturis & plumas proijciat prope altare ad orientalẽ plagam, in loco in quo cineres effundi solent, confringetq; alas eius, & nõ secabit, neq; ferro diuidet eã, & adolebit super altare, lignis igne suppositō. Holocaustũ est et oblatio suauissimi odoris Domino.

S. OBLATIO sacrificiorum similæ oleo cõsperſæ, thuris, panum, laganorum, atq; primitiarum. CAPVT II.

A ANima cum obtulerit oblationem sacrificij Domino, similа erit eius oblatio. fundetque super eam oleum, & ponet thus ac deferet ad filios Aaron sacerdotis: quorum vnus tollet pugillum plenum similæ & olei, ac totum thus, & ponet memoriale super altare in odorem suauissimũ Domino. quod autẽ reliquum fuerit de sacrificio, erit Aaron & filiorũ eius, sanctum sanctorum de *Eccl.7.d*

oblatio

B oblationibus Domini. Cum autē obtuleris sacrificiū coctum in clibano de simila, panes scilicet absq; fermento consperſos oleo, & lagana azyma oleo lita. Si oblatio tua fuerit de sartagine similæ consperſæ oleo & absq; fermento, diuides eā minutatim, & fundes super eam oleū. Sin autē de craticula fuerit sacrificiū, æque simila oleo conspergetur: quā offerens Domi-
C no, trades manibus sacerdotis. Qui cum obtulerit eam, tollet memoriale de sacrificio, & adolebit super altare in odorem suauitatis Domino. quicquid autē reliquū est, erit Aaron & filiorum eius, sanctum sanctorum de oblationibus Domini. Omnis oblatio quę offertur Domino, absq; fermēto fiet, nec quicquam fermēti ac mellis adolebitur in sacrificio Domini.
D Primitias tantū eorum offeretis ac munera: super altare verò non imponentur in odorē suauitatis. Quicquid obtuleris sacrificij, sale condies, nec auferes sal fœderis Dei tui de sacrificio tuo. In omni oblatione offeres sal. Si autem obtuleris munus primitiarū frugū tuarū Domino de spicis adhuc virentibus, torrebis eas igni, & confringes in morē farris, & sic offeres primitias tuas Domino, fundēs super ea oleū, & thus imponens, quia oblatio Domini est. de qua adolebit sacerdos in memoriam muneris partē farris fracti & olei ac totum thus.

Omnis oblatio sale sit condita.

S. HOSTIA *pacificorum pro beneficij impetratione, ex bobus, ouibus, agnis, & capris.* CAPVT III.

A QVòd si hostia pacificorum fuerit eius oblatio, & de bobus voluerit offerre marem siue fœminam, immaculata offeret coram Domino: ponetq; manum super caput victimæ suæ, quæ immolabitur
Exod. 29. d in introitu tabernaculi testimonij: fundentq; filij Aaron sacerdotis, sanguinē per altaris circumitū, & offerent de hostia pacificorum in oblationē Domino adipem qui operit vitalia, &
B quicquid pinguedinis est intrinsecus: duos renes cum adipe quo tegūtur ilia, & reticulū iecoris cū renūculis. adolebuntq; ea super altare in holocaustum, lignis igne suppoſito: in oblationem suauissimi odoris Domino. Si verò de ouibus fuerit eius oblatio & pacificorū hostia, siue masculū obtulerit siue fœminā, immaculata erūt. Si agnum obtulerit coram Domino,
C ponet manū suam super caput victimæ suæ, quæ immolabitur in vestibulo tabernaculi testimonij: fundentq; filij Aaron sanguinē eius per circumitū altaris, & offerēt de pacificorum hostia sacrificiū Domino, adipē & caudā totā cum renibus, et pinguedinē quæ operit ventrē atq; vniuersa vitalia, & vtrūq; renūculū cum adipe qui est iuxta ilia, reticulūq; iecoris cū renūculis. & adolebit ea sacerdos super altare in pabulū ignis & oblationis Domini. Si capra fuerit eius oblatio, & obtulerit
D eā Domino, ponet manū suā super caput eius, immolabitq; eam in introitu tabernaculi testimonij: & effundēt filij Aarō sanguinē eius super altaris circumitū, tollentq; ex ea in pastū ignis dominici adipē qui operit ventrē, & qui tegit vniuersa vitalia, duos renūculos cum reticulo quod est super eos iuxta ilia, & aruinā iecoris cum renūculis: adolebitq; ea super altare sacerdos in alimoniā ignis, & suauissimi odoris. Omnis adeps domini erit iure perpetuo in generationibus & cunctis habitaculis vestris: nec sanguinē nec adipem omnino comedetis.

S. HOSTIAE *sacerdotis, principis & multitudinis per ignorantiam peccantis.* CAPVT IIII.

A IOcutusq; est Dominus ad Moysen, dicens, Loquere filijs Israel, Anima cū peccauerit per ignorantiā, & de vniuersis mādatis Domini quæ præcepit vt nō fierent, quippiā fecerit. Si sacerdos qui vnctus est peccauerit, delinquere faciens populū, offeret pro peccato suo vitulū immaculatū Domino, & adducet illum ad
B ostiū tabernaculi testimonij coram Domino, ponetq; manum super caput eius, & immolabit eū Domino: hauriet quoq; de sanguine vituli, inferens illū in tabernaculū testimonij. Cūq; intinxerit digitū in sanguinē, asperget eū septies coram Domino cōtra velū sanctuarij: ponetq; de eodē sanguine super cornua altaris thymiamatis gratissimi Domino, quod est in tabernaculo testimonij. omnē autē reliquū sanguinē fundet in basim altaris holocausti in introitu tabernaculi, & adipem vituli offeret pro peccato, tam eum qui vitalia operit, quàm omnia quæ intrinsecus sunt: duos renūculos & reticulū, quod
C est super eos iuxta ilia, & adipē iecoris cū renūculis, sicut offertur de vitulo hostiæ pacificorū: & adolebit ea super altare holocausti. Pellē verò & omnes carnes cū capite & pedibus & intestinis & fimo & reliquo corpore efferet extra castra in locum mundū, vbi cineres effundi solent: incendetq; ea super lignorū struem, quæ in loco effusorum cinerum cremabūtur. Quòd si omnis turba filiorū Israel ignorauerit, & per imperitiā fecerit quod cōtra mandatū Domini est, & postea intellexerit peccatū suum, offeret pro peccato suo vitulum, adducetq; ad ostiū tabernaculi, & ponent seniores populi manus
D super caput eius corā Domino: immolatoq; vitulo in cōspectu Domini, inferet sacerdos qui vnctus est, de sanguine eius in tabernaculū testimonij, tincto digito aspergēs septies contra velum: ponetq; de eodē sanguine in cornibus altaris, quod est corā Domino in tabernaculo testimonij: reliquum autem sanguinē fundet iuxta basim altaris holocaustorum, quod est in ostio tabernaculi testimonij: omnēq; eius adipem tollet, & adolebit super altare: sic faciēs & de hoc vitulo quomodo fecit & prius, & rogāte pro eis sacerdote, propitius erit eis Do-
E minus. Ipsum autē vitulū efferet extra castra, atq; cōburet sicut & priorem vitulum, quia est pro peccato multitudinis. Si peccauerit princeps & fecerit vnū è pluribus per ignorantiā, quod Domini lege prohibetur, & postea intellexerit peccatum suū, offeret hostiā Domino, hircum de capris immaculatū. ponetq; manū suā super caput eius: cūq; immolauerit eū in loco vbi solet mactari holocaustū corā Domino, quia pro peccato est, tinget sacerdos digitum in sanguine hostiæ pro
F peccato, tangēs cornua altaris holocausti, & reliquū fundens ad basim eius, adipē verò adolebit supra, sicut in victimis pacificorum fieri solet: rogabitq; pro eo sacerdos: & pro peccato eius, & dimittetur ei. Quòd si peccauerit anima per ignorantiam de populo terræ, vt faciat quicquam de his quæ Domini lege prohibentur, atque delinquat, & cognouerit peccatum suum: offeret capram immaculatam, ponetq; manus super caput hostiæ quæ pro peccato est, & immolabit eam in loco holocausti. Talletq; sacerdos de sanguine in digito suo: & tangens cornua altaris holocausti, reliquum fundet ad basim eius. Omnem autem adipem auferēs, sicut auferri solet de victimis pacificorum, adolebit super altare in odorem suauitatis Domino: rogabitq; pro eo, & dimittetur ei. Si nautem de
G pecoribus obtulerit victimam pro peccato, ouem scilicet immaculatā, ponet manum super caput eius, & immolabit eam in loco vbi solent cædi holocaustorum hostiæ: sumetq; sacerdos de sanguine eius digito suo, & tangens cornua altaris holocausti, reliquum fundet ad basim eius. Omnem quoq; adipem auferens, sicut auferri solet adeps arietis, qui immolatur pro pacificis: cremabit super altare incensum Domini: rogabitq; pro eo & pro peccato eius, & dimittetur ei.

S. HOSTIAE *pro peccatis ex passione, silentio ueritatis, errore, iuramento, sacrorum abusu, atq; ignorantia.* CAPVT V.

A SI peccauerit anima, & audierit vocem iurantis, testisque fuerit quòd aut ipse vidit, aut' conscius est: nisi indicauerit, portabit iniquitatem suam. Anima quæ tetigerit aliquid immundum, siue quod occisum à bestia est, aut per se mortuum, aut quodlibet aliud reptile, & oblita fuerit immunditiæ suæ, rea est & deliquit. & si tetigerit quicquam de immunditia hominis iuxta omnem impuritatem qua pollui solet, oblitaq; cognouerit postea, subiacebit delicto. Anima quæ iurauerit, & protulerit labijs suis, vt vel male quid faceret vel bene, & id-

ipsum

ipſum iuramento & ſermone firmauerit, oblitaq́; poſtea intellexerit delictũ ſuum, agat pœnitentiã pro peccato, & offe
B rat de gregibus agnam ſiue capram, orabitq́; pro ea ſacerdos & pro peccato eius. ſinautẽ non potuerit offerre pecus, offerat duos turtures, vel duos pullos columbarũ Domino, vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum, dabitq́; eos ſacerdoti. Qui primum offerens pro peccato, retorquebit caput eius ad pennulas, ita vt collo adhæreat, & non penitus abrumpatur, & aſperget de ſanguine eius parietem altaris. quicquid autem reliquum fuerit, faciet diſtillare ad fundamentum eius, quia pro peccato eſt. Alterum verò in holocauſtum adolebit, vt fieri ſolet: rogabitq́; pro eo ſacerdos & pro peccato eius, et dimittetur ei. Quòd ſi non quiuerit manus eius duos offerre turtures, aut duos pullos columbarum, offeret pro peccato ſuo ſimilæ partem ephi decimam: non mittet in eam oleum,
C nec thuris aliquid imponet, quia pro peccato eſt, tradetq́ue eam ſacerdoti, qui plenum ex ea pugillum hauriens, cremabit ſuper altare in monimentum eius qui obtulit, rogans pro illo & expians, reliquam verò partem ipſe habebit in munere. Locutusq́; eſt Dominus ad Moyſen, dicẽs. Anima ſi præuaricans ceremonias per errorẽ in his quæ Domino ſunt ſanctificata peccauerit, offeret pro delicto ſuo arietem immaculatum de gregibus, qui emi poteſt duobus ſiclis, iuxta pon-
D dus ſanctuarij: ipſumq́; quod intulit damni reſtituet, & quintam partẽ ponet ſuprà, tradens ſacerdoti, qui rogabit pro eo, offerens arietem, & dimittetur ei. Anima quæ peccauerit per ignorantiã, feceritq́; vnũ ex his quæ Domini lege prohibentur, & peccati rea, intellexerit iniquitatem ſuam, offeret arietem immaculatum de gregibus ſacerdoti, iuxta menſurã æſtimationemq́; peccati: qui orabit pro eo, quia neſciens fecerit: & dimittetur ei, quia per errorem deliquit in Dominum.

S. oblatio pro peccato ex certa ſcientia commiſſo, leges holocauſti, ignis perpetui, ſingulorum ſacrificiorum, & oblationum ſacerdotis in die unctionis ſuæ. CAPVT VI.


A LOcutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens: Anima quæ peccauerit, & contempto Domino negauerit proximo ſuo depoſitum, quod fidei eius creditum fuerat, vel vi aliquid extorſerit, aut calumniam fecerit, ſiue rem perditam inuenerit, & inficians inſuper peierauerit, & quodlibet aliud ex pluribus fecerit in quibus ſolent peccare homines: conuicta delicti, reddet omnia quæ per fraudẽ voluit obtinere, integra, & quintã inſuper partem Domino cui damnum intulerat: pro peccato autẽ ſuo offeret arietem immaculatum de grege, & dabit eum ſacerdoti, iuxta æſtimationẽ menſuramq́; delicti: qui rogabit pro eo coram Domino, & dimittetur illi pro ſingulis quæ faciendo peccaB uit. Locutusq́ue eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Præcipe Aaron & filijs eius, Hæc eſt lex holocauſti. Cremabitur in altari tota nocte vſq; mane: ignis, ex eodem altari erit: veſtietur tunica ſacerdos & feminalibus lineis, tolletq́ue cineres, quos vorans ignis exuſsit, & ponens iuxta altare, ſpoliabitur prioribus veſtimentis, indutus q́; alijs, efferet eos extra caſtra, in loco mundiſsimo *vſq; ad fauillam conſumi faciet'.. ignis autẽ in altari ſemper ardebit, quẽ nutriet ſacerdos ſubijciens ligna mane per ſingulos dies, & impoſito holocauſto deſuper, adolebit adipes pacificorum. ignis eſt iſte perpetuus, qui nunquã deficiet in altari. Hæc eſt lex ſacrificij & libamentorum, quæ offerent filij Aaron corã Domino, & coram altari, Tollet ſacerdos pugillum ſimilæ, quæ conſperſa eſt oleo, & totum thus, quod ſuper ſimilam poſitum eſt: adolebitq́; illud
C in altari in monimentũ odoris ſuauiſsimi Domino. reliquam autem partem ſimilæ comedet Aaron cum filijs ſuis abſque fermẽto, & comedet in loco ſancto, in atrio tabernaculi: ideo autem non fermentabitur, quia pars eius in Domini offertur incenſum: ſanctum ſanctorum erit, ſicut pro peccato atque delicto: mares tantum ſtirpis Aaron comedent illud. Legitimum ac ſempiternũ erit in generationibus veſtris de ſacrificijs Domini: omnis qui tetigerit illa, ſanctificabitur. Locutusq́; eſt Dominus ad Moyſen, dicẽs, Hæc eſt oblatio Aarõ, & filiorũ eius, quam offerre debent Domino in die vnctionis ſuæ. Decimã partem ephi offerent ſimilæ in ſacrificio ſempiterno mediũ eius mane, & mediũ eius veſpere, quæ in ſartagine oleo cõſperſa frigetur. Offeret autẽ eam calidã in odorem ſuauiſsimum Domino ſacerdos, qui iure patri ſucceſſerit, &
D tota cremabitur in altari. Omne enim ſacrificium ſacerdotum igne conſumetur, nec quiſquã comedet ex eo. Locutus eſt autem Dominus ad Moyſen, dicẽs, Loquere Aarõ & filijs eius, Iſta eſt lex hoſtiæ pro peccato, In loco, vbi offertur holocauſtũ, immolabitur corã Domino: ſanctũ ſanctorum eſt. Sacerdos qui offert, comedet eam in loco ſancto, in atrio tabernaculi. Quicquid tetigerit carnes eius, ſanctificabitur. Si de ſanguine illius veſtis fuerit aſperſa, lauabitur in loco ſancto. Vas autẽ fictile in quo cocta eſt, confringetur. quod ſi vas æneum fuerit, defricabitur, & lauabitur aqua. Omnis maſculus de genere ſacerdotali veſcetur de carnibus eius, quia ſanctum ſanctorum eſt. Hoſtia enim quæ cæditur pro peccato, cuius ſanguis infertur in tabernaculum teſtimonij ad expiandum in ſanctuario, non comedetur, ſed comburetur igni.

S. oblatio hoſtiæ pro delicto, pacificorum, adipis & ſanguinis ritus. CAPVT VII.

A HAec quoq; eſt lex hoſtiæ pro delicto, ſancta ſanctorũ eſt: idcirco vbi immolabitur holocauſtum, mactabitur & victima pro delicto: ſanguis eius per gyrũ altaris fundetur. Offerẽt ex ea caudã & adipem qui operit vitalia, duos renunculos, & pinguedinem quæ iuxta ilia eſt, reticulumq́; iecoris cum renunculis, & adolebit ea ſacerdos ſuper altare: incenſum eſt Domini pro delicto. Omnis maſculus de ſacerdotali genere in loco ſancto veſcetur his carnibus, quia ſanctum ſanctorum eſt. Sicut pro peccato offertur hoſtia, ita & pro delicto: vtriuſq; hoſtiæ lex vna erit. ad ſacerdotẽ qui eam obtulerit, pertinebit. Sacerdos qui offert holocauſti victimã, habebit pellem eius. Et omne ſacrificium ſimilæ, quod coquitur in clibano, & quicquid in craticula, vel in ſartagine præparatur, eius erit ſacerdotis à quo offertur: ſiue oleo conſperſa, ſiue arida fuerit: cũctis filijs
B Aaron menſura æqua per ſingulos diuidetur. Hæc eſt lex hoſtiæ pacificorũ, quæ offertur Domino. Si pro gratiarũ actione oblatio fuerit, offerent panes abſq; fermento conſperſos oleo & lagana azyma vncta oleo, coctãq́; ſimilã, & collyridas olei admiſtione cõſperſas, panes quoq; fermẽtatos cũ hoſtia gratiarum, quæ immolatur pro pacificis: ex quibus vnus pro primitijs offertur Domino, & erit ſacerdotis qui fundet hoſtiæ ſanguinẽ: cuius carnes eadẽ comedẽtur die, nec remanebit ex eis quicquã vſq; mane. Si voto, vel ſpõte quiſpiã obtulerit hoſtiã, eadẽ ſimiliter edetur die: ſed & ſi quid in craſtinũ remãſerit, veſci licitũ eſt. quicquid autẽ tertius inuenerit dies, ignis abſumet: & ſi quis de carnibus victimæ pacificorum die tertio comederit, irrita fiet eius oblatio, nec proderit offe-
C renti: quin potius quęcũq; anima tali ſe edulio contaminauerit, pręuaricationis rea erit. Caro quæ aliquid tetigerit immũdum, non comedetur, ſed comburetur igni: qui fuerit mundus, veſcetur ex ea. Anima polluta, quæ ederit de carnibus hoſtiæ pacificorum, quæ oblata eſt Domino, peribit de populis ſuis. Et quæ tetigerit immunditiam hominis, vel iumenti, ſiue omnis rei quæ polluere poteſt, & comederit de huiuſcemodi carnibus, interibit de populis ſuis. Locutusq́; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere filijs Iſrael, Adipẽ ouis, & bouis, & capræ non comedetis. Adipem cadaueris morticini, & eius animalis quod à beſtia captum eſt, habebitis in varios vſus. Si quis adipem, qui offerri debet in incenſum Domini, comederit, peribit de populo ſuo. Sanguinem quoque omnis animalis non ſumetis in cibo, tam de auibus,

quàm

quàm de pecoribus. Omnis anima quæ ederit ſanguinẽ, peribit de populis ſuis. Locutusque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere filijs Iſrael, dicens, Qui offert victimam pacificorum Domino, offerat ſimul & ſacrificium, id eſt libamenta eius: tenebit manibus adipẽ hoſtiæ, & pectuſculũ, cũq; ambo
D oblata Domino conſecrauerit, tradet ſacerdoti, qui adolebit adipẽ ſuper altare, pectuſculũ autẽ erit Aaron, & filiorũ eius. armus quoq; dexter de pacificorũ hoſtijs cedet in primitias ſacerdotis. Qui obtulerit ſanguinẽ, & adipẽ filiorum Aaron, ipſe habebit & armum dextrum in portione ſua. Pectuſculũ enim eleuationis, & armum ſeparationis tuli à filijs Iſrael de hoſtijs eorũ pacificis, & dedi Aaron ſacerdoti, & filijs eius lege perpetua ab omni populo Iſrael. Hæc eſt vnctio Aarõ & filiorum eius in ceremonijs Domini, in die quo obtulit eos Moyſes, vt ſacerdotio fungerentur, & quæ præcepit eis dari Dominus à filijs Iſrael religione perpetua in generationibus ſuis. Iſta eſt lex holocauſti, & ſacrificij pro peccato atq; delicto, & pro conſecratione & pacificorũ victimis, quam cõſtituit Dominus Moyſi in monte Sinai quando mandauit filijs Iſrael vt offerrent oblationes ſuas Domino in deſerto Sinai.



S. AARONIS *& filiorum eius conſecratio, ac tabernaculi ſupellectilisq; eius unctio.*

CAPVT VIII.

A LOcutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Tolle Aaron cum filijs ſuis, veſtes eorum, & vnctionis oleum, vitulũ pro peccato, duos arietes, canistrum cum azymis, & congregabis omnem cœtum ad oſtium tabernaculi. Fecit Moyſes vt Dominus imperauerat. Congregataque omni turba ante fores tabernaculi, ait, Iſte eſt ſermo, quem iuſsit Dominus fieri. Statimq; obtulit Aaron & filios eius. Cumq; lauiſſet eos, veſtiuit põtificem ſubucula linea, accingens eum baltheo, &
B induens eum tunica hyacinthina, & deſuper humerale impoſuit, quod aſtringens cingulo aptauit rationali, in quo erat doctrina & veritas. Cidari quoq; texit caput: & ſuper eam, contra frontem, poſuit laminã auream conſecratã in ſanctificatione, ſicut præceperat ei Dominus. Tulit & vnctionis oleum, quo liniuit tabernaculũ cũ omni ſupellectili ſua. Cumq; ſanctificans aſperſiſſet altare ſeptem vicibus, vnxit illud, & omnia vaſa eius, labrumq; cum baſi ſua ſanctificauit oleo. Quod fundens ſuper
Eccl. 45. c
C caput Aaron, vnxit eũ, & cõſecrauit: filios quoque eius oblatos veſtiuit tunicis lineis, & cinxit baltheis, impoſuitque mitras, vt iuſſerat Dominus. Obtulit & vitulum pro peccato. cumq; ſuper caput eius poſuiſſet Aaron, & filij eius manus ſuas, immolauit eum: hauriens ſanguinẽ, & tincto digito, tetigit cornua altaris per gyrum: quo expiato & ſanctificato, fudit reliquũ ſanguinẽ ad fundamẽta eius: adipem verò qui erat ſuper vitalia, & reticulũ iecoris, duosq; renunculos cum arumnulis ſuis adoleuit ſuper altare: vitulũ cum pelle, & carnibus,
D & ſimo, cremans extra caſtra, ſicut præceperat Dominus. Obtulit & arietẽ in holocauſtũ: ſuper cuius caput cum impoſuiſſent Aaron & filij eius manus ſuas, immolauit eum, & fudit ſanguinẽ eius per circumitũ altaris: ipſumq; arietem in fruſta concidens, caput eius, & artus, & adipem adoleuit igni, lotis prius inteſtinis & pedibus: totumq; ſimul arietẽ incendit ſuper altare, eo quòd eſſet holocauſtũ ſuauiſsimi odoris Domino, ſicut præceperat ei. Obtulit & arietem ſecundũ in conſecrationem ſacerdotũ: poſueruntq; ſuper caput eius Aaron
E & filij eius manus ſuas. Quem cum immolaſſet Moyſes, ſumens de ſanguine eius, tetigit extremũ auriculæ dextræ Aaron, & pollicem manus eius dextræ, ſimiliter & pedis: obtulit & filios Aaron. Cumq; de ſanguine arietis immolati tetigiſſet extremũ auriculæ ſingulorũ dextræ, & pollices manus ac pedis dextri, reliquũ fudit ſuper altare per circumitum: adipem verò, & caudam, omnemq; pinguedinẽ, quæ operit inteſtina, reticulumq; iecoris, & duos renes cum adipibus ſuis, & armo dextro ſeparauit. Tollens autem de caniſtro azymorum, quod erat corã Domino, panẽ abſq; fermento vnum, &
F colliridam conſperſam oleo, laganumq; poſuit ſuper adipes, & armũ dextrũ, tradens ſimul omnia Aaron & filijs eius. qui poſtquam leuauerunt ea coram Domino, rurſum ſuſcepta de manibus eorũ, adoleuit ſuper altare holocauſti, eo quòd conſecrationis eſſet oblatio in odorem ſuauitatis ſacrificij Domini. Tulitq; pectuſculum eleuans illud coram Domino de arietc conſecrationis in partem ſuam, ſicut præceperat ei Dominus. Aſſumensq; vnguentum, & ſanguinem qui erat in altari, aſperſit ſuper Aaron & veſtimenta eius, & ſuper filios illius ac veſtes eorum. Cumq; ſanctificaſſet eos in veſtitu ſuo, præcepit eis dicens, Coquite carnes ante fores tabernaculi, & ibi
G comedite eas. panes quoque conſecrationis edite, qui poſiti ſunt in caniſtro, ſicut præcepit mihi Dominus, dicens, Aaron & filij eius comedent eos. quicquid autem reliquum fuerit de carne & panibus, ignis abſumet. De oſtio quoq; tabernaculi non exibitis ſeptem diebus, vſque ad diem quo complebitur tempus conſecrationis veſtræ: ſeptem enim diebus finitur conſecratio, ſicut impræſentiarum factum eſt, vt ritus ſacrificij compleretur. Die ac nocte manebitis in tabernaculo obſeruantes cuſtodias Domini, ne moriamini: ſic enim mihi præceptum eſt. Feceruntq; Aaron & filij eius cuncta quæ locutus eſt Dominus per manum Moyſi. Exod. 29. f


S. PRIMITIIS *ſacrificiorum pro ſacerdote & populo Deo redditis, Aaron populo benedixit, gloria domini apparuit, igniſq; holocauſtum deuorauit.*

CAPVT IX.

A EXacto autem octauo die, vocauit Moyſes Aaron & filios eius, ac maiores natu Iſrael, dixitque ad Aaron, Tolle de armento vitulum pro peccato, & arietem in holocauſtum, vtrumque immaculatum, & offer illos coram Domino, & ad filios Iſrael loquêris, Tollite hircum pro peccato, & vitulum atque agnum anniculum, & ſine macula in holocauſtum, bouem & arietem pro pacificis: & immolate eos coram Domino in ſacrificio ſingulorum, ſimilam conſperſam oleo offerentes: hodie enim Dominus apparebit vobis. Tulerunt ergo cuncta quæ iuſſerat Moyſes ad oſtium tabernaculi: vbi cum omnis multitudo aſtaret, ait Moyſes. Iſte eſt ſermo quem præcepit Do
B minus: facite, & apparebit vobis gloria eius. Et dixit ad Aaron, Accede ad altare, & immola pro peccato tuo: offer holocauſtum, & deprecare pro te & pro populo: cumq; mactaueris hoſtiam populi, ora pro eo, ſicut præcepit Dominus. Statimq; Aaron accedens ad altare, immolauit vitulum pro peccato ſuo, cuius ſanguinem obtulerunt ei filij ſui. in quo tingens digitum, tetigit cornua altaris, & fudit reſiduum ad baſim eius. Adipemque, & renunculos, ac reticulum iecoris, quæ ſunt pro peccato, adoleuit ſuper altare, ſicut præceperat Dominus Moyſi: carnes verò & pellem
C eius, extra caſtra combuſsit igni. Immolauit & holocauſti victimam: obtuleruntq; ei filij ſui ſanguinem eius, quem fudit per altaris circumitum. ipſam etiam hoſtiam in fruſta conciſam, Exod. 29. a

conciſam, cum capite & membris ſingulis obtulerunt: quæ omnia ſuper altare cremauit igni, lotis aqua prius inteſtinis & pedibus. Et pro peccato populi offerens, mactauit hircum: expiatoque altari, fecit holocauſtum, addens in ſacrificio libamenta, quæ pariter offeruntur, & adolens ea ſuper altare abſq; ceremonijs holocauſti matutini. Immolauit & bouem atq; arietem hoſtias pacificas populi: obtuleruntq; ei filij ſui ſanguinẽ, quem fudit ſuper altare in circumitum. Adipem autem bouis, & caudam arietis, renunculosq; cum adipibus ſuis, & reticulum iecoris poſuerũt ſuper pectora. cumq; cremati eſſent adipes ſuper altare, pectora eorum, & armos dextros ſeparauit Aaron, eleuans coram Domino, ſicut præceperat Moyſes. Et extendens manum ad populum, benedixit ei. Sicq; completis hoſtijs pro peccato, & holocauſtis, & pacificis, deſcendit. Ingreſſi autem Moyſes & Aaron in tabernaculum teſtimonij, & deinceps egreſſi, benedixerunt populo. Apparuitque gloria Domini omni multitudini: & ecce egreſſus ignis à Domino, deuorauit holocauſtum, & adipes qui erant ſuper altare. Quod cum vidiſſent turbæ, laudauerunt Dominum, ruentes in facies ſuas.

2. Macab. 2, c



S. IGNE conſumptis Nadab & Abiu planguntur, uino autem ſacerdotibus interdicto reſiduum oblationis comedunt.

CAPVT X.

ARreptiſq; Nadab, & Abiu filij Aaron thuribulis, impoſuerunt ignem, & incenſum deſuper, offerentes coram Domino ignem alienum, quod eis præceptum non erat. Egreſſusq; ignis à Domino, deuorauit eos, & mortui ſunt coram Domino. Dixitque Moyſes ad Aaron, Hoc eſt quod locutus eſt Dominus, Sanctificabor in ijs qui appropinquant mihi, & in conſpectu omnis populi glorificabor. Quod audiens, tacuit Aaron. Vocatis autem Moyſes Miſaele, & Eliſaphan filijs Oziel, patrui Aaron, ait ad eos, Ite, & tollite fratres veſtros de conſpectu ſanctuarij, & aſportate extra caſtra. Confeſtimq; pergentes, tulerunt eos ſicut iacebant, veſtitos lineis tunicis, & eiecerunt foras, vt ſibi fuerat imperatum. Locutusque eſt Moyſes ad Aaron, & ad Eleazar, & Ithamar filios eius, Capita veſtra nolite nudare, & veſtimenta nolite ſcindere, ne forte moriamini, & ſuper omnem cœtum oriatur indignatio. Fratres veſtri, & omnis domus Iſrael plangant incendium, quod Dominus ſuſcitauit: vos autem non egrediemini fores tabernaculi, alioquin peribitis. oleum quippe ſanctæ vnctionis eſt ſuper vos. Qui fecerunt omnia iuxta præceptum Moyſi. Dixitq; Dominus ad Aarõ. Vinum, & omne quod inebriare poteſt non bibetis tu & filij tui, quando intrabitis in tabernaculum teſtimonij, ne moriamini: quia præceptum ſempiternum eſt in generationes veſtras, & vt habeatis ſcientiã diſcernendi inter ſanctum & prophanum, inter pollutũ & mũdum: doceatis q; filios Iſrael omnia legitima mea quæ locutus ſum ad eos per manum Moyſi. Locutusq; eſt Moyſes ad Aaron, & ad Eleazar & Ithamar filios eius, qui erãt reſidui, Tollite ſacrificium quod remanſit de oblatione Domini, & comedite illud abſq; fermento iuxta altare, quia ſanctum ſanctorum eſt. Comedetis autem in loco ſancto quod datum eſt tibi & filijs tuis de oblationibus Domini, ſicut præceptum eſt mihi. Pectuſculum quoque quod oblatum eſt, & armum qui ſeparatus eſt, edetis in loco mundiſsimo tu & filij tui, & filiæ tuæ tecum. tibi enim ac liberis tuis repoſita ſunt de oſtijs ſalutaribus filiorum Iſrael: eo quòd armum & pectus, & adipes qui cremantur in altari, eleuauerunt coram Domino, & pertineant ad te, & ad filios tuos lege perpetua, ſicut præcepit Dominus. Inter hæc hircum qui oblatus fuerat pro peccato cum quæreret Moyſes, exuſtum reperit: iratusque contra Eleazar & Ithamar filios Aaron qui remanſerant, ait, Cur non comediſtis hoſtiam pro peccato in loco ſancto, quæ ſancta ſanctorum eſt, & data vobis vt portetis iniquitatem multitudinis, & rogetis pro ea in conſpectu Domini, præſertim cum de ſanguine illius non ſit illatum intra ſancta, & comedere debueratis eam in ſanctuario, ſicut præceptum eſt mihi? Reſpondit Aarõ, Oblata eſt hodie victima pro peccato & holocauſtum coram Domino, mihi autem accidit quod vides. quomodo potui comedere eã, aut placere Domino in ceremonijs mente lugubri? Quod cũ audiſſet Moyſes, recepit ſatisfactionem.

2. Mac. 2, c

S. ANIMALIVM mundorum ab immundis ſeparatio, ac eorum uſus, & utentium domino aſſimilatio.

CAPVT XI.

LOcutusque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens, Dicite filijs Iſrael, Hæc ſunt animalia quę comedere debetis de cunctis animantibus terræ, Omne quod habet diuiſam vngulam & ruminat in pecoribus, comedetis. Quicquid autem ruminat, & habet vngulam, ſed non diuidit eam, ſicut camelus & cætera, non comedetis illud, & inter immunda reputabitis. Chirogryllius qui ruminat, vngulam q; non diuidit, immundus eſt. Lepus quoq;: nam & ipſe ruminat, ſed vngulam non diuidit. Et ſus: qui cum vngulam diuidat, non ruminat, horum carnibus non veſcemini, nec cadauera contingetis, quia immunda ſunt vobis. Hæc etiam ſunt quæ gignuntur in aquis, & veſci licitum eſt. Omne quod habet pinnulas & ſquamas, tam in mari quàm in fluminibus & ſtagnis, comedetis. Quicquid autem pinnulas & ſquamas non habet, eorum quæ in aquis mouentur & viuunt, abominabile vobis execrandumque erit: carnes eorum non comedetis, & morticina vitabitis. Cũcta quæ non habent pinnulas & ſquamas in aquis, polluta erunt. Hæc ſunt quæ de auibus comedere non debetis, & vitanda ſunt vobis, Aquilam, & gryphem, & haliætum, & miluum ac vulturem iuxta genus ſuum, & omne coruini generis in ſimilitudinem ſuam, ſtruthionem, & noctuã, & larum, & accipitrem iuxta genus ſuum: bubonem, & mergulum, & ibin, & cygnum, & onocrotalum, & porphyrionem, herodionem & charadrion iuxta genus ſuum, vpupam quoq; & veſpertilionem. Omne de volucribus quod graditur ſuper quatuor pedes, abominabile erit vobis. Quicquid autem ambulat quidem ſuper quatuor pedes, ſed habet longiora retro crura, per quæ ſalit ſuper terram, comedere debetis, vt eſt brucus in genere ſuo, & attacus atque ophiomachus, ac locuſta, ſingula iuxta genus ſuum. Quicquid autem ex volucribus quatuor tantum habet pedes, execrabile erit vobis: & quicunque morticina eorum tetigerit, polluetur, & erit immundus vſque ad veſperum: & ſi neceſſe fuerit vt portet quippiam horum mortuum, lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſque ad occaſum ſolis. Omne animal quod habet quidem vngulam, ſed non diuidit eam, nec ruminat, immũdum erit: & quicquid tetigerit illud, contaminabitur. Quod ambulat ſuper manus ex cunctis animantibus, quæ incedunt quadrupedia, immundũ erit: qui tetigerit morticina eorum, polluetur vſque ad veſperum. Et qui portauerit huiuſcemodi cadauera, lauabit veſtimenta ſua, & immundus erit vſque ad veſperum: quia omnia hæc

Deut. 14. d

2. Macha. 6. d

immunda

E immunda sunt vobis. Hæc quoque inter polluta reputabuntur de his quæ mouentur in terra, mustela, & mus, & crocodilus, singula iuxta genus suũ, mygale, & chamæleon, & stellio, & lacerta, & talpa: omnia hæc immunda sunt. Qui tetigerit morticina eorum, immundus erit vsque ad vesperum: & super quod ceciderit quicquam de morticinis eorum polluetur tam vas ligneum & vestimentum, quàm pelles & cilicia: & in quocunq; fit opus, tingentur aqua, & polluta erunt vsque ad vesperum, & sic postea mundabuntur. Vas autem
F fictile in quod horum quicquam intrò ceciderit, polluetur, & idcirco frangendum est. Omnis cibus quem comedetis, si fusa fuerit super eum aqua, immundus erit: & omne liquens quod bibitur de vniuerso vase, immundum erit. Et quicquid de morticinis huiuscemodi ceciderit super illud, immundum erit, siue clibani, siue chytropodes, destruentur, & immundi erunt. Fontes verò & cisternæ, & omnis aquarum congregatio munda erit. Qui morticinum eorum tetigerit, polluetur. Si ceciderit super sementem, non polluet eam. Si autem quispiam aqua sementem perfuderit, & postea morticinis tacta fuerit, illico polluetur. Si mortuum fuerit animal quod licet vobis comedere, qui cadauer eius tetigerit, immũdus erit vsq; ad vesperum. & qui comederit ex eo quippiam siue portauerit: lauabit vestimenta sua, & immundus erit vsque ad vesperum.
G Omne quod reptat super terram, abominabile erit, nec assumetur in cibum. Quicquid super pectus quadrupes graditur, & multos habet pedes, siue per humum trahitur, non comedetis, quia abominabile est. Nolite contaminare animas vestras, nec tangatis quicquam eorum, ne immundi sitis. Ego
1. Pet. 1. c enim sum Dominus Deus vester. Sancti estote, quia ego sanctus sum. Ne polluatis animas vestras in omni reptili, quod mouetur super terram. Ego enim sum Dominus, qui eduxi vos de terra Aegypti, vt essem vobis in Deum. Sancti eritis, quia ego sanctus sum. Ista est lex animantium ac volucrum, & omnis animæ viuentis, quæ mouetur in aqua, & reptat in terra, vt differentias noueritis, mundi & immundi, & sciatis quid comedere & quid respuere debeatis.

S. PVERPERII Lex, & puerperæ purgatio.

CAPVT XII.

A LOcutusq; est Dominus ad Moysen, dicens, Loquere filijs Israel, & dices ad eos, Mulier si suscepto semine pepererit masculum, immunda erit
Luc. 2. c septem diebus iuxta dies separationis menstruæ,
Ioã. 7. c & die octauo circuncidetur infantulus. ipsa verò triginta tri-
Luc. 2. d B bus diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Omne sanctum non tanget, nec ingredietur in sanctuarium, donec impleantur dies purificationis suæ. Sinautem fœminam pepererit, immunda erit duabus hebdomadibus iuxta ritum
C fluxus mẽstrui, & sexaginta sex diebus manebit in sanguine purificationis suæ. Cumque expleti fuerint dies purificationis suæ, pro filio siue pro filia, deferet agnum anniculum in holocaustũ, & pullum columbæ siue turturẽ pro peccato ad ostium tabernaculi testimonij, & tradet sacerdoti, qui offeret
D illa coram Domino, & rogabit pro ea, & sic mundabitur à
Luc. 2. d profluuio sanguinis sui. ista est lex parientis masculum aut fœminam. Quòd si non inuenerit manus eius, nec potuerit offerre agnum, sumet duos turtures vel duos pullos columbarum, vnum in holocaustum, & alterum pro peccato. orabitq; pro ea sacerdos, & sic mundabitur.

S. LEX & cognitio lepræ in homine, domo, & uestimento.

CAPVT XIII.

A LOcutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens, Homo in cuius cute & carne ortus fuerit diuersus color siue pustula, aut quasi lucens quippiam, id est plaga lepræ, adducetur ad Aaron sacerdotem, vel ad vnumquemlibet filiorum eius. Qui cum viderit lepram in cute, & pilos in album mutatos colorem, ipsamq; speciem lepræ humiliorẽ cute & carne reliqua, plaga lepræ est, & ad arbitrium eius separabitur. Sinautem lucens candor fuerit in cute, nec humilior carne reliqua, & pili coloris pristini, recludet eum sacerdos septem diebus, & consyderabit die septimo. & si quidem lepra vltrà non creuerit, nec transierit in cute priores terminos, rursum recludet
B eum septem diebus alijs, & die septimo contemplabitur. si obscurior fuerit lepra, & non creuerit in cute, mundabit eam: quia scabies est, lauabitq; homo vestimenta sua, & mundus erit. Quòd si postquam à sacerdote visus est & redditus mundities, iterum lepra creuerit: adducetur ad eum, & immunditiæ condemnabitur. Plaga lepræ si fuerit in homine, adducetur ad sacerdotem, & videbit eum. Cumque color albus in cute fuerit, & capillorum mutauerit aspectum, ipsa quoque caro viua apparuerit: lepra vetustissima iudicabitur atque inolita cuti. Contaminabit itaq; eum sacerdos, & non recludet, quia perspicuæ immũditiæ est. Sinautem efflouerit discurrens lepra in cute, & operuerit omnem carnem à capite vsq; ad pedes, quicquid sub aspectu oculorum cadit, consyderabit eum sacerdos, & tenéri lepra mundissima iudicabit: eo quòd omnis in candorem versa sit, & idcirco homo mun-
C dus erit. Quando verò caro viuens in eo apparuerit, tunc sacerdotis iudicio polluetur, & inter immundos reputabitur. caro enim viua si lepra aspergitur, immunda est. Quòd si rursum versa fuerit in alborem, & totum hominem operuerit, consyderabit eum sacerdos, & mundum esse decernet. Caro autem & cutis in qua vlcus natum est & sanatum, & in loco vlceris cicatrix alba apparuerit siue subrufa, adducetur homo ad sacerdotem: qui cum viderit locum lepræ humiliorem carne reliqua, & pilos versos in candorem, contaminabit eum, plaga enim lepræ orta est in vlcere. Quòd si pilus, coloris est pristini, & cicatrix subobscura, & vicina carne nõ est humilior, recludet eum septem diebus: & si quidem cre-
D uerit, adiudicabit eum lepræ: sinautem steterit in loco suo, vlceris est cicatrix, & homo mundus erit. Caro autem & cutis quam ignis exusserit, & sanata albam siue rufam habuerit cicatricem, consyderabit eam sacerdos, & ecce versa est in alborem, & locus eius reliqua cute est humilior: contaminabit eum, quia plaga lepræ in cicatrice orta est. Quòd si pilorum color nõ fuerit immutatus, nec humilior plaga carne reliqua, & ipsa lepræ species fuerit subobscura, recludet eum septem diebus, & die septimo contẽplabitur: si creuerit in cute lepra, contaminabit eum: sinautẽ in loco suo candor steterit non satis clarus, plaga cõbustionis est, & idcirco mundabitur, quia cicatrix est combustura. Vir siue mulier in cuius capite vel barba germinauerit lepra, videbit eos sacerdos. & siquidem humilior fuerit locus carne reliqua, & capillus flauus solitoq; subtilior: contaminabit eos, quia lepra capitis ac barbæ est.
E Sinautem viderit locum maculæ æqualem vicinæ carni, & capillum nigrũ: recludet eos septem diebus, & die septimo intuebitur. Si non creuerit macula, & capillus sui coloris est, & locus plagæ carni reliquæ æqualis: radetur homo absque loco maculæ, & includetur septem diebus alijs. Si die septimo visa fuerit stetisse plaga in loco suo, nec humilior carne reliqua, mundabit eum, lotisq; vestibus suis mundus erit. Sinautem post emundationem rursus creuerit macula in cute, non quæret amplius vtrum capillus in flauum colorẽ sit commutatus, quia apertè immundus est. Porrò si steterit macula, & capilli nigri fuerint, nouerit hominem sanatum esse, & confi-
F denter eum pronuntiet mundũ. Vir siue mulier in cuius cute candor apparuerit, intuebitur eos sacerdos: si deprehenderit subobscurum alborem lucere in cute, sciat non esse lepram, sed maculam coloris candidi, & hominem mundum. Vir de cuius capite capilli fluunt, caluus & mundus est. & si à fronte ceciderint pili, recaluaster & mundus est. Sinautem in caluitio siue in recaluatione albus vel rufus color fuerit exortus, &

hoc ſacerdos viderit, condemnabit eum haud dubiè lepræ, quæ orta eſt in caluitio. Quicunq; ergo maculatus fuerit lepra, & ſeparatus eſt ad arbitriũ ſacerdotis, habebit veſtimenta diſſuta, caput nudũ, os veſte contectũ, contaminatũ ac ſordidum ſe clamabit. Omni tẽpore quo leproſus eſt & immundus, ſolus habitabit extra caſtra. Veſtis lanea ſiue linea, quæ leprã habuerit in ſtamine atq; ſubtegmine, aut certè pelliſve quicquid ex pelle confectũ eſt, ſi alba vel ruſa macula fuerit,
G infecta lepra reputabitur, oſtendeturq; ſacerdoti. qui conſyderatam recludet ſeptem diebus: & die ſeptimo rurſus aſpiciens ſi deprehenderit creuiſſe, lepra perſeuerans eſt: pollutũ iudicabit veſtimentum, & omne in quo fuerit inuenta, & idcirco comburetur flammis. Quòd ſi eam viderit non creuiſſe, præcipiet, & lauabunt id in quo lepra eſt, recludetq; illud ſeptem diebus alijs. Et cum viderit faciem quidẽ priſtinã non reuerſam, nec tamen creuiſſe lepram, immundũ iudicabit, & igne comburet, eo quòd inſuſa ſit in ſuperficie veſtimenti vel per totum lepra. Sinautẽ obſcurior fuerit locus lepræ poſtquam veſtis eſt lota, abrũpet eum, & à ſolido diuidet. Quòd ſi vltrà apparuerit in his locis, quæ prius immaculata erant, lepra volatilis & vaga, debet igne comburi. ſi ceſſauerit, lauabit aqua ea quæ pura ſunt, ſecũdò, & munda erũt. Iſta eſt lex lepræ veſtimẽti lanei & linei, ſtaminis atq; ſubtegminis, omniſq; ſupellectilis pelliceæ, quomodo mũdari debeat vel cõtaminari.

S. LEPRAE *expiandæ ſacrificia pro homine, domo & veſtimento.*

CAPVT XIIII.

A LOcutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Hic
Mat. 8 a Marc. 1 d Luc. 5. c eſt ritus leproſi quando mundandus eſt, Adducetur ad ſacerdotẽ, qui egreſſus de caſtris cum inuenerit leprã eſſe mũdatã, præcipiet ei qui purificatur vt offerat duos paſſeres viuos pro ſe, quos veſci licitum eſt, & lignum cedrinũ, vermiculumq; & hyſſôpum. & vnum ex paſſeribus immolari iubebit in vaſe fictili ſuper aquas viuentes: alium autem viuum cum ligno cedrino, & cocco & hyſſôpo tinget in ſanguine paſſeris immolati, quo aſperget illum qui mundãdus eſt, ſepties, vt iure purgetur, & dimittet paſſerem viuũ, vt in agrum auolet. Cumq; lauerit homo veſtimenta ſua, radet omnes pilos corporis, & lauabitur aqua: purificatusq; ingredietur caſtra, ita duntaxat vt maneat extra tabernaculum ſuũ ſeptem diebus, & die ſeptimo radat capillos capitis, barbamq; & ſupercilia, ac totius corporis pilos.
B Et lotis rurſum veſtibus & corpore, die octauo aſſumet duos agnos immaculatos, & ouem anniculã abſq; macula, & tres decimas ſimilæ in ſacrificium, quæ conſperſa ſit oleo, & ſeorſum olei ſextarium. Cumq; ſacerdos purificans hominem ſtatuerit eum, & hæc omnia coram Domino in oſtio tabernaculi teſtimonij, tollet agnum, & offeret eum pro delicto, oleiq; ſextariũ. Et oblatis ante Dominum omnibus, immolabit agnum vbi ſolet immolari hoſtia pro peccato & holocauſtum, id eſt in loco ſancto. Sicut enim pro peccato, ita &
C pro delicto ad ſacerdotẽ pertinet hoſtia: ſancta ſanctorũ eſt. Aſſumensq; ſacerdos de ſanguine hoſtiæ, quæ immolata eſt pro delicto, ponet ſuper extremum auriculæ dextræ eius qui mũdatur, & ſuper pollices manus dextræ & pedis, & de olei ſextario mittet in manum ſuam ſiniſtram, tingetq; digitum dextrum in eo, & aſperget coram Domino ſepties. quod autem reliquũ eſt olei in læua manu, fundet ſuper extremũ auriculæ dextræ eius qui mundatur, & ſuper pollices manus ac pedis dextri, & ſuper ſanguinem qui effuſus eſt pro delicto, & ſuper caput eius. Rogabitque pro eo ſacerdos coram Domino, & faciet ſacrificium pro peccato. tunc immolabit holocauſtum, & ponet illud in altari cum libamentis ſuis, & homo ritè mundabitur. Quòd ſi pauper eſt, & non poteſt manus eius inuenire quæ dicta ſunt pro delicto, aſſumet agnum ad oblationem vt roget pro eo ſacerdos, decimamque partem ſimilæ conſperſæ oleo in ſacrificium, & olei ſextarium, duosque turtures ſiue duos pullos columbæ, quorum vnus ſit pro peccato, & alter in holocauſtum, offeretque ea
D die octauo purificationis ſuæ ſacerdoti ad oſtium tabernaculi teſtimonij coram Domino. qui ſuſcipiens agnum pro delicto & ſextarium olei, leuabit ſimul: immolatoq; agno, de ſanguine eius ponet ſuper extremum auriculæ dextræ illius qui mundatur, & ſuper pollices manus eius ac pedis dexrri. olei verò partem mittet in manum ſuam ſiniſtram, in quo tingens digitum dextræ manus aſperget ſepties coram Domino, tangetque extremum dextræ auriculæ illius qui mundatur, & pollices manus ac pedis dextri in loco ſanguinis qui effuſus eſt pro delicto: reliquam autem partem olei quæ eſt in ſiniſtra manu, mittet ſuper caput purificati, vt placet pro eo Dominum, & turturem ſiue pullum columbę offeret, vnum pro delicto, & alterum in holocauſtum cum libamentis ſuis. hoc eſt ſacrificium leproſi, qui habere non poteſt omnia in emun
E dationem ſui. Locutusque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens, Cumque ingreſſi fueritis terram Chanáan, quam ego dabo vobis in poſſeſſionem, ſi fuerit plaga lepræ in ædibus, ibit cuius eſt domus, nuntians ſacerdoti, & dicet, Quaſi plaga lepræ videtur mihi eſſe in domo mea. At ille præcipiet vt efferantur vniuerſa de domo priuſquàm ingrediatur eam, & videat vtrum leproſa ſit, ne immunda fiant omnia quæ in domo ſunt. Intrabitque poſteà vt conſyderet lepram domus: & cum viderit in parietibus illius quaſi valliculas pallore ſiue rubore deformes, & humiliores ſuperficie reliqua, egredietur oſtium domus, & ſtatim claudet illam ſeptem diebus. Re
F uerſusq; die ſeptimo, conſyderabit eam: ſi inuenerit creuiſſe lepram, iubebit erui lapides in quibus lepra eſt, & proijci eos extra ciuitatem in locum immundum, domum autem ipſam radi intrinſecus per circumitum, & ſpargi puluerem raſuræ extra vrbem in locum immundum, lapidesque alios reponi pro his qui ablati fuerint, & luto alio liniri domum. Si autem poſtquam eruti ſunt lapides, & puluis elatus, & alia terra lita, ingreſſus ſacerdos viderit reuerſam lepram, & parietes reſperſos maculis, lepra eſt perſeuerans, & immunda domus: quam ſtatim deſtruent, & lapides eius ac ligna, atque vniuerſum puluerem proijcient extra oppidum in locum immundum. Qui intrauerit domum quando clauſa eſt, immundus erit vſque ad veſperum: & qui dormierit in ea, & comederit quip
G piam, lauabit veſtimenta ſua. Quòd ſi introiens ſacerdos viderit lepram non creuiſſe in domo, poſtquam denuò lita fuerit, purificabit eam reddita ſanitate: & in purificatione eius ſumet duos paſſeres, lignumque cedrinum, & vermiculum atq; hyſſôpum: & immolato vno paſſere in vaſe fictili ſuper aquas viuas, tollet lignum cedrinum, & hyſſôpum & coccum & paſſerem viuum, & tinget omnia in ſanguine paſſeris immolati, atque in aquis viuentibus: & aſperget domum ſepties, purificabitq; eam tam in ſanguine paſſeris, quàm in aquis viuentibus, & in paſſere viuo lignoque cedrino & hyſſôpo atq; vermiculo. Cumq; dimiſerit paſſerem auolare in agrum liberè, orabit pro domo, & iure mundabitur. Iſta eſt lex omnis lepræ & percuſſuræ, lepræ veſtium & domorum, cicatricis & erumpentium papularum, lucentis maculæ & in varias ſpecies coloribus immutatis, vt poſsit ſciri quo tempore, mundum quid, vel immundum ſit.

S. SEMINIFLVI *viri, & menſtruoſæ mulieris expiatio.*

CAPVT XV.

A LOcutusque eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens, Loquimini filijs Iſrael, & dicite eis, Vir qui patitur fluxum ſeminis, immundus erit. Et tunc iudicabitur huic vitio ſubiacere, cum per ſingula momenta adhæſerit carni eius, atque concreuerit fœdus humor. Omne ſtratum in quo dormierit, immundum erit, & vbicunq; ſederit. Si quis hominum tetigerit lectũ eius, lauabit veſtimenta ſua, & ipſe lotus aqua, immundus erit vſq;

ad veſpe

ad vesperũ. Si sederit vbi ille sederat, & ipse lauabit vestimenta sua, & lotus aqua immũdus erit vsq; ad vesperum. Qui tetigerit carnẽ eius, lauabit vestimẽta sua, & ipse lotus aqua, im-
B mundus erit vsq; ad vesperum. Si saliuam huiuscemodi homo iecerit super eũ qui mundus est, lauabit vestimẽta sua, & lotus aqua immundus erit vsq; ad vesperũ. Sagma super quod sederit, immundũ erit: & quicquid sub eo fuerit qui fluxũ seminis patitur, pollutũ erit vsq; ad vesperum. Qui portauerit horum aliquid, lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua, immũdus erit vsq; ad vesperũ. Omnis quẽ tetigerit qui talis est, non lotis antè manibus, lauabit vestimenta sua: & lotus aqua, immũdus erit vsq; ad vesperũ. Vas fictile quod tetigerit, confringetur: vas autem ligneum lauabitur aqua. Si sanatus fuerit
Purgatio viri semini sui. qui huiuscemodi sustinet passionem, numerabit septem dies post emundationem sui, & lotis vestibus & toto corpore in aquis viuentibus, erit mundus. Die autem octauo sumet duos turtures aut duos pullos columbæ, & veniet in conspectum Domini ad ostiũ tabernaculi testimonij, dabitq; eos sacerdoti, qui faciet vnum pro peccato, & alterum in holocaustũ, rogabitq; pro eo corã Domino, vt emundetur à fluxu seminis
C sui. Vir de quo egreditur semẽ coitus, lauabit aqua omne corpus suum, & immundus erit vsq; ad vesperum. Vestẽ & pellem quam habuerit, lauabit aqua, & immunda erit vsq; ad vesperũ. Mulier cum qua coierit, lauabitur aqua, & immũda erit
De muliere menstruosa & sanguinisua. vsq; ad vesperum. Mulier quæ redeũte mẽse patitur fluxum sanguinis, septẽ diebus separabitur. Omnis qui tetigerit eam, immundus erit vsq; ad vesperum: & locus in quo dormierit, vel sederit diebus separationis suæ, polluetur. Qui tetigerit lectum suũ, lauabit vestimenta sua, & ipse lotus aqua immundus erit vsq; ad vesperum. Omne vas super quod illa sederit, quisquis attigerit, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, pollutus erit vsq; ad vesperũ. Si coierit cum ea vir tẽpore sanguinis mẽstrualis, immundus erit septẽ diebus: & omne stra-
D tum in quo dormierit, polluetur. Mulier quæ patitur multis diebus fluxũ sanguinis nõ in tẽpore menstruali, vel quę post menstruũ sanguinem fluere non cessat, quãdiu subiacet huic passioni, immunda erit quasi sit in tempore menstruo. omne stratum in quo dormierit, & vas in quo sederit, pollutũ erit. quicunq; tetigerit eam, lauabit vestimenta sua: & ipse lotus aqua, immundus erit vsq; ad vesperum. Si steterit sanguis, & fluere cessauerit, numerabit septem dies purificationis suæ, & die octauo offeret pro se sacerdoti duos turtures, aut duos pullos columbarum ad ostium tabernaculi testimonij: qui vnum faciet pro peccato, & alterũ in holocaustum, rogabitq; pro ea coram Domino, & pro fluxu immunditiæ eius. Docebitis ergo filios Israel vt caueant immunditias, & non moriantur in sordibus suis, cum polluerint tabernaculum meum quod est inter vos. Ista est lex eius qui patitur fluxũ seminis, & qui polluitur coitu, & quę menstruis tẽporibus separatur, vel quæ iugi fluit sanguine, & hominis qui dormierit cum ea.

S. QVANDO & *quomodo sacerdos sanctuarium ingredi, ipsum expiare, ac tabernaculum & altare, emissarium caprum abigere, & festum expiationum celebrare debeat.*

CAPVT XVI.

A  Locutusq; est Dominus ad Moysen post mortẽ duorum filiorum Aaron, quãdo offerẽtes ignem alienum interfecti sunt: & præcepit ei dicens, Loquere ad Aaron fratrem tuum, ne omni tempore ingrediatur sanctuariũ, quod est intra velum coram propitiatorio quo tegitur arca, vt nõ moriatur: quia in nube apparebo super oraculum, nisi hæc antè fecerit. Vitulum pro peccato offeret, & arietem in holocaustum. Tunica linea vestietur, femoralibus lineis verenda celabit. accingetur zona linea, cidarim lineam imponet capiti. hæc enim vestimenta sunt sancta,
B quibus cunctis, cum lotus fuerit, induetur. Susciptetq; ab vniuersa multitudine filiorum Israel duos hircos pro peccato, &

vnum arietem in holocaustum. Cumq; obtulerit vitulum, & orauerit pro se & pro domo sua, duos hircos stare faciet coram Domino in ostio tabernaculi testimonij: mittensque super vtrũq; sortẽ, vnam Domino, & alteram capro emissario, cuius exierit sors Domino, offeret illum pro peccato: cuius autem in caprũ emissarium, statuet eum viuũ corã Domino,
C vt fundat preces super eum, & emittat eum in solitudinẽ. His ritè celebratis, offeret vitulum, & rogans pro se & pro domo sua, immolabit eum: assumptoque thuribulo quod de prunis altaris impleuerit, & hauriens manu compositum thymiama in incensum, vltra velum intrabit in Sancta: vt positis super ignem aromatibus coram Domino, nebula eorum & vapor operiat oraculũ quod est supra testimoniũ, & non moriatur. Tollet quoq; de sanguine vituli, & asperget digito septies cõtra propitiatoriũ ad oriẽtem. Cumq; mactauerit hircum pro *Hebr. 9. d.* peccato populi, inferet sanguinẽ eius intra velum, sicut præ- *& 10. a* ceptum est de sanguine vituli, vt aspergat è regione oraculi, & expiet sanctuariũ ab immunditijs filiorum Israel, & à præ
D uaricationibus eorũ, cunctisq; peccatis. Iuxta hunc ritum faciet in tabernaculo testimonij, quod fixũ est inter eos in medio sordium habitationis eorum. Nullus hominum sit in ta- *Luc. 1. a* bernaculo quando pontifex sanctuarium ingreditur, vt roget pro se & pro domo sua, & pro vniuerso cœtu Israel, donec egrediatur. Cum autem exierit ad altare quod corã Domino est, oret pro se, & sumptum sanguinẽ vituli atq; hirci fundat super cornua eius per gyrum, aspergensq; digito septies, expiet, & sanctificet illud ab immũditijs filiorũ Israel. Post quã emundauerit sanctuariũ & tabernaculũ & altare, tunc offerat hircum viuentẽ, & posita vtraq; manu super caput eius, confiteatur omnes iniquitates filiorum Israel, & vniuersa delicta
E atq; peccata eorum: quæ imprecans capiti eius, emittet illum per hominem paratum, in desertum. Cũq; portauerit hircus omnes iniquitates eorũ in terrã solitariã, & dimissus fuerit in deserto, reuertetur Aaron in tabernaculũ testimonij, & depositis vestibus quibus prius indutus erat, cum intraret sanctuarium, relictisq; ibi, lauabit carnem suam in loco sancto, induetur q; vestibus suis. Et postquam egressus obtulerit holocaustum suũ ac plebis, rogabit tam pro se quàm pro populo: &
F adipem qui oblatus est pro peccatis, adolebit super altare. Ille vero qui dimiserit caprũ emissariũ, lauabit vestimenta sua & corpus aqua, & sic ingredietur in castra. Vitulũ autẽ & hircũ qui pro peccato fuerant immolati, & quorum sanguis illatus est in sanctuariũ vt expiatio cõpleretur, asportabũt foras castra, & cõburent igni, tam pelles quàm carnes eorũ ac fimum: & quicunq; combusserit ea, lauabit vestimenta sua & carnem aqua, & sic ingredietur castra. Eritq; vobis hoc legitimũ sempiternũ. Mense autem septimo, decima die mensis affligetis animas vestras, nullumq; opus facietis, siue indigena siue ad-
G uena qui peregrinatur inter vos. In hac die expiatio eritvestri *Infra. 23. c* atq; mundatio ab omnibus peccatis vestris: coram Domino mundabimini. sabbathum enim requietionis est, & affligetis animas vestras religione perpetua. Expiabit autem sacerdos qui vnctus fuerit, & cuius manus initiatæ sunt vt sacerdotio fungatur pro patre suo: induetur q; stola linea & vestibus sanctis, & expiabit sanctuarium & tabernaculũ testimonij atq; altare, sacerdotes quoq; & vniuersum populum. Eritq; vobis hoc legitimum sempiternum, vt oretis pro filijs Israel, & pro cunctis peccatis eorum semel in anno. Fecit igitur sicut præceperat Dominus Moysi.

S. [redacted] *atq; à sanguine abstinendum, & morticino.*

CAPVT XVII.

A  Tlocutus est Dominus ad Moysen, dicens, Loquere Aaron & filijs eius & cunctis filijs Israel, dicens ad eos, Iste est sermo quem mandauit Dominus, dicens, Homo quilibet de domo Israel, si occiderit bouem aut ouem, siue capram in castris vel extrà

castra,& non obtulerit ad ostium tabernaculi oblationẽ Domino,sanguinis reus erit:quasi si sanguinem fuderit,sic peribit de medio populi sui.Ideo sacerdoti offerre debẽt filij Israel hostias suas quas occidunt in agro,vt sanctificentur Domino ante ostium tabernaculi testimonij, & immolent eas
B hostias pacificas Domino.Fundetq́; sacerdos sanguinem super altare Domini ad ostium tabernaculi testimonij,& adolebit adipem in odorẽ suauitatis Domino. & nequaquã vltrà
Domino nõ dæmonibus offerẽdum. immolabunt hostias suas dæmonibus, cum quibus fornicati sunt.Legitimum sempiternũ erit illis & posteris eorũ, & ad ipsos dices,Homo de domo Israel & de aduenis qui peregrinantur apud vos,qui obtulerit holocaustum siue victimam,
C & ad ostiũ tabernaculi testimonij nõ adduxerit eam,vt offerat Domino,interibit de populo suo. Homo quilibet de domo Israel,& de aduenis qui peregrinantur inter vos,si comederit sanguinem, obfirmabo faciem meam contra animam illius,& disperdam eam de populo suo, quia anima carnis in sanguine est:& ego dedi illum vobis,vt super altare in eo expietis pro animabus vestris, & sanguis pro animæ piaculo sit. Idcirco dixi filijs Israel, Omnis anima ex vobis non comedet sanguinẽ,nec ex aduenis qui peregrinantur apud vos. Homo quicunq; de filijs Israel & de aduenis qui peregrinantur apud vos,si venatione atq; aucupio ceperit ferã vel auem, quibus vesci licitum est,fundat sanguinem eius,& operiat il-
D lum terra.anima enim omnis carnis in sanguine est. Vnde dixi filijs Israel, Sanguinem vniuersæ carnis non comedetis, quia anima carnis in sanguine est: & quicunque comederit illum, interibit. Anima quæ comederit morticinum vel captum à bestia,tam de indigenis quàm de aduenis, lauabit vestimenta sua & semetipsum aqua,& contaminatus erit vsque ad vesperum,& hoc ordine,mundus fiet.Quòd si non lauerit vestimenta sua vel corpus,portabit iniquitatem suam.

S. GRADVS *coniugij liciti & illiciti, & gentium opera fugienda.*

CAPVT XVIII.

A LOcutus est Dominus ad Moysen,dicens, Loquere filijs Israel,& dices ad eos,Ego sum Dominus Deus vester:iuxta consuetudinem terræ Aegypti in qua habitastis,non facietis:& iuxta morem regionis Chanáan ad quam ego introducturus sum vos,non agetis, nec in legitimis eorum ambulabitis. Facietis iudicia mea, & præcepta mea seruabitis, & ambulabitis in eis. ego
Rom.10.d Ezec.20.b Galat.3.b Dominus Deus vester. Custodite leges meas atque iudicia, quæ faciens homo,viuet in eis.ego Dominus. Omnis homo ad proximam sanguinis sui non accedet,vt reuelet turpitudinem eius.ego Dominus. Turpitudinem patris tui & turpitudinem matris tuæ non discooperies. Mater tua est,non reuelabis turpitudinem eius.Turpitudinem vxoris patris tui non
B discooperies.turpitudo enim patris tui est.Turpitudinem sororis tuæ ex patre siue ex matre quę domivel foris genita est, non reuelabis.Turpitudinem filiæ filij tui vel neptis ex filia non reuelabis:quia turpitudo tua est.Turpitudinẽ filiæ vxoris patris tui,quam peperit patri tuo,& est soror tua, non reuelabis. Turpitudinem sororis patris tui non discooperies: quia caro est patris tui.Turpitudinem sororis matris tuę non reuelabis:eo quòd caro sit matris tuæ. Turpitudinem patrui tui non reuelabis,nec accedes ad vxorem eius quæ tibi affinitate coniungitur. Turpitudinem nurus tuæ non reuelabis, quia vxor filij tui est:nec discooperies ignominiam eius.*Et
C vxorem fratris sui nullus accipiat .. Turpitudinem vxoris fratris tui non reuelabis:quia turpitudo fratris tui est. Turpitudinem vxoris tuæ & filiæ eius non reuelabis. Filiam filij eius,& filiam filiæ illius non sumes, vt reueles ignominiam eius:quia caro illius sunt,& talis coitus incæstus est.Sororem vxoris tuæ in pellicatum illius non accipies,nec reuelabis turpitudinem eius adhuc illa viuente.Ad mulierem quæ patitur menstrua non accedes, nec reuelabis fœditatem eius. Cum
D vxore proximi tui non coibis,nec seminis commistione maculaberis.De semine tuo non dabis vt consecretur idólo Moloch, nec pollues nomen Dei tui. ego Dominus. Cum masculo non commiscearis coitu fœmineo, quia abominatio est. Cum omni pecore non coibis, nec maculaberis cum eo. Mulier non succumbet iumento,nec miscebitur ei: quia scelus est.Nec polluamini in omnibus his quibus contaminatæ sunt vniuersæ gentes,quas ego eijciam ante conspectum vestrum,& quibus polluta est terra: cuius ego scelera visitabo, vt euomat habitatores suos.Custodite legitima mea atque iudicia,& non faciatis ex omnibus abominationibus istis, tam indigena quàm colonus qui peregrinatur apud vos. Omnes enim execrationes istas fecerunt accolæ terrę,qui fuerunt ante vos,& polluerunt eam.Cauete ergo ne & vos similiter euomat,cum paria feceritis,sicut euomuit gentem quæ fuit ante vos.Omnis anima quæ fecerit de abominationibus his quippiam, peribit de medio populi sui. Custodite mandata mea. Nolite facere quæ fecerunt hi qui fuerunt ante vos, & ne polluamini in eis.ego Dominus Deus vester. 4.Reg.23.c



S. PRAECEPTA *moralia & ceremonialia.*

CAPVT XIX.

A LOcutus est Dominus ad Moysen,dicens, Loquere ad omnem cœtum filiorum Israel, & dices ad eos,Sancti estote,quia ego sanctus sum Dominus Deus vester. Vnusquisque patrem suum & matrem suam timeat. Sabbatha mea custodite. ego Dominus Deus vester.Nolite conuerti ad idôla, nec Deos conflatiles faciatis vobis. ego Dominus Deus vester. Si immolaueritis hostiam pacificorum Domino vt sit placabilis, eo die quo fuerit immolata,comedetis eam,& die altero: quicquid autem residuũ fuerit in diem tertium, igne comburetis.
B si quis post biduum comederit ex ea, prophanus erit & impietatis reus:portabitq́; iniquitatem suam,quia sanctum Domini polluit,& peribit anima illa de populo suo. Cũq́; messueris segetes terræ tuæ,non tondebis vsque ad solum superficiem terræ:nec remanentes spicas colliges,neq; in vinea tua racemos & grana decidentia congregabis, sed pauperibus & peregrinis carpenda dimittes. ego Dominus Deus vester.
Non facietis furtum. Non mentiemini, nec decipiet vnusquisque proximum suum.Non periurabis in nomine meo,
C nec pollues nomen Dei tui:ego Dominus. Non facies calumniam proximo tuo,nec vi opprimes eum. Non morabitur opus mercenarij tui apud te vsque mane. Non maledices surdo,nec coram cæco pones offendiculum:sed timebis Dominum Deum tuum, quia ego sum Dominus. Non facies quod iniquum est,nec iniustè iudicabis.Non cõsyderes personam pauperis,nec honores vultum potentis.Iustè iudica proximo tuo. Non eris criminator, nec susurro in populo.
Non stabis contra sanguinem proximi tui. ego Dominus.
D Non oderis fratrem tuum in corde tuo, sed publicè argue eum,ne habeas super illo peccatum. Non quæras vltionem, nec memor eris iniuriæ ciuium tuorum. Diliges amicum tuum

Sancti simus. 1.Pet.1.c
Idôla fugienda.
Infra 23.d
Exod.20.b Deut.5.b Eccl.10.d Deut.24.c Tob.4.c Deut.1.c 16.d Iacob.2.d Proue.24.c 1.Io.2.b.3.c Eccle.19.b Mat.18.b Luc.17.d

Matth.5.g 22.d.c Rom.13.c Gala.5.c Iaco.2.b

tuum sicut teipsum.ego Dominus. Leges meas custodite. Iumenta tua non facies coire cum alterius generis animantibus. Agrum tuum non seres diuerso semine. Veste quæ ex duobus texta est,non induêris. Homo si dormierit cum muliere coitu seminis,quæ sit ancilla etiam nobilis, & tamen pretio
E non redempta,nec libertate donata:vapulabunt ambo, & nõ morientur,quia non fuit libera. pro delicto autem suo offeret Domino ad ostium tabernaculi testimonij arietem,orabitq; pro eo sacerdos & pro peccato eius coram Domino,& repropitiabitur ei,dimitteturque peccatum. Quando ingressi fueritis terram,& plantaueritis in ea ligna pomifera, auferetis præputia eorum. Poma quæ germinant, immunda erunt vobis,nec edetis ex eis. Quarto autem anno omnis fructus eorum sanctificabitur laudabilis Domino. Quinto autem anno comedetis fructus, congregantes poma quæ proferunt.

* carnem

ego Dominus Deus vester. Non comedetis * cum sanguine.
F Non augurabimini,nec obseruabitis somnia, neq; in rotundum attondebitis comam,nec radetis barbam. Et super mortuo non incidetis carnes vestras, neq; figuras aliquas, aut stigmata facietis vobis. ego Dominus. Ne prostituas filiam tuam, ne contaminetur terra, & impleatur piaculo. Sabbatha mea custodite,& sanctuarium meum metuite. ego Dominus. Non declinetis ad magos,nec ab ariolis aliquid scisciteminí, vt polluamini per eos.ego Dominus Deus vester. Coram cano capite consurge, & honora personam senis: & time Dominum Deum tuum.ego sum Dominus. Si habitauerit aduena in terra vestra, & moratus fuerit inter vos,non exprobretis ei,sed sit inter vos quasi indigena, & diligetis eum quasi vosmetipsos: fuistis enim & vos aduenæ in terra Aegypti.ego Dominus Deus vester. Nolite facere iniquum aliquid in iudicio,in regula,in pondere, in mensura. Statêra iusta,& æqua sint põdera,iustus modius,æquusq; sextarius. ego Dominus Deus vester,qui eduxi vos de terra Aegypti. Custodite omnia præcepta mea,& vniuersa iudicia, & facite ea.ego Dominus.

Filia non prostituenda.

Senes honorandi.

Exod.22.c

S. PRAECEPTA *iudicialia mortem comminantia.*

CAPVT XX.

Supra 18.c

A Liberos ne sacrificato Moloch.

LOcutusq; est Dominus ad Moysen dicens,Hæc loquêris filijs Israel, Homo de filijs Israel, & de aduenis qui habitant in Israel, si quis dederit de semine suo idólo Moloch,morte moriatur.populus terræ lapidabit eum,& ego ponam faciem meam contra illum,succidamq; eum de medio populi sui, eo quòd dederit de semine suo Moloch,& contaminauerit sanctuarium meum,ac polluerit nomen sanctum meum. Quòd si negligens populus terræ,& quasi paruipendês imperium meum, dimiserit hominem qui dedit de semine suo Moloch,nec voluerit eum occidere:ponam faciem meam super hominem illum,& cognationem eius,succidamq;& ipsum, & omnes qui consenserunt ei vt fornicaretur cum Moloch, de medio populi sui. Anima quæ declinauerit ad magos & ariolos, & fornicata fuerit cum eis, ponam faciem meam contra eam, & interficiam illam de medio populi sui. Sanctificamini,&
B estote sancti,quia & ego sanctus sum Dominus Deus vester. Custodite præcepta mea,& facite ea: Ego Dominus qui sanctifico vos. Qui maledixerit patri suo, aut matri, morte moriatur.patri matrique qui maledixerit, sanguis eius sit super eum. Si mœchatus quis fuerit cum vxore alterius, & adulterium perpetrauerit cum coniuge proximi sui,morte morian tur & mœchus, & adultera. Qui dormierit cum nouerca sua, & reuelauerit ignominiam patris sui, morte moriantur ambo.sanguis eorum sit super eos. Si quis dormierit cum nuru sua,vterque moriatur,quia scelus operati sunt.sanguis eorum sit super eos. Qui dormierit cum masculo coitu fœmineo, vterq; operatus est nefas,morte moriantur.sit sanguis eorum super eos. Qui supra vxorẽ filiam, duxerit matrẽ eius,scelus

Ad magos & Ariolos ne declina.

Sãcti simus. 1. Pet.1.c

Parentibus nõ maledicendum. Exod.21.c Prou.20.c Matt.15.a Marc.7.b Ioan.8.a Deut.22.d

Coitus mortepunẽdi.

operatus est:viuus ardebit cum eis, nec permanebit tantum
C nefas in medio vestri. Qui cum iumento & pecore coierit, morte moriatur:pecus quoque occidite. Mulier quæ succubuerit cuilibet iumento,simul interficietur cum eo. sanguis eorum sit super eos. Qui acceperit sororẽ suam filiam patris sui,vel filiã matris suæ,& viderit turpitudinẽ eius, illaq; conspexerit fratris ignominiam:nefariam rem operati sunt,occidentur in conspectu populi,eo quòd turpitudinẽ suã mutuò reuelauerint,& portabunt iniquitatẽ suam. Qui coierit cum muliere in fluxu menstruo, & reuelauerit turpitudinẽ eius, ipsaq; aperuerit fontem sanguinis sui,interficientur ambo de medio populi sui. Turpitudinẽ materteræ,& amitæ tuæ non discooperies.qui hoc fecerit, ignominiã carnis suæ nudauit, portabũt ambo iniquitatẽ suam. Qui coierit cum vxore patrui,vel auunculi sui,& reuelauerit ignominiam cognationis suæ,portabũt ambo peccatum suum:absq; liberis morientur.
D Qui duxerit vxorem fratris sui,rem facit illicitam,turpitudinem fratris sui reuelauit:absque liberis erunt. Custodite leges meas,atque iudicia,& facite ea, ne & vos euomat terra quam intraturi estis & habitaturi. Nolite ambulare in legitimis nationum,quas ego expulsurus sum ante vos. Omnia enim hæc fecerunt,& abominatus sum eas. Vobis autem loquor. Possidete terram eorum,quam dabo vobis in hæreditatem,terram fluentem lacte & melle.ego Dominus Deus vester, qui separaui vos à cæteris populis. Separate ergo & vos iumentum mundum ab immundo,& auem mundam ab immunda:ne polluatis animas vestras in pecore & auibus, & cunctis quæ mouentur in terra, & quæ vobis ostendi esse polluta. Eritis mihi sancti,quia sanctus sum ego Dominus, & separaui vos à cæteris populis,vt essetis mei. Vir siue mulier,in quibus pythonicus,vel diuinationis fuerit spiritus,morte moriantur,lapidibus obruent eos:sanguis eorum sit super illos.

Pythones moriãtur. Deut.18.b 1.reg.28.b

S. SACERDOTES *à quibus abstineant,& quæ sequantur.*

CAPVT XXI.

A DIxit quoq; Dominus ad Moysen, Loquere ad sacerdotes filios Aaron, & dices ad eos, Ne contaminetur sacerdos in mortibus ciuium suorum, nisi tantum in consanguineis, ac propinquis, id est super patrem & matrẽ & filium & filiã,fratrẽ quoq; & sororem virginem,quæ non est nupta viro:sed nec in principe populi sui contaminabitur. Non radent caput,nec barbam, neq; in carnibus suis faciẽt inscissuras. Sancti erunt Deo suo, & non polluent nomen eius. Incensum enim Domini,& pa-
B nes Dei sui offerunt,& ideo sancti erunt. Scortũ, & vile prostibulum non ducet vxorem,nec eam quæ repudiata est à marito:quia consecratus est Deo suo, & panes propositionis offert. Sit ergo sanctus, quia & ego sanctus sum Dominus, qui sanctifico vos. Sacerdotis filia deprehensa si fuerit in stupro,& violauerit nomen patris sui, flammis exuretur. Pontifex,id est sacerdos maximus inter fratres suos, super cuius caput fusum est vnctionis oleum, & cuius manus in sacerdotio cõsecratæ sunt, vestitusq; est sanctis vestibus,caput suum non discooperiet,vestimẽta sua nõ scindet,& ad omnẽ mortuum non ingredietur omnino.super patre quoq; suo, & ma
C tre non contaminabitur,nec egredietur de sanctis, ne polluat sanctuarium Dei sui,quia oleum sanctæ vnctionis Dei sui super eum est. ego Dominus. Virginem ducet vxorẽ:viduam autẽ & repudiatam,& sordidam,atq; meretricẽ non accipiet: sed puellam de populo suo:ne cõmisceat stirpem generis sui vulgo gentis suæ:quia ego Dominus qui sanctifico eum. Locutusq; est Dominus ad Moysen,dicẽs, Loquere ad Aaron, Homo de semine tuo per familias suas qui habuerit maculam,non offeret panes Deo suo,nec accedet ad ministerium eius:si cæcus fuerit,si claudus,si vel paruo vel grandi vel tor-
D to naso,si fracto pede,si manu,si gibbus,si lippus,si albuginem habens in oculo,si iugem scabiem,si impetiginem in

Põtifex nõ ingrediatur ad mortuũ.

Virginẽ ducat vxorẽ. Ezec.44.f

Ministros Dei quales esse oportebat.

corpore,vel hernioſus.Omnis qui habuerit maculam de ſemine Aaron ſacerdotis, non accedet offerre hoſtias Domino,nec panes Deo ſuo:veſcetur tamen panibus qui offeruntur in ſanctuario,ita dúntaxat vt intravelum non ingrediatur, nec accedat ad altare,quia maculam habet, & cõtaminare non debet ſanctuarium meum.Ego Dominus qui ſanctifico eos. Locutus eſt ergo Moyſes ad Aaron, & ad filios eius, & ad omnem Iſrael cuncta quæ fuerant ſibi imperata.

S. AE eſu ſanctificatorum qui abſtinere debeant, & quæ debeant offerri. CAPVT XXII.

A IEocutus quoq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere ad Aaron & ad filios eius,vt caueant ab his quæ conſecrata ſunt filiorum Iſrael,& non contaminent nomen ſanctificatorum mihi, quæ ipſi offerũt.ego Dominus.Dic ad eos,& ad poſteros eorum, Omnis homo qui acceſſerit de ſtirpe veſtra ad ea quæ conſecrata ſunt,& quæ obtulerunt filij Iſrael Domino, in quo eſt immunditia,peribit coram Domino.ego ſum Dominus.Homo de ſemine Aaron qui fuerit leproſus, aut patiens fluxum ſeminis,non veſcetur de his quæ ſanctificata ſunt mihi,donec ſanetur.Qui tetigerit immundum ſuper mortuo, & ex quo egreditur ſemen quaſi coitus,& qui tangit reptile,& quodlibet immundum, cuius tactus eſt ſordidus, immundus erit vſq; ad veſperũ,& non veſcetur his quæ ſanctificata ſunt:ſed cum lauerit carnem ſuam aqua,& occubuerit ſol, tunc mundatus veſcetur de ſanctificatis, quia cibus illius eſt. Mortici-
B num & captũ à beſtia non comedẽt,nec polluẽtur in eis.ego
Exod.22.d ſum Dominus.Cuſtodiant præcepta mea, vt non ſubiaceant
Eze.44.g peccato & moriantur in ſanctuario,cum polluerint illud.ego Dominus qui ſanctifico eos.Omnis alienigena non comedet de ſanctificatis,inquilinus ſacerdotis,& mercenarius non veſcentur ex eis.quem autem ſacerdos emerit, & qui vernaculus domus eius fuerit, hi comedent ex eis. Si filia ſacerdotis cuilibet ex populo nupta fuerit:de his quæ ſanctificata ſunt, & de primitijs non veſcetur.ſinautem vidua,vel repudiata, & abſque liberis reuerſa fuerit ad domum patris ſui:ſicut puella conſueuerat,aletur cibis patris ſui.Omnis alienigena comedendi ex eis non habet poteſtatem.Qui comederit de ſanctificatis per ignorantiam,addet quintam partem cum eo quod comedit,& dabit ſacerdoti in ſanctuarium. Nec contaminabunt ſanctificata filiorum Iſrael,quæ offeruntur Domino:ne
C fortè ſuſtineant iniquitatem delicti ſui, cum ſanctificata comederint.ego Dominus qui ſanctifico eos. Locutusque eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere ad Aaron,& filios eius,& omnes filios Iſrael,dicesque ad eos, Homo de domo Iſrael,& de aduenis qui habitãt apud vos,qui obtulerit oblationem ſuam,vel vota ſoluens,vel ſponte offerens, quicquid illud obtulerit in holocauſtum Domini,vt offeratur per vos, maſculus immaculatus erit ex bobus,& ex ouibus, & ex capris:ſi maculam habuerit,non offeretis,neq; erit acceptabile.
Deut.15.d Homo qui obtulerit victimã pacificorum Domino, vel vota
Eccl.35.b ſoluens,vel ſponte offerens,tam de bobus quàm de ouibus, immaculatum offeret,vt acceptabile ſit: omnis macula non erit in eo.Si cæcum fuerit,ſi fractũ,ſi cicatricem habens,ſi papulas,aut ſcabiẽ,aut impetiginem:non offeretis ea Domino, nec adolebitis ex eis ſuper altare Domini. Bouẽ & ouẽ aure & cauda amputatis,volũtariè offerre potes,votum autem ex
D ijs ſolui non poteſt.Omne animal quodvel contritis,vel tunſis,vel ſectis ablatisq; teſticulis eſt,non offeretis Domino,& in terra veſtra hoc omnino ne faciatis. De manu alienigenæ non offeretis panes Deo veſtro, & quicquid aliud dare voluerit:quia corrupta,& maculata ſunt omnia, non ſuſcipietis ea.Locutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Bos, ouis,& capra cum genita fuerint,ſeptem diebus erunt ſub vbere matris ſuæ:die autem octauo,& deinceps offerri poterunt Domino.Siue illa bos,ſiue ouis,non immolabuntur vna die cum fœtibus ſuis.Si immolaueritis hoſtiam pro gratiarum actione Domino,vt poſsit eſſe placabilis: eodem die comedetis eam,non remanebit quicquam in mane alterius diei.ego Dominus. Cuſtodite mandata mea,& facite ea:ego Dominus. Ne polluatis nomen meum ſanctum,vt ſanctificer in medio filiorum Iſrael:Ego Dominus, qui ſanctifico vos,& eduxi de terra Aegypti,vt eſſem vobis in Deum.ego Dominus.

S. SABBATHI, paſchæ, primitiarum, pentecoſtes, meſſis, tubarum, expiationum, & tabernaculorum ſolennia. CAPVT XXIII.

A IEocutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere filijs Iſrael,& dices ad eos.Hæ ſunt feriæ Domini,quas vocabitis ſanctas.Sex diebus facietis opus:dies ſeptimus,quia ſabbathi requies eſt, vocabitur ſanctus,omne opus non facietis in eo. ſabbathum Domini eſt in cunctis habitationibus veſtris. Hæ ſunt ergo Exod.12.c
feriæ Domini ſanctæ,quas celebrare debetis tẽporibus ſuis. Nume.28.c
B Menſe primo,quartadecima die menſis ad veſperum, Phaſe Domini eſt:& quintadecima die menſis huius ſolennitas azymorum Domini eſt. Septem diebus azyma comedetis.dies primus erit vobis celeberrimus,ſanctusq; : omne opus ſeruile non facietis in eo:ſed offeretis ſacrificium in igne Domino ſeptem diebus . dies autem ſeptimus erit celebrior & ſanctior,nullumque ſeruile opus facietis in eo. Locutusque eſt Dominus ad Moyſen,dicens, Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos, Cum ingreſsi fueritis terram quam ego dabo vobis,& meſſueritis ſegetẽ, feretis manipulos ſpicarũ primitias meſſis veſtræ ad ſacerdotem.qui eleuabit faſciculum coram Domino,vt acceptabile ſit pro vobis:altero die ſabbathi & ſanctificabit illum.Atq; in eodẽ die quo manipulus cõſecratur,
C cædetur agnus immaculatus anniculus in holocauſtum Domini, & libamenta offerentur cum eo duæ decimæ ſimilæ conſperſæ oleo in incenſum Domini,odoremq; ſuauiſsimũ: liba quoque vini quarta pars hin.Panem,& polentam,& pultes non comedetis ex ſegete vſq; ad diem qua offeretis ex ea Deo veſtro.Præceptum eſt ſempiternum in generationibus, cunctisq; habitaculis veſtris. Numerabitis ergo ab altero die ſabbathi in quo obtuliſtis manipulũ primitiarũ ſeptem hebdomadas plenas,vſq; ad alteram diem expletionis hebdomadæ ſeptimæ,id eſt quinquaginta dies : & ſic offeretis ſacrificium nouum Domino ex omnibus habitaculis veſtris,panes primitiarum duos de duabus decimis ſimilæ fermẽtatæ,quos coquetis in primitias Domini. Offeretisq; cũ panibus ſeptẽ agnos immaculatos anniculos,& vitulum de armento vnum,
D & arietes duos,& erunt in holocauſtum cum libamentis ſuis, in odorem ſuauiſsimũ Domino. Facietis & hircum pro peccato,duosq; agnos anniculos hoſtias pacificorum.Cumq; eleuauerit eos ſacerdos cum panibus primitiarum coram Domino,cedent in vſum eius.Et vocabitis hunc diẽ celeberrimum, atq; ſanctiſsimum:omne opus ſeruile non facietis in eo. Legitimum ſempiternum erit in cunctis habitaculis, & generationibus veſtris.Poſtquam autem meſſueritis ſegetem terræ Supra19.b
veſtræ,non ſecabitis eam vſq; ad ſolum: nec remanentes ſpicas,colligetis,ſed pauperibus & peregrinis dimittetis eas.ego ſum Dominus Deus veſter. Locutusque eſt Dominus ad Moyſen,dicens,Loquere filijs Iſrael, Menſe ſeptimo prima die menſis erit vobis ſabbathum,memoriale,clangentibus tubis,& vocabitur ſanctũ:omne opus ſeruile non facietis in eo,
E & offeretis holocauſtum Domino. Locutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Decimo die menſis huius ſeptimi, dies Supra16.g
expiationum erit celeberrimus,& vocabitur ſanctus,affligetisq; animas veſtras in eo,& offeretis holocauſtum Domino. omne opus ſeruile non facietis in tempore diei huius, quia dies propitiationis eſt, vt propitietur vobis Dominus Deus veſter. Omnis anima quæ afflicta non fuerit die hac, peribit de populis ſuis:& quæ operis quippiam fecerit,de-

lebo

lebo eam de populo ſuo. Nihil ergo operis facietis in eo: legitimum ſempiternum erit vobis in cunctis generationibus, & habitationibus veſtris. ſabbathũ requietionis eſt, & affligetis animas veſtras. Die nono menſis ſeptimi à veſpere vſque ad
F veſperum celebrabitis ſabbatha veſtra. Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere filijs Iſrael, A quintodecimo die menſis huius ſeptimi erunt feriæ tabernaculorum ſeptem diebus Domino. dies primus vocabitur celeberrimus atq; ſanctiſsimus: omne opus ſeruile non facietis in eo. Et ſeptem diebus offeretis holocauſta Domino. dies quoq; octauus erit celeberrimus atq; ſanctiſsimus, & offeretis holocauſtum Domino: eſt enim cœtus atque collectæ: omne opus ſeruile non facietis in eo. Hæ ſunt feriæ Domini, quas vocabitis celeberrimas atq; ſanctiſsimas, offeretis q; in eis oblationes Domino holocauſta & libamenta iuxta ritum vniuſcuiuſq; diei: exceptis ſabbathis Domini, donisq; veſtris, & quæ offeretis ex voto, vel quæ ſponte tribuetis Domino. A quin-
G todecimo ergo die menſis ſeptimi, quando congregaueritis omnes fructus terræ veſtræ, celebrabitis ferias Domini ſeptẽ diebus. Die primo & die octauo erit ſabbathum, id eſt requies. Sumetis q; vobis die primo fructus arboris pulcherrimæ, ſpatulas q; palmarum, & ramos ligni denſarum frõdium, & ſalices de torrente, & lætabimini coram Domino Deo veſtro. Celebrabitis q; ſolennitatem eius ſeptem diebus per annum. legitimum ſempiternum erit in generationibus veſtris. Menſe ſeptimo feſta celebrabitis, & habitabitis in vmbraculis ſeptem diebus. Omnis qui de genere eſt Iſrael, manebit in tabernaculis, vt diſcant poſteri veſtri quòd in tabernaculis habitare fecerim filios Iſrael, cum educerem eos de terra Aegypti. ego Dominus Deus veſter. Locutus q; eſt Moyſes ſuper ſolennitatibus Domini ad filios Iſrael.

S. LVCERNARVM *concinnandarum, panum q; propoſitionis ordinandorum ritus, blaſphemorum, talionis q; pœna exercenda.*

CAPVT XXIIII.

A ET locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Præcipe filijs Iſrael, vt afferant tibi oleũ de oliuis puriſsimũ ac lucidum, ad concinnandas lucernas iugiter, extra velũ teſtimonij in tabernaculo fœderis. ponet q; eas Aaron à veſpere vſq; in mane coram Domino, cultu rituq; perpetuo in generationibus veſtris. Super candelabrum mundiſsimũ ponentur ſemper in conſpectu Domini. Accipies quoq; ſimilam, & coques ex ea duodecim panes, qui ſinguli habebunt duas decimas: quorum ſenos altrinſecus ſuper menſam puriſsimam coram Domino ſtatues, & pones
B ſuper eos thus lucidiſsimum, vt ſit panis in monimentũ oblationis Domini. Per ſingula ſabbatha mutabũtur coram Domino ſuſcepti à filijs Iſrael fœdere ſempiterno: eruntq; Aaron & filiorum eius, vt comedant eos in loco ſancto, quia ſanctum ſanctorũ eſt de ſacrificijs Domini iure perpetuo. Ecce autẽ egreſſus filius mulieris Iſraelitidis, quem pepererat de viro Aegyptio inter filios Iſrael, iurgatus eſt in caſtris cum viro Iſraelite. Cumq; blaſphemaſſet nomẽ Domini, & maledixiſſet ei, adductus eſt ad Moyſen. (Vocabatur autem mater eius Salumith filia Dabri de tribu Dan.) Miſerũtq; eum in carcerem, donec noſſent quid iuberet Dominus. Qui locutus eſt
C ad Moyſen, dicens, Educ blaſphemum extra caſtra, & ponãt omnes qui audierunt, manus ſuas ſuper caput eius, & lapidet eum populus vniuerſus. Et ad filios Iſrael loquêris, Homo qui maledixerit Deo ſuo, portabit peccatũ ſuum: & qui blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur. lapidibus opprimet eum omnis multitudo, ſiue ille ciuis ſiue peregrinus fuerit. Qui blaſphemauerit nomen Domini, morte moriatur.
D Qui percuſſerit & occiderit hominem, morte moriatur. Qui percuſſerit animal, reddet vicarium, id eſt animam pro anima. Qui irrogauerit maculam cuilibet ciuium ſuorum: ſicut fecit, ſic fiet ei: fracturã pro fractura, oculum pro oculo, dentem pro dẽte reſtituet. qualẽ inflixerit maculã, talẽ ſuſtinere cogetur. Qui percuſſerit iumentũ, reddet aliud. Qui percuſſerit hominẽ, punietur. Aequũ iudiciũ ſit inter vos, ſiue peregrinus ſiue ciuis peccauerit: quia ego ſum Dominus Deus veſter. Locutusq; eſt Moyſes ad filios Iſrael, & eduxerunt eum qui blaſphemauerat, extra caſtra, ac lapidibus oppreſſerunt. Fecerũtq; filij Iſrael ſicut præceperat Dominus Moyſi.

Exod. 21. e
Deut. 19. d
Aequum iudicium.

Pœna blaſphemi.

Pœna talionis.
Matth. 5. f

S. SEPTIMI *ac quinquageſimi anni lex, ac uſuræ uitandæ.*

CAPVT XXV.

A LOcutus q; eſt Dominus ad Moyſen in monte Sinai, dicens, Loquere filijs Iſrael, & dices ad eos, Quando ingreſsi fueritis terram quam ego dabo vobis, ſabbathizetis ſabbathum Domino. Sex annis ſeres agrum tuum, & ſex annis putabis vineã tuam, colliges q; fructus eius. ſeptimo autem anno ſabbathum erit terræ, requietionis Domini: agrum non ſeres, & vineam non putabis. Quæ ſponte gignet humus, non metes: & vuas primitiarum tuarum non colliges quaſi vindemiam: annus enim requietionis terræ eſt. ſed erunt vobis in cibum, tibi & ſeruo tuo, ancillæ tuæ & mercenario tuo, & aduenæ qui peregrinatur apud te: iumentis tuis & pecoribus omnia quæ naſcun
B tur, præbebunt cibum. Numerabis quoq; tibi ſeptem hebdomadas annorum, id eſt ſepties ſeptem, quæ ſimul faciũt quadraginta nouem: & clanges buccina menſe ſeptimo, decima die menſis, propitiationis tempore in vniuerſa terra veſtra. Sanctificabis q; annum quinquageſimum, & vocabis remiſſionem cunctis habitatoribus terræ veſtræ, ipſe eſt enim iubileus. Reuerterur homo ad poſſeſsionẽ ſuam, & vnuſquiſq; rediet ad familiam priſtinã: quia iubileus eſt & quinquageſimus annus. Non ſeretis atque metetis ſponte in agro naſcentia, & primitias vindemiæ non colligetis, ob ſanctificationem iubilei, ſed ſtatim oblata comedetis. Anno iubilei redient omnes ad poſſeſsiones ſuas. Quãdo vendes quippiã ciui tuo, vel emes ab eo, ne contriſtes fratrem tuum, ſed iuxta numerum annorum iubilei emes ab eo, & iuxta ſupputationẽ fru-
C gum vendet tibi. Quanto plures anni remanſerint poſt iubileum, tanto creſcet & pretium: quantò minus temporis numeraueris, tantò minoris & emptio conſtabit. tempus enim frugum vendet tibi. Nolite affligere contribules veſtros, ſed timeat vnuſquiſq; Deum ſuum, quia ego Dominus Deus veſter. Facite præcepta mea, & iudicia cuſtodite, & implete ea, vt habitare poſsitis in terra abſq; vllo pauore, & gignat vobis humus fructus ſuos, quibus veſcamini vſq; ad ſaturitatẽ, nullius impetum formidantes. Quòd ſi dixeritis, Quid comedemus anno ſeptimo, ſi non ſeuerimus, neq; collegerimus fruges noſtras? Dabo benedictionem meam vobis anno ſexto, & faciet fructus trium annorum, ſeretis q; anno octauo, & comedetis veteres fruges vſq; ad nonum annum: donec noua naſcantur, edetis vetera. Terra quoq; non vendetur in perpetuũ,
D quia mea eſt, & vos aduenæ & coloni mei eſtis: vnde cuncta regio poſſeſsionis veſtræ ſub redemptionis conditione vendetur. Si attenuatus frater tuus vendiderit poſſeſsiunculam ſuam, & voluerit propinquus eius, poteſt redimere quod ille vẽdiderat. ſi autem nõ habuerit proximum, & ipſe pretium ad redimendum potuerit inuenire: computabũtur fructus ex eo tempore quo vendidit: & quod reliquũ eſt, reddet emptori, ſic q; recipiet poſſeſsionem ſuã. quòd ſi non inuenerit manus eius vt reddat pretium, habebit emptor quod emerat vſq; ad annum iubileum. in ipſo enim omnis venditio redibit ad Dominum, & ad poſſeſſorem priſtinum. Qui vendiderit domum intra vrbis muros, habebit licentiam redimendi, do-
E nec vnus impleatur annus. ſi non redemerit, & anni circulus fuerit euolutus, emptor poſsidebit eam, & poſteri eius in perpetuum, & redimi non poterit etiam in iubileo. Si autem in villa fuerit domus, quæ muros non habet, agrorum iure vendetur. ſi antè redempta non fuerit, in iubileo reuerte-

Iubilei annus.

Hebræorũ emẽdi & vẽdendi modus.

tur ad Dominum ſuum. Aedes Leuitarum quæ in vrbibus ſunt, ſemper poſſunt redimi: ſi redemptæ non fuerint, in iubileo reuertentur ad Dominos, quia domus vrbium Leuiticarum pro poſſeſſionibus ſunt inter filios Iſrael. Suburbana autem eorum non væneant, quia poſſeſſio ſempiterna eſt. Si attenuatus fuerit frater tuus & infirmus manu, & ſuſceperis eum quaſi aduenam & peregrinum, & vixerit tecum, ne acci
F pias vſuras ab eo, nec amplius quàm dediſti. time Deũ tuum, vt viuere poſsit frater tuus apud te. Pecuniam tuam non dabis ei ad vſuram, & frugũ ſuperabundantiã non exiges. Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de terra Aegypti, vt darem vobis terram Chanáan, & eſſem veſter Deus. Si paupertate compulſus vendiderit ſe tibi frater tuus, non eum opprimes ſeruitute famulorum, ſed quaſi mercenarius & colonus erit. vſq; ad annum iubileum operabitur apud te, & poſtea egredietur cum liberis ſuis, & reuertetur ad cognationem & ad poſſeſſionem patrũ ſuorũ. mei enim ſerui ſunt, & ego eduxi eos de terra Aegypti. non væneant conditione ſeruorum: ne affligas eum per potentiam, ſed metuito Deũ tuum. Seruus & ancilla ſint vobis de nationibus quæ in circuitu veſtro ſunt. Et de aduenis qui peregrinãtur apud vos, vel qui ex his nati fuerint in terra veſtra, hos habebiti famulos, & hæreditario iure tranſmittetis ad poſteros, acq; poſſidebitis in æter-
G num. fratres autem veſtros filios Iſrael ne opprimatis per potentiam. Si inualuerit apud vos manus aduenæ atq; peregrini, & attenuatus frater tuus vendiderit ſe ei, aut cuiquam de ſtirpe eius, poſt venditionem poteſt redimi. Qui voluerit ex fratribus ſuis, redimet eum, & patruus & patruelis, & conſanguineus, & affinis. ſinautem & ipſe potuerit, redimet ſe, ſupputatis dúntaxat annis à tempore vẽditionis ſuæ vſq; in annum iubileum: & pecunia qua venditus fuerat, iuxta annorum numerum & rationem mercenarij ſupputata. Si plures fuerint anni qui remanent vſq; ad iubileum, ſecundum hos reddet & pretium. ſi pauci, ponet rationem cum eo iuxta annorum numerum, & reddet emptori quod reliquum eſt annorum, quibus antè ſeruiuit mercedibus imputatis: non affliget eum violenter in conſpectu tuo. Quòd ſi per hæc redimi non potuerit, anno iubileo egredietur cum liberis ſuis. Mei enim ſunt ſerui filij Iſrael, quos eduxi de terra Aegypti.

S. DEI mandata obſeruantes bonis donantur, tranſgredientes maledicuntur. CAPVT XXVI.

A Exod.20.a Deut.5.a Pſal.96.b
EGo Dominus Deus veſter, Non facietis vobis idôlum & ſculptile, nec titulos erigetis, nec inſignem lapidem ponetis in terra veſtra, vt adoretis eum. ego enim ſum Dominus Deus veſter. Cuſtodite ſabbatha mea, & pauete ad ſanctuariũ meũ. ego Dominus. Si in præceptis meis ambulaueritis, & mandata mea
Benedictio ſeruantibus præcepta.
cuſtodieritis, & feceritis ea, dabo vobis pluuias temporibus ſuis, & terra gignet germen ſuũ, & pomis arbores replebuntur. Apprehendet meſsium tritura vindemiam, & vindemia occupabit ſementem: & comedetis panem veſtrũ in ſaturita-
Deut.28.a
Iob.11.d
te, & abſq; pauore habitabitis in terra veſtra. Dabo pacem in finibus veſtris: dormietis, & non erit qui exterreat. Auferam
B malas beſtias, & gladius non trãſibit terminos veſtros. Perſequemini inimicos veſtros, & corruent coram vobis. perſequentur quinq; de veſtris centum alienos, & cẽtum de vobis decem millia: cadent inimici veſtri gladio in conſpectu veſtro. Reſpiciam vos, & creſcere faciam: multiplicabimini, & firmabo pactum meum vobiſcum. Comedetis vetuſtiſsima veterum, & vetera nouis ſuperuenientibus proijcietis. Ponam tabernaculum meum in medio veſtri, & non abijciet
2.Cor.6.d
vos anima mea. Ambulabo inter vos, & ero Deus veſter, vosq; eritis populus meus. Ego Dominus Deus veſter, qui eduxi vos de terra Aegyptiorum, ne ſeruiretis eis, & qui con-
Maledictio non ſeruan
fregi catenas ceruicũ veſtrarum, vt incederetis erecti. Quòd ſi non audieritis me, nec feceritis omnia mandata mea, ſed ſpreueritis leges meas, & iudicia mea contempſeritis, vt non faciatis ea quæ à me conſtituta ſunt, & ad irritum perducatis
tibus præceptа. Deut.28.b Thren.2.f Malac.2.a
C pactum meum, ego quoque hæc faciam vobis, Viſitabo vos velociter in egeſtate & ardore, qui conficiat oculos veſtros, & conſumat animas veſtras. Fruſtrà ſeretis ſemẽtem, quæ ab hoſtibus deuorabitur. Ponam faciem meam contra vos, & corruetis coram hoſtibus veſtris, & ſubijciemini his qui oderunt vos. fugietis nemine perſequente. Sinautem nec ſic obedieritis mihi, addam correptiones veſtras ſeptuplum propter peccata veſtra, & conteram ſuperbiam duritiæ veſtræ. Daboque vobis cœlum déſuper ſicut ferrum, & terram æneam.
D Conſumetur incaſſum labor veſter, non proferet terra germen, nec arbores poma præbebunt. Si ambulaueritis ex aduerſo mihi, nec volueritis audire me, addã plagas veſtras vſq; in ſeptuplum propter peccata veſtra: emittamque in vos beſtias agri, quæ conſumant vos, & pecora veſtra, & ad pauci-
tatem cuncta redigant, deſertæque fiant viæ veſtræ. Quòd ſi nec ſic volueritis recipere diſciplinam, ſed ambulaueritis ex aduerſo mihi, ego quoq; contra vos aduerſus incedã, & percutiam vos ſepties propter peccata veſtra, inducamq; ſuper vos gladium vltorem fœderis mei. Cumq; confugeritis in vrbes, mittam peſtilentiam in medio veſtri, & trademini in manibus hoſtium, poſtquam confregero baculum panis veſtri: ita vt decem mulieres in vno clibano coquant panes, & reddant eos ad pondus, & comedetis, & non ſaturabimini. Sin-
E autem nec per hæc audieritis me, ſed ambulaueritis contra me, & ego incedam aduerſus vos in furore contrario, & corripiam vos ſeptem plagis propter peccata veſtra, ita vt comedatis carnes filiorũ veſtrorum & filiarũ veſtrarum. deſtruam excelſa veſtra, & ſimulachra confringam. Cadetis inter ruinas idolorum veſtrorum, & abominabitur vos anima mea, intantum vt vrbes veſtras redigam in ſolitudinem, & deſerta faciam ſanctuaria veſtra, nec recipiam vltrà odorem ſuauiſsimum. Diſperdamq; terram veſtram, & ſtupebunt ſuper ea inimici veſtri, cum habitatores illius fuerint. Vos autem diſpergam in gentes, & euaginabo poſt vos gladium, eritque terra veſtra deſerta, & ciuitates veſtræ dirutæ. Tunc placebunt Terræ ſabbatha ſua cunctis diebus ſolitudinis ſuæ:
F quando fueritis in terra hoſtili, ſabbathizabit, & requieſcet in ſabbathis ſolitudinis ſuæ, eo quòd non requieuerit in ſabbathis veſtris, quando habitabitis in ea. Et qui de vobis remanſerint, dabo pauorem in cordibus eorum in regionibus hoſtium, terrebit eos ſonitus folij volantis, & ita fugient quaſi gladiũ. cadent nullo perſequẽte, & corruent ſinguli ſuper fratres ſuos quaſi bella fugientes. nemo veſtrũ inimicis audebit reſiſtere. Peribitis inter gentes, & hoſtilis vos terra cõſumet. Quòd ſi & de ijs aliqui remanſerint, tabeſcent in iniquitatibus ſuis, in terra inimicorũ ſuorũ, & propter peccata patrum ſuorũ & ſua affligentur: donec confiteantur iniquitates ſuas, & maiorum ſuorũ, quibus præuaricati ſunt in me, & ambulauerunt ex aduerſo mihi. Ambulabo igitur & ego contra eos, & inducam illos in terram hoſtilem, donec erubeſcat incir-
G cunciſa mens eorum. Tunc orabunt pro impietatibus ſuis. Et recordabor fœderis mei quod pepigi cum Iacob, & Iſaac, & Abraham. Terræ quoque memor ero: quæ cum relicta fuerit ab eis, complacebit ſibi in ſabbathis ſuis, patiens ſolitudinem propter illos. Ipſi verò rogabunt pro peccatis ſuis, eo quòd abiecerint iudicia mea, & leges meas deſpexerint. Attamen etiam cũ eſſent in terra hoſtili, nõ penitus abieci eos, neq; ſic deſpexi vt conſumerentur, & irritũ facerem pactũ meũ cum eis. Ego enim ſum Dominus Deus eorũ, & recordabor fœderis mei priſtini, quãdo eduxi eos de terra Aegypti in conſpectu gentiũ, vt eſſem Deus eorum. ego Dominus Deus. Hæc ſunt iudicia atq; præcepta & leges, quas dedit Dominus inter ſe & inter filios Iſrael in monte Sinai per manum Moyſi.

S. VARIORVM generum uota, illorumq; ac decimarum perſolutio. CAPVT XXVII.

Locutusq;

A LOcutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere filijs Iſrael., & dices ad eos, Homo qui votum fecerit,& ſpopõderit Deo animam ſuam,ſub æſtimatione dabit pretium. Si fuerit maſculus à viceſimo anno vſq; ad ſexageſimum annũ, dabit quinquaginta ſiclos argenti ad menſurã ſanctuarij:ſi mulier,triginta.A quinto autẽ anno vſq; ad viceſimum, maſculus dabit viginti ſiclos: fœmina decem. A bvno' menſe vſq; ad annum quintũ,pro maſculo dabũtur quinq; ſicli: pro fœmina tres.Sexagenarius & vltra maſculus dabit quindecim ſiclos:fœmina decem.Si pauper fuerit,& æſtimationẽ reddere nõ valebit,ſtabit corã ſacerdote:& quantum ille æſtimauerit,& viderit eũ poſſe reddere,tantũ dabit.Animal autẽ quod immolari poteſt Domino,ſi quis vouerit Domino, ſanctum erit,& mutari nõ poterit,id eſt nec melius malo,nec peius bono.quòd ſi mutauerit:& ipſum quod mutatũ eſt,& illud pro quo mutatum eſt,conſecratũ erit Domino.Animal immundum quod immolari Domino nõ poteſt,ſi quis vouerit, adducetur ante ſacerdotem:qui dijudicans vtrum bonũ an malum ſit,ſtatuet pretiũ.quòd ſi dare voluerit is qui offert,addet ſuper æſtimationem quintam partem. Homo ſi vouerit domum ſuam,& ſanctificauerit Domino,conſyderabit eam ſacerdos vtrum bona an mala ſit,& iuxta pretium quod ab eo fuerit conſtitutum,venundabitur. ſinautem ille qui vouerat, voluerit redimere eam, dabit quintam partem æſtimationis ſuprà, & habebit domum. Quòd ſi agrum poſſeſſionis ſuæ vouerit,& conſecrauerit Domino:iuxta menſuram ſementis æſtimabitur pretium.ſi triginta modijs hordei ſeritur terra, quinquaginta ſiclis venundetur argenti.Si ſtatim ab anno incipientis iubilei vouerit agrum, quanto valere poteſt,tanto æſtimabitur:ſinautem poſt aliquantulum temporis,ſupputabit ſacerdos pecuniam iuxta annorũ qui reliqui ſunt numerũ vſq; ad iubileũ,& detrahetur ex pretio.Quòd ſi voluerit redimere agrum ille qui vouerat,addet quintã partem æſtimatæ pecuniæ,& poſsidebit eum.ſinautem noluerit redimere, ſed alteri cuilibet fuerit venundatus, vltra eum qui vouerat, redimere non poterit:quia cum iubilei venerit dies, ſanctificatus erit Domino,& poſſeſsio conſecrata ad ius pertinet ſacerdotum.Si ager emptus eſt,& nõ de poſſeſsione maiorum ſanctificatus fuerit Domino, ſupputabit ſacerdos iuxta annorum numerum vſq; ad iubileum,pretium:& dabit ille qui vouerat eum,Domino.in iubileo autem reuertetur ad priorem Dominum qui vendiderat eum, & habuerat in ſortem poſſeſsionis ſuæ.Omnis æſtimatio ſiclo ſanctuarij ponderabitur.Siclus viginti obolos habet.Primogenita quæ ad Deũ pertinent, nemo ſanctificare poterit & vouere, ſiue bos ſiue ouis fuerit:Domini ſunt.Quòd ſi immundum eſt animal, redimet qui obtulit iuxta æſtimationem ſuam, & addet quintam partem pretij.ſi redimere noluerit,vendetur alteri quantumcunq; fuerit antè æſtimatũ. Omne quod Domino conſecratur,ſiue homo fuerit,ſiue animal,ſiue ager, non væniet, nec redimi poterit.Quicquid ſemel fuerit conſecratum, ſanctum ſanctorum erit Domino. Et omnis conſecratio quæ offertur ab homine,non redimetur,ſed morte morietur. Omnes decimæ terræ ſiue de pomis arborum ſiue de frugibus, Domini ſunt,& illi ſanctificantur.Si quis autem voluerit redimere decimas ſuas,addet quintam partem earum.Omnium decimarum bouis & ouis & capræ, quæ ſub paſtoris virga tranſeunt,quicquid decimum venerit,ſanctificabitur Domino.Non eligetur nec bonum nec malum,nec altero commutabitur. ſi quis mutauerit: & quod mutatum eſt, & pro quo mutatum eſt, ſanctificabitur Domino', & non redimetur. Hæc ſunt præcepta quæ mandauit Dominus Moyſi ad filios Iſrael in monte Sinai.

B

C

D

Exod.30 b
Nume.3 g
Ezec.45 d

FINIS.

Liber Numeri, Hebraicè Vaiedabber.



S. NVMERATIS XII. tribuum uiris bellicis, filij Leui ad deferendum tabernaculum instituuntur.


CAPVT I.

A LOCVTVSQVE eſt Dominus ad Moyſen in deſerto Sinai in tabernaculo fœderis,prima die menſis ſecundi,anno altero egreſsionis eorũ ex Aegypto,dicens, Tollite ſummã vniuerſæ cõgregationis filiorum Iſrael per cognationes & domos ſuas, & nomina ſingulorum,quicquid ſexus eſt maſculini à viceſimo anno & ſuprà,omniũ virorũ fortiũ ex Iſrael,& numerabitis eos per turmas ſuas,tu & Aaron.Eruntq; vobiſcũ principes tribuum ac domorum in cognationibus ſuis, quorũ iſta ſunt nomina: De tribu Ruben, Eliſur filius Sedeur.de tribu Simeon, Salamiel filius Suriſaddai.de tribu Iuda,Naaſon filius Aminadab. de tribu Iſſachar,Nathanael filius Suar.de tribu Zabûlon, Eliab filius Helon.filiorũ autẽ Ioſeph de tribu Ephráim, Eliſama filius Ammiud.de tribu Manaſſe, Gamaliel filius Phadaſſur. de tribu Beniamin, Abidan filius Gedeônis. de tribu Dan, Ahiézer filius Ammiſaddai.de tribu Aſer, Phegiel filius Ochran.de tribu Gad, Eliaſaph filius Duel.de tribu Nephthali, Ahira filius Enan. Hi nobiliſsimi principes multitudinis per tribus & cognationes ſuas & capita exercitus Iſrael: quos tulerũt Moyſes & Aarõ cũ omni vulgi multitudine, & congregauerunt primo die mẽſis ſecundi, recẽſentes eos per cognationes & domos ac familias & capita & nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, ſicut præceperat Dominus Moyſi.Numeratiq; ſunt in deſerto Sinai de Ruben primogenito Iſraelis per generationes & familias ac domos ſuas, & nomina capitum ſingulorũ omne quod ſexus eſt maſculini à viceſimo anno & ſuprà,procedentium ad bellum quadraginta ſex millia quingẽti.De filijs Simeon per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum recenſiti ſunt per nomina & capita ſingulorũ omne quod ſexus eſt maſculini à viceſimo anno & ſuprà, procedẽtium ad bellum quinquagintanouem millia trecenti. De filijs Gad per generationes & familias ac domos cognationũ ſuarũ recenſiti ſunt per nomina ſingulorũ à viginti annis & ſuprà,omnes qui ad bella procederent,quadragintaquinq; millia ſexcenti quinquaginta.De filijs Iuda per generationes & familias ac domos cognationum ſuarum per nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà,omnes qui poterãt ad bella procedere,recenſiti ſunt ſeptuagintaquatuor millia ſexcenti. De filijs Iſſachar per generationes & familias ac domos cognationum ſuarũ, per no-

Exod.30 b

Infrà 10 d

mina ſingulorũ à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui ad bella procederẽt, recẽſiti ſunt quinquagintaquatuor millia quadringenti. De filijs Zabûlon per generationes & familias ac domos cognationũ ſuarũ recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterãt ad bella procedere, quinquagintaſeptẽ millia quadringẽti. De filijs Ioſeph, filiorum Ephráim per generationes & familias ac domos cognationũ ſuarũ recenſiti ſunt per nomina ſingulorũ à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere,
E quadraginta millia quingẽti. Porrò filiorũ Manaſſe per generationes & familias ac domos cognationũ ſuarũ recenſiti ſunt per nomina ſingulorũ à viginti annis & ſuprà, omnes qui poterãt ad bella procedere, trigintaduo millia ducenti. De filijs Beniamin per generationes & familias ac domos cognationũ ſuarum recenſiti ſunt nominibus ſingulorũ à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterãt ad bella procedere, trigintaquinque millia quadringẽti. De filijs Dan per generationes & familias ac domos cognationũ ſuarũ recenſiti ſunt nominibus ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere, ſexagintaduo millia ſeptingenti. De filijs
F Aſer per generationes & familias ac domos cognationũ ſuarum recenſiti ſunt per nomina ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere, quadraginta millia & mille quingenti. De filijs Nephthali per generationes & familias ac domos cognationũ ſuarum recẽſiti ſunt nominibus ſingulorum à viceſimo anno & ſuprà, omnes qui poterant ad bella procedere, quinquagintatria millia quadringenti. Hi ſunt quos numerauerũt Moyſes & Aaron, & duodecim principes Iſrael, ſingulos per domos cognationũ ſuarum. Fueruntq; omnes filij Iſrael per domos & familias ſuas à viceſimo anno & ſuprà, qui poterãt ad bella procedere ſexcentatria millia virorũ quingenti quinquaginta. Leuitæ autẽ in tribu familiarum ſuarum nõ ſunt numerati cum eis. Locutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Tribum Leui noli nu
G merare, neq; pones ſummam eorũ cum filijs Iſrael: ſed conſtitues eos ſuper tabernaculũ teſtimonij & cuncta vaſa eius, & quicquid ad ceremonias pertinet. Ipſi portabunt tabernaculum & omnia vtenſilia eius: & erunt in miniſterio, ac per gyrũ tabernaculi metabuntur. Cũ proficiſcendũ fuerit, deponent Leuitæ tabernaculũ: cũ caſtrametandũ, erigẽt. quiſquis externorũ acceſſerit, occidetur. Metabuntur autem caſtra filij Iſrael vnuſquiſq; per turmas & cuneos atq; exercitum ſuum. Porrò Leuitæ per gyrum tabernaculi figent tentoria, ne fiat indignatio ſuper multitudinem filiorũ Iſrael, & excubabunt in cuſtodijs tabernaculi teſtimonij. Fecerunt ergo filij Iſrael iuxta omnia quæ præceperat Dominus Moyſi.



S. Qvae tribus ad quamuis mundi plagam ordinetur recenſitis familiarum principibus. CAPVT II.

A Locutusq; eſt Dominus ad Moyſen & Aaron, dicens, Singuli per turmas, ſigna atq; vexilla & domos cognationum ſuarum caſtrametabuntur filij Iſrael per gyrum tabernaculi fœderis. Ad orientem Iudas figet tentoria per turmas exercitus ſui: eritq; princeps filiorum eius Naaſon filius Aminadab. & omnis de ſtirpe eius ſumma pugnãtiũ, ſeptuagintaquatuor millia ſexcẽti. Iuxta eũ caſtrametati ſunt de tribu Iſſachar, quorũ princeps fuit Nathanael filius Suar. & omnis numerus pugnatorum eius, quinquagintaquatuor millia quadringenti. In tribu Zabûlon princeps fuit Eliab filius Helõ. Omnisq; de ſtirpe eius exercitus pugnatorũ quinquagintaſeptẽ millia quadringenti. Vniuerſi qui in caſtris Iudæ annumerati ſunt, fuerunt centum octogintaſex millia quadringẽti per turmas ſuas: pri
B mi egredientur. In caſtris filiorũ Ruben ad meridianam plagam erit princeps Eliſur filius Sedeur, & cũctus exercitus pugnatorũ eius qui numerati ſunt, quadraginta ſex millia quingenti. Iuxta eũ caſtrametati ſunt de tribu Simeon: cuius princeps fuit Salamiel filius Suriſaddai. & cunctus exercitus pugnatorum eius qui numerati ſunt, quinquagintanouem millia trecenti. In tribu Gad princeps fuit Eliaſaph filius Duel. & cunctus exercitus pugnatorũ eius qui numerati ſunt, quadragintaquinq; millia ſexcenti quinquaginta. Omnes qui recenſiti ſunt in caſtris Ruben, centum quinquaginta millia & mille quadringenti quinquaginta per turmas ſuas. in ſecundo loco proficiſcentur. Leuabitur autem tabernaculum teſtimonij per officia Leuitarum & turmas eorum. quomodo erige-
C tur, ita & deponetur. Singuli per loca & ordines ſuos proficiſcentur. Ad occidentalem plagam erunt caſtra filiorum Ephráim, quorum princeps fuit Eliſama filius Ammiud. cunctus exercitus pugnatorum, qui numerati ſunt, quadraginta millia quingẽti. Et cum eis tribus filiorum Manaſſe, quorum princeps fuit Gamaliel filius Phadaſſur. cunctusq; exercitus pugnatorũ eius, qui numerati ſunt, trigintaduo millia ducenti. In tribu filiorum Beniamin princeps fuit Abidã filius Gedeônis. & cunctus exercitus pugnatorum eius, qui recenſiti ſunt, trigintaquinq; millia quadringẽti. Omnes qui numerati ſunt in caſtris Ephráim, cẽtum octo millia centũ per turmas
D ſuas: tertij proficiſcentur. Ad aquilonis partem caſtrametati ſunt filij Dan: quorũ princeps fuit Ahiézer filius Ammiſaddai. cunctusq; exercitus pugnatorũ eius, qui numerati ſunt, ſexagintaduo millia ſeptingenti. Iuxta eum fixêre tẽtoria de tribu Aſer, quorũ princeps fuit Phegiel filius Ochran, cunctusq; exercitus pugnatorũ eius, qui numerati ſunt, quadraginta millia & mille quingenti. De tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Enan. cũctus exercitus pugnatorũ eius, quinquagintatria millia quadringẽti. Omnes qui numerati ſunt in caſtris Dan, fuerunt centum quinquagintaſeptem millia ſexcenti: & nouiſsimi proficiſcentur. Hic numerus filiorũ Iſrael, per domos cognationũ ſuarum & turmas diuiſi exercitus, ſexcẽtatria millia quingenti quinquaginta. Leuitæ autem nõ ſunt numerati inter filios Iſrael: ſic enim præceperat Dominus Moyſi. Fecerunt q; filij Iſrael iuxta omnia quæ mandauerat Dominus. Caſtrametati ſunt per turmas ſuas, & profecti per familias ac domos patrum ſuorum.

S. Levitae in tabernaculi miniſterium aſſumpti, aſcribuntur loco primogenitorum Iſrael. CAPVT III.

Filij Aarõ. *Exod. 6 d*

Hæ ſunt generationes Aaron & Moyſi in die qua locutus eſt Dominus ad Moyſen in monte Sinai. Et hæc nomina filiorum Aaron, Primogenitus eius Nadab, deinde Abiu & Eleazar & Ithamar. Hæc nomina filiorũ Aaron ſacerdotum qui vncti ſunt, & quorum repletæ & cõſecratæ manus vt ſacerdotio fungerentur. Mortui ſunt enim Nadab & Abiu cũ offerrẽt ignem alienũ in cõſpectu Domini in deſerto Sinai, abſq; liberis: functiq; ſunt ſacerdotio Eleazar & Ithamar coram Aaron patre ſuo. Locutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Applica tribum Leui, & fac ſtare in cõſpectu Aaron ſacerdotis vt miniſtrent ei, & excubent, & obſeruẽt quicquid ad cultum pertinet multitudinis coram tabernaculo teſtimonij, & cuſtodiãt vaſa

Leuit. 10 d
1. Par. 24 d

Leuitis datur ad miniſtratio ſacrorum.

vasa tabernaculi, seruientes in ministerio eius. Dabisq; dono Leuitas Aaron & filijs eius quibus traditi sunt à filijs Israel. Aaron autē & filios eius cōstitues super cultū sacerdotij. Externus qui ad ministrandum accesserit, morietur. Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicēs, Ego tuli Leuitas à filijs Israel pro omni primogenito qui aperit vuluā in filijs Israel, erūtq; C Leuitæ mei. Meū est enim omne primogenitū: ex quo percussi primogenita in terra Aegypti: sanctificaui mihi quic- Infra 8 c quid primum nascitur in Israel ab homine vsq; ad pecus, mei Exod. 13 d sunt: ego Dominus. Locutusq; est Dominus ad Moysen in deserto Sinai, dicens, Numera filios Leui per domos patrum suorū & familias, omnē masculū ab vno mense & suprà. Nu- Exod. 6 c merauit Moyses vt præceperat Dominus, & inuenti sunt filij Leui per nomina sua, Gerson & Caath & Merari. Filij Gerson: Lebni, & Semei. Filij Caath: Amram, & Iesaar, Hebron, & Oziel. Filij Merari: Moholi, & Musi. De Gerson fuêre familiæ duæ, Lebnitica, & Semeitica: quarū numeratus est populus sexus masculini ab vno mense & suprà, septem millia quingentorū. Hi post tabernaculū metabūtur ad occi- D dentem sub principe Heliasaph filio Lael. Et habebūt excubias in tabernaculo fœderis, ipsum tabernaculū & operimentum eius, tentorium quod trahitur ante fores tecti fœderis, & cortinas atrij: tentoriū quoq; quod appēditur in introitu atrij tabernaculi, & quicquid ad ritū altaris pertinet, funes tabernaculi, & omnia vtensilia eius. Cognatio Caath habebit populos Amramitas & Iesaaritas & Hebronitas & Ozielitas. Hæ sunt familiæ Caathitarum, recensitæ per nomina sua: omnes generis masculini ab vno mense & suprà, octo millia sexcēti. Habebunt excubias sanctuarij, & castrametabuntur ad meridianam plagam. Princeps q; eorū erit Elisaphan filius Oziel, & custodient arcam, mensamq; & candelabrum, altaria & vasa sanctuarij, in quibus ministratur, & velū, cunctamq; huiusE cemodi supellectilē. Princeps autē principū Leuitarū Eleazar filius Aaron sacerdotis, erit super excubitores custodiæ sanctuarij. At vero de Merari erūt populi Moholitæ & Musitæ recensiti per nomina sua: omnes generis masculini ab vno mense & suprà, sex millia ducenti. Princeps eorū Suriel filius Abihaiel: in plaga septētrionali castrametabūtur. Erunt sub custodia eorū tabulæ tabernaculi & vectes, & columnæ ac bases earū, & omnia quæ ad cultū huiusce modi pertinent: columnæq; atrij per circumitum cum basibus suis, & paxilli F cum funibus. Castrametabuntur ante tabernaculū fœderis, id est ad orientalem plagam, Moyses & Aaron cū filijs suis, habentes custodiam sanctuarij in medio filiorū Israel. quisquis alienus accesserit, morietur. Omnes Leuitæ quos numerauerunt Moyses & Aaron iuxta præceptū Domini per familias suas in genere masculino à mense vno & suprà, fuerūt viginti duo millia. Et ait Dominus ad Moysen, Numera primogenitos sexus masculini de filijs Israel ab vno mense & suprà, & habebis summam eorū. Tolles q; Leuitas mihi pro omni primogenito filiorū Israel, ego sum Dominus: & pecora eorum pro vniuersis primogenitis pecorum filiorū Israel. Recensuit Moyses sicut præceperat Dominus primogenitos filiorum Israel. & fuerunt masculi per nomina sua à mense vno & suprà, vigintiduo millia ducenti septuagintatres. Locutusq; est G Dominus ad Moysen, dicens, Tolle Leuitas pro primogenitis filiorū Israel, & pecora Leuitarū pro pecoribus eorum: eruntq; Leuitæ mei. ego sum Dominus. In pretio autem ducentorum septuagintatriū qui excedunt numerū Leuitarum de primogenitis filiorū Israel, accipies quinq; siclos per singula capita ad mensuram sanctuarij. Siclus habet viginti obo- Exod. 30 b los. Dabisq; pecuniā Aaron & filijs eius pretiū eorū qui su- Leuit. 27 c prà sunt. Tulit igitur Moyses pecuniam eorū qui fuerāt am- Ezec. 45 d plius, & quos redemerat à Leuitis pro primogenitis filiorum Israel, mille trecentorum sexaginraquinque siclorum iuxta pondus sanctuarij, & dedit eam Aaron & filij eius iuxta verbum quod præceperat sibi Dominus.

S. RITVS & officia Leuitarum iuxta cuiusque familiam distribuuntur. CAPVT IIII.

A  Ocutusq; est Dominus ad Moysen & Aarō, dicens, Tolle summā filiorū Caath de medio Leuitarū per domos & familias suas à tricesimo anno & suprà, vsq; ad quinquagesimū annum omniū qui ingrediūtur vt stent & ministrent in tabernaculo fœderis. Hic est cultus filiorum Caath, Tabernaculū fœderis & Sanctum sanctorū ingrediētur Aaron & filij eius, quando mouenda sunt castra, & deponēt velum quod pendet ante fores, inuoluentq; eo arcam testimonij, & operient rursum velamine hyacinthinarū pelliū, extendentq; désuper palliū totum hyacinthinū, & inducent vectes. Mensam quoq; propositionis inuoluent hyacinthino pallio, & ponent cum ea thuribula & mortariola, cyathos & cratēras ad liba fundenda: panes semper in ea erunt. extendentq; désuper pallium coccineum, quod rursum operient velamento hyacinthinarū pellium, & inducent vectes. Sument & pallium hyacinthinū quo operient candelabrū cum lucernis & forcipibus suis & emunctorijs & cunctis vasis olei, quæ ad concinnādas lucernas necessaria sunt, & super omnia ponent operimentū hyacinthinarū pellium, & inducent vectes. Necnon & altare aureū inuoluent hyacinthino vestimēto, & extendent B désuper operimentum hyacinthinarū pellium, inducentq; vectes. Omnia vasa quibus ministratur in sanctuario inuoluent hyacinthino pallio, & extendent désuper operimentum hyacinthinarū pellium, inducentq; vectes. Sed & altare mundabunt cinere, & inuoluent illud purpureo vestimento: ponentq; cū eo omnia vasa quibus in ministerio eius vtuntur, id est igniū receptacula, fuscinulas ac tridentes, vncinos & batilla. Cuncta vasa altaris operiēt simul velamine hyacinthinarum pellium, & inducent vectes. Cumq; inuoluerint Aaron & filij eius sanctuariū & omnia vasa eius in commotione castrorū, tunc intrabunt filij Caath vt portent inuoluta: & non tangent vasa sanctuarij, ne moriantur. Ista sunt onera filiorum Caath in tabernaculo fœderis, super quos erit Eleazar filius Aaron sacerdotis, ad cuius curam pertinet oleum ad concinnandas lucernas & compositionis incensum, & sacrificium quod semper offertur, & oleum vnctionis: & quicquid ad cultū tabernaculi pertinet, omniumq; vasorū quæ in sanctuario sunt. Locutusq; est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens, Nolite perdere populū Caath de medio Leuitarū: sed hoc facite eis, vt viuant, & non moriantur, si tetigerint Sancta sanctorum. Aaron & filij eius intrabūt, ipsiq; disponent opera singulorū, & diuident quid portare quis debeat. Alij nulC la curiositate videant quæ sunt in sanctuario priusquā inuoluantur, alioquin moriētur. Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens, Tolle summam etiam filiorū Gerson per domos ac familias & cognationes suas à triginta annis & suprà, vsq; ad annos quinquaginta. Numera omnes qui ingrediuntur & ministrant in tabernaculo fœderis. Hoc est officium familiæ Gersonitarum, vt portent cortinas tabernaculi & tectum fœderis operimentum aliud, & super omnia velamen hyacinthinum, tentoriumq; quod pēdet in introitu tabernaculi fœderis, cortinas atrij & velum in introitu quod est ante tabernaculum. Omnia quæ ad altare pertinent, funiculos & vasa ministerij, iubente Aaron & filijs eius, portabunt filij Gerson: & scient singuli cui debeāt oneri mancipari. Hic est cultus familiæ Gersonitarum in tabernaculo fœderis. eruntque sub manu Ithamar filij Aaron sacerdotis. Filios quoq; Merari per familias & domos patrum suorum recensebis à triginta annis & suprà, vsq; ad annos quinquaginta, omnes qui ingrediuntur ad officium ministerij sui & cultum fœderis testimonij. Hæc sunt onera eorum, Portabunt tabulas tabernaculi & vectes eius, columnas ac bases earum, columnas quoque atrij per circumitum cum basibus & paxillis & funibus

funibus ſuis. Omnia vaſa & ſupellectilē ad numerū accipiēt, ſicq; portabūt. hoc eſt officiū familiæ Meraritarū & miniſterium in tabernaculo fœderis: eruntq; ſub manu Ithamar filij
D Aaron ſacerdotis. Recenſuerunt igitur Moyſes & Aaron & principes ſynagógæ filios Caath per cognationes & domos patrum ſuorū à triginta annis & ſuprà, vſq; ad annum quinquageſimum, omnes qui ingrediūtur ad miniſteriū tabernaculi fœderis: & inuenti ſunt duo millia ſeptingenti quinquaginta. hic eſt numerus populi Caath qui intrant tabernaculū fœderis: hos numerauit Moyſes & Aaron iuxta ſermonem Domini per manum Moyſi. Numerati ſunt & filij Gerſon per cognationes, & domos patrū ſuorum à triginta annis & ſuprà, vſq; ad quinquageſimū annum, omnes qui ingrediuntur vt miniſtrent in tabernaculo fœderis: & inuenti ſunt duo millia ſexcenti triginta. hic eſt populus Gerſonitarum, quos numerauerunt Moyſes & Aaron iuxta verbū Domini. Numerati ſunt & filij Merari per cognationes & domos patrum ſuorum à triginta annis & ſuprà, vſq; ad annum quinquageſimum, omnes qui ingrediuntur ad explendos ritus tabernaculi fœderis: & inuenti ſunt tria millia ducenti. hic eſt numerus filiorū Merari, quos recenſuerūt Moyſes & Aaron iuxta imperium Domini per manum Moyſi. Omnes qui recenſiti ſunt de Leuitis, & quos recenſeri fecit ad nomen Moyſes & Aaron, & principes Iſrael per cognationes, & domos patrū ſuorum à triginta annis & ſuprà, vſq; ad annum quinquageſimum, ingredientes ad miniſteriū tabernaculi, & onera portanda fuerunt ſimul octo millia quingenti octoginta. Iuxta verbum Domini recenſuit eos Moyſes, vnumquenq; iuxta officium, & onera ſua, ſicut præceperat ei Dominus.

S. IMMVNDI *extra caſtra arcendi, lex primitiarū & zelotypiæ.*

CAPVT V.

A LOcutuſq; eſt Dominus ad Moyſen dicēs, Præcipe filijs Iſrael vt eijciāt de caſtris omnē leproſum, & qui ſemine fluit, pollutuſque eſt ſuper mortuo: tam maſculū quàm fœminam eijcite de caſtris, ne cōtaminent ea, cū habitauerint vobiſcū. Fecerūtq; ita filij Iſrael, & eiecerūt eos extra caſtra, ſicut locutus erat Dominus Moyſi. Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicēs, Loquere ad filios Iſrael, Vir ſiue mulier cū fecerint ex omnibus peccatis quæ ſolent hominibus accidere, & per negligentiā tranſgreſsi fuerint mandatum Domini, atq; deliquerint, cōfitebuntur peccatū ſuum, & reddent ipſum caput, quintamq; partem déſuper ei in quem peccauerint. ſinautem non fuerit qui recipiat, dabunt Domino, & erit ſacerdotis,
B excepto ariete qui offertur pro expiatione, vt ſit placabilis hoſtia. Omnes quoq; primitiæ quas offerunt filij Iſrael, ad ſacerdotem pertinent: & quicquid in ſanctuarium offertur à ſingulis, & traditur manibus ſacerdotis, ipſius erit. Locutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos, Vir cuius vxor errauerit, maritumq; cōtemnens dormierit cum altero viro, & hoc maritus deprehendere non quiuerit, ſed latet adulterium, & teſtibus argui non poteſt, quia non eſt inuenta in ſtupro: ſi ſpiritus zelotypiæ concitauerit virum contra vxorem ſuam, quæ vel polluta eſt, vel falſa ſuſpicione appetitur: adducet eam ad ſacerdotē, & offeret oblationem pro illa decimam partem ſati farinæ hordeaceæ: non fundet ſuper eam oleum, nec imponet thus, quia ſacrificium zelotypiæ eſt, & oblatio inueſtigans adulterium.
C Offeret igitur eam ſacerdos, & ſtatuet coram Domino, aſſumetq; aquam ſanctam in vaſe fictili, & pauxillum terræ de pauimento tabernaculi mittet in eam. Cumq; ſteterit mulier in conſpectu Domini, diſcooperiet caput eius, & ponet ſuper manus illius ſacrificium recordationis, & oblationem zelotypiæ: ipſe autem tenebit aquas amariſsimas, in quibus cum execratione maledicta congeſsit, adiurabitq; eam, & dicet, Si non dormiuit vir alienus tecum, & ſi non polluta es deſerto mariti thoro, non te nocebunt aquæ iſtæ amariſsimæ, in quas maledicta congeſsi: ſinautem declinaſti à viro tuo atq; polluta es, & cōcubuiſti cum altero viro, his maledictionibus ſubiacebis, Det te Dominus in maledictionē, exemplumq; cunctorum in populo ſuo. putreſcere faciat femur tuum, & tumens vterus tuus diſrumpatur. ingrediantur aquæ maledictæ in ventrem tuū, & vtero tumeſcente putreſcat femur. Et reſpondebit mulier, Amen, amen. Scribetq; ſacerdos in libello iſta maledicta, & delebit ea aquis amariſsimis, in quas maledi-
D cta congeſsit, & dabit ei bibere. Quas cum exhauſerit, tollet ſacerdos de manu eius ſacrificium zelotypiæ, & eleuabit illud coram Domino: imponetq; illud ſuper altare: ita dunta xat vt prius pugillum ſacrificij tollat de eo quod offertur, & incendat ſuper altare: & ſic potum det mulieri aquas amariſsimas. Quas cum biberit, ſi polluta eſt, & contempto viro adulterij rea, pertranſibunt eam aquæ maledictionis, & inflato ventre computreſcet femur. eritq; mulier in maledictionem, & in exemplum omni populo. Quòd ſi polluta non fuerit, erit innoxia. & faciet liberos. Iſta eſt lex zelotypiæ. Si declinauerit mulier à viro ſuo, & ſi polluta fuerit, maritusque zelotypiæ ſpiritu concitatus, adduxerit eam in conſpectum Domini, & fecerit ei ſacerdos iuxta omnia quę ſcripta ſunt, maritus abſq; culpa erit, & illa recipiet iniquitatem ſuam.

Lex primitiarum.

Lex zelotypiæ.

S. NAZARAEORVM *conſecratio & ritus, populiq; à ſacerdotibus benedictio.*

CAPVT VI.

A LOcutuſq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere ad filios Iſrael, & dices ad eos, Vir ſiue mulier cum fecerint votum vt ſanctificentur, & ſe voluerint Domino cōſecrare, à vino, & omni quod inebriare poteſt, abſtinebunt. Acetum ex vino, & ex qualibet alia potione, & quicquid de vua exprimitur, non bibent: vuas recentes ſiccasq; non comedent cunctis diebus quibus ex voto Domino conſecrantur: quicquid ex vinea eſſe poteſt, ab vua paſſa vſq; ad acinum, non comedent. Omni tempore ſeparationis ſuæ nouacula non tranſibit ſuper caput eius vſq; ad completū diem quo Domino conſe-
B cratur. Sanctus erit creſcente cæſarie capitis eius. Omni tempore conſecrationis ſuę ſuper mortuum non ingredietur, nec ſuper patris quidem & matris & fratris ſororisq; funere contaminabitur, quia conſecratio Dei ſui ſuper caput eius eſt. Omnibus diebus ſeparationis ſuæ ſanctus erit Domino. Sin autem mortuus fuerit ſubitò quiſpiam coram eo, polluetur caput conſecrationis eius: quod radet illico in eadem die purgationis ſuæ, & rurſum ſeptima. in octaua autem die offeret duos turtures, vel duos pullos columbæ ſacerdoti in introitu fœderis teſtimonij: facietq; ſacerdos vnum pro peccato, & alterum in holocauſtum, & deprecabitur pro eo, quia peccauit ſuper mortuo: ſanctificabitq; caput eius in die illo, &
C conſecrabit Domino dies ſeparationis illius, offerens agnum anniculum pro peccato: ita tamē vt dies priores irriti fiant, quoniam polluta eſt ſanctificatio eius. Iſta eſt lex conſecrationis, Cum dies quos ex voto decreuerat, complebuntur: adducet eum ad oſtiū tabernaculi fœderis, & offeret oblationem eius Domino, agnum anniculum immaculatum in holocauſtum, & ouem anniculam immaculatā pro peccato, & arietem immaculatum hoſtiam pacificam, caniſtrū quoq; panū azymorum, qui conſperſi ſint oleo, & lagana abſq; fermento vncta oleo, ac libamina ſingulorū: quæ offeret ſacerdos corā Domino, & faciet tam pro peccato, quàm in holocauſtum. Arietem verò immolabit hoſtiam pacificam Domino, offerens ſimul caniſtrum azymorum, & libamenta quæ ex more debentur. Tunc radetur Nazaræus ad oſtium tabernaculi fœderis cæſarie conſecrationis ſuæ: tolletq; capillos eius, & ponet ſuper ignem, qui eſt ſuppoſitus ſacrificio pacificorū, &
D armum coctum arietis, tortamq; abſque fermento vnam de caniſtro, &

laganum

laganũ azymum vnũ,& tradet in manus Nazaræi poſtquam raſum fuerit caput eius.Suſceptaq; rurſum ab eo, eleuabit in conſpectu Domini:& ſanctificata,ſacerdotis erunt, ſicut pectuſculũ quod ſeparari iuſſum eſt,& femur.poſt hæc poteſt bibere Nazaræus vinũ.Iſta eſt lex Nazaræi,cũ vouerit oblationẽ ſuam Domino tempore cõſecrationis ſuæ,exceptis his quæ inuenerit manus eius.iuxta quod mẽte deuouerat,ita faciet ad perfectionem ſanctificationis ſuæ. Locutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere Aaron & filijs eius, Sic benedicetis filijs Iſrael,& dicetis eis, Benedicat tibi Dominus & cuſtodiat te. Oſtendat Dominus faciem ſuam tibi, & miſereatur tui. Conuertat Dominus vultum ſuum ad te, & det tibi pacem. Inuocabuntq; nomen meum ſuper filios Iſrael,& ego benedicam eis.

Modus benedicendi populum. Eccle.36 c

S. ISRAELITARVM *principum oblata in templi dedicatione per* XII. *dies.* CAPVT VII.

A

Exo.40 b

EActum eſt autem in die qua compleuit Moyſes tabernaculum,& erexit illud:vnxitq; & ſanctificauit cum omnibus vaſis ſuis, altare ſimiliter & omnia vaſa eius. Obtulerunt principes Iſrael & capita familiarũ,quæ erãt per ſingulas tribus,præfecti eorum qui numerati fuerant,munera corã Domino ſex plauſtra tecta cum duodecim bobus. Vnum plauſtrũ obtulêre duo duces,& vnũ bouem ſinguli,obtuleruntq; ea in cõſpectu tabernaculi.Ait autẽ Dominus ad Moyſen, Suſcipe ab eis vt ſeruiant in miniſterio tabernaculi,& trades ea Leuitis iuxta ordinẽ miniſterij ſui.Itaq; cum ſuſcepiſſet Moyſes plauſtra, & boues,tradidit ea Leuitis.Duo plauſtra & quatuor boues dedit filijs Gerſon,iuxta id quod habebant neceſſarium. quatuor alia plauſtra,& octo boues dedit filijs Merari ſecundum officia & cultũ ſuum,ſub manu Ithamar filij Aaron ſacerdotis.filijs autem Caath nõ dedit plauſtra & boues: quia in ſanctuario ſeruiũt,& onera proprijs portãt humeris. Igitur obtulerunt duces in dedicationẽ altaris,die qua vnctum eſt,oblationem ſuam ante altare.Dixitq; Dominus ad Moyſen, Singuli duces per ſingulos dies offerãt munera in dedicationem altaris.Primo die obtulit oblationẽ ſuam Naaſon filius Aminadab de tribu Iuda:fueruntq; in ea acetabulum argenteum pondo centum triginta ſiclorum,phiala argentea habens ſeptuaginta ſiclos iuxta pondus ſanctuarij,vtrunq; plenum ſimila cõſperſa oleo in ſacrificium:mortariolũ ex decem ſiclis aureis plenum incenſo:bouem de armẽto,& arietem,& agnũ anniculum in holocauſtũ:hircumq; pro peccato,& in ſacrificio pacificorum boues duos,arietes quinq;, hircos quinque, agnos anniculos quinq;.hæc eſt oblatio Naaſon filij Aminadab.Secundo die obtulit Nathanael filius Suar dux de tribu Iſſachar,acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos,phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos,iuxta pondus ſanctuarij,vtrũq; plenum ſimila cõſperſa oleo in ſacrificium.mortariolum aureum habens decem ſiclos plenum incenſo:bouem de armento,& arietem,& agnum anniculum in holocauſtum:hircumq; pro peccato: & in ſacrificio pacificorum boues duos,arietes quinq;,hircos quinq;,agnos anniculos quinq;.hæc fuit oblatio Nathanael filij Suar. Tertio die princeps filiorum Zabûion Eliab filius Helon,obtulit acetabulum argenteum appẽdens centum triginta ſiclos,phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij,vtrunq; plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:mortariolum aureũ appendens decem ſiclos plenũ incẽſo:bouem de armento,& arietem,& agnum anniculũ in holocauſtum: hircumq; pro peccato:& in ſacrificio pacificorũ boues duos, arietes quinq;,hircos quinq;,agnos anniculos quinq;.hæc eſt oblatio Eliab filij Helon. Die quarto princeps filiorum Ruben,Eliſur filius Sedeur obtulit acetabulũ argenteum appendens centum triginta ſiclos,phialam argẽteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij,vtrunq; plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo:bouem de armẽto,& arietem,& agnum anniculum in holocauſtũ: hircumq; pro peccato:& in hoſtias pacificorum boues duos,arietes quinq;,hircos quinq;,agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Eliſur filij Sedeur.Die quinto princeps filiorũ Simeon Salamiel filius Suriſaddai,obtulit acetabulũ argẽteum appendẽs centũ triginta ſiclos,phialam argẽteam habẽtem ſeptuaginta ſiclos ad põdus ſanctuarij,vtrũq; plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:mortariolum aureũ appendens decem ſiclos plenum incenſo:bouem de armento,& arietem,& agnum anniculum in holocauſtum: hircumq; pro peccato: & in hoſtias pacificorum boues duos,arietes quinq;,hircos quinq;, agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Salamiel filij Suriſaddai. Die ſexto princeps filiorũ Gad Eliaſaph filius Duel, obtulit acetabulum argenteũ appendens centũ triginta ſiclos,phialam argenteã habẽtem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij,vtrũq; plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium: mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenũ incenſo,bouem de armẽto,& arietem,& agnum anniculum in holocauſtum:hircumq; pro peccato:& in hoſtias pacificorum boues

D duos,arietes quinq;, hircos quinq;, agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Eliaſaph filij Duel. Die ſeptimo princeps filiorum Ephráim Eliſama filius Ammiud, obtulit acetabulũ argenteum appẽdens centũ triginta ſiclos,phialam argẽteam habẽtem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij,vtrũq; plenum ſimila cõſperſa oleo in ſacrificium: mortariolũ aureum appendẽs decem ſiclos plenũ incenſo:bouem de armento, & arietem,& agnum anniculum in holocauſtum:hircumq; pro peccato:& in hoſtias pacificorũ, boues duos, arietes quinq;, hircos quinq;,agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Eliſama filij Ammiud. Die octauo princeps filiorum Manaſſe Gamaliel filius Phadaſſur,obtulit acetabulum argenteũ appendens centũ triginta ſiclos,phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij,vtrunq; plenũ ſimila cõſperſa oleo in ſacrificium:mortariolum aureum appendẽs

E decem ſiclos plenum incenſo:bouem de armẽto, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: hircumq; pro peccato:& in hoſtias pacificorũ boues duos,arietes quinq;, hircos quinq;,agnos anniculos quinq;. Hæc fuit oblatio Gamaliel filij Phadaſſur. Die nono princeps filiorum Beniamin Abidan filius Gedeonis,obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habẽtem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij,vtrunq; plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificiũ:mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenũ incenſo:bouem de armẽto, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum:hircumq; pro peccato:& in hoſtias pacificorũ boues duos,arietes quinq;, hircos quinque,agnos anniculos quinq;.hæc fuit oblatio Abidã filij Gedeonis. Die decimo princeps filiorum Dan Abiézer filius Ammiſaddai obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos,phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij,vtrunq; plenũ ſimila conſperſa oleo in ſacrificium : mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo:bouem de armento,& arietem,& agnum anniculum in holocauſtum:hircumq; pro peccato:& in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinque, hircos quinq;,agnos anniculos quinq;.hæc fuit oblatio Abiézer fi-

F lij Ammiſaddai. Die vndecimo princeps filiorum Aſer Phegiel filius Ochran, obtulit acetabulum argenteum appendens centum triginta ſiclos, phialam argenteam habentem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrunq; plenum ſimila conſperſa oleo in ſacrificium:mortariolum aureum appendens decem ſiclos plenum incenſo: bouem de armento, & arietem, & agnum anniculum in holocauſtum: hircumque pro peccato: & in hoſtias pacificorum boues duos arietes quinque, hircos quinque, agnos anniculos quinque, hæc fuit.

hæc fuit oblatio Phegiel filij Ochran. Die duodecimo princeps filiorũ Nephthali Ahira filius Enan, obtulit acetabulum argenteũ appendens centũ triginta ſiclos, phialã argenteam habẽtem ſeptuaginta ſiclos ad pondus ſanctuarij, vtrũq; plenum ſimila oleo cõſperſa in ſacrificiũ: mortariolũ aureũ appendens decem ſiclos plenũ incenſo: bouẽ de armẽto, & arietem, & agnũ anniculũ in holocauſtũ: hircumq; pro peccato: & in hoſtias pacificorum boues duos, arietes quinq;, hircos
G quinq;, agnos anniculos quinq;. hæc fuit oblatio Ahira filij Enan. Hæc in dedicatione altaris oblata ſunt à principibus Iſrael, in die qua conſecratũ eſt: acetabula argẽtea duodecim, phialæ argẽteæ duodecim, mortariola aurea duodecim: ita vt centũ triginta ſiclos argẽti haberet vnũ acetabulũ, & ſeptuaginta ſiclos argẽti haberet vna phiala, id eſt in commune vaſorum omniũ ex argẽto ſicli duo milia quadringẽti, pondere ſanctuarij. mortariola aurea duodecim plena incenſo, denos ſiclos appendentia pondere ſanctuarij, id eſt ſimul auri ſicli centum viginti. boues de armẽto in holocauſtum duodecim, arietes duodecim, agni anniculi duodecim, & libamenta eorum. hirci duodecim pro peccato. hoſtiæ pacificorum, boues viginti quatuor, arietes ſexaginta, hirci ſexaginta, agni anniculi ſexaginta. Hæc oblata ſunt in dedicatione altaris, quando vnctum eſt. Cumq; ingrederetur Moyſes tabernaculum fœderis, vt conſuleret oraculum, audiebat vocem loquentis ad ſe de propitiatorio, quod erat ſuper arcam teſtimonij inter duos cherũbim, vnde & loquebatur ei.

S. CANDELABRI & lucernarum ſitus, ætaſq; & conſecratio Leuitarum. CAPVT VIII.

A  Ocutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicẽs, Loquere Aaron, & dices ad eũ, Cum poſueris ſeptem lucernas, * candelabrũ in auſtrali parte eri gatur. Hoc igitur præcipe vt lucernæ cõtra boream è regione reſpiciãt ad mẽſam panũ propoſitionis .. cõtra eam partẽ quam candelabrũ reſpicit, lucere debebũt. Fecitq; Aaron, & impoſuit lucernas ſuper candelabrum, vt præceperat Dominus Moyſi. Hæc autem erat fa-
Forma candelabri. ctura cãdelabri: ex auro ductili, tam medius ſtipes quàm cuncta quæ ex vtroq; calamorũ latere naſcebantur. iuxta exem-
B plum quod oſtẽdit Dominus Moyſi, ita operatus eſt candelabrum. Et locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicẽs, Tolle Leuitas ex medio filiorũ Iſrael, & purificabis eos iuxta hunc ritum, Aſpergãtur aqua luſtrationis, & radant omnes pilos carnis ſuæ. Cumq; lauerint veſtimẽta ſua, & mũdati fuerint, tollent bouem de armẽtis, & libamentũ eius ſimilã oleo cõſperſam, bouem autem alterũ de armẽto tu accipies pro peccato: & applicabis Leuitas coram tabernaculo fœderis, conuocata omni multitudine filiorum Iſrael. Cumq; Leuitæ fuerint coram Domino, ponẽt filij Iſrael manus ſuas ſuper eos, & offeret Aaron Leuitas, munus in cõſpectu Domini à filijs Iſrael, vt ſeruiant in miniſterio eius. Leuitæ quoque ponent manus
C ſuas ſuper capita boum, è quibus vnum facies pro peccato, & alterum in holocauſtum Domini, vt depreceris pro eis. ſtatuesq; Leuitas in conſpectu Aaron & filiorũ eius, & cõſecrabis oblatos Domino. ac ſeparabis de medio filiorum Iſrael vt ſint mei: & poſtea ingrediantur tabernaculum fœderis vt ſeruiant mihi. Sicq; purificabis & cõſecrabis eos in oblationem
Supra 3 c Domini, quoniam dono donati ſunt mihi à filijs Iſrael. Pro
Exod. 13 a primogenitis quæ aperiunt omnẽ vuluã in Iſrael, accepi eos.
Luc. 2 d Mea ſunt enim omnia primogenita filiorũ Iſrael, tam ex hominibus quàm ex iumentis. Ex die quo percuſſi omne primogenitũ in terra Aegypti, ſanctificaui eos mihi: & tuli Leuitas pro cunctis primogenitis filiorum Iſrael, tradidiq; eos dono Aaron & filijs eius de medio filiorum Iſrael, vt ſeruiant mihi pro Iſrael in tabernaculo fœderis, & orent pro eis ne ſit in populo plaga, ſi auſi fuerint accedere ad ſanctuariũ. Fece-
D runtq; Moyſes & Aaron & omnis multitudo filiorum Iſrael ſuper Leuitis quæ præceperat Dominus Moyſi: purificatiq; ſunt, & lauerunt veſtimẽta ſua. Eleuauitq; eos Aaron in conſpectu Domini, & orauit pro eis vt purificati ingrederentur ad officia ſua in tabernaculum fœderis coram Aaron & filijs eius. Sicut præceperat Dominus Moyſi de Leuitis, ita factũ eſt. Locutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Hæc eſt lex Leuitarum, A vigintiquinq; annis, & ſuprà, ingredientur vt miniſtrent in tabernaculo fœderis: Cumq; quinquageſimum annum ætatis impleuerint, ſeruire ceſſabunt, eruntq; miniſtri fratrum ſuorum in tabernaculo fœderis, vt cuſtodiant quæ ſibi fuerint commendata, opera autem ipſa non faciant, ſic diſpones Leuitas in cuſtodijs ſuis. Aetas Leuitarum.

S. PHASE celebratio, tam à mundis quàm immundis & peregrinis, nubes ducit exercitum tabernaculum operiens.

CAPVT IX.

A  Ocutus eſt Dominus ad Moyſen in deſerto Sinai anno ſecundo, poſtquã egreſſi ſunt de terra Aegypti mẽſe primo, dicens, Faciant filij Iſrael phaſe in tempore ſuo, quartadecima die menſis huius ad veſperã iuxta omnes ceremonias & iuſtificationes eius. Præcepitq; Moyſes filijs Iſrael vt facerent phaſe. Qui fecerũt tempore ſuo: quartadecima die menſis ad veſperã in mõte Sinai. Iuxta omnia quæ mandauerat Dominus Moyſi, fecerũt filij Iſrael. Ecce autem quidam immundi
B ſuper anima hominis, qui nõ poterãt facere phaſe in die illo, accedentes ad Moyſen & Aaron, dixerũt eis, Immũdi ſumus ſuper anima hominis, quare fraudamur vt nõ valeamus oblationem offerre Domino in tempore ſuo inter filios Iſrael? Quibus reſpondit Moyſes, State, vt cõſulam quid præcipiat Dominus de vobis. Locutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Loquere filijs Iſrael, Homo qui fuerit immũdus ſuper anima, ſiue in via procul in gẽte veſtra, faciat phaſe Domino in menſe ſecũdo, quartadecima die menſis ad veſperam: cum azymis & lactucis agreſtibus comedent illud. nõ relinquent *Exod. 12 g* ex eo quippiã vſq; mane, & os eius nõ confringent, omnem *Ioan. 19 f* ritum phaſe obſeruabũt. Si quis autem & mũdus eſt, & in itinere non fuit, & tamen non fecit phaſe, extermina bitur anima illa de populis ſuis, quia ſacrificium Domino non obtulit
C tempore ſuo: peccatũ ſuum ipſe portabit. Peregrinus quoq; & aduena ſi fuerint apud vos, faciẽt phaſe Domino iuxta ceremonias, & iuſtificationes ſuas. Præceptum idem erit apud *Exod. 40 b* vos tam aduenæ, quàm indigenæ. Igitur die qua erectũ eſt tabernaculũ. operuit illud nubes. A veſpere autem ſuper tentorium erat quaſi ſpecies ignis vſq; mane. ſic fiebat iugiter. per diem operiebat illud nubes, & per noctẽ quaſi ſpecies ignis. Cumq; ablata fuiſſet nubes quæ tabernaculum protegebat, tunc proficiſcebantur filij Iſrael, & in loco vbi ſtetiſſet nubes, ibi caſtrametabantur. Ad imperium Domini proficiſce-
D bantur, & ad imperium illius figebãt tabernaculum. Cunctis *1. Cor. 10 d* diebus quibus ſtabat nubes ſuper tabernaculum, manebãt in eodem loco: & ſi eueniſſet vt multo tempore maneret ſuper illud, erant filij Iſrael in excubijs Domini, & non proficiſcebantur quotquot diebus fuiſſet nubes ſuper tabernaculũ. Ad imperium domini erigebant tentoria, & ad imperium illius deponebant. Si fuiſſet nubes à veſpere vſq; ad mane, & ſtatim diluculo tabernaculum reliquiſſet, proficiſcebantur: & ſi poſt diem & noctem receſſiſſet, diſsipabant tentoria. Si verò biduo aut vno menſe vel longiori tempore fuiſſet ſuper tabernaculum, manebãt filij Iſrael in eodem loco, & nõ proficiſcebantur: ſtatim autem vt receſſiſſet, mouebant caſtra. Per verbum Domini figebant tentoria, & per verbum illius proficiſcebantur, erantq; in excubijs Domini iuxta imperium eius per manum Moyſi.

S. VSVS tubarum caſtrorumq; mouendorum ordo, Hobabq; à filijs Iſrael diſceſſus. CAPVT X.

Locutusq;

A Locutusq; est Dominus ad Moysen, dicens, Fac tibi duas tubas argenteas ductiles, quibus cõuocare posis multitudinẽ quando mouenda sunt castra, Cumq; increpueris tubis, congregabitur ad te omnis turba ad ostiũ tabernaculi fœderis. Si semel clãgueris, venient ad te principes, & capita multitudinis Israel. Si autẽ prolixior atq; concisus clangor increpuerit, mouebũt castra primi qui sunt ad orientalẽ plagã: in secundo autẽ sonitu & pari vlulatu tubæ, leuabũt tentoria qui habitant ad meridiẽ, & iuxta hunc modũ reliqui faciẽt vlulãtibus tubis in profectionẽ. Quando autẽ congregãdus est populus, simplex tubarũ clangor erit, & non concisè vlulabunt. Filij autẽ Aaron sacerdotis clangẽt tubis: eritq; hoc legitimũ sempiternum in generationibus vestris. Si exieritis ad bellum de terra vestra cõtra hostes qui dimicant aduersum vos, clangetis vlulantibus tubis, & erit recordatio vestri corã Domino Deo vestro, vt eruamini de manibus inimicorũ vestrorũ. Si quando habebitis epulũ, & dies festos, & calendas, canetis tubis super holocaustis, & pacificis victimis, vt sint vobis in recordationẽ Dei vestri. ego Dominus Deus vester. Anno secundo, mense secũdo, vicesima die mensis eleuata est nubes de tabernaculo fœderis. profectiq; sunt filij Israel per turmas suas de deserto Sinai, & recubuit nubes in solitudine Pharan. Moueruntq; castra primi iuxta imperium Domini per manũ Moysi. Filij Iuda per turmas suas, quorũ princeps erat Naason filius Aminadab. In tribu filiorum Issachar fuit princeps Nathanael filius Suar. In tribu Zabûlon erat princeps Eliab filius Helon.

Supra 1 d.

C Depositumq; est tabernaculum, quod portantes egressi sunt filij Gerson & Merari. Profectiq; sunt & filij Ruben, per turmas & ordinem suum, quorũ princeps erat Helisur filius Sedeur. In tribu autẽ filiorũ Simeon, princeps fuit Salamiel filius Surisaddai. Porrò in tribu Gad erat princeps Eliasaph filius Duel. Profectiq; sunt & Caathitæ portãtes sanctuariũ. Tandiu tabernaculum portabatur, donec venirẽt ad erectionis locum. Mouerunt castra & filij Ephraim per turmas suas, in quorum exercitu princeps erat Elisama filius Ammiud. In tribu autẽ filiorum Manasse princeps fuit Gamaliel filius Phadassur. & in tribu Beniamin erat dux Abidan filius Gedeonis. Nouissimi castrorũ omnium profecti sunt filij Dan per turmas suas, in quorũ exercitu princeps fuit Ahiézer filius Ammisaddai, In tribu autem filiorum Aser erat princeps Phegiel filius Ochram. Et in tribu filiorum Nephthali princeps fuit Ahira filius Euan. Hæc sunt castra, & profectiones

D filiorũ Israel per turmas suas quando egrediebantur. Dixitq; Moyses Hobab filio Raguel Madianitæ cognato suo, Proficiscimur ad locum quem Dominus daturus est nobis: veni nobiscũ vt benefaciamus tibi, quia Dominus bona promisit Israeli, Cui ille respõdit, Non vadam tecũ, sed reuertar in terram meam, in qua natus sum. Et ille, Noli, inquit, nos relinquere. tu enim nosti in quibus locis per desertũ castra ponere debeamus, & eris ductor noster. Cumq; nobiscũ veneris, quicquid optimũ fuerit ex opibus quas nobis traditurus est Dominus, dabimus tibi. Profecti sunt ergo de monte Domini viã triũ dierũ, arcaq; fœderis Domini præcedebat eos per dies tres prouidens castrorũ locũ. Nubes quoq; Domini super eos erat per diẽ cũ incederẽt. Cumq; eleuaretur arca, dicebat Moyses, Surge Domine, & dissipentur inimici tui, & fugiant qui oderũt te à facie tua. Cum autẽ deponeretur, aiebat, Reuertere Domine ad multitudinem exercitus Israel.

Psal. 67 a

S. MVRMVRIS *pœna plexi Iudæi coturnicum carnes in suum malum impetrant, partito Moysi onere in* LXX. *seniores.*

CAPVT XI.

A Nterea ortum est murmur populi, quasi dolentium pro labore, contra Dominum. Quod cum audisset, iratus est. Et accensus in eos ignis Domini, deuorauit extremam castrorum partem.

Cumq; clamasset populus ad Moysen, orauit Moyses ad Dominũ, & absorptus est ignis. Vocauitq; nomen loci illius Incensio: eo quòd succensus fuisset contra eos ignis Domini. Vulgus quippe promiscuũ, quod ascenderat cum eis, flagrauit desyderio carnium sedẽs & flens, iunctis sibi pariter filijs

B Israel, & ait, Quis dabit nobis ad vescendũ carnes? Recordamur piscium quos comedebamus in Aegypto gratis: in mentem nobis veniunt cucumeres, & pepones, porriq;, & cepe, & allia. Anima nostra arida est, nihil aliud respiciũt oculi nostri nisi Man. Erat autem Man quasi semen coriandri coloris bdellij. Circũibatq; populus, & colligens illud, frangebat mola, siue terebat in mortario, coquens in olla, & faciens ex eo tortulas saporis quasi panis oleati. Cumq; descenderet nocte super castra ros, descendebat pariter & Man. Audiuit ergo

C Moyses flentẽ populũ per familias, singulos per ostia tentorij sui. Iratusq; est furor Domini valde: sed & Moysi intoleranda res visa est, & ait ad Dominum, Cur afflixisti seruum tuum? quare non inuenio gratiam coram te? & cur imposuisti pondus vniuersi populi huius super me? Nunquid ego concepi omnem hanc multitudinem, vel genui eam, vt dicas mihi, Porta eos in sinu tuo sicut portare solet nutrix infantulum, & defer in terram pro qua iurasti patribus eorum? Vnde mihi carnes vt dem tantæ multitudini? Flent coram me, dicentes? Da nobis carnes vt comedamus. Non possum solus sustinere omnem hunc populũ, quia grauis est mihi. Sin aliter tibi videtur, obsecro vt interficias me, & inueniã gratiam

D in oculis tuis, ne tantis afficiar malis. Et dixit Dominus ad Moysen, Congrega mihi septuaginta viros de senibus Israel quos tu nosti quòd senes populi sint ac magistri: & duces eos ad ostium tabernaculi fœderis, faciesq; ibi stare tecum, vt descendam & loquar tibi, & auferam de spiritu tuo, tradamq; eis, vt sustentẽt tecum onus populi, & nõ solus graueris. Populo quoq; dices, Sanctificamini: cras comedetis carnes. ego enim audiui vos dicere, Quis dabit nobis escas carnium? bene nobis erat in Aegypto. Vt det vobis Dominus carnes, & comedatis: non vno die nec duobus, vel quinque aut decem, nec viginti quidem, sed vsque ad mensem dierũ, donec exeat per nares vestras, & vertatur in nauseam, eo quòd repuleritis

E Dominum qui in medio vestri est, & fleueritis coram eo, dicentes, Quare egressi sumus ex Aegypto? Et ait Moyses, Sexcenta millia peditum huius populi sunt: & tu dicis, Dabo eis esum carniũ mense integro? Nunquid ouium & boum multitudo cædetur, vt possit sufficere ad cibum: vel omnes pisces maris in vnum congregabuntur, vt eos satient? Cui respondit Dominus, Nũquid manus Domini inualida est? Iam nunc videbis vtrum meus sermo opere cõpleatur. Venit igitur Moyses, & narrauit populo verba Domini, congregans

F septuaginta viros de senibus Israel, quos stare fecit circa tabernaculum. Descenditq; Dominus per nubem, & locutus est ad eum, auferens de spiritu qui erat in Moyse, & dans septuaginta viris. Cumq; requieuisset in eis spiritus, prophetauerunt, nec vltrà cessauerunt. Remanserant autem in castris duo viri, quorum vnus vocabatur Eldad, & alter Medad, super quos requieuit spiritus. nam & ipsi descripti fuerant, & non exierant ad tabernaculum. Cumq; prophetarent in castris, cucurrit puer, & nuntiauit Moysi, dicens, Eldad & Medad prophetant in castris. Statim Iosûe filius Nun, minister Moysi, & electus è pluribus, ait, Domine mi Moyses prohibe eos. At ille, Quid, inquit, æmularis pro me? quis tribuat,

G vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum? Reuersusq; est Moyses, & maiores natu Israel in castra. Ventus autem egrediens à Domino arreptas trans mare coturnices detulit, & dimisit in castra itinere quantum vno die confici potest, ex omni parte castrorum per circuitum, volabantq; in aere duobus cubitis altitudine super terram. Surgens ergo populus toto die illo, & nocte, ac die altero, congregauit coturnicum multitudinem: qui parum, decem

1. Cor. 10 d

Exod. 16 c

Sapien. 16 c

Psal. 77 c

Ioan. 6 d

Murmuratio & infidelitas Moysi.

Ioan. 6 d

Esaiæ 59 d

Incredulitas Moysi.

Ordinantur septuaginta seniores ad sustentandũ onus populi.

Moyses optat omnes prophetare. Pluit coturnices.

Psal. 77 c

decem choros: & siccauerunt eas per gyrum castrorum. Adhuc carnes erant in dentibus eorum, nec defecerat huiusce-
Puniuntur carniuori. modi cibus: & ecce furor Domini concitatus in populũ, per-
Psal. 77 c cussit eum plaga magna nimis. Vocatusq; est ille locus, Sepulchra concupiscentiæ: ibi enim sepelierunt populum qui desyderauerat carnes. Egressi autem de Sepulchris concupiscentiæ, venerunt in Haseroth, & manserunt ibi.

S. AARON & MARIA in Moysen insurgentibus, Maria lepra percussa, & à populo septem diebus separata, sanitate donatur.

CAPVT XII.

A IOcutaq; est Maria & Aaron contra Moysen propter vxorem eius Aethiopissam, & dixerunt, Num per solũ Moysen locutus est Dominus? nónne & nobis similiter est loquutus? Quod cum audisset Dominus, iratus est. Erat enim Moyses vir mitissimus super omnes homines qui morabantur in terra. Statim locutus est Dominus ad eũ, & Aarõ & Mariã, Egredimini vos tantũ tres ad tabernaculũ fœderis, Cumq; fuissent egressi, descendit Dominus in colũna nubis,
B & stetit in introitu tabernaculi vocans Aaron & Mariã. Qui cum issent, dixit ad eos, Audite sermones meos, Si quis fuerit inter vos propheta Domini, in visione apparebo ei, vel per somnium loquar ad illum. At non talis seruus meus Moyses,
Hebr. 34 qui in omni domo mea fidelissimus est. ore enim ad os loquor ei; palàm, & nõ per ænigmata & figuras Dominum videt. Quare ergo non timuistis detrahere seruo meo Moysi?
C Iratusq; contra eos, abijt. Nubes quoq; recessit quæ erat super tabernaculũ. Et ecce Maria apparuit candens lepra quasi nix. Cumq; respexisset eam Aaron, & vidisset perfusam lepra, ait ad Moysen: Obsecro Domine mi, ne imponas nobis hoc peccatum, quod stultè cõmisimus, ne fiat hæc quasi mortua, & vt abortiuũ quod proijcitur de vulua matris suæ. ecce
D iam medium carnis eius deuoratum est à lepra. Clamauitque Moyses ad Dominum, dicens, Deus obsecro sana eam. Cui respondit Dominus, Si pater eius spuisset in faciẽ illius, nónne debuerat saltem septem diebus rubore suffundi? Separetur septem diebus extra castra, & posteà reuocabitur. Exclusa est itaq; Maria extra castra septem diebus: & populus nõ est motus de loco illo donec reuocata est Maria.

S. MISSI exploratores in terram Chanaan, quam in signum fertilitatis referunt. CAPVT XIII.

A PRofectusq; est populus de Haseroth fixis tentorijs in deserto Pharan. Ibiq; locutus est Dominus ad Moysen, dicens, Mitte viros qui consyderent terram Chanáan, quam daturus sum filijs Israel, singulos de singulis tribubus ex principibus. Fecit Moyses quod Dominus imperauerat, de deserto Pharã mittens principes viros, quorum ista sunt nomina. De tribu Ruben, Sammua filium Zechur. De tribu Simeõ, Saphat filium Huri. De tribu Iuda, Caleb filiũ Iephone. De tribu Issachar, Igal filium Ioseph. De tribu Ephraim, Oseefilium Nun. De tribu Beniamin, Phalti filiũ Raphu. De tribu Zabûlon, Gediel filium Sodi. De tribu Ioseph, sceptri Manasse, Gaddi filium Susi. De tribu Dan, Ammiel filium Gemalli. De tribu Aser, Sthur filium Michael. De tribu Nephthali, Nahabi filium Vapsi. De tribu Gad, Guel filium Machi. hæc sunt nomina virorum quos misit Moyses ad consyderandam terram: vocauitq; Oseefilium Nun, Iosûe. Misit ergo eos Moyses ad
Osee qui & Iosue dicitur. consyderandam terrã Chanáan, & dixit ad eos, Ascendite ad meridianam plagam. Cumq; veneritis ad montes, consyderate terram qualis sit: & populum qui inhabitator est eius, vtrũ
B fortis sit an infirmus, pauci numero, an plures: ipsa terra, bona an mala: vrbes quales, muratæ, an absq; muris: humus, pinguis an sterilis, nemorosa, an absque arboribus. Confortamini & afferte nobis de fructibus terræ. Erat autem tempus quando iam præcoquæ vuæ vesci possunt. Cumq; ascendissent, ex-
C plorauerunt terram à deserto Sin, vsque Rohob intrantibus Emath. Ascenderuntq; ad meridiem, & venerũt in Hebron, vbi erant Achimam & Sisai & Tholmai filij Enach. nam Hebron septem annis ante Tanim vrbem Aegypti condita est. Pergentesq; vsq; ad Torrentem botri, absciderunt palmitem Deut. 1 d
cum vua sua, quem portauerunt in vecte duo viri. De mális quoq; granatis & de ficis loci illius tulerunt, qui appellatus est Neheleschol, id est Torrens botri, eo quòd botrum portassent inde filij Israel. Reuersiq; exploratores terræ post quadraginta dies, omni regione circumita, venerunt ad Moy-
D sen & ad Aaron & ad omnem cœtum filiorum Israel in desertum Pharan quod est in Cades. Locutiq; eis & omni multitudini ostenderunt fructus terræ, & narrauerunt, dicentes, Venimus in terram ad quam misisti nos, quæ revera fluit lacte & melle, vt ex his fructibus cognosci potest: sed cultores fortissimos habet, & vrbes grandes atq; muratas. Stirpem Enach vidimus ibi. Amalec habitat in meridie, & Hethæus, Iebusæus & Amorrhæus in montanis. Chananæus verò moratur iuxta mare & circa fluẽta Iordanis. Inter hæc Caleb compescens murmur populi qui oriebatur contra Moysen, ait, Ascendamus & possideamus terrã, quoniã poterimus obtinere eam. Alij verò qui fuerant cum eo, dicebãt, Nequaquam ad hunc populum valemus ascendere, quia fortior nobis est. Detraxeruntq; terræ quam inspexerãt, apud filios Israel, dicentes, Terra quam lustrauimus, deuorat habitatores suos. populus quẽ aspeximus proceræ staturæ est: ibi vidimus monstra quædam filiorũ Enach de genere giganteo, quibus comparati, quasi locustæ videbamur.

S. ISRAELITAE Aegyptum terræ Chanaan præferẽtes diuino iudicio morti in deserto, præter Iosue & Caleb, addicti sunt.

CAPVT XIIII.

A IGitur vociferans omnis turba fleuit nocte illa, & murmurati sunt contra Moysen & Aaron cuncti filij Israel, dicentes, Vtinam mortui essemus in Aegypto, & non in hac vasta solitudine. Vtinam pereamus, & non inducat nos Dominus in terram istam, ne cadamus gladio, & vxores ac liberi nostri ducantur captiui. Nónne melius est reuerti in Aegyptum? Dixeruntq; alter ad alterum, Constituamus nobis ducẽ, & reuertamur in Aegyptum. Quo audito Moyses & Aaron ceciderũt proni in ter- Eccle. 46 b
ram coram omni multitudine filiorum Israel. At vero Iosue 1. Mach. 2
filius Nun, & Caleb filius Iephone, qui & ipsi lustrauerunt terrã, sciderũt vestimenta sua, & ad omnẽ multitudinẽ filiorũ
B Israel locuti sunt, Terra quã circumiuimus, valde bona est. si propitius fuerit Dominus, inducet nos in eã & tradet humũ lacte & melle manantẽ. Nolite rebelles esse contra Dominũ, neq; timeatis populum terræ huius, quia sicut panem ita eos possumus deuorare. recessit ab eis omne præsidium, Dominus nobiscũ est, nolite metuere. Cumq; clamaret omnis multitudo, & lapidibus eos vellet opprimere, apparuit gloria
Irascitur Dominus. Domini super tectum fœderis cunctis filijs Israel. Et dixit Dominus ad Moysen, Vsquequo detrahet mihi populus iste? Quousq; non credent mihi in omnibus signis quæ feci coram eis? Feriam igitur eos pestilẽtia atq; consumam: te autem faciam principem super gentem magnam, & fortiorem
Placat Moyses Dominũ, orás populo peccatũ dimitti. quàm hæc est. Et ait Moyses ad Dominũ, Vt audiant Aegy-
C ptij de quorũ medio eduxisti populum istum, & habitatores terræ huius qui audierunt quòd tu Domine in populo isto sis, & facie videaris ad faciem, & nubes tua protegat illos, & in columna nubis præcedas eos per diem, & in colũna ignis per noctem: quòd occideris tantã multitudinem quasi vnum Exod. 32 c
Exod. 13 d hominẽ, & dicant, Non poterat introducere populum in terram pro qua iurauerat: idcirco occidit eos in solitudine. Magnificetur ergo fortitudo Domini sicut iurasti, dicens, Do- Psal. 102 b
minus patiens & multæ misericordiæ, auferens iniquitatem & scelera,

& scelera, nullumq; innoxium derelinquens, qui visitas peccata patrum in filios in tertiam & quartam generationẽ. Dimitte obsecro peccatum populi tui huius secundũ magnitudinem misericordiæ tuæ, sicut propitius fuisti egredientibus de Aegypto vsq; ad locum istum. Dixitq; Dominus, Dimisi iuxta verbum tuum. Viuo ego: & implebitur gloria Domini vniuersa terra. Attamen omnes homines qui viderunt maiestatem meã, & signa quæ feci in Aegypto & in solitudine, & tentauerunt me iam per decem vices, nec obedierunt voci meæ, non videbunt terram pro qua iuraui patribus eorũ, nec quisquam ex illis qui detraxit mihi, intuebitur eam. Seruum meum Caleb qui plenus alio spiritu secutus est me, inducam in terram hanc quam circumiuit, & semen eius possidebit eã. Quoniam Amalecites & Chananæus habitãt in vallibus, cras mouete castra, & reuertimini in solitudinem per viam Maris rubri. Locutusq; est Dominus ad Moysen & Aaron, dicens, Vsquequo multitudo hæc pessima murmurat cõtra me? querelas filiorũ Israel audiui. Dic ergo eis, Viuo ego, ait Dominus: sicut locuti estis audiẽte me, sic faciã vobis. In solitudine hac iacebũt cadauera vestra. Omnes qui numerati estis à viginti annis & suprà, & murmurastis contra me, nõ intrabitis terram super quã leuaui manũ meã vt habitare vos facerem, præter Caleb filiũ Iéphone, & Iosue filiũ Nun. Paruulos autem vestros de quibus dixistis quòd prædæ hostibus forent, introducam vt videant terrã quæ vobis displicuit. Vestra cadauera iacebunt in solitudine. Filij vestri erunt vagi in deserto annis quadraginta, & portabunt fornicationẽ vestrã, donec consumantur cadauera patrũ in deserto, iuxta numerũ quadraginta dierũ quibus cõsyderastis terrã: annus pro die imputabitur. Et quadraginta annis recipietis iniquitates vestras, & scietis vltionem meã: quoniã sicut locutus sum, ita faciã omni multitudini huic pessimæ quæ conspirauit aduersum me. in solitudine hac deficiet & morietur. Igitur omnes viri quos miserat Moyses ad contemplandã terram, & qui reuersi murmurare fecerant contra eum omnem multitudinem, detrahentes terræ quòd esset mala, mortui sunt atque percussi in conspectu Domini. Iosue autẽ filius Nun, & Caleb filius Iéphone vixerunt ex omnibus qui perrexerant ad considerandam terrã. Locutusq; est Moyses vniuersa verba hæc ad omnes filios Israel, & luxit populus nimis. Et ecce mane primo surgentes, ascenderũt verticem montis, atq; dixerunt, Parati sumus ascẽdere ad locũ de quo Dominus locutus est: quia peccauimus. Quibus Moyses, Cur, inquit, transgredimini verbũ Domini, quod vobis non cedet in prosperum? Nolite ascendere, non enim est Dominus vobiscum: ne corruatis coram inimicis vestris. Amalecites & Chananæus ante vos sunt, quorũ gladio corruetis, eo quòd nolueritis acquiescere Domino, nec erit Dominus vobiscum. At illi contenebrati ascenderunt in verticem montis. Arca autẽ testamenti Domini & Moyses non recesserunt de castris. Descenditq; Amalecites & Chananæus qui habitabant in monte: & percutiẽs eos atq; concidens, persecutus est eos vsq; Horma.

Ioſue 14 b
Pſal. 105 c
Deut. 1 f
Ioſue 3 c d
Pſal. 94 d
1. Cor. 10 b
Hebr. 3 d
Iudæ 1 b

S. LIBAMENTA terrã ingressis cum hostijs & primitijs offerenda, arrogantis, ignorantis, & ligna sabbatho colligentis pœna, fimbriæ per quatuor angulos palliorum.

CAPVT XV.

LOcutus est Dominus ad Moysen, dicẽs, Loquere ad filios Israel, & dices ad eos, Cũ ingressi fueritis terram habitationis vestræ quam ego dabo vobis, & feceritis oblationem Domino holocaustum aut victimam pacificam vota soluentes, vel sponte offerentes munera, aut in solennitatibus vestris adolẽtes odorem suauitatis Domino, de bobus siue de ouibus: offeret quicunq; immolauerit victimam, sacrificiũ similæ decimã partẽ ephi conspersam oleo, quod mensurã habebit quartã partem hin: & vinũ ad liba fundenda eiusdem mensuræ dabit in holocaustum siue in victimam. Per agnos singulos & arietes erit sacrificium similæ duarum decimarum quæ cõsperſa sit oleo tertiæ partis hin, & vinũ ad libamentũ tertiæ partis eiusdem mensuræ offeret in odorem suauitatis Domino. Quando verò de bobus feceris holocaustũ aut hostiam, vt impleas votũ vel pacificas victimas, dabis per singulos boues similæ tres decimas conspersæ oleo, quod habeat medium mensuræ hin, & vinum ad liba fundenda eiusdem mensuræ in oblationem suauissimi odoris Domino. Sic facies per singulos boues & arietes & agnos & hœdos. Tam indigenæ quàm peregrini eodem ritu offerent sacrificia. vnum præceptum erit atq; iudiciũ tam vobis quàm aduenis terræ. Locutus est Dominus ad Moysen, dicens, Loquere filijs Israel, & dices ad eos, Cum veneritis in terram quam dabo vobis, & comederitis de panibus regionis illius, separabitis primitias Domino de cibis vestris. Sicut de areis primitias separabitis, ita & de pulmentis dabitis primitiua domino. Quòd si per ignorantiam præterieritis quicquam horũ quæ locutus est Dominus ad Moysen, & mandauit per eum ad vos, à die qua cœpit iubere & vltrà, oblitaq; fuerit facere multitudo: offeret vitulũ de armento holocaustum in odorem suauissimum Domino, & sacrificium eius ac liba vt ceremoniæ postulant, hircumq; pro peccato, & rogabit sacerdos pro omni multitudine filiorũ Israel: & dimittetur eis, quoniam non sponte peccauerunt, nihilominus offerentes incensum Domino pro se & pro peccato atq; errore suo: & dimittetur vniuersæ plebi filiorum Israel, & aduenis qui peregrinantur inter eos, quoniam culpa est omnis populi per ignorantiã. Quòd si anima vna nesciens peccauerit, offeret capram anniculam pro peccato suo, & deprecabitur pro ea sacerdos, quòd insciа peccauerit coram Domino: impetrabitq; ei veniam, & dimittetur illi. Tam indigenis quàm aduenis vna lex erit omnium qui peccauerint ignorantes. Anima verò quæ per superbiam aliquid commiserit, siue ciuis sit ille, siue peregrinus: quoniam aduersus Dominũ rebellis fuit, peribit de populo suo. verbum enim Domini contempsit, & præceptum illius fecit irritum: idcirco delebitur & portabit iniquitatem suam. Factum est autem, cum essent filij Israel in solitudine, & inuenissent hominem colligẽtem ligna in die sabbathi, obtulerunt eũ Moysi & Aaron & vniuersæ multitudini. Qui recluserũt eum in carcerem, nescientes quid super eo facere deberẽt. Dixitq; Dominus ad Moysen, Morte moriatur homo iste, obruat eum lapidibus omnis turba extra castra. Cumq; eduxissent eum foras, obruerunt eum lapidibus, & mortuus est sicut præceperat Dominus. Dixit quoq; Dominus ad Moysen, Loquere filijs Israel, & dices ad eos vt faciant sibi fimbrias per angulos palliorũ, ponentes in eis vittas hyacinthinas: quas cum viderint, recordentur omnium mandatorum Domini, ne sequantur cogitationes suas & oculos per res varias fornicantes, sed magis memores præceptorum Domini faciant ea, sintq; sancti Deo suo. Ego Dominus Deus vester, qui eduxi vos de terra Aegypti, vt essem Deus vester.

Oblatio peccãtis per ignorantiã.

Pœna per superbiam peccantis.

Deute. 22 b

S. CORE seditionem cum socijs mouens absorbetur à terra.

CAPVT XVI.

ECce autem Core filius Isaar, filij Caath, filij Leui, & Dathan atq; Abiron filij Eliab, Hon quoq; filius Pheleth de filijs Ruben, surrexerunt contra Moysen, alijq; filiorũ Israel ducẽti quinquaginta viri próceres synagógæ, & qui tempore cõcilij per nomina vocabantur. Cũq; stetissent aduersum Moysen & Aaron, dixerunt, Sufficiat vobis, quia omnis multitudo sanctorũ est, & in ipsis est Dominus: cur eleuamini super populũ Domini? Quod cũ audisset Moyses, cecidit pronus in faciem: locutusq; ad Core & ad omnẽ multitudinẽ, Mane, inquit, notum faciet Dominus qui ad se pertineant, & sanctos applicabit sibi, & quos elegerit appropinquabunt ei. Hoc igitur facite,

Eccle. 45 c
Iudæ 1 d
1. Cor. 10 b



Tollat vnuſquiſq; thuribula ſua, tu Core & omne conciliu m
tuum,& hauſto cras igne ponite déſuper thymiama coram
Domino,& quemcũq; elegerit, ipſe erit ſanctus. multùm eri-
B gimini filij Leui. Dixitq; rurſum ad Core, Audite filij Leui,
Num parum vobis eſt quòd ſeparauit vos Deus Iſrael ab o-
mni populo,& iunxit ſibi, vt ſeruiretis ei in cultu tabernacu-
li,& ſtaretis corã frequentia populi,& miniſtraretis ei? idcir-
co ad ſe fecit accedere te & omnes fratres tuos filios Leui, vt
vobis etiam ſacerdotiũ vendicetis, & omnis globus tuus ſtet
contra Dominũ? quis eſt enim Aaron vt murmuretis contra
eum? Miſit ergo Moyſes vt vocaret Dathan & Abiron filios
Eliab. Qui reſponderunt, Non venîmus. nunquid parum eſt
tibi quòd eduxiſti nos de terra quæ lacte & melle manabat,
vt occideres in deſerto, niſi & dominatus fueris noſtri? Reue-
ra induxiſti nos in terram quæ fluit riuis lactis & mellis, &
C dediſti nobis poſſeſsiones agrorũ & vinearum? an & oculos
noſtros vis eruere? non venîmus. Iratus q; Moyſes valde, ait
ad Dominum, Ne reſpicias ſacrificia eorum: tu ſcis quòd nec
aſellum quidẽ vnquã acceperim ab eis, nec afflixerim quem-
piam eorum. Dixitq; ad Core, Tu, & omnis cõgregatio tua
ſtate ſeorſum coram Domino,& Aaron die craſtino ſeparati-
tim. Tollite ſinguli thuribula veſtra,& ponite ſuper ea incen
ſum, offerẽtes Domino ducẽta quinquaginta thuribula, Aa-
ron quoq; teneat thuribulũ ſuũ. Quod cũ feciſſent, ſtantibus
Moyſe & Aaron,& coaceruaſſent aduerſum eos omnẽ mul-
titudinẽ ad oſtiũ tabernaculi, apparuit cunctis gloria Domi-
ni. Locutusq; Dominus ad Moyſen & Aaron, ait, Separami-
ni de medio cõgregationis huius, vt eos repente diſperdam.
Qui ceciderunt proni in faciẽ, atq; dixerũt, Fortiſsime Deus
D ſpirituum vniuerſæ carnis, num vno peccante contra omnes
ira tua deſæuiet? Et ait Dominus ad Moyſen, Præcipe vni-
uerſo populo vt ſeparetur à tabernaculis Core & Dathan &
Abirõ. Surrexitq; Moyſes,& abijt ad Dathan & Abiron: &
ſequẽtibus eũ ſenioribus Iſrael, dixit ad turbam, Recedite à
tabernaculis hominũ impiorum,& nolite tangere quæ ad eos
pertinent, ne inuoluamini in peccatis eorũ. Cumq; receſsiſ-
ſent à tẽtorijs eorũ per circuitum, Dathan & Abiron egreſsi
ſtabant in introitu papilionum ſuorum cum vxoribus & li-
beris, omniq; frequentia. Et ait Moyſes, In hoc ſcietis quòd
Dominus miſerit me vt facerẽ vniuerſa quæ cernitis, & non
ex proprio ea corde protulerim. Si cõſueta hominum morte
E interierint, & viſitauerit eos plaga qua & cæteri viſitari ſo-
lent: nõ miſit me Dominus. ſinautẽ nouam rem fecerit Do-
minus,& aperiẽs terra os ſuũ deglutiat eos & omnia quæ ad
Pſal. 105 b illos pertinent, deſcenderintq; viuẽtes in infernũ, ſcietis quòd
Deut. 11 a blaſphemauerint Dominum. Confeſtim igitur vt ceſſauit lo-
qui, dirupta eſt terra ſub pedibus eorũ: & aperiẽs os ſuũ de-
uorauit illos cũ tabernaculis ſuis & vniuerſa ſubſtantia eorũ.
Deſcenderuntq; viui in infernũ operti humo, & perierũt de
medio multitudinis. At vero omnis Iſrael qui ſtabat per gy-
rum fugit à clamore pereuntiũ, dicens, Ne ſortè & nos terra
deglutiat. Sed & ignis egreſſus à Domino interfecit ducẽtos
quinquaginta viros qui offerebant incenſum. Locutusq; eſt
Dominus ad Moyſen, dicens, Præcipe Eleazaro filio Aaron
ſacerdoti vt tollat thuribula quæ iacent in incendio,& ignem
huc illucq; diſpergat: quoniam ſanctificata ſunt in mortibus
peccatorũ: perducatq; ea in laminas & affigat altari, eo quòd
oblatum ſit in eis incenſum Domino, & ſanctificata ſint, vt
F cerni at ea pro ſigno & monimẽto filij Iſrael. Tulit ergo Elea-
zar ſacerdos thuribula ænea in quibus obtulerant hi quos in-
cendium deuorauit,& produxit ea in laminas affigens altari,
vt haberẽt poſtea filij Iſrael quibus cõmonerẽtur, ne quis ac-
cedat alienigena,& qui nõ eſt de ſemine Aaron ad offerendũ
incẽſum domino, ne patiatur ſicut paſſus eſt Core, & omnis
cõgregatio eius loquẽte Domino ad Moyſen. Murmurauit
autẽ omnis multitudo filiorũ Iſrael ſequẽti die contra Moy-
G ſen & Aarõ, dicẽs, Vos interfeciſtis populũ Domini. Cumq;
oriretur ſeditio,& tumultus increſceret, Moyſes & Aarõ fu-
gerunt ad tabernaculũ fœderis. Quod poſtquã ingreſsi ſunt,
operuit nubes,& apparuit gloria Domini. Dixitq; Domi-
nus ad Moyſen, Recedite de medio huius multitudinis, etiam
nunc lelebo eos. Cumq; iacẽrent in terra, dixit Moyſes ad
Aaron, Tolle thuribulum, & hauſto igne de altari mitte in-
cenſum déſuper pergens citò ad populum vt roges pro eis:
iam enim egreſſa eſt ira à Domino, & plaga deſæuit. Quod Sapien. 18
cum feciſſet Aaron,& cucurriſſet ad mediam multitudinem
quam iam vaſtabat incendium, obtulit thymiama: & ſtans in-
ter mortuos ac viuentes, pro populo deprecatus eſt, & plaga
ceſſauit. Fuerunt autem qui percuſsi ſunt quatuordecim mil-
lia hominum & ſeptingenti, abſq; his qui perierant in ſedi-
tione Core. Reuerſusq; eſt Aaron ad Moyſen ad oſtium ta-
bernaculi fœderis poſtquam quieuit interitus.

S. SELECTIS *à* XII. *tribubus virgis, ſola virga Aaronis flo-
ruit, fructumq; produxit.* CAPVT XVII.

A ET locutus eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Lo-
quere ad filios Iſrael,& accipe ab eis virgas ſingu
las per cognationes ſuas, à cũctis principibus tri-
buum, virgas duodecim,& vniuſcuiuſq; nomẽ ſu
perſcribes virgæ ſuæ: nomen autẽ Aaron erit in tribu Leui,
& vna virga cunctas eorum familias cõtinebit: ponesq; eas in
B tabernaculo fœderis corã teſtimonio vbi loquar ad te. quem
ex his elegero, germinabit virga eius,& cohibebo à me que-
rimonias filiorũ Iſrael, quibus contra vos murmurant. Locu-
tusq; eſt Moyſes ad filios Iſrael: & dederũt ei omnes princi-
C pes virgas per ſingulas tribus, fuerũtq; virgæ duodecim abſq;
virga Aaron. Quas cũ poſuiſſet Moyſes coram Domino in
tabernaculo teſtimonij, ſequenti die regreſſus inuenit germi
naſſe virgã Aaron in domo Leui: & turgẽtibus gemmis eru-
perant flores, qui foliis dilatatis, in amygdalas deformati ſunt.
Protulit ergo Moyſes omnes virgas de conſpectu Domini
D ad cunctos filios Iſrael: viderũntq;, & receperunt ſinguli vir-
gas ſuas. Dixitq; Dominus ad Moyſen, Refer virgam Aaron
in tabernaculũ teſtimonij: vt ſeruetur ibi in ſignum rebelliũ
filiorum Iſrael, & quieſcant querelæ eorum a me, ne moriantur.
Fecitq; Moyſes ſicut præceperat Dominus. Dixerũt au-
tem filij Iſrael ad Moyſen, Ecce cõſumpti ſumus, omnes pe-
ribimus: quicũq; accedit ad tabernaculum Domini moritur.
num vſq; ad internicionem cuncti delendi ſumus?

S. SACERDOTES *& Leuitæ templi miniſterio addicti, deci-
mas in hæreditatem habeant.* CAPVT XVIII.

A DIxitq; Dominus ad Aaron, Tu,& filij tui,& do- De offic.
mus patris tui tecum portabitis iniquitatem ſan- Leuitarũ.
ctuarij: & tu & filij tui ſimul ſuſtinebitis peccata
ſacerdotij veſtri. ſed & fratres tuos de tribu Le-
ui, & ſceptro patris tui ſume tecum, præſtoq; ſint & mini-
ſtrent tibi: tu autẽ & filij tui miniſtrabitis in tabernaculo te-
ſtimonij. Excubabuntq; Leuitæ ad præceptatua, & ad cun-
cta opera tabernaculi: ita dũntaxat vt ad vaſa ſanctuarij &
altare

altare nō accedant,ne & illi moriantur,& vos pereatis ſimul, ſint autem tecum,& excubent in cuſtodijs tabernaculi, & in omnibus ceremonijs eius.Alienigena non miſcebitur vobis. Excubate in cuſtodia ſanctuarij,& in miniſterio altaris: ne oriatur indignatio ſuper filios Iſrael. Ego dedi vobis fratres veſtros Leuitas de medio filiorū Iſrael,& tradidi donun. Domino,vt ſeruiāt in miniſterijs tabernaculi eius. Tu autē & filij tui cuſtodite ſacerdotiū veſtrum:& omnia quæ ad cultum
B altaris pertinent,& intra velum ſunt, per ſacerdotes adminiſtrabuntur.Si quis externus acceſſerit, occidetur. Locutusq; eſt Dominus ad Aaron,Ecce dedi tibi cuſtodiam primitiarū mearum.Omnia quæ ſanctificantur à filijs Iſrael, tradidi tibi & filijs tuis pro officio ſacerdotali,legitima ſempiterna.Hæc ergo accipies de his quæ ſanctificantur,& oblata ſunt Domino.Omnis oblatio,& ſacrificiū,& quicquid pro peccato atq; delicto redditur mihi,& cedit in ſancta ſanctorum, tuū erit, & filiorū tuorum.In ſanctuario comedes illud:mares tantum
De primitijs,& decimis ſacerdotib⁹ præſtandis. edent ex eo,quia conſecratū eſt tibi.Primitias autem quas voluerint,& obtulerint filij Iſrael,tibi dedi, & filijs tuis, & filiabus tuis iure perpetuo.qui mundus eſt in domo tua, veſcetur eis.Omnem medullā olei,& vini,ac frumenti,quicquid offerunt primitiarū Domino,tibi dedi. Vniuerſa frugum initia, quæ gignit humus, & Domino deportantur, cedent in vſus tuos.qui mundus eſt in domo tua, veſcetur eis. Omne quod
C ex voto reddiderint filij Iſrael,tuum erit. Quicquid primum erumpet è vulua cunctæ carnis,quā offerūt Domino,ſiue ex hominibus,ſiue de pecoribus fuerit, tui iuris erit: ita dūntaxat,vt pro hominis primogenito pretium accipias, & omne animal quod immundū eſt redimi facias, cuius redēptio erit poſt vnū menſem,ſiclis argenti quinq;,pōdere ſanctuarij.Si-
Supra 3 g clus viginti obolos habet.Primogenitū autē bouis & ouis & capræ non facies redimi,quia ſanctificata ſunt Domino. ſanguinem tantū eorū fundes ſuper altare,& adipes adolebis in ſuauiſsimū odorē Domino.Carnes vero in vſum tuū cedent, ſicut pectuſculū cōſecratū,& armus dexter tua erūt. Omnes primitias ſanctuarij quas offerunt filij Iſrael Domino, tibi dedi & filijs,ac filiabus tuis iure perpetuo.Pactū ſalis eſt ſempiternū corā Domino tibi ac filijs tuis.Dixitq; Dominus ad
Deut.18 a Aaron,In terra eorū nihil poſsidebitis,nec habebitis partem inter eos:ego pars & hæreditas tua in medio filiorum Iſrael. Filijs autem Leui dedi omnes decimas Iſraelis in poſſeſsionē pro miniſterio,quo ſeruiunt mihi in tabernaculo fœderis: vt non accedant vltrà filij Iſrael ad tabernaculū,nec committant peccatū mortiferum,ſolis filijs Leui mihi in tabernaculo ſer-
D uientibus,& portantibus peccata populi. legitimū ſempiternum erit in generationibus veſtris. Nihil aliud poſsidebunt, decimarū oblatione cōtenti,quas in vſus eorum & neceſſaria ſeparaui.Locutusq; eſt Dominus ad Moyſen,dicēs,Præcipe Leuitis,atq; denuntia,Cum acceperitis à filijs Iſrael decimas quas dedi vobis, primitias earū offerte Domino, id eſt decimam partē decimæ,vt reputetur vobis in oblationē primitiuorū,tam de areis quàm de torcularibus:& vniuerſis quorum accipitis primitias, offerte Domino, & date ea Aaron ſacerdoti.Omnia quæ offeretis ex decimis, & in donaria Domini ſeparabitis, optima & electa erunt cuncta.Dicesq; ad eos, Si preclara & meliora quęq; obtuleritis ex decimis,reputabitur vobis quaſi de area & torculari dederitis primitias:& comedetis eas in omnibus locis veſtris,tam vos quàm familiæ veſtræ, quia pretiū eſt pro miniſterio quo ſeruitis in tabernaculo teſtimonij.Et nō peccabitis ſup hoc, egregia vobis & pinguia reſeruātes:ne polluatis oblatiōes filiorū Iſrael,& moriamini.

S. CINIS *uaccæ rufæ mundat immundos expiationis aqua permixtus.*

CAPVT XIX.

A IOcutusq; eſt Dominus ad Moyſen & Aarō, dicens, Iſta eſt religio victimæ, quam conſtituit Dominus.Præcipe filijs Iſrael vt adducant ad te vaccam rufam ætatis integræ, in qua nulla ſit macula,nec portauerit iugū:tradetisq; eā Eleazaro ſacerdoti,qui eductam extra caſtra,immolabit in conſpectu omniū: & tingens digitū in ſanguine eius,aſperget cōtra fores tabernaculi Heb.13 b ſeptem vicibus,comburetq; eam cūctis videntibus,tam pelle & carnibus eius,quàm ſanguine & fimo flāmæ traditis.Lignū quoq; cedrinū,& hyſsôpum,coccumq; bis tinctū ſacerdos mittet in flammā,quæ vaccam vorat.Et tūc demum lotis
B veſtibus,& corpore ſuo ingredietur in caſtra,cōmaculatus q; erit vſq; ad veſperū.Sed & ille qui combuſſerit eā,lauabit veſtimenta ſua & corpus,& immūdus erit vſq; ad veſperū.Colliget autē vir mundus cineres vaccæ,& effundet eos extra caſtra in loco puriſsimo, vt ſint multitudini filiorum Iſrael in cuſtodiam, & in aquam aſperſionis, quia pro peccato vacca cōbuſta eſt.Cumq; lauerit qui vaccæ portauerat cineres veſtimenta ſua,immundus erit vſq; ad veſperū. Habebunt hoc filij Iſrael,& aduenæ,qui habitāt inter eos ſanctū iure perpetuo.Qui tetigit cadauer hominis,& propter hoc ſeptem die-
C bus fuerit immundus,aſpergetur ex hac aqua die tertio & ſeptimo,& ſic mundabitur.Si die tertio aſperſus non fuerit,ſeptimo non poterit emundari. Omnis qui tetigerit humanæ animæ morticinū,& aſperſus hac cōmixtione nō fuerit, polluet tabernaculū Domini,& peribit ex Iſrael: quia aqua expiationis nō eſt aſperſus,immūdus erit,& manebit ſpurcitia eius ſuper eum.Iſta eſt lex hominis,qui moritur in taberna- Lex morientis in taberculo,Omnes qui ingrediūtur tentoriū illius,& vniuerſa vaſa uaculo. quæ ibi ſunt,polluta erūt ſeptē diebus.Vas quod nō habuerit operculū,nec ligaturam déſuper,immundū erit. Si quis in agro tetigerit cadauer occiſi hominis, aut per ſe mortui, ſiue os illius,vel ſepulchrum,immundus erit ſeptem diebus. Tol- Lex nō tangendi immē lent q; de cineribus cōbuſtionis atq; peccati,& mittent aquas dum. viuas ſuper eos in vas: in quibus cum homo mundus tinxerit hyſsôpum, aſperget ex eo omne tentoriū,& cunctā ſupellectilem,& homines huiuſcemodi contagione pollutos: atq;
D hoc modo mundus luſtrabit immundū tertio & ſeptimo die. expiatusq; die ſeptimo,lauabit ſe & veſtimenta ſua,& immūdus erit vſq; ad veſperum.Si quis hoc ritu nō fuerit expiatus, peribit anima illius de medio eccleſiæ:quia ſanctuariū Domini polluit,& non eſt aqua luſtrationis aſperſus. erit hoc præceptum legitimū ſempiternū.Ipſe quoq; qui aſpergit aquas, lauabit veſtimenta ſua. Omnis qui tetigerit aquas expiationis,immundus erit vſq; ad veſperum. Quicquid tetigerit immundus,immundum faciet:& anima quæ horum quippiam tetigerit,immunda erit vſq; ad veſperum.

S. MORTVA *Maria,murmuranti populo aqua contradictionis à Petra fluit,negante q;.tranſitum Edom diſcedunt ad montem Hor,ubi mortuo Aaron,ſufficitur Eleazarus filius eius.*

CAPVT XX.

A VEneruntq; filij Iſrael, & omnis multitudo in deſertum Sin,mēſe primo:& māſit populus in Cades.Mortuaq; eſt ibi Maria,& ſepulta in eodē loco.Cumq; indigeret aqua populus,conuenerunt aduerſum Moyſen & Aaron, & verſi in ſeditionē, dixerunt, Vtinā perijſſemus inter fratres noſtros coram Domino.Cur eduxiſtis eccleſiam Domini in ſolitudinē,vt & nos & noſtra Exod.17 b iumenta moriamur?Quare nos feciſtis aſcēdere de Aegypto, & adduxiſtis in locū iſtū peſsimū,qui ſeri nō poteſt,qui nec ficū gignit,nec vineas,nec malogranata,inſuper & aquā non habet ad bibēdū?Ingreſſusq; Moyſes & Aarō dimiſſa multitudine in tabernaculū fœderis,corruerūt proni in terrā * clamauerūtq; ad Dominū,atq; dixerūt,Domine Deus audi clamorē huius populi,& aperi eis theſaurū tuum fontem aquæ
B viuæ,vt ſatiati ceſſet murmuratio eorū.. Et apparuit gloria Domini ſuper eos.Locutusq; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Tolle virgā,& cōgrega populū tu & Aarō frater tuus, & loquimini ad petrā coram eis,& illa dabit aquas.Cumq; eduxeris aquam de petra,bibet omnis multitudo & iumenta

Sapien.11 a eius. Tulit igitur Moyses virgam, quæ erat in cõspectu Domini, sicut præceperat ei, cõgregata multitudine ante Petrã,
Psal.77 b dixitq; eis, Audite rebelles & increduli, Num de Petra hac
1. Cor.10 a vobis aquã poterimus eijcere? Cumq; eleuasset Moyses manum, percutiens virga bis silicem, egressæ sunt aquæ largissimæ, ita vt populus biberet & iumenta. Dixitq; Dominus ad
Moyses & Aaron non ingressuri terram promissionis. Moysen & Aaron, Quia non credidistis mihi, vt sanctificaretis me coram filijs Israel, nõ introducetis hos populos in terram quam dabo eis. Hæc est aqua contradictionis, vbi iurgati
Deut.1 f sunt filij Israel contra Dominum, & sanctificatus est in eis.
C Misit interea nuntios Moyses de Cades ad regem Edom, qui
Nume.11 c dicerent, Hæc mandat frater tuus Israel, Nosti omnem laborem qui apprehendit nos, quomodo descenderint patres nostri in Aegyptum, & habitauerimus ibi multo tempore: afflixerintq; nos Aegyptij, & patres nostros: & quomodo clamauerimus ad Dominum, & exaudierit nos, miseritq; angelum qui eduxerit nos de Aegypto. Et ecce in vrbe Cades, quæ est in extremis finibus tuis, positi, obsecramus vt nobis transire liceat per terram tuam. Nõ ibimus per agros, nec per vineas, non bibemus aquas de puteis tuis, sed gradiemur via publica, nec ad dexteram, nec ad sinistram declinantes, donec transeamus terminos tuos. Cui respondit Edom, Non transibis per me, alioquin armatus occurram tibi. Dixeruntq; filij Israel, Per tritam gradiemur viam: & si biberimus aquas tuas nos & pecora nostra, dabimus quod iustum est. Nulla erit in pretio difficultas, tantum velociter transeamus. At ille respondit,
D Non transibitis. Statimq; egressus est obuius, cũ infinita multitudine, & manu forti, nec voluit acquiescere deprecanti, vt concederet transitum per fines suos, quamobrem diuertit ab eo Israel. Cumq; castra mouissent de Cades, venerunt in montem Hor, qui est in finibus terræ Edom: vbi locutus est Dominus ad Moysen, dicens, Pergat Aaron ad populos suos: non enim intrabit terram quam dedi filijs Israel, eo quòd incredulus fuerit ori meo ad aquas contradictionis. Tolle Aaron & filium eius cũ eo, & duces eos in montẽ Hor. Cumq;
Moritur Aaron. nudaueris patrem veste sua, indues ea Eleazarum filium eius,
Infra 33 e & Aaron colligetur, & morietur ibi. Fecit Moyses vt præce-
Deut.32 g perat Dominus, & ascenderunt in mõtem Hor coram omni multitudine. Cumq; Aaron spoliasset vestibus suis, induit eis Eleazarum filium eius. Illo mortuo in montis supercilio,
Deut.10 b descendit cum Eleazaro. Omnis autem multitudo videns occubuisse Aaron, fleuit super eo triginta diebus per cunctas familias suas.



S. VICTIS Chananæis, & Amorrhæis, murmuranti populo aduersus manna, serpẽtes immittuntur, quorum morsibus Aeneus Serpens erectus medetur, Sehon & Og reges uincuntur.

CAPVT XXI.

A QVod cum audisset Chananæus rex Arad, qui habitabat ad meridiem, venisse scilicet Israel per exploratorũ viã, pugnauit cõtra illũ, & victor exi-
Vincit Israel regem Arad. stens, duxit ex eo prædam. At Israel voto se Domino obligans, ait, Si tradideris populũ istum in manu mea, delebo vrbes eius. Exaudiuitq; Dominus preces Israel, & tradidit Chananæum: quẽ ille interfecit subuersis vrbibus eius: & vocauit nomen loci illius, Horma, id est anáthema. Profecti sunt autẽ de monte Hor, per viam quæ ducit ad mare rubrum, vt circumirẽt terrã Edom. Et tædere cœpit populum
B itineris ac laboris: locutusq; contra Dominũ & Moysen, ait, Cur eduxisti nos de Aegypto, vt moreremur in solitudine? Deest panis, non sunt aquæ, anima nostra iam nauseat super cibo isto leuissimo. Quamobrem misit Dominus in populũ Sapien.16 a ignitos serpentes, ad quorũ plagas, & mortes plurimorũ, ve- 1. Cor.10 b nerunt ad Moysen, atq; dixerũt, Peccauimus, quia locuti sumus cõtra Dominũ & te: ora vt tollat à nobis serpentes. Ora-
C uit Moyses pro populo, & locutus est Dominus ad eum, Fac serpentẽ æneum, & pone eum pro signo. qui percussus aspexerit eum, viuet. Fecit ergo Moyses SERPENTEM AENEVM, & posuit eum pro signo: quem cum percussi aspicerent, sanabantur. Profectiq; filij Israel castrametati sunt in Oboth. Vnde egressi fixêre tẽtoria in Ieabarim, in solitudine quæ respicit Moab cõtra orientalem plagã. Et inde mouentes, venerũt ad torrentẽ Zared. Quem relinquẽtes castrametati sunt cõtra Amon, quæ est in deserto, & prominet in finibus Amorrhæi. si quidẽ Arnon terminus est Moab, diuidens Iudi.11 c
D Moabitas & Amorrhæos. Vnde dicitur in libro bellorum Domini, Sicut fecit in mari rubro, sic faciet in torrẽtibus Arnon. Scopuli torrentiũ inclinati sunt, vt requiescerent in Ar, & recumberent in finibus Moabitarum, Et ex eo loco apparuit puteus, super quo locutus est Dominus ad Moysen, Cõgrega populũ, & dabo ei aquam. Tunc cecinit Israel carmen istud, Ascendat puteus. Concinebant, Puteus quem foderũt principes, & parauerunt duces multitudinis in datore legis,
E & in baculis suis. Profectiq; sunt de solitudine, Mathana: de Mathana in Nahaliel, de Nahaliel in Bamoth. Bamoth vallis est in regione Moab, in vertice Phasga, quod respicit contra desertum. Misit autem Israel nuntios ad Seon regem Amor- Vincitur Seon. rhæorum, dicens, Obsecro vt transire mihi liceat per terram Deut.2 f tuã: non declinabimus in agros & vineas, non bibemus aquas Iudi.11 d ex puteis. via regia gradiemur, donec transeamus terminos tuos. Qui concedere noluit vt transiret Israel per fines suos: quin potius exercitu congregato, egressus est obuiam in desertum, & venit in Iasa, pugnauitq; contra eum. A quo per-
Amos.2 c cussus est in ore gladij, & possessa est terra eius ab Arnõ vsq;
Psal.134 c Ieboc, & filios Ammon: quia forti præsidio tenebantur ter-
F mini Ammonitarum. Tulit ergo Israel omnes ciuitates eius, & habitauit in vrbibus Amorrhæi, in Hesebon scilicet & viculis eius. Vrbs Hesebon fuit Seon regis Amorrhæi, qui pugnauit contra regem Moab: & tulit omnem terrã, quæ ditionis illius fuerat, vsq; Arnõ. Idcirco dicitur in prouerbio, Venite in Hesebon, ædificetur & cõstruatur ciuitas Seon. Ignis egressus est de Hesebon, flamma de oppido Seon, & deuorauit Ar Moabitarum, & habitatores excelsorum Arnon. Væ tibi Moab, peristi populе Chamos. Dedit filios eius in fugã, Iudi.11 e
G & filias in captiuitatem regi Amorrhæorum Seon. Iugum ipsorũ disperijt Ab Hesebon vsq; Dibon, lasi peruenerunt in Nophe, & vsq; Medaba. Habitauit itaq; Israel in terra Amorrhæi. Misitq; Moyses qui explorarent Iazer: cuius ceperunt viculos, & possederunt habitatores. Verteruntq; se, & ascenderũt per viam Basan, & occurrit eis Og rex Basan cum Percutitur Og. omni populo suo, pugnaturus in Edrái. Dixitq; Dominus Deute.3 d ad Moysen, Ne timeas eum, quia in manu tua tradidi illũ, & 29 b omnem populũ, ac terram eius: faciesq; illi sicut fecisti Seon regi Amorrhæorũ habitatori Hesebon. Percusserũt igitur & hunc cũ filijs suis, vniuersumq; populum eius vsq; ad internecionem, & possederunt terram illius.

S. BIS uocatur Balaam à Balac Israëlitis maledicturus, quem angelus asina loquente corripit.

CAPVT XXII.

Profectiq;

A PRofectiq; castrametati sunt in cãpestribus Moab, vbi trans Iordanẽ Iericho sita est. Videns autẽ Balac filius Sephor omnia quæ fecerat Israel Amorrhæo, & quòd pertimuissent eũ Moabitæ, & impetũ eius ferre nõ possent, dixit ad maiores natu Madian, Ita delebit hic populus omnes qui in nostris finibus commorãtur, quomodo solet bos herbas vsq; ad radices carpere. Ipse autem erat eo tempore rex in Moab. Misit ergo nuntios ad Balaam filiũ Beor ariolum, qui habitabat super flumen terræ filiorũ Ammon, vt vocarent eum, & dicerent, Ecce egressus est populus ex Aegypto, qui operuit superficiem terræ, sedens cõtra me. Veni igitur, & maledic populo huic, quia fortior me est: si quo modo possim percutere & eijcere eum de terra mea. noui enim quòd benedictus sit, cui benedixeris, & maledictus in quem maledicta cõgesseris. Perrexeruntq; seniores Moab, & maiores natu Madian habentes diuinationis pretiũ in manibus. Cumq; venissent ad Balaam, & narrassent ei omnia verba Balac, ille respondit, Manete hic nocte, & respondebo quicquid mihi dixerit Dominus. Manentibus autem illis apud Balaã, venit Deus, & ait ad eum, Quid sibi volunt homines isti apud te? Respondit q;, Balac filius Sephor rex Moabitarũ misit ad me, dicẽs, Ecce populus qui egressus est de Aegypto, operuit superficiem terræ: veni & maledic ei, siquo modo possim pugnans abijcere eum. Dixit q; Deus ad Balaam, Noli ire cũ eis, neq; maledicas populo, quia benedictus est. Qui mane consurgens dixit ad principes, Ite in terram vestrã, quia prohibuit me Dominus venire vobiscũ. Reuersi principes dixerũt ad Balac, Noluit Balaam venire nobiscum. Rursum ille multò plures & nobiliores quàm antè miserat, misit. Qui cum venissent ad Balaam, dixerũt, Sic dicit Balac filius Sephor, Ne cunctẽris venire ad me, paratus sum honorare te, & quicquid volueris dabo: veni, & maledic populo isti. Respondit Balaam, Si dederit mihi Balac plenã domum suã argẽti & auri, nõ potero immutare verbũ Domini Dei mei, vt vel plus vel minus loquar. Obsecro vt hic maneatis etiã hac nocte, & scire queã quid mihi rursum respondeat Dominus. Venit ergo Deus ad Balaam nocte, & ait ei, Si vocare te venerint homines isti, surge, & vade cum eis: ita dũtaxat, vt quod tibi præcepero facias. Surrexit Balaam mane, & strata asina profectus est cum eis. Et iratus est Deus. Stetitq; angelus Domini in via contra Balaam, qui insidebat asinæ, & duos pueros habebat secũ. Cernens asina angelum stantem in via euaginato gladio, auertit se de itinere, & ibat per agrum. Quam cum verberaret Balaam, & vellet ad semitã reducere, stetit angelus in angustijs duarum maceriarum, quibus vineæ cingebãtur. Quẽ videns asina, iunxit se parieti, & attriuit sedentis pedẽ. At ille iterũ verberabat eã: & nihilominus angelus ad locũ angustũ trãsiens, vbi nec ad dexteram nec ad sinistram poterat deuiari, obuius stetit. Cumq; vidisset asina stantem angelũ, cõcidit sub pedibus sedentis. Qui iratus, vehemẽtius cædebat fuste latera eius. Aperuitq; Dominus os asinæ, & locuta est, Quid feci tibi? cur percutis me ecce iam tertiò? Respondit Balaã, Quia cõmeruisti & illusisti mihi: vtinã haberem gladiũ vt te percuterem. Dixit asina, Nónne animal tuũ sum, cui semper sedere cõsueuisti vsq; in præsentẽ diem? Dic quid simile vnquam fecerim tibi? At ille ait, Nunquam. Protinus aperuit Dominus oculos Balaam, & vidit angelum stantem in via euaginato gladio, adorauitq; eũ pronus in terram: cui angelus, Cur, inquit, tertiò verberas asinam tuã? Ego veni vt aduersarer tibi, quia peruersa est via tua, mihiq; contraria: & nisi asina declinasset de via, dans locũ resistenti, te occidissem, & illa viueret. Dixit Balaam, Peccaui, nesciẽs quòd tu stares cõtra me: & nunc si displicet tibi vt vadam, reuertar. Ait angelus, Vade cũ istis, & caue ne aliud quàm præcepero tibi loquaris. Iuit igitur cum principibus. Quod cum audisset Balac, egressus est in occursum eius in oppido Moabitarum, quod situm est in extremis finibus Arnon. Dixitq; ad Balaã,

Iosue 24 b

B

C

D

Infra 24 c

Balaam nõ potest maledicere, contra Domini voluntatem.

2. Pet. 2 c

Iudæ 1 d

E

Loquitur asina.

F

G

Misi nuntios vt vocarent te, cur nõ statim venisti ad me? an quia mercedẽ aduentui tuo reddere nequeo? Cui ille respondit, Ecce adsum: nunquid loqui potero aliud, nisi quòd Deus posuerit in ore meo? Perrexerunt ergo simul, & venerunt in vrbem quæ in extremis regni eius finibus erat. Cumq; occidisset Balac boues, & oues, misit ad Balaam, & principes qui cum eo erant, munera. Mane autem facto duxit eum ad excelsa Baal, & intuitus est extremam partem populi.

S. BALAAM *ad maledicendum Israel uocatus benedixit, futura de illo multa prædicens.* CAPVT XXIII.

A DIxitq; Balaam ad Balac, Aedifica mihi hic septẽ aras, & para totidẽ vitulos, eiusdemq; numeri arietes. Cumq; fecisset iuxta sermonem Balaam, imposuerunt simul vitulũ & arietẽ super aram. Dixitq; Balaam ad Balac, Sta paulisper iuxta holocaustũ tuum donec vadam, si fortè occurrat mihi Dominus, & quodcunq; mihi imperauerit, loquar tibi. Cumq; abijsset velociter, occurrit illi Deus. Locutusq; ad eũ Balaã, Septẽ, inquit, aras erexi, & imposui vitulũ & arietẽ desuper. Dominus autẽ posuit verbũ in ore eius, & ait, Reuertere ad Balac, & hæc loquêris. Reuersus inuenit stantem Balac iuxta holocaustum suum, & omnes principes Moabitarũ: assumptaq; parabola sua, dixit,

B De Arã adduxit me Balac rex Moabitarũ, de mõtibus orientis. Veni, inquit, & maledic Iacob: propera & detestare Israel. Quomodo maledicam, cui non maledixit Deus? Qua ratione detester quem Dominus nõ detestatur? De summis silicibus videbo eũ, & de collibus cõsyderabo illũ. Populus solus habitabit, & inter gentes nõ reputabitur. Quis dinumerare possit puluerẽ Iacob, & nosse numerum stirpis Israel? Moriatur anima mea morte iustorũ, & fiant nouissima mea horũ similia. Dixitq; Balac ad Balaã, Quid est hoc quod agis? Vt malediceres inimicis meis, vocaui te: & tu econtrario benedicis eis. Cui ille respondit, Num aliud possum loqui nisi quod iusserit Dominus? Dixit ergo Balac, Veni mecũ in alterum locũ,

C vnde partem Israel videas, & totum videre non possis, & inde maledicito ei. Cumq; duxisset eũ in locum sublimem super verticem montis Phasga, ædificauit Balaam septẽ aras, & impositis suprà vitulis atq; arietibus, dixit ad Balac, Sta hîc iuxta holocaustũ tuũ, donec ego obuius pergã. Cui cũ Dominus occurrisset, posuissetq; verbum in ore eius, ait, Reuertere ad Balac, & hæc loquêris ei. Reuersus inuenit eũ stantẽ iuxta holocaustũ suũ, & principes Moabitarũ cũ eo. Ad quẽ Balac, Quid, inquit, locutus est Dominus? At ille assumpta parabola sua, ait, Sta Balac & ausculta, audi fili Sephor, Nõ est Deus quasi homo vt mẽtiatur, nec vt filius hominis vt mutetur. Dixit ergo, & nõ faciet? locutus est, & non implebit? Ad benedicendum adductus sum, benedictionẽ prohibere nõ valeo. Non est idólum in Iacob, nec videtur simulachrum in Israel. Dominus Deus eius cũ eo est, & clangor victoriæ regis in il-

D lo. Deus eduxit illum de Aegypto, cuius fortitudo similis est rhinocerõtis. Non est augurium in Iacob, nec diuinatio in Israel. Temporibus suis dicetur Iacob & Israeli quid operatus sit Deus. Ecce populus vt leæna cõsurget, & quasi leo erigetur: non accubabit donec deuoret prædam, & occisorum sanguinem bibat. Dixitq; Balac ad Balaam, Nec maledicas ei, nec benedicas. Et ille ait, Nónne dixi tibi, quòd quicquid mihi Deus imperaret, hoc facerem? Et ait Balac ad eum, Veni, & ducam te ad alium locũ: si fortè placeat Deo vt inde maledicas eis. Cumq; duxisset eum super verticem montis Phogor, qui respicit solitudinem, dixit ei Balaam, Aedifica mihi hic septem aras, & para totidem vitulos, eiusdemq; numeri arietes. Fecit Balac vt Balaam dixerat: imposuitq; vitulos, & arietes per singulas aras.

Infra 24 b

S. BALAAM *uaticinatur super Israelem,* CHRISTVM *atque Romanorum regnum Amalechitis & Cynæis cæsis futurum.* CAPVT XXIIII.

A CVmq; vidiſſet Balaam quòd placeret Domino vt benediceret Iſraeli, nequaquã abijt vt antè perrexerat, vt augurijũ quæreret: ſed dirigens cõtra deſertum vultũ ſuum, & eleuans oculos vidit Iſrael in tentorijs commorantem per tribus ſuas: & irruente in ſe ſpiritu Dei aſſumpta parabola ait, Dixit Balaam filius Beor, dixit homo cuius obturatus eſt oculus, dixit auditor ſermonum Dei, qui viſionẽ Omnipotentis intuitus eſt, qui cadit & ſic aperiuntur oculi eius, Quàm pulchra tabernacula tua Iacob, & tentoria tua Iſrael: vt valles nemoroſæ, vt horti iuxta fluuios irrigui, vt tabernacula quæ fixit Dominus, quaſi cedri propè aquas. Fluet aqua de ſitula eius, & ſemen illius erit in aquas multas. Tolletur propter Agag, rex eius, & auferetur
B regnũ illius. Deus eduxit illum de Aegypto, cuius fortitudo
Supra 23 d ſimilis eſt rhinocerõtis. Deuorabũt gentes hoſtes illius, oſſaq; eorum confringent, & perforabũt ſagittis. Accubans dormiuit vt leo, & quaſi leæna, quam ſuſcitare nullus audebit. Qui benedixerit tibi, erit & ipſe benedictus: qui maledixerit tibi, in maledictione reputabitur. Iratus q; Balac cõtra Balaã, complosis manibus ait, Ad maledicẽdum inimicis meis vocaui te, quibus econtrario tertiò benedixiſti: reuertere ad locũ tuum. Decreueram quidem magnificè honorare te, ſed Dominus priuauit te honore diſpoſito. Reſpondit Balaam ad Balac,
C Nónne nuntijs tuis, quos miſiſti ad me, dixi, Si dederit mihi
Supra 22 d Balac plenam domum ſuam argenti & auri, non potero præterire ſermonem Domini Dei mei, vt vel boni quid, vel mali proferam ex corde meo: ſed quicquid Dominus dixerit, hoc loquar? Veruntamen pergens ad populum meum, dabo tibi conſilium quid populus tuus populo huic faciat extremo tempore. Sumpta igitur parabola, rurſum ait, Dixit Balaam filius Beor, dixit homo cuius obturatus eſt oculus, dixit auditor ſermonum Dei, qui nouit doctrinam altiſſimi, & viſiones Omnipotentis videt, qui cadens apertos habet oculos,
De aduẽtu CHRISTI. Videbo eum, ſed non modo: intuebor illum, ſed non propè.
Matt. 2 a ORIETVR STELLA ex Iacob, & conſurget virga de Iſrael: & percutiet duces Moab, vaſtabitq; omnes filios Seth.
D Et erit Idumæa poſſeſsio eius: hæreditas Seir cedet inimicis ſuis: Iſrael verò fortiter aget. De Iacob erit qui dominetur, & perdat reliquias ciuitatis. Cumq; vidiſſet Amalec, aſſumens parabolam, ait, Principium gentium Amalec, cuius extrema perdentur. Vidit quoq; Cinæum: & aſſumpta parabola, ait, Robuſtum quidem eſt habitaculum tuum: ſed ſi in petra poſueris nidum tuum, & ſueris electus de ſtirpe Cin, quandiu poteris permanere? Aſſur enim capiet te. Aſſumptaq; parabola iterum locutus eſt, Heu quis victurus eſt quando iſta faciet Deus? Venient in trieribus de Italia, ſuperabũt Aſſyrios, vaſtabuntq; Hebræos, & ad extremum etiam ipſi peribunt. Surrexitq; Balaam, & reuerſus eſt in locũ ſuum: Balac quoq; via qua venerat, redijt.

S. FORNICANTE *cum Madianitis & Moabitis Iſraël, Phinees Zambri & Cozbi pugione confodit.*

CAPVT XXV.

A MOrabatur autem eo tempore Iſrael in Setim, & fornicatus eſt populus cum filiabus Moab, quæ vocauerunt eos ad ſacrificia ſua. At illi comederunt & adorauerunt Deos earum. Initiatus q; eſt
Ioſue 22 d Iſrael Beelphegor, & iratus Dominus ait ad Moyſen, Tolle
Deut. 4 a cunctos principes populi, & ſuſpende eos cõtra ſolem in patibulis: vt auertatur furor meus ab Iſrael. Dixitq; Moyſes ad Iudices Iſrael, Occidat vnuſquiſq; proximos ſuos, qui initiati ſunt Beelphegor. Et ecce vnus de filijs Iſrael intrauit coB ram fratribus ſuis ad ſcortum Madianitidem vidente Moyſe, & omni turba filiorum Iſrael, qui flebant ante fores tabernaculi. Quod cũ vidiſſet Phinees filius Eleazari filij Aaron ſa-
1. Mac. 2 c cerdotis, ſurrexit de medio multitudinis, & arrepto pugione
Pſal. 105 c ingreſſus eſt poſt virum Iſraelitem in lupanar, & perfodit
1. Cor. 10 b ambos ſimul, virum ſcilicet & mulierem in locis genitalibus. Ceſſauitq; plaga à filijs Iſrael, & occiſi ſunt viginti quatuor millia hominum. Dixitq; Dominus ad Moyſen, Phinees fi-
C lius Eleazari filij Aaron ſacerdotis auertit iram meam à filijs Iſrael: quia zelo meo commotus eſt contra eos, vt nõ ipſe delerem filios Iſrael in zelo meo. Idcirco loquere ad eum, Ecce do ei pacem fœderis mei, & erit tam ipſi quàm ſemini eius pactum ſacerdotij ſempiternum: quia zelatus eſt pro Deo ſuo, *1. Mac. 2 f* *Eccle. 45 d*
& expiauit ſcelus filiorum Iſrael. Erat autem nomen viri Iſ-
D raelitæ, qui occiſus eſt cum Madianitide, Zambri filius Salu, dux de cognatione & tribu Simeõnis. Porrò mulier Madianitis, quæ pariter interfecta eſt, vocabatur Cozbi filia Sur principis nobiliſsimi Madianitarum. Locutus q; eſt Dominus ad Moyſen, dicens, Hoſtes vos ſentiant Madianitæ, *Infra 31 a*
& percutite eos: quia & ipſi hoſtiliter egerunt contra vos, & deceperunt inſidijs per idõlum Phogor & Cozbi filiam ducis Madian ſororem ſuam, quæ percuſſa eſt in die plagæ pro ſacrilegio Phogor.

S. NVMERANTVR *Iſraëlitæ per ſingulas tribus à uiginti annis & ſuprà, terram Chanaan ingreſſuri.*

CAPVT XXVI.

A POſtquàm noxiorũ ſanguis effuſus eſt, dixit Dominus ad Moyſen & Eleazarum filiũ Aaron ſacerdotem, Numerate omnem ſummam filiorum Iſrael à viginti annis & ſuprà, per domos & cognationes ſuas, cunctos qui poſſunt ad bella procedere. Locuti ſunt itaq; Moyſes & Eleazar ſacerdos, in campeſtribus Moab ſuper Iordanem contra Iericho ad eos qui erant à vi- *Gene. 46 b*
ginti annis & ſuprà, ſicut Dominus imperauerat, quorũ iſte *Exod. 6 b*
eſt numerus: Rubẽ primogenitus Iſrael, huius filius, Enoch, *1. Paral. 5 a*
à quo familia Enochitarum: & Phallu, à quo familia Phalluitarum: & Eſron, à quo familia Eſronitarũ: & Charmi, à quo
B familia Charmitarum. hæ ſunt familiæ de ſtirpe Ruben: quarum numerus inuentus eſt quadragintatria millia & ſeptingenti triginta. Filius Phallu, Eliab. huius filij, Namũel & Da- *Supr. 16 d*
than & Abîron. iſti ſunt Dathan & Abîron principes populi qui ſurrexerunt contra Moyſen & Aaron in ſeditione Core, quando aduerſus Dominũ rebellauerunt: & aperiens terra os ſuum deuorauit Core morientibus plurimis, quando combuſsit ignis ducentos quinquaginta viros. Et factum eſt grande miraculum, vt Core pereunte filij illius non perirent. Filij Simeon per cognationes ſuas, Namũel, ab hoc familia Namuelitarum: & Iamin, ab hoc familia Iaminitarũ: Iachin, ab hoc familia Iachinitarũ: Zare, ab hoc familia Zareitarum: Saul, ab hoc familia Saulitarum. hæ ſunt familiæ de ſtirpe Simeon, quarũ omnis numerus fuit viginti duo millia ducenti.
C Filij Gad per cognationes ſuas: Sephon, ab hoc familia Sephonitarum: Aggi, ab hoc familia Aggitarum: Suni, ab hoc familia Sunitarum: Ozni, ab hoc familia Oznitarum: Heri, ab hoc familia Heritarum: Arod, ab hoc familia Aroditarum: Ariel, ab hoc familia Arielitarũ. iſtæ ſunt familiæ Gad, quarum omnis numerus fuit quadraginta millia quingenti. *Gene. 38 b*
Filij Iuda, Her & Onan, qui ambo mortui ſunt in terra Chanáan. Fueruntq; filij Iuda per cognationes ſuas: Sela, à quo familia Selaitarum: Phares, à quo familia Pharesitarum: Zare, à quo familia Zareitarum. Porrò filij Phares, Eſron, à quo familia Eſronitarum: & Hamul, à quo familia Hamulitarum. iſtæ ſunt familiæ Iuda, quarum omnis numerus fuit ſeptuagintaſex millia quingẽti. Filij Iſſachar per cognationes ſuas: Thola, à quo familia Tholaitarũ: Phua, à quo familia Phuaitarum: Iaſub, à quo familia Iaſubitarum: Semran, à quo familia Semranitarum. hæ ſunt cognationes Iſſachar, quarum nu-
D merus fuit ſexagintaquatuor millia trecenti. Filij Zabûlon per cognationes ſuas: Sared, à quo familia Sareditarum: Elon, à quo familia Elonitarum: Ialel, à quo familia Ialelitarum.

rum. hæ sunt cognationes Zabûlon, quarum numerus fuit sexaginta millia quingenti. Filij Ioseph per cognationes suas, Manasse & Ephráim. De Manasse ortus est Machir, à quo familia Machiritarum. Machir genuit Galaad, à quo familia Galaaditarum. Galaad habuit filios: Iezer, à quo familia Iezeritarum: & Helec, à quo familia Helecitarũ: & Asriel, à quo familia Asrielitarum: & Sechem, à quo familia Sechemitarum: & Semida, à quo familia Semidaitarũ: & Hepher,
Infra 27 a à quo familia Hepheritarum. Fuit autem Hepher pater Salphaad, qui filios non habebat, sed tantum filias, quarum ista sunt nomina, Maala, & Noa, & Hegla, & Melcha, & Thersa. hæ sunt familiæ Manasse, & numerus earum quinquaginta duo millia septingenti. Filij autem Ephráim per cognationes suas fuerunt hi: Suthala, à quo familia Suthalaitarum: Becher, à quo familia Becheritarum: Thehen, à quo familia Thehenitarũ. Porrò filius Suthala fuit Heran, à quo familia Heranitarum. hæ sunt cognationes filiorum Ephráim: quarum numerus fuit triginta duo millia quingentorum. Isti sunt filij Ioseph per familias suas. Filij Bẽiamin in cognationibus suis: Bela, à quo familia Belaitarum: Asbel, à quo familia Asbelitarum: Achiram, à quo familia Achiramitarum: Supham, à quo familia Suphamitarum: Hupham, à quo familia Huphamitarum. Filij Bela, Hered & Noeman. de Hered, familia Hereditarum: de Noeman, familia Noemanitarum. hi sunt filij Beniamin per cognationes suas, quorum numerus fuit quadraginta quinque millia sexcenti. Filij Dan per cognationes suas: Suham, à quo familia Suhamitarũ. hæ sunt cognationes Dan per familias suas. omnes fuêre Suhamitæ, quarum numerus erat sexaginta quatuor millia quadringenti. Filij Aser per cognationes suas: Iemna, à quo familia Iemnaitarum: Iessui, à quo familia Iessuitarum: Brie, à quo familia Brieitarum. Filij Brie: Heber, à quo familia Heberitarum: & Melchiel, à quo familia Melchielitarum. Nomen autem filiæ Aser, fuit Sara.
F hæ sunt cognationes filiorum Aser, & numerus eorum quinquagintatria millia quadringenti. Filij Nephthali per cognationes suas: Iesiel, à quo familia Iesielitarum: Guni, à quo familia Gunitarum: Ieser, à quo familia Ieseritarum: Sellem, à quo familia Sellemitarum. hæ sunt cognationes filiorum Nephthali per familias suas: quorum numerus quadraginta quinq; millia quadringẽti. Ista est summa filiorum Israel, qui recensiti sunt sexcenta millia, & mille septingenti triginta. Locutus que est Dominus ad Moysen, dicens, Istis diuidetur terra iuxta numerum vocabulorũ in possessiones suas. Pluribus maiorem partem dabis, & paucioribus minorem, singulis sicut nunc recensiti sunt tradetur possessio: ita dũtaxat vt sors terram tribubus diuidat & familijs. Quicquid sorExod. 6 c te contigerit, hoc vel plures accipiant, vel pauciores. Hic
G quoque est numerus filiorum Leui per familias suas, Gerson, à quo familia Gersonitarum: Caath, à quo familia Caathitarum: Merari, à quo familia Meraritarum. hæ sunt familiæ Leui. Familia Lobni, familia Hebroni, familia Moholi,
Exo. 6 c 2 a familia Musi, familia Core. At vero Caath genuit Amram, qui habuit vxorem Iochabed filiam Leui, quæ nata est ei in Aegypto. hæc genuit Amram viro suo, filios, Aarõ & Moysen, & Mariam sororem eorum. De Aaron orti sunt Nadab
Supra 3 a & Abiu & Eleazar & Ithamar: quorum Nadab & Abiu
Leui. 10 a mortui sunt, cum obtulissent ignem alienum coram Do-
1. Par. 24 a mino. Fueruntque omnes qui numerati sunt, vigintitria millia generis masculini ab vno mense & suprà: qui non sunt recensiti inter filios Israel, nec eis cum cæteris data possessio est. Hic est numerus filiorum Israel, qui descripti sunt à Moyse & Eleazaro sacerdote, in campestribus Moab supra Ior-
1. Cor. 10 d danem contra Iericho: inter quos nullus fuit eorum qui antè
Supra 14 d numerati sunt à Moyse & Aaron in deserto Sinai. Prædixerat enim Dominus quòd omnes morerentur in solitudine. Nullus q; remansit ex eis, nisi Caleb filius Iéphone, & Iosue filius Nun.

S. FILIAE Salphaad patri succedunt in hæreditatem, ostensaq; Moysi terra promißionis Iosue illi sufficitur.

CAPVT XXVII.

A Accesserunt autem filiæ Salphaad, filij Hepher, Supra 26 d filij Galaad, filij Machir, filij Manasse, qui fuit fi- Infra 36 a lius Ioseph: quarũ sunt nomina, Maala & Noa & Iosue 17 a Hegla & Melcha & Thersa. Steteruntq; coram Moyse & Eleazaro sacerdote, & cunctis principibus populi ad ostium tabernaculi fœderis, atque dixerunt, Pater noster mortuus est in deserto, nec fuit in seditione quæ concitata est contra Dominũ sub Core, sed in peccato suo mortuus est: hic non habuit mares filios. Cur tollitur nomen illius de familia Supra 16 a
B sua, quia non habet filium? Date nobis possessionẽ inter cognatos patris nostri. Retulitq; Moyses causam earum ad iudicium Domini. Qui dixit ad eum, Iustam rem postulant filiæ Salphaad: da eis possessionem inter cognatos patris sui, & ei in hæreditate succedant. Ad filios autem Israel loquêris hæc, Homo cum mortuus fuerit absq; filio, ad filiam eius transibit hæreditas. si filiam non habuerit, habebit successores fratres suos, quòd & si fratres non fuerint, dabitis hæreditatẽ fratri-
C bus patris eius. sin autem nec patruos habuerit, dabitur hæreditas his qui ei proximi sunt. eritq; hoc filijs Israel sanctũ lege perpetua, sicut præcepit Dominus Moysi. Dixit quoq; Dominus ad Moysen, Ascende in montem istum Abarim, & contemplare inde terram quam daturus sum filijs Israel. cumq; videris eam, ibis & tu ad populum tuũ, sicut iuit frater tuus Aaron, quia offendistis me in deserto Sin in contradi- Deut. 32 g
ctione multitudinis, nec sanctificare me voluistis corã eis su- Supra 20 b per aquas. hæ sunt aquæ cõtradictionis in Cades deserti Sin. Cui respõdit Moyses, Prouideat Dominus Deus spirituum omnis carnis, hominem qui sit super multitudinem hanc: & possit exire & intrare ante eos, & educere eos vel introducere, ne sit populus Domini sicut oues absque pastore. Dixitq; Deut. 3 d
D Dominus ad eum, Tolle Iosúe filium Nun virum in quo est spiritus, & pone manũ tuam super eum. Qui stabit corã Eleazaro sacerdote & omni multitudine, & dabis ei præcepta cunctis videntibus, & partem gloriæ tuæ, vt audiat eum omnis synagôga filiorum Israel. Pro hoc si quid agendum erit, Eleazar sacerdos consulet Dominum. Ad verbum eius egredietur & ingredietur ipse, & omnes filij Israel cum eo, & cætera multitudo. Fecit Moyses vt præceperat Dominus. Cumque tulisset Iosûe, statuit eum coram Eleazaro sacerdote & omni frequentia populi. Et impositis capiti eius manibus cuncta replicauit quæ mandauerat Dominus.

S. OBLATIONES quibus suis solennitatibus offerendæ.

CAPVT XXVIII.

A Dixit quoq; Dominus ad Moysen, Præcipe filijs Israel, & dices ad eos, Oblationem meam & panes, & incensum odoris suauissimi offerte per tempora sua. Hæc sunt sacrificia quæ offerre debetis, Agnos anniculos immaculatos duos quotidie in holocaustum sempiternum: vnum offeretis mane, & alterũ ad vesperum: decimam partem ephi similæ, quæ cõspersa sit oleo purissimo, & habeat quartam partem hin. holocaustum iuge est quod obtulistis in monte Sinai in odorem suauissimũ incensi Domini. & libabitis vini quartã partem hin per agnos singulos in sanctuario Domini. Alterumq; agnum similiter offeretis ad vesperam iuxta omnem ritum sacrificij matutini, Mat. 12 a
& libamentorum eius, oblationem suauissimi odoris Domino. Die autem sabbathi offeretis duos agnos anniculos immaculatos, & duas decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio,
B & liba quæ ritè funduntur per singula sabbatha in holocaustum sempiternũ. In calendis autem, id est in mensium exordijs, offeretis holocaustũ Domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos septem immaculatos, & tres decimas similæ oleo conspersæ in sacrificio per singulos vi-

tulos: & duas decimas similæ oleo conspersæ per singulos arietes: & decimam decimæ similæ ex oleo in sacrificio per agnos singulos, holocaustum suauissimi odoris atq; incensi
C est Domino. Libamenta autem vini quæ per singulas fundenda sunt victimas, ista erunt, Media pars hin per singulos vitulos, tertia per arietem, quarta per agnum. hoc erit holocaustum per omnes menses, qui sibi anno vertente succedūt.
Hircus quoque offeretur Domino pro peccatis in holocau-
Exod.12 c stum sempiternum cum libamentis suis. Mense autem pri-
Leuit.23 a mo, quarta decima die mēsis, phase Domini erit, & quintadecima die solennitas: septem diebus vescentur azymis. Quarū dies prima venerabilis & sancta erit: omne opus seruile non facietis in ea. Offeretis q́; incensum holocaustum Domino vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem, & sacrificia singulorū ex simila quæ consperſa sit oleo, tres decimas per singulos vitulos, & duas decimas per arietem, & decimam decimæ per agnos singulos,
D id est per septem agnos. Et hircum pro peccato vnum, vt expietur pro vobis, præter holocaustum matutinū quod semper offeretis. Ita facietis per singulos dies septem dierum in fomitem ignis, & in odorem suauissimum Domino, qui surget de holocausto & de libationibus singulorum. Dies quoq; septimus celeberrimus & sanctus erit vobis: omne opus seruile non facietis in eo. Dies etiam primitiuorum quādo offeretis nouas fruges Domino, expletis hebdomadibus, venerabilis & sancta erit, omne opus seruile nō facietis in ea. Offeretis q́; holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulos de armento duos, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem: atq; in sacrificijs eorum similæ oleo consperſæ, tres decimas per singulos vitulos, per arietes duos, per agnos decimam decimæ, qui simul sunt agni septem: hircum quoq; vnum qui mactatur pro expiatione: præter holocaustum sempiternum & liba eius. Immaculata offeretis omnia cum libationibus suis.

S. MENSIS *septimi solennitates, & earum oblationes.*

CAPVT XXIX.

A MEnsis etiā septimi prima dies venerabilis & sancta erit vobis. omne opus seruile non facietis in ea, quia dies clangoris est & tubarū. Offeretis q́; holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulum de armento vnum, arietem vnum: & agnos anniculos immaculatos septem, & in sacrificijs eorum similæ oleo cōsperſæ tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem, vnam decimam per agnū, qui simul sunt agni septē: & hircum pro peccato, qui offertur in expiationem populi, præter holocaustum calendarum cum sacrificijs suis, & holocaustum sempiternum cum libationibus solitis. Eisdem ceremonijs offeretis in odorem suauissimum incensum domi-
Leuit.16 g no. Decima quoq; dies mensis huius septimi erit vobis sanc-
& 23 e ta atq; venerabilis, & affligetis animas vestras: omne opus
B seruile non facietis in ea. Offeretis q́; holocaustum Domino in odorem suauissimum, vitulum de armento vnum, arietem vnum, agnos anniculos immaculatos septem: & in sacrificijs eorum similæ oleo consperſæ tres decimas per singulos vitulos, duas decimas per arietem, decimā decimæ per agnos singulos, qui sunt simul agni septem: & hircū pro peccato. absq; his quæ offerri pro delicto solēt in expiationem & holocaustum sempiternum, in sacrificio & libaminibus eorum. Quintadecima verò die mensis septimi, quæ vobis sancta erit atque venerabilis, omne opus seruile non facietis in ea: sed celebrabitis solennitatem Domino septem diebus. offeretis q́; holocaustum in odorem suauissimum Domino, vitulos de armento tredecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: & in libamentis eorū similæ oleo consperſæ tres decimas per vitulos singulos, qui sunt simul vituli tredecim: & duas decimas arieti vno, id est simul arietibus duobus, & decimā decimæ agnis singulis, qui sunt simul agni quatuordecim: & hircum pro peccato. absq; holocausto sempiterno, & sacrificio & libamine eius. In die altero offeretis vitulos de armento duodecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq́; & libamina singulorum per vitulos, & arietes & agnos ritè celebrabitis: & hircum pro peccato. absq; holocausto sempiterno, sacrificioq́; & libamine eius. Die tertio offeretis vitulos vndecim, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq́; & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: & hircū pro peccato. absq; holocausto sempiterno, sacrificioq́; & libamine eius. Die quarto offeretis vitulos decē, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq́; & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: & hircū pro peccato. absq; holocausto sempiterno, sacrificioq́; eius & libamine. Die quinto offeretis vitulos nouē, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq́; & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: & hircum pro peccato, absq;
D holocausto sempiterno, sacrificioque eius & libamine. Die sexto offeretis vitulos octo, arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq́; & libamina singulorū per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: & hircum pro peccato. absq; holocausto sempiterno, sacrificioq́; eius & libamine. Die septimo offeretis vitulos septem, & arietes duos, agnos anniculos immaculatos quatuordecim: sacrificiaq́; & libamina singulorum per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: & hircum pro peccato. absq; holocausto sempiterno, sacrificioq́; eius & libamine. Die octauo qui est celeberrimus, omne opus seruile non facietis, offerentes holocaustū in odorem suauissimum Domino, vitulū vnum, arietem vnū, agnos anniculos immaculatos septem: sacrificiaq́; & libamina singulorū per vitulos & arietes & agnos ritè celebrabitis: & hircum pro peccato. absq; holocausto sempiterno, sacrificioq́; eius & libamine. Hæc offeretis Domino in solennitatibus vestris. præter vota & oblationes spontaneas in holocausto, in sacrificio, in libamine, & in hostijs pacificis.

S. VOTA *& iuramenta quando & quomodo reddenda.*


CAPVT XXX.

A NArrauitq́; Moyses filijs Israel omnia quæ ei Dominus imperauerat, & locutus est ad principes tribuum filiorū Israel, Iste est sermo quem præcepit Dominus, Si quis virorū votum Domino vouerit, aut se constrinxerit iuramento: non faciet irritū verbum suū, sed omne quod promisit, implebit. Mulier si quippiam vouerit, & se constrinxerit iuramento quæ est in domo patris sui, & in ætate adhuc puellari: si cognouerit pater votum quod pollicita est, & iuramentum quo obligauit animā suam, & tacuerit, voti rea erit: quicquid polllicita est & iura-
B uit, opere complebit. sinautem statim vt audierit, contradixerit pater: & vota & iuramenta eius irrita erunt, nec obnoxia tenebitur sponsioni, eo quòd contradixerit pater. Si maritum habuerit, & vouerit aliquid, & semel de ore eius verbum egrediens animam eius obligauerit iuramento: quo die audierit vir, & non contradixerit, voti rea erit, reddetq́; quodcunq; promiserat. sinautem audiens statim contradixerit, &
C irritas fecerit pollicitationes eius, verbaq́; quibus obstrinxerat animam suam: propitius erit ei Dominus. Vidua & repudiata quicquid vouerint, reddent. Vxor in domo viri cum se voto constrinxerit & iuramento, si audierit vir & tacuerit, nec contradixerit sponsioni, reddet quodcunque promiserat. sinautem extemplò contradixerit, non tenebitur promissionis rea: quia maritus contradixit, & Dominus ei propitius erit. Si vouerit, & iuramento se constrinxerit vt per ie-

Vota quando reddenda.

iunium

iunium vel cæterarum rerum abſtinentiam affligat animam ſuam:in arbitrio viri erit ſiue faciat,ſiue non faciat.quòd ſi audiens vir tacuerit,& in alteram diem diſtulerit ſententiam: quicquid vouerat atq; promiſerat,reddet:quia ſtatimvt audiuit,tacuit.ſinautem cõtradixerit poſtquam reſciuit,portabit ipſe iniquitatẽ eius.Iſtæ ſunt leges quas conſtituit Dominus Moyſi inter virum & vxorem,inter patrem & filiam quæ in puellari adhuc ætate eſt,vel quæ manet in parentis domo.



S. CAESIS *Madianitis uirgines reſeruantur,ac ſubſtantia ex æquo diſtribuitur,Deoq; gratiæ aguntur.*

CAPVT XXXI.

A Pugna contra Madianitas.

LOcutusq; eſt Dominus ad Moyſen,dicens,Vlciſcere prius filios Iſrael de Madianitis,& ſic colligêris ad populum tuum. Statimq; Moyſes,Armate,inquit,ex vobis viros ad pugnam, qui poſſint vltionem Domini expetere de Madianitis. mille viri de ſingulis tribubus eligãtur ex Iſrael qui mittantur ad bellum. Dederuntq; millenos de ſingulis tribubus, id eſt duodecim millia expeditorũ ad pugnam:quos miſit Moyſes cum Phinees filio Eleazari ſacerdotis,vaſaque ſancta,& tubas ad clangendum tradidit eis. Cumque pugnaſſent contra Madianitas atq; viciſſent,omnes mares occiderunt, & reges eorum Eui & Recem & Sur & Hur & Rebe,quinque principes gentis: Balaam quoq; filium Beor interfecerunt gladio,cœperuntq; mulieres eorum & paruulos,omniaq; pecora & cunctam ſupellectilem.quicquid habere potuerant depopulati ſunt:tam vrbes,quàm viculos & caſtella flamma conſumpſit. Et tulerunt prædam,& vniuerſa quæ cœperant tam ex hominibus quàm ex iumentis,& adduxerunt ad Moyſen & Eleazarũ ſacerdotem,& ad omnem multitudinẽ filiorum Iſrael. reliqua autem vtenſilia portauerunt ad caſtra in cãpeſtribus Moab, iuxta Iordanem contra Iericho. Egreſsi ſunt autem Moyſes & Eleazar ſacerdos,& omnes principes ſynagógæ in occurſum eorum extra caſtra. Iratusq; Moyſes principibus, exercitus tribunis,& centurionibus qui venerãt de bello,ait, Cur fœminas reſeruaſtis?Nónne iſtæ ſunt quæ deceperunt filios Iſrael ad ſuggeſtionem Balaam , & præuaricari vos fecerunt in Dominũ ſuper peccato Phogor,vnde & percuſſus eſt populus? Ergo cunctos interficite quicquid eſt generis maſculini etiam in paruulis:& mulieres quæ nouerunt viros in coitu,iugulate:puellas autem & omnes fœminas virgines reſeruate vobis,& manete extra caſtra ſeptem diebus. Qui occiderit hominem,vel occiſum tetigerit,luſtrabitur die tertio & ſeptimo.Et de omni præda,ſiue veſtimentum fuerit,ſiue vas, & aliquid in vtenſilia præparatum, de caprarum pellibus & pilis & ligno expiabitur. Eleazar quoque ſacerdos ad viros exercitus,qui pugnauerant, ſic locutus eſt, Hoc eſt præceptum legis quod mandauit Dominus Moyſi, Aurum & argentum & æs & ferrum & plumbũ & ſtannũ,& omne quod poteſt trãſire per flammas,igne purgabitur.quicquid autem ignem non poteſt ſuſtinere,aqua expiationis ſanctificabitur: & lauabitis veſtimenta veſtra die ſeptimo,& purificati poſtea caſtra intrabitis.Dixit quoq; Dominus ad Moyſen, Tollite ſummam eorũ quæ capta ſunt ab homine vſq; ad pecus, tu & Eleazar ſacerdos & omnes principes vulgi:diuidesq; ex æquo prædam inter eos qui pugnauerunt,egreſsiq́ue ſunt ad bellum,& inter omnem reliquam multitudinẽ, & ſeparabis partem Domino ab his qui pugnauerunt & fuerunt in bello, vnam animã de quingentis,tam ex hominibus quàm ex bobus & aſinis & ouibus,& dabis eam Eleazaro ſacerdoti, quia primitię Domini ſunt.Ex media quoq; parte filiorum Iſrael accipies quinquageſimũ caput hominum & boum & aſinorum & ouium,cunctorumq; animantium : & dabis ea Leuitis,qui excubãt in cuſtodijs tabernaculi Domini. Feceruntq; Moyſes & Eleazar,ſicut præceperat Dominus. Fuit autem præda quam exercitus cœperat,ouium ſexcenta ſeptuaginta quinq; millia,boum ſeptuagintaduo millia,aſinorũ ſexaginta millia & mille:animæ hominum ſexus fœminei, quæ non cognouerant viros,trigintaduo millia. Dataq; eſt media pars his qui in prælio fuerant,ouium trecenta triginta ſeptem millia quingentæ:è quibus in partem Domini ſupputatæ ſunt oues ſexcẽtæ ſeptuaginta quinq;,& de bobus triginta ſex millibus, boues ſeptuaginta & duo : de aſinis triginta millibus quingentis, aſini ſexaginta vnus:de animabus hominũ ſexdecim millibus,ceſſerunt in partem Domini triginta duæ animæ.Tradiditq; Moyſes numerum primitiarũ Domini Eleazaro ſacerdoti,ſicut fuerat ei imperatũ ex media parte filiorum Iſrael,quam ſeparauerat his qui in prælio fuerãt.De media verò parte quæ contigerat reliquæ multitudini, id eſt de ouibus trecentis triginta ſeptẽ millibus quingentis, & de bobus triginta ſex millibus,& de aſinis triginta millibus quingentis,& de hominibus ſedecim millibus, tulit Moyſes quinquageſimum caput,& dedit Leuitis qui excubabant in tabernaculo Domini,ſicut præceperat Dominus.Cumque acceſſiſſent principes exercitus ad Moyſen, & tribuni, centuriones;,dixerunt,Nos ſerui tui recenſuimus numerum pugnatorum,quos habuimus ſub manu noſtra : & ne vnus quidem defuit. Ob hanc cauſam offerimus in donarijs Domini ſinguli,quod in præda auri potuimus inuenire, periſcelides & armillas,annulos & dextralia ac murenulas,vt depreceris pro nobis Dominum.Suſceperuntque Moyſes & Eleazar ſacerdos omne aurum in diuerſis ſpeciebus pondo ſedecim millia ſeptingentos quinquaginta ſiclos à tribunis & centurionibus. Vnuſquiſq; enim quod in præda rapuerat,ſuum erat. Et ſuſceptum intulerunt in tabernaculum teſtimonij,in monimentum filiorum Iſrael coram Domino.

Iosue 13.e

B Balaam interficitur.

Supra 25.d

C

Supra 25.a

D

E

F

G

S. FILIIS *Ruben, Gad, & dimidiæ tribui Manaſſæ portio datur trans Iordanem, modò fratres ſuos in terram promiſſionis conducant.*

CAPVT XXXII.

A

EIlij autem Ruben & Gad habebant pecora multa , & erat illis in iumentis infinita ſubſtantia. Cumque vidiſſent Iazer & Galaad aptas animalibus alendis terras , venerunt ad Moyſen & Eleazarum ſacerdotem,& principes multitudinis, atque dixerunt, Ataroh, & Dibon,& Iazer, & Nemra, & Heſebon, & Eleale, & Sabam , & Nebo , & Beon,terra quam percuſsit Dominus in conſpectu filiorum Iſrael, regionis vberrimæ eſt ad paſtum animalium: & nos ſerui tui habemus iumenta plurima: precamurque ſi inuenimus gratiam coram te,vt des nobis famulis tuis eam in poſſeſsionem , nec

B facias nos tranſire Iordanem. Quibus reſpondit Moyſes, Nunquid fratres veſtri ibunt ad pugnam , & vos hic ſedebitis?Cur ſubuertitis mentes filiorum Iſrael, ne tranſire audeant in locũ quem eis daturus eſt Dominus ? nónne ita egerunt patres veſtri,quando miſi de Cadesbarne ad explorandum terram? Cumque veniſſent vſque ad vallem Botri , luſtrata omni regione,ſubuerterunt cor filiorum Iſrael,vt non *Supra 13.e*

intrarent fines quos eis Dominus dedit. Qui iratus iurauit, di-
Supra 14.c cens, Si videbunt homines isti qui ascenderũt ex Aegypto à
viginti annis & suprà, terram quam sub iuramento pollicitus
sum Abraham, Isaac, & Iacob: & noluerunt sequi me, præ-
ter Caleb filium Iéphone, Cenezæum, & Iosúe filium Nun:
C isti impleuerunt voluntatem meam. Iratusque Dominus ad-
uersum Israel, circunduxit eum per desertũ quadraginta an-
nis, donec consumeretur vniuersa generatio quæ fecerat ma-
lum in conspectu eius. Et ecce, inquit, vos surrexistis pro pa-
tribus vestris incremẽta, & alumni hominum peccatorum, vt
augeretis furorem Domini contra Israel. Quòd si nolueritis
sequi eum, in solitudine populũ derelinquet, & vos causa eri
tis necis omnium. At illi propè accedentes, dixerunt, Caulas
ouium fabricabimus, & stabula iumentorum, paruulis quo-
que nostris vrbes munitas: nos autem ipsi armati & accincti
D pergemus ad prælium ante filios Israel, donec introducamus
eos ad loca sua. Paruuli nostri & quicquid habere possumus,
erunt in vrbibus munitis, propter habitatorum insidias. Non
reuertemur in domos nostras, vsquedũ possideant filij Israel
hæreditatem suam: nec quicquã quæremus trans Iordanem,
quia iam habemus nostram possessionẽ in orientali eius pla-
Iosue 1.a ga. Quibus Moyses ait, Si facitis quod promittitis, expediti
pergite coram Domino ad pugnam: & omnis vir bellator ar-
matus Iordanem transeat, donec subuertat Dominus inimi-
cos suos, & subijciatur ei omnis terra: tunc eritis inculpabiles
apud Dominum & apud Israel, & obtinebitis regiones quas
E vultis, coram Domino. Sinautem quod dicitis non feceritis,
nulli dubium est quin peccetis in Deum: & scitote quoniam
peccatum vestrum apprehendet vos. Aedificate ergo vrbes
paruulis vestris, & caulas & stabula ouibus ac iumentis: &
quod polliciti estis implete. Dixerũtq; filij Gad & Rubẽ ad
Moysen, Serui tui sumus, faciemus quod iubet Dominus no-
ster. Paruulos nostros & mulieres, & pecora, ac iumenta re-
linquemus in vrbibus Galaad: nos autem famuli tui omnes
expediti pergemus ad bellum, sicut tu domine loqueris. Præ
cepit ergo Moyses Eleazaro sacerdoti, & Iosúe filio Nun, &
F principibus familiarum per tribus Israel, & dixit ad eos, Si
Iosue 4.c transierint filij Gad, & filij Ruben vobiscũ Iordanem omnes
armati ad bellum coram Domino, & vobis fuerit terra subie-
cta: date eis Galaad in possessionẽ. Sinautẽ noluerint transire
armati vobiscum in terram Chanáan, inter vos habitandi ac-
cipiant loca. Responderuntq; filij Gad, & filij Ruben, Sicut
locutus est Dominus seruis tuis, ita faciemus: ipsi armati per-
gemus coram Domino in terram Chanáan, & possessionem
iam suscepisse nos confitemur trans Iordanem. Dedit itaque
Iosue 13.b Moyses filijs Gad & Ruben, & dimidiæ tribui Manasse filij
22.a Ioseph regnum Seon regis Amorrhæi, & regnum Og regis
Deut.3.b Basan, terram eorum cum vrbibus suis per circuitum. Igitur
G extruxerũt filij Gad, Dibon, & Ataroth, & Aroer, & Roth,
& Sophã, & Iazer, & Iegbaa, & Bethnemra, & Betharan, vr-
bes munitas, & caulas pecoribus suis. Filij verò Ruben ædifi-
cauerunt Hesebon, & Eleale, & Chariathàim, & Nabo, &
Baalmeon versis nominibus, Sabama quoque: imponentes
Gene.50.d vocabula vrbibus quas extruxerant. Porrò filij Machir, filij
Manasse perrexerũt in Galaad, & vastauerũt eam interfecto
Amorrhæo habitatore eius. Dedit ergo Moyses terrã Gala-
ad Machir filio Manasse, qui habitauit in ea. Iair autem filius
Deut.3.b Manasse abijt, & occupauit vicos eius, quos appellauit Auo-
thiair, id est villas Iair. Nobe quoq; perrexit, & apprehendit
Canath cũ viculis suis: vocauitq; eam ex nomine suo Nobe.

S. MANSIONIBVS Israelis per uaria loca recensitis, Chananæi à Domino iubentur occîdi. CAPVT XXXIII.

A HAe sunt mansiones filiorum Israel, qui egressi
sunt de Aegypto per turmas suas in manu Moy-
si & Aaron, quas descripsit Moyses iuxta castro-
rum loca, quæ Domini iussione mutabant. Pro-
fecti igitur de Rames esse mense primo, quintadecimi die men Exod.12.f
sis primi, altera die phase, filij Israel in manu excelsa, viden-
tibus cunctis Aegyptijs, & sepelientibus primogenitos quos
percusserat Dominus, (nam & in dijs eorum exercuerat vl-
B tionem) castrametati sunt in Socoth. Et de Socoth venerunt
in Etha, quæ est in extremis finibus solitudinis. Inde egressi Exod.13.d
venerunt contra Phihahiroth, quæ respicit Beelsephon, &
castrametati sunt ante Magdalũ. Profectiq; de Phihahiroth Exod.14.a
transierunt per medium mare in solitudinem: & ambulantes Exod.14.c
tribus diebus per desertum Etham, castrametati sunt in Ma-
ra. Profectique de Mara venerunt in Elim, vbi erant duode- Exod.15.d
cim fontes aquarum, & palmæ septuaginta: ibiq; castrameta-
ti sunt. Sed & inde egressi fixerunt tentoria super Mare ru-
brum. Profectiq; de Mari rubro, castrametati sunt in deser- Exod.16.a
to Sin. Vnde egressi venerunt in Daphca. Profectiq; de Da-
phca, castrametati sunt in Alus. Egressiq; de Alus, in Raphi- Exod.17.a
C dim fixêre tentoria, vbi populo defuit aqua ad bibendũ. Pro- Exod.19.a
fectiq; de Raphidim, castrametati sunt in deserto Sinai. Sed
& de solitudine Sinai egressi, venerunt ad Sepulchra cõcupi-
scentiæ. Profectiq; de Sepulchris concupiscentiæ, castrame- Supra 11.a
tati sunt in Aseroth. Et de Aseroth venerũt in Rethma. Pro- Supra 11.d
fectiq; de Rethma, castrametati sunt in Remmonphares. Vn Supra 13.a
de egressi venerunt in Lebna. De Lebna castrametati sunt in
Ressa. Egressiq; de Ressa, venerunt in Ceelatha. Vnde profe-
D cti, castrametati sunt in monte Sepher. Egressi de monte Se-
pher, venerũt in Arada. Inde proficiscentes, castrametati sunt
in Maceloth. Profectiq; de Maceloth, venerunt in Thàhath.
De Thàhath castrametati sunt in Thare. Vnde egressi, fixê-
re tentoria in Methca. Et de Methca castrametati sunt in
Esmona. Profectique de Esmona, venerunt in Moseroth. Et Deut.10.b
de Moseroth castrametati sunt in Beneiaacan. Profectiq; de
Beneiaacan venerunt in montem Gadgad. Vnde profecti,
E castrametati sunt in Ietebátha. Et de Ietebátha venerunt in
Hebrona. Egressiq; de Hebrona, castrametati sunt in Asion-
gáber. Inde profecti, venerunt in desertum Sin, hæc est Ca-
des. Egressiq; de Cades, castrametati sunt in montem Hor in Supra 20.d
extremis finibus terræ Edom. Ascenditq; Aaron sacerdos in Supra 20.d
montem Hor iubẽte Domino: & ibi mortuus est anno qua- Deut.32.g
dragesimo egressionis filiorum Israel ex Aegypto, mense Supra 21.d
quinto, prima die mensis, cum esset annorum centum vigin-
titrium. Audiuitque Chananæus rex Arad, qui habitabat ad
F meridiem, in terram Chanáan venisse filios Israel. Et profe-
cti de monte Hor, castrametati sunt in Salmona. Vnde egres-
si venerunt in Phunon. Profectiq; de Phunon, castrametati Supra 21.e
sunt in Oboth. Et de Oboth venerunt in Ieabarim, quæ est
in finibus Moabitarum. Profectiq; de Ieabarim fixêre tento-
ria in Dibongad. Vnde egressi, castrametati sunt in Helmon
deblathàim. Egressique de Helmondeblathàim, venerunt ad
montes Abarim contra Nabo. Profectiq; de montibus Aba-
rim, transierunt ad campestria Moab, supra Iordanem con-
G tra Iericho. Ibique castrametati sunt de Bethsimoth vsque ad
Abelsatim in planioribus locis Moabitarum, vbi locutus est
Dominus ad Moysen, Præcipe filijs Israel, & dic ad eos,
Quando transieritis Iordanem, intrantes terram Chanáan,
disperdite cunctos habitatores terræ illius: confringite titu-
los, & statuas comminuite, atq; omnia excelsa vastate, mun-
dantes terram, & habitantes in ea. ego enim dedi vobis illam
in possessionem, quam diuidetis vobis sorte. Pluribus dabi-
tis latiorem, & paucioribus angustiorem. Singulis vt sors ce-
ciderit, ita tribuetur hæreditas. Per tribus & familias posses-
sio diuidetur. Sinautẽ nolueritis interficere habitatores terræ:
qui remanserint, erunt vobis quasi claui in oculis, & lanceæ
in lateribus, & aduersabuntur vobis in terra habitationis ve-
stræ: & quicquid illis cogitaueram facere, vobis faciam.

S. TERRAE promissionis situs & limites iuxta uarias orbis plagas. CAPVT XXXIIII.

Locu

A LOcutusq; est Dominus ad Moysen, dicēs. Præcipe filijs Israel, & dices ad eos, Cum ingressi fueritis terram Chanáan, & in possessionem vobis sorte ceciderit, his finibus terminabitur, Pars meridiana incipiet à solitudine Sin, quæ est iuxta Edom: & habebit terminos contra orientem mare salsissimum: qui circuibunt australem plagam per Ascensum scorpionis, ita vt trãseant in Senna, & perueniant ad meridiem vsq; ad Cadesbarne, vnde egredientur confinia ad villam nomine Adar, & tenIosue 15 a
B dent vsq; ad Asemona, ibitq; per gyrum terminus ab Asemona vsq; ad torrẽtem Aegypti, & magni maris littore finietur. Plaga autem occidentalis à mari magno incipiet, & ipso fine claudetur. Porrò ad septentrionalem plagam à mari magno termini incipient, peruenientes vsq; ad montem altissimum, à quo venient in Emath vsque ad terminos Sedáda, ibuntque confinia vsq; ad Zephrona, & villam Enan. hi erunt termini in parte Aquilonis. Inde metabuntur fines contra orientalem
C plagam, de villa Enan vsq; Sephama, & de Sephama descendent termini in Reblátha contra fontem Daphnim: inde peruenient contra orientem ad mare Cenéreth, & tendent vsque ad Iordanem, & ad vltimum salsissimo claudentur mari. Hãc habebitis terram per fines suos in circuitu. Præcepitq; Moyses filijs Israel, dicens, Hæc erit terra quam possidebitis sorte, & quam iussit Dominus dari nouem tribubus, & dimidiæ tribui. Tribus enim filiorum Ruben per familias suas, & tribus filiorum Gad iuxta cognationum numerũ, media quoq; tribus Manasse, id est duæ semis tribus, acceperunt partem suam trans Iordanem contra Iericho ad orientalem plagam.
D Et ait Dominus ad Moysen, Hæc sunt nomina virorum, qui terram vobis diuident, Eleazar sacerdos, & Iosûe filius Nun, & singuli principes de tribubus singulis, quorũ ista sunt vocabula. De tribu Iuda, Caleb filius Iephone. De tribu Simeõ, Samuel filius Ammiud. De tribu Bẽiamin, Elidad filius Chaselon. De tribu filiorum Dan, Bocci filius Iogli. Filiorum Ioseph de tribu Manasse, Haniel filius Ephod. De tribu Ephráim, Camuel filius Sephtan. De tribu Zabúlon, Elisaphan filius Pharnach. De tribu Issachar, dux Phaltiel filius Ozan. De tribu Aser, Ahiud filius Salomi. De tribu Nephthali, Phedael filius Ammiud. Hi sunt quibus præceperat Dominus vt diuiderent filijs Israel terram Chanáan.

Nomina eorum qui terram debebant diuidere. Iosue 14 a

S. ASSIGNANTVR urbes & suburbana Leuitis, & asyla refugij homicidis.

CAPVT XXXV.

A HAec quoq; locutus est Dominus ad Moysen in campestribus Moab supra Iordanem contra Iericho, Præcipe filijs Israel vt dent Leuitis de possessionibus suis vrbes ad habitandũ, & suburbana earum per circuitum, vt ipsi in oppidis maneant, & suburbana sint pecoribus ac iumentis, quæ à muris ciuitatum forinsecus per circuitum mille passuum spatio tendentur. contra orientem duo millia erunt cubiti, & cõtra meridiem similiter erunt duo millia: ad mare quoq; quod respicit ad occidẽtem, eadem mensura erit, & septemtrionalis plaga æquali termino finietur. eruntq; vrbes in medio, & foris suburbana. De ipsis autẽ oppidis, quæ Leuitis dabitis, sex erunt in fugitiuorũ auxilia separata, vt fugiat ad ea qui fuderit sanguinẽ: & exceptis his alia quadraginta duo oppida, id est simul quadraginta-
Vrbes refugij. Iosue 20 d
octo cum suburbanis suis. Ipsæq; vrbes quæ dabũtur de possessionibus filiorũ Israel, ab his qui plus habent, plures auferentur: & qui minus, pauciores, singuli iuxta mensurã hæredi
Deut. 4 g
B tatis suæ dabunt oppida Leuitis. Ait Dominus ad Moysen,
Deut. 19 d Iosue 20 d
Loquere filijs Israel, & dices ad eos, Quãdo transgressi fueritis Iordanem in terrã Chanáan, decernite quæ vrbes esse debeant in præsidia fugitiuorũ, qui nolentes, sanguinem fuderint: in quibus cum fugerit profugus, cognatus occisi nõ poterit eum occidere, donec stet in conspectu multitudinis, & causa illius iudicetur. De ipsis autẽ vrbibus, quæ ad fugitiuorum subsidia separantur, tres erunt trans Iordanem, & tres in terra Chanáan, tam filijs Israel, quàm aduenis atque peregrinis, vt confugiat ad eas qui nolens, sanguinem fuderit. Si quis ferro percusserit, & mortuus fuerit qui percussus est: reus erit
C homicidij, & ipse morietur. Si lapidem iecerit, & ictus occubuerit: similiter punietur. Si ligno percussus interierit: percussoris sanguine vindicabitur. Propinquus occisi, homicidam interficiet: statim vt apprehenderit eum, interficiet. Si per odium quis hominem impulerit, vel iecerit quippiam in
Deut. 19. c
eum per insidias, aut cum esset inimicus, manu percusserit, & ille mortuus fuerit: percussor, homicidij reus erit. cognatus occisi statim vt inuenerit eum, iugulabit. Quòd si fortuitu, & absque odio, & inimicitijs quicquam horũ fecerit, & hoc audiente populo fuerit comprobatum, atq; inter percussorẽ & propinquum sanguinis quæstio ventilata: liberabitur innocens de vltoris manu, & reducetur per sententiam in vrbẽ ad quam cõfugerat, manebitq; ibi, donec sacerdos magnus, qui oleo sancto vnctus est, moriatur. Si interfector extra fines vrbium, quæ exulibus deputatæ sunt, fuerit inuentus, & percus-
D sus ab eo qui vltor est sanguinis: absq; noxa erit qui eũ occiderit. debuerat enim profugus vsq; ad mortem pontificis in vrbe residere. postquam autem ille obierit, homicîda reuertetur in terram suam. Hæc sempiterna erunt, & legitima in cunctis habitationibus vestris. Homicîda sub testibus punietur: ad vnius testimonium nullus cõdemnabitur. Non accipietis pretium ab eo qui reus est sanguinis, statim & ipse morietur. Exules & profugi ante mortem Põtificis nullo modo in vrbes suas reuerti poterũt: ne polluatis terram habitationis vestræ quæ insontium cruore maculatur: nec aliter expiari potest, nisi per eius sanguinẽ, qui alterius sanguinẽ fuderit. Atq; ita emundabitur vestra possessio me commorãte vobiscum. ego enim sum Dominus, qui habito inter filios Israel.

Lex homicidij.

Vnius testimonio nullus cõdemnandus.

S. TRIBVS per connubia non misceantur, ne possessiones confundantur.

CAPVT XXXVI.

A ACcesserunt autem & principes familiarũ Galaad filij Machir, filij Manasse de stirpe filiorum Ioseph: locutique sunt Moysi coram principibus Israel, atq; dixerunt, Tibi domino nostro præcepit Dominus, vt terram sorte diuideres filijs Israel, & vt filiabus Salphaad fratris nostri dares possessionẽ debitam patri: quas si alterius tribus homines vxores acceperint, sequeB tur possessio sua, & translata ad aliam tribum de nostra hæreditate minuetur: atq; ita fiet, vt cum Iubileus, id est quinquagésimus annus remissionis aduenerit, confundatur sortium distributio, & aliorum possessio ad alios transeat. Respondit Moyses filijs Israel, & Domino præcipiente ait, Rectè tribus filiorum Ioseph locuta est. & hæc lex super filiabus Salphaad à Domino promulgata est, Nubant quibus volunt,
Tob. 7. d
C tantùm vt suæ tribus hominibus: ne commisceatur possessio filiorum Israel de tribu in tribum. Omnes enim viri ducent vxores de tribu & cognatione sua: & cunctæ fœminæ de eadem tribu maritos accipient: vt hæreditas permaneat in familijs, nec sibi misceantur tribus, sed ita maneant vt à Domino separatæ sunt. Feceruntq; filiæ Salphaad vt sibi fuerat imD peratũ: & nupserunt Maala, & Thersa, & Hegla, & Melcha, & Noa filijs patrui sui de familia Manasse, qui fuit filius Ioseph: & possessio quæ illis fuerat attributa, mansit in tribu & familia patris earum. Hæc sunt mandata atque iudicia quæ mandauit Dominus per manum Moysi ad filios Israel, in campestribus Moab supra Iordanem contra Iericho.

Supra 27. a

FINIS.

Liber Deuteronomii, Hebraicè Elle-haddebarim.



S. BREVIS *repetitio eorum quæ Israeli in itinere contigerunt, pœnaq; infideli populo inflicta.* CAPVT I.

A HAEC SVNT verba quæ locutus est Moyses ad omnẽ Israel trans Iordanem in solitudine campestri, contra Mare rubrum, inter Pharan & Thophel & Laban & Aseroth, vbi auri est plurimũ. vndecim diebus de Horeb per viam montis Seir vsq; ad Cadesbarne. Quadragesimo anno, vndecimo mense, prima die mensis locutus est Moyses ad filios Israel omnia quæ præceperat illi Dominus vt diceret eis: postquã percussit Seon regem Amorrhęorum, qui habitauit in Hesebon: & Og regem Basan, qui mansit in Astaroth, & in Edrái trans Iordanẽ in terra Moab. Cœpitq; Moyses explanare legẽ & dicere, Dominus Deus noster locutus est ad nos in Horeb, dicens, Sufficit vobis quòd in hoc mõte mãsistis. Reuertimini, & venite ad montẽ Amorrhæorum, & ad cætera quæ ei proxima sunt campestria atq; montana & humiliora loca contra meridiem, & iuxta littus maris, terrã Chananæorũ, & Libani vsq; ad flumẽ magnũ Euphrãten. En, inquit, tradidi vobis: ingredimini & possidete eam, super qua iurauit Dominus patribus vestris Abraham, Isaac, & Iacob, vt daret illam eis, & semini eorum post eos. Dixiq; vobis illo in tempore, Non possum solus sustinere vos, quia Dominus Deus vester multiplicauit vos, & estis hodie sicut stellæ cœli, plurimi. Dominus Deus patrum vestrorum addat ad hunc numerum multa millia, & benedicat vobis sicut locutus est, Non valeo solus negotia vestra sustinere, & pondus ac iurgia. Date ex vobis viros sapiẽtes & gnaros, & quorum conuersatio sit probata in tribubus vestris, vt ponã eos vobis principes, Tunc respondistis mihi, Bona res est quam vis facere. Tuliq; de tribubus vestris viros sapientes & nobiles, & cõstitui eos principes tribunos, & centuriones & quinquagenarios ac decanos, qui docerent vos singula. Præcepiq; eis, dicens, Audite illos, & quod iustum est iudicate: siue ciuis sit ille, siue peregrinus. Nulla erit distantia personarũ, ita paruum audietis vt magnũ: nec accipietis cuiusquam personam, quia Dei iudicium est. Quòd si difficile vobis visum aliquid fuerit, referte ad me, & ego audiam. Præcepiq; eis omnia quę facere deberetis. Profecti autẽ de Horeb, trãsiuimus per eremum terribilẽ & maximã solitudinẽ quam vidistis, per viam montis Amorrhæi, sicut præceperat Dominus Deus noster nobis. Cumq; venissemus in Cades barne, dixi vobis, Venistis ad montem Amorrhæi, quem Dominus Deus noster daturus est vobis. Vide terrã quam Dominus Deus tuus dabit tibi: ascẽde & possideam, sicut locutus est Dominus Deus

D noster patribus tuis. noli timere, nec quicquam paueas. Et accessistis ad me omnes, atq; dixistis, Mittamus viros qui cõsyderent terrã: & renuntient per quod iter debeamus ascẽdere, & ad quas pergere ciuitates. Cumque mihi sermo placuisset, misi ex vobis duodecim viros, singulos de tribubus suis. Qui cũ perrexissent & ascendissent in montana, venerũt vsq; ad Vallẽ botri: & cõsyderata terra sumentes de fructibus eius vt ostenderent vbertatẽ, attulerunt ad nos, atq; dixerunt, Bona est terra, quam Dominus Deus noster daturus est nobis. Et noluistis ascẽdere, sed increduli ad sermonẽ Domini Dei nostri murmurastis in tabernaculis vestris, atq; dixistis, Odit nos Dominus, & idcirco eduxit nos de terra Aegypti, vt tra-

E deret nos in manu Amorrhæi, atq; deleret. Quò ascendemus? nuntij terruerũt cor nostrũ, dicẽtes, Maxima multitudo est, & nobis statura procerior: vrbes magnæ, & ad cœlũ vsq; munitæ, filios Enacim vidimus ibi. Et dixi vobis, Nolite metuere, nec timeatis eos: Dominus Deus qui ductor est vester, pro vobis ipse pugnabit, sicut fecit in Aegypto cunctis videntibus, & in solitudine ipsi vidistis. Portauit te Dominus Deus tuus, vt solet homo gestare paruulũ filium suũ, in omni via per quã ambulastis, donec veniretis ad locũ istum. Et nec sic quidem credidistis Domino Deo vestro, qui præcesit vos

F in via, & metatus est locum in quo tentoria figere deberetis, nocte ostendens vobis iter per ignem, & die per columnam nubis. Cumq; audisset Dominus vocem sermonũ vestrorũ, iratus iurauit & ait, Non videbit quispiã de hominibus generationis huius pessimæ terrã bonã, quam sub iuramẽto pollicitus sum patribus vestris: præter Caleb filiũ Iéphone. ipse enim videbit eã, & ipsi dabo terrã quam calcauit, & filijs eius, quia secutus est Dominũ. Nec mirãda indignatiò in populũ, cũ mihi quoq; iratus Dominus propter vos dixerit, Nec tu ingrediẽris illuc: sed Iosue filius Nun minister tuus, ipse intrabit pro te. hũc exhortare & robora, & ipse sorte terrã diuidet Israeli. Paruuli vestri, de quibus dixistis quòd captiui ducerentur, & filij qui hodie boni ac mali ignorãt distantiã, ipsi

G ingrediẽtur: & ipsis dabo terrã, & possidebũt eam. Vos autẽ reuertimini, & abite in solitudinẽ per viã Maris rubri. Et respondistis mihi, Peccauimus Domino, ascẽdemus & pugnabimus, sicut præcepit Dominus Deus noster. Cumq; instructi armis pergeretis in mõtẽ, ait mihi Dominus, Dic ad eos, Nolite ascẽdere, neq; pugnetis, non enim sum vobiscũ: ne cadatis coram inimicis vestris. Locutus sum, & nõn audistis, sed aduersantes imperio Domini, & tumẽtes superbia ascẽdistis in montẽ. Itaq; egressus Amorrhæus, qui habitabat in mõtibus, & lobuiã veniẽs persecutus est vos, sicut solent apes persequi: & cecidit de Seir vsque Horma. Cumq; reuersi ploraretis coram Domino, non audiuit vos, nec voci vestræ voluit acquiescere. Sedistis ergo in Cades barne multo tempore.

S. BENEFICIORVM *populo exhibitorum repetitio, pugnæq; contra Ammon & Moab prohibitio, & Seon occisio.*

CAPVT II.

A PRofectiq; inde venimus in solitudinẽ, quæ ducit ad Mare rubrum, sicut mihi dixerat Dominus: & circuiuimus montẽ Seir longo tempore. Dixitq; Dominus ad me, Sufficit vobis circuire montem istũ: ite contra aquilonẽ, & populo præcipe, dicens, Trãsibitis per terminos fratrum vestrorũ filiorum Esau, qui habitant in Seir, & timebũt vos. Videte ergo diligẽter ne moueamini cõtra eos. neq; enim dabo vobis de terra eorũ quantũ potest vnius pedis calcare vestigiũ: quia in possessionem Esau dedi montẽ Seir. Cibos emetis ab eis pecunia, & comedetis: aquã emptam haurietis, & bibetis. Dominus Deus tuus benẽdixit tibi in omni opere manũ tuarũ: nouit iter tuum, quomodo transieris solitudinem hanc magnam, per quadraginta annos habitans

Nume.21.c

Moyses legem explanat.

Moyses nõ valens solus administrare populũ, cõstituit secũ & alios. Exod.18.c

Ioan.7.d

Infra 16.d
Leuit.19.c
Prou.24.c
Eccl.42.a
Iacob.2.a

Exod.13.d Incredulus populus nõ videbit terrã promissam.

Num.14.d

Moyses incredulitate non est ingressus terrã promiſſionis.

Num.20.b

Num.14.

Num.13.a

Populus incredulus nõ vult ascendere.

Præcipitur populo trãsituro mõtẽ Seir, emere cibos & aquã ab eis.

habitãs tecũ Dominus Deus tuus,& nihil tibi defuit.Cumq; trãsiſſemus fratres noſtros filios Eſau,qui habitabant in Seir, per viam campeſtrem de Elath, & de Aſiongaber, venimus ad iter quod ducit in deſertum Moab. Dixitq; Dominus ad me,Nõ pugnes cõtra Moabitas, nec ineas aduerſus eos prælium:non enim dabo tibi quicquã de terra eorum, quia filijs Lot tradidi Ar in poſſeſsionem. Poſſeſsio filiorũ Lot. Emim primi fuerunt habitatores eius,populus magnus,& validus,& tam excelſus vt de Enacim ſtirpe quaſi gigantes crederentur, & eſſent ſimiles C filiorũ Enacim. Deniq; Moabitæ appellãt eos Emim.In Seir autẽ prius habitauerũt Horrhæi:quibus expulſis atq; deletis habitauerunt filij Eſau,ſicut fecit Iſrael in terra poſſeſsionis ſuæ,quam dedit illi Dominus.Surgentes ergo vt tranſiremus torrentem Zared,venimus ad eum. Tempus autem quo ambulauimus de Cadesbarne vſq; ad tranſitum torrentis Zared, triginta & octo annorum fuit: donec conſumeretur omnis congregatio hominũ bellatorũ de caſtris,ſicut iurauerat Dominus:cuius manus fuit aduerſum eos,vt interirent de caſtrorum medio.Poſtquam autem vniuerſi eciderunt pugnatores,locutus eſt Dominus ad me, dicens, Tu tranſibis hodie D terminos Moab,vrbem nomine Ar: & accedens in vicina filiorum Ammon,caue ne pugnes contra eos,nec mouearis ad prælium.non enim dabo tibi de terra filiorum Ammon,quia filijs Lot dedi eam in poſſeſsionẽ. Terra gigantum reputata eſt:& in ipſa olim habitauerunt gigantes, quos Ammonitæ vocant Zomzommim,populus magnus, & proceræ longitudinis,ſicut Enacim,quos deleuit Dominus à facie eorũ, & fecit illos habitare pro eis,ſicut fecerat filijs Eſau, qui habitant in Seir,delens Horrhæos,& terram eorum illis tradens, quã poſsident vſque in præſens. Heuæos quoq; qui habitabant in Aſerim,vſque Gazam, Cappadoces expulerunt:qui E egreſsi de Cappadocia deleuerunt eos, & habitauerũt pro illis.Surgite & tranſite torrentem Arnon:ecce tradidi in manu tua Seon regem Heſebon Amorrhæum, & terram eius incipe poſsidere,& committe aduerſus eum prælium.Hodie incipiam mittere terrorem atq; formidinẽ tuam in populos qui habitant ſub omni cœlo:vt audito nomine tuo paueant, & in morem parturientium contremiſcant, & dolore teneantur. Miſi ergo nuntios de ſolitudine Cademoth ad Seon regem F Heſebon verbis pacificis,dicens, Tranſibimus per terrã tuã, publica gradiemur via:non declinabimus neq; ad dexteram, neq; ad ſiniſtram.Alimenta pretio vende nobis vt veſcamur: Nume.21.e aquam pecunia tribue, & ſic bibemus. Tantum eſt vt nobis concedas tranſitum,ſicut fecerunt filij Eſau, qui habitant in Seir,& Moabitæ qui morãtur in Ar:donec veniamus ad Iordanem,& trãſeamus ad terram quam Dominus Deus noſter daturus eſt nobis.Noluitque Seon rex Heſebon dare nobis tranſitum: quia indurauerat Dominus Deus tuus ſpiritum eius, & obfirmauerat cor illius, ita vt traderetur in manus Amos.2.c tuas,ſicut nunc vides.Dixitque Dominus ad me, Ecce cœpi G tibi tradere Seon & terram eius,incipe poſsidere eam.Egreſſusq; eſt Seon obuiam nobis cum omni populo ſuo ad prælium in Iaſa. Et tradidit eum Dominus Deus noſter nobis: percuſsimusq; eum cum filijs ſuis & omni populo ſuo. Cunctasq; vrbes in tempore illo cepimus, interfectis habitatoribus earum,viris ac mulieribus & paruulis.non reliquimus in eis quicquam.Abſque iumentis,quæ in partem venêre prædantium:& ſpolijs vrbium,quas cepimus ab Aroer, quæ eſt ſuper ripam torrentis Arnon,& oppido quod in valle ſitum eſt,vſq; Galaad. Non fuit vicus & ciuitas quæ noſtras effugeret manus: omnes tradidit Dominus Deus noſter nobis. Abſq; terra filiorũ Ammon,ad quã nõ acceſsimus: & cũctis quæ adiacent torrenti Ieboc, & vrbibus montanis, vniuerſisq; locis,à quibus nos prohibuit Dominus Deus noſter.

S. PVGNA *contra* Og *regem* Baſan,*& lectus eius:atq; duarum tribuum & ſemis ſors ultra* Iordanem. CAPVT III.

A TAque conuerſi aſcendimus per iter Baſan:egreſſuſq; eſt Og rex Baſan in occurſum nobis cũ populo ſuo ad bellandum in Edrái. Dixitq; Dominus ad me, Ne timeas eum, quia in manu tua traditus eſt cum omni populo ac terra ſua:faciesq; ei ſicut feciſti Nume.21.c Seon regi Amorrhæorum,qui habitauit in Heſebon. Tradidit ergo Dominus Deus noſter in manibus noſtris etiã Og Num.21.g regem Baſan, & vniuerſum populũ eius,percuſsimusq; eos vſq; ad internecionẽ,vaſtãtes cũctas ciuitates illius vno tẽpore non fuit oppidum quod nos effugeret:ſexaginta vrbes,& omnẽ regionẽ Argob regni Og in Baſan.Cunctæ vrbes erãt munitæ muris altiſsimis,portisq; & vectibus, abſq; oppidis innumeris quæ non habebant muros.Et deleuimus eos,ſicut feceramus Seon regi Heſebon, diſperdẽtes omnẽ ciuitatem, virosq; ac mulieres & paruulos:iumenta autem & ſpolia vrB bium diripuimus.Tulimusq; illo in tempore terrã de manu duorum regũ Amorrhæorũ,qui erant trans Iordanem:à torrente Arnon vſq; ad montẽ Hermon, quem Sidonij Sarion vocant, & Amorrhæi Sanir:omnes ciuitates quæ ſitæ ſunt in planitie,& vniuerſam terram Galaad & Baſan vſque ad Selcha,& Edrái ciuitates regni Og in Baſan. Solus quippe Og rex Baſan reſtiterat de ſtirpe gigantum. Et mõſtratur lectus Lectus Og eius ferreus,qui eſt in Rabbath filiorum Ammon,nouẽ cubitos habens longitudinis,& quatuor latitudinis ad menſuram regis. cubiti virilis manus. Terramq; poſſedimus in tẽpore illo ab Nume.32.f Aroer,quæ eſt ſuper ripam torrentis Arnon,vſq; ad mediam partem mõtis Galaad:& ciuitates illius dedi Ruben & Gad. Reliquã autẽ partẽ Galaad,& omnẽ Baſan regni Og, tradidi mediæ tribui Manaſſe,omnem regionẽ Argob. Cunctaq; C Baſan vocabatur terra gigantum. Iair filius Manaſſe poſſedit omnẽ regionẽ Argob vſq; ad terminos Geſſuri,& Machati. Vocauitque ex nomine ſuo Baſan, Auoth Iair, id eſt Villas Iair,vſq; in præſentẽ diem.Machir quoq; dedi Galaad. Et tribubus Ruben & Gad dedi de terra Galaad vſq; ad torrentem Arnon medium torrentis,& confiniũ vſq; ad torrentẽ Ieboc, qui eſt terminus filiorũ Ammon:& planitiẽ. ſolitudinis atq; Iordanẽ,& terminos Cenereth vſq; ad mare deſerti,quod eſt ſalſiſsimũ ad radices montis Phaſga contra orientem.Præcepitq; vobis in tempore illo,dicẽs, Dominus Deus veſter dat vobis terram hanc in hæreditatem,expediti præcedite fratres veſtros filios Iſrael omnes viri robuſti abſq; vxoribus,& paruulis atq; iumentis. Noui enim quòd plura habeatis pecora, & in vrbibus remanere debebunt, quas tradidi vobis: donec requiem tribuat Dominus fratribus veſtris ſicut vobis tri- D buit:& poſsideant ipſi etiam terrã quam daturus eſt eis trans Iordanem:tunc reuertetur vnuſquiſq; in poſſeſsionem ſuam Ioſue cõſti quam dedi vobis.Ioſue quoq; in tẽpore illo præcepi,dicens, tuitur dux Oculi tui viderunt quæ fecit Dominus Deus veſter duobus ſup Iſrael. his regibus: ſic faciet omnibus regnis ad quæ tranſiturus es. Num.27.d Ne timeas eos:Dominus enim Deus veſter pugnabit pro vobis.Precatusq; ſum Dominum in tempore illo,dicens, Domine Deus tu cœpiſti oſtendere ſeruo tuo magnitudinem tuam,manumq; fortiſsimã,neque enim eſt alius Deus vel in cœlo,vel in terra,qui poſsit facere opera tua, & comparari fortitudini tuæ.Tranſibo igitur,& videbo terram hanc optimam trans Iordanem,& montem iſtum egregium, & Libanum.Iratusq; eſt Dominus mihi propter vos, nec exaudiuit Infra 31.& 34.a me,ſed dixit mihi,Sufficit tibi:nequaquam vltrà loquaris de Moyſi Deo hac re ad me. Aſcende cacumen Phaſgæ, & oculos tuos circunfer ad occidentem,& aquilonem,auſtrumq;, & oriẽtem, negat terrã & aſpice.nec enim tranſibis Iordanem iſtum. Præcipe Ioſue,& corrobora eum atque conforta:quia ipſe præcedet populum iſtum,& diuidet eis terram quam viſurus es. Manſimusq; in valle contra phanum Phogor. promiſsiõis.

S. DEI *præceptorum,& eorum tranſgreſſorum,ac ciuitatum refugij trans* Iordanem *repetitio.* CAPVT IIII.

Et nunc

A ET nunc Israel audi præcepta & iudicia quæ ego doceo te: vt faciens ea viuas, & ingrediens possideas terrã quam Dominus Deus patrum vestrorum daturus est vobis. Non addetis ad verbum quod vobis loquor, nec auferetis ex eo: custodite mandata Domini Dei vestri quæ ego præcipio vobis. Oculi vestri viderũt omnia quæ fecit Dominus cõtra Beelphegor, quomodo contriuerit omnes cultores eius de medio vestri. Vos autem qui adhæretis Domino Deo vestro, viuitis vniuersi vsq; in præsentem diem. Scitis quòd docuerim vos præcepta atq; iustitias, sicut mandauit mihi Dominus Deus meus: sic facietis ea in terra quam possessuri estis, & obseruabitis, & implebitis opere. Hæc est enim vestra sapientia, & intellectus coram populis, vt audientes vniuersi præcepta hæc, dicant, En populus sapiens & intelligens, gens magna. Nec est alia natio tam grãdis, quæ habeat Deos appropinquãtes sibi, sicut Dominus Deus noster adest cunctis obsecrationibus nostris. Quæ est enim alia gens sic inclyta vt habeat ceremonias, iustaq; iudicia, & vniuersam legẽ, quã ego proponã hodie ante
B oculos vestros? Custodi igitur temetipsum, & animam tuam solicitè. Ne obliuiscaris verborũ, quæ viderũt oculi tui, & ne excidãt de corde tuo cunctis diebus vitæ tuæ. Docebis ea filios ac nepotes tuos, diẽ in quo steteris coram Domino Deo tuo in Horeb, quãdo Dominus locutus est mihi, dicens, Congrega ad me populũ, vt audiãt sermones meos, & discant timere me omni tempore quo viuunt in terra, doceantq; filios suos. Et accessistis ad radices montis qui ardebat vsq; ad cœlum: erantq; in eo tenebræ, & nubes, & caligo. Locutusq; est Dominus ad vos de medio ignis. Vocem verborũ eius audistis, & formã penitus nõ vidistis. Et ostendit vobis pactũ suũ quod præcepit vt faceretis, & Decẽ verba quæ scripsit in duabus tabulis lapideis. Mihiq; mandauit in illo tẽpore, vt docerem vos ceremonias & iudicia quæ facere deberetis in terra quã possessuri estis. Custodite igitur solicitè animas vestras.
C Nõ vidistis aliquam similitudinẽ in die qua locutus est vobis Dominus in Horeb de medio ignis: ne fortè decepti faciatis vobis sculptã similitudinẽ, aut imaginẽ masculi vel fœminæ, similitudinẽ omniũ iumẽtorũ quæ sunt super terrã, vel auiũ sub cœlo volantiũ, atq; reptiliũ quæ mouentur in terra, siue piscium qui sub terra morãtur in aquis: ne fortè eleuatis oculis ad cœlũ videas solẽ & lunã, & omnia astra cœli, & errore deceptus adores ea & colas, quæ creauit Dominus Deus tuus in ministerium cunctis gẽtibus quæ sub cœlo sunt. Vos autem tulit Dominus, & eduxit de fornace ferrea Aegypti, vt haberet populum hæreditariũ, sicut est in præsenti die. Iratusq; est
D Dominus contra me propter sermones vestros, & iurauit vt non transirẽ Iordanẽ, nec ingrederer terrã optimã quã daturus est vobis. Ecce morior in hac humo, non trãsibo Iordanẽ: vos transibitis & possidebitis terram egregiam. Caue nequando obliuiscaris pacti Domini Dei tui, quod pepigit tecũ: & facias tibi sculptã similitudinẽ eorũ quæ fieri Dominus prohibuit. quia Dominus Deus tuus ignis consumens est, Deus æmulator. Si genueritis filios ac nepotes, & morati fueritis in terra, deceptiq; feceritis vobis aliquã similitudinẽ, patrantes malũ corã Domino Deo vestro, vt eũ ad iracundiã prouocetis: testes inuoco hodie cœlũ & terram, citò perituros vos esse de terra quam trãsito Iordane possessuri estis. nõ habitabitis in ea longo tẽpore, sed delebit vos Dominus, atq; dispergetin omnes gentes, & remanebitis pauci in nationibus ad quas vos ducturus est Dominus. ibiq; seruietis dijs qui hominum manu fabricati sunt, ligno & lapidi, qui nonvidẽt, nec audiũt, nec comedũt, nec odorãtur. Cumq; quæsieris ibi Dominum Deũ tuum, inuenies eum: si tamẽ toto corde quæsieris, & tota tribulatione animæ tuæ. Postquam te inuenerint omnia quæ prædicta sunt, nouissimo autẽ tẽpore reuertêris ad Dominum Deũ tuũ, & audies vocẽ eius. Quia Deus misericors
E Dominus Deus tuus est: non dimittet te, nec omnino delebit, nec obliuiscetur pacti in quo iurauit patribus tuis. Interroga de diebus antiquis, qui fuerunt ante te ex die quo creauit Dominus Deus hominem super terram, à summo cœlo vsq; ad summũ eius, si facta est aliquando huiuscemodi res, aut vnquam cognitum est vt audiret populus vocem Dei loquentis de medio ignis, sicut tu audisti & vidisti. si fecit Deus, vt ingrederetur, & tolleret sibi gentem de medio nationum per tentationes, signa atq; portẽta, per pugnam & robustam manum, extentumq; brachium, & horribiles visiones iuxta omnia quæ fecit pro vobis Dominus Deus vester in Aegy-
F pto, videntibus oculis tuis: vt scires quoniã Dominus ipse est Deus, & non est alius præter eum. De cœlo te fecit audire vocem suam vt doceret te: & in terra ostendit tibi ignem suum maximum, & audisti verba illius de medio ignis, quia dilexit patres tuos, & elegit semen eorum post eos. Eduxitq; te præcedens in virtute sua magna ex Aegypto, vt deleret nationes maximas & fortiores te in introitu tuo: & introduceret te, daretq; tibi terram earum in possessionẽ, sicut cernis in præsenti die. Scito ergo hodie, & cogitato in corde tuo quòd Dominus ipse est Deus in cœlo sursum, & in terra deorsum, & non est alius. Custodi præcepta eius atq; mandata quæ ego præcipio tibi: vt bene sit tibi, & filijs tuis post te, & permaneas multo tẽpore super terram, quã Dominus Deus tuus daturus est
G tibi. Tũc separauit Moyses tres ciuitates trãs Iordanẽ ad oriẽtalẽ plagã, vt cõfugiat ad eas qui occiderit nolens proximum suũ, nec sibi fuerit inimicus ante vnũ & alterũ diem, & ad harum aliquã vrbiũ possit euadere: Bosor in solitudine quæ sita est in terra campestri de tribu Ruben: & Ramoth in Galaad, quæ est in tribu Gad: & Golan in Basan, quæ est in tribu Manasse. Ista est lex quam proposuit Moyses coram filijs Israel, & hæc testimonia & ceremoniæ atq; iudicia quæ locutus est ad filios Israel, quando egressi sunt de Aegypto trans Iordanem in valle cõtra phanũ Phogor in terra Seon regis Amorrhæi, qui habitauit in Hesebon, quem percussit Moyses. Filij quoq; Israel egressi ex Aegypto possederunt terram eius, & terram Og regis Basan duorũ regũ Amorrhæorũ, qui erant trans Iordanem ad solis ortum: ab Aroer, quę sita est super ripam torrẽtis Arnon, vsq; ad montẽ Sion, qui est & Hermõ, omnem planitiẽ trans Iordanem ad orientalem plagam, vsq; ad mare solitudinis, & vsq; ad radices montis Phasga.

Numer. 25. a

Filij quid docendi. Exod. 19. c

da.

Supra 1. f

Hebr. 12. g


Toto corde quærendus deus in tribulatione.

Vehemens beneficiorum Dei cõmemoratio erga Iudæos.

Exod. 13. d

Deus Israel solus Deus est.

Tres ciuitates refugij ob homicidium. Numer. 35. a Iosue 20. c



S. DE CALOGI *explanatio, ac ceremoniarum & iudiciorum informatio.* CAPVT V.

A VOcauitque Moyses omnem Israelem, & dixit ad eum, Audi Israel ceremonias atque iudicia quæ ego loquor in auribus vestris hodie: discite ea, & opere complete. Dominus Deus noster pepigit nobiscum fœdus in Horeb. Non cum patribus nostris iniit pactum: sed nobiscum qui impræsentiarum sumus & viuimus. Facie ad faciem locutus est nobis in monte de medio ignis. Ego sequester & medius fui inter Dominum & vos in tempore illo, vt annuntiarẽ vobis verba eius. timuistis enim ignem, & non ascendistis in montem. Et ait, Ego Dominus

Exo. 19. b. c

Deus

Exod.20.a Deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti de domo ſeruitutis.
Leuit.26.a Non habebis Deos alienos in conſpectu meo. Non facies ti-
Pſal.96.b bi ſculptile, nec ſimilitudinẽ omniũ quæ in cœlo ſunt dẽſu-
per, & quæ in terra deorſum, & quæ verſantur in aquis ſub
Exo.34.a terra. Nõ adorabis ea, & nõ coles: Ego enim ſum Dominus
Deus tuus, Deus æmulator, reddens iniquitatẽ patrum ſuper
filios in tertiã & quartã generationẽ his qui oderũt me, & fa-
ciens miſericordiã in multa millia diligentibus me, & cuſto-
B dientibus præcepta mea. Nõ vſurpabis nomen Domini Dei
Exod.20.b tui fruſtra: quia non erit impunitus, qui ſuper re vana nomen
Leuit.19.c eius aſſumpſerit. Obſerua diẽ ſabbathi, vt ſanctifices eum ſi-
Matth.5.c cut præcepit tibi Dominus Deus tuus. Sex diebus operabe-
Exec.20.b ris, & facies omnia opera tua. Septimus dies ſabbathi eſt, id
eſt requies Domini Dei tui. Non facies in eo quicquam ope-
ris, tu & filius tuus & filia, ſeruus & ancilla, bos & aſinus, &
omne iumentũ tuũ, & peregrinus qui eſt intra portas tuas: vt
requieſcat ſeruꝰ tuus & ancilla tua, ſicut & tu. Memẽto quòd
& ipſe ſeruieris in Aegypto, & eduxerit te inde Dñs Deus
tuus in manu forti, & brachio extento. Idcirco præcepit tibi
Exod.20.c vt obſeruares diẽ ſabbathi. Honora patrẽ tuũ & matrẽ, ſicut
Eccl.3.b præcepit tibi Dominus Deus tuus, vt longo viuas tẽpore, &
Matt.15.a bene ſit tibi in terra quã Dominus Deus tuus daturus eſt ti-
Marc.7.b bi. Non occîdes. Neq; mœchaberis. Furtum non facies. Nec
Ephe.6.a loquêris contra proximũ tuum falſum teſtimoniũ. Non con
Mat.5.c.d cupiſces vxorẽ proximi tui. Non domũ, non agrum, non ſer
Rom.7.b uum, non ancillam, non bouem, non aſinum, & vniuerſa quæ
C illius ſunt. Hæc verba locutus eſt Dominus ad omnem mul-
titudinẽ veſtram in monte de medio ignis & nubis, & caligi-
nis voce magna nihil addens amplius, & ſcripſit ea in duabus
Monſtrat vim legis, dum oſten-dit Iudæos non potuiſ ſe ferre vo-cem Dei. tabulis lapideis, quas tradidit mihi. Vos autem poſtquam au-
diſtis vocẽ, de medio tenebrarũ, & mõtẽ arderevidiſtis, acceſ-
ſiſtis ad me omnes principes tribuũ & maiores natu, atq; di-
xiſtis, Ecce oſtendit nobis Dñs Deus noſter maieſtatẽ & ma
gnitudinem ſuam. vocẽ enim eius audiuimus de medio ignis,
& probauimus hodie quòd loquente Deo cum homine, vi-
xerit homo. Cur ergo moriemur, & deuorabit nos ignis hic
maximus? Si enim audierimus vltrà vocem Domini Dei no-
ſtri, moriemur. Quid eſt omnis caro, vt audiat vocem Dei
viuentis, qui de medio ignis loquitur ſicut nos audiuimus, &
D poſsit viuere? Tu magis accede, & audi cuncta quæ dixerit
Dominus Deus noſter tibi: loqueriſq; ad nos, & nos audien-
tes faciemus ea. Quod cum audiſſet Dominus, ait ad me, Au-
diui vocem verborum populi huius quæ locuti ſunt tibi: be-
Dei cõmi-ſeratio erga populũ iuum. ne omnia ſunt locuti. Quis det talem eos habere mentem vt
timeant me, & cuſtodiant vniuerſa mãdata mea in omni tem
pore, vt bene ſit eis & filijs eorum in ſempiternum? Vade
ergo & dic eis, Reuertimini in tentoria veſtra. Tu vero hic
ſta mecum, & loquar tibi omnia mandata mea, & ceremonias
atque iudicia: quæ docebis eos vt faciant in terra quam dabo
illis in poſſeſsionem. Cuſtodite igitur & facite ea quæ præ-
cepit Dominus Deus vobis: non declinabitis neq; ad dexte-
ram, neq; ad ſiniſtram: ſed per viam quam præcepit Domi-
nus Deus veſter ambulabitis, vt viuatis, & bene ſit vobis, &
protelentur dies veſtri in terra poſſeſsionis veſtræ.

S. DOMINVS *ex toto corde diligendus, eiusq; mandata ſolicitè obſeruanda, & poſteris inculcanda.* CAPVT VI.

A Expoſitio primi præcepti. HAec ſunt præcepta & ceremoniæ atque iudicia, quæ mãdauit Dñs Deus veſter, vt docerem vos, vt faciatis ea in terra ad quam trãſgredimini poſſidendã, Vt timeas Dñm Deũ tuũ, & cuſtodias omnia mãdata & præcepta eius, quæ ego præcipio tibi & filijs ac nepotibus tuis cunctis diebus vitæ tuæ, vt prolõgentur dies tui. Audi Iſrael & obſerua vt facias: & bene ſit tibi, & multipliceris amplius, ſicut pollicitus eſt Dominus Deus patrum tuorum tibi, terrã lacte & melle manãtem. Audi Iſrael, Dominus Deus noſter, Deus vnus eſt. Et diliges Dominum Deum tuũ ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota fortitudine tua. Erũtq; verba hæc quæ ego præcipio tibi hodie, in corde tuo, & narrabis ea filijs tuis, & meditaberis ſedẽs in domo tua, & ambulans in itinere, dormiens, atque conſurgens. Et ligabis ea quaſi ſignũ in manu tua, eruntq; & mouebuntur inter oculos tuos, ſcribesq; ea in limine & oſtijs do-
B mus tuæ. Cumq; introduxerit te Dominus Deus tuus in terram, pro qua iurauit patribus tuis Abrahã, Iſaac, & Iacob: & dederit tibi ciuitates magnas & optimas quas non ædificaſti, domos plenas cũctarũ opũ quas nõ extruxiſti, ciſternas quas nõ fodiſti: vineta & oliueta quæ nõ plãtaſti, & cõmederis, & ſaturatus fueris: caue diligenter ne obliuiſcaris Domini qui
C eduxit te de terra Aegypti, de domo ſeruitutis. Dñm Deum tuũ timebis, & illi ſoli ſeruies, ac per nomẽ illius iurabis. Nõ ibitis poſt Deos alienos cunctarum gentium, quæ in circuitu veſtro ſunt: quoniã Deus æmulator Dñs Deus tuus in medio tui: nequãdo iraſcatur furor Domini Dei tui cõtra te, & auferat te de ſuperficie terræ. Non tentabis Dñm Deũ tuũ, ſicut tẽtaſti in loco tẽtationis. Cuſtodi præcepta Domini Dei tui, ac teſtimonia & ceremonias, quas præcepit tibi: & fac quod placitũ eſt & bonũ in cõſpectu Domini, vt bene ſit tibi: et ingreſſus poſſideas terrã optimã, de qua iurauit Dñs patribus
D tuis, vt deleret omnes inimicos tuos corã te, ſicut locutus eſt. Cum interrogauerit te filius tuus cras dicens, Quid ſibi volũt teſtimonia hæc, & ceremoniæ, atq; iudicia, quæ præcepit Dñs Deus noſter nobis? dices ei, Serui eramus Pharaonis in Aegypto, & eduxit nos Dominus de Aegypto in manu forti: fecitq; ſigna atq; prodigia magna & peſsima in Aegypto, cõtra Pharaonẽ, & omnẽ domũ illius in cõſpectu noſtro, & eduxit nos inde, vt introductis daret terrã ſuper qua iurauit patribus noſtris. Præcepitq́ue nobis Dñs, vt faciamus omnia legitima hęc, & timeamus Dominũ Deum noſtrum, vt bene ſit nobis cunctis diebus vitæ noſtræ, ſicut eſt hodie. Eritq́ue noſtri miſericors, ſi cuſtodierimus & fecerimus omnia præcepta eius coram Domino Deo noſtro, ſicut mãdauit nobis.

Matt.22.d Marc.12.c Luc.10.e Ordo tractãdi verbi Dei. Infra 11.c

Deus timẽdus, [redacted]

Matth.4.b Luc.4.b Per nomen illius iurandum.

Matth.4.b Luc.4.b Nume.21.b

S. NVLLA *cum gentibus ſocietas contrahenda, uerum illæ illarumq; ſunt delenda ſimulachra.* CAPVT VII.

A CVm verò introduxerit te Dominus Deus tuus in terram quam poſſeſſurus ingredieris, & deleuerit gentes multas coram te, Ethæũ, & Gergezæũ & Amorrhæum, Chananæũ, & Pherezæum & Heuæum & Iebuſæũ, ſeptẽ gentes multò maioris numeri quàm tu, es, & robuſtiores te: tradideritq́ue eas Dominus Deus tibi, percuties eas vſq; ad internecionẽ. Nõ inibis cum eis fœdus nec miſereberis earũ, neq; ſociabis cũ eis coniugia. Filiã tuam non dabis filio eius, nec filiam illius accipies filio tuo: quia ſeducet filiũ tuũ ne ſequatur me, & vt magis ſeruiat dijs alienis. iraſceturq; furor Domini, & delebit te cito. Quin potius hęc facietis eis, Aras eorum ſubuertite, & confringite ſtatuas, lucoſq; ſuccidite, & ſculptilia comburite: quia populus ſanctus
B es Domino Deo tuo. Te elegit Dominus Deus tuus: vt ſis ei populus peculiaris de cunctis populis qui ſunt ſuper terram. Non quia cunctas gentes numero vincebatis, vobis iunctus eſt Dominus, & elegit vos, cũ omnibus ſitis populis pauciores: ſed quia dilexit vos Dominus, & cuſtodiuit iuramentum quod iurauit patribus veſtris. Eduxitq; vos in manu forti, & redemit de domo ſeruitutis, de manu Pharaonis regis Aegypti. Et ſcies quia Dominus Deus tuus, ipſe eſt Deus fortis & fidelis, cuſtodiens pactum & miſericordiã diligentibus ſe, & his qui cuſtodiũt præcepta eius in mille generationes: & reddens odientibus ſe ſtatim, ita vt diſperdat eos, & vltrà non differat, protinus, eis reſtituens quod merentur. Cuſtodi ergo præcepta & ceremonias atque iudicia, quæ ego mando tibi hodie, vt facias. Si poſtquam audieris hæc iudicia, cuſtodieris ea, & feceris, cuſtodiet & Dominus Deus tuus pactum tibi & miſericordiam quam iurauit patribus tuis: & diliget te ac multi

[redacted] Exod.23.d 34.b

Statuę ſubuertendæ.

Iudæi amati à Deo nõ ſuo merito, ſed electione Dei prẽuenientis. Infra 14.a & 26.d

Benedictio ſeruãtibus præcepta.

ac multiplicabit, benedicetq; fructui vẽtris tui, & fructui terræ tuæ, frumento tuo atq; vindemiæ, oleo, & armentis, gregibus ouium tuarum super terram, pro qua iurauit patribus tuis vt daret eam tibi. Benedictus eris inter omnes populos.

C Non erit apud te sterilis vtriusque sexus, tam in hominibus
Exod.23.d quàm in gregibus tuis. Auferet Dominus à te omnem languorem: & infirmitates Aegypti pessimas quas nouisti, non inferet tibi, sed cunctis hostibus tuis. Deuorabis omnes populos quos Dominus Deus tuus daturus est tibi. Non parcet eis oculus tuus, nec seruies dijs eorum, ne sint in ruinam
Credenti, omnia possibilia. tui. Si dixeris in corde tuo, Plures sunt gẽtes istæ quàm ego, quomodo potero delere eas? noli metuere, sed recordare quæ fecerit Dominus Deus tuus Pharaoni & cunctis Aegyptijs plagas maximas quas viderunt oculi tui, & signa atque portenta, manumq; robustam, & extentum brachiũ vt educeret te Dominus Deus tuus. sic faciet cunctis populis quos metuis. Insuper & crabrones mittet Dominus Deus tuus in eos, donec deleat omnes atque disperdat qui te fugerint, & la-

D tẽre non potuerint. Non timebis eos, quia Dominus Deus
Exod.23.c tuus in medio tui est, Deus magnus & terribilis: ipse consu-
33.a met nationes has in conspectu tuo paulatim atque per par-
Iosue 24.c tes. Non poteris eas delere pariter: ne fortè multiplicentur contra te bestiæ terræ. Dabitque eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo: & interficiet illos donec penitus deleantur. Tradetq; reges eorum in manus tuas, & disperdes nomina eorum sub cœlo: nullus poterit resistere tibi, donec conteras eos. Sculptilia eorum igne combures: non concupisces ar-
2.Machab. gentum & aurum, de quibus facta sunt, neque assumes ex eis
12.g tibi quicquam, ne offendas, propterea quia abominatio est Domini Dei tui. Nec inferes quippiam ex idólo in domum tuam, ne fias anáthema, sicut & illud est. Quasi spurcitiam detestaberis, & velut inquinamentum ac sordes abominationi habebis, quia anáthema est.

S. DEI *beneficia & afflictiones ad pietatem inducere debent, immemores uerò eorum puniendi.* CAPVT VIII.

A OMne mandatum quod ego præcipio tibi hodie caue diligenter vt facias: vt possitis viuere, & multiplicemini, ingressiq; possideatis terram, pro qua iurauit Dominus patribus vestris. Et recordaberis cuncti itineris per quod adduxit te Dominus Deus tuus quadraginta annis per desertum, vt affligeret te atque tentaret: & nota fierent quæ in tuo animo versabantur, vtrum custodieris mandata illius, an non. Afflixit te penuria, & de-
Matth.4.a dit tibi cibum Manna, quod ignorabas tu & patres tui: vt
Luc.4.a ostẽderet tibi quòd non in solo panevivat homo, sed in omni
Infra 26.a verbo quod egreditur de ore Domini. Vestimentum tuum quo operiebaris, nequaquam vetustate defecit, & pes tuus

B non est subtritus, en quadragesimus annus est: Vt recogites in corde tuo, quia sicut erudit filium suum homo, sic Dominus Deus tuus eruditit te, vt custodias mandata Domini Dei tui, & ambules in vijs eius, & timeas eum. Dominus enim
Terra promissionis qualis. Deus tuus introducet te in terram bonam, terram riuorum, aquarumq;, & fontium: in cuius campis & montibus erumpunt fluuiorum abyssi: Terram frumenti, hordei, ac vinearum, in qua ficus & malogranata & oliueta nascuntur: terram olei ac mellis. Vbi absq; vlla penuria comedes panem tuum, & rerum omniũ abundantia perfruêris: cuius lapides ferrum sunt, & de montibus eius æris metalla fodiuntur: vt cum comederis & satiatus fueris, benedicas Domino Deo tuo pro

C terra optima quam dedit tibi. Obserua & caue nequãdo obliuiscaris Domini Dei tui, & negligas mandata eius atque iudicia & ceremonias quas ego præcipio tibi hodie: ne postquam comederis & satiatus fueris, domos pulchras ædificaueris, & habitaueris in eis, habueris q; armenta boũ, & ouium greges, argenti & auri, cunctarumq; rerum copiam, eleuetur cor tuum, & non reminiscaris Domini Dei tui, qui eduxit te de terra Aegypti, de domo seruitutis: & ductor tuus fuit in solitudine magna atq; terribili, in qua erat serpens flatu aduNume.20.b 21.b rens, & scorpio ac dipsas, & nullæ omnino aquæ: qui eduxit riuos de petra durissima, & cibauit te Manna in solitudine,

D quod nescierunt patres tui. Et postquam afflixit ac probauit
Exod.16.d 17.a te, ad extremũ misertus est tui, ne diceres in corde tuo, Fortitudo mea, & robur manus meæ, hæc mihi omnia præstiterũt. Diuitiæ & alia corporis necessaria, misericordiæ Dei tribuenda. Sed recorderis Domini Dei tui, quòd ipse vires tibi præbuerit, vt impleret pactũ suum, super quo iurauit patribus tuis, sicut præsens indicat dies. Sinautem oblitus Domini Dei tui, secutus fueris Deos alienos, colueris q; illos & adoraueris: ecce nunc prædico tibi quòd omnino dispereas. Sicut gentes quas deleuit Dominus in introitu tuo, ita & vos peribitis, si inobedientes fueritis voci Domini Dei vestri.

S. NON *tribuant Iudæi suæ uirtuti quòd terram promissam ingrediantur, & ex tot aduersitatibus eripiantur.* CAP. IX.

A AVdi Israel, Tu transgredieris hodie Iordanem, vt possideas nationes maximas & fortiores te, ciuitates ingentes, & ad cœlũ vsq; muratas, populum magnũ atq; sublimẽ, filios Enacim quos ipse vidisti & audisti, quibus nullus potest ex aduerso resistere. Scies ergo hodie quòd Dominus Deus tuus ipse trãsibit ante te, ignis deuorans atq; cõsumens, qui cõterat eos, & deleat atq; disperdat ante faciẽ tuã velociter, sicut locutus est tibi. Ne dicas in corde tuo cum deleuerit eos Dominus Deus tuus in conspectu tuo, Propter iustitiam meam introduxit me Dominus vt terrã hanc possiderem, cum propter impietates suas istæ deletæ sint nationes. Neq; enim propter iustitias tuas, & æquitatem cordis tui ingredieris vt possideas terras earum: sed quia illæ egerunt impiè, introeunte te deletæ sunt: & vt compleret verbũ suum Dominus, quod sub iuramento pol-

B licitus est patribus tuis Abraham, Isaac & Iacob. Scito ergo quòd nõ propter iustitias tuas Dominus Deus tuus dederit tibi terram hanc optimã in possessionẽ, cum durissimæ ceruicis sis populus. Memento, & ne obliuiscaris quomodo ad iracundiã prouocaueris Dominũ Deum tuum in solitudine: ex eo die quo egressus es ex Aegypto vsque ad locum istum semper aduersum Dominum contendisti. Nam & in Horeb prouocasti eum, & iratus delere te voluit, quando ascendi in Moyses ascendit in montẽ Horeb. montẽ, vt acciperem tabulas lapideas pacti quod pepigit vobiscum Deus: & perseueraui in monte quadraginta diebus ac noctibus, panem non comedens, & aquam non bibens. De-
Exod.17. Exod.19. & 32. ditq; mihi Dominus duas tabulas lapideas scriptas digito Dei, & continentes omnia verba, quæ vobis locutus est in monte de medio ignis, quando concio populi cõgregata est. Cumq; transissent quadraginta dies, & totidem noctes, de-
Exod.31.d Duæ tabulæ. dit mihi Dominus duas tabulas lapideas, tabulas fœderis, dixitque mihi, Surge, & descende hinc citò: quia populus tuus quem eduxisti de Aegypto, deseruerũt velociter viam, quam demonstrasti eis, feceruntq; sibi conflatile. Rursumq; ait Do-
Vitulus aureus. C minus ad me, Cerno quòd populus iste duræ ceruicis sit: dimitte me, vt conteram eum, & deleam nomen eius de sub cœlo, & constituam te super gentem quæ hac maior & fortior sit. Cumq; de monte ardente descenderem, & duas tabulas fœderis vtraque tenerem manu, vidissemque vos peccasse Domino Deo vestro, & fecisse vobis vitulum conflatilem, ac deseruisse velociter viam eius quam vobis ostenderat: proieci tabulas de manibus meis, confregiq; eas in conspectu vestro. Et prócidi ante Dominum sicut prius, quadraginta diebus & noctibus panem non comedens, & aquam non bibens propter omnia peccata vestra quæ gessistis contra Dominum, & eum ad iracundiam prouocastis. timui enim indignationem & iram illius, qua aduersum vos concitatus, delere vos voluit. Et exaudiuit me Dominus etiam hac vice. Aduersum Aaron quoq; vehementer iratus, voluit eum conterere, & pro illo similiter deprecatus sum. Peccatum autem

vestrum

veſtrum quod feceratis, id eſt vitulũ, arripiens, igne cõbuſi, & in fruſta cõminuens, omninoq; in puluerẽ redigens, proieci in torrentẽ qui de monte deſcendit. In Incendio quoq;, & in Tentatione, & in Sepulchris cõcupiſcẽtiæ prouocaſtis Dominũ: & quãdo miſit vos de Cadesbarne, dicens, Aſcendite, & poſſidete terrã quam dedi vobis, & cõtempſiſtis imperium Domini Dei veſtri, & nõ credidiſtis ei: neq; vocem eius audire voluiſtis, ſed ſemper fuiſtis rebelles à die qua noſſe vos cœpi. Et iacui coram Domino quadraginta diebus ac noctibus, quibus eum ſuppliciter deprecabar, ne deleret vos vt fuerat cõminatus: & orans dixi, Domine Deus, ne diſperdas populum tuũ, & hæreditatem tuã, quam redemiſti in magnitudine tua, quos eduxiſti de Aegypto in manu forti. Recordare ſeruorũ tuorum Abraham, Iſaac, & Iacob. Ne aſpicias duritiam populi huius, & impietatem atq; peccatum: ne fortè dicãt habitatores terræ, de qua eduxiſti nos, Non poterat Dominus introducere eos in terram quam pollicitus eſt eis, & oderat illos: idcirco eduxit, vt interficeret eos in ſolitudine. qui ſunt populus tuus & hæreditas tua, quos eduxiſti in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extento.

Sepulchra cõcupiſcentiæ. Numer. 11 d

D

S. Tabularum ſecundarum inſtauratio, Leuitarum officia, timor Dei, & dilectio, ad pietatem & obſequium mouere debent.

CAPVT X.

A IN tempore illo dixit Dominus ad me, Dola tibi duas tabulas lapideas, ſicut priores fuerunt, & aſcende ad me in montẽ: faciesq; arcam ligneam, & ſcribã in tabulis verba quæ fuerunt in his quas antè confregiſti, ponesq; eas in arca. Feci igitur arcã de lignis ſetim. Cumq; dolaſſem duas tabulas lapideas inſtar priorũ, aſcendi in montẽ habens eas in manibus. Scripſitq; in tabulis iuxta id quod prius ſcripſerat, verba decem, quæ locutus eſt Dominus ad vos in monte de medio ignis, quando populus congregatus eſt, & dedit eas mihi. Reuerſusq; de monte, deſcendi, & poſui tabulas in arcã quam feceram, quæ hucuſq; ibi ſunt ſicut mihi præcepit Dominus. Filij autem Iſrael mouerunt caſtra ex Beroth filiorum Iacan in Moſera, vbi Aaron mortuus & ſepultus eſt, pro quo ſacerdotio functus eſt Eleazar filius eius. Inde venerunt in Gadgad: de quo loco profecti, caſtrametati ſunt in Ietebatha, in terra aquarũ atq; torrentiũ. Eo tẽpore ſeparauit tribũ Leui, vt portaret arcã fœderis Domini, & ſtaret coram eo in miniſterio, ac benediceret in nomine illius vſq; in præſentẽ diem. Quamobrẽ non habuit Leui partem, neque poſſeſſionem cum fratribus ſuis, quia ipſe Dominus poſſeſſio eius eſt, ſicut promiſit ei Dominus Deus tuus. Ego autem ſteti in monte, ſicut prius, quadraginta diebus ac noctibus: exaudiuitq; me Dominus etiam hac vice, & te perdere noluit. Dixitq; mihi, Vade, & præcede populum, vt ingrediatur, & poſſideat terrã quam iuraui patribus eorũ vt traderem eis. Et nunc Iſrael quid Dominus tuus petit à te, niſi vt timeas Dominũ Deum tuum, & ambules in vijs eius, & diligas eum, ac ſeruias Domino Deo tuo in toto corde tuo, & in tota anima tua, cuſtodiasq; mandata Domini, & ceremonias eius quas ego hodie præcipio tibi, vt bene ſit tibi? En Domini Dei tui cœlũ eſt, & cœlum cœli, terra & omnia quæ in ea ſunt, & tamen patribus tuis conglutinatus eſt Dominus, & amauit eos, elegitq; ſemen eorũ poſt eos, id eſt vos, de cunctis gentibus, ſicut hodie cõprobatur. Circumcidite igitur præputiũ cordis veſtri, & ceruicem veſtrã ne induretis amplius: quia Dominus Deus veſter ipſe eſt Deus deorum, & Dominus dominantiũ, Deus magnus, & potens, & terribilis, qui perſonã non accipit, nec munera. Facit iudicium pupillo & viduæ, amat peregrinũ, & dat ei victum atq; veſtitũ, & vos ergo amate peregrinos, quia & ipſi fuiſtis aduenæ in terra Aegypti. Dominũ Deũ tuũ timebis, & ei ſoli ſeruies: ipſi adhærebis, iurabisq; in nomine illius. Ipſe eſt laus tua, & Deus tuus, qui fecit tibi hæc magnalia & terribilia quæ viderunt oculi tui. In ſeptuaginta animabus deſcenderunt patres tui in Aegyptum: & ecce, nunc multiplicanit te Dominus Deus tuus ſicut aſtra cœli.

Exo. 34 a

B

Num. 33 d

Num. 20 d

C

Deũ timere. Ambulare in vijs Dei.

Circunciſio cordis. Deus perſonam nõ accipit.

D

2. Para. 19 c
Iob 34 b
Sapien. 6 b
Eccle. 35 b
Roma. 2 b
Gala. 3 b
Supra 6 c
Matth. 4 b

Luc. 4 b
Gene. 46 c

S. Dei beneficia, & terribilia in Pharaonem ſigna, ad Dei amorem incitare debent. CAPVT XI.

A AMa itaq; Dominum Deum tuũ, & obſerua præcepta eius, & ceremonias, iudicia atq; mandata omni tempore. Cognoſcite hodie quæ ignorant filij veſtri, qui nõ viderunt diſciplinam Domini Dei veſtri, magnalia eius & robuſtã manũ, extentumq; brachium, ſigna & opera quæ fecit in medio Aegypti Pharaoni regi, & vniuerſæ terræ eius, omniq; exercitui Aegyptiorũ, equis ac curribus: quomodo operuerint eos aquæ maris rubri, cũ vos perſequerẽtur, & deleuerit eos Dominus vſq; in præſentem diem: vobisq; quæ fecerit in ſolitudine, donec veniretis ad hunc locũ, & Dathan atq; Abiron filijs Eliab, qui fuit filius Ruben: quos aperto ore ſuo lterra abſorbuit cũ domibus & tabernaculis, & vniuerſa ſubſtantia eorũ, quam habebant in medio Iſraelis. Oculi veſtri viderunt omnia opera

Exhortatio ad primum præceptum ſeruandum.

Nume. 16 e

B Domini magna quæ fecit, vt cuſtodiatis vniuerſa mãdata illius, quæ ego hodie præcipio vobis: & poſſitis introire, & poſſidere terrã ad quã ingredimini, multoq; in ea viuatis tẽpore: quã ſub iuramẽto pollicitus eſt Dominus patribus veſtris, & ſemini eorum lacte & melle manantẽ. Terra enim ad quam ingrediẽris poſſidendã, non eſt ſicut terra Aegypti de qua exiſti, vbi iacto ſemine in hortorũ morẽ aquæ ducuntur irriguæ: ſed montuoſa eſt, & campeſtris de cœlo expectans pluuias, quã Dñs Deus tuus ſemper inuiſit, & oculi illius in ea ſunt à principio anni vſq; ad finẽ eius. Si ergo obedieritis mãdatis meis, quę ego hodie præcipio vobis, vt diligatis Dñm Deũ veſtrũ, & ſeruiatis ei in toto corde veſtro, & in tota anima veſtra: dabit pluuiã terræ veſtræ temporaneã & ſerotinã, vt colligatis frumentũ, & vinũ, & oleũ, fœnumq; ex agris ad paſcẽda iumẽta, & vt ipſi comedatis ac ſaturemini. Cauete ne fortè decipiatur cor veſtrũ, & recedatis à Domino, ſeruiatisq; dijs alienis, & adoretis eos: iratusq; Dominus claudat cœlũ, & pluuiæ nõ deſcendãt, nec terra det germen ſuũ, pereatisq;

Terra promiſſionis qualis.

Toto corde Deo ſeruiendum.

C velociter de terra optima quam Dominus daturus eſt vobis. Ponite hæc verba mea in cordibus & in animis veſtris, & ſuſpendite ea pro ſigno in manibus, & inter oculos veſtros collocate. Docete filios veſtros, vt illa meditẽtur. Quando ſederis in domo tua, & ambulaueris in via, & accubueris atq; ſurrexeris, ſcribes ea ſuper poſtes & ianuas domus tuæ, vt multiplicentur dies tui, & filiorũ tuorũ in terra quã iurauit Dominus patribus tuis, vt daret eis quãdiu cœlũ immineret terræ. Si enim cuſtodieritis mãdata quæ ego præcipio vobis, & feceritis ea, vt diligatis Dominũ Deũ veſtrũ, & ambuletis in omnibus vijs eius, adhærentes ei, diſperdet Dominus omnes gentes iſtas ante faciẽ veſtrã, & poſſidebitis eas quæ maiores & fortiores vobis ſunt. Omnis locus quem calcauerit pes veſter, veſter erit. A deſerto, & à Libano, à flumine magno Euphráte vſq; ad mare occidẽtale erũt termini veſtri. Nullus ſtabit cõtra vos: terrorẽ veſtrũ & formidinẽ dabit Dominus

Verbum Domini in corde & ob oculos ſemper habendum. Supra 6 b

Ioſue 1 a

D Deus veſter ſuper omnẽ tertã quam calcaturi eſtis, ſicut locutus eſt vobis. En propono in cõſpectu veſtro hodie benedictionem & maledictionẽ: benedictionẽ, ſi obedieritis mandatis Domini Dei veſtri, quæ ego hodie præcipio vobis: maledictionem, ſi non obedieritis mandatis Domini Dei veſtri, ſed receſſeritis de via quam ego nunc oſtendo vobis, & ambulaueritis poſt Deos alienos, quos ignoratis. Cum verò introduxerit te Dominus Deus tuus in terrã, ad quã pergis habitandã, pones benedictionẽ ſuper montẽ Garizim, maledictionẽ ſuper montẽ Hebal: qui ſunt trans Iordanẽ poſt viam quæ vergit ad ſolis occubitum in terra Chananæi, qui habitat in campeſtribus cõtra Galgalã, quæ eſt iuxta vallẽ tendẽtem & intrantẽ procul. Vos enim trãſibitis Iordanẽ, vt poſſidea-

Benedictio obedientibus verbo Dei:

tis terrã quã Dominus Deus veſter daturus eſt vobis, vt habeatis & poſsideatis illam. Videte ergo vt impleatis ceremonias atq; iudicia quæ ego hodie ponam in conſpectu veſtro.

S. EXTERMINETVR idololatria, decimæ & primitiæ reddantur, ac ſacrificia certo loco ſanguinem uitando ſoluantur.

CAPVT XII.

A HAec ſunt præcepta atq; iudicia quæ facere debetis in terra quã Dominus Deus patrũ tuorũ daturus eſt tibi, vt poſsideas eã cunctis diebus quibus ſuper humũ gradiêris. Subuertite omnia loca in quibus coluerũt gẽtes quas poſſeſſuri eſtis, deos ſuos ſuper montes excelſos, & colles, & ſubter omne lignũ frondoſum. Diſsipate aras earũ, & cõfringite ſtatuas: lucos igne cõburite, & idôla cõminuite: diſperdite nomina eorum de locis illis. Non facietis ita Domino Deo veſtro: ſed ad locũ quem elegerit Dominus Deus veſter de cũctis tribubus veſtris, vt ponat nomen ſuũ ibi, & habitet in eo, venietis: & offeretis in loco illo holocauſta & victimas veſtras, decimas & primitias manuum veſtrarum, & vota atq; donaria, primogenita boum & ouiũ. Et comedetis ibi in cõſpectu Domini Dei veſtri: ac lætabimini in cunctis ad quæ miſeritis manum vos & domus veſtræ, in quibus benedixerit vobis Dominus Deus veſter. Non facietis ibi quæ nos hic facimus hodie, ſinguli quod ſibi rectum videtur. Neq; enim vſq; in præſenti tẽpus veniſtis ad requiẽ, & poſſeſsionẽ, quã Dominus Deus veſter daturus eſt vobis. Trãſibitis Iordanem, & habitabitis in terra quam Do-
B minus Deus veſter daturus eſt vobis, vt requieſcatis à cunctis hoſtibus per circuitum: & abſq; vllo timore habitetis in loco quem elegerit Dominus Deus veſter, vt ſit nomen eius in eo. Illuc omnia quæ præcipio, conferetis holocauſta, & hoſtias, ac decimas, & primitias manuũ veſtrarum: & quicquid præcipuũ eſt in muneribus quæ vouiſtis Domino. Ibi epulabimini corã Domino Deo veſtro, vos & filij ac filiæ veſtræ, famuli & famulæ atq; Leuites, qui in vrbibus veſtris cõmorantur, neq; enim habet aliã partem & poſſeſsionẽ inter vos. Caue ne offeras holocauſta tua in omni loco quẽ videris: ſed in eo quẽ elegerit Dominus, in vna tribuũ tuarũ offeres hoſtias, & facies quæcũq; præcipio tibi. Si autẽ comedere volueris, & te eſus carniũ delectauerit, occide & comede iuxta benedictionẽ Domini Dei tui, quã dedit tibi in vrbibus tuis: ſiue immundũ fuerit, hoc eſt maculatũ, & debile: ſiue mundum, hoc eſt integrũ & ſine macula, quod offerri licet, ſicut capreã & ceruũ, comedes, abſq; eſu duntaxat ſanguinis, quẽ
C ſuper terrã quaſi aquã effundes. Nõ poteris comedere in oppidis tuis decimã frumẽti, & vini, & olei tui, primogenita armentorũ & pecorũ, & omnia quæ voueris, & ſponte offerre volueris, & primitias manuum tuarũ: ſed corã Domino Deo tuo comedes ea in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, tu & filius tuus & filia, ſeruus & famula, atq; Leuites, qui manent in vrbibus tuis: & lætaberis, & reficiêris corã Domino Deo tuo in cũctis ad quæ extẽderis manũ tuã. Caue ne derelinquas Leuitẽ in omni tẽpore quo verſaris in terra. Quando
Gene. 28 c dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos, ſicut locutus
Infra 19 c eſt tibi, & volueris veſci carnibus quas deſyderat anima tua: locus autẽ quem elegerit Dominus Deus tuus, vt ſit nomen eius ibi, ſi procul fuerit, occides de armẽtis & pecoribus quæ habueris, ſicut præcepi tibi, & comedes in oppidis tuis, vt tibi placet. Sicut comeditur caprea & ceruus, ita veſcêris eis, & mundus, & immũdus in commune veſcentur. Hoc ſolum caue, ne ſanguinem comedas. ſanguis enim eorum pro anima eſt: & idcirco non debes animam comedere cũ carnibus: ſed
D ſuper terram fundes quaſi aquam, vt bene ſit tibi & filijs tuis poſt te, cum feceris quod placet in conſpectu Domini. Quæ autẽ ſanctificaueris & voueris Domino, tolles, & venies ad locũ quẽ elegerit Dominus, & offeres oblationes tuas carnẽ & ſanguinẽ ſuper altare Domini Dei tui. ſanguinẽ hoſtiarũ tuarũ fundes in altari: carnibus autẽ ipſe veſcêris. Obſerua & audi omnia quæ ego præcipio tibi, vt bene ſit tibi & filijs tuis poſt te in ſempiternũ, cũ feceris quod bonũ eſt & placitum in conſpectu Domini Dei tui. Quando diſperdiderit Dominus Deus tuus ante faciẽ tuã gentes ad quas ingrediêris poſsidendas, & poſſederis eas, atq; habitaueris in terra earũ: caue ne imiteris eas, poſtquã te fuerint introeunte ſubuerſæ, & requiras ceremonias earum, dicens, Sicut coluerunt gentes iſtæ deos ſuos, ita & ego colam. Non facies ſimiliter Domino Deo tuo. Omnes enim abominationes quas auerſatur Dominus, fecerunt dijs ſuis, offerentes filios & filias, & comburentes igni. Quod præcipio tibi, hoc tantum facito Domino: nec addas quicquam, nec minuas.

S. PSEVDOPROPHETA à fide auertens, eiuſq; ſubſtantia deſtruatur. CAPVT XIII.

A SI ſurrexerit in medio tui prophetes, aut qui ſomniũ vidiſſe ſe dicat, & prædixerit ſignũ atq; portentũ, & euenerit quod locutus eſt, & dixerit tibi, Eamus & ſequamur deos alienos quos ignoras, & ſeruiamus eis: nõ audies verba prophetæ illius aut ſomniatoris, quia tentat vos Dominus Deus veſter, vt palàm fiat vtrũ diligatis eũ an nõ, in toto corde, & in tota anima veſtra. Dominũ Deũ veſtrũ ſequimini, & ipſum timete, & mãdata illius cuſtodite, & audite vocẽ eius: ipſi ſeruietis, & ipſi
B adhærebitis. Propheta autẽ ille aut fictor ſomniorũ interficietur: quia locutus eſt vt vos auerteret à Domino Deo veſtro, qui eduxit vos de terra Aegypti, & redemit vos de domo ſeruitutis: vt errare te faceret de via quã tibi præcepit Dominus Deus tuus: & auferes malũ de medio tui. Si tibi voluerit perſuadere frater tuus filius matris tuæ, aut filius tuus vel filia, ſiue vxor quæ eſt in ſinu tuo, aut amicus quem diligis vt animam tuam, clàm dicens, Eamus & ſeruiamus dijs alienis, quos ignoras tu & patres tui, cunctarum in circuitu gentium quæ iuxtà vel procul ſunt, ab initio vſq; ad finem terræ: non acquieſcas ei, nec audias, neq; parcat ei oculus tuus vt miſereaRis & occultes eum, ſed ſtatim interficies. ſit primùm manus
C tua ſuper eum, & poſt te omnis populus mittat manũ. Lapidibus obrutus necabitur, quia voluit te abſtrahere à Domino Deo tuo, qui eduxit te de terra Aegypti de domo ſeruitutis: vt omnis Iſrael audiens timeat, & nequaquã vltrà faciat quippiam huius rei ſimile. Si audieris in vna vrbium tuarum, quas Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitãdũ, dicẽtes aliquos, Egreſsi ſunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores vrbis ſuæ, atq; dixerunt, Eamus, & ſeruiamus dijs alienis quos ignoratis: quære ſolicitè, & diligenter rei veritate perſpecta, ſi inueneris certũ eſſe quod dicitur, & abominationẽ
D hanc opere perpetratam, ſtatim percuties habitatores vrbis illius in ore gladij, & delebis eam, omniaq; quæ in illa ſunt vſq; ad pecora, quicquid etiã ſupellectilis fuerit, congregabis in medio platearum eius, & cum ipſa ciuitate ſuccẽdes, ita vt vniuerſa conſumas Domino Deo tuo, & ſit tumulus ſempiternus. non ædificabitur amplius, & non adhærebit de illo anathemate quicquã in manu tua, vt auertatur Dominus ab ira furoris ſui, & miſereatur tui, multiplicetq; te, ſicut iurauit patribus tuis, quãdo audieris vocem Domini Dei tui, cuſtodiens omnia præcepta eius quæ ego præcipio tibi hodie, vt facias quod placitum eſt in conſpectu Domini Dei tui.

Miraculis tentat fidem noſtrã Deus.

Infra 17 b

S. GENTIVM ritus ſuper mortuo fugiendus, animalium mundorum & immundorum diſcretio faciẽda, & decimæ ſoluendæ.

CAPVT XIIII.

A FIlij eſtote Domini Dei veſtri: non vos incidetis, nec facietis caluitiũ ſuper mortuo. quoniã populus ſanctus es Domino Deo tuo: & te elegit vt ſis ei in populũ peculiarẽ de cunctis gẽtibus quæ ſunt ſuper terrã. Ne comedatis quæ immunda ſunt. Hoc eſt

Supra 7 d
Infra 26 d

animal

Leuit.11 a

animal quod comedere debetis, Bouẽ, & ouem, & caprã, ceruum & capreã, bubalũ, tragelaphũ, pygargũ, orygẽ, camelopardalũ. Omne animal quod in duas partes findit vngulã & ruminat, comedetis. De his autẽ quæ ruminãt, & vngulã non findũt, hæc comedere nõ debetis, camelũ, léporẽ, choerogryllum: quia ruminãt, & nõ diuidũt vngulã, immũda erũt vobis.

B Sus quoq; quoniã diuidit vngulam, & nõ ruminat, immunda erit. carnibus eorum non vescemini, & cadauera nõ tangetis. Hæc comedetis ex omnibus quæ morãtur in aquis, Quæ habent pinnulas, & squamas, comedite: quæ absq; pinnulis, & squamis sunt, ne comedatis, quia immunda sunt. Omnes aues mundas comedite. Immũdas ne comedatis: aquilã scilicet, & gryphẽ, & haliæetũ, ixon, & vulturẽ ac miluum iuxta genus suũ: & omne coruini generis, & struthionẽ, ac noctuã, & larum, atq; accipitrem iuxta genus suũ: herodiũ ac cygnum, & ibin, ac mergulũ, porphyriõnẽ, & nycticoracẽ, onocrotalũ, & charadriũ, singula in genere suo, vpupã quoq;, & vesperti lionẽ. Et omne quod reptat & pennulas habet, immũdũ erit,

C nec comedetur. Omne quod mũdũ est, comedite. Quicquid autẽ morticinum est, ne vescamini ex eo. Peregrino qui intra portas tuas est, da vt comedat, aut vende ei, quia tu populus sanctus Domini Dei tui es. Nõ coques hœdũ in lacte matris

Exod.23 c 34 d

suæ. Decimã partẽ separabis de cũctis fructibus tuis quæ nascuntur in terra per annos singulos, & comedes in conspectu Domini Dei tui in loco quem elegerit vt in eo nomen illius inuocetur, decimã frumẽti tui, & vini, & olei, & primogenita de armẽtis & ouibus tuis: vt discas timere Dominũ Deum tuũ in omni tẽpore. Cũ autẽ longior fuerit via, & locus quem

D elegerit Dominus Deus tuus, tibiq; benedixerit, nec potueris ad eũ hæc cũcta portare, vendes omnia, & in pretiũ rediges, portabisq; manu tua, & proficiscẽris ad locũ quẽ elegerit Dominus Deus tuus, & emes ex eadẽ pecunia quicquid tibi placuerit, siue ex armẽtis, siue ex ouibus, vinũ quoq;, & sicerã, & omne quod desyderat anima tua: & comedes coram Domino Deo tuo, & epulaberis tu & domus tua, & Leuita qui inrra portas tuas est. caue ne derelinquas eũ, quia non habet aliã partẽ in possessione tua. Anno tertio separabis aliam decimã ex omnibus quæ nascũtur tibi eo tẽpore: & repones

Leuitæ, peregrini, pupilli, & viduæ alendi.

intra ianuas tuas. Venietq; leuites qui aliã nõ habet partẽ nec possessionẽ tecũ, & peregrinus ac pupillus & vidua, qui intra portas tuas sunt, & comedẽt, & saturabũtur: vt benedicat tibi Dñs Deus tuus in cũctis operibus manuũ tuarũ quæ feceris.

S. LEX *septimi anni remißionis in quos exerceatur.*

CAPVT XV.

A SEptimo anno facies remissionẽ, quæ hoc ordine celebrabitur. Cui debetur aliquid ab amico: vel proximo ac fratre suo, repetere non poterit: quia annus remissionis est Domini. A peregrino & aduena exiges: ciuem & propinquum repetendi nõ habebis potestatẽ. Et omnino indigens & mẽdicus nõ erit inter vos: vt benedicat tibi Dominus in terra quã traditurus est tibi in possessionẽ. Si tamen audieris vocẽ Domini tui, & custodieris vniuersa quę iussit, & quæ ego hodie præcipio tibi, bene-

B dicet tibi, vt pollicitus est. Fœnerabis gẽtibus multis, & ipse à nullo accipies mutuũ. Dominabetis nationibus plurimis, & tui nemo dominabitur. Si vnus de fratribus tuis qui morantur intra portas ciuitatis tuæ in terra quã Dominus Deus tuus daturus est tibi, ad paupertatẽ deuenerit: non obdurabis cor tuũ, nec cõtrahes manum, sed aperies eã pauperi, & dabis mutuũ quo eũ indigere perspexeris. Caue ne fortè subrepat tibi impia cogitatio, & dicas in corde tuo. Appropinquat septimus annus remissionis: & auertas oculos tuos à paupere fratre tuo, nolens ei quod postulat, mutuũ cõmodare: ne clamet cõtra te ad Dominũ, & fiat tibi in peccatũ. Sed dabis ei: necages quippiã callidè in eius necessitatibus subleuandis: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni tempore, & in

Pauperes cu randi in cha ritate.

Mutuũ dan dum, etiã si non sit spes recipiendi. Matth. 5 g Luc. 6 c

cunctis ad quæ manũ miseris. Non deerunt pauperes in terra habitationis tuæ: idcirco ego præcipio tibi vt aperias manũ fratri tuo egeno & pauperi, qui tecum versatur in terra. Cum

C tibi venditus fuerit frater tuus Hebræus aut Hebræa, & sex annis seruierit tibi, in septimo anno dimittes eũ liberũ: & quẽ libertate donaueris, nequaquã vacuum abire patieris, sed dabis viaticũ de gregibus, & de area & torculari tuo, quibus Dominus Deus tuus benedixerit tibi. Memẽto quòd & ipse seruieris in terra Aegypti, & liberauerit te Dominus Deus tuus, & idcirco ego nunc præcipio tibi. Sinautẽ dixerit, Nolo egredi: eo quòd diligat te, & domũ tuam, & bene sibi apud te esse sentiat, assumes subulã, & perforabis aurem eius in ianua domus tuæ, & seruiet tibi vsq; in æternum, ancillæ quoq; similiter facies. Non auertas ab eis oculos tuos quando dimiseris eos liberos: quoniã iuxta mercedẽ mercẽnarij per sex annos

D seruiuit tibi: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in cunctis operibus quæ agis. De primogenitis quæ nascũtur in armentis, & ouibus tuis, quicquid est sexus masculini, sanctificabis Domino Deo tuo. Nõ operaberis in primogenito bouis, & non tondebis primogenita ouiũ. In conspectu Domini Dei tui comedes ea per annos singulos in loco quẽ elegerit Dominus, tu & domus tua. Sinautẽ habuerit maculã, & vel claudum fuerit vel cæcum, aut in aliqua parte deforme vel debile, non immolabitur Domino Deo tuo. sed intra portas vrbis tuæ comedes illud: tam mũdus quàm immũdus similiter vescentur eis quasi caprea, & ceruo. Hoc solũ obseruabis vt sanguinẽ eorũ non comedas, sed effundas in terrã quasi aquam.

Pauperes semper futuri. Matth. 26 d Exod. 21 a Hiere. 34 c

Auris perforata seruis quid signifi cet.

Leuit. 22 e Eccle. 35 b

S. TRES *præcipuæ anni solennitates, iudicum officia, & idololatriam inducentia non erigenda.* CAPVT XVI.

A OBserua mensem nouarũ frugum, & verni primũ tẽporis, vt facias Phase Domino Deo tuo: quoniam in isto mẽse eduxit te Dominus Deus tuus de Aegypto nocte. Immolabisq; Phase Domino Deo tuo de ouibus, & de bobus in loco quẽ elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi. Nõ comedes in eo panẽ fermentatũ. Septẽ diebus comedes absq; fermẽto afflictionis panẽ, quoniã in pauore egressus es de Aegypto: vt memineris diei egressionis tuæ de Aegypto omnibus diebus vitæ tuæ. Non apparebit fermentatum in omnibus terminis tuis septẽ diebus, & nõ remanebit de carnibus eius quod im-

B molatum est vespere in die primo vsq; ad mane. Non poteris immolare Phase in qualibet vrbium tuarum, quas Dominus Deus tuus daturus est tibi: sed in loco quẽ elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen eius ibi: immolabis q; Phase vespere ad solis occasum, quando egressus es de Aegypto. Et coques, & comedes in loco quem elegerit Dominus Deus tuus, maneq; consurgẽs vades in tabernacula tua. Sex diebus comedes azyma: & in die septima, quia collecta est Domini Dei tui, nõ facies opus. Septem hebdomadas numerabis tibi ab ea die qua falcẽ in segetẽ miseris, & celebrabis diem festũ hebdomadarũ Domino Deo tuo, oblationem spontaneã manus tuæ, quã offeres iuxta benedictionẽ Domini Dei tui: & epulaberis coram Domino Deo tuo, tu & filius tuus, & filia tua, & seruus tuus, & ancilla tua, & Leuites qui est intra portas tuas, & aduena ac pupillus & vidua, qui morãtur vobiscũ in loco quẽ elegerit Dominus Deus tuus, vt habitet nomen

C eius ibi: & recordaberis quoniam seruus fueris in Aegypto: custodies q; ac facies quæ præcepta sunt. Solẽnitatem quoq; tabernaculorũ celebrabis per septẽ dies quando collegeris de area & torculari fruges tuas: & epulaberis in festiuitate tua & filius tuus & filia, & seruus tuus & ancilla, Leuites quoq;, & aduena, & pupillus ac vidua, qui intra portas tuas sunt. Septẽ diebus Domino Deo tuo festa celebrabis in loco quẽ elegerit Dominus: benedicet q; tibi Dominus Deus tuus in cunctis frugibus tuis, & in omni opere manuum tuarum, eris q; in lætitia. Tribus vicibus per annũ apparebit omne masculi-

Tria Iudæorum festa primaria. Phase.

Pentecostes.

Festũ tabernaculorum.

num tuũ in conſpectu Domini Dei tui in loco quẽ elegerit,
in Solẽnitate azymorum,& in Solẽnitate hebdomadarũ,& in
D Solẽnitate tabernaculorũ. Nõ apparebit ante Dominum va-
Exod. 23 b cuus:ſed offeret vnuſquiſq; ſecundũ quod habuerit iuxta be-
34 c nedictionẽ Domini Dei ſui,quã dederit ei. Iudices & magi-
Eccle. 16 d ſtros cõſtitues in omnibus portis tuis, quas Dominus Deus
tuus dederit tibi, per ſingulas tribus tuas: vt iudicent populũ
Supra 1 c iuſto iudicio,nec in alteram partem declinent. Non accipies
Leuit. 19 c perſonam,nec munera:quia munera excæcãt oculos ſapien-
Exod. 23 d tum,& mutant verba iuſtorum.Iuſtè quod iuſtum eſt,perſe-
Eccle. 20 d quêris: vt viuas, & poſſideas terram quam Dominus Deus
tuus dederit tibi.Non plantabis lucum, & omnem arborem
iuxta altare Domini Dei tui. Nec facies tibi atq; conſtitues
ſtatuam.quæ odit Dominus Deus tuus.

S. HOSTIA eligẽda,idololatria plectenda,difficultas à quibus petenda,& regis eligendi conditiones. CAPVT XVII.

A NOn immolabis Domino Deo tuo bouẽ & ouem
in quo eſt macula aut quippiã vitij :quia abomi-
Pœna idolo natio eſt Domino Deo tuo. Cũq; reperti fuerint
latræ. apud te intra vnã portarũ tuarũ, quas Dominus
Deus tuus dabit tibi,vir aut mulier qui faciãt malũ in cõſpe-
ctu Domini Dei tui, & tranſgrediantur pactum illius vt va-
dant & ſeruiant dijs alienis,& adorẽt eos,ſolem & lunam, &
omnem militiam cœli, quæ non præcepi, & hoc tibi fuerit
nuntiatum,audiensq; inquiſieris diligenter,& verum eſſe re-
pereris,& abominatio facta eſt in Iſrael: educes virũ ac mu-
B lierem qui rem ſceleratiſsimam perpetrarunt, ad portas ciui-
Infra 19 d tatis tuæ,& lapidibus obruẽtur.In ore duorũ aut triũ teſtium
Mat. 18 b peribit qui interficietur.Nemo occidatur, vno contra ſe di-
2.Cor.13 a cente teſtimoniũ.Manus teſtiũ prima interficiet eum,& ma-
Ioan. 8 d nus reliqui populi extrema mittetur: vt auferas malum de
Supra 13 c medio tui.Si difficile & ambiguũ apud te iudiciũ eſſe proſpe-
xeris inter ſanguinem & ſanguinem, cauſam & cauſam, le-
pram & nõ lepram,& iudicũ intra portas tuas videris verba
variari:ſurge,& aſcende ad locum quem elegerit Dominus
Deus tuus,veniesq; ad ſacerdotes Leuitici generis,& ad iudi-
cem qui fuerit illo tempore:quæresq; ab eis,qui indicabunt
tibi iudicij veritatem,Et facies quodcunq; dixerint qui præ-
ſunt loco quem elegerit Dominus,& docuerint te iuxta le-
gem eius,ſequerisq; ſententiã eorũ, nec declinabis ad dexte-
ram,neq; ad ſiniſtram.Qui autem ſuperbierit,nolens obedi-
C re ſacerdotis imperio, qui eo tempore miniſtrat Domino
Deo tuo, ex decreto iudicis morietur homo ille,& auferes
malum de Iſrael:cunctusq; populus audiens timebit,vt nul-
lus deinceps intumeſcat ſuperbia.Cum ingreſſus fueris terrã
quam Dominus Deus tuus dabit tibi,& poſſederis eam, ha-
Inſtitutio bitaueriſq; in illa,& dixeris,Cõſtituam ſuper me regẽ,ſicut
regis. habent omnes per circuitum nationes:eum conſtitues quem
Dominus Deus tuus elegerit de numero fratrũ tuorũ. Non
D poteris alterius gentis hominẽ regem facere, qui nõ ſit frater
tuus.Cumq; fuerit cõſtitutus,non multiplicabit ſibi equos,
nec reducet populũ in Aegyptũ,equitatus numero ſubleua-
tus,præſertim cũ Dominus præceperit vobis vt nequaquam
amplius per eandẽ viã reuertamini.Nõ habebit vxores plu-
rimas quæ alliciant animũ eius,neq; argenti & auri immenſa
Rex legat pondera.Poſtquã autẽ ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſi-
Deuteronomiũ Moyſi. bi Deuteronomiũ legis huius in volumine,accipiens exem-
plar à ſacerdotibus Leuiticæ tribus,& habebit ſecum,legetq;
illud omnibus diebus vitæ ſuæ, vt diſcat timere Dominum
Deum ſuũ,& cuſtodire verba & ceremonias eius quæ in le-
ge præcepta ſunt.Nec eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper
fratres ſuos,neq; declinet in partem dexteram vel ſiniſtram,
vt longo tempore regnet ipſe & filij eius ſuper Iſrael.

S. SACERDOTVM & Leuitarũ victus, pſeudopropheta verò certis ſignis agnitus eliminandus. CAPVT XVIII.



A NOn habebũt ſacerdotes & Leuitæ,& omnes qui
de eadẽ tribu ſunt, partẽ & hæreditatẽ cũ Iſrael,
quia ſacrificia Domini, & oblationes eius come-
dent,& nihil aliud accipiẽt de poſſeſſione fratrũ Supra 10 b
ſuorũ. Dominus enim ipſe eſt hæreditas eorum:ſicut locutus Nu. 18 c d
eſt illis.Hoc erit iudiciũ ſacerdotum à populo, & ab his qui Prouideatur
offerũt victimas:ſiue bouẽ,ſiue ouem immolauerint,dabunt miniſtris ver-
ſacerdoti armũ ac ventriculũ:primitias frumenti,vini,& olei, bi Dei.
& lanarũ partem ex ouium tonſione.Ipſum enim elegit Do- 2.Corin. 9 b
B minus Deus tuus de cũctis tribubus tuis,vt ſtet, & miniſtret Nume. 18 c
nomini Domini,ipſe & filij eius in ſempiternũ.Si exierit Le-
uites ex vna vrbiũ tuarũ ex omni Iſrael in qua habitat,& vo-
luerit venire,deſyderãs locũ quem elegerit Dominus, mini-
ſtrabit in nomine Domini Dei ſui, ſicut omnes fratres eius
Leuitæ,qui ſtabũt eo tempore corã Domino. Partẽ ciborũ
eandem accipiet quã & cæteri:excepto eo quod in vrbe ſua
ex paterna ei ſucceſsione debetur. Quando ingreſſus fueris Fugienda
terram quam Dominus Deus tuus dabit tibi,caue ne imitari omnis idolo
velis abominationes illarũ gentium.nec inueniatur in te qui latria.
luſtret filium ſuũ,aut filiam,ducẽs per ignem:aut qui ariolos Leuit. 20 d
ſciſcitetur,& obſeruet ſomnia atq; auguria.nec ſit maleficus,
nec incãtator,neq; qui pythónes cõſulat,nec diuinos,& quæ
C rat à mortuis veritatem,omnia enim hæc abominatur Domi- 1.Reg. 28 a
nus,& propter iſtiuſmodi ſcelera delebit eos in introitu tuo:
perfectus eris,& abſq; macula cũ Domino Deo tuo.Gentes PROPHE-
iſtæ quarũ poſſidebis terrã,augures & diuinos audiũt:tu au- TA CHRI-
tem à Domino Deo tuo aliter inſtitutus es. PROPHETAM ſTVS pro-
de gẽte tua & de fratribus tuis ſicut me,ſuſcitabit tibi Domi- mittitur.
nus Deus tuus: ipſum audies vt petiſti à Domino Deo tuo Ioan. 1 g
in Horeb,quãdo cõcio cõgregata eſt,atq; dixiſti, Vltrà non Act. 3 d 7 c
D audiã vocẽ Domini Dei mei,& ignẽ hunc maximũ amplius Exo. 20 d
non videbo, ne moriar. Et ait Dominus mihi, Bene omnia Ioan. 1 g
ſunt locuti,Prophetã ſuſcitabo eis de medio fratrũ ſuorũ ſi-
milem tui:& ponam verba mea in ore eius,loqueturq; ad eos
omnia quæ præcepero illi.qui autẽ verba eius quæ loquetur
in nomine meo,audire noluerit,ego vltor exiſtã. Propheta
autem qui arrogantia deprauatus voluerit loqui in nomine
meo,quæ ego non præcepi illi vt diceret,aut ex nomine alie-
norum deorum,interficietur. Quòd ſi tacita cogitatione re- Pſeudopro-
ſponderis,Quomodo poſſum intelligere verbum quod Do- pheta qui-
minus non eſt locutus?hoc habebis ſignum, Quod in nomi- modo di-
ne Domini propheta ille prædixerit,& nõ euenerit:hoc Do gnoſcẽdus.
minus non eſt locutus,ſed per tumorem animi ſui propheta
confinxit,& idcirco non timebis eum.

S. AD quas urbes homicidæ fugiant, falſi autem teſtis ſupplicium.

CAPVT XIX.

A CVm diſperdiderit Dominus Deus tuus gentes Nume. 35 c
quarũ tibi traditurus eſt terrã,& poſſederis eam, Ioſue 20 d
habitaueriſq; in vrbibus earũ & in ædibus,tres ci-
uitates ſeparabis tibi in medio terræ,quã Domi-
nus Deus tuus dabit tibi in poſſeſſionem,ſternens diligenter
viam:

viam:& in tres æqualiter partes totam terræ tuæ prouinciam diuides,vt habeat è vicino qui propter homicidiũ profugus
B est,quò possit euadere.Hæc erit lex homicidæ fugientis,cuius vita seruãda est,Qui percusserit proximũ suũ nescien-
Qui homicidæ innocentes. s,& qui heri & nudiustertius nullũ cõtra eũ odiũ habuisse cõprobatur,sed abijsse cũ eo simpliciter in syluã ad ligna cædenda, & in succisione lignorũ securis fugerit manũ,ferrũq; lapsum de manubrio amicũ eius percusserit,& occiderit:hic ad vnam supradictarũ vrbiũ cõfugiet,& viuet: ne forsitan proximus
C eius cuius effusus est sanguis,dolore stimulatus,persequatur, & apprehẽdat eũ si lõgior via fuerit,& percutiat animã eius qui nõ est reus mortis:quia nullũ contra eum qui occisus est, odiũ prius habuisse monstratur.Idcirco præcipio tibi,vt tres ciuitates æqualis inter se spatij diuidas. Cum autẽ dilatauerit Dominus Deus tuus terminos tuos, sicut iurauit patribus tuis,& dederit tibi cunctã terrã quã eis pollicitus est(si tamẽ custodieris mandata eius, & feceris quæ hodie præcipio tibi,vt diligas Dominũ Deũ tuũ,& ambules in vijs eius omni tẽpore)addes tibi tres alias ciuitates,& supradictarũ triũ vrbiũ numerũ duplicabis:vt non effundatur sanguis innoxius in medio terræ quã Dominus Deus tuus dabit tibi possidendam,ne sis sanguinis reus.Si quis autẽ odio habens proximũ suũ insidiatus fuerit vitæ eius,surgens q; percusserit illum,& mortuus fuerit,fugeritq; ad vnã de supradictis vrbibus, mittent seniores ciuitatis illius,& arripiẽt eũ de loco effugij,tradentq; in manu proximi,cuius sanguis effusus est,& moriet-
D tur.Nõ misereberis eius,& auferes noxiũ sanguinẽ de Israel, vt bene sit tibi.Non assumes,& transferes terminos proximi tui quos fixerunt priores in possessione tua,quam Dominus Deus tuus dabit tibi in terra quã acceperis possidẽdã.Nõ stabit testis vnus cõtra aliquẽ,quicquid illud peccati, & facinoris fuerit:sed in ore duorũ aut triũ testiũ stabit omne verbũ. Si steterit testis mendax cõtra hominẽ,accusans eũ præuaricationis,stabũt ambo quorũ causa est,ante Dominũ in conspectu sacerdotũ & iudicũ qui fuerint in diebus illis. Cumq; diligentissimè perscrutates inuenerint falsum testem dixisse contra fratrẽ suum mendaciũ:reddent ei sicut fratri suo facere cogitauit,& auferes malũ de medio tui,vt audiẽtes cæteri timorem habeãt,& nequaquã talia audeant facere. Nõ misereberis eius,sed animã pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente,manum pro manu,pedem pro pede exiges.

Voluntarius homicida, occidendus à magistratibus.
Numer.35 c
Termini nõ trãsferendi.
Supra 17 b
Matt.18 b
Ioan.8 c
Pœna falsi testis.
2.Cor.13 d
Hebr.10 e
Dan.13 g
Matth.5 f
Exod.21 c
Leuit.24 a

S. DELIGENDI ad bellũ & arcẽdi uiri,iura belli quomodo seruãda quæ arbores cædẽdæ,& quæ relinquẽdæ. CAP. XX.

A SI exieris ad bellum contra hostes tuos, & videris equitatus & currus,& maiorem quàm tu habeas, aduersarij exercitus multitudinem, non timebis eos:quia Dominus Deus tuus tecũ est, qui eduxit te de terra Aegypti.Appropinquãte aũt iam prælio,stabit sacerdos ante aciẽ,& sic loquetur ad populũ,Audi Israel, vos hodie contra inimicos vestros pugnam committitis,non pertimescat cor vestrũ,nolite metuere,nolite cedere,nec formidetis eos: quia Dominus Deus vester in medio vestri est,
B & pro vobis contra aduersarios dimicabit,vt eruat vos de pe-
1.Mach.3 g riculo. Duces quoq; per singulas turmas audiente exercitu proclamabũt,Quis est homo qui ædificauit domũ nouam,& non dedicauit eã?vadat,& reuertatur in domũ suam, ne fortè
Leuit.19 e moriatur in bello,& alius dedicet eã.Quis est homo qui plãtauit vineã,& necdũ fecit eam esse cõmunem,& de qua vesci omnibus liceat?vadat,& reuertatur in domum suam,ne fortè moriatur in bello,& alius homo eius fungatur officio. Quis est homo qui despondit vxorem,& nõ accepit eam?vadat & reuertatur in domũ suam,ne fortè moriatur in bello, & alius
Bellicum 7 a homo accipiat eam.His dictis addent reliqua,& loquẽtur ad populũ,Quis est homo formidolosus, & corde pauido?vadat & reuertatur in domũ suam,ne pauere faciat corda fratrũ
C suorũ,sicut ipse timore perterritus est.Cumq; siluerint duces exercitus.& finem loquendi fecerint,vnusquisq; suos ad bellandũ cuneos præparabit.Si quãdo accesseris ad expugnãdam ciuitatẽ,offeres ei primùm pacẽ.Si receperit,& aperuerit tibi portas,cũctus populus qui in ea est,saluabitur, & seruiet tibi sub tributo.Sinautẽ fœdus inire noluerit, & cœperit cõtra te bellum,oppugnabis eã.Cumq; tradiderit Dominus Deus tuus illã in manu tua,percuties omne quod in ea generis masculini est,in ore gladij,absque mulieribus, & infantibus,iumẽtis & cæteris quæ in ciuitate sunt.Omnem prædam exercitui diuides,& comedes de spolijs hostiũ tuorum, quæ Dominus Deus tuus dederit tibi. Sic facies cunctis ciuitatibus, quæ à te procul valde sunt, & non sunt de his vrbibus
D quas in possessionem accepturus es.De his autem ciuitatibus quæ dabuntur tibi,nullum omnino permittes viuere, sed interficies in ore gladij, Hethæum videlicet, & Amorrhæum, & Chananæum,Pherezæum,& Heuæum,& Iebusæum,sicut præcepit tibi Dominus Deus tuus: ne fortè doceant vos facere cunctas abominationes quas ipsi operati sunt dijs suis, & peccetis in Dominum Deum vestrum. Quando obsederis ciuitatem multo tempore, & munitionibus circundederis vt expugnes eam, non succides arbores dẽ quibus vesci potest,nec securibus per circuitum debes vastare regionẽ:quoniam lignum est,& non homo,nec potest bellantiũ contra te augere numerum.Si qua autem ligna non sunt pomifera,sed agrestia,& in cæteros apta vsus,succide,& instrue machinas, donec capias ciuitatem quæ contra te dimicat.

Ius belli in expugnãdis vrbibus.

S. CAVTIO super homicidio occulto,super muliere in bello capta, & contumace filio,& suspenso in ligno. CAPVT XXI.

A QVando inuentum fuerit in terra quam Dominus Deus tuus daturus est tibi, hominis cadauer occisi,& ignorabitur cædis reus,egredientur maiores natu & iudices tui, & metientur à loco cadaueris singularũ per circuitum spatia ciuitatum:& quam viciniorem cæteris esse perspexerint,seniores ciuitatis illius tollent vitulã de armento,quæ nõ traxit iugum,nec terrã scidit vomere,& ducent eam ad vallem asperam atq; saxosam,quæ nunquam arata est,nec sementẽ recepit, & cædent in ea ceruices vitulæ. accedentq; sacerdotes filij Leui, quos elegerit Dominus Deus tuus vt ministrent ei,& benedicãt in nomine eius,& ad verbũ eorum omne negotium pendet: & quic-
B quid mundũ vel immundũ est,iudicetur. Et venient maiores natu ciuitatis illius ad interfectũ, lauabuntq; manus suas super vitulã quæ in valle percussa est,& dicent, Manus nostræ non effuderunt sanguinẽ hunc,nec oculi viderunt.propitius esto populo tuo Israel,quem redemisti Domine,& ne reputes sanguinem innocentem in medio populi tui Israel.Et auferetur ab eis reatus sanguinis:tu autem alienus eris ab innocentis cruore qui fusus est, cũ feceris quod præcepit Dominus.Si egressus fueris ad pugnã contra inimicos tuos, & tradiderit eos Dominus Deus tuus in manu tua,captiuosq; duxeris,& videris in numero captiuorũ mulierem pulchrã, & adamaueris eam,voluerisq; habere vxorem, introduces eam
C in domum tuã,quæ radet cæsariem,& circuncidet vngues,& deponet vestem in qua capta est,sedensq; in domo tua,flebit patrem & matrem suã vno mense,& postea intrabis ad eam, dormiesq; cum illa,& erit vxor tua. Si autem postea non sederit animo tuo, dimittes eam liberam, nec vendere poteris pecunia,nec opprimere per potentiam:quia humiliasti eam. Si habuerit homo vxores duas,vnam dilectã, & alterã odiosam,genueritq; ex eis liberos, & fuerit filius odiosæ primogenitus, voluerit q; substantiã inter filios suos diuidere: non poterit filium dilectæ facere primogenitum,& præferre filio odiosæ,sed filium odiosæ agnoscet primogenitum, dabitq; ei de his quæ habuerit cuncta duplicia. iste est enim princi-
D pium liberorum eius,& huic debentur primogenita. Si genuerit homo filium contumacem & proteruum,qui non au-

Quomodo ducenda captiua in vxorem.

Pœna inobedientis filij

dierit patris ac matris imperiũ,& coercitus obedire contempserit:apprehendent eum, & ducent ad seniores ciuitatis illius & ad portam iudicij,dicentque ad eos, Filius noster iste proteruus & cõtumax est,monita nostra audire contemnit, comessationibus vacat,& luxuriæ atque conuiuijs:lapidibus eum obruet populus ciuitatis, & morietur, vt auferatis malum de medio vestri,& vniuersus Israel audiens pertimescat. Quando peccauerit homo quod morte plectendum est, & adiudicatus morti appensus fuerit in patibulo: non permanebit cadauer eius in ligno,sed in eadem die sepelietur: quia

Galat.3 b

maledictus à Deo est qui pendet in ligno,& nequaquã contaminabis terram tuam, quam Dominus Deus tuus dederit tibi in possessionem.

S. PIETAS *in rem proximi exercenda, & quatenus fornicatio punienda.* CAPVT XXII.

A NOn videbis bouẽ fratris tui,aut ouem errantẽ, & præteribis:sed reduces fratri tuo etiam si non est propinquus frater tuus, nec nosti eum: duces in domum tuã,& erunt apud te quandiu quæret ea

Exod.23 d

frater tuus & recipiat. Similiter facies de asino,& de vestimento,& de omni re fratris tui quæ perierit: si inueneris eã, ne negligas quasi alienã. Si videris asinũ fratris tui aut bouem cecidisse in via,nõ despicies,sed subleuabis cũ eo. Nõ induetur mulier veste virili,nec vir vtetur veste fœminea, abomi-

Mulier veste virili ne vtatur.

nabilis enim apud Deũ est qui facit hæc. Si ambulãs per viã, in arbore vel in terra nidũ auis inueneris, & matrẽ pullis vel

B ouis desuper incubantẽ:nõ tenebis eã cũ filijs, sed abire patieris,captos tenẽs filios,vt bene sit tibi, & longo viuas tẽpore. Cũ ædificaueris domũ nouã, facies murũ tecti per circuitũ: ne effundatur sanguis in domo tua,& sis reus labente alio, & in præceps ruente. Nõ seres vineã tuã altero semine:ne & sementis quã seuisti,& quæ nascũtur ex vinea,pariter sanctificentur. Non arabis in boue simul & asino. Nõ induêris vestimento quod ex lana linoq́; contextum est. Funiculos in fim-

Numer.15 d

brijs facies per quatuor angulos pallij tui,quo operiris. Si duxerit vir vxorẽ,& postea odio habuerit eã,quæsieritq́; occa-

De vxore non inuenta virgine.

siones quibus dimittat eã,obijciẽs ei nomẽ pessimũ,& dixerit, Vxorẽ hãc accepi,& ingressus ad eã nõ inueni virginem: tollent eã pater & mater tuus, & ferẽt secũ signa virginitatis

C eius ad seniores vrbis qui in porta sunt:& dicet pater, Filiam meã dedi huic vxorẽ:quã quia odit,imponit ei nomen pessimum,vt dicat,Nõ inueni filiã tuam virginẽ:& ecce hæc sunt signa virginitatis filiæ meæ. Expandent vestimentum coram senioribus ciuitatis:apprehendentq́; senes vrbis illius virũ,& verberabũt illũ,condẽnantes insuper centũ siclis argẽti, quos dabit patri puellæ,quoniã diffamauit nomen pessimũ super virginẽ Israel:habebitq́; eam vxorẽ,& nõ poterit dimittere eã omnibus diebus vitæ suæ. Quòd si verũ est quod obijcit, & nõ est in puella inuẽta virginitas: eijciẽt eã extra fores domus patris sui,& lapidibus obruẽt viri ciuitatis illius, & morietur:quoniam fecit nefas in Israel, vt fornicaretur in domo

Pœna adulterij.

D patris sui:& auferes malũ de medio tui. Si dormierit vir cum vxore alterius,vterq; morietur,id est, adulter & adultera: & auferes malũ de Israel. Si puellã virginẽ despõderit vir,& in-

Leuit.20 a

uenerit eã aliquis in ciuitate, & concubuerit cum ea: educes

De virgine desponsata, ab altero oppressa.

vtrunq; ad portã ciuitatis illius,& lapidibus obruẽtur: puella, quia nõ clamauit cum esset in ciuitate:vir,quia humiliauit vxorẽ proximi sui,& auferes malũ de medio tui. Sinautẽ in agro repererit vir puellã quæ despõsata est,& apprehendens concubuerit cũ ea,ipse morietur solus: puella nihil patietur, nec est rea mortis,quoniã sicut latro consurgit cõtra fratrem

Lex viri opprimẽtis virginem non desponsatã.

suũ,& occîdit animã eius:ita & puella perpessa est. sola erat in agro:clamauit,& nullus affuit qui liberaret eam. Si inuenerit vir puellã virginẽ,quæ nõ habet spõsum, & apprehẽdens concubuerit cũ illa,& res ad iudiciũ venerit:dabit qui dormiuit cũ ea,patri puellæ quinquaginta siclos argenti,& habebit eam vxorem,quia humiliauit illã:non poterit dimittere eam cunctis diebus vitæ suæ. Non accipiet homo vxorem patris sui,nec reuelabit operimentum eius.

S. QVI *ab ecclesia Domini,atq; à pugna arcendi, uel admittendi, quæ ad proximũ pietas & cõmunicatio.* CAPVT XXIII.

A NOn intrabit eunûchus attritis vel amputatis testiculis,& abscisso veretro ecclesiam Domini. Non ingredietur mamzer, hoc est de scorto natus, in ecclesiã Domini vsq; ad decimam generationem. Ammonites & Moabites etiã post decimã generationẽ non intrabũt ecclesiam Domini in æternũ: quia noluerunt vobis occurrere cũ pane & aqua in via quãdo egressi estis de Aegypto:& quia cõduxerũt cõtra te Balaã filiũ Beor de Mesopotamia Syriæ, vt malediceret tibi: & noluit Dominus Deus

Neem.13 a Nume.22 a

tuus audire Balaã, vertitq́; maledictionẽ eius in benedictionem tuam, eo quòd diligeret te. Non facies cum eis pacem, nec quæras eis bona cunctis diebus vitæ tuæ in sempiternũ. Non abominaberis Idumæũ,quia frater tuus est: nec Aegyptiũ,quia aduena fuisti in terra eius. Qui nati fuerint ex eis,

B tertia generatione intrabunt in ecclesiam Domini. Quando egressus fueris aduersus hostes tuos in pugnam,custodies te ab omni re mala. Si fuerit inter vos homo qui nocturno pollutus sit somnio, egredietur extra castra, & non reuertetur

Extra castra venter leuandus.

priusquã ad vesperam lauetur aqua,& post solis occasum regredietur in castra. Habebis locũ extra castra ad quẽ egrediaris ad requisita naturæ,gerens paxillũ in balteo,cumq́; sederis,fodies per circuitum,& egesta humo operies quo releua-

C tus es,(Dominus enim Deus tuus ambulat in medio castrorum,vt eruat te,& tradat tibi inimicos tuos)& sint castra tua sancta,& nihil in eis appareat fœditatis,ne derelinquat te. Nõ trades seruũ Domino suo qui ad te cõfugerit. habitabit tecũ in loco qui ei placuerit,& in vna vrbium tuarũ requiescet:ne cõtristes eũ. Non erit meretrix de filiabus Israel, nec scortator de filijs Israel. Non offeres mercedẽ prostibuli, nec pretiũ canis in domo Domini Dei tui, quicquid illud est quod

Merces prostibuli.

D vouerint:quia abominatio est vtrunq; apud Dominũ Deum tuũ. Non fœnerabis fratri tuo ad vsuram pecuniã, nec fruges,

Non fœnerandum.

nec quamlibet aliã rem:sed alieno. Fratri autem tuo absq; vsura id quod indiget,commodabis: vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere tuo in terra ad quã ingredieris possidendam. Cum votũ voueris Domino Deo tuo, non tardabis reddere: quia requiret illud Dominus Deus tuus:& si moratus fueris,reputabitur tibi in peccatum. Si nolueris polliceri,absq; peccato eris. Quod autẽ semel egressum est de labijs tuis,obseruabis,& facies sicut promisisti Domino Deo tuo, & propria voluntate & ore tuo locutus es. Ingressus vineam

In vineã & segetẽ proximi comedi potest ẽctus.

proximi tui,comede vuas quantũ tibi placuerit: foras autem ne efferas tecum. Si intraueris segetem amici tui, franges spicas,& manu conteres,falce autem non metes.

S. LIBELLVS *repudij permittitur, misericordia in debitores & pauperes præcipitur.* CAPVT XXIIII.

SI acceperit homo vxorẽ,& habuerit eam,& non inuenerit gratiã ante oculos eius propter aliquã fœditatem: scribet libellum repudij,& dabit in manu illius,& dimittet eã de domo sua. Cumq́;

Matth.5 & 19 d Mar.10 d

egressa alterum maritũ duxerit,& ille quoq; oderit eam,dederitq́; ei libellũ repudij,& dimiserit de domo sua, vel certè mortuus fuerit:nõ poterit prior maritus recipere eã in vxorem:quia polluta est,& abominabilis facta est coram Domino:ne peccare facias terrã tuam quam Dominus Deus tuus tradiderit tibi possidendã. Cum acceperit homo nuper vxo-

Indulgentia nuper coniugatis.

rem,non procedet ad bellum,nec ei quippiã necessitatis iniungetur publicè, sed vacabit absq; culpa domui suæ, vt vno anno lætetur cũ vxore sua. Non accipies loco pignoris inferiorem & superiorem molam: quia animam suam apposuit tibi. Si

Prædo vendens hominem moriatur. Nume. 12 a

tibi. Si deprehensus fuerit homo solicitans fratrem suum de filijs Israel,& vēdito eo acceperit pretiū,interficietur, & auferes malū de medio tui. Obserua diligenter ne incurras plagam lepræ,sed facies quæcunq; docuerint te sacerdotes Leuitici generis iuxta id quod præcepi eis, & imple solicitè. Mementote quæ fecerit Dominus Deus vester Mariæ in via cū egrederemini de Aegypto. Cum repetes à proximo tuo rem aliquam,quam debet tibi, non ingredieris domū eius, vt pignus auferas:sed stabis foris,& ille tibi proferet quod habuerit. Si autem pauper est,non pernoctabit apud te pignus,sed statim reddes ei ante solis occasum:vt dormiēs in vestimento suo,benedicat tibi,& habeas iustitiā coram Domino Deo tuo. Non negabis mercedē indigentis,& pauperis fratris tui, siue aduenæ qui tecum moratur in terra, & intra portas tuas est: sed eadē die reddes ei pretium laboris sui ante solis occasum, quia pauper est,& ex eo sustentat animā suā:ne clamet contra te ad Dominū,& reputetur tibi in peccatū. Non occidentur patres pro filijs,nec filij pro patribus:sed vnusquisq; pro peccato suo morietur. Non peruertes iudiciū aduenæ & pupilli,nec auferes pignoris loco viduæ vestimentū. Memento quòd seruieris in Aegypto,& eruerit te Dominus Deus tuus inde. Idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem. Quādo messueris segetem in agro tuo, & oblitus manipulū reliqueris, non reuertêris vt tollas illum:sed aduenam,& pupillū, & viduam auferre patiêris, vt benedicat tibi Dominus Deus tuus in omni opere manuū tuarū. Si fruges collegeris oliuarū, quicquid remanserit in arboribus, non reuertêris vt colligas: sed relinques aduenæ,pupillo,ac viduæ. Si vindemiaueris vineā tuam, non colliges remanentes racemos, sed cedent in vsus aduenæ,pupilli,ac viduæ. Memento quòd & tu seruieris in Aegypto,& idcirco præcipio tibi vt facias hanc rem.

Quomodo accipiēdum pignus, & quādo reddendum.

Nō detinenda merces. Leuit. 19 c Tob. 4 c 4. Reg. 4 b 1. Paral. 25 b Ezech. 18 c

Reliquiæ in agro, vinea, oliueto, pupillis, aduenis, & viduis relinquēdę.

S. Qvot plagis reus cædendus, merces reddenda, & semen fratri suscitandum: mulieris uerenda attrectantis, falsæ mensuræ, & Amalechitarum pœna. CAPVT XXV.

SI fuerit causa inter aliquos,& interpellauerint iudices:quem iustum esse perspexerint,illi iustitiæ palmam dabunt: quem impium, condemnabunt impietatis. Si autem eum qui peccauit, dignum viderint plagis:prosternent,& coram se facient verberari. Pro mensura peccati, erit & plagarū modus: ita dúntaxat vt quadragenariū numerū nō excedant:ne fœdè laceratus ante oculos tuos obeat frater tuus. Non ligabis os bouis triturantis in area fruges tuas. Quando habitauerint fratres simul, & vnus ex eis absq; liberis mortuus fuerit, vxor defuncti non nubet alteri:sed accipiet eam frater eius,& suscitabit semen fratris sui:& primogenitum ex ea filiū nomine illius appellabit, vt non deleatur nomen eius ex Israel. Si autē noluerit accipere vxorē fratris sui quæ ei lege debetur,perget mulier ad portā ciuitatis,& interpellabit maiores natu,dicetq;, Non vult frater viri mei suscitare nomen fratris sui in Israel:nec me in cōiugem sumere. Statimq; accersiri eum facient, & interrogabunt. Si responderit, Nolo eā vxorem accipere: accedet mulier ad eum coram senioribus,& tollet calceamentū de pede eius,spuetq; in faciem illius,& dicet,Sic fiet homini qui non ædificat domū fratris sui. Et vocabitur nomen illius in Israel, Domus discalceati. Si habuerint inter se iurgium viri duo, & vnus contra alterū rixari cœperit:volensq; vxor alterius eruere virū suum de manu fortioris,miseritq; manū,& apprehenderit verenda eius:abscindes manum illius,nec flectêris super eam vlla misericordia. Nō habebis in sacculo diuersa ponderа,maius & minus:nec erit in domo tua modius, maior & minor. pondus habebis iustum & verum,& modius æqualis & verus erit tibi:vt multo viuas tempore super terrā quam Dominus Deus tuus dederit tibi. abominatur enim Dominus eum qui facit hæc,& auersatur omnem iniustitiam. Memento quæ fecerit tibi Amalec in via quando egrediebaris ex Aegypto: quomodo occurrerit tibi, & extremos agminis tui,qui lassi residebant,ceciderit,quando tu eras fame & labore confectus, & non timuerit Deum. Cum ergo Dominus Deus tuus dederit tibi requiem,& subiecerit cunctas per circuitum nationes in terra quam tibi pollicitus est: delebis nomen eius sub cœlo. Caue ne obliuiscaris.

2. Corin. 11 f

Exod. 17 c

S. Primitiae & decimæ quibus dandæ, & quid significent. CAPVT XXVI.

CVmq; intraueris terrā quā Dominus Deus tuus tibi daturus est possidendā,& obtinueris eā,atq; habitaueris in ea, tolles de cunctis frugibus tuis primitias,& pones in cartallo, perges q; ad locū quem Dominus Deus tuus elegerit,vt ibi inuocetur nomen eius:accedes q; ad sacerdotē qui fuerit in diebus illis,& dices ad eū, Profiteor hodie corā Domino Deo tuo, quòd ingressus sum in terram pro qua iurauit Dominus patribus nostris vt daret eā nobis. Suscipiens q; sacerdos cartallū de manu tua, ponet ante altare Domini Dei tui, & loquêris in conspectu Domini Dei tui, Syrus persequebatur patrē meū,qui descendit in Aegyptū,& ibi peregrinatus est in pauciss imo numero:creuitq; in gentē magnā ac robustā,& infinitæ multitudinis. Afflixerūtq; nos Aegyptij,& persecuti sunt, imponētes onera grauissima:& clamauimus ad Dominū Deū patrū nostrorū:qui exaudiuit nos,& respexit humilitatē nostrā, & laborē atq; angustias:& eduxit nos de Aegypto in manu forti,& brachio extēto,in ingēti pauore,in signis atq; portētis, & introduxit ad locū istū,& tradidit nobis terrā lacte & melle manantē. Et idcirco nūc offero primitias frugū terræ quā Dominus dedit mihi. Et dimittes eas in conspectu Domini Dei tui: & adorato Domino Deo tuo, epulaberis in omnibus bonis quæ Dominus Deus tuus dederit tibi, & domui tuæ,tu & Leuites,& aduena qui tecū est. Quando cōpleueris decimā cūctarū frugū tuarū,anno decimarū tertio dabis Leuitæ & aduenæ,& pupillo & viduæ,vt comedāt intra portas tuas,& saturentur:loqueris q; in conspectu Domini Dei tui, Attuli quod sanctificatū est de domo mea,& dedi illud Leuitæ,& aduenæ,& pupillo ac viduæ,sicut iussisti mihi:nō præteriui mādata tua,nec sum oblitus imperij tui. Non comedi ex eis in luctu meo, nec separaui ea in qualibet immunditia, nec expandi ex his quicquā in re funebri. Obediui voci Domini Dei mei,& feci omnia sicut præcepisti mihi. Respice de sanctuario tuo,& de excelso cælorū habitaculo, & benedic populo tuo Israel,& terræ quā dedisti nobis,sicut iurasti patribus nostris,terræ lactæ & melle mananti. Hodie Dominus Deus tuus præcepit tibi vt facias mandata hæc atq; iudicia:& custodias & impleas ex toto corde tuo, & ex tota anima tua. Dominū elegisti hodie, vt sit tibi Deus,& ambules in vijs eius,& custodias ceremonias illius,& mandata atque iudicia,& obedias eius imperio. En Dominus elegit te hodie,vt sis ei populus peculiaris,sicut locutus est tibi, & custodias omnia præcepta illius: & faciat te excelsiorem cunctis gentibus quas creauit in laudem,& nomē,& gloriam suam: vt sis populus sanctus Domini Dei tui,sicut locutus est.

Esaiæ 63 d Baruch 2 d

Supra 8 a

Gentes oēs in gloriam Dei creatæ.

S. Altare lapideum erigendum, benedictiones piorum & maledictiones impiorum. CAPVT XXVII.

PRæcepit autē Moyses & seniores Israel populo, dicentes, Custodite omne mandatum quod præcipio vobis hodie. Cumq; transieritis Iordanē in terrā quā Dominus Deus tuus dabit tibi, eriges ingētes lapides,& calce leuigabis eos,vt possis in eis scribere omnia verba legis huius,Iordane transmisso: vt introeas terram quā Dominus Deus tuus dabit tibi, terrā lacte & melle manantē,sicut iurauit patribus tuis. Quādo ergo transieritis Iordanem,erigite lapides quos ego hodie præcipio vobis in monte Hebal, & leuigabis eos calce: & ædificabis ibi altare

Exod. 20 d Iosue 8 f

Domino Deo tuo de lapidibus quos ferrum nõ tetigit,& de saxis informibus & impolitis: & offeres super eo holocausta Domino Deo tuo,& immolabis hostias pacificas, comedes q́; ibi,& epulaberis corã Domino Deo tuo. Et scribes super lapides omnia verba legis huius planè & lucidè. Dixeruntq́; Moyses & sacerdotes Leuitici generis ad omnẽ Israelem. Attende,& audi Israel, Hodie factus est populus Domini Dei tui. audies vocem eius, & facies mandata atq; iustitias quas ego præcipio tibi hodie. Præcepitq́; Moyses populo in die illo, dicẽs, Hi stabũt ad benedicẽdũ populo super mõtem Garizim, Iordane transmisso: Simeon, Leui, Iudas, Issachar, Ioseph,& Beniamin. Et è regione isti stabũt ad maledicendum in monte Hebal, Ruben, Gad,& Aser,& Zabulon, Dan, & Nephthali. Et pronuntiabunt Leuitæ, dicentq́; ad omnes viros Israel excelsa voce, Maledictus homo qui faciet sculptile & cõflatile abominationẽ Domini, opus manuũ artificũ, ponetq́; illud in abscondito,& respondebit omnis populus,& dicet, Amen. Maledictus qui nõ honorat patrẽ suũ, & matrẽ suã. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui trãsfert terminos proximi sui. & dicet omnis populus, Amẽ. Maledictus qui errare facit cæcum in itinere, & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui peruertit iudicium aduenæ, pupilli,& viduæ,& dicet omnis populus, Amẽ. Maledictus qui dormit cũ vxore patris sui,& reuelat operimentũ lectuli eius. & dicet omnis populus, Amen. Maledictus qui dormit cũ omni iumẽto. & dicet omnis populus, Amẽ. Maledictus qui dormit cũ sorore sua filia patris sui, vel matris suæ. & dicet omnis populus, Amẽ. Maledictus qui dormit cum socru sua. & dicet omnis populus, Amẽ. Maledictus qui clàm percusserit proximũ suũ. & dicet omnis populus, Amen. * Maledictus qui dormit cũ vxore proximi sui. & dicet omnis populus, Amen. · · Maledictus qui accipit munera, vt percutiat animam sanguinis innocentis. & dicet omnis populus, Amẽ. Maledictus qui non permanet in sermonibus legis huius, nec eos opere perficit,& dicet omnis populus, Amen.

Danie. 9 c

Gala. 3 b

S. MVLTIPLEX promittitur benedictio obseruantibus legem & transgredientibus maledictio. CAPVT XXVIII.

SI autem audieris vocem Domini Dei tui, vt facias atq; custodias omnia mandata eius quæ ego præcipio tibi hodie, faciet te Dominus Deus tuus excelsiorem cunctis gẽtibus quæ versantur in terra. Venientq́; super te vniuersæ benedictiones istæ,& apprehendent te: si tamẽ præcepta eius audieris. Benedictus tu in ciuitate,& benedictus in agro. Benedictus fructus ventris tui,& fructus terræ tuæ, fructusq́; iumentorũ tuorũ, greges armentorũ tuorũ,& caulæ ouiũ tuarũ. Benedicta horrea tua,& benedictæ reliquiæ tuæ. Benedictus eris ingrediẽs & egrediens. Dabit Dominus inimicos tuos qui cõsurgunt aduersum te, corruẽtes in cõspectu tuo. per vnam viam venient contra te,& per septem fugient à facie tua. Emittet Dominus benedictionem super cellaria tua, & super omnia opera manuum tuarum: benedicetq́; tibi in terra quam acceperis. Suscitabit te Dominus sibi in populum sanctũ, sicut iurauit tibi: si custodieris mandata Domini Dei tui, & ambulaueris in vijs eius. Videbuntq́; omnes terrarũ populi quòd nomen Domini inuocatum sit super te,& timebunt te. Abundare te faciet Dominus omnibus bonis, fructu vteri tui,& fructu iumentorum tuorũ, fructu terræ tuæ quam iurauit Dominus patribus tuis vt daret tibi. Aperiet Dominus thesaurũ suum optimum, cœlum, vt tribuat pluuiam terræ tuæ in tempore suo: benedicetq́; cunctis operibus manuum tuarum. Et fœnerabis gentibus multis,& ipse à nullo fœnus accipies. Constituet te Dominus in caput,& nõ in caudam: & eris semper suprà,& non subtèr: si tamen audieris mandata Domini Dei tui quæ ego præcipio tibi hodie, & custodieris & feceris, ac non declinaueris ab eis nec ad dexteram nec ad sinistram, nec secutus fueris deos alienos, neq; colueris eos. Quòd si audire nolueris vocem Domini Dei tui, vt custodias & facias omnia mandata eius & ceremonias quas ego præcipio tibi hodie, venient super te omnes maledictiones istæ,& apprehendent te. Maledictus eris in ciuitate, maledictus in agro. Maledictũ horreum tuum,& maledictæ reliquiæ tuæ. Maledictus fructus ventris tui,& fructus terræ tuæ, armenta boum tuorum, & greges ouium tuarũ. Maledictus eris ingrediens, & maledictus egrediẽs. Mittet Dominus super te famẽ & esuriem, & increpationẽ in omnia opera tua quæ tu facies: donec conterat te & perdat velociter, propter adinuentiones tuas pessimas in quibus reliquisti me. Adiungat tibi Dominus pestilentiam, donec cõsumat te de terra ad quã ingredieris possidendam. Percutiat te Dominus egestate, febri & frigore, ardore & æstu,& aere corrupto ac rubigine,& persequatur donec pereas. Sit cœlũ quod supra te est, æneum: & terra quam calcas, ferrea. Det Dominus imbrem terræ tuæ puluerem,& de cœlo descendat super te cinis, donec conteraris. Tradat te Dominus corruentem ante hostes tuos,& per vnam viam egrediaris cõtra eos,& per septem fugias,& dispergaris per omnia regna terræ. Sitq́; cadauer tuũ in escam cũctis volatilibus cœli & bestijs terræ,& nõ sit qui abigat. Percutiat te Dominus vlcere Aegypti,& partẽ corporis per quam stercora digeruntur, scabie quoq; & prurigine: ita vt curari nequeas. Percutiat te Dominus amentia & cæcitate ac furore mentis, & palpes in meridie sicut palpare solet cæcus in tenebris, & nõ dirigas vias tuas. Omniq́; tempore calumniã sustineas, & opprimaris violentia, nec habeas qui liberet te. Vxorẽ accipias,& alius dormiat cũ ea. Domũ ædifices,& non habites in ea. Plantes vineã,& non vindemies eã. Bos tuus immoletur coram te,& non comedas ex eo. Asinus tuus rapiatur in conspectu tuo, & non reddatur tibi. Oues tuæ dentur inimicis tuis,& non sit qui te adiuuet. Filij tui & filiæ tuæ tradantur alteri populo videntibus oculis tuis, & deficientibus ad conspectum eorũ tota die,& non sit fortitudo in manu tua. Fructus terræ tuæ,& omnes labores tuos comedat populus quẽ ignoras: & sis semper calumniã sustinẽs,& oppressus cũctis diebus,& stupens ad terrorem eorũ quæ videbunt oculi tui. Percutiat te Dominus vlcere pessimo in genibus & in suris, sanariq́; non possis à planta pedis vsq; ad verticẽ tuum. Ducetq́; te Dominus,& regem quẽ cõstitueris super te, in gentem quã ignoras tu & patres tui: & seruies ibi dijs alienis, ligno & lapidi. Et eris perditus, in prouerbiũ ac fabulã omnibus populis, ad quos te introduxerit Dominus. Sementem multam iacies in terrã,& modicũ congregabis: quia locustæ deuorabũt omnia. Vineam plantabis & fodies,& vinum nõ bibes, nec colliges ex ea quippiam: quoniã vastabitur vermibus. Oliuas habebis in omnibus terminis tuis,& non vngêris oleo: quia defluent & deperibũt. Filios generabis & filias,& non fruêris eis: quoniam ducentur in captiuitatem. Omnes arbores tuas & fruges terræ tuæ rubigo consumet. Aduena qui tecũ versatur in terra, ascendet super te, eritq́; sublimior: tu autem descendes,& eris inferior. Ipse fœnerabit tibi,& tu non fœnerabis ei. Ipse erit in caput,& tu eris in caudã. Et venient super te omnes maledictiones istæ,& persequẽtes apprehendent te, donec intereas: quia nõ audisti vocem Domini Dei tui, nec seruasti mãdata eius & ceremonias quas præcepit tibi. Et erunt in te signa atq; prodigia,& in semine tuo vsq; in sempiternũ: eo quòd non seruieris Domino Deo tuo in gaudio, cordisq́; lætitia, propter rerũ omniũ abundãtiam. Seruies inimico tuo quem emittet tibi Dominus, in fame & siti & nuditate, & omni penuria, & ponet iugum ferreũ super ceruicẽ tuam, donec te cõterat. Adducet Dominus super te gentem de longinquo,& de extremis terræ finibus in similitudinem aquilæ volantis cũ impetu: cuius linguam intelligere non possis, gentem procaciss imã, quæ non deferat seni, nec misereatur paruuli,& deuoret fructum iumentorũ tuorum

Maledictiones non seruãtibus mãdata. Leuit. 26 b Thr. 2 f Mala. 2 a Baruch 1 d

Mich. 6 d Agg. 1 b

rum,ac fruges terræ tuæ:donec intereas,& non relinquat tibi triticum,vinũ,& oleum,armenta boum & greges ouium:do
nec te diſperdat,& cõterat in cũctis vrbibus tuis,& deſtruantur muri tui firmi atq; ſublimes, in quibus habebas fiduciam
F in omni terra tua. Obſideberis intra portas tuas in omni terra quam dabit tibi Dominus Deus tuus:& comedes fructum
vteri tui,& carnes filiorũ tuorũ & filiarũ tuarũ, quas dederit tibi Dominus Deus tuus,in anguſtia & vaſtitate qua opprimet te hoſtis tuus. Homo delicatus in te, & luxurioſus valde inuidebit fratri ſuo,& vxori quæ cubat in ſinu ſuo, ne det
eis de carnibus filiorũ ſuorum quas comedet: eo quòd nihil aliud habeat in obſidione & penuria qua vaſtauerint te inimici tui intra omnes portas tuas. Tenera mulier & delicata quæ
ſuper terrã ingredi nõ valebat,nec pedis veſtigiũ figere propter mollitiẽ & teneritudinem nimiã, inuidebit viro ſuo qui cubat in ſinu eius ſuper filij & filiæ carnibus,& illuuie ſecundinarum quæ egrediuntur de medio feminũ eius,& ſuper liberis qui eadẽ hora nati ſunt. comedent enim eos clàm propter rerum omnium penuriam,in obſidione & vaſtitate qua opprimet te inimicus tuus intra portas tuas. Niſi cuſtodieris,
& feceris omnia verba legis huius quæ ſcripta ſunt in hoc volumine,& timueris nomen eius glorioſum & terribile, hoc eſt Dominũ Deum tuum: augebit Dominus plagas tuas, &
plagas ſeminis tui,plagas magnas & perſeuerãtes, infirmitates peſsimas & perpetuas, & conuertet in te omnes afflictio-
G nes Aegypti,quas timuiſti,& adhærebũt tibi. Inſuper & vniuerſos languores,& plagas quæ nõ ſunt ſcriptæ involumine legis huius,inducet Dominus ſuper te,donec te conterat: & remanebitis pauci numero, qui prius eratis ſicut aſtra cœli præ multitudine: quoniã non audiſti vocẽ Domini Dei tui.
Et ſicut antè lętatus eſt Dominus ſuper vos,benevobis faciẽs vosq; multiplicãs:ſic lætabitur diſperdẽs vos atq; ſubuertẽs, vt auferamini de terra ad quã ingredieris poſsidendã. Diſperget te Dominus in omnes populos à ſummitate terræ vſque ad terminos eius:& ſeruies ibi dijs alienis quos & tu ignoras & patres tui,lignis & lapidibus. In gẽtib⁹ quoq; illis nõ quieſces,neq; erit requies veſtigio pedis tui. Dabit enim tibi Dominus ibi cor pauidũ,& deficientes oculos, & animam conſumptã mœrore,& eritvita tua quaſi pendens ante te. Timebis nocte & die,& nõ credes vitæ tuæ. Mane dices, Quis mihi det veſperũ?& veſpere, Quis mihi det mane?propter cordis tui formidinẽ,qua terreberis,& propter ea quæ tuis videbis oculis. Reducet te Dominus claſsibus in Aegyptum per viam de qua dixit tibi vt eam amplius non videres. Ibi vendêris inimicis tuis in ſeruos & ancillas,& non erit qui emat.

S. FOEDVS *& iuramentum Iſraelitarum cum domino iuxta Dei beneficia & commiſerationes in illos.* CAPVT XXIX.

A HAec ſunt verba fœderis,quod præcepit Dominus Moyſi,vt feriret cũ filijs Iſrael in terra Mo-
Exod.19.a ab:præter illud fœdus quod cũ eis pepigit in Horeb. Vocauitq; Moyſes omnẽ Iſrael, & dixit ad eos, Vos vidiſtis vniuerſa quæ fecit Dominus coràm vobis in terra Aegypti Pharaoni, & omnibus ſeruis eius, vniuerſæq; terræ illius,tẽtationes magnas quas viderunt oculi tui, ſigna illa portentaq; ingentia,& non dedit vobis Dominus cor intelligens,& oculos videntes,& aures quæ poſsint audire vſq;
Supra 8.a in præſentẽ diẽ. Adduxit vos quadraginta annis per deſertũ:
B non ſunt attrita veſtimẽta veſtra,nec calceamenta pedum veſtrorũ vetuſtate cõſumpta ſunt. Panem non comediſtis, vinum & ſicerã non bibiſtis:vt ſciretis quia ego ſum Dominus
Supra 3.a Deus veſter,& veniſtis ad hunc locum. Egreſſusq; eſt Seon rex Heſebon,& Og rex Baſan,occurrentes nobis ad pugnã. Et percuſsimus eos,& tulimus terram eorum, ac tradidimus poſsidendã Ruben & Gad,& dimidiæ tribui Manaſſe. Cuſtodite ergo verba pacti huius, & implete ea: vt intelligatis vniuerſa quæ facitis. Vos ſtatis hodie cuncti coram Domino Deo veſtro,principes veſtri & tribus ac maiores natu, atque doctores,omnis populus Iſrael,liberi & vxotesveſtræ & aduenæ qui tecũ morantur in caſtris, exceptis lignorũ cæſoribus,& his qui cõportant aquas:vt tranſeas in fœdere Domini Dei tui,& in iureiurãdo quod hodie Dominus Deus tuus
percutit tecum:vt ſuſcitet te ſibi in populum, & ipſe ſit Dominus Deus tuus: ſicut locutus eſt tibi, & ſicut iurauit patribus tuis Abrahã,Iſaac,& Iacob. Nec vobis ſolis ego hoc fœdus ferio,& hæc iuramenta cõfirmo,ſed cunctis præſentibus
C & abſentibus. Vos enim noſtis quomodo habitauerimus in terra Aegypti,& quomodo tranſierimus per medium nationum, quas tranſeuntes vidiſtis abominationes & ſordes, id eſt idóla eorum,lignũ & lapidẽ,argentũ & aurum quæ colebant. Ne fortè ſit inter vos vir aut mulier, familia aut tribus, cuius cor auerſum eſt hodie à Domino Deo noſtro:vt vadat & ſeruiat dijs illarum gentium,& ſit inter vos radix germinans fel & amaritudinẽ. Cumq; audierit verba iuramenti huius,benedicat ſibi in corde ſuo,dicẽs, Pax erit mihi,& ambulabo in prauitate cordis mei:& aſſumat ebria ſitientẽ, & Dominus nõ ignoſcat ei:ſed tũc quam maxime furor eius fumet & zelus cõtra hominẽ illum,& ſedeant ſuper eum omnia maledicta quæ ſcripta ſunt in hoc volumine:& deleat Dominus nomẽ eius ſub cœlo,& cõſumat eum in perditionẽ ex omnibus tribubus Iſrael,iuxta maledictiones quæ in libro legis
D huius ac fœderis cõtinentur. Dicetq; ſequẽs generatio, & filij qui naſcentur deinceps,& peregrini qui de lõge venerint, vidẽtes plagas terræ illius,& infirmitates quibus eã afflixerit Dominus ſulphure,& ſalis ardore cõburens, ita vt vltrà non ſeratur,nec virens quippiã germinet in exemplũ ſubuerſionis Sodomæ & Gomorrhæ,Adamę & Seboim,quas ſubuer Gene.19.e
tit Dominus in ira & in furore ſuo: & dicent omnes gentes, Quare ſic fecit Dominus terræ huic? quæ eſt hæc ira furoris Cauſa furoris Domini in populũ.
eius immenſa? Et reſpõdebunt, Quia dereliquerũt pactũ Domini quod pepigit cum patribus eorũ,quando eduxit eos de 3.Reg.9.b
terra Aegypti:& ſeruierunt dijs alienis, & adorauerunt eos Hier.22.c
quos neſciebant, & quibus non fuerant attributi:idcirco iratus eſt furor Domini cõtra terrã iſtã, vt induceret ſuper eam omnia maledicta,quæ in hoc volumine ſcripta ſunt,& eiecit eos de terra ſua in ira & in furore, & in indignatione maxima,proiecitq; in terrã alienam ſicut hodie cõprobatur. Abſcondita,Dño Deo noſtro:quæ manifeſta ſunt nobis & filijs noſtris vſq; in ſempiternũ,vt faciamus vniuerſa legis huius.

S. VERA *pœnitentia Deum placat,impœnitentes autem quali pœna mulctat Deus.* CAPVT XXX.

A CVm ergo venerint ſuper te omnes ſermones iſti, benedictio ſiue maledictio quã propoſui in conſpectu tuo: & ductus pœnitudine cordis tui in vniuerſis gentibus,in quas diſperſerit te Dominus Deus tuus,& reuerſus fueris ad eũ, & obedieris eius im- Pſal.105.d
perijs,ſicut ego hodie præcipio tibi,cũ filijs tuis,in toto corde tuo,& in tota anima tua:reducet te Dominꝰ Deus tuus de captiuitate tua,ac miſerebitur tui,& rurſum cõgregabit te de cunctis populis in quos te antè diſperſit. Si ad cardines cœli 1.Mac.1.f
fueris diſsipatus,inde te retrahet Dñs Deus tuus, & aſſumet & 2.c
atq; introducet in terrã quã poſſederũt patres tui, & obtinebis eã:& benedicens tibi maioris numeri te eſſe faciet, quàm
B fuerint patres tui. Circuncîdet Dñs Deus tuus cor tuũ,& cor ſeminis tui:vt diligas Dominum Deũ tuũ ex toto corde tuo, & in tota anima tua, vt poſsis viuere. Omnes autem maledictiones has cõuertet ſuper inimicos tuos, & eos qui oderunt te,& perſequũtur. Tu autẽ reuertêris,& audies vocẽ Domini Dei tui:faciesq; vniuerſa mandata quæ ego præcipio tibi hodie,& abundare te faciet Dominus Deus tuus in cunctis operibus manuum tuarum,in ſobolevteri tui,& in fructu iumentorũ tuorũ,in vbertate terræ tuæ, & in rerum omnium largitate. Reuertetur enim Dominus, vt gaudeat ſuper te

in omnibus bonis, sicut gauisus est in patribus tuis: si tamen audieris vocẽ Domini Dei tui, & custodieris præcepta eius
C & ceremonias quæ in hac lege scripta sunt: & reuertaris ad Dominũ Deum tuũ in toto corde tuo, & in tota anima tua.
[redacted] Mandatũ hoc quod ego præcipio tibi hodie, nõ supra te est,
[redacted] neq; procul positũ, nec in cœlo situm, vt possis dicere, Quis
[redacted] nostrũ valet ad cœlũ ascendere, vt deferat illud ad nos, vt au-
[redacted] diamus, atq; opere cõpleamus? Neq; trans mare positum: vt
[redacted] causeris, & dicas, Quis è nobis poterit transfretare mare, &
illud ad nos vsque deferre: vt possimus audire & facere quod
Rom.10.b præceptum est? Sed iuxta te est sermo valde in ore tuo & in
corde tuo, vt facias illum. Consydera quòd hodie proposuerim in conspectu tuo vitam & bonũ, & econtrario mortẽ &
D malũ: vt diligas Dominũ Deum tuũ, & ambules in vijs eius, & custodias mandata illius ac ceremonias atque iudicia: & viuas, atq; multiplicet te, benedicatq; tibi in terra ad quã ingrediẽris possidendã. Si autẽ auersum fuerit cor tuum, & audire
In inobedientes Dei verbo. nolueris, atq; errore deceptus adoraueris deos alienos, & seruieris eis: prædico tibi hodie quòd pereas, & paruo tempore morẽris in terra ad quã Iordane transmisso ingredieris possidendam. Testes inuoco hodie cœlum & terram, quòd proposuerim vobis vitam & mortem, benedictionem & maledictionem. Elige ergo vitam vt & tu viuas, & semen tuũ: & diligas Dominum Deum tuum, atque obedias voci eius, & illi adhæreas (ipse est enim vita tua, & longitudo dierum tuorum) vt habites in terra pro qua iurauit Dominus patribus tuis Abraham, Isaac, & Iacob, vt daret eam illis.

S. MOYSES *Iosue sibi sufficit in ducem, Deuteronomium legi iubet, & in arca seruari.* CAPVT XXXI.

A Bijt itaque Moyses, & locutus est omnia verba hæc ad vniuersum Israel, & dixit ad eos, Centum viginti annorũ sum hodie, nõ possum vltrà egredi & ingredi, præsertim cũ & Dominus dixerit
Moyses cõponit se ad mortem. mihi, Non transibis Iordanẽ istũ. Dominus ergo Deus tuus
Supra 3. d trãsibit ante te: ipse delebit omnes gẽtes has in cõspectu tuo,
Num.27.e & possidebis eas: & Iosue iste transibit ante te, sicut locutus
Num.21.e est Dominus. Facietq; Dominus eis sicut fecit Seon & Og regibus Amorrhæorũ, & terræ eorũ, delebitq; eos. Cũ ergo & hos tradiderit vobis, similiter facietis eis, sicut præcepi vo-
Supra 7.a bis. Viriliter agite, & confortamini: nolite timere, nec paueatis ad conspectum eorum: quia Dominus Deus tuus ipse est
B ductor tuus, & non dimittet, nec derelinquet te. Vocauitque Moyses Iosue, & dixit ei coram omni Israel, Confortare, & esto robustus: tu enim introduces populũ istũ in terrã quam daturũ se patribus eorũ iurauit Dominus, & tu eã sorte diuides. Et Dominus qui ductor est vester, ipse erit tecũ, non dimittet, nec derelinquet te: noli timere, nec paueas. Scripsit itaq; Moyses legẽ hãc, & tradidit eã sacerdotibus filijs Leui, qui portabant arcam fœderis Domini, & cunctis senioribus Israel. Præcepitq; eis, dicẽs, Post septẽ annos anno remissio-
C nis, in Solennitate tabernaculorũ, conuenientibus cunctis ex Israel, vt appareãt in cõspectu Domini Dei tui in loco quem elegerit Dominus: leges verba legis huius corã omni Israel, audientibus eis, & in vnum omni populo cõgregato, tam viris quàm mulieribus, paruulis & aduenis qui sunt intra portas tuas: vt audientes discant, & timeant Dominum Deum vestrũ, & custodiant, impleantq; omnes sermones legis huius. filij quoq; eorum qui nunc ignorant: vt audire possint, & timeant Dominũ Deum suũ cunctis diebus quibus versantur in terra ad quam vos Iordane transmisso pergitis obtinẽdam.
D Et ait Dominus ad Moysen, Ecce prope sunt dies mortis tuæ: voca Iosue, & state in tabernaculo testimonij, vt præcipiam ei. Abierunt ergo Moyses & Iosue, & steterũt in tabernaculo testimonij: apparuitq; Dominus ibi in colũna nubis, quæ stetit in introitu tabernaculi. Dixitq; Dominus ad Moysen, Ecce tu dormies cũ patribus tuis, & populus iste consurgens fornicabitur post deos alienos in terra ad quam ingredietur vt habitet in ea: ibi derelinquet me, & irritũ faciet fœdus quod pepigi cũ eo. Et irascetur furor meus cõtra eum in die illo: & derelinquam eum, & abscõdam faciem meã ab eo, & erit in deuorationẽ: inueniẽt eum omnia mala & afflictiones: ita vt dicat in illo die, Verè quia non est Deus mecũ, inue-
E nerunt me hæc mala. Ego autem abscondã, & celabo faciem meam in die illo propter omnia mala quæ fecit, quia secutus est deos alienos. Nunc itaque scribite vobis canticũ istud, & docete filios Israel: vt memoriter teneant & ore decantent, & sit mihi carmẽ istud pro testimonio inter filios Israel. Introducam enim eum in terram pro qua iurauí patribus eius, lacte & melle manantẽ. Cumq; comederint: & saturati crassiq; fuerint, auertẽtur ad deos alienos, & seruient eis, detrahentq; mihi, & irritũ facient pactũ meum. Postquã inuenerint eum mala multa & afflictiones, respõdebit ei canticum istud pro testimonio, quod nulla delebit obliuio ex ore seminis tui. Scio enim cogitationes quæ facturus sit hodie antequam in-
F troducam eum in terram quam ei pollicitus sum. Scripsit ergo Moyses canticum, & docuit filios Israel. Præcepitque Dominus Iosue filio Nun, & ait, Confortare, & esto robustus: tu enim introduces filios Israel in terram quam pollicitus sum, & ego ero tecum. Postquam ergo scripsit Moyses verba legis huius in volumine, atque cõpleuit, præcepit Leuitis, qui portabant arcam fœderis Domini, dicens, Tollite librum istum: & ponite in latere arcæ fœderis Domini Dei vestri: vt sit ibi contra te in testimonium. Ego enim scio con-
G tentionem tuam, & ceruicem tuam durissimam. Adhuc viuente me, & ingrediente vobiscum, semper contentiosè egistis contra Dominum: quantò magis, cum mortuus fuero? Congregate ad me omnes maiores natu per tribus vestras, atque doctores, & loquar audientibus eis sermones istos, & inuocabo cõtra eos cœlum & terram. Noui enim quòd post mortẽ meam iniquè agetis, & declinabitis citò de via quam præcepi vobis: & occurrent vobis mala in extremo tempore, quando feceritis malum in conspectu Domini, vt irritetis eum per opera manuum vestrarum. Locutus est ergo Moyses audiente vniuerso cœtu Israel verba carminis huius, & ad finem vsque compleuit.

S. CANTICO *Moysi finito iubetur Moyses Abarim conscendere montem, & terram contemplari.* CAP. XXXII.

A Vdite cœli quæ loquor, audiat terra verba oris mei. Concrescat in pluuiã doctrina mea, fluat vt ros eloquiũ meũ. Quasi imber super herbam, & quasi stillæ super gramina. Quia nomen Domini inuocabo: date magnificentiã Deo nostro. Dei perfecta sunt opera, & omnes viæ eius iudicia. Deus fidelis, & absque vlla iniquitate, iustus & rectus. Peccauerunt ei & non filij eius in sordibus, generatio prauа atq; peruersa. Hæccine reddis Domino populе stulte et insipiẽs? nũquid nõ ipse est pater tuus, qui possedit te, & fecit, & creauit te? Memento dierum antiquorũ, cogita generationes singulas: interroga patrem tuum, & annuntiabit tibi: maiores tuos, & dicent tibi. Quando diui-
B debat Altissimus gentes, quando separabat filios Adam, constituit terminos populorum iuxta numerum filiorum Israel. Pars autem Domini, populus eius: Iacob funiculus hæreditatis eius. Inuenit eum in terra deserta, in loco horroris, & vastæ solitudinis. Circunduxit eum, & docuit: & custodiuit quasi pupillam oculi sui. Sicut aquila prouocans ad volandum pullos suos, & super eos volitans, & expandit alas suas: & assumpsit eum, atque portauit in humeris suis. Dominus solus dux eius fuit: & non erat cum eo Deus alienus. Constituit eum super excelsam terram: vt comederet fructus agrorum, & sugeret mel de petra, oleumque de saxo durissimo: Butyrum de armento, & lac de ouibus cum adipe agnorum, & arietum filiorum Basan, & hircos cum medulla tritici, & sangui

Canticum Moysi ore decãtetur.

Canticum Moysi.

C sanguinẽ vuæ biberẽt meracissimũ. Incrassatus est dilectus, & recalcitrauit: incrassatus, impinguatus, dilatatus, dereliquit Deum factorem suum, & recessit à Deo salutari suo. Prouocauerunt eum in dijs alienis: & in abominationibus ad iracundiam concitauerunt. Immolauerunt dæmonijs & non Deo, dijs quos ignorabãt: noui recentesq; venerunt, quos non coluerunt patres eorum. Deum qui te genuit dereliquisti, & oblitus es Domini creatoris tui. Vidit dominus, & ad iracundiam concitatus est: quia prouocauerunt eum filij sui & filiæ. Et ait, Abscondam faciem meam ab eis, & consyderabo nouissima eorum: generatio enim peruersa est, & infideles filij. Ipsi me prouocauerunt in eo qui nõ erat Deus, & irritauerũt
Rom.10.d in vanitatibus suis: & ego prouocabo eos in eo qui nõ est populus, & in gente stulta irritabo illos. Ignis succensus est in
Hier.15.c D furore meo, & ardebit vsq; ad inferni nouissima: deuorabitq; terram cum germine suo, & montiũ fundamenta comburet. Congregabo super eos mala, & sagittas meas cõplebo in eis. Consumentur fame, & deuorabunt eos aues morsu amarissimo: dentes bestiarum immittam in eos, cum furore trahentium super terram, atq; serpentiũ. Foris vastabit eos gladius, & intus pauor, iuuenem simul ac virginem, lactentẽ cum homine sene. Et dixi, Vbinam sunt? cessare faciam ex hominibus memoriam eorum. Sed propter iram inimicorum distuli: ne fortè superbirent hostes eorum, & dicerent, Manus nostra excelsa, & non Dominus, fecit hæc omnia. Gens absque
E consilio est, & sine prudentia. Vtinã saperent, & intelligerẽt, ac nouissima prouiderent. Quomodo persequebatur vnus mille, & duo fugarent decem millia? nónne ideo, quia Deus suus vendidit eos, & Dominus conclusit illos? Non enim est Deus noster vt dij eorum: & inimici nostri sunt iudices. De vinea Sodomorum, vinea eorum, & de suburbanis Gomorrhæ: vua eorum vua fellis, & botri amarissimi. Fel draconum vinum eorum, & venenum aspidum insanabile. Nónne hæc cóndita sunt apud me, & signata in thesauris meis? Mea
Eccl.28.a est vltio, & ego retribuam eis in tempore, vt labatur pes eo-
Rom.12.d rum: iuxtà est dies perditionis, & adesse festinant tempora. Iu-
Hebr.10.e dicabit Dominus populum suum, & in seruis suis miserebitur. Videbit quòd infirmata sit manus, & clausi quoq; defecerunt, residuiq; consumpti sunt. Et dicet, Vbi sunt dij eorũ, in quibus habebant fiduciam? De quorum victimis comedebant adipes, & bibebant vinum libaminum: surgant, & opitulentur vobis, & in necessitate vos protegant. Videte quòd
Deus noster, Deus solus est. ego sim solus, & non sit alius Deus præter me: ego occîdam, & ego viuere faciam: percutiam, & ego sanabo, & nõ est qui de manu mea possit eruere. Leuabo ad cœlũ manum meam,
1.Reg.2.a & dicam, Viuo ego in æternum. Si acuero vt fulgur gladium
Tobi.13.a meum, & arripuerit iudicium manus mea: reddam vltio-
Sapiẽ.16.b nem hostibus meis, & his qui oderunt me retribuam. Inebriabo sagittas meas sanguine, & gladius meus deuorabit carnes, de cruore occisorum, & de captiuitate nudati inimico-
2.Macha. rum capitis. Laudate gentes populum eius, quia sanguinem
7.b seruorum suorum vlciscetur: & vindictam retribuet in hostes eorũ, & propitius erit terræ populi sui. Venit ergo Moy
G ses, & locutus est omnia verba cantici huius in auribus populi, ipse & Iosûe filius Nun. Compleuitq; omnes sermones istos, loquẽs ad vniuersum Israel, & dixit ad eos, Ponite corda vestra in omnia verba quæ ego testificor vobis hodie: vt mandetis ea filijs vestris custodire, & facere, & implere vniuersa quæ scripta sunt in volumine legis huius: quia non incassum præcepta sunt vobis, sed vt singuli in eis viuerẽt: quæ facientes longo perseueretis tempore in terra ad quam Iordane transmisso ingrediemini possidendam. Locutus que est Dominus ad Moysen in eadem die, dicens, Ascende in montem istum Abarim, id est transituum, in montem Nebo, qui est in terra Moab contra Iericho: & vide terram Chanáan, quam ego tradam filijs Israel obtinendã, & morere in monte. Quem conscendens iungêris populis tuis, sicut mortuus est Aaron frater tuus in monte Hor, & appositus populis suis: quia prævaricati estis cõtra me in medio filiorum Israel ad Aquas contradictionis in Cades deserti Sin: & non sanctificastis me inter filios Israel. Econtra, videbis terram, & non ingrediêris in eam quam ego dabo filijs Israel.

Num.20.d 33.c
Num.20.d 27.c

S. BENEDIXIT *Moyses moriturus duodecim tribubus Israel.*

CAPVT XXXIII.

A HAec est benedictio qua benedixit Moyses homo Dei filijs Israel ante mortem suam. Et ait, Dominus de Sinai venit, & de Seir ortus est nobis: apparuit de monte Pharan, & cum eo sancto
Sapien.1. A Deo docentur qui ei se submittunt. rũ millia. In dextera eius ignea lex. Dilexit populos, omnes sancti in manu illius sunt: & qui appropinquãt pedibus eius, accipient de doctrina illius. Legem præcepit nobis Moyses hæreditatem multitudinis Iacob. Erit apud rectissimum rex, congregatis principibus populi cum tribubus Israel. Viuat Ruben, & non moriatur, & sit paruus in numero. Hæc est Iudæ benedictio, Audi Domine vocem Iudæ, & ad populum suum introduc eum: manus eius pugnabunt pro eo, & adiutor illius contra aduersarios eius erit. Leui quoq; ait, Perfectio tua, & doctrina tua à viro sancto tuo, quem probasti in tentatione, & iudicasti ad Aquas contradictionis. Qui dixit patri suo, & matri suæ, Nescio vos: & fratribus suis, Ignoro illos: & nescierunt filios suos. Hi custodierunt eloquium tuum, & pactum tuum seruauerunt, iudicia tua ô Iacob, &
B legem tuam ô Israel: ponent thymiama in furore tuo, & holocaustum super altare tuum. Benedic Domine fortitudini eius, & opera manuum illius suscipe. Percute dorsa inimicorum eius: & qui oderunt eum, non consurgant. Et Beniamin ait, Amantissimus Domini habitabit confidenter in eo: quasi in thalamo tota die morabitur, & inter humeros illius requiescet. Ioseph quoq; ait, De benedictione Domini terra eius, de pomis cœli, & rore, atque abysso subiacente. De pomis fructuum solis ac lunæ, de vertice antiquorum montium, de pomis collium æternorum, & de frugibus terræ, & de plenitudine eius. Benedictio illius qui apparuit in rubo, veniat su- Exod.3.d
per caput Ioseph, & super verticem Nazaræi inter fratres
C suos. Quasi primogeniti tauri pulchritudo eius, cornua rhinocerôtis cornua illius: in ipsis ventilabit gentes vsque ad terminos terræ. hæ sunt multitudines Ephraim, & hæc millia Manasse. Et Zabûlon ait, Lætare Zabûlon in exitu tuo, & Issachar in tabernaculis tuis. Populos vocabunt ad montem: ibi immolabunt victimas iustitiæ. Qui inundationem maris quasi lac sugent, & thesauros absconditos arenarum. Et Gad ait, Benedictus in latitudine Gad: quasi leo requieuit, cepitq; brachium & verticem. Et vidit principatum suum, quòd in parte sua doctor esset repositus: qui fuit cum principibus populi, & fecit iustitias Domini, & iudicium suum cum Israel.
D Dan quoque ait, Dan catulus leonis, fluet largiter de Basan. Et Nephthali dixit, Nephthali abundantia perfruetur, & plenus erit benedictionibus Domini: mare & meridiem possidebit. Aser quoque ait, Benedictus in filijs Aser, sit placens fratribus suis, & tingat in oleo pedem suum. Ferrũ & æs calceamentum eius. Sicut dies iuuentutis tuæ, ita & senectus tua. Non est Deus alius vt Deus rectissimi: ascensor cœli auxiliator tuus. Magnificentia eius discurrunt nubes, habitaculum eius sursum, & subter brachia sempiterna: eijciet à facie tua inimicum, dicetq;, Conterere. Habitabit Israel confidenter, Hier.33.b
& solus. Oculus Iacob in terra frumenti & vini, cœliq; caligabunt rore. Beatus es tu Israel: quis similis tui populi, qui saluaris in Domino? scutum auxilij tui, & gladius gloriæ tuę. negabunt te inimici tui, & tu eorum colla calcabis.

S. MORTVVS *Moyses ac sepultus à Deo, occultè fletur à populo, illisq; Iosûe substituitur.*

CAPVT XXXIIII.

Ascendit

A ASCendit ergo Moyſes de campeſtribus Moab ſu
per montem Nebo, in verticem Phaſga contra
2. Mac. 2. a Iericho: oſtenditq; ei Dominus omnem terram
Supra 3. d Galaad vſque Dan, & vniuerſum Nepthali, ter-
ramq; Ephráim & Manaſſe, & omnem terram Iuda vſque
ad mare nouiſsimũ, & auſtralem partem, & latitudinem cam-
B pi Iericho ciuitatis palmarum vſq; Segor. Dixitq; Dominus
Gene. 12. b ad eum, Hæc eſt terra, pro qua iurauí Abraham, Iſaac, & Ia-
15. d cob, dicens, Semini tuo dabo eam. Vidiſti eam oculis tuis, &
Moritur non tranſibis ad illam. Mortuusq; eſt ibi Moyſes ſeruus Do-
Moyſes & mini in terra Moab, iubente Domino: & ſepeliuit eũ in valle
ſepelitur à terræ Moab contra Phogor: & non cognouit homo ſepul-
Domino. chrum eius vſque in præſentem diem. Moyſes centum & vi-
Iudæ c ginti annorum erat, quando mortuus eſt: non caligauit ocu-
C lus eius, nec dentes illius moti ſunt. Fleueruntq; eũ filij Iſrael
in campeſtribus Moab triginta diebus: & completi ſunt dies
planctus lugentium Moyſen. Iosûe verò filius Nun repletus
eſt ſpiritu ſapientiæ, quia Moyſes poſuit ſuper eum manus
D ſuas. Et obedierunt ei filij Iſrael, fecerũtq; ſicut præcepit Do
minus Moyſi. Et non ſurrexit vltrà prophęta in Iſrael ſicut
Moyſes, quem noſſet Dominus facie ad faciem in omnibus
ſignis atque portentis, quæ miſit per eum, vt faceret in terra
Aegypti Pharaoni, & omnibus ſeruis eius, vniuerſæq; terræ
illius, & cunctam manum robuſtam, magnaq; mirabilia, quę
fecit Moyſes coram vniuerſo Iſrael.

FINIS.

Hieronymi in Iosûe PRAEFATIO.

TANDEM *finito Pentateucho Moyſi, uelut grandi fœnore liberati, ad Ieſum filium Naue manum mittimus: quem Hebræi,* IEHOSVA BEN NVN, *id eſt, Ioſue filium Nun, uocant: & ad Iudicum librum, quem* SOPHETIM *appellant: ad Ruth quoque & Eſther, quos eiſdem nominibus efferunt. Monemusq; lectorem ut ſyluam Hebraicorum nominum, & diſtinctiones per membra diuiſas, diligens ſcriptor conſeruet: ne & noſter labor, & illius ſtudium pereat. Et ut in primis, quod ſæpe teſtatus ſum, ſciat me non in reprehenſionem ueterum noua cudere, ſicut inimici mei criminantur: ſed pro uirili parte offerre linguæ meæ hominibus. quos tamen noſtra delectant, ut pro Græcorum ἐξαπλοῖς. quæ & ſumptu & labore maximo indigent, editionem noſtram habeant. Et ſicubi in antiquorum uoluminum lectione dubitarint, hæc illis conferentes inueniant quod requirũt: maxime cum apud Latinos tot ſint exemplaria. quot cõdices: & unuſquiſq; pro arbitrio ſuo uel addiderit uel ſubtraxerit quod ei uiſum eſt: & utiq; non poſſit uerum eſſe quod diſſonat. Vnde ceſſet arcuato uulnere contra nos inſurgere ſcorpius, & ſanctum opus uenenata carpere lingua deſiſtat: uel ſuſcipiens, ſi placet: uel contemnens, ſi diſplicet: memineritq; illorum uerſuum,* Os tuum abundauit nequitia: *& lingua tua cõcinnabat dolos. Sedens aduerſus fratrem tuum loquebaris: & aduerſus filium matris tuæ ponebas ſcandalum: hæc feciſti, & tacui. Exiſtimaſti inique quòd ero tui ſimilis? arguam te, & ſtatuam contra faciem tuam. Quæ enim audientis uel legentis utilitas eſt, nos laborando ſudare, & alios detrahendo laborare: dolere Iudæos quòd calumniandi eis & irridendi Chriſtianos ſit ablata occaſio, & ecclęſiæ homines id diſpicere, imò lacerare unde aduerſarij torqueantur? Quòd ſi uetus eis tantum interpretatio placet, quæ & mihi non diſplicet: & nihil extra recipiendum putant: cur ea quæ ſub aſteriſcis & obelis uel addita ſunt uel amputata, legunt, & negligunt? Quare Danielem iuxta Theodotionis translationem, ecclęſiæ ſuſceperunt? Cur Origenem mirantur, & Euſebium Pamphili, cunctas editiones ſimiliter diſſerentes? Aut quæ fuit ſtultitia, poſtquam uera dixerint, proferre quæ falſa ſunt? Vnde autem in Nouo teſtamento probare poterunt aſſumpta teſtimonia quæ in libris ueteribus non habentur? Hæc dicimus, ne omnino calumniantibus tacere uideamur. Cæterum poſt ſanctæ Paulæ dormitionem, cuius uita, uirtutis exemplum eſt: & hos libros quos Euſtochio uirgini* CHRISTI *negare non potui: decreuimus dũ ſpiritus hos regit artus, prophetarum explanationi incumbere: & omiſſum iam diu opus, quaſi quodam poſtliminio, repetere: præſertim cum & admirabilis, ſanctuſq; uir Pammachius, hoc idem literis flagitet: & nos ad patriam feſtinantes mortiferos ſirenarum cantus ſurda debeamus aure tranſire.*

ARGVMENTVM IN LIBRVM IOSVE.

IESVS filius Naue, typum Domini non ſolum in geſtis, verũetiam in nomine gerens, tranſit Iordanem, hoſtium regna ſubuertit, diuidit terram victori populo: & per ſingulas vrbes, viculos, montes, flumina, torrentes, atque confinia, eccleſiæ, cœleſtisque Ieruſalem ſpiritualia regna deſcribit.

Liber Iosûe, Hebraicè Iehoſûa.

S. TERRAM *promiſſam iuſſus à Domino Iehoſûa expugnare, tribus Ruben, Gad, & dimidiam Manaſſæ ad reducendos fratres hortatur.* CAPVT I.

A  T FACTVM eſt poſt mortẽ Moyſi
ſerui Domini, vt loqueretur Dominus
ad Iosûe filiũ Nun, miniſtrũ Moyſi, &
diceret ei, Moyſes ſeruꝰ meus mortuus
eſt: ſurge, & tranſi Iordanem iſtum tu
& omnis populus tecum in terrã quam
ego dabo filijs Iſrael. Omnem locum Deut. 11. c
quem calcauerit veſtigiũ pedis veſtri, vobis tradam, ſicut lo-
cutus ſum Moyſi. A deſerto & Libano vſq; ad fluuiũ magnũ
Euphráten, omnis terra Hethæorũ vſq; ad mare magnũ con-
tra ſolis occaſum erit terminus veſter. Nullus poterit vobis
reſiſtere cunctis diebus vitæ tuæ: ſicut fui cum Moyſe, ita ero
tecum: nõ dimittã, nec derelinquã te. Cõfortare & eſto robu- Hebr. 13. d
ſtus: tu enim ſorte diuides populo huic terrã pro qua iurauí
B patribus tuis vt traderẽ eam illis. Cõfortare igitur, & eſto ro-
buſtus valde: vt cuſtodias & facias omnem legẽ quam præce-
pit tibi Moyſes ſeruus meus: ne declines ab ea ad dexterã vel
ad ſiniſtram, vt intelligas cuncta quæ agis. Non recedat volu- Præcipit
men legis huius ab ore tuo: ſed meditaberis in eo diebus ac Dominus
noctibus, vt cuſtodias & facias omnia quæ ſcripta ſunt in eo: Iosûe cõ-
tunc diriges viã tuã, & intelliges eã. Ecce præcipio tibi, cõfor- tinuã lectio-
tare, & eſto robuſtus. Noli metuere, & noli timere: quoniam nẽ Deute-
tecũ eſt Dñs Deus tuus in omnibus ad quæcũq; perrexeris. ronomij.
C Præcepitq; Iosûe principibus populi, dicẽs, Trãſite per me-
diũ caſtrorũ, & imperate populo, ac dicite, Præparate vobis
cibaria: quoniã poſt diẽ tertiũ trãſibitis Iordanẽ, & intrabitis
ad poſſidẽdam terram quam Dominus Deus veſter daturus
eſt vobis. Rubenitis quoq;, & Gaditis, & dimidiæ tribui Ma-
naſſe ait, Mementote ſermonis quem præcepit vobis Moy- Num. 32. d
ſes famulus Domini, dicens, Dominus Deus veſter dedit vo-
bis requiẽ, & omnem terrã. Vxores veſtræ, & filij, ac iumẽta
manebunt in terra quam tradidit vobis Moyſes trans Iorda-
nem: vos autẽ trãſite armati ante fratres veſtros, omnes fortes
D manu, & pugnate pro eis, donec det Dominus requiem fra-
tribus veſtris ſicut & vobis dedit, & poſſideãt ipſi quoq; ter-
ram quã Dominus Deus veſter daturus eſt eis. & ſic reuerti-
mini in terrã poſſeſſionis veſtræ, & habitabitis in ea quã vo-
bis dedit Moyſes famulus Domini trãs Iordanem cõtra ſolis
ortũ. Reſpõderuntq; ad Iosûe, atq; dixerũt, Omnia quæ præ-
cepiſti nobis, faciemus: & quocũq; miſeris, ibimus. Sicut obe
diuimus in cunctis Moyſi, ita obediemus & tibi: tantùm ſit
Dominus

Dominus Deus tecum, sicut fuit cum Moyse. Qui contradixerit ori tuo, & non obedierit cunctis sermonibus quos preceperis ei, moriatur. tu tantùm confortare, & viriliter age.

S. MISSI *exploratores in urbem Iericho, à Raab meretrice promissa illi misericordia saluantur.*

CAPVT II.

A MIsit igitur Iosûe filius Nun de Setim duos viros exploratores in abscondito: & dixit eis, Ite, & considerate terram, vrbemq; Iericho. Qui pergentes ingressi sunt domũ mulieris meretricis, nomine Raab, & quieuerunt apud eam. Nuntiatũq; est regi Iericho, & dictũ, Ecce viri ingressi sunt huc per noctẽ de filijs Israel, vt explorarẽt terrã. Misitq; rex Iericho ad Raab meretricẽ, dicens, Educ viros qui venerũt ad te, & ingressi sunt domum tuam: exploratores quippe sunt, & omnem terrã considerare venerunt. Tollens q; mulier viros, abscondit, & ait, Fateor venerunt ad me, sed nesciebã vnde essent. cumq; porta clauderetur in tenebris, & illi pariter exierunt, nescio quò abierunt: persequimini citò, & cõprehendetis eos. Ipsa autẽ fecit ascendere viros in solarium domûs suæ, operuitq; eos stipula lini, quæ ibi erat. Hi autẽ qui missi fuerant, secuti sunt eos per viam quæ ducit ad vada Iordanis: illisque egressis statim porta clausa est. Necdum obdormierant qui latebant, & ecce mulier ascendit ad eos, & ait, Noui quòd Dominus tradiderit vobis terram: etenim irruit in nos terror vester, & elanguerunt omnes habitatores terræ. Audiuimus quòd siccauerit Dominus aquas Maris rubri ad vestrum introitum, quando egressi estis ex Aegypto: & quæ feceritis duobus Amorrhæorum regibus qui erant trans Iordanẽ, Seon & Og, quos interfeciſtis. Et hæc audientes pertimuimus, & elanguit cor nostrum, nec remansit in nobis spiritus ad introitũ vestrum: Dominus enim Deus vester ipse est Deus in cœlo sursum, & in terra deorsum. Nunc ergo iurate mihi per Dominũ, vt quomodo ego misericordiã feci vobiscum, ita & vos faciatis cum domo patris mei: detisq; mihi verum signum: & saluetis patrem meum & matrẽ, fratres ac sorores meas, & omnia quæ illorum sunt, & eruatis animas nostras à morte. Qui responderunt ei, Anima nostra sit pro vobis in mortem: si tamen non prodideris nos. Cumq; tradiderit nobis Dominus terram, faciemus in te misericordiam & veritatem. Demisit ergo eos per funem de fenestra: domus enim eius hærebat muro. Dixitq; ad eos, Ad montana conscendite, ne fortè occurrant vobis reuertentes: ibiq; latitate tribus diebus donec redeant, & sic ibitis per viam vestram. Qui dixerunt ad eam, Innoxij erimus à iuramento hoc quo adiurasti nos, si ingredientibus nobis terram, signum fuerit funiculus iste coccineus, & ligaueris eum in fenestra, per quam demisisti nos: & patrem tuum ac matrem, fratresq;, & omnem cognationem tuam cõgregaueris in domum tuam. Qui ostium domus tuæ egressus fuerit, sanguis ipsius erit in caput eius, & nos erimus alieni. Cunctorum autem sanguis qui tecum in domo fuerint, redundabit in caput nostrum, si eos aliquis tetigerit. Quòd si nos prodere volueris, & sermonem istum proferre in medium, erimus mundi ab hoc iuramento quo adiurasti nos. Et illa respondit, Sicut locuti estis, ita fiat. Dimittens q; eos vt pergerent, appendit funiculum coccineum in fenestra. Illi verò ambulantes peruenerũt ad montana, & manserunt ibi tres dies, donec reuerterentur qui fuerant persecuti: quærentes enim per omnem viam non repererunt eos. Quibus vrbem ingressis, reuersi sunt, & descenderunt exploratores de monte: & transmisso Iordane venerunt ad Iosûe filium Nun, narrauerunt q; ei omnia quæ acciderant sibi, atque dixerunt, Tradidit Dominus omnem terram hanc in manus nostras, & timore prostrati sunt cuncti habitatores eius.

Iacobi 2.d Hebr.11.f

Num.21.e

S. IORDANEM *siccatum Israel Dei miraculo transit.*

CAPVT III.

A IGitur Iosûe de nocte consurgens mouit castra: egredientesq; de Setim, venerũt ad Iordanẽ ipse, & omnes filij Israel, & morati sunt ibi per tres dies. Quibus euolutis trãsierũt præcones per castrorũ mediũ, & clamare cœperũt. Quãdo videritis arcã fœderis Dñi Dei vestri, & sacerdotes stirpis Leuiticæ portãtes eã, vos quoq; cõsurgite, & sequimini præcedentes: sitq; inter vos & arcã spatiũ cubitorũ duũm milliũ, vt procul magis videre possitis, & nosse per quam viã ingrediamini: quia prius nõ ambulastis per eã. & cauete ne appropinquetis ad arcam.

B Dixitq; Iosûe ad populum, Sanctificamini: cras enim faciet Dñs inter vos mirabilia. Et ait ad sacerdotes, Tollite arcam fœderis, & præcedite populũ. Qui iussa cõplẽtes, tulerũt, & ambulauerũt ante eos. Dixitq; Dñs ad Iosûe, Hodie incipiã exaltare te corã omni Israel: vt sciant quòd sicut cum Moyse fui, ita & tecũ sim. Tu autẽ præcipe sacerdotibus qui portant arcã fœderis, & dic eis, Cũ ingressi fueritis partẽ aquæ Iordanis, state in ea. Dixitq; Iosûe ad filios Israel, Accedite huc, &

C audite verbũ Dñi Dei vestri. Et rursum, In hoc, inquit, scietis quòd Dñs Deus viuens in medio vestri est, & disperdet in conspectu vestro Chananæũ & Hethæũ, Heuæũ & Pherezæũ, Gergesæũ quoq; & Iebusæũ, & Amorrhæũ. Ecce, arca fœderis Dñi omnis terræ antecedet vos per Iordanẽ. Parate duodecim viros de duodecim tribubus Israel, singulos per singulas tribus. Et cũ posuerint vestigia pedũ suorũ sacerdotes qui portãt arcam fœderis Domini Dei vniuersæ terræ in aquis Iordanis, aquæ quæ inferiores sunt, decurrent atq; deficient: quæ autẽ désuper veniũt, in vna mole consistent. Igitur egressus est populus de tabernaculis suis, vt transiret Iordanẽ: & sacerdotes qui portabãt arcam fœderis pergebãt an-

D te eũ. Ingressisq; eis Iordanẽ, & pedibus eorũ in parte aquæ tinctis (Iordanis autẽ, ripas aluei sui tẽpore messis impleuerat) steterũt aquæ descendẽtes in loco vno, & adinstar montis intumescentes apparebant procul ab vrbe quæ vocatur Edom, vsque ad latus Sarthan. quæ autem inferiores erant, in mare solitudinis (quod nunc vocatur Mortuũ) descenderunt vsquequo omnino deficerent. Populus autem incedebat contra Iericho: & sacerdotes qui portabant arcam fœderis Domini, stabant super siccam humum in medio Iordanis accincti, omnisq; populus per arentem alueum transibat.

Actu.7.f Eccl.24.c

S. DVODECIM *lapides in Iordane in memoriam ipsius siccati colliguntur.*

CAPVT IIII.

A QVibus transgressis dixit Dominus ad Iosûe, Elige duodecim viros singulos per singulas tribus, & præcipe eis vt tollant de medio Iordanis alueo, vbi steterunt pedes sacerdotũ, duodecim durissimos lapides, quos ponetis in loco castrorum vbi fixeritis hac nocte tentoria. Vocauitque Iosûe duodecim viros, quos elegerat de filijs Israel singulos de singulis tribubus, & ait ad eos, Ite ante arcam Domini Dei vestri ad Iordanis mediũ, & portate inde singuli singulos lapides in humeris vestris, iuxta numerum filiorum Israel, vt sit signum inter vos. Et quando interrogauerint vos filij vestri cras, dicẽtes, Quid sibi volunt

B isti lapides? respondebitis eis, Defecerunt aquæ Iordanis ante arcã fœderis Domini, cũ transiret eũ: idcirco positi sunt lapides isti in monimentũ filiorũ Israel vsq; in æternũ. Fecerunt ergo filij Israel sicut præcepit eis Iosûe, portantes de medio Iordanis alueo duodecim lapides, vt Dominus ei imperarat, iuxta numerum filiorum Israel, vsq; in locũ in quo castrametati sunt, ibiq; posuerunt eos. Alios quoq; duodecim lapides posuit Iosûe in medio Iordanis alueo, vbi steterunt sacerdotes, qui portabãt arcã fœderis, & sunt ibi vsq; in præsentẽ diẽ. Sacerdotes autem qui portabant arcam, stabant in Iordanis medio, donec omnia complerentur quæ Iosûe, vt loqueretur ad populum, præceperat Dominus, & dixerat ei Moyses.

C Festinauitq; populus, & transijt. Cumq; transissent omnes,

transi

transiuit & arca Domini, sacerdotes quoque pergebant ante
Num.32 d populum. Filij quoq; Ruben, & Gad, & dimidia tribus Manasse, armati præcedebant fratres suos filios Israel, sicut eis præceperat Moyses: & quadraginta pugnatorum millia per turmas, & cuneos incedebant per plana atq; campestria vrbis Iericho. In die illo magnificauit Dominus Iosûe coram omni Israel, vt timerent eum, sicut timuerant Moysen dum adhuc viueret. Dixitq; ad eum, Præcipe sacerdotibus qui portant arcam fœderis, vt ascendant de Iordane. Qui præcepit eis, dicens, Ascendite de Iordane. Cumq; ascendissent portantes arcam fœderis Domini, & siccam humum calcare cœpissent,
D reuersæ sunt aquæ in alueum suum, & fluebãt sicut antè consueuerant. Populus autem ascendit de Iordane decimo die mensis primi, & castrametati sunt in Galgalis contra orientalem plagam vrbis Iericho. Duodecim quoque lapides, quos de Iordanis alueo sumpserant, posuit Iosûe in Galgalis, & dixit ad filios Israel, Quando interrogauerint filij vestri cras patres suos, & dixerint eis, Quid sibi volunt lapides isti? docebitis eos, atq; dicetis, Per arentem alueum transiuit Israel Iordanem istum, siccante Domino Deo vestro aquas eius in cõ-
Exod.14 e spectu vestro, donec transiretis: sicut fecerat prius in Mari rubro, quod siccauit donec transiremus: vt discant omnes terrarum populi fortissimam Domini manum, vt & vos timeatis Dominum Deum vestrum omni tempore.

S. CIRCVNCISIONE & Pascha celebratis terrentur Chananæi, deficit Manna, & angelus Domini Iosûe alloquitur.

CAPVT V.

A De secũda circũcisione sub Iosûe, & quã ob rem. POstquam ergo audierunt omnes reges Amorrhæorum, qui habitabant trans Iordanem ad occidentalem plagam, & cuncti reges Chanáan, qui propinqua possidebant magni maris loca, quòd siccasset Dominus fluenta Iordanis coram filijs Israel donec transirent, dissolutum est cor eorum, & non remansit in eis spiritus timentium introitum filiorum Israel. Eo tẽpore ait Dominus ad Iosûe. Fac tibi cultros lapideos, & circuncide secundò filios Israel. Fecitq; quod iusserat Dominus, & circun
B cidit filios Israel in colle præputiorum. Hæc autem causa est secundæ circumcisionis, Omnis populus qui egressus est de Aegypto generis masculini, vniuersi bellatores viri mortui sunt in deserto, per longissimos viæ circuitus, qui omnes circuncisi erant. Populus autẽ qui natus est in deserto, per quadraginta annos itineris latissimæ solitudinis incircũcisus fuit: donec consumerentur qui non audierant vocem Domini, & quibus antè iurauerat vt ostenderet eis terram lacte & melle manantem. Horum filij, in locum successerunt patrum, & circũcisi sunt à Iosûe: quia sicut nati fuerant, in præputio erant,
C nec eos in via aliquis circũciderat. Postquã autem omnes circũcisi sunt, mãserũt in eodẽ castrorũ loco, donec sanarentur. Dixitq; Dominus ad Iosûe, Hodie abstuli opprobriũ Aegypti à vobis. Vocatumq; est nomen loci illius Galgala, vsq; in præsentẽ diem. Mãserũtq; filij Israel in Galgalis, & fecerunt Phase quartadecima die mensis ad vesperũ in cãpestribus Iericho: & comederũt de frugibus terræ die altero, azymos pa-
Deficit Mãna. nes, & polentã eiusdẽ anni. Defecitq; Mãna postquã comederũt de frugibus terræ, nec vsi sunt vltrà cibo illo filij Israel,
D sed comederunt de frugibus præsentis anni terræ Chanáan. Cum autem esset Iosûe in agro vrbis Iericho, leuauit oculos, & vidit virum stantem contra se, euaginatum tenentẽ gladiũ: perrexitq; ad eum, & ait, Noster es, an aduersariorũ? Qui respondit, Nequaquã, sed sum princeps exercitus Domini, & nunc venio. Cecidit Iosûe pronus in terram. Et adorans ait, Quid Dominus meus loquitur ad seruum suum? Solue, inquit, calceamentum tuum de pedibus tuis: locus enim in quo stas, sanctus est. Fecitq; Iosûe vt sibi fuerat imperatum.

S. EXPVGNATA Iericho funditus, & Raab seruata, maledicitur reædificatori eius. CAPVT VI.

A IEricho autem clausa erat atq; munita timore filiorũ Israel, & nullus egredi audebat aut ingredi. Dixitque Dominus ad Iosûe, Ecce dedi in manus tuas Iericho, & regẽ eius, omnesq; fortes viros. Circuite vrbẽ cuncti bellatores semel per diẽ: sic facietis sex diebus. Septimo autẽ die sacerdotes tollent septẽ buccinas, quarũ vsus est in Iubileo, & precedent arcã fœderis: septiesq; circuibitis ciuitatem, & sacerdotes clangent buccinis. Cumq; insonuerit vox tubæ longior atq; concisior, & in auribus vestris increpuerit, conclamabit omnis populus vociferatione maxima, & muri funditus corruent ciuitatis, ingredientur q; singuli per locũ cõtra quẽ steterint. Vocauit ergo Iosûe filius Nun sacerdotes, & dixit ad eos, Tollite arcã fœderis: & septẽ alij sacerdotes tollant septẽ Iubileorum buccinas, & incedant ante arcam Domini. Ad populum quoq; ait, Ite, & circuite ciuitatem armati, precedentes arcam Domini.
B Cumq; Iosûe verba finisset, & septẽ sacerdotes septẽ buccinis clangerent ante arcã fœderis Domini, omnisq; precederet armatus exercitus, reliquum vulgus arcam sequebatur, ac buccinis omnia concrepabant. Præceperat autem Iosûe populo, dicens, Non clamabitis, nec audietur vox vestra, neque vllus sermo ex ore vestro egredietur: donec veniat dies in quo dicã vobis, clamate & vociferamini. Circuiuit ergo arca Domini ciuitatem semel per diem, & reuersa in castra, mansit ibi. Igitur Iosûe de nocte consurgente, tulerunt sacerdotes arcam Domini, & septẽ ex eis septem buccinas, quarũ in Iubileo vsus est: præcedebantq; arcã Domini ambulãtes atq; clangentes: & armatus populus ibat ante eos, vulgus autem reliquũ sequebatur arcam, & buccinis personabat. Circuierunt q; ciuitatẽ secundo die semel, & reuersi sunt in castra. Sic fecerunt sex diebus. Die autẽ septimo diluculo cõsurgentes, circuierunt vrbem, sicut dispositũ erat, septies. Cumq; septimo circuitu clangerent buccinis sacerdotes, dixit Iosûe ad
C omnem Israel, Vociferamini: tradidit enim vobis Dominus ciuitatẽ: sit q; ciuitas hæc anathema: & omnia quæ in ea sunt, Domino. sola Raab meretrix viuat cum vniuersis qui cum ea in domo sunt: abscondit enim nuntios quos direximus. Vos autem cauete ne de his quæ præcepta sunt, quippiã contingatis, & sitis præuaricationis rei, & omnia castra Israel sub peccato sint atq; turbentur. Quicquid autem auri, & argenti fuerit, & vasorum æneorum ac ferri, Domino consecretur, repositum in thesauris eius. Igitur omni populo vociferante, & clangentibus tubis, postquam in aures multitudinis vox sonitusq; increpuit, muri illico corruerunt: & ascendit vnusquisq; per locum qui contra se erat: ceperunt q; ciuitatem, & interfecerunt omnia quæ erant in ea, à viro vsq; ad mulierem, ab infante vsque ad senem. Boues quoq; & oues, & asinos in
D ore gladij percusserunt. Duobus autem viris, qui exploratores missi fuerant, dixit Iosûe, Ingredimini domum mulieris meretricis, & producite eam, & omnia quæ illius sunt, sicut illi iuramento firmastis. Ingressiq; iuuenes, eduxerunt Raab, & parentes eius, fratres quoque, & cunctam supellectilem ac cognationẽ illius, & extra castra Israel manere fecerunt. Vrbem autem, & omnia quæ inuenta sunt in ea, succenderunt: absq; auro & argento, & vasis æneis, ac ferro, quæ in ærarium Domini consecrarunt. Raab verò meretricem, & domum patris eius, & omnia quæ habebat, fecit Iosûe viuere, & habitauerunt in medio Israel vsq; in præsentem diem: eo quòd absconderit nuntios quos miserat vt explorarent Iericho. In tempore illo imprecatus est Iosûe, dicens, Maledictus vir coram Domino, qui suscitauerit, & ædificauerit ciuitatem Iericho. In primogenito suo fundamenta illius iaciat, & in nouissimo liberorum ponat portas eius. Fuit ergo Dominus cum Iosûe, & nomen eius vulgatum est in omni terra.

Supra 2.1

Hebr.11.f

2.Ma.12.d

Supra 2.6.

Hebr.11.f

3.Re.16.b

S. EXPLORATA Hai Achan propter furtum anathematis Iericho habita sorte lapidatur. CAPVT VII.

Filij

S. EXPVGNATA Hai Rex eius suspenditur, erecto altari lapideo Deuteronomium inscribitur, & populo benedicitur.

CAPVT VIII.

A Dixit autem Dominus ad Iosûe, Ne timeas, neque formides: tolle tecũ omnem multitudinẽ pugnatorũ, & consurgens ascende in oppidũ Hai. ecce tradidi in manũ tuam regem eius, & populũ, urbemq; & terram. Faciesq; vrbi Hai, & regi eius, sicut fecisti Iericho, & regi illius: prædã verò, & omnia animantia diripietis vobis: pone insidias vrbi post eam. Surrexitq; Iosûe, et omnis exercitus bellatorum cum eo, vt ascenderent in Hai: & electa triginta millia virorum fortium misit nocte, præcepitq; eis, dicens, Ponite insidias post ciuitatẽ: nec longius recedatis, & eritis omnes parati. ego autem, & reliqua multitudo, quæ mecũ est, ascẽdemus ex aduerso contra vrbẽ. Cumq; exierint cõtra nos, sicut antè fecimus, fugiemus, & terga vertemus: donec persequẽtes ab vrbe longius protrahãtur. putabunt enim nos fugere sicut prius. Nobis ergo fugientibus, & illis persequẽtibus, cõsurgetis de insidijs, & vastabitis ciuitatem: tradetq; eam Dñs Deus vester in manus vestras. Cumq; ceperitis, succendite eam, & sic omnia facietis vt iussi. Dimisitq; eos, & perrexerunt ad locũ insidiarũ, sederũtq; inter Bethel & Hai, ad occidentalẽ plagã vrbis Hai: Iosûe autem nocte illa in medio mãsit populi, surgensq; diluculo recẽsuit socios, & ascẽdit cũ senioribus in fronte exercitus, vallatus auxilio pugnatorũ. Cumq; venissent, & ascẽdissent ex aduerso ciuitatis, steterunt ad septentrionalẽ vrbis plagã, inter quam & eos erat vallis media. Quinq; autẽ millia virorum elegerat, & posuerat in insidijs inter Bethel & Hai, ex occidẽtali parte eiusdem ciuitatis: omnis verò reliquus exercitus ad aquilonem aciẽ dirigebat, ita vt nouissimi multitudinis occidẽtalem plagã vrbis attingerẽt. Abijt ergo Iosûe nocte illa, & stetit in vallis medio. Quod cum vidisset rex Hai, festinauit mane, & egressus est cũ omni exercitu ciuitatis, direxitq; aciẽ contra desertũ, ignorãs quòd post tergũ laterẽt insidiæ: Iosûe verò, & omnis Israel cesserũt loco, simulãtes metũ, & fugiẽtes per solitudinis viam. At illi vociferantes pariter, & se mutuò cohortãtes, persecuti sunt eos. Cumq; recessissent à ciuitate, & ne vnus quidẽ in vrbe Hai, & Bethel remãsisset qui nõ persequeretur Israel (sicut eruperãt aperta oppida relinquẽtes) dixit Dominus ad Iosûe, Leua clypeũ qui in manu tua est contra vrbẽ Hai, quoniã tibi tradã eam. Cumq; eleuasset clypeũ ex aduerso ciuitatis, insidiæ quæ latebãt, surrexerunt confestim: & pergẽtes ad ciuitatẽ, ceperunt, & succenderunt eam. Viri autẽ ciuitatis qui persequebãtur Iosûe, respiciẽtes & videntes fumum vrbis ad cœlum vsq; conscendere, non potuerunt vltrà huc illucq; diffugere: præsertim cum hi qui simulauerant fugam, & tendebant ad solitudinẽ, contra persequẽtes fortissimè restitissent. Videnscque Iosûe & omnis Israel quòd capta esset ciuitas, & fumus vrbis ascenderet, reuersus percussit viros Hai. Siquidẽ & illi qui ceperant & succenderant ciuitatẽ, egressi ex vrbe cõtra suos, medios hostium ferire cœperunt. Cum ergo ex vtraq; parte aduersarij cæderentur, ita vt nullus de tanta multitudine saluaretur, regẽ quoque vrbis Hai apprehenderũt viuentẽ, & obtulerũt Iosûe. Igitur omnibus interfectis qui Israelem ad deserta tendentem fuerant persecuti, & in eodem loco gladio corruentibus, reuersi filij Israel percusserunt ciuitatem. Erant autem qui in eodem die conciderant à viro vsque ad mulierem, duodecim millia hominum, omnes vrbis Hai. Iosûe verò non contraxit manum, quam in sublime porrexerat, tenẽs clypeum, donec interficerentur omnes habitatores Hai. Iumenta autem & prædam ciuitatis diuiserunt sibi filij Israel, sicut præceperat Dominus Iosûe. Qui succendit vrbem, & fecit eam tumulum sempiternum: regem quoque eius suspendit in patibulo vsq; ad vesperam & solis occasum. Præcepitq; Iosûe, & deposuerunt cadauer eius de cruce: proieceruntque in ipso introitu ciuitatis,

Supra 9. d

Infra 22. d

A Ilij autem Israel præuaricati sunt mandatum, & vsurpauerunt de anathemate. Nam Achan filius Charmi filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda, tulit aliquid de anathemate: iratusq; est Dominus contra filios Israel. Cumq; mitteret Iosûe de Iericho viros contra Hai, quæ est iuxta Bethauen, ad orientalem plagã oppidi Bethel, dixit eis, Ascendite & explorate terram. Qui præcepta cõplentes explorauerunt Hai. Et reuersi dixerũt ei, Non ascendat omnis populus, sed duo vel tria millia virorum pergant, & deleant ciuitatẽ: quare omnis populus frustra vexabitur contra hostes paucissimos? Ascenderunt ergo tria millia pugnatorũ. Qui statim terga vertentes, percussi sunt à viris vrbis Hai, & corruerunt ex eis triginta & sex homines: persecutiq; sunt eos aduersarij de porta vsq; ad Sabarim, & cecciderunt per prona fugientes: pertimuitq; cor populi, & adinstar aquæ liquefactũ est. Iosûe verò scidit vestimenta sua, & B pronus cecidit in terram coram arca Domini vsq; ad vesperam, tam ipse quàm omnes senes Israel: miserũtq; puluerem super capita sua, & dixit Iosûe, Heu Domine Deus, quid voluisti traducere populum istum Iordanẽ fluuium, vt traderes nos in manus Amorrhæi, & perderes? vtinam vt cœpimus, mansissemus trans Iordanem. Mi Domine Deus, quid dicam, videns Israelem hostibus suis terga vertentem? Audient Chananæi, & omnes habitatores terræ, & pariter conglobati circundabunt nos, atq; delebunt nomen nostrum de terra: & quid facies magno nomini tuo? Dixitq; Dominus ad Iosûe, Surge, cur iaces pronus in terra? Peccauit Israel, & præuaricatus est pactum meum: tuleruntq; de anathemate, & furati sunt atq; mentiti, & abscõderunt intervasa sua. Nec poterit Israel stare ante hostes suos, eosq; fugiet: quia pollutus est anathemate. nõ ero vltrà vobiscum, donec conteratis eum qui huius sceleris reus est. Surge, sanctifica populũ, & dic eis, Sanctificamini in crastinum: hæc enim dicit Dominus Deus Israel, Anathema in medio tui est Israel: non poteris stare coram hostibus tuis, donec deleatur ex te qui hoc contami- C natus est scelere. Accedetisque mane singuli per tribus vestras: & quamcunque tribum sors inuenerit, accedet per cognationes suas, & cognatio per domos, domusq; per viros. Et quicunq; ille in hoc facinore fuerit deprehensus, comburetur igni cum omni substantia sua: quoniam præuaricatus est pactum Domini, & fecit nephas in Israel. Surgens itaque Iosûe mane applicuit Israel per tribus suas, & inuenta est tribus Iuda. Quæ cum iuxta familias suas esset oblata, inuenta est familia Zare. Illã quoq; per domos offerẽs, reperit Zabdi: cuius domum in singulos diuidens viros, inuenit Achan filiũ Charmi, filij Zabdi, filij Zare de tribu Iuda. Et ait Iosûe ad Achan, Fili mi, da gloriã Domino Deo Israel, & confitere, atque indica mihi quid feceris, ne abscondas. Respondit; Achan Iosûe, & dixit ei, Verè ego peccaui Domino Deo Israel, & sic & sic feci. vidi enim inter spolia palliũ coccineum valde bonum, & ducentos siclos argenti, regulamq; auream quinquaginta siclorum: & concupiscens abstuli, & abscondi in terra contra medium tabernaculi mei, argentumq; fossa D humo operui. Misit ergo Iosûe ministros: qui currentes ad tabernaculum illius, repererunt cuncta abscondita in eodem loco, & argentum simul. Auferentesq; de tentorio tulerunt ea ad Iosûe, & ad omnes filios Israel, proiecerũtq; ante Dominum. Tollens itaq; Iosûe Achan filium Zare, argentumq; & pallium, & auream regulam, filios quoq; & filias eius, boues & asinos & oues, ipsumq; tabernaculum, & cunctam supellectilem: (& omnis Israel cum eo) duxerunt eos ad Vallem Achor, vbi dixit Iosûe, Quia turbasti nos, exturbet te Dominus in die hac. Lapidauitque eum omnis Israel: & cuncta quæ illius erant, igne cõsumpta sunt. Congregauerunt; super eum aceruum magnum lapidum, qui permanet vsque in præsentem diem. Et auersus est furor Domini ab eis. Vocatumq; est nomen loci illius, Vallis Achor, vsque hodie.

Iosue flet coram Domino.

Lapidatur Achan pro furto anathematis.

ciuitatis, cõgesto super eum magno aceruo lapidũ, qui permanet vsque in præsentem diem. Tunc ædificauit Iosûe altare Domino Deo Israel in monte Hebal, sicut præceperat
Exod.20.d Deut.27.a Moyses famulus Domini filijs Israel, & scriptum est in volumine legis Moysi, Altare de lapidibus impolitis quos ferrum non tetigit: & obtulit super eo holocausta Domino, immo-
G lauitq; pacificas victimas. Et scripsit super lapides Deuteronomium legis Moysi, quod ille digesserat coram filijs Israel. Omnis autem populus, & omnes maiores natu, ducesq; ac iudices stabant ex vtraq; parte arcæ in cõspectu sacerdotum qui portabant arcam fœderis Domini, vt aduena ita & indigena. Media pars eorum iuxta montem Garizim, & media iuxta montem Hebal, sicut præceperat Moyses famulus Domini. Et primum quidem benedixit populo Israel. Post hęc legit omnia verba benedictionis & maledictionis, & cuncta quæ scripta sunt in legis volumine. Nihil ex his quæ Moyses iusserat reliquit intactum, sed vniuersa replicauit coram omni multitudine Israel, mulieribus ac paruulis & aduenis qui inter eos morabantur.

S. GABAONITAE *imponentes Iosue & filijs Israel medio iuramento saluantur perpetuo famulitio astricti.* CAP. IX.

A Gabaonitarum industria & simulatio.

QVibus auditis, cuncti reges trans Iordanem qui versabantur in montanis & campestribus, in maritimis ac littore magni maris, hi quoq; qui habitabant iuxta Libanum, Hethæus & Amorrhęus, Chananæus, Pherezæus, & Heuæus & Iebusęus congregati sunt pariter, vt pugnarent contra Iosûe & Israel vno animo, eademq; sententia. At hi qui habitabant in Gabaon, audientes cuncta quæ fecerat Iosûe, Iericho & Hai, & callidè cogitantes tulerunt sibi cibaria, saccos veteres asinis imponentes, & vtres vinarios scissos atq; consutos, calceamentaq; perantiqua quæ ad indiciũ vetustatis pittacijs consuta erant, induti veteribus vestimentis: panes quoq;, quos portabant ob viaticum, duri erant, & in frusta comminuti; perrexeruntq; ad
B Iosûe qui tunc morabatur in castris Galgalæ, & dixerunt ei, atq; simul omni Israeli, De terra longinqua venimus, pacem vobiscũ facere cupientes. Responderuntq; filij Israel ad eos, atq; dixerunt, Ne fortè in terra quæ nobis sorte debetur, habitetis, & nõ possimus fœdus inire vobiscũ. At illi ad Iosûe, Serui, inquiunt, tui sumus. Quibus Iosûe ait, Quinam estis vos? aut vnde venistis? Responderunt, De terra longinqua valde venerũt serui tui in nomine Domini Dei tui. Audiuimus enim famam potentiæ eius, cuncta quæ fecit in Aegypto, &
Num.21.e duobus regibus Amorrhæorum qui fuerũt trans Iordanem, Seon regi Hesebon, & Og regi Basan, qui erant in Astaroth: dixeruntq; nobis seniores, & omnes habitatores terræ nostræ, Tollite in manibus vestris cibaria ob lõgissimam viam, & occurrite eis, & dicite, Serui vestri sumus, fœdus inite nobiscum. En panes quando egressi sumus de domibus nostris, vt veniremus ad vos, calidos sumpsimus, nunc sicci facti sunt,
C & vetustate nimia comminuti. vtres vini nouos impleuimus, nunc rupti sunt & soluti. vestes & calceamenta quibus induimur, & quæ habemus in pedibus, ob longitudinem longioris viæ trita sunt, & penè consumpta. Susceperunt igitur de cibarijs eorum, & os Domini non interrogauerunt. Fecitq;
2.Re.21.d Iosûe cum eis pacem, & inito fœdere pollicitus est vt non occiderentur: principes quoque multitudinis iurauerunt eis. Post dies autẽ tres initi fœderis audierunt quòd in vicino habitarent, & inter eos futuri essent. Moueruntq; castra filij Israel, & venerunt in ciuitates eorum die tertio, quarum hæc vocabula sunt, Gabaon & Caphira & Beroth & Cariathiarim. Et non percusserunt eos, eo quòd iurassent eis principes multitudinis in nomine Domini Dei Israel. Murmurauit itaque omne vulgus contra principes. Qui responderunt eis, Iurauimus eis in nomine Domini Dei Israel, & idcirco non
D possumus eos contingere. Sed hoc faciemus eis, Reseruentur quidem vt viuant, ne contra nos ira Domini concitetur, si peierauerimus: sed sic viuant, vt in vsus vniuersæ multitudinis ligna cædant, aquasq; comportent. Quibus hæc loquentibus, vocauit Gabaonitas Iosûe, & dixit eis, Cur nos decipere fraude voluistis, vt diceretis, Procul valde habitamus à vobis: cum in medio nostri sitis? Itaq; sub maledictione eritis, & non deficiet de stirpe vestra ligna cædens, aquasq; comportans in domum Dei mei. Qui responderunt, Nuntiatum est nobis seruis tuis quòd promisisset Dominus Deus tuus Moysi seruo suo vt traderet vobis omnem terram, & disperderet cunctos habitatores eius. Timuimus igitur valde, & prouidimus animabus nostris, vestro terrore cõpulsi: & hoc consilium iniuimus. nunc autem in manu tua sumus: quod tibi bonum & rectum videtur, fac nobis. Fecit ergo Iosûe vt dixerat, & liberauit eos de manibus filiorum Israel, vt non occiderentur. Decreuitq; in illo die eos esse in ministerio cuncti populi & altaris Domini, cædentes ligna, & aquas cõportantes vsq; in præsens tempus, in loco quem Dominus elegisset.

S. QVINQVE *Reges oppugnantes Gabaon immoto sole uincuntur ac suspenduntur, pluresq; aliæ ciuitates capiuntur.* CAP. X.

A

QVæ cum audisset Adonisedec rex Ierusalẽ, quòd scilicet cepisset Iosûe Hai, & subuertisset eam (Sicut enim fecerat Iericho & regi eius, sic fecit Hai, & regi illius) & quòd transfugissent Gabaonitæ ad Israel, & essent fœderati eorum, timuit valde. Vrbs enim magna erat Gabaon, & vna ciuitatum regalium, & maior oppido Hai, omnesque bellatores eius fortissimi. Misit ergo Adonisedec rex Ierusalem ad Oham regem Hebrõ, & ad Pharam regem Ierimoth, ad Iaphia quoq; regem Lachis, & ad Dabir regem Eglon, dicens, Ad me ascendite, & ferte præsidium, vt expugnemus Gabaon, quare transfugerit ad Iosûe, & ad filios Israel. Congregati igitur ascenderũt quinq; reges Amorrhæorum: rex Ierusalem, rex Hebron, rex Ierimoth, rex Lachis, rex Eglon, simul cum exercitibus suis, &
B castrametati sunt circa Gabaon, oppugnantes eam. Habitatores autem Gabaon vrbis obsessæ miserunt ad Iosûe, qui tunc morabatur in castris apud Galgalam, & dixerunt ei, Ne retrahas manus tuas ab auxilio seruorũ tuorum: ascende citò, & libera nos, ferq; præsidium: conuenerunt enim aduersum nos omnes reges Amorrhæorum, qui habitant in montanis. Ascẽditq; Iosûe de Galgalis, & omnis exercitus bellatorum cum eo viri fortissimi, dixitq; Dominus ad Iosûe, Ne timeas eos: in manus enim tuas tradidi illos: nullus enim ex eis tibi resistere poterit. Irruit itaq; Iosûe super eos repente, tota nocte ascendens de Galgalis. Et conturbauit eos Dominus à facie Israel: contriuitq; plaga magna in Gabaon, ac persecutus est eos per viam ascensus Bethhoron, & percussit vsq; Azéca
C & Maceda. Cumq; fugerent filios Israel, & essent in descensu Bethhoron, Dominus misit super eos lapides magnos de cœlo vsq; ad Azécha, & mortui sunt multò plures lapidibus grandinis, quàm quos gladio percusserant filij Israel. Tunc locutus est Iosûe Domino in die qua tradidit Amorrhæum in conspectu filiorũ Israel, dixitq; coram eis, Sol contra Gabon ne moueris, & luna contra vallem Aialon. Steteruntq; sol & luna, donec vlcisceretur se gens de inimicis suis. Nonne scriptum est hoc in libro iustorum? Stetit itaq; sol in medio cœli, & nõ festinauit occumbere spatio vnius diei. Non fuit antea & postea tam longa dies obediente Domino voci hominis, & pugnante pro Israel. Reuersusq; est Iosûe cum omni Israel in castra Galgalæ. Fugerãt enim quinq; reges, & se absconderant in spelunca vrbis Maceda. Nuntiatumq; est Iosûe quòd inuenti essent quinq; reges, latentes in spelunca
D Maceda. Qui præcepit socijs, & ait, Voluite saxa ingentia ad os speluncæ, & ponite viros industrios qui clausos custodiant: vos autem nolite stare, sed persequimini hostes, & extremos quosq; fugientium cædite: nec dimittatis eos vrbium

Supra c.2 Supra 8.f

Pluit lapides.

Sistitur sol & prolongatur dies. Eccl.46.d Esa.28.f

suarum

ſuarum intrare præſidia, quos tradidit Dominus Deus in manus veſtras. Cæſis ergo aduerſarijs plaga magna, & vſque ad internecionem penè cõſumptis, hi qui Iſrael effugere potuerunt, ingreſsi ſunt ciuitates munitas. Reuerſusq́ue eſt omnis exercitus ad Ioſûe in Maceda, vbi tunc erãt caſtra, ſani & integro numero: nullusq́; contra filios Iſrael mutire auſus eſt. Præcepitq́; Ioſûe, dicens, Aperite os ſpeluncæ, & producite ad me quinq; reges qui in ea latitant. Feceruntq́; miniſtri, vt ſibi fuerat imperatũ: & adduxerũt ad eũ quinq; reges de ſpelunca, regem Ieruſalem, regẽ Hebron, regẽ Ierimoth, regem Lachis, regem Eglon. Cumq́; adducti eſſent ad eum, vocauit omnes viros Iſrael, & ait ad principes exercitus qui ſecum
E erant, Ite, & ponite pedes ſuper colla regum iſtorũ. Qui cum perrexiſſent, & ſubiectorum colla pedibus calcarent, rurſum ait ad eos, Nolite timere, nec paueatis, cõfortamini & eſtote robuſti: ſic enim faciet Dominus cunctis hoſtibus veſtris aduerſum quos dimicabitis. Percuſsitq́; Ioſûe, & interfecit eos, atq; ſuſpẽdit ſuper quinq; ſtipites: fueruntq́; ſuſpẽſi vſq; ad veſperum. Cumq́; occumberet ſol, præcepit ſocijs vt deponerent eos de patibulis. Qui depoſitos proiecerunt in ſpeluncã in qua latuerant, & poſuerunt ſuper os eius ſaxa ingentia, quæ permanent vſq; in præſens. Eodẽ die Macedã quoq; cepit Ioſûe, & percuſsit in ore gladij, regemq́; illius interfecit, & omnes habitatores eius: non dimiſit in ea ſaltem paruas
F reliquias. Fecitq́ue regi Maceda, ſicut fecerat regi Iericho. Tranſiuit autẽ cum omni Iſrael de Maceda in Lebna, & pugnabat contra eam: quam tradidit Dominus cum rege ſuo in manus Iſrael: percuſſeruntq́; vrbẽ in ore gladij, & omnes habitatores eius. non dimiſerunt in ea vllas reliquias. Fecerũtq́; regi Lebna ſicut fecerant regi Iericho. De Lebna tranſiuit in
Supra 6. Lachis cum omni Iſrael: & exercitu per gyrum diſpoſito oppugnabat eam. Tradiditq́; Dominus Lachis in manus Iſrael: & cepit eam die altero, atq; percuſsit in ore gladij, omnemq́; animã quæ fuerat in ea, ſicut fecerat Lebna. Eo tẽpore aſcendit Horam rex Gazer, vt auxiliaretur Lachis: quem percuſſit Ioſûe cum omni populo eius vſq; ad internecionẽ. Trãſiuitq́ue de Lachis in Eglon, & circundedit atque expugnauit eam in eadem die: percuſsitq́; in ore gladij omnes animas quę erant in ea iuxta omnia quæ fecerat Lachis. Aſcendit quoq; cũ omni Iſrael de Eglon in Hebron, & pugnauit cõtra eam:
cepitq́; & percuſsit in ore gladij, regem quoq; eius, & omnia
G oppida regionis illius, vniuerſasq́; animas quæ in ea fuerant commoratæ: non reliquit in ea vllas reliquias: ſicut fecerat Eglon, ſic fecit & Hebron, cuncta quæ in ea reperit, conſumens gladio. Inde reuerſus in Dabir, cepit eam, atq; vaſtauit: regem quoq; eius atq; omnia per circuitum oppida percuſſit in ore gladij: non dimiſit in ea vllas reliquias: ſicut fecerat Hebrõ & Lebna & regibus earũ, ſic fecit Dabir & regi illius. Percuſsit itaq; Ioſûe omnẽ terrã montanam & meridianam, atq; campeſtrem, & Aſedoch cum regibus ſuis: non dimiſit in ea vllas reliquias, ſed omne quod ſpirare poterat interfecit, ſicut præceperat ei Dominus Deus Iſrael à Cadesbarne vſq; Gazam. Omnem terram Goſen vſq; Gabaon, vniuerſosq́; reges & regiones eorum vno impetu cepit atque vaſtauit: Dominus enim Deus Iſrael pugnabat pro eo. Reuerſusq́; eſt cum omni Iſrael ad locum caſtrorum in Galgala.

S. IESVS *expugnat multos alios Reges & populos.*

CAPVT XI.

A QVæ cum audiſſet Iabin rex Aſor, miſit ad Iobab regem Madon, & ad regem Semeron, atq; ad regem Achſaph: ad reges quoq; aquilonis, qui habitabant in montanis & in planitie contra meridiem Ceneroth, in campeſtribus quoque & regionibus Dor iuxta mare: Chananæum quoque ab oriente & occidente, & Amorrhæum atque Hethæum ac Pherezæum & Iebuſeum in montanis: Heuæum quoq; qui habitabat ad radices Hermon in terra Maſpha. Egreſsiq́; ſunt omnes cum turmis ſuis, populus multus nimis ſicut arena quæ eſt in littore maris, equi quoq; & currus immenſæ multitudinis. Conuenerũtq́; omnes reges iſti in vnũ ad aquas Merom, vt pugnarẽt cõtra
B Iſrael. Dixitq́; Dominus ad Ioſûe, Ne timeas eos, cras enim hac eadẽ hora ego tradã omnes iſtos vulnerandos in conſpectu Iſrael: equos eorũ ſubneruabis, & currus igne combures. Venitq́; Ioſûe, & omnis exercitus cum eo aduerſus illos ad aquas Merom ſubitò, & irruerunt ſuper eos, tradiditq́; illos Dominus in manus Iſrael. Qui percuſſerunt eos, & perſecuti ſunt vſq; ad Sidônem magnã & aquas Maſerephoth, campumq́; Maſphe, qui eſt ad orientalẽ illius partẽ. Itaq; percuſſit omnes, vt nullas dimitteret ex eis reliquias: fecitq́ue ſicut præceperat ei Dominus, equos eorum ſubneruauit, cutrusq́; cõbuſsit igni. Reuerſusq́; ſtatim cepit Aſor: & regẽ eius percuſsit gladio. Aſor enim antiquitus inter omnia regna hæc,
C principatum tenebat. Percuſsitq́; omnes animas quæ ibidem morabantur: nõ dimiſit in ea vllas reliquias, ſed vſq; ad internecionẽ vniuerſa vaſtauit, ipſamq́; vrbem peremit incendio. Et omnes per circuitũ ciuitates, reges quoq; earũ cepit, percuſsit atq; deleuit, ſicut præceperat ei Moyſes famulus Do- *Deut. 7. a*
mini. Abſq; vrbibus quæ erant in collibus & in tumulis ſitę, cæteras ſuccendit Iſrael: vnã tantũ Aſor munitiſsimã flãma conſumpſit. Omnemq́; prædã iſtarũ vrbiũ ac iumẽta diuiſerunt ſibi filij Iſrael, cunctis hominibus interfectis. Sicut præceperat Dominus Moyſi ſeruo ſuo, ita præcepit Moyſes Io- *Exod. 34. b*
ſûe, & ille vniuerſa cõpleuit: non præterijt de vniuerſis man- *Deute. 7. a*
datis, nec vnum quidẽ verbũ quod iuſſerat Dominus Moyſi. Cepit itaq; Ioſûe omnem terrã montanã, & meridianam: terramq́; Goſen, & planitiẽ, & occidentalẽ plagã, mõtemq́; Iſrael, & cãpeſtria eius: & partẽ montis quæ aſcendit Seir vſq; Baalgad per planitiẽ Libani ſubter montẽ Hermon: omnes
D reges eorũ cepit, percuſsit, & occîdit. Multo tẽpore pugnauit Ioſûe contra reges iſtos. Non fuit ciuitas quæ ſe non traderet filijs Iſrael, præter Heuæum, qui habitabat in Gabaon: omnes enim bellando cepit. Domini enim ſentẽtia fuerat, vt indurarẽtur corda eorũ, & pugnarẽt cõtra Iſrael, & caderent: & non mererẽtur vllam clementiam, ac perirent, ſicut præceperat Dominus Moyſi. In illo tempore venit Ioſûe, & interfecit Enacim de montanis Hebron, & Dabir, & Anab, & de omni monte Iuda & Iſrael, vrbesq́; eorũ deleuit. Nõ reliquit vllum de ſtirpe Enacim, in terra filiorum Iſrael: abſq; ciuitatibus Gaza, & Geth, & Azoto, in quibus ſolum relicti ſunt. Cepit ergo Ioſûe omnem terram, ſicut locutus eſt Dominus ad Moyſen, & tradidit eam in poſſeſsionẽ filijs Iſrael ſecundum partes, & tribus ſuas, quieuitq́; terra à prælijs.

Heueus induratus à Domino, reſiſtit Iſraeli.

Enacim interfecti.

S. REGES *à Iehoſua percuſsi, & à filijs Iſrael in introitu ſuo.*

CAPVT XII.

A HI ſunt reges, quos percuſſerũt filij Iſrael, & poſſederunt terrã eorũ trans Iordanẽ ad ſolis ortũ, à torrente Arnon vſq; ad montem Hermon, & omnem orientalem plagam quæ reſpicit ſolitudinem. Seon rex Amorrhæorum, qui habitabat in Heſebon, dominatus eſt ab Aroer, quæ ſita eſt ſuper ripam torrentis Arnon, & mediæ partis in valle, dimidiæq́; Galaad, vſque ad torrentem Ieboc qui eſt terminus filiorũ Ammon. & à ſolitudine vſq; ad mare Ceneroth cõtra orientem, & vſq; ad ma-
B re deſerti, quod eſt mare ſalſiſsimum, ad orientalem plagam per viam quæ ducit Bethſimoth: & ab auſtrali parte, quæ ſubiacet Aſedoth vſq; Phaſga. Terminus Og regis Baſan, de reliquis Raphaim, qui habitauit in Aſtaroth, & in Edrai. & dominatus eſt in monte Hermon, & in Salecha, atq; in vniuerſa Baſan, vſque ad terminos Geſſuri, & Machati, & dimidiæ partis Galaad, & terminos Seon regis Heſebon. Moyſes famulus Domini, & filij Iſrael percuſſerunt eos, tradiditq́; terram eorum Moyſes in poſſeſsionem Rubenitis, &



C Gaditis,& dimidiæ tribui Manassæ. Hi sunt reges terræ, quos percussit Iosûe & filij Israel trans Iordanem ad occidentalem plagam,à Baalgad in campo Libani, vsq; ad mon-
Psal.134.c tem,cuius pars ascendit in Seir:tradiditq; eam Iosûe in possessionem tribubus Israel, singulis partes suas, tam in montanis quàm in planis atq; campestribus. In Aseroth, & in solitudine,ac in meridie Hethæus fuit & Amorrhæus, Chananæus & Pherezæus. Heuæus & Iebusæus. Rex Ierichovnus, rex Hai,quæ est ex latere Bethel,vnus:rex Ierusalem vnus, rex Hebron vnus, rex Ierimoth vnus, rex Lachis vnus,rex Eglon vnus, rex Gazer vnus, rex Dabir vnus, rex Gader
D vnus,rex Herma vnus,rex Hered vnus,rex Lebna vnus,rex Adullã vnus,rex Maceda vnus,rex Bethel vnus,rex Taphua vnus,rex Opher vnus,rex Aphec vnus,rex Saron vnus, rex Madon vnus,rex Asor vnus,rex Semeron vnus,rex Acsaph vnus, rex Thenach vnus,rex Mageddo vnus, rex Cedes vnus,rex Iachanam Carmeli vnus, rex Dor, & prouinciæ Dor vnus,rex gentium Galgal vnus. rex Thersa vnus: omnes reges triginta,& vnus.

S. IOSVE terram Chanaan iubet diuidere Israelitis, assignatis primo partibus Ruben, Gad, & dimidiæ tribui Manassæ trans Iordanem.

CAPVT XIII.

A AOsûe senex prouectæq; ætatis erat,& dixit Dominus ad eum,Senuisti,& longæuus es,terraque latissima derelicta est, quæ necdum sorte diuisa est:omnis videlicet Galilæa,Philisthijm, & vniuersa Gessuri,à fluuio turbido qui irrigat Aegyptum vsque ad terminos Accaron contra aquilonem,terra Chanáan:quæ in quinq; regulos Philisthijm diuiditur, Gazæos,& Azotios,Ascalonitas, Gethæos,& Accaronitas. Ad meridiem verò sunt Heuæi,omnis terra Chanáan,& Maara Sidoniorum, vsque Apheca & terminos Amorrhæi,eiusq; confinia. Libani quoque regio contra orientem à Baalgad sub monte Hermon, donec ingrediaris Emath. Omnium qui habitabant in monte à Libano,vsque ad aquas Maserephoth,vniuersiq; Sidonij. Ego sum qui delebo eos à facie filiorum Israel. Veniat
B ergo in partem hæreditatis Israel,sicut præcepi tibi. Et nunc diuide terram in possessionem nouem tribubus, & dimidiæ tribui Manasse,cum qua Ruben & Gad possederunt terram,
Num.32.f quam tradidit eis Moyses famulus Domini trans fluenta Iordanis,ad orientalem plagam. ab Aroer quæ sita est in ripa torrentis Arnon, & in vallis medio, vniuersaque campestria Medaba,vsq; Dibon. & cunctas ciuitates Seon regis Amorrhæi,qui regnauit in Hesebon vsque ad terminos filiorum Ammon. & Galaad, ac terminum Gessuri & Machati, & omnem montem Hermon,& vniuersam Basan, vsq; ad Salecha, omne regnum Og in Basan,qui regnauit in Astaroth & Edrái,ipse fuit de reliquijs Raphaim: percussitq; eos Moyses,atq; deleuit. Noluerũtq; disperdere filij Israel Gessuri & Machati:& habitauerunt in medio Israel vsque in præsentem diem. Tribui autem Leui nõ dedit possessionem:sed sacrificia & victimæ Domini Dei Israel, ipsa est eius hæreditas, sicut locutus est illi. Dedit ergo Moyses possessionẽ tri-
C bui filiorũ Ruben iuxta cognationes suas. Fuitque terminus eorũ ab Aroer,quæ sita est in ripa torrẽtis Arnon,& in valle eiusdem torrẽtis media:vniuersam planitiem,quæ ducit Medaba,& Hesebon,cunctosq; viculos earũ qui sunt in campestribus: Dibon quoq;,& Bamothbaal,& oppidum Baalmeon,& Iassa,& Cedimoth,& Mephath,& Cariathaim, & Sabama,& Sarathasar in monte conuallis. Bethphogor & Asedoth, Phasga & Bethiesimoth. omnes vrbes campestres. vniuersaq; regna Seon regis Amorrhæi,qui regnauit in Hesebon,quem percussit Moyses cum principibus Madian: He- Num.31.d
uæum,& Recẽ,& Sur,& Hur,& Rebe duces Seon habitatores terræ:& Balaam filium Beor ariolum occiderunt filij Israel gladio cum cæteris interfectis. Factusq; est terminus filiorũ Ruben Iordanis fluuius. Hæc est possessio Rubenitarum per cognationes suas vrbium & viculorum. Dedit itaq; Moyses tribui Gad & filijs eius per cognationes suas possessionẽ, cuius hæc diuisio est: Terminus Iazer,& omnes ciuitates Galaad,& dimidiam partem terræ filiorũ Ammon: vsque ad Aroer quæ est cõtra Rabba. & ab Hesebon vsq; Ramoth,
D Masphe & Betonim:& à Manáim vsq; ad terminos Dabir. In valle quoq; Betharã,& Bethnemra,& Socoth,& Saphon reliquam partem regni Seon regis Hesebon. huius quoq; finis, Iordanis est vsq; ad extremam partem maris Cenereth trans Iordanem ad orientalem plagam. hæc est possessio filiorum Gad per familias suas,& ciuitates,& villæ earum. Dedit & dimidiæ tribui Manasse,filijsq; eius iuxta cognationes suas possessionem,cuius hoc principium est: A Manáim vniuersam Basan,& cũcta regna Og regis Basan,omnesq; vicos Iair qui sunt in Basan:sexaginta oppida. & dimidiam partẽ Galaad, & Astaroth,& Edrái vrbes regni Og in Basan:filijs Machir, filij Manasse dimidiæ parti filiorum Machir iuxta cognationes suas. Hanc possessionem diuisit Moyses in campestribus Moab,trans Iordanem cõtra Iericho ad orientalem plagam. Tribui autem Leui non dedit possessionem, quoniam Do-
minus Deus Israel ipse est possessio eius,vt locutus est illi. Num.18.a

S. CALEB accipit Hebron sibi promissam in hæreditatem.

CAPVT XIIII.

A HOc est quod possederunt filij Israel in terra Chanáan,quã dederunt eis Eleazar sacerdos,& Iosûe filius Nun,& principes familiarum per tribus Israel: sorte omnia diuidẽtes, sicut præceperat Do- Num.34.b
minus in manu Moysi,nouem tribubus, & dimidiæ tribui. Duabus enim tribubus,& dimidiæ dederat Moyses trãs Iordanem possessionem:absq; Leuitis,qui nihil terræ acceperũt inter fratres suos,sed in eorũ successerunt locũ filij Ioseph in duas diuisi tribus, Manasse & Ephráim: nec acceperũt Leuitæ aliam in terra partẽ, nisi vrbes ad habitandũ, & suburbana earũ ad alenda iumenta & pecora sua. Sicut præceperat Do-
B minus Moysi,ita fecerũt filij Israel,& diuiserũt terrã. Accesserunt itaq; filij Iuda ad Iosûe in Galgala, locutusq; est ad eũ Caleb filius Iéphone Cenezæus, Nosti quid locutus sit Dominus ad Moysen hominem Dei de me & te in Cadesbarne. Num.14.a
Quadraginta annorũ eram quando misit me Moyses famulus Domini de Cadesbarne,vt considerarẽ terrã: nuntiauiq; ei quod mihi verum videbatur. Fratres autem mei qui ascenderant mecum,dissoluerunt cor populi: & nihilominus ego
C secutus sum Dominũ Deum meum. Iurauitq; Moyses in die Supra 1.d
illo,dicẽs, Terra quam calcauit pes tuus,erit possessio tua, & filiorum tuorum in æternum: quia secutus es Dominũ Deũ tuum. Concessit ergo Dominus vitam mihi, sicut pollicitus est,vsq; in præsentem diem. Quadraginta & quinq; anni sunt, ex quo locutus est Dominus verbum istud ad Moysen, quando ambulabat Israel per solitudinem: hodie octoginta quinque annorum sum sic valens, vt eo valebam tempore

quando

Eccl.46.b quando ad explorandum miſſus ſum: illius in me temporis fortitudo vſque hodie perſeuerat, tam ad bellandum quàm
D ad gradiendum. Da ergo mihi montem iſtum quem pollicitus eſt Dominus te quoque audiente, in quo Enacim ſunt, & vrbes magnæ atque munitæ: ſi fortè ſit Dominus mecum, &
1.Mac.2.f potuero delere eos, ſicut promiſit mihi. Benedixitque ei Ioſûe: & tradidit ei Hebron in poſſeſſionem, atque ex eo fuit Hebron Caleb filio Iéphone Cenezæo vſque in præſentem diem: quia ſecutus eſt Dominum Deum Iſrael. Nomen Hebron, antè vocabatur Cariatharbe: Adam maximus ibi inter Enacim ſitus eſt: & terra ceſſauit à prælijs.

S. SORS tribus Iudæ, ciuitates & uillæ earum.

CAPVT XV.

A Numer.34.a IGitur ſors filiorum Iudæ per cognationes ſuas iſta fuit: A termino Edom vſq; ad deſertum Sin contra meridiē, & vſq; ad extremam partē auſtralis plagæ. initium eius à ſummitate maris ſalſiſſimi, & à Lingua eius quæ reſpicit meridiē. Egreditur q; cõtra Aſcenſum ſcorpionis, & pertranſibit in Sina: aſcēditq; in Cadesbarne, & peruenit in Eſron, aſcendens ad Addar, & circuiens Cariathaa. atq; inde pertrãſiens in Aſemona, & perueniens ad torrentē Aegypti: erũtq; termini eius Mare magnũ. hic erit finis meridianæ plagæ. Ab oriente verò erit initium mare ſalſiſſimum vſq; ad extrema Iordanis: & ea quæ reſpiciunt ad aquilonem à Lingua maris vſq; ad eundem Iordanis
B fluuium. aſcenditq; terminus in Bethagla, & tranſit ab aquilone in Betharaba: aſcendens ad Lapidem Boen filij Ruben: & tendens vſque ad terminos Debera de valle Achor, contra aquilonē reſpiciens Galgala, quæ eſt ex aduerſo Aſcēſionis adommim, ab auſtrali parte torrentis: tranſitque aquas quæ vocantur Fons ſolis: & erunt exitus eius ad fontem Rogel. aſcenditq; per vallem filij Ennom ex látere Iebuſæi ad meridiem, hæc eſt Ieruſalē: & inde ſe erigens ad verticem montis qui eſt contra Geennom ad occidentem in ſummitate vallis Raphaim contra aquilonem. pertranſitque à vertice montis
C vſque ad fontem aquæ Nephtóa: & peruenit vſque ad vicos montis Ephron: inclinaturq; in Baala, quæ eſt Cariathiarim, id eſt vrbs ſyluarũ. & circuit de Baala contra occidentē, vſque ad montem Seir: tranſitq; iuxta latus montis Iarim ad aquilonem, in Cheslon: & deſcendit in Bethsámes, tranſitque in Thamna. & peruenit contra aquilonē partis Accaron ex látere, inclinaturq; Sechrona, & tranſit montem Baala: peruenitq; in Iebneel, & magni maris contra occidentem fine concluditur. hi ſunt termini filiorũ Iuda per circuitum in cognationibus ſuis. Caleb verò filio Iéphone dedit partem in me-
D dio filiorum Iuda, ſicut præceperat ei Dominus: Cariatharbe
Iudic.1.b patris Enac, ipſa eſt Hebron. Deleuitque ex ea Caleb tres filios Enac, Seſai & Ahiman & Tholmái de ſtirpe Enac. Atq; inde conſcendens venit ad habitatores Dabir, quæ prius vocabatur Cariathſépher, id eſt ciuitas literarum. Dixitq; Caleb, Qui percuſſerit Cariathſépher, & ceperit eam, dabo ei Axam filiam meam vxorem. Cepitque eam Othoniel filius Cenez frater Caleb iunior: deditque ei Axam filiam ſuam vxorem. Qui cum pergerent ſimul, ſuaſa eſt à viro ſuo vt peteret à patre ſuo agrũ, ſuſpirauitque vt ſedebat in aſino. Cui Caleb, Quid habes, inquit? At illa reſpõdit, Da mihi benedi-
E ctionem: terrã auſtralem & arentē dediſti mihi, iunge & irriguam. Dedit itaque ei Caleb irriguum ſuperius & inferius.
Catalogus ciuitatũ & villarũ tribus Iuda. Hæc eſt poſſeſsio tribus filiorum Iuda per cognationes ſuas. Erantque ciuitates ab extremis partibus filiorum Iuda iuxta terminos Edom à meridie: Cabſeel & Eder & Iagur, & Cina & Dimona & Adada, & Cedes & Aſor & Iethnan, Ziph & Telem & Baloth, Aſor noua & Carioth, Heſron, hæc eſt Aſor. Amam, Sama, & Molada, & Aſergadda & Haſſemon & Bethphelet & Haſerſual & Berſábee & Baziothia & Baala & Im & Eſem, & Eltholad & Ceſil & Harma, & Siceleg & Medemena & Senſenna, Lebaoth & Selim & Aen & Remon. omnes ciuitates vigintinouem, & villæ earum. In campeſtribus verò: Eſtaol & Sarea & Aſena & Zanoe & Enganim & Taphûa & Enaim, & Ierimoth & Adullam, Socho et
F Azeca & Saráim & Adithâim & Gedera & Gederothâim: vrbes quatuordecim, & villæ earũ. Sanan & Hadaſſa & Magdalgad, Delean & Maſepha & Ieéthel, Lachis & Baſcath et Eglon, Chebbõ & Lehemã & Cethlis, & Gideroth & Beth dagon & Naama & Maceda: ciuitates ſedecim, & villæ earum. Labana & Ether & Aſan, Iephtha & Eſna & Neſib, & Ceila & Achzib & Mareſa: ciuitates nouem, & villæ earum. Accaron cum vicis & villulis ſuis. Ab Accaron vſque ad mare: omnia quæ vergunt ad Azôtum & viculos eius. Azôtus cum vicis & villulis ſuis. Gaza cum vicis & villulis ſuis, vſque ad torrentem Aegypti & Mare magnum terminus eius. Et
G in monte: Samir & Iether & Socoth & Danna & Cariathſenna, hæc eſt Dabir: Anáb & Iſtemo & Anim, Goſen & Olon & Gilo: ciuitates vndecim & villæ earũ. Arab & Ruma & Eſaan, & Ianũ & Bethaphua & Apheca, Athmatha & Cariatharbe, hæc eſt Hebron, & Sior: ciuitates nouem & villæ earũ. Maon & Charmel & Ziph & Iota, Iezrael & Iucadam & Zanoe, Accain, Gabaa & Thamna: ciuitates decem & villæ earũ. Halhul, & Bethſur, & Gedor, Mareth, & Bethanoth, & Elthecon: ciuitates ſex & villæ earum. Cariathbaal, hæc eſt Cariathiarim vrbs ſyluarum, & Arebba: ciuitates duę & villæ earum. In deſerto: Betharaba, Meddin, & Sachacha, & Nebſan, & Ciuitas ſalis, & Engaddi: ciuitates ſex & villæ earum. ſiunt ſimul centum quindecim. Iebuſæũ autē habitatorē Ieruſalē nõ potuerũt filij Iuda delere: habitauitq; Iébuſæus cum filijs Iuda in Ieruſalem vſque in præſentem diem.

S. SORS Ephraim, urbes & uiculi earum.

CAPVT XVI.

A IEcidit quoque ſors filiorum Ioſeph ab Iordane contra Iericho & aquas eius, ab oriente: ſolitudo quæ aſcendit de Iericho ad montem Bethel. & egreditur de Bethel Luzam: tranſitq; terminum Archiataroth. & deſcendit ad occidentem iuxta terminum Iephleti, vſque ad terminos Bethhoron inferioris, & Gazer;
B finiunturq; regiones eius Mari magno. poſſederuntq; filij Ioſeph Manaſſes & Ephráim. Et factus eſt terminus filiorum Ephráim per cognationes ſuas: & poſſeſsio eorum contra orientem Atarothaddar vſq; Bethhoron ſuperiorem. Egre-
C diunturq; confinia in mare: Machmethath verò aquilonem reſpicit: & circuit terminos contra orientem in Thanathſelo: & pertranſit ab oriente Ianoe. deſcenditq; de Ianoe in Ataroth & Naarátha: & peruenit in Iericho, egreditur q; ad Iordanem. De Taphúa pertranſit contra mare in Vallē arundineti, ſuntq; egreſſus eius in mare ſalſiſſimum. hæc eſt poſſeſ-
D ſio tribus filiorum Ephráim per familias ſuas. Vrbes q; ſeparatæ ſunt filijs Ephráim in medio poſſeſsionis filiorum Manaſſe, & villæ earum. Et non interfecerunt filij Ephráim Chananæum qui habitabat in Gazer: habitauitque Chananæus in medio Ephráim vſque in diem hanc tributarius.

S. MEDIAE tribui Manaſſæ, & filiabus Salphaad ſortes aſſignãtur.

CAPVT XVII.

A IEcidit autem ſors tribui Manaſſe (ipſe enim eſt primogenitus Ioſeph) Machir primogenito Manaſſe patri Galaad, qui fuit vir pugnator, habuitque poſſeſsionem Galaad & Baſan. & reli- Num.26.d
quis filiorum Manaſſe iuxta familias ſuas, filijs Abiezer, & filijs Helec, & filijs Eſriel, & filijs Sechem, & filijs Hepher, & filijs Semida. iſti ſunt filij Manaſſe filij Ioſeph, mares, per cognationes ſuas. Salphaad verò filio Hepher filij Galaad fi- Num.27.a
lij Machir filij Manaſſe nõ erãt filij, ſed ſolæ filiæ: quarũ iſta & 30.a
ſunt nomina, Maala & Noa & Hegla & Melcha & Therſa.

Veneruntq; in conſpectu Eleazari ſacerdotis, & Ioſûe filij Nun, & principũ, dicentes, Dominus præcepit per manum Moyſi, vt daretur nobis poſſeſsio in medio fratrum noſtro-
B rum. Deditq; eis iuxta imperiũ Domini poſſeſsionẽ in medio fratrũ patris earum. Et ceciderũt funiculi Manaſſe, decẽ: abſque terra Galaad & Baſan trans Iordanẽ. Filiæ enim Manaſſe poſſederunt hæreditatẽ in medio filiorũ eius. Terra autem Galaad cecidit in ſortẽ filiorũ Manaſſe qui reliqui erãt. Fuitq́ue terminus Manaſſe ab Aſer Machmathath, quæ reſpicit Sichem: & egreditur ad dexterã iuxta habitatores fontis Taphûe. Etenim in ſortem Manaſſe ceciderat terra Taphûe, quæ eſt iuxta terminos Manaſſe filiorũ Ephráim. Deſcenditq́; terminus Vallis arũdineti in meridiẽ torrentis ciuitatũ Ephráim, quæ in medio ſunt vrbium Manaſſe: terminus
C Manaſſe ab aquilone torrentis, & exitus eius pergit ad mare: ita vt poſſeſsio Ephráim ſit ab auſtro, & ab aquilone Manaſſe, & vtranque claudat mare, & coniungantur ſibi in tribu Aſer ab aquilone, & in tribu Iſſachar ab oriente. Fuitq; hæreditas Manaſſe in Iſſachar & in Aſer, Bethſan & viculi eius, & Ieblaam cũ viculis ſuis, & habitatores Dor cum oppidis ſuis, habitatores quoq; Endor cum viculis ſuis, ſimiliterq́; habitatores Tenach cum viculis ſuis, & habitatores Mageddo cum viculis ſuis, & tertia pars vrbis Nopheth. Nec potuerunt filij Manaſſe has ciuitates ſubuertere, ſed cœpit Chananæus habitare in terra iſta. Poſtquam autem conualuerunt filij Iſrael, ſubiecerunt Chananæos, & fecerunt ſibi tributarios, nec in-
D terfecerunt eos. Locutiq́; ſunt filij Ioſeph ad Ioſûe, & dixerunt, Quare dediſti mihi poſſeſsionẽ ſortis & funiculi vnius, cum ſim tantæ multitudinis, & benedixerit mihi Dominus? Ad quos Ioſûe ait, Si populus multus es, aſcẽde in ſyluam, & ſuccîde tibi ſpatia in terra Pherezæi & Raphaim: quia anguſta eſt tibi poſſeſsio montis Ephráim. Cui reſponderunt filij Ioſeph, Non poterimus ad montana cõſcendere, cum ferreis curribus vtantur Chananæi qui habitant in terra campeſtri, in qua ſitæ ſunt Bethſan cum viculis ſuis, & Iezrael mediam poſsidens vallẽ. Dixitq́; Ioſûe ad domũ Ioſeph & Ephráim & Manaſſe, Populus multus es, & magnæ fortitudinis, non habebis ſortem vnam, ſed tranſibis ad montem, & ſuccîdes tibi, atque purgabis ad habitandum ſpatia: & poteris vltrà procedere, cum ſubuerteris Chananæum quem dicis ferreos habere currus & eſſe fortiſsimum.

Filij Ioſeph petũt maiorem poſſeſsionem.

S. SORS Beniamin, cum urbibus & viculis earum.

CAPVT XVIII.

A CONgregatiq́; ſunt omnes filij Iſrael in Silo, ibiq́; fixerunt tabernaculũ teſtimonij, & fuit eis terra ſubiecta. Remanſerunt autẽ filiorũ Iſrael ſeptem tribus, quæ necdũ acceperant poſſeſsiones ſuas. Ad quos Ioſûe ait, Vſquequo marcetis ignauia, & nõ intratis ad poſsidendã terrã, quam Dominus Deus patrũ veſtrorum dedit vobis? Eligite de ſingulis tribubus ternos viros: vt mittam eos, & pergant atq; circumeant terram, & deſcribant eam iuxta numerum vniuſcuiuſque multitudinis: referantq́; ad me quod deſcripſerint. Diuidite vobis terrã in ſeptem partes: Iudas ſit in terminis ſuis ab auſtrali plaga, & domus Ioſeph ab aquilone, mediã inter hos terram in ſeptẽ partes deſcribite: & huc venietis ad me, vt coram Domino Deo veſtro mittam vobis hic ſortem: quia non eſt inter vos pars Leuitarum, ſed ſacerdotium Domini, eſt eorum hæreditas. Gad autem & Ruben, & dimidia tribus Manaſſe iam acceperant poſſeſsiones ſuas trans Iordanem ad orientalem plagam: quas dedit eis Moyſes famulus Domini. Cumq́; ſurrexiſſent viri
B vt pergerent ad deſcribendã terrã, præcepit eis Ioſûe, dicens, Circuite terram, & deſcribite eam, ac reuertimini ad me: vt hic coram Domino in Silo mittam vobis ſortem. Itaq; perrexerunt: & luſtrantes eam in ſeptem partes diuiſerunt, ſcribentes in volumine. Reuerſiq́ue ſunt ad Ioſûe in caſtra Silo. Qui miſit ſortes coram Domino in Silo, diuiſitq́ue terram filijs Iſrael in ſeptem partes. Et aſcendit ſors prima filiorum Beniamin per familias ſuas, vt poſsiderent terram inter filios Iuda & filios Ioſeph. Fuitq; terminus eorũ cõtra aquilonẽ à Iordane: pergens iuxta latus Iericho ſeptẽtrionalis plagæ, & inde contra occidentẽ ad mõtana cõſcendens: Et perueniens ad ſolitudinem Bethauen: atq; pertranſiens iuxta Luzam ad meridiem, ipſa eſt Bethel: deſcenditq́; in Ataroth Addar in montẽ qui eſt ad meridiem Bethhoron inferioris: & inclinatur circuiens contra mare ad meridiem montis qui reſpicit Bethhoron contra Africũ: ſuntq́; exitus eius in Cariathbáal,
C quæ vocatur & Cariathiarim, vrbem filiorum Iuda. hæc eſt plaga contra mare ad occidentem. A meridie autem ex parte Cariathiarim egreditur terminus contra mare, & peruenit vſque ad fontem aquarum Nephtóa. Deſcenditq́; in partem montis qui reſpicit vallem filiorum Ennom: & eſt contra ſeptentrionalem plagam in extrema parte vallis Raphaim. Deſcenditq́; in Geennom, id eſt vallis Ennom iuxta latus Iebuſæi ad auſtrum: & peruenit ad fontem Rogel, tranſiens ad aquilonẽ: & egrediens ad Enſémes, id eſt Fontẽ ſolis: & pertranſit vſq; ad tumulos qui ſunt è regione Aſcenſus adommim: deſcenditq́ue Abenboen, id eſt lapidem Boen filij Ruben. & pertrãſit ex latere aquilonis ad campeſtria: deſcẽditq́; in planitiem, & prætergreditur contra aquilonem Bethagla: ſuntq́; exitus eius contra linguam maris ſalſiſsimi ab aquilo-
D ne in fine Iordanis ad auſtralem plagam, qui eſt terminus illius ab oriente. hæc eſt poſſeſsio filiorum Beniamin per terminos ſuos in circuitu, & familias ſuas. Fueruntq́ue ciuitates Iericho & Bethagla & vallis Caſis, Betharaba & Samráim & Bethel & Auim & Aphara & Ophera, villa Hemona & Ophni & Gábee: ciuitates duodecim & villæ earũ. Gabaon & Rama & Beroth & Meſphe, & Caphara & Amoſa & Recem, Iarephel & Tharela & Sela, Eleph & Iebus, quæ eſt Ieruſalẽ, Gabaath & Cariath: ciuitates quatuordecim, & villæ earum. Fueruntq́ue omnes ciuitates vigintiſex. Hæc eſt poſſeſsio filiorum Beniamin iuxta familias ſuas.

S. TRIEVVS Simeon, Zabulon, Iſſachar, Aſer, Nephthalim, Dan, & Ioſûe, ſors aſſignatur honeſta.

CAPVT XIX.

A EGreſſa eſt ſors ſecunda filiorũ Simeon per cognationes ſuas: fuitq́; hæreditas eorum in medio poſſeſsionis filiorum Iuda: Berſabee & Sabee & Molada & Haſerſual, Bala & Aſem & Elthólad, Bethul & harma & Siceleg & Bethmarchaboth & Haſerſuſa & Bethlebaoth & Sarohen: ciuitates tredecim, & villæ earũ, Aim & Remmon & Athar & Aſan: ciuitates quatuor, & villæ earum, omnes viculi per circuitum vrbium iſtarum vſq; ad Baalath, Beer, Ramath contra auſtralẽ plagam. hæc eſt hæreditas filiorum Simeon iuxta cognationes ſuas in poſſeſsione & funiculo filiorum Iuda: quia maior erat, & idcirco filij Simeon poſſederunt in medio hæreditatis eius. Ceciditq́ue ſors tertia filiorum Zabulon per cognationes ſuas: & factus eſt terminus poſſeſsionis eorũ vſq; Sarid. Aſcenditq́; de mari & Merala, & peruenit in Debbáſeth: vſq; ad torrẽtem, qui eſt contra Ieconam. Et reuertitur de Sarid contra orientem in finem Cheſeleththabor: & egreditur ad Dabereth, aſcen-
B ditq́; contra Iaphie. Et inde pertrãſit vſq; ad orientalẽ plagã Gethhepher & Tacaſin: & egreditur in Remmon, Amthar & Noa. Et circuit ad aquilonem Hanathon: ſuntq́; egreſſus eius vallis Iephthahel & Cateth & Naalol & Semerõ & Iedala & Bethlehem: ciuitates duodecim, & villæ earum. Hæc eſt hæreditas tribus filiorum Zabulon per cognationes ſuas, vrbes, & viculi earum. Iſſachar egreſſa eſt ſors quarta per cognationes ſuas: fuitq́ue eius hæreditas Iezrael & Caſaloth & Sunem & Haphárim & Seon & Anaharath & Rabboth & Ceſion, Abes, & Rameth & Engannim & Enhadda & Bethphefes. Et peruenit terminus eius vſq; Thabor & Seheſima & Bethſemes

& Bethſemes: eruntque exitus Iordanis: ciuitates ſedecim, & villæ earum. Hæc eſt poſſeſsio filiorum Iſſachar per cognationes ſuas, vrbes, & viculi earum. Ceciditque ſors quinta tribui filiorum Aſer per cognationes ſuas: fuitq; terminus eorum Halcath & Chali & Beten & Axaph & Elmélech & Amaad & Meſſal: & peruenitvſq; ad Carmelum maris & Sihor & Labanath. Ac reuertitur cõtra orientẽ Bethdagon: & pertranſitvſq; Zabulon & Vallẽ Iephtahel cõtra aquilonem in Bethémec & Nehiel. Egrediturq; ad leuam Cabul, & Abran & Rohob & Hamon & Cana, vſq; ad Sidonẽ magnam: reuertiturq; in Horma vſq; ad ciuitatem munitiſsimam Tyrum, & vſq; Hoſa: eruntq; exitus eius in mare de funiculo Achziba: & Amma & Aphec & Rohob: ciuitates viginti duæ, & villæ earum. Hæc eſt poſſeſsio filiorum Aſer per co-
C gnationes ſuas, vrbesq;, & viculi earum. Filiorum Nephthali ſexta pars cecidit per familias ſuas: & cœpit terminus de Heleph & Elon in Saananim & Adami, quæ eſt Neceb, & Iébnael vſq; Lecũ: & egreſſus eorum vſq; ad Iordanẽ, reuertiturq; terminus contra occidentem in Azanoththabor, atq; inde egreditur in Hucúca, & pertranſit in Zabulon contra meridiem, & in Aſer contra occidentem, & in Iuda ad Iordanem contra ortum ſolis. ciuitates munitiſsimæ Aſſedim, Ser & Hammath & Reccath & Cenereth & Edema & Arama, Aſor & Cedes & Edrái, Enaſor & Ieron & Magdalel, Horem & Bethanath & Bethſames: ciuitates decem & nouem, & villæ earum. Hæc eſt poſſeſsio tribus filiorum Nephthali per cognationes ſuas, vrbes, & viculi earum. Tribui filiorum Dan per familias ſuas egreſſa eſt ſors ſeptima: & fuit terminus poſſeſsionis eius Saraa, & Eſtaol, & Hirſéemes, id eſt ciuitas ſolis, Selebin & Aialon & Iethela, Elon & Themna & Acron, Elthece, Gebbethon & Baalath & Iud & Bane & Barac & Gethremmon: & aquæ Iercon & Arecon, cum termino qui reſpicit Ioppen, & ipſo fine cõcluditur. Aſcẽderũtq;
D filij Dan, & pugnauerunt contra Leſem, ceperuntq; eam: & percuſſerunt eam in ore gladij, & poſſederunt, & habitauerunt in ea, vocantes nomen eius Leſemdan, ex nomine Dan patris ſui. Hæc eſt poſſeſsio tribus filiorum Dan, per cognationes ſuas, vrbes & viculi earum. Cumque compleſſet ſorte diuidere terram ſingulis per tribus ſuas, dederunt filij Iſrael poſſeſsionem Iosûe filio Nun in medio ſui iuxta præceptum Domini, vrbem quam poſtulauit, Thamnathſaraa in monte Ephráim: & ædificauit ciuitatem, habitauitq; in ea. Hæ ſunt poſſeſsiones quas ſorte diuiſerunt Eleazar ſacerdos, & Iosûe filius Nun, & principes familiarum, ac tribuum filiorum Iſrael, in Silo, coram Domino ad oſtium tabernaculi teſtimonij, partitiq; ſunt terram.

S. SEX refugij ciuitates inſtituũtur pro homicidio ex ignorãtia facto.

CAPVT XX.

A Num.35.a Deute.19.a
LOcutus eſt Dominus ad Iosûe, dicens, Loquere filijs Iſrael, & dic eis, Separate vrbes fugitiuorum, de quibus locutus ſum ad vos per manum Moyſi, vt confugiat ad eas quicunq; animam percuſſerit neſcius: & poſsit euadere iram proximi qui vltor eſt ſanguinis, cum aduenam harum confugerit ciuitatum: ſtabitq; ante portam ciuitatis, & loquetur ſenioribus vrbis illius ea
B quæ ſe comprobent innocentem: ſicq; ſuſcipient eum, & dabunt ei locum ad habitandum. Cumque vltor ſanguinis eum fuerit perſecutus, non tradent in manus eius: quia ignorans percuſſit proximum eius, nec ante biduum triduúmve eius probatur inimicus. Et habitabit in ciuitate illa, donec ſtet ante iudicium cauſam reddẽs facti ſui, & moriatur ſacerdos magnus, qui fuerit in illo tempore: tunc reuertetur homicîda, &
C ingredietur ciuitatem, & domum ſuam, de qua fugerat. Decreuerunt q; Cedes in Galilæa montis Nephthali, & Sichem in mõte Ephráim, & Cariatharbe, ipſa eſt Hebron in monte Iuda. Et trans Iordanem contra orientalem plagam Iericho, ſtatuerunt Boſor, quæ ſita eſt in campeſtri ſolitudine de tribu Ruben, & Ramoth in Galaad de tribu Gad, & Gau-
D lon in Baſan de tribu Manaſſe. Hæ ciuitates conſtitutæ ſunt cunctis filijs Iſrael, & aduenis, qui habitabant inter eos: vt fugeret ad eas qui animam neſcius percuſsiſſet, & non moreretur in manu proximi effuſum ſanguinem vindicare cupientis, donec ſtaret ante populum expoſiturus cauſam ſuam. Deut.4.g

S. LEVITIS partes inter cæteros fratres aſsignantur.

CAPVT XXI.

A ACceſſeruntq; principes familiarum Leui ad Eleazarum ſacerdotem, & Iosûe filium Nun, & ad duces cognationum per ſingulas tribus filiorum Iſrael: locutiq; ſunt ad eos in Silo terrę Chanáan, atq; dixerunt, Dominus præcepit per manum Moyſi, vt darentur nobis vrbes ad habitandum, & ſuburbana earũ ad alenda iumẽta. Dederũtq; filij Iſrael de poſſeſsionibus ſuis iuxta imperium Domini, ciuitates & ſuburbana earum. Egreſſaq; eſt ſors in familiam Caath filiorum Aaron ſacerdotis de tribu Iuda & Simeon & Beniamin, ciuitates tredecim. Et reliquis filiorum Caath, id eſt Leuitis qui ſuperfuerant de tribubus Ephráim, & Dan, & dimidiæ tribus Manaſſe ciuitates decem. Porrò filijs Gerſon egreſſa eſt ſors, vt acciperent de tribubus Iſſachar & Aſer & Nephthali, dimidiaq; tribu Manaſſe in Baſan ciuitates numero tredecim. Et filijs Merari per cognationes ſuas de tribubus Ruben & Gad & Zabulon
B vrbes duodecim. Dederuntq; filij Iſrael Leuitis ciuitates & ſuburbana earum, ſicut præcepit Dominus per manũ Moyſi ſingulis ſorte tribuentes. De tribubus filiorum Iuda & Simeon dedit Iosûe ciuitates: quarum iſta ſunt nomina filijs Aaron per familias Caath Leuitici generis. Prima enim ſors illis egreſſa eſt Cariatharbe patris Enac, quæ vocatur Hebron, in monte Iuda, & ſuburbana eius per circuitum. Agros verò, & villas eius dederat Caleb filio Iéphone ad poſsidendum. Dedit ergo filijs Aaron ſacerdotis Hebron cõfugij ciuitatem, ac ſuburbana eius: & Lobnam cũ ſuburbanis ſuis: & Iether & Eſthemo & Holon & Dabir & Ain & Ieta Bethſãmes, cum ſuburbanis ſuis: ciuitates nouem de tribubus, vt dictum eſt, duabus. De tribu autem filiorum Beniamin, Gabaon & Gabae & Anathoth & Almõ, cum ſuburbanis ſuis: ciuitates quatuor. Omnes ſimul ciuitates filiorum Aaron ſacerdotis, tredecim, cum ſuburbanis ſuis. Reliquis verò per familias filiorum Caath Leuitici generis hæc eſt data poſſeſsio: De tribu Ephráim vrbes confugij Sichem cum ſuburbanis ſuis in monte Ephráim, & Gazer & Cibſáim & Bethhoron,
C cum ſuburbanis ſuis, ciuitates quatuor. De tribu quoq; Dan: Eltheco & Gabathon & Aialon & Gethremmon, cum ſuburbanis ſuis, ciuitates quatuor. Porrò de dimidia tribu Manaſſe Thanach & Gethremmon, cum ſuburbanis ſuis, ciuitates duæ. Omnes ciuitates decem, & ſuburbana earũ datæ ſunt filijs Caath inferioris gradus. Filijs quoque Gerſon Leuitici generis dedit de dimidia tribu Manaſſe confugij ciuitates, Gaulon in Baſan, & Boſram, cum ſuburbanis ſuis, ciuitates duas. Porrò de tribu Iſſachar: Ceſion & Dabereth & Iaramoth & Engannim, cum ſuburbanis ſuis, ciuitates quatuor. De tribu autem Aſer, Meſſal & Abdon & Helcath & Rohob, cum ſuburbanis ſuis, ciuitates quatuor. De tribu quoq; Nephthali ciuitates confugij, Cedes in Galilæa, & Hammothdor & Carthan, cum ſuburbanis ſuis, ciuitates tres. Omnes vrbes familiarum Gerſon, tredecim, cum ſuburbanis ſuis. Filijs autem Merari Leuitis inferioris gradus per familias ſuas data eſt de tribu Zabulon, Iécnã & Cartha & Dam-
D na & Naalol, ciuitates quatuor, cum ſuburbanis ſuis. De tribu Gad ciuitates confugij, Ramoth in Galaad, & Manaim & Heſebon & Iazer, ciuitates quatuor, cum ſuburbanis ſuis. De tribu Ruben vltra Iordanem contra Iéricho ciuitates refugij, Boſor in ſolitudine, Miſor & Iazer & Iethſon & Ma- Num.35.a

ſpha, ciuitates quatuor cum ſuburbanis ſuis. Omnes vrbes filiorum Merari per familias, & cognationes ſuas duodecim. Itaq; ciuitates vniuerſæ Leuitarum in medio poſſeſſionis filiorum Iſrael fuerunt quadragintaocto cum ſuburbanis ſuis, ſingulæ per familias diſtributæ. Deditq́ue Dominus Deus Iſraeli omnem terrã, quam traditurum ſe patribus eorum iurauerat: & poſſederunt illam, atq; habitauerũt in ea. Dataq́ue eſt ab eo pax in omnes per circuitum nationes: nullusq́ue eis hoſtium reſiſtere auſus eſt, ſed cuncti in eorum ditionem redacti ſunt. Nevnum quidem verbum, quod illis præſtiturum ſe eſſe promiſerat, irritum fuit, ſed rebus expleta ſunt omnia.

S. ALTARE extructum à tribubus Ruben, Gad, & dimidia Manaſſæ ſuſpicionem mouit apud cæteros fratres.

CAPVT XXII.

A Rodem tempore vocauit Ioſûe Rubenitas, & Gaditas, & dimidiam tribum Manaſſe, dixitq́ue ad eos, Feciſtis omnia quæ præcepit vobis Moyſes famulus Domini: mihi quoque in omnibus obediſtis: nec reliquiſtis fratres veſtros longo tempore, vſque in præſentem diem, cuſtodientes imperiũ Domini Dei veſtri. Quia igitur dedit Dominus Deus veſter fratribus veſtris quietẽ & pacẽ, ſicut pollicitus eſt: reuertimini, & ite in taber-
Num.32.f nacula veſtra, & in terram poſſeſſionis, quam tradidit vobis Moyſes famulus Domini trans Iordanẽ: ita dũtaxat, vt cuſtodiatis attentè, & opere cõpleatis mandatũ & legem quam præcepit vobis Moyſes famulus Domini, vt diligatis Dominum Deum veſtrũ, & ambuletis in omnibus vijs eius, & ob-
B ſeruetis mandata illius, adhæreatis q́ue ei, ac ſeruiatis in omni corde, & in omni anima veſtra. Benedixitq́; eis Ioſûe, & dimiſit eos. Qui reuerſi ſunt in tabernacula ſua. Dimidię autem tribui Manaſſe poſſeſſionem Moyſes dederat in Baſan: & idcirco mediæ quæ ſuperfuit, dedit Ioſûe ſortem inter cæteros fratres ſuos trans Iordanẽ ad occidentalẽ eius plagã. Cumq́; dimitteret eos in tabernacula ſua, & benedixiſſet eis, dixit ad eos, In multa ſubſtantia atq; diuitijs reuertimini ad ſedes veſtras cũ argento & auro, ære ac ferro, & veſte multiplici: diuidite prędam hoſtium cum fratribus veſtris. Reuerſiq́; ſunt, et abierunt filij Ruben, & filij Gad, & dimidia tribus Manaſſe, à filijs Iſrael de Silo, quæ ſita eſt in Chanáan, vt intrarent Galaad terrã poſſeſſionis ſuæ, quã obtinuerant iuxta imperium
C Domini in manu Moyſi. Cumq́; veniſſent ad tumulos Iordanis, in terrã Chanáan, ædificauerunt iuxta Iordanem altare infinitæ magnitudinis. Quod cum audiſſent filij Iſrael, & ad eos certi nuntij detuliſſent ædificaſſe filios Ruben, & Gad, & dimidię tribus Manaſſe altare in terra Chanáan, ſuper Iordanis tumulos contra filios Iſrael: conuenerunt omnes in Silo, vt aſcenderẽt & dimicarent contra eos. Et interim miſerũt ad illos in terrã Galaad Phinees filiũ Eleazari ſacerdotis, & decem principes cũ eo, ſingulos de ſingulis tribubus. Qui venerunt ad filios Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe in terrã Galaad, dixerũtq́; ad eos, Hæc mandat omnis populus Domini, Quæ eſt iſta tranſgreſsio? Cur reliquiſtis Dominũ
D Deum Iſrael, ædificãtes altare ſacrilegũ, & à cultu illius recedentes? An parum vobis eſt quòd peccaſtis in Beelphegor, et
Nume.25.f vſq; in præſentẽ diem macula huius ſceleris in nobis permanet, multiq́; de populo corruerunt? Et vos hodie reliquiſtis Dominũ, & cras ira vniuerſum Iſrael ira eius deſæuiet. Quòd ſi putatis immundã eſſe terrã poſſeſſionis veſtræ, tranſite ad terram in qua tabernaculũ Domini eſt, & habitate inter nos: tantũ vt à Domino, & à noſtro cõſortio non recedatis, ædificato altari præter altare Domini Dei veſtri. Nónne Achan
Supra 7.a filius Zare præterijt mandatũ Domini, & ſuper omnẽ populum Iſrael ira eius incubuit? Et ille erat vnus homo, atque vtinam ſolus perijſſet in ſcelere ſuo. Reſpõderũtq́; filij Ruben,
E & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe principibus legationis Iſrael, Fortiſsimus Deus Dominus, fortiſsimus Deus Dominus ipſe nouit, & Iſrael ſimul intelliget: ſi præuaricationis animo hoc altare conſtruximus, nõ cuſtodiat nos, ſed puniat nos in præſenti: & ſi ea mẽte fecimus, vt holocauſta, & ſacrificiũ, & pacificas victimas ſuper eo imponeremus, ipſe quærat & iudicet: & nõ ea magis cogitatione atq; tractatu, vt diceremus, Cras dicent filij veſtri filijs noſtris, Quid vobis & Domino Deo Iſrael? terminũ poſuit Dominus inter nos &
F vos ô filij Ruben, & filij Gad Iordanẽ fluuiũ: & idcirco partem non habetis in Domino. Et per hanc occaſionẽ auertent filij veſtri filios noſtros à timore Domini. Putauimus itaque melius, & diximus, Extruamus nobis altare, non in holocauſta, neq; ad victimas offerendas, ſed in teſtimonium inter nos & vos, & ſobolẽ noſtrã veſtramq́; progeniem, vt ſeruiamus Domino, & iuris noſtri ſit offerre & holocauſta, & victimas, & pacificas hoſtias: & nequaquam dicant cras filij veſtri filijs noſtris, Non eſt vobis pars in Domino. Quod ſi voluerint dicere, reſpondebunt eis, Ecce altare Domini quod fecerunt patres noſtri, non in holocauſta, neq; in ſacrificium, ſed in teſtimonium noſtrum ac veſtrum. Abſit à nobis hoc ſcelus vt recedamus à Domino, & eius veſtigia relinquamus extructo altari ad holocauſta, & ſacrificia, & victimas offe-
G rendas, præter altare Domini Dei noſtri quod extructũ eſt ante tabernaculum eius. Quibus auditis, Phinees ſacerdos, & principes legationis Iſrael, qui erant cum eo, placati ſunt: & verba filiorum Ruben, & Gad, & dimidiæ tribus Manaſſe, libentiſsimè ſuſceperunt. Dixitq́ue Phinees filius Eleazari ſacerdos ad eos, Nunc ſcimus quòd nobiſcum ſit Dominus, quoniam alieni eſtis à præuaricatione hac, & liberaſtis filios Iſrael de manu Domini. Reuerſusq́ue eſt cum principibus à filijs Ruben & Gad de terra Galaad, in terram Chanáan ad filios Iſrael, & retulit eis. Placuitq́ue ſermo cunctis audientibus. Et laudauerunt Deum filij Iſrael, & nequaquam vltrà dixerunt vt aſcenderent contra eos atque pugnarent, & delerent terram poſſeſſionis eorum. Vocaueruntq́; filij Ruben, & filij Gad altare quod extruxerãt, Teſtimonium noſtrum, quòd Dominus ipſe ſit Deus.

S. IEHOSVE iam ſenex Iſraëlitas ad legem Dei obſeruandam moribundus hortatur. CAPVT XXIII.

A Voluto autem multo tempore, poſtquã pacem dederat Dominus Iſraeli, ſubiectis in gyro nationibus vniuerſis, & Ioſûe iam longæuo, & perſenilis ætatis, vocauit Ioſúe omnem Iſraëlem, maioresq́; natu, & principes, ac duces, & magiſtros, dixitq́ue ad eos, Ego ſenui, & progreſsioris ætatis ſum: vosq́; cernitis omnia quæ fecerit Dominus Deus veſter cunctis per circuitum nationibus, quomodo pro vobis ipſe pugnauerit: & nunc quia vobis ſorte diuiſit omnem terram, ab orientali par-
B te Iordanis vſq; ad Mare magnum, multæq́; adhuc ſuperſunt nationes: Dominus Deus veſter diſperdet eas, & auferet à facie veſtra, & poſſidebitis terram, ſicut vobis pollicitus eſt. tantum confortamini, & eſtote ſolliciti vt cuſtodiatis cuncta quæ ſcripta ſunt in volumine legis Moyſi: & non declinetis ab eis, neq; ad dexterã neq; ad ſiniſtram: ne poſtquã intraueritis ad gentes, quæ inter vos futuræ ſunt, iuretis in nomine Nõ iurandũ per nomina idolorum. deorum earũ, & ſeruiatis eis, & adoretis illos, ſed adhæreatis Domino Deo veſtro, quod feciſtis vſq; in diem hanc: & tunc
C auferet Dominus Deus in conſpectu veſtro gẽtes magnas & robuſtiſsimas, & nullus vobis reſiſtere poterit. Vnus è vobis perſequetur hoſtium mille viros: quia Dominus Deus veſter pro vobis ipſe pugnabit, ſicut pollicitus eſt. Hoc tantũ diligentiſsimè præcauete, vt diligatis Dominũ Deum veſtrum. Quòd ſi volueritis gentiũ harũ quæ inter vos habitant, erroribus adhærere, & cum eis miſcere connubia, atque amicitias copulare: iam tunc ſcitote quòd Dominus Deus veſter non eas delebit ante faciem veſtrã, ſed erunt vobis in foueã, ac laqueum, & offendiculũ ex látere veſtro, & ſudes in oculis veſtris,

stris,donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima
D quam tradidit vobis. En ego hodie ingrediar viam vniuersæ terræ, & toto animo cognoscetis quòd de omnibus verbis quæ se Dominus prestiturum vobis esse pollicitus est,vnum non præterierit incassum. Sicut ergo impleuit opere quod promisit,& prospera cuncta venerunt:sic adducet super vos quicquid malorum comminatus est,donec vos auferat atque disperdat de terra hac optima quam tradidit vobis, eo quòd præterieritis pactum Domini Dei vestri, quod pepigit vobiscum,& seruieritis dijs alienis, & adoraueritis eos:citò atq; velociter consurget in vos furor Domini, & auferemini ab hac terra optima quam tradidit vobis.

S. BENEFICIA *Israelitis à Deo exhibita, signaq; ostensa commemorantur.* CAPVT XXIIII.

A COngregauitque Iosûe omnes tribus Israel in Sichem,& vocauit maiores natu,ac principes,& iudices,& magistros:steteruntq; in conspectu Domini,& ad populũ sic locutus est, Hæc dicit Do
Gene.11.d minus Deus Israel,Trans fluuium habitauerunt patresvestri ab initio,Thare pater Abraham,& Nachor: seruieruntque dijs alienis. Tuli ergo patrem vestrum Abraham de Mesopotamiæ finibus,& adduxi eum in terram Chanáan:multiplicauique semen eius,& dedi ei Isaac:illiq; rursum dedi Ia-
Gene.22.d cob & Esau. E quibus, Esau dedi montem Seir ad possidendum: Iacob vero, & filij eius descenderunt in Aegyptum.
25.d
Gene.26.a Misiq; Moysen & Aaron, & percussi Aegyptum multis si-
Gene.46.a gnis atq; portentis. Eduxiq; vos & patres vestros de Aegy-
Exod.3.c pto,& venistis ad mare:persecutiq; sunt Aegyptij patresve-
Exod.12 f stros cum curribus & equitatu,vsq; ad Mare rubrũ. Clama-
Exod.14.d uerunt autẽ ad Dominũ filij Israel: qui posuit tenebras inter
B vos & Aegyptios:& adduxit super eos mare,& operuit eos. Viderunt oculi vestri cũcta quæ in Aegypto fecerim,& habitastis in solitudine multo tempore:& introduxivos in ter-
Nume.21.d ram Amorrhæi,qui habitabat trans Iordanẽ.Cumq; pugnarent contra vos, tradidi eos in manus vestras, & possedistis
Num.22.a terram eorum,atq; interfeciſtis eos. Surrexit autem Balac filius Sephor rex Moab,& pugnauit cõtra Israelem. Misitq;, & vocauit Balaam filium Beor, vt malediceret vobis : & ego
C nolui audire eum,sed econtrario per illum benedixi vobis, & liberaui vos de manu eius. Transistisq; Iordanem,& veni-
Supra 3. d stis ad Iericho. Pugnauerunt q; contra vos viri ciuitatis eius,
6.a
Supra 11.d Amorrhæus & Pherezæus & Chananæus & Hethæus & Gergesæus & Heuæus & Iebuseus:& tradidi illos in manus
Supra 11.d vestras. Misique ante vos crabrones:& eieci eos de locis suis, duos reges Amorrhæorum,non in gladio & in arcu tuo. Dedi q; vobis terram in qua non laborastis, & vrbes quas non ædificastis, vt habitaretis in eis, vineas & olueta quæ non plantastis. Nunc ergo timete Dominũ, & seruite ei perfecto corde atq; verissimo :& auferte Deos quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia & in Aegypto,ac seruite Domino. Sinautẽ malum vobis videtur vt Domino seruiatis, optio
D vobis datur:eligite hodie quod placet, cui seruire potissimũ debeatis,vtrum dijs quibus seruierunt patres vestri in Mesopotamia,an dijs Amorrhæorum,in quorum terra habitatis: ego autem & domus mea seruiemus Domino. Respondit q; populus,& ait,Absit à nobis vt relinquamus Dominum,& seruiamus dijs alienis. Dominus Deus noster ipse eduxit nos & patres nostros de terra Aegypti & de domo seruitutis:fecit q; videntibus nobis signa ingentia,& custodiuit nos in omni via per quam ambulauimus, & in cunctis populis per quos transiuimus. Et eiecit vniuersas gentes, & Amorrhæum habitatorem terræ quam nos intrauimus. Seruiemus igitur Domino, quia ipse est Deus noster. Dixitque Iosûe
E ad populum, Non poteritis seruire Domino: Deus enim sanctus & fortis æmulator est, nec ignoscet sceleribus vestris atq; peccatis. Si dimiseritis Dominum,& seruieritis dijs alienis,conuertet se & affliget vos,atque subuertet postquam vobis præstiterit bona. Dixitque populus ad Iosûe, Nequaquam ita vt loqueris erit,sed Domino seruiemus. Et Iosûe ad populum, Testes,inquit,vos estis,quia ipsi elegeritis vobis Dominum vt seruiatis ei. Responderunt q;, Testes. Nunc
F ergo,ait,auferte deos alienos de medio vestri,& inclinate corda vestra ad Dominum Deum Israel. Dixitque populus ad Iosûe, Domino Deo nostro seruiemus, & obedientes erimus præceptis eius. Percussit ergo Iosûe in die illo fœdus, & proposuit populo præcepta atque iudicia in Sichem. Scripsit quoq; omnia verba hæc in volumine legis Domini: & tulit lapidem pergrandem,posuitque eum subter quercum quæ erat in sanctuario Domini,& dixit ad omnẽ populum, En lapis iste erit vobis in testimoniũ quòd audieritis omnia verba Domini quæ locutus est vobis:ne fortè postea negare velitis,& mentiri Domino Deo vestro. Dimisitque populum, singulos in possessionem suam. Et post hæc mortuus Moritur Iosûe.
G est Iosûe filius Nun seruus Domini,centum & decem annorum : sepelierunt que eum in finibus possessionis suæ in Thamnathsare,quæ est sita in monte Ephraim,à septentrionali parte montis Gaas. Seruiuitque Israel Domino cunctis diebus Iosûe & seniorum,qui longo vixerant tempore post Iosûe,& qui nouerant omnia opera Domini quæ fecerat in Israel. Ossa quoque Ioseph,quæ tulerant filij Israel de Aegypto,sepelierunt in Sichem,in parte agri quem emerat Iacob à filijs Hemor patris Sichem centum nouellis ouibus,& fuit in possessionem filiorum Ioseph. Eleazar quoque filius Aaron mortuus est:& sepelierunt eum in Gabaath Phinees filij eius,quæ data est ei in monte Ephraim. Ossa Ioseph sepeliuntur. *Gene.50.d* Eleazar moritur.

FINIS.

Liber Iudicum, Hebraicè Sophetim.



S. INFIDELES *Iuda Duce cum eorum ciuitatibus expugnantur, & in tributum redduntur.*

CAPVT I.

A POST mortem Iosûe consuluerunt filij Israel Dominum,dicentes, Quis ascendet ante nos cõtra Chananæum, & erit dux belli? Dixit q; Dominus, Iudas ascẽdet:ecce tradidi terrã in manus eius. Et ait Iudas Simeoni fratri suo, Ascende mecum in sortem meã, & pugna cõtra Chananæũ,vt & ego pergam tecũ in sorte tua. Et abijt cum eo Simeon. Ascenditque Iudas, & tradidit Dominus Chananæum,ac Pherezæũ in manus eorũ:& percusserunt in Bezec decem millia virorum. Inuenerunt q; Adonibézec in Bezec,

& pugnauerunt contra eum, ac percusserunt Chananæum & Pherezæum. Fugit autē Adonibézec: quem persecuti cōprehenderunt, cæsis summitatibus manuū eius ac pedū. Dixitq;

B Adonibézec, Septuaginta reges amputatis manuū ac pedum summitatibus, colligebant sub mensa mea ciborum reliquias: sicut feci, ita reddidit mihi Dominus. Adduxeruntq; eum in Ierusalē, & ibi mortuus est. Oppugnantes ergo filij Iuda Ierusalē, ceperunt eam, & percusserunt in ore gladij, tradentes cunctā incendio ciuitatem. Et postea descendentes pugnauerunt cōtra Chananæum qui habitabat in montanis, & ad meridiem in campestribus. Pergensq; Iudas contra Chananæū, qui habitabat in Hebrō, cuius nomē fuit antiquitus Cariath-

Ioſu.15.c arbe, percussit Sesai, Ahiman, & Tholmai: atque inde profectus abijt ad habitatores Dabir, cuius nomen vetus erat

C Cariathsépher, id est ciuitas literarum. Dixitque Caleb, Qui percusserit Cariathsépher, & vastauerit eā, dabo ei Axam filiam meā vxorē. Cumq; cepisset eam Othoniel filius Cenez frater Caleb minor, dedit ei Axam filiā suā coniugē. Quam pergentem in itinere monuit vir suus vt peteret à patre suo agrum. Quæ cum suspirasset sedens in asino, dixit ei Caleb, Quid habes? At illa respondit, Da mihi benedictionem, quia terrā arentem dedisti mihi: da & irriguam aquis. Dedit ergo ei Caleb irriguum superius & irriguum inferius. Filij autem Cinæi cognati Moysi ascenderunt de ciuitate palmarū, cum filijs Iuda in desertū sortis eius, quod est ad meridiē Arad, &

D habitauerūt cum eo. Abijt autem Iudas cum Simeone fratre suo, & percusserunt simul Chananæum qui habitabat in Sephath, & interfecerunt eum. Vocatumque est nomen vrbis, Horma, id est anáthema. Cepitq; Iudas Gazam cum finibus suis, & Ascalonem, atq; Accaron cum terminis suis. Fuitque Dominus cum Iuda, & montana possedit: nec potuit delere habitatores vallis, quia falcatis curribus abundabant. De-

Num.14.d deruntque Caleb Hebron, sicut dixerat Moyses: qui deleuit ex ea tres filios Enac. Iebusæum autem habitatorem Ierusalem non deleuerūt filij Beniamin: habitauitq; Iebusæus cum

E filijs Beniamin in Ierusalem vsque in præsentem diem. Domus quoq; Ioseph ascendit in Bethel, fuitq; Dominus cum eis. Nam cum obsiderent vrbem, quæ prius Luza vocabatur, viderunt hominem egredientem de ciuitate, dixeruntque ad eum, Ostende nobis introitum ciuitatis, & faciemus tecum misericordiam. Qui cum ostendisset eis, percusserunt vrbem in ore gladij: hominem autem illū, & omnem cognationem eius dimisērūt. Qui dimissus, abijt in terram Hethim, & ædificauit ibi ciuitatem, vocauitque eam Luzam: quæ ita appel-

F latur vsque in præsentem diem. Manasses quoq; non deleuit Bethsan, & Tanach cū viculis suis, & habitatores Dor, & Ieblaam, & Mageddo cum viculis suis, cœpitq; Chananæus habitare cum eis. Postquam autem confortatus est Israel, fecit eos tributarios, & delere noluit. Ephraim etiam non interfecit Chananæū qui habitabat in Gazer, sed habitauit cum eo. Zabûlon non deleuit habitatores Tethron, & Naalon: sed habitauit Chananæus in medio eius, factusq; est ei tributarius. Aser quoq; non deleuit habitatores Accho, & Sidônis, Alab, & Achazib, & Amma, & Aphec, & Rohob, habitauitque in

G medio Chananæi habitatoris illius terræ, nec interfecit eum. Nephthali quoque non deleuit habitatores Bethsémes, & Bethanath: & habitauit inter Chananæū habitatorem terræ, fuerūtq; ei Bethsemitæ, & Bethanithæ tributarij. Arctauitq; Amorrhæus filios Dan in monte, nec dedit eis locūvt ad planiora descenderent: habitauitq; in monte Hares, quod interpretatur testatio, in Aialon, & Salebim. Et aggrauata est manus domus Ioseph, factusq; est ei tributarius. Fuit autē terminus Amorrhæi ab ascēsu scorpionis, Petra, & superiora loca.

S. ANGELO Domini Dei beneficia Israeli improperante, Israel toties liberatus recidit, ideo in manus sæpe traditur hostium.

CAPVT II.

A Ascenditq; angelus Domini de Galgalis ad Locū flentium, & ait, Eduxi vos de Aegypto, & introduxi in terram pro qua iurauī patribus vestris: & pollicitus sum vt non facerem irritum pactum meum vobiscum in sempiternū: ita dūntaxat vt non feriretis fœdus cum habitatoribus terræ huius, & aras eorū subuertere-
Populo Iere dulo, idō la relinquit Deus in ruinam.
tis: & noluistis audire vocem meam. cur hoc fecistis? Quam ob rem nolui delere eos à facie vestra: vt habeatis hostes, & dij eorū sint vobis in ruinā. Cumq; loqueretur angelus Domini hæc verba ad omnes filios Israel, eleuauerunt vocē suā, & fleuerunt. Et vocatū est nomen loci illius, Locus flentium siue lachrymarum: immolauerunteq; ibi hostias Domino. Di-
Ioſu.24.g misit ergo Iosûe populum, & abierunt filij Israel vnusquisq; in possessionem suā, vt obtinerent eam: seruieruntq; Domino cunctis diebus eius, & seniorum, qui longo post eum vixerunt tempore, & nouerāt omnia opera Domini quæ fecerat cum Israel. Mortuus est autem Iosûe filius Nun, famulus

B Domini centum & decem annorum, & sepelierunt eum in finibus possessionis suę in Thamnathhares in monte Ephraim, à septentrionali plaga montis Gaas. Omnisq; illa generatio congregata est ad patres suos: & surrexerunt alij, qui non
Filij Israel fornicātur cum idōlis.
nouerunt Dominum, & opera quæ fecerat cum Israel. Fecerunt que filij Israel malū in conspectu Domini, & seruierunt Baalim. Ac dimiserunt Dominum Deum patrum suorum, qui eduxerat eos de terra Aegypti: & secuti sunt deos alienos, deos quoque populorum qui habitabant in circuitu eorum, & adorauerunt eos: & ad iracundiam cōcitauerunt Do-
Tradūtur in manus hostium.
C minum, dimittentes eum, & seruientes Baal & Astaroth. Iratusq; Dominus contra Israel, tradidit eos in manus diripientium: qui ceperunt eos, & vendiderunt hostibus qui habitabant per gyrum: nec potuerunt resistere aduersarijs suis, sed quocunq; pergere voluissent, manus Domini super eos erat, sicut locutus est, & iurauit eis: & vehementer afflicti sunt. Suscitauitq; Dominus iudices qui liberarent eos de vastantium manibus: sed nec eos audire voluerunt, fornicantes cum dijs alienis, & adorantes eos. Citò deseruerunt viam per quam ingressi fuerant patres eorum: & audientes mandata Domini, omnia fecere contraria. Cumque Dominus iudices suscitaret, in diebus eorum flectebatur misericordia, & audiebat af-

D flictorum gemitus, & liberabat eos de cæde vastantiū. Postquam autem mortuus esset iudex, reuertebantur, & multò faciebant peiora quàm fecerant patres eorum, sequentes deos
Sequuntur suas adinuentiones.
alienos, seruientes eis, & adorantes illos. Non dimiserunt adinuentiones suas, & viam durissimam per quam ambulare consueuerant. Iratusque est furor Domini in Israel, & ait, Quia irritum fecit gens ista pactum meum quod pepigeram cum patribus eorum, & vocem meam audire contempsit, & ego non delebo gentes quas dimisit Iosûe, & mortuus est: vt in ipsis experiar Israel, vtrum custodiant viam Domini, & ambulent in ea, sicut custodierunt patres eorum, an non. Dimisit ergo Dominus omnes nationes has, & citò subuertere noluit, nec tradidit in manus Iosûe.

S. ISRAELITAE *sæpius lapsi per extraneos reges afflicti, per Othoniel & Aod liberantur.*

CAPVT III.

A Hæ sunt gentes quas Dominus dereliquit, vt erudiret in eis Israelem, & omnes qui non nouerāt bella Chananęorum: & postea discerent filij eorum certare cum hostibus, & habere consuetudinem præliandi: quinq; satrapas Philisthinorum, omnemq; Chananæū, & Sidoniū atq; Heuæum, qui habitabāt in monte Libano, de monte Baalhermon vsq; ad introitum Emath. Dimisitque eos, vt in ipsis experiretur Israelem vtrum audirent mandata Domini quæ præceperat patribus eorum per manum Moysi, an non. Itaque filij Israel habitauerunt in medio Chananæi, & Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Heuæi,

Adonibézec cōprehenditur.

Heuæi,& Iebuſæi: & duxerunt vxores filias eorũ, ipſiq; filias ſuas filijs eorum tradiderunt,& ſeruierunt dijs eorũ. Feceruntq; malum in conſpectu Domini,& obliti ſunt dei ſui, ſeruientes Baalim & Aſtaroth. Iratusq; contra Iſrael Dominus, tradidit eos in manus Chuſanraſathâim regis Meſopotamiæ, ſeruieruntq; ei octo annis. Et clamauerunt ad Dominum: qui ſuſcitauit eis ſaluatorem,& liberauit eos, Othoniel videlicet filium Cenez, fratrem Caleb minorem: fuitq; in eo ſpiritus Domini,& iudicauit Iſrael. Egreſſusq; eſt ad pugnã, & tradidit Dominus in manus eius Chuſanraſathâim regem Syriæ,& oppreſsit eum. Quieuitq; terra quadraginta annis, & mortuus eſt Othoniel filius Cenez. Addiderunt autẽ filij Iſrael facere malum in conſpectu Domini: qui confortauit aduerſum eos Eglon regem Moab: quia fecerunt malum in conſpectu eius. Et copulauit ei filios Ammon, & Amalec: abijtq;& percuſsit Iſrael,atq; poſſedit vrbẽ palmarum. Seruieruntq; filij Iſrael Eglon regi Moab decem & octo annis, & poſtea clamauerunt ad Dominũ: qui ſuſcitauit eis ſaluatorem vocabulo Aod, filium Gera filij Iemini, qui vtraq; manu pro dextera vtebatur. Miſeruntq; filij Iſrael per illum munera Eglon regi Moab. Qui fecit ſibi gladium ancipitem, habentẽ in medio capulũ longitudinis palmæ manus, & accinctus eſt eo ſubter ſagum in dextro femore. Obtulitq; munera Eglon regi Moab. Erat autẽ Eglon craſſus nimis. Cumq; obtuliſſet ei munera, proſecutus eſt ſocios qui cum eo venerant. Et reuerſus de Galgalis, vbi erant idôla, dixit ad regem, Verbum ſecretum habeo ad te ô rex. Et ille imperauit ſilentium: egreſsisq; omnibus qui circa eum erant, ingreſſus eſt Aod ad eum. ſedebat autẽ in æſtiuo cœnaculo ſolus, dixitq;, Verbũ Dei habeo ad te. Qui ſtatim ſurrexit de throno. Extenditq; Aod ſiniſtram manum,& tulit ſicam de dextro femore ſuo, inflixitq; eam in ventrem eius tam validè, vt capulus ſequeretur ferrum in vulnere, ac pinguiſsimo adipe ſtringeretur. Nec eduxit gladium, ſed ita vt percuſſerat reliquit in corpore, ſtatimq; per ſecreta naturæ alui ſtercora, proruperunt. Aod autẽ clauſis diligentiſsimè oſtijs cœnaculi, & obfirmatis ſera, per poſticum egreſſus eſt. Seruiq; regis ingreſsi viderunt clauſas fores cœnaculi, atq; dixerunt, Forſitan purgat aluum in æſtiuo cœnaculo. Expectantesq; diu donec erubeſcerent,& videntes quòd nullus aperiret, tulerunt clauem: & aperientes inuenerunt Dominum ſuum in terra iacentem mortuum. Aod autem dum illi turbarentur, effugit,& pertranſijt locum idolorũ vnde reuerſus fuerat. Venitq; in Seirath: & ſtatim inſonuit buccina in monte Ephraim: deſcenderuntq; cum eo filij Iſrael, ipſo in fronte gradiente. Qui dixit ad eos, Sequimini me: tradidit enim Dominus inimicos noſtros Moabitas in manus noſtras. Deſcenderuntque poſt eum,& occupauerunt vada Iordanis, quæ tranſmittunt in Moab: & non dimiſerunt tranſire quenquã, ſed percuſſerunt Moabitas in tempore illo circiter decem millia, omnes robuſtos & fortes viros. nullus eorum euadere potuit. Humiliatusque eſt Moab in die illo ſub manu Iſrael: & quieuit terra octoginta annis. Poſt hunc fuit Samgar filius Anath, qui percuſsit de Philiſthijm ſexcẽtos viros vomere: & ipſe quoque defendit Iſrael.

S. DEBORA & Barach aduerſus Siſaram principem Iabin dimicãt, quem profugum Iabel occîdit. CAPVT IIII.

ADdideruntq; filij Iſrael facere malũ in conſpectu Domini poſt mortẽ Aod: & tradidit illos Dominus in manus Iabin regis Chanáan, qui regnauit in Aſor: habuitq; ducẽ exercitus ſui nomine Siſaram, ipſe autem habitabat in Haroſeth gentium. Clamauerunt ad Dominũ filij Iſrael, nongẽtos enim habebat falcatos currus,& per viginti annos vehementer oppreſſerat eos. Erat autem Debora prophêtis vxor Lapidoth, quæ iudicabat populũ in illo tẽpore. Et ſedebat ſub palma, quæ nomine illius vocabatur, inter Rama & Bethel in mõte Ephraim: aſcẽdebantq; ad eam filij Iſrael in omne iudiciũ. Quæ miſit, & vocauit Barac, filium Abinoem de Cedes Nephthali: dixitq; ad eum, Præcepit tibi Dominus Deus Iſrael, Vade,& duc exercitũ in montem Thabor, tollesq; tecum decẽ millia pugnatorũ de filijs Nephthali,& de filijs Zabûlon: ego autẽ adducã ad te in loco torrẽtis Ciſon, Siſaram principẽ exercitus Iabin,& currus eius, atq; omnẽ multitudinẽ,& tradã eos in manu tua. Dixitq; ad eam Barac, Si venis mecum, vadam: ſi nolueris venire mecũ, nõ pergã. Quæ dixit ad eum, Ibo quidem tecum, ſed in hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Siſara. Surrexit itaque Debora, & perrexit cũ Barac in Cedes. Qui, accitis Zabûlon, & Nephthali, aſcendit cũ decem millibus pugnatorũ, habens Deborã in comitatu ſuo. Haber autem Cinæus receſſerat quondam à cæteris Cinæis fratribus ſuis filijs Hobab, cognati Moyſi: & tetenderat tabernacula vſq; ad vallem quæ vocatur Sennim, & erat iuxta Cedes. Nuntiatumq; eſt Siſaræ quòd aſcẽdiſſet Barac filius Abinoem, in montẽ Thabor: & cõgregauit nongentos falcatos currus,& omnem exercitũ de Haroſeth gentium ad torrentem Ciſon. Dixitq; Debora ad Barac, Surge, hæc eſt enim dies in qua tradidit Dominus Siſaram in manus tuas: en ipſe ductor eſt tuus. Deſcendit itaq; Barac de monte Thabor,& decem millia pugnatorum cum eo. Perterruitq; Dominus Siſaram,& omnes currus eius, vniuerſamq; multitudinem in ore gladij ad conſpectum Barac: in tantum vt Siſara de curru deſiliens, pedibus fugeret,& Barac perſequeretur fugientes currus,& exercitum vſque ad Haroſeth gentium,& omnis hoſtiũ multitudo vſque ad internecionem caderet. Siſara autem fugiens peruenit ad tentorium Iahel vxoris Haber Cinæi. Erat autem pax inter Iabin regem Aſor,& domum Haber Cinæi. Egreſſa igitur Iahel in occurſum Siſaræ, dixit ad eum, Intra ad me Domine mi, intra, ne timeas. Qui ingreſſus tabernaculũ eius,& opertus ab ea pallio, dixit ad eam, Da mihi obſecro paululum aquæ, quia ſitio valde. Quæ aperuit vtrẽ lactis,& dedit ei bibere, & operuit illum. Dixitque Siſara ad eam, Sta ante oſtium tabernaculi, & cum venerit aliquis interrogans te,& dicens, Nunquid hic eſt aliquis? reſpondebis, Nullus eſt. Tulit itaque Iahel vxor Haber clauum tabernaculi, aſſumens pariter & malleum: & ingreſſa abſconditè,& cum ſilentio poſuit ſupra tẽpus capitis eius clauum, percuſſumq; malleo defixit in cerebrum vſque ad terram: qui ſoporem morti ſocians defecit,& mortuus eſt. Et ecce Barac ſequẽs Siſaram veniebat: egreſſaq; Iahel in occurſum eius, dixit ei, Veni,& oſtendã tibi virum quem quæris. Qui cum intraſſet ad eam, vidit Siſaram iacentem mortuum,& clauum infixum in tempore eius. Humiliauit ergo Deus in die illo Iabin regem Chanáan coram filijs Iſrael: qui creſcebãt quotidie,& forti manu opprimebant Iabin regem Chanáan, donec delerent eum.

Pſal. 82. c

Iahel mulier occîdit Siſaram.

S. GRATIARVM actionis canticum Deboræ & Barac poſt victoriam. CAPVT V.

ECineruntq; Debora & Barac filius Abinoem in illo die, dicentes, Qui ſponte obtuliſtis de Iſrael animas veſtras ad periculũ, benedicite Domino. Audite reges, auribus percipite principes: Ego ſum, ego ſum quæ Domino canã, pſallã Domino Deo Iſrael. Domine cũ exires de Seir,& trãſires per regiones Edom, terra mota eſt, cœliq; ac nubes diſtillauerũt aquis. Mõtes fluxerũt à facie Domini,& Sinai à facie Domini Dei Iſrael. In diebus Samgar filij Anath, in diebus Iahel quieuerũt ſemitæ: & qui ingrediebantur per eas, ambulauerũt per calles deuios. Ceſſauerũt fortes in Iſrael,& quieuerũt: donec ſurgeret Debora, ſurgeret mater in Iſrael. Noua bella elegit Dominus, & portas hoſtium ipſe ſubuertit: clypeus & haſta ſi apparuerũt in quadraginta millibus Iſrael. Cor meũ diligit principes

Israel, qui propria voluntate obtulistis vos discrimini, benedicite Domino. Qui ascēditis super nitentes asinos, & sedetis super in iudicio, & ambulatis in via, loquimini. Vbi collisi sunt currus, & hostium suffocatus est exercitus, ibi narrentur iustitiæ Domini, & clementiæ fortis Israel. Tunc descendit populus Domini ad portas, & obtinuit principatum. Surge, surge Debora, surge, surge, & loquere canticū: surge Barac, & apprehēde captiuos tuos filij Abinoem. Salutæ sunt reliquiæ populi, Dominus in fortibus dimicauit. Ex Ephraim deleuit eos in Amalec, & post eum ex Beniamin in populos tuos ô Amalec: de Machir principes descēderunt, & de Zabûlon qui exercitū ducerēt ad bellandū. Duces Issachar fuêre cū Debora, & Barac vestigia sunt secuti, qui quasi in præceps ac barathrū se discrimini dedit: diuiso contra se Ruben,
C magnanimorum reperta est contentio. Quare habitas inter duos terminos, vt audias sibilos gregum? diuiso contra se Ruben, magnanimorū reperta est cōtentio. Galaad trans Iordanem quiescebat, & Dan vacabat nauibus: Aser habitabat in litore maris, & in portubus morabatur. Zabûlon verò & Nephthali obtulerunt animas suas morti in regione Merome. Venerunt reges & pugnauerūt, pugnauerūt reges Chanaan in Tanach, iuxta aquas Mageddo, & tamen nihil tulêre prædantes. De cœlo dimicatū est contra eos: stellæ manentes in ordine & cursu suo aduersus Sisarā pugnauerūt. Torrens Cison traxit cadauera eorū, torrens Cadumim, torrens Cison: cōculca anima mea robustos. Vngulæ equorū ceciderunt fugiētibus impetu, & per præceps ruētibus fortissimis hostiū. Maledicite terræ Meroz, dixit angelus Domini, maledicite habitatoribus eius, quia non venerunt ad auxiliū Domini, in
D adiutoriū fortissimorū eius. Benedicta inter mulieres Iahel vxor Haber Cinæi, & benedicatur in tabernaculo. Aquā petenti, lac dedit, & in phiala principum obtulit butyrum. Sinistram manum misit ad clauum, & dexterā ad fabrorum malleos, percussitq; Sisaram, quærens in capite vulneri locum, & tempus validè perforās. Inter pedes eius ruit, defecit, & mortuus est: voluebatur ante pedes eius, & iacebat exanimis & miserabilis. Per fenestrā respiciēs, vlulabat mater eius, & de cœnaculo loquebatur, Cur moratur regredi currus eius? quare tardauerunt pedes quadrigarū illius? Vna sapiētior cæteris vxoribus eius, hæc socrui verba respondit, Forsitan nunc diuidit spolia, & pulcherrima fœminarum eligitur ei: vestes diuersorum colorum Sisaræ traduntur in prædam, & supellex varia ad ornanda colla congeritur. Sic pereant omnes inimici tui Domine: qui autem diligūt te, sicut sol in ortu suo splendet, ita rutilent. Quieuitq; terra per quadraginta annos.

§. ISRAELITIS *à Madian oppressis, Gedeon multis signis auxilio designatur, qui post sacrificium aram* Baal *destruxit.*

CAPVT VI.

A FEcerūt autē filij Israel malū in conspectu Domini: qui tradidit illos in manu Madiā septē annis, & oppressi sunt valde ab eis. Feceruntq; sibi antra & speluncas in montibus, & munitissima ad repugnandū loca. Cumq; seuisset Israel, ascendebat Madian & Amalec, cæteriq; orientaliū nationū, & apud eos figentes tentoria, sicut erant in herbis cuncta vastabant vsq; ad introitum Gazæ: nihilq; omnino ad vitā pertinens relinquebāt in Israel, nō oues, non boues, non asinos. Ipsi enim & vniuersi greges eorū veniebant cum tabernaculis suis, & instar locustarum vniuersa cōplebant, innumera multitudo hominū, & camelorū quicquid tetigerant deuastantes. Humiliatus q; est
B Israel valde in conspectu Madian. Et clamauit ad Dominum postulans auxiliū contra Madianitas. Qui misit ad eos virum prophetam, & locutus est, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Ego vos feci conscendere de Aegypto, & eduxi vos de domo seruitutis, & liberaui de manu Aegyptiorū, & omnium inimicorū qui affligebāt vos: eiecique eos ad introitum vestrū, & tradidi vobis terrā eorū, & dixi, Ego Dominus Deus vester, ne timeatis deos Amorrhæorū, in quorū terra habitatis. Et noluistis audire vocē meā. Venit autē angelus Domini, & sedit sub quercu quæ erat in Ephra, & pertinebat ad Ioas patrē familiæ Ezri. Cumq; Gedeon filius eius excuteret atq; purgaret frumenta in torculari, vt fugeret Madian, apparuit
C ei angelus Domini, & ait, Dominus tecū virorū fortissime. Dixitq; ei Gedeō, Obsecro mi Domine, si Dominus nobiscum est, cur ergo apprehenderunt nos hæc omnia? vbi sunt mirabilia eius quæ narrauerūt patres nostri, atq; dixerūt, De Aegypto eduxit nos Dominus? Nūc autē dereliquit nos Dominus, & tradidit in manus Madiā. Respexitq; ad eū Dominus, & ait, Vade in hac fortitudine tua: & liberabis Israel de manu Madiā: scito quòd miserim te. Qui respōdens ait, Obsecro mi Domine in quo liberabo Israel? ecce familia mea infima est in Manasse, & ego minimus in domo patris mei. Dixitq; ei Dominus, Ego ero tecū, & percuties Madian quasi
D vnum virum. Et ille, Si inueni, inquit, gratiam corā te, da mihi signū quòd tu sis qui loqueris ad me. Ne recedas hinc, donec reuertar ad te, portans sacrificiū, & offerens tibi. Qui respondit, Ego præstolabor aduentū tuū. Ingressus est itaq; Gedeō, & coxit hœdum, & de farinæ modio azymos panes, carnesq; ponens in canistro, & ius carnium mittens in ollam, tulit omnia sub quercu, & obtulit ei. Cui dixit angelus Domini, Tolle carnes & azymos panes, & pone supra petrā illam, & ius desuper funde. Cumque fecisset ita, extendit angelus Domini summitatē virgæ quam tenebat in manu, & tetigit carnes & panes azymos: ascenditq; ignis de petra, & carnes, azy-
E mosq; panes consumpsit: angelus autem Domini euanuit ex oculis eius. Videns q; Gedeon quòd esset angelus Domini, ait, Heu mi Domine Deus: quia vidi angelum Domini facie ad faciem. Dixitque ei Dominus, Pax tecum: ne timeas, non morieris. Aedificauit ergo ibi Gedeon altare Domino, vocauitq; illud, Domini pax, vsque in præsentē diem. Cumq; adhuc esset in Ephra quæ est familiæ Ezri, nocte illa dixit Dominus ad eum, Tolle taurum patris tui, & alterū taurum annorum septem, destruesq; aram Baal quæ est patris tui: & nemus quod circa aram est, succide: & ædificabis altare Domino Deo tuo in summitate petræ huius, super quam antè sacrificium posuisti: tollesq; taurum secundū, & offeres holocaustum super struem lignorum, quæ de nemore succideris.
F Assumptis ergo Gedeon decē viris de seruis suis, fecit sicut præceperat ei Dominus. Timens autē domū patris sui, & homines illius ciuitatis, per diem noluit facere, sed omnia nocte compleuit. Cumq; surrexissent viri oppidi eius mane, viderunt destructā aram Baal, lucumq; succîsum, & taurum alterum impositū super altare, quod tunc ædificatum erat. Dixeruntq; adinuicē, Quis hoc fecit? Cumq; perquirerent authorem facti, dictum est, Gedeon filius Ioas fecit hæc omnia. Et dixerūt ad Ioas, Produc filiū tuum huc, vt moriatur: quia destruxit arā Baal, & succîdit nemus. Quibus ille respōdit, Nūquid vltores estis Baal, vt pugnetis pro eo? qui aduersarius est eius, moriatur antequā lux crastina veniat. si Deus est, vindicet se de eo qui suffodit arā eius. Ex illo die vocatus est Gedeō Ierobáal, eo quòd dixisset Ioas, Vlciscatur se de eo Baal,
G qui suffodit aram eius. Igitur omnis Madiam & Amalec, & orientales populi cōgregati sunt simul, & trāseuntes Iordanē, castrametati sunt in valle Iezrael. Spiritus autem Domini induit Gedeon, qui clangens buccina conuocauit domum Abiézer, vt sequeretur se. Misitque nuntios in vniuersum Manassen, qui & ipse secutus est eum. & alios nūtios in Azer & Zabûlon & Nepthali: qui occurrerunt ei. Dixitque Gedeon ad Deum, Si saluum facis per manum meam populū Israel, sicut locutus es, ponam hoc vellus lanæ in area: si ros in solo vellere fuerit, & in omni terra siccitas, sciam quòd per manum meam, sicut locutus es, liberabis Israel. Factumque est ita. Et de nocte consurgens expresso vellere, concham rore impleuit,

Angelus apparet Gedeoni.

1. Reg. 12.

impleuit. Dixitq; rursus ad Dominum, Ne irascatur furor tuus contra me, si adhuc semel tentauero, signum quærens in vellere, Oro vt solum vellus siccum sit, & omnis terra rore madens. Fecitq; Dominus no cte illa vt postulauerat: & fuit siccitas in solo vellere, & ros in omni terra.

S. POPVLO ad aquas probato, in Madianitas Gedeon irruit, quos cum Oreb, & Zeb principibus eorum deuicit.

CAPVT VII.

A IGitur Ierobáal qui & Gedeon, de nocte cõsurgens, & omnis populus cũ eo, venit ad fontẽ qui vocatur Harad. erant autẽ castra Madian in valle ad septentrionalem plagã collis excelsi. Dixitq; Dominus ad Gedeon, Multus tecum est populus, nec tradetur Madiá in manus eius: ne glorietur contra me Israel, & dicat, Meis viribus liberatus sum. Loquere ad populũ, & cunctis audiẽtibus prædica, Qui formidolosus, & timidus est, reuertatur. Recesserũtq; de mõte Galaad, & reuersi sunt ex po
Deut. 20 b
1. Mac. 3 g
B pulo vigintiduo millia virorũ, & tantũ decem millia remãserunt. Dixitq; Dominus ad Gedeon, Adhuc populus multus est: duc eos ad aquas, & ibi probabo illos: & de quo dixero tibi vt tecũ vadat, ipse pergat: quẽ ire prohibuero, reuertatur. Cumq; descẽdisset populus ad aquas, dixit Dominus ad Gedeon, Qui lingua lambuerint aquas, sicut solent canes lãbere, separabis eos seorsum: qui autẽ curuatis genibus biberint, in altera parte erunt. Fuit itaq; numerus eorum qui manu ad os proijciẽte, aquas lambuerãt, trecẽti viri: omnis autem reliqua multitudo flexo poplite biberat. Et ait Dominus ad Gedeõ, In trecẽtis viris qui lambuerũt aquas, liberabo vos, & tradam in manu tua Madian: omnis autẽ reliqua multitudo reuerta-
C tur in locum suum. Sumptis itaq; pro numero cibarijs, & tubis, omnẽ reliquã multitudinẽ abire præcepit ad tabernacula sua: & ipse cum trecentis viris se certamini dedit. Castra autem Madian erãt subter in valle. Eadẽ nocte dixit Dominus ad eum, Surge, & descẽde in castra: quia tradidi eos in manu tua. si autem solus ire formidas, descendat tecum Phara puer tuus. Et cũ audieris quid loquantur, tũc cõfortabũtur manus tuæ, & securior ad hostiũ castra descẽdes. Descẽdit ergo ipse & Phara puer eius in partẽ castrorũ, vbi erant armatorũ vi-
D giliæ. Madian autẽ & Amalec, & omnes oriẽtales populi fusi iacebant in valle, vt locustarũ multitudo: cameli autem innumerabiles erant, sicut arena quæ iacet in litore maris. Cumq; venisset Gedeon, narrabat aliquis somniũ proximo suo: & in hunc modũ referebat quod viderat, Vidi somniũ, & videbatur mihi quasi subcineritius panis ex hordeo volui, & in castra Madiã descẽdere: cũq; peruenisset ad tabernaculũ, percussit illud atq; subuertit, & terræ funditus coequauit. Respõdit is cui loquebatur, Non est hoc aliud, nisi gladius Gedeonis, filij Ioas viri Israelitæ. tradidit enim Dominus in manus eius Madian, & omnia castra eius. Cumq; audisset Gedeon somniũ, & interpretationẽ eius, adorauit: & reuersus est ad ca
E stra Israel, & ait, Surgite, tradidit enim Dominus in manus nostras castra Madiã. Diuisitq; trecẽtos viros in tres partes, & dedit tubas in manibus eorum, lagenasq; vacuas, ac lampades in medio lagenarũ. Et dixit ad eos, Quod me facere videritis, hoc facite: ingrediar partẽ castrorum, & quod fecero, sectamini. Quando personuerit tuba in manu mea, vos quoq; per castrorum circuitum clangite, & conclamate Domino & Gedeoni. Ingressusq; est Gedeon, & trecenti viri qui erant cum eo in partem castrorũ, incipientibus vigilijs noctis mediæ, & custodibus suscitatis, cœperunt buccinis clangere, & complodere inter se lagenas. Cumq; per gyrum castrorũ in tribus personarent locis, & hydrias confregissent, tenuerunt sinistris manibus lampades, & dextris sonantes tubas, clamauerunteq;, Gladius Domini & Gedeonis: stantes singuli in loco suo per circuitũ castrorũ hostium. Omnia itaq; castra turbata sunt, & vociferantes, vlulantesq; fugerunt: & nihilominus insistebant trecenti viri buccinis personantes. Immisitq; Dominus gladiũ in omnibus castris, & mutua se cæde trucabant, fugientes vsq; ad Bethseta, & crepidinẽ Abelmehula in
G Tebbath. Conclamantes autem viri Israel de Nephthali & Aser, & omni Manasse persequebãtur Madian. Misitq; Gedeon nuntios in omnem montem Ephraim, dicens, Descendite in occursum Madian, & occupate aquas vsq; Bethbera atq; Iordanẽ. Clamauitq; omnis Ephraim, & præoccupauit aquas atque Iordanẽ vsque Bethbera. Apprehẽsosq; duos viros Madiã, Oreb & Zeb: interfecit Oreb in petra Oreb, Zeb verò in torculari Zeb. Et persecuti sunt Madiã, capita Oreb & Zeb portantes ad Gedeon trans fluenta Iordanis.

Psal. 82 c

Psal. 82 c
Esaiæ 10 f

S. GEDEON uiris Socoth & Phanuel uictis, Zebee & Salmana deuicit: postquam uerò à populo electus est, LXX. genuit filios & unum ex concubina, & mortuus est.

CAPVT VIII.

A DIxeruntque ad eum viri Ephraim, Quid est hoc quod facere voluisti, vt nos non vocares cum ad pugnam pergeres cõtra Madian? iurgantes fortiter, & propè vim inferẽtes. Quibus ille respõdit, Quid enim tale facere potui, quale vos fecistis? nónne melior est racemus Ephraim, vindemijs Abiézer? In manus vestras Dominus tradidit principes Madian, Oreb & Zeb: quid tale facere potui, quale vos fecistis? Quod cum locutus esset, re-
B quieuit spiritus eorũ, quo tumebant contra eum. Cumq; venisset Gedeon ad Iordanẽ, transiuit eum cum trecentis viris qui secum erant: & præ lassitudine, fugientes persequi nõ poterant. Dixitq; ad viros Socoth, Date obsecro panes populo qui mecum est, quia valde defecerunt: vt possimus persequi Zébee & Zalmana reges Madiã. Respondẽrũt principes Socoth, Forsitan palmæ manuũ Zébee & Salmana in manu tua sunt, & idcirco postulas vt demus exercitui tuo panes? Quibus ille ait, Cum ergo tradiderit Dominus Zébee & Salmana in manus meas, conteram carnes vestras cum spinis, tribulisq; deserti. Et inde cõscendens, venit in Phanuel: locutusq; est ad viros loci illius similia. Cui & illi respondẽrũt, sicut re-
C sponderant viri Socoth. Dixit itaq; eis, Cum reuersus fuero victor in pace, destruam turrim hanc. Zébee autem & Salmana requiescẽbant cum omni exercitu suo. Quindecim enim millia viri remanserant ex omnibus turmis orientaliũ populorum, cæsis centum viginti millibus bellatorum, & educentium gladium. Ascendensq; Gedeon per viam eorum qui in tabernaculis morabantur ad orientalem partẽ Nobe, & Iegbaa, percussit castra hostiũ, qui securi erant, & nihil aduersi suspicabãtur. Fugeruntq; Zébee & Salmana: quos persequẽs Gedeon cõprehẽdit, turbato omni exercitu eorum. Reuertensq; de bello ante solis ortum, apprehendit puerũ de viris Socoth: interrogauitq; eum nomina principũ & seniorũ So-
D coth, & descripsit septuagintaseptem viros. Venitq; ad Socoth, & dixit eis, En Zébee & Salmana super quibus exprobrastis mihi, dicentes, Forsitan manus Zébee & Salmana in manibus tuis sunt, & idcirco postulas vt demus viris qui lassi sunt, & defecerunt, panes. Tulit ergo seniores ciuitatis, & spinas deserti ac tribulos, & contriuit cum eis, atq; cõminuit viros Socoth. Turrim quoq; Phanuel subuertit, occisis habitatoribus ciuitatis. Dixitq; ad Zébee & Salmana, Quales fuerunt viri quos occidistis in Thabor? Qui respõderunt, Similes tui, & vnus ex eis quasi filius regis. Quibus ille respondit, Fratres mei fuerunt, filij matris meæ. viuit Dominus, quia si
E seruassetis eos, non vos occiderẽ. Dixitq; Iether primogenito suo, Surge, & interfice eos. Qui nõ eduxit gladiũ: timebat enim, quia adhuc puer erat. Dixeruntq; Zébee & Salmana, Tu surge, & irrue in nos: quia iuxta ætatem robur est hominis. Surrexit Gedeon, & interfecit Zébee & Salmana: & tulit ornamenta ac bullas quibus colla regalium camelorum decorari solent. Dixeruntque omnes viri Israel ad Gedeon,

Oseæ 10 d

Psal. 82 c

Dominare

Dominare nostri tu & filius tuus,& filius filij tui: quia liberasti nos de manu Madian. Quibus illeait,Nõ dominabor vestri,nec dominabitur in vos filius meus,sed dominabitur vobis Dominus. Dixitq́; ad eos,Vnã petitionem postulo à vobis,Date mihi inaures ex præda vestra. Inaures enim aureas Ismahelitæ habere cõsueuerãt. Qui respõderũt, Libẽtissimè dabimus. Expãdentesq́; super terrã palliũ. proiecerunt in eo
F inaures de præda:& fuit pondus postulatarũ inaurium,mille septingenti auri sicli,absq; ornamentis,& monilibus,&veste purpurea,quibus reges Madian vti soliti erant,& præter torques aureas camelorũ. Fecitq́; ex eo Gedeon ephod,& posuit illud in ciuitate sua Ephra. Fornicatusq́; est omnis Israel in eo,& factũ est Gedeoni,& omni domui eius in ruinã. Humiliatus est autẽ Madiã corã filijs Israel,nec potuerunt vltrà ceruices eleuare: sed quieuit terra per quadraginta annos quibus Gedeon præfuit. Abijt itaq; Ierobáal filius Ioas,& habitauit in domo sua,habuitq́; septuaginta filios,qui egressi sunt
G de femore eius, eo quòd plures haberet vxores. Concubina autem illius,quam habebat in Sichem genuit ei filiũ nomine
Moritur Gedeon. Abimélech. Mortuusq́; est Gedeon filius Ioas in senectute bona,& sepultus est in sepulchro Ioas patris sui in Ephra de familia Ezri. Postquam autem mortuus est Gedeon, auersi sunt filij Israel,& fornicati sunt in Baalim. Percusserunq́; cũ Baal fœdus,vt esset eis in Deum: nec recordati sunt Domini Dei sui qui eruit eos de manibus inimicorũ suorum omnium per circuitum:nec fecerunt misericordiam cum domo Ierobáal Gedeon iuxta omnia bona quæ fecerat Israeli.

S. ABIMELECH occisis LXX. fratribus imperium sibi tyrannicè usurpat: qui post parabolam Ioathan Baal exercitum deuicit, & turrim Sichem combußit, à muliere tandem occisus.

CAPVT IX.

A ABijt autẽ Abimélech filius Ierobáal in Sichem ad fratres matris suæ,& locutus est ad eos, & ad omnem cognationem domus patris matrisq́; suæ, dicens, Loquimini ad omnes viros Sichem, Quid vobis est melius,vt dominẽtur vestri septuaginta viri omnes filij Ierobáal:an vt dominetur vobis vnus vir? simulq́; consyderate quia os vestrum,& caro vestra sum. Locutiq́; sunt fratres matris eius de eo ad omnes viros Sichem, vniuersos sermones istos,& inclinauerũt cor eorum post Abimélech, dicentes,Frater noster est. Dederuntq́; illi septuaginta pondo argenti de phano Baalberith. Qui conduxit sibi ex eo viros inopes & vagos,secutiq́; sunt eum. Et venit in domũ patris sui in Ephra,& occîdit fratres suos filios Ierobáal septuaginta viros super lapidẽ vnũ:remansitq́; Ioathan filius Ierobáal
Ioatham filius Gedeonis minimus abscõditur. minimus,& abscõditus est. Congregati sunt autẽ omnes viri Sichem,& vniuersæ familiæ vrbis Mello: abieruntq́;,& constituerunt regẽ Abimelech iuxta quercum quæ stabat in Sichem. Quod cum nuntiatum esset Ioathã,iuit,& stetit in vertice montis Garizim: eleuataq́; voce, clamauit & dixit, Audite me viri Sichem,ita vt audiat vos Dominus. Ierunt ligna, vt vngerent super se regem:dixeruntq́; oliuæ,Impera nobis.
B Quæ respõdit, Nũquid possum deserere pinguedinẽ meam, qua & dij vtũtur,& homines,& venire vt inter ligna promouear? Dixeruntq́; ligna ad arborẽ ficum,Veni, & super nos regnum accipe. Quæ respondit eis, Nũquid possum deserere dulcedinẽ meam,fructusq́; suauissimos, & ire vt inter cætera ligna promouear? Locutaq́; sunt ligna ad vitem, Veni,& impera nobis. Quæ respondit eis, Nunquid possum deserere vinum meum,quod lætificat Deum & homines, & inter ligna cætera promoueri ? Dixeruntq́; omnia ligna ad rhamnum, Veni, & impera super nos. Quæ respondit eis,Si verè me regẽ vobis cõstituistis,venite, & sub vmbra mea requiescite: si autẽ non vultis, egrediatur ignis de rhamno,& deuoret cedros Libani. Nunc igitur si rectè,& absq; peccato constituistis super vos regẽ Abimélech, & bene egistis cum Ierobáal,& cum domo eius,& reddidistis vicem beneficijs eius
C qui pugnauit pro vobis,& animam suam dedit periculis, vt erueret vos de manu Madian, qui nunc surrexistis cõtra domum patris mei,& interfecistis filios eius septuaginta viros super vnum lapidẽ,& cõstituistis regẽ Abimélech filiũ ancillæ eius super habitatores Sichem,eo quòd frater vester sit: si ergo rectè,& absq; vitio egistis cum Ierobáal,& domo eius, hodie lætamini in Abimélech,& ille lætetur in vobis. sin autem peruersè,egrediatur ignis ex eo,& cõsumat habitatores Sichẽ,& oppidũ Mello:egrediaturq́; ignis de viris Sichẽ,& de oppido Mello,& deuoret Abimélech. Quę cũ dixisset,fugi,& abijt in Bera:habitauitq́; ibi ob metũ Abimélech fratris sui. Regnauit itaq; Abimélech super Israel tribus annis. Misitq́; Dominus spiritũ pessimũ inter Abimélech,& habitatores Sichẽ: qui cœperunt eum detestari,& scelus interfectionis septuaginta filiorũ Ierobáal,& effusionẽ sanguinis eorũ cõferre in Abimélech fratrẽ eorũ,& in cæteros Sichimorum principes qui eũ adiuuerant. Posueruntq́; insidias aduersum eum in summitate montiũ: & dum illius præstolarentur aduentum,exercebãt latrocinia,agẽtes prædas de prætereuntibus. Nũtiatũq́; est Abimélech. Venit autẽ Gaal filius Obed
D cũ fratribus suis,& transiuit in Sichimã. Ad cuius aduentum erecti habitatores Sichem,egressi sunt in agros vastantes vineas,vuasq́; calcantes:& factis cantantiũ choris ingressi sunt phanũ Dei sui,& inter epulas & pocula maledicebãt Abimélech,clamante Gaal filio Obed, Quis est iste Abimélech, & quæ est Sichem,vt seruiamus ei? nunquid nõ est ipse filius Ierobáal,& cõstituit principẽ Zebul seruum suum super viros Emor patris Sichem? Cur ergo seruiemus ei? vtinam daret aliquis populũ istum sub manu mea,vt auferrẽ de medio Abimélech. Dictumq́; est Abimélech, Cõgrega exercitus multitudinẽ,& veni. Zebul enim princeps ciuitatis auditis sermonibus Gaal filij Obed,iratus est valde,& misit clàm ad Abimélech nuntios,dicẽs, Ecce Gaal filius Obed,venit in Sichimam cũ fratribus suis,& oppugnat aduersum te ciuitatẽ. Sur
E ge itaq; nocte cum populo qui tecum est,& latita in agro:& primo mane,oriente sole,irrue super ciuitatẽ. illo autẽ egrediente aduersum te cũ populo suo,fac ei quod potueris. Surrexit itaq; Abimélech cũ omni exercitu suo nocte,& tetendit insidias iuxta Sichimam in quatuor locis. Egressusq́; est Gaal filius Obed,& stetit in introitu portæ ciuitatis. Surrexit autẽ Abimélech,& omnis exercitus cum eo de insidiarũ loco. Cumq́; vidisset populũ Gaal,dixit ad Zebul, Ecce de montibus multitudo descẽdit. Cui ille respõdit, Vmbras mõtiũ vides quasi capita hominũ,& hoc errore deciperis. Rursumq́; Gaal ait, Ecce populus de vmbilico terræ descẽdit,& vnus cuneus venit per viam,quæ respicit quercum. Cui dixit Zebul,vbi est nunc os tuũ,quo loquebaris, Quis est Abimélech vt seruiamus ei? Nónne hic populus est,quem despiciebas? Egredere,& pugna contra eum. Abijt ergo Gaal,expe-
F ctante Sichimorum populo,& pugnauit cõtra Abimélech, qui persecutus est eum fugientem,& in vrbem cõpulit: ceciderũtq́; ex parte eius plurimi,vsq; ad portã ciuitatis,& Abimélech sedit in Ruma. Zebul autẽ, Gaal,& socios eius expulit de vrbe,nec in ea passus est commorari. Sequenti ergo die egressus est populus in campum. Quod cum nũtiatum esset Abimélech,tulit exercitum suum,& diuisit in tres turmas, tendens insidias in agris. Videnq́; quòd egrederetur populus de ciuitate,surrexit & irruit in eos,cum cuneo suo,oppugnans & obsidens ciuitatem:duæ autem turmæ palantes per campum aduersarios persequebantur. Porrò Abimèlech omni die illo oppugnabat vrbem:quam cepit,interfectis habitatoribus eius,ipsáque destructa, ita vt sal in ea dispergeret. *Supra 8.g* Quod cum audissent qui habitabant in turre Sichimorum, ingressi sunt phanum Dei sui Berith,vbi fœdus cum eo pepigerant,& ex eo locus nomen acceperat, qui erat munitus valde. Abimélech quoque audiens viros turris

Dominus immittit spiritũ odij inter Sichimitas & Abimélech,eiq; insidiantur.

Sichimo

Sichimorũ pariter conglobatos, ascendit in montem Salmon cum omni populo suo: & arrepta securi præcîdit arboris ramũ, impositumq́; ferens humero, dixit ad socios, Quod me vidistis facere, citò facite. Igitur certatim ramos de arboribus
G præcidentes, sequebãtur ducem. Qui circundantes præsidiũ, succenderunt: atq; ita factũ est vt fumo & igne mille hominũ necarentur, viri pariter & mulieres habitatorũ turris Sichem. Abimélech autẽ inde proficiscens venit ad oppidũ Thebes, quod circundans obsidebat exercitu. Erat autẽ turris excelsa in media ciuitate, ad quam confugerãt simul viri ac mulieres, & omnes principes ciuitatis clausa firmissimè ianua, & super turris tectum stantes per propugnacula. Accedẽsq; Abimélech iuxta turrim, pugnabat fortiter: & appropinquãs ostio,
2. Reg. 11. c. ignem supponere nitebatur: & ecce vna mulier fragmen molæ desuper iaciens, illîsit capiti Abimélech, & confregit cerebrum eius. Qui vocauit citò armigerum suum, & ait ad eum, Euagina gladium tuum, & percute me, ne fortè dicatur quòd à fœmina interfectus sim. Qui iussa perficiẽs interfecit eum. illo quoq; mortuo, omnes qui cum eo erant de Israel, reuersi sunt in sedes suas: & reddidit Deus malum quod fecerat Abimélech contra patrem suum, interfectis septuaginta fratribus suis. Sichimitis quoque quod operati erant, retributum est, & venit super eos maledictio Ioathan filij Ierobáal.

S. THOLA *uita functo Iair succedit Israelitis in idololatriã lapsis, ingratitudinem Dominus improperat, quorum tandẽ miseretur.*

CAPVT X.

A POst Abimélech surrexit dux in Israel, Thola filius Phua patrui Abimélech, vir de Issachar, qui habitauit in Samir montis Ephráim, & iudicauit Israel viginti & tribus annis: mortuusq́; est, ac sepultus in Samir. Huic successit Iair Galaadites: qui iudicauit Israel per viginti & duos annos, habens triginta filios sedẽtes super triginta pullos asinarũ, & principes triginta ciuitatum, quæ ex nomine eius sunt appellatæ Auothiair, id est oppida
B Iair, vsq; in præsentẽ diẽ in terra Galaad. Mortuusq́; est Iair: ac sepultus in loco, cui est vocabulũ Camon. Filij autẽ Israel
Idololatria filiorum Israel. peccatis veteribus iungentes noua, fecerunt malũ in conspectu Domini, & seruierunt idôlis Baalim & Astaroth, & dijs Syriæ ac Sidônis & Moab & filiorũ Ammõ & Philisthijm: dimiserunt q́; Dominũ, & non coluerunt eum. Contra quos Dominus iratus tradidit eos in manus Philisthijm & filiorũ Ammon. Afflictiq́; sunt, & vehementer oppressi per annos
C decem & octo omnes qui habitabant trans Iordanem in terra Amorrhæi, quæ est in Galaad: intantum vt filij Ammon Iordane trãsmisso vastarent Iudã & Beniamin & Ephráim: afflictusq́; est Israel nimis. Et clamantes ad Dominum dixerũt, Peccauimus tibi, quia dereliquimus Dominum Deum nostrum, & seruiuimus Baalim. Quibus locutus est Dominus, Nunquid nõ Aegyptij & Amorrhæi filijq́; Ammon & Philisthijm, Sidonij quoq; & Amalec & Chanaan oppresserunt vos: & clamastis ad me, & erui vos de manu eorũ? Et tamẽ reliquistis me, & coluistis deos alienos: idcirco nõ addam vt vl-
Eorum pœnitentia. trà vos liberẽ. ite, & inuocate deos quos elegistis, ipsi vos liberent in tẽpore angustiæ. Dixeruntq́; filij Israel ad Dominum, Peccauimus, redde tu nobis quicquid tibi placet: tantũ nunc libera nos. Quæ dicentes, omnia de finibus suis alienorum deorum idóla proiecerunt, & seruierunt Domino Deo: qui doluit super miserijs eorũ. Itaq; filij Ammon conclamantes, in Galaad fixêre tentoria: contra quos congregati filij Israel, in Maspha castrametati sunt. Dixerũtq́; principes Galaad singuli ad proximos suos, Qui primus ex nobis contra filios Ammon cœperit dimicare, erit dux populi Galaad.

S. IEPHTE *Iudex factus, Dei spiritu accensus uicit Ammonitas, uoto autem subitò coactus filiam suam sacrificauit.*

CAPVT XI.

A PVit itaq; illo in tempore Iephte Galaadites vir fortissimus atq; pugnator, filius mulieris meretricis, qui natus est de Galaad. Habuit autem Galaad vxorẽ, de qua suscepit filios: qui postquam creuerant, eiecerunt Iephte, dicentes, Hæres in domo patris nostri esse non poteris, quia de altera matre natus es. Quos ille fugiens atq; deuitans, habitauit in terra Tob: congregatiq́; sunt ad eum viri inopes, & latrocinantes, & quasi principem sequebãtur. In illis diebus pugnabant filij Ammõ contra Israel. Quibus acriter instantibus perrexerũt maiores natu de Galaad, vt tollerent in auxiliũ sui Iephte de terra Tob: dixetũtq́; ad eũ, Veni, & esto princeps noster, & pugna cõtra filios Ammon. Quibus ille respõdit, Nónne vos estis qui odistis me, & eiecistis de domo patris mei, & nũc venistis ad
B me necessitate compulsi? Dixerũtq́; principes Galaad ad Iephte, Ob hanc causam nũc ad te venimus, vt proficiscaris nobiscum, & pugnes contra filios Ammon, sisq́; dux omnium qui habitãt in Galaad. Iephte quoq; dixit eis, Si verè venistis ad me, vt pugnẽ pro vobis contra filios Ammon, tradideritq́; eos Dominus in manibus meis, ego ero vester princeps? Qui responderunt ei, Dominus qui hæc audit, ipse mediator ac testis est quòd nostra promissa faciemus. Abijt itaq; Iephte cum principibus Galaad, fecitq́; eum omnis populus principem sui. Locutusq́; est Iephte omnes sermones suos coram Domino in Maspha. Et misit nuntios ad regem filiorũ Am-
C mon, qui ex persona sua dicerent, Quid mihi & tibi est, quia veneris contra me, vt vastares terram meam? Quibus ille re- *Nume. 21 f*
spondit, Quia tulit Israel terram meam, quando ascendit de Aegypto à finibus Arnon vsq; Iebocatq; Iordanẽ: nunc ergo cum pace redde mihi eam. Per quos rursum mandauit Iephte, & imperauit eis vt dicerent regi Ammõ, Hæc dicit Iephte, Non tulit Israel terram Moab, nec terram filiorũ Ammon: sed quando de Aegypto conscenderunt, ambulauit per
Nume. 20 c solitudinem vsq; ad mare rubrum, & vênit in Cades. Misitq́; nuntios ad regem Edom, dicens, Dimitte vt transeam terram tuam. Qui noluit acquiescere precibus eius. Misit quoque ad regem Moab, qui & ipse transitum præbere contempsit. Mansit itaq; in Cades, & circuiuit ex latere terram Edom, & terram Moab: venitq́; ad orientalem plagam terræ Moab, &
Nume. 21 c & e castrametatus est trans Arnon: nec voluit intrare terminos
D Moab: Arnon quippe confinium est terræ Moab. Misit itaque Israel nuntios ad Seon regem Amorrhæorum, qui habitabat in Hesebon, & dixerunt ei, Dimitte vt transeam per terram tuam vsq; ad fluuium. Qui & ipse Israel verba despiciens, non dimisit eum transire per terminos suos: sed infinita multitudine congregata egressus est contra eum in Iasa, & fortiter resistebat. Tradiditq́; eum Dominus in manus Israel cum omni exercitu suo. & percussit eum, & possedit omnem terram Amorrhæi habitatoris regionis illius, & vniuersos fines eius de Arnon vsque Ieboc, & de solitudine vsq; ad Iordanem. Dominus ergo Deus Israel subuertit Amorrhæum,
E pugnante contra illum populo suo Israel, & tu nunc vis possidere terram eius? Nónne ea quæ possedit Chamos Deus tuus, tibi iure debentur? Quæ autem Dominus Deus noster victor obtinuit, in nostrã cedent possessionem: nisi fortè me-
Nume. 22 a lior es Balac filio Sephor rege Moab: aut docere potes, quòd iurgatus sit contra Israel, & pugnauerit contra eum, quando habitauit in Hesebon, & viculis eius, & in Aroer, & villis illius, vel in cunctis ciuitatibus iuxta Iordanem per trecentos annos. Quare tanto tempore nihil super hac repetitione tentastis? Igitur non ego pecco in te, sed tu contra me male agis, indicens mihi bella non iusta. Iudicet Dominus arbiter huius diei inter Israel, & inter filios Ammon. Noluitq́; acquiescere rex filiorum Ammon verbis Iephte, quæ per nuntios mãdauerat. Factus est ergo super Iephte spiritus Domini, & circuiens Galaad, & Manasse, Maspha quoque Galaad, &
F inde transiens ad filios Ammon, votum vouit Domino, dicens,

dicens, Si tradideris filios Ammon in manus meas: quicunq; primus fuerit egressus de foribus domus meæ, mihiq; occurrerit reuertenti cum pace à filijs Ammon, eum holocaustum offeram Domino. Transiuitq; Iephte ad filios Ammon, vt pugnaret contra eos: quos tradidit Dominus in manus eius. Percussitq; ab Aroer vsque dum venias in Mennith, viginti ciuitates, & vsque ad Abel, quæ est vineis consita, plaga magna nimis. humiliatiq; sunt filij Ammon à filijs Israel. Reuertenti autem Iephte in Maspha domum suam, occurrit ei vnigenita filia sua cum tympanis & choris. nō enim habebat alios liberos. Qua visa scidit vestimēta sua, & ait, Heu me filia mi, decepisti me, & ipsa decepta es. aperui enim os meum ad
G Dominum, & aliud facere nō potero. Cui illa respondit, Pater mi, si aperuisti os tuum ad Dominum, fac mihi quodcūq; pollicitus es, concessa tibi vltione atque victoria de hostibus tuis. Dixitq; ad patrem, Hoc solum mihi præsta quod deprecor, Dimitte me vt duobus mensibus circumeam montes, & plangam virginitatem meam cum sodalibus meis. Cui ille respondit, Vade. Et dimisit eam duobus mensibus. Cumq; abijsset cum socijs ac sodalibus suis, flebat virginitatem suam in montibus. Expletisq; duobus mensibus, reuersa est ad patrem suum, & fecit ei sicut vouerat, quæ ignorabat virum. Exinde mos increuit in Israel, & consuetudo seruata est, vt post anni circulum conueniant in vnum filiæ Israel, & plangant filiam Iephte Galaaditæ diebus quatuor.

S. EPHRATAEI *ad uada Iordanis à Iephte occiduntur: cui uita functo succedunt Abesan, Elon & Abdon.* CAPVT XII.

A ECce autē in Ephráim orta est seditio. nam transeuntes contra Aquilonem, dixerunt ad Iephte, Quare vadens ad pugnam contra filios Ammon vocare nos noluisti, vt pergeremus tecum? Igitur incendemus te & domum tuam. Quibus ille respondit, Disceptatio erat mihi & populo meo contra filios Ammon vehemens: vocauiq; vos vt præberetis mihi auxilium, & facere noluistis. Quod cernens, posui animam meam in manibus meis, transiuiq; ad filios Ammon, & tradidit eos Dominus in manus meas. Quid cōmerui, vt aduersum me consurgatis in prælium? Vocatis itaq; ad se cūctis viris de Galaad, pugnabat cōtra Ephráim: percusserūtq; viri Galaad Ephráim, quia dixerat, Fugitiuus est Galaad de Ephráim, & habitat in
B medio Ephráim & Manasse. Occupaueruntq; Galaaditæ vada Iordanis, per quæ Ephráim reuersurus erat. Cumq; venisset ad ea de Ephraim numero, fugiens, atq; dixisset, Obsecro vt me transire permittas: dicebant ei Galaaditæ, Nunquid Ephratæus es? Quo dicente, Non sum: interrogabant eum,
C Dic ergo Schibbóleth, quod interpretatur spica. Qui respōdebat, Sibbóleth: eadem litera spicam exprimere non valens. Statimq; apprehensum iugulabant in ipso Iordanis transitu. Et ceciderunt in illo tempore de Ephráim quadraginta duo millia. Iudicauit itaque Iephte Galaadites Israel sex annis: & mortuus est, ac sepultus in ciuitate sua Galaad. Post hunc iudicauit Israel Abesan de Bethleem: qui habuit triginta filios, & totidem filias: quas emittēs foras, maritis dedit, & eiusdem numeri filijs suis accepit vxores, introducens in domū suam.
D Qui septem annis iudicauit Israel, mortuusq; est, ac sepultus in Bethlehem. Cui successit Elon Zabulonites: & iudicauit Israel decē annis: mortuusq; est ac sepultus in Zabûlon. Post hunc iudicauit Israel Abdon, filius Elel Pharathonites: qui habuit quadraginta filios, & triginta ex eis nepotes, ascendentes super septuaginta pullos asinarū, & iudicauit Israel octo annis: mortuusq; est ac sepultus in Pharathō terrę Ephráim, in monte Amalec.

S. ISRAELITAE *rursum in idololatriam lapsi Philisthæis traduntur, Samson nasciturus prædicitur, & natus à Domino benedicitur.* CAPVT XIII.

A RVrsumq; filij Israel fecerunt malum in cōspectu Domini: qui tradidit eos in manus Philisthinorum quadraginta annis. Erat autem quidā vir de Saraa, & de stirpe Dan, nomine Manue; habens vxorē sterilē. Cui apparuit angelus Domini, & dixit ad eam, Sterilis es, & absq; liberis: sed concipies & paries filium. caue ergo ne bibas vinū ac siceram, nec immundum quicquā comedas: quia cōcipies & paries filiū, cuius non tanget caput nouacula: erit enim nazareus Dei ab infantia sua, & ex matris vtero, & ipse incipiet liberare Israel de manu Philisthinorū. Quæ cū venisset ad maritū suū, dixit ei, Vir Dei venit ad me,
B habens vultum angelicū, terribilis nimis. Quem cū interrogassem quis esset, & vnde venisset, & quo nomine vocaretur, noluit mihi dicere, sed hoc respondit, Ecce concipies & paries filiū: caue ne vinū bibas nec siceram, & ne aliquo vescaris immundo: erit enim puer nazareus Dei ab infantia sua, & ex vtero matris suæ, vsq; ad diē mortis suæ. Orauit itaq; Manue Dominū, & ait, Obsecro Domine, vt vir Dei quē misisti, veniat iterū, & doceat nos quid debeamus facere de puero qui nasciturus est. Exaudiuitq; Dominus deprecantē Manue, & apparuit rursum angelus Dei vxori eius sedenti in agro. Manue autē maritus eius non erat cum ea. Quæ cū vidisset angelum, festinauit, & cucurrit ad virū suū: nuntiauitq; ei, dicens,
C Ecce apparuit mihi vir quē antè viderā. Qui surrexit, & secutus est vxorē suam: veniensq; ad virū dixit ei, Tu es qui locutus es mulieri? Et ille respōdit, Ego sum. Cui Manue, Quando, inquit, sermo tuus fuerit expletus, quid vis vt faciat puer? aut à quo se obseruare debebit? Dixitq; Angelus Domini ad Manue, Ab omnibus quæ locutus sum vxori tuæ, abstineat se: & quicquid ex vinea nascitur, non comedat: vinū & siceram non bibat, nullo vescatur immundo: & quod ei præcepi, impleat atq; custodiat. Dixit itaq; Manue ad angelū Domini, Obsecro te, vt acquiescas precibus meis, & faciamus tibi hœdum de capris. Cui respōdit angelus, Si me cogis, non comedam panes tuos: si autem vis holocaustum facere, offer illud Domino. Et nesciebat Manue quòd angelus Domini esset: dixitq; ad eum, Quod est tibi nomen, vt si sermo tuus fuerit
D expletus, honoremus te? Cui ille respōdit, Cur quæris nomē meū, quod est mirabile? Tulit itaq; Manue hœdū de capris, & libamenta, & posuit super petrā, offerens Domino qui facit mirabilia: ipse autē & vxor eius intuebantur. Cumq; ascēderet flamma altaris in cœlū, angelus Domini pariter in flamma ascendit. Quod cū vidisset Manue, & vxor eius, proni ceciderunt in terram, & vltrà eis nō apparuit Angelus Domini. Statimq; intellexit Manue angelū Domini esse, & dixit ad vxorē suam, Morte moriemur, quia vidimus Dominū. Cui respondit mulier, Si Dominus nos vellet occidere, de manibus nostris holocaustū & libamēta nō suscepisset, nec ostendisset nobis hæc omnia, neque ea quæ sunt ventura, dixisset. Peperit itaq; filiū, & vocauit nomen eius Samson. Creuitque puer, & benedixit ei Dominus. Cœpitq; spiritus Domini esse cum eo in castris Dan inter Saraa & Esthaol.

Oblatio nue per Samsonē.

Nascitur Samson.

S. SAMSON *Philisthæam uxorem duxit, quam cum uiseret, leonem lacerauit: à quo sumptam parabolam uxori exponens eam tandem repudiauit.* CAPVT XIIII.

A DEscendit ergo Samson in Thamnátha, vidensq; ibi mulierē de filiabus Philisthijm, ascēdit, & nūtiauit patri suo, & matri suæ, dicens, Vidi mulierem in Thamnátha de filiabus Philisthinorum: quā quæso vt mihi accipiatis vxorē. Cui dixerunt pater suus & mater, Nūquid nō est mulier in filiabus fratrū tuorū, & in omni populo tuo, quia vis accipere vxorem de Philisthijm, qui incircūcisi sunt? Dixitq; Samson ad patrē suū. Hāc mihi accipe: quia placuit oculis meis. Parentes autem eius nesciebant quòd res à Domino fieret, & quæreret occasionem contra Philisthijm, eo enim tempore Philisthijm dominabantur Israeli.

B Iſraeli. Deſcẽdit itaq; Sãſon cũ patre ſuo & matre in Thamnátha. Cumq; veniſſent ad vineas oppidi, apparuit catulus leonis ſæuus & rugiẽs, & occurrit ei. Irruit autẽ ſpiritus Domini in Samſon, & dilacerauit leonẽ, quaſi hœdum in fruſta decerperet, nihil omnino habẽs in manu: & hoc patri & matri noluit indicare. Deſcẽditq;, & locutus eſt mulieri, quæ placuerat oculis eius. Et poſt aliquot dies reuertens vt acciperet eã, declinauit vt videret cadauer leonis, & ecce examen apum in ore leonis erat ac fauus mellis. Quem cũ ſumpſiſſet in manibus, comedebat in via: veniensq; ad patrẽ ſuum & matrem, dedit eis partẽ, qui & ipſi comederũt: nec tamẽ eis voluit indicare quòd mel de corpore leonis aſſumpſerat. Deſcẽdit itaque pater eius ad mulierẽ, & fecit filio ſuo Samſon conuiuiũ. C ſic enim iuuenes facere conſueuerãt. Cũ ergo ciues loci illius vidiſſent eum, dederunt ei ſodales triginta qui eſſent cum eo. Quibus locutus eſt Sãſon, Proponã vobis problema: quod ſi ſolueritis mihi intra ſeptẽ dies conuiuij, dabo vobis triginta ſindones, & totidẽ tunicas, ſinautẽ non potueritis ſoluere, vos dabitis mihi triginta ſindones, & eiuſdẽ numeri tunicas. Qui reſponderunt ei, Propone problema, vt audiamus. Dixitq; eis, De comedẽte exiuit cibus, & de forti egreſſa eſt dulcedo. Nec potuerũt per tres dies propoſitionẽ ſoluere. Cũq; adeſſet dies ſeptimus, dixerunt ad vxorẽ Samſon, Blãdire viro tuo, & ſuade ei vt indicet tibi quid ſignificet problema. quod ſi facere nolueris, incendemus te, & domũ patris tui. an D idcirco vocaſtis nos ad nuptias vt ſpoliaretis? Quæ fundebat apud Samſon lachrymas, & querebatur, dicens, Odiſti me & non diligis: idcirco problema quod propoſuiſti filijs populi mei, nõ vis mihi exponere. At ille reſpõdit, Patri meo, & matri nolui dicere: & tibi indicare potero? Septem igitur diebus cõuiuij flebat ante eũ: tandemq; die ſeptimo cũ ei eſſet moleſta, expoſuit. Quæ ſtatim indicauit ciuibus ſuis. Et illi dixerunt ei die ſeptimo ante ſolis occubitum, Quid dulcius melle, & quid fortius leone? Qui ait ad eos, Si nõ araſſetis in vitula mea, nõ inueniſſetis propoſitionẽ meã. Irruit itaq; in eum ſpiritus Domini, deſcẽditq; Aſcalonẽ, & percuſſit ibi triginta viros: quorum ablatas veſtes dedit his qui problema ſoluerant. Iratusq; nimis aſcendit in domũ patris ſui: vxor autem eius accepit maritum vnum de amicis eius & pronubis.

Fauumellis in ore leonis repertus.

Samſon ſodalibus ſuis proponit problema.

Vxori exponit problema.

S. PER uarias uulpes Philiſthæorum ſegetes Samſon incendit, & aſini maxilla uiros mille proſtrauit. CAPVT XV.

A POſt aliquantulũ autẽ temporis, cũ dies triticeæ meſsis inſtarent, venit Samſon inuiſere volens vxorem ſuã, & attulit ei hœdũ de capris. Cumq; cubiculũ eius ſolito vellet intrare, prohibuit illũ pater illius, dicens, Putaui quòd odiſſes eam, & ideo tradidi illã amico tuo: ſed habet ſororẽ, quæ iunior & pulchrior illa eſt, ſit tibi pro ea vxor. Cui Samſon reſpõdit, Ab hac die non erit culpa in me contra Philiſthæos, faciam enim vobis mala. Perrexitq;, & cepit trecentas vulpes, caudasq; earũ iunxit ad caudas, & faces ligauit in medio: quas igne ſuccendens dimiB ſit vt huc illucq; diſcurrerẽt. Quæ ſtatim perrexerũt in ſegetes Philiſthinorũ. Quibus ſuccẽſis, & cõportatæ iam fruges, & adhuc ſtantes in ſtipula, cõcrematæ ſunt, intantũ vt vineas quoq;, & oliueta, flãma cõſumeret. Dixeruntq; Philiſthijm, Quis fecit hãc rem? Quibus dictũ eſt, Samſon gener Thãnathæi, quia tulit vxorẽ eius, & alteri tradidit, hæc operatus eſt. Aſcẽderuntq; Philiſthijm: & cõbuſſerũt tam mulierẽ quàm patrem eius. Quibus ait Samſon, Licet hæc feceritis, tamen adhuc ex vobis expetam vltionẽ, & tunc quieſcam. Percuſſitq; eos ingenti plaga, ita vt ſtupentes ſuram femori imponerent. Et deſcendens habitauit in ſpelunca petræ Etam. Igitur aſcendentes Philiſthijm in terram Iũda caſtrametati ſunt C in loco, qui poſtea vocatus eſt Lechi, id eſt maxilla: vbi eorum fuſus eſt exercitus. Dixerũtq; ad eos de tribu Iuda, Cur aſcẽdiſtis aduerſum nos? Qui reſponderũt, Vt ligemus Samſon venimus, & reddamus ei quæ in nos operatus eſt. Deſcẽderunt ergo tria millia virorũ de Iuda, ad ſpecũ ſilicis Etam, dixeruntq; ad Samſon, Neſcis quòd Philiſthijm imperẽt nobis? quare ergo hoc facere voluiſti? Quibus ille ait, Sicut fecerunt mihi, ſic feci eis. Ligare, inquiunt, te venimus, & tradere in manu Philiſthinorũ. Quibus Samſon, Iurate, ait, & ſpondete mihi, quòd non occidatis me. Dixerunt, Non te occidemus, ſed vinctũ trademus. Ligaueruntq; eum duobus nouis funibus, & tulerunt eum de petra Etam. Qui cum veniſſet ad locum Maxillæ, & Philiſthijm vociferantes occurriſſent ei, irruit ſpiritus Domini in eum: & ſicut ſolent ad ardorẽ ignis ligna cõſumi: ita vincula quibus ligatus erat, diſſipata ſunt & D ſoluta. Inuentamq; maxillã, id eſt, mandibulã aſini, quæ iacebat, arripiẽs, interfecit in ea mille viros, & ait, In maxilla aſini, in mãdibula pulli aſinarũ deleui eos, & percuſſi mille viros. Cumq; hæc verba canens compleſſet, proiecit mandibulã de manu, & vocauit nomen loci illius Ramathlechi, quod interpretatur eleuatio maxillæ. Sitiensq; valde, clamauit ad Dominum, & ait, Tu dediſti in manu ſerui tui ſalutem hanc maximam atq; victoriã: & en ſiti morior, incidamq; in manus incircunciſorum. Aperuit itaq; Dominus molarem dentem in maxilla aſini, & egreſſæ ſunt ex eo aquæ. Quibus hauſtis refocillauit ſpiritum, & vires recepit. Idcirco appellatũ eſt nomen loci illius, Fons inuocãtis de maxilla, vſq; in præſentem diem. Iudicauitq; Iſrael in diebus Philiſthijm viginti annis.

Samſon victoriã Deo tribuit.

A quis è dẽte molari aſini fluẽtibus, ſitim leuat.

S. SAMSON à muliere in Gaza deceptus portas urbis in montem detulit: ab uxore autem detonſus excæcatur ab hoſtibus, quos tandem ſecum conſumpſit. CAPVT XVI.

A ABijt quoq; in Gazam, & vidit ibi mulierem meretricem, ingreſſusq; eſt ad eam. Quod cum audiſſent Philiſthijm, & percrebruiſſet apud eos, intraſſe vrbem Samſon, circundederunt eum, poſitis in porta ciuitatis cuſtodibus: & ibi tota nocte cum ſilentio præſtolantes, vt facto mane exeuntem occiderent. Dormiuit autem Samſon vſque ad mediũ noctis: & inde conſurgens apprehendit ambas portæ fores cum poſtibus ſuis & ſera, impoſitasq; humeris ſuis portauit ad verticẽ montis qui reſpicit Hebron. Poſt hæc amauit mulierem, quæ habitabat in valle Sorec, & vocabatur Dalila. Veneruntq; ad eam principes Philiſthinorum, atq; dixerũt, Decipe eum, & diſce ab illo in quo habeat tantam fortitudinem, & quomodo eũ ſuperare valeamus, & vinctum affligere: quod ſi feceris, dabiB mus tibi ſinguli mille centũ argenteos. Locuta eſt ergo Dalila ad Samſon, Dic mihi obſecro, in quo ſit tua maxima fortitudo, & quid ſit quo ligatus erumpere nequeas. Cui reſpõdit Samſon, Si ſeptem neruiceis funibus necdum ſiccis, & adhuc humentibus ligatus fuero, infirmus ero vt cæteri homines. Attuleruntq; ad eam ſatrapæ Philiſthinorum ſeptem funes, vt dixerat: quibus vinxit eum, latentibus apud ſe inſidijs, & in cubiculo finem rei expectantibus: clamauitq; ad eum, Philiſthijm ſuper te Samſon. Qui rupit vincula quomodo ſi rumpat quis filium de ſtupa tortum ſputamine cum odorem ignis acceperit: & nõ eſt cognitum in quo eſſet fortitudo eius. Dixitq; ad eum Dalila, Ecce illuſiſti mihi, & falſum locutus es: ſaltem nunc indica mihi quo ligari debeas. C Cui ille reſpondit, Si ligatus fuero nouis funibus, qui nunquam fuerunt in opere, infirmus ero, & aliorum hominum ſimilis. Quibus rurſum Dalila vinxit eum, & clamauit, Philiſthijm ſuper te Samſon: in cubiculo inſidijs præparatis. Qui ita rupit vincula quaſi fila telarum. Dixitq; Dalila rurſum ad eum, Vſquequo decipis me, & falſum loqueris? oſtende quo vinciri debeas. Cui reſpondit Samſon, Si, inquit, ſeptẽ crines capitis mei cum licio plexueris, & clauum his circunligatum terræ fixeris, infirmus ero. Quod cum feciſſet Dalila, dixit ad eũ, Philiſthijm ſuper te Samſon. Qui conſurgens deſomD no extraxit clauum cum crinibus, & licio. Dixitq; ad eum Dalila,

A Dalila decipitur Samſon.

Dalila, Quomodo dicis quòd amas me, cum animus tuus nõ ſit mecum? Per tres vices mentitus es mihi, & noluiſti dicere in quo ſit maxima fortitudo tua. Cumq; moleſta eſſet ei, & per multos dies iugiter adhæreret, ſpatium ad quietem non tribuens, defecit anima eius, & ad mortẽ vſq; laſſata eſt. Tunc aperiens veritatem rei, dixit ad eam, Ferrũ nunquam aſcendit ſuper caput meum, quia nazaræus, id eſt, cõſecratus Domino ſum de vtero matris meæ: ſi raſum fuerit caput meum, recedet à me fortitudo mea, & deficiam, eroq; ſicut cæteri homines. Videnſq; illa quòd confeſſus ei eſſet omnem animum E ſuum, miſit ad principes Philiſthinorũ ac mãdauit, Aſcendite adhuc ſemel, quia nunc mihi aperuit cor ſuũ. Qui aſcenderunt aſſumpta pecunia quam promiſerant. At illa dormire eum fecit ſuper genua ſua, & in ſinu ſuo reclinare caput. Vocauitq; tonſorem, & raſit ſeptem crines eius, & cœpit abigere eum & à ſe repellere: ſtatim enim ab eo fortitudo diſceſſit: dixitq;, Philiſthijm ſuper te Samſon. Qui de ſomno conſurgens, dixit in animo ſuo, Egrediar ſicut antè feci, & me excutiam: neſciens quòd receſſiſſet ab eo Dominus. Quem cum F apprehendiſſent Philiſthijm, ſtatim eruerunt oculos eius, & duxerunt Gazam vinctũ catenis, & clauſum in carcere molere fecerunt. Iamq; capilli eius renaſci cœperant, & principes Philiſthinorũ conuenerunt in vnum vt immolarent hoſtias magnificas Dagon Deo ſuo, & epularentur, dicentes, Tradidit Deus noſter inimicum noſtrum Samſon in manus noſtras. Quod etiam populus videns, laudabat Deum ſuum, eademq; dicebat, Tradidit Deus noſter aduerſariũ noſtrũ in manus noſtras, qui deleuit terram noſtram, & occîdit plurimos. Lætantesq; per conuiuia, ſumptis iam epulis præceperunt vt vocaretur Samſon, & ante eos luderet. Qui adductus de carcere ludebat ante eos, feceruntq; eum ſtare inter duas columnas. Qui dixit puero regẽti greſſus ſuos, Dimitte me, vt tangam columnas quibus omnis imminet domus, & recli- G ner ſuper eas, & paululũ requieſcam. Domus autẽ erat plena virorum ac mulierũ, & erant ibi omnes principes Philiſthinorum, ac de tecto & ſolario circiter tria millia vtriuſq; ſexus ſpectantes ludentem Samſon. At ille inuocato Domino ait, Domine Deus meus memento mei, & redde mihi nunc fortitudinem meam priſtinam Deus meus, vt vlciſcar me de hoſtibus meis, & pro amiſsione duorũ luminũ vnam vltionem recipiã. Et apprehendens ambas columnas, quibus innitebatur domus, alteramq; earũ dextera, & alterã ſęua tenens, ait, Moriatur anima mea cum Philiſthijm. Concuſsisq; fortiter columnis, cecidit domus ſuper omnes principes, & cæteram multitudinẽ quæ ibi erat: multoq; plures interfecit moriens, quàm antè viuus occiderat. Deſcendentes autem fratres eius, & vniuerſa cognatio tulerunt corpus eius, & ſepelierunt inter Saraa & Eſthaol in ſepulchro patris ſui Manue: iudicauitq; Iſrael viginti annis.

Moritur cũ principibus Philiſthinorum & reliqua multitudine.

S. MICHAS matris argentum reſeruans conflauit in idôlum, cui Bethlehemitam ſacerdotem præfecit. CAPVT XVII.

A VItq; eo tẽpore vir quidam de monte Ephráim nomine Michas, qui dixit matri ſuæ, Mille centum argẽteos quos ſeparaueras tibi, & ſuper quibus me audiente iuraueras, ecce ego habeo, & apud me ſunt. Cui illa reſpõdit, Benedictus filius meus Domino. Reddidit ergo eos matri ſuæ, quæ dixerat ei, Conſecraui, & voui hoc argentum Domino, vt de manu mea ſuſcipiat B filius meus, & faciat ſculptile atque conflatile: & nunc trado illud tibi. Reddidit igitur eos matri ſuæ: quæ tulit ducentos argenteos, & dedit eos argentario, vt faceret ex eis ſculptile atq; cõflatile, quod fuit in domo Michæ. Qui ædiculã quoq; in ea Deo ſeparauit, & fecit ephod, & theraphim, id eſt veſtẽ ſacerdotalem, & idôla: impleuitq; vnius filiorum ſuorũ ma- C num, & factus eſt ei ſacerdos. In diebus illis non erat rex in Iſrael, ſed vnuſquiſq; quod ſibi rectum videbatur, hoc faciebat. Fuit quoq; alter adoleſcẽs de Bethlehem Iuda ex cognatione eius: eratq; ipſe Leuites, & habitabat ibi. Egreſſusq; de ciuitate Bethlehem, peregrinari voluit vbicũq; ſibi commodum reperiſſet. Cumq; veniſſet in montem Ephráim iter faciens, & declinaſſet parumper in domum Michæ, interrogatus eſt ab eo vnde veniſſet. Qui reſpõdit, Leuita ſum de Beth D lehem Iuda, & vado vt habitẽ vbi potuero & vtile mihi proſpexero. Dixitq; Michas, Mane apud me, & eſto mihi parẽs ac ſacerdos: daboq; tibi per annos ſingulos decẽ argenteos ac veſtem duplicẽ, & quæ ad victũ ſunt neceſſaria. Acquieuit, & manſit apud hominem, fuitq; illi quaſi vnus de filijs. Impleuitq; Michas manum eius, & habuit puerum ſacerdotem apud ſe. Nunc ſcio, dicens, quòd benefaciet mihi Deus habens Leuitici generis ſacerdotem.

S. EXPLORATORES tribus Dan nouas quærentes poſſeſſiones, ſacerdotem Michæ cum idôlo ſuo detulerunt, urbem Laiui capientes habitauerunt. CAPVT XVIII.

A IN diebus illis nõ erat rex in Iſrael, & tribus Dan quærebat poſſeſsionẽ ſibi, vt habitaret in ea. vſq; ad illũ enim diem inter cæteras tribus ſortem non acceperat. Miſerunt ergo filij Dan ſtirpis & familiæ ſuæ quinq; viros fortiſsimos de Saraa & Eſthaol, vt explorarent terrã, & diligenter inſpicerent: dixeruntq; eis, Ite, & conſyderate terram. Qui cum pergentes veniſſent in montem Ephráim, & intraſſent domũ Michæ, requieuerunt ibi: & agnoſcẽtes vocem adoleſcentis Leuitæ, vtentesq; illius diuerſorio, dixerunt ad eum, Quis te huc adduxit? quid hic B agis? quam ob cauſam huc venire voluiſti? Qui reſpondit eis, Hæc & hæc præſtitit mihi Michas, & me mercede cõduxit, vt ſim ei ſacerdos. Rogauerũt autem eum vt conſuleret Dominum, & ſcire poſſent an proſpero itinere pergerent, & res haberet effectũ. Qui reſpõdit eis, Ite cum pace, Dominus reſpicit viam veſtrã, & iter quò pergitis. Euntes igitur quinq; viri venerunt Lais: viderunteq; populũ habitantem in ea abſq; vllo timore, iuxta conſuetudinẽ Sidoniorũ, ſecurum & quie- C tum, nullo ei penitus reſiſtente, magnarumq; opum, & procul à Sidône atq; à cunctis hominibus ſeparatum. Reuerſiq; ad fratres ſuos in Saraa & Eſthaol, quid egiſſent ſciſcitãtibus reſponderunt, Surgite, & aſcendamus ad eos. vidimus enim terram valde opulentã & vberẽ: nolite negligere, nolite ceſſare: eamus, & poſsideamus eam, nullus erit labor. Intrabimus ad ſecuros, in regionẽ latiſsimã, tradetq; nobis Dominus lo- D cum, in quo nullius rei eſt penuria eorum quæ gignuntur in terra. Profecti igitur ſunt de cognatione Dan, id eſt de Saraa & Eſthaol ſexcenti viri accincti armis bellicis, aſcendentesq; manſerunt in Cariathiárim Iudæ: qui locus ex eo tẽpore Caſtrorum Dan, nomẽ accepit. & eſt poſt tergũ Cariathiárim. Inde tranſierunt in montẽ Ephráim. Cumq; veniſſent ad domum Michæ, dixerunt quinq; viri qui prius miſsi fuerant ad conſyderandã terrã Lais, cæteris fratribus ſuis, Noſtis quòd in domibus iſtis ſit ephod, theraphim, & ſculptile atq; cõflatile: videte quid vobis placeat. Et cum paululũ declinaſſent, E ingreſsi ſunt domum adoleſcentis Leuitæ, qui erat in domo Michæ: ſalutauerunt eq; eum verbis pacificis. Sexcenti autem viri ita vt erant armati, ſtabant ante oſtiũ. At illi qui ingreſsi fuerant domũ iuuenis, ſculptile & ephod & theraphim, atq; cõflatile tollere nitebantur, & ſacerdos ſtabat ante oſtiũ, ſexcentis viris fortiſsimis haud procul expectantibus. Tulerunt igitur qui intrauerant, ſculptile, ephod, & idôla, atq; conflatile. Quibus dixit ſacerdos. Quid facitis? Cui reſponderunt, Tace, & pone digitũ ſuper os tuũ: veniq; nobiſcũ, vt habeamus te patrẽ ac ſacerdotem. Quid tibi melius eſt, vt ſis ſacerdos in domo vnius viri, an in vna tribu & familia in Iſrael? F Quod cum audiſſet, acquieuit ſermonibus eorum, & tulit ephod & idôla ac ſculptile, & profectus eſt cum eis. Qui cũ pergerẽt, & ante ſe ire feciſſent paruulos ac iumẽta, & omne

quod

quod erat pretioſum, iamq; à domo Michæ eſſent procul, viri qui habitabant in ædibus Michæ conclamantes ſecuti ſunt,& poſt tergũ clamare cœperũt. Qui cũ reſpexiſſent,dixerunt ad Michã, Quid tibi vis? cur clamas? Qui reſpondit, Deos meos quos mihi feci, tuliſtis, & ſacerdotem, & omnia quæ habeo:& dicitis, Quid tibi eſt?Dixeruntq; ei filij Dan, Caue ne vltrà loquaris ad nos,& veniãt ad te viri animo concitati,& ipſe cum omni domo tua pereas.Et ſic cœpto itinere perrexerunt. Videns autẽ Michas quòd fortiores ſe eſſent, reuerſus eſt in domũ ſuã.Sexcẽti autem viri tulerũt ſacerdo-
G tem,& quæ ſuprà diximus: veneruntq; in Lais ad populum quieſcentem atq; ſecurũ,& percuſſerunt eos in ore gladij:vrbemq; incẽdio tradiderũt,nullo penitus ferente præſidium, eo quòd procul habitarent à Sidõne,& cum nullo hominum haberent quicquã ſocietatis ac negotij.Erat autem ciuitas ſita in regione Rohob:quam rurſum extruentes habitauerunt in ea,vocato nomine ciuitatis Dan, iuxta vocabulum patris ſui quem genuerat Iſrael,quæ prius Lais dicẽbatur. Poſuerũtq; ſibi ſculptile, & Ionathan filiũ Gerſom filij Moyſi, ac filios eius ſacerdotes in tribu Dan, vſq; ad diem captiuitatis ſuæ. Manſitq; apud eos idõlum Michæ omni tempore quo fuit domus Dei in Silo.in diebus illis non erat rex in Iſrael.

S. LEVITAE uxor à Gabaonitis extincta adulterio,in XII. *ſecta portiones ad ſingulas tribus mittitur.* CAPVT XIX.

A VIt quidã vir Leuites, habitans in latere montis Ephraim,qui accepit vxorẽ de Bethléhem Iuda: quæ reliquit eum,& reuerſa eſt in domum patris ſui in Bethléhem, mãſitq; apud eũ quatuor menſibus.Secutusq; eſt eã vir ſuus,volens recõciliari ei,atq; blandiri,& ſecum reducere, habens in comitatu puerum & duos aſinos:quæ ſuſcepit eum,& introduxit in domum patris ſui. Quod cũ audiſſet ſocer eius,eumq; vidiſſet,occurrit ei lætus, & amplexatus eſt hominem.Manſitq; gener in domo ſoceri tribus diebus comedens cum eo & bibens familiariter. Die autẽ quarto de nocte cõſurgens, proficiſci voluit.Quem te-
B nuit ſocer,& ait ad eum, Guſta prius puſillum panis,& conforta ſtomachum, & ſic proficiſcẽris. Sederuntque ſimul ac comederunt & biberunt. Dixitq; pater puellæ ad generum ſuum, Quæſo te,vt hodie hic maneas,pariterq; lætemur. At ille cõſurgens,cœpit velle proficiſci.Et nihilominus obnixè eum ſocer tenuit,& apud ſe fecit manere.Mane autem facto, parabat Leuites iter. Cui ſocer rurſum, Obſecro,inquit, vt paululum cibi capias, & aſſumptis viribus, donec increſcat
C dies,poſtea proficiſcaris. Comederunt ergo ſimul,ſurrexitq; adoleſcens,vt pergeret cum vxore ſua & puero. Cui rurſum locutus eſt ſocer, Conſydera quòd dies ad occaſum decliuior ſit,& propinquat ad veſperum:mane apud me etiam hodie, & duc lætum diem,& cras proficiſcẽris vt vadas in domum tuam. Noluit gener acquieſcere ſermonibus eius. ſed ſtatim ſurrexit, & venit contra Iebus, quæ altero nomine vocatur Ieruſalem,ducens ſecum duos aſinos onuſtos,& concubinã. Iamq; aderant iuxta Iebus,& dies mutabatur in noctem: dixitq; puer ad Dominũ ſuũ, Veni obſecro,declinemus ad vrbem Iebuſæorũ,& maneamus in ea.Cui reſpõdit Dominus,
Non ingrediar oppidum gentis alienæ, quæ non eſt de filijs
Iſrael:ſed tranſibo vſq; Gabaa,& cum illuc peruenero mane-
D bimus in ea,aut certè in vrbe Rama, Tranſierunt ergo Iebus, & cœptum carpebant iter, occubuitq; eis ſol iuxta Gabaa, quæ eſt in tribu Beniamin:diuerteruntq; ad eam, vt manerẽt ibi. Quò cum intraſſent,ſedebant in platea ciuitatis, & nullus eos recipere volebat hoſpitio. Et ecce,apparuit homo ſenex, reuertens de agro & de opere ſuo veſperi,qui & ipſe de monte erat Ephraim,& peregrinus habitabat in Gabaa. homines autem regionis illius erant filij Iemini.Eleuatisq; oculis, vi-
E dit ſenex ſedentem hominem cũ ſarcinulis ſuis in platea ciuitatis,& dixit ad eum, Vnde venis?& quò vadis? Qui reſpondit ei, Profecti ſumus de Bethléhem Iuda,& pergimus ad locum noſtrum,qui eſt in latere montis Ephraim,vnde ieramus in Bethléhem,& nũc vadimus ad domum Dei, nullusq; ſub tectum ſuũ nos vult recipere,habentes paleas & fœnum in aſinorum pabulum,& panem ac vinum in meos & ancillæ tuæ vſus,& pueri qui mecum eſt:nulla re indigemus,niſi hoſpitio.Cui reſpõdit ſenex, Pax tecũ ſit, ego præbebo omnia quæ neceſſaria ſunt:tãtum quæſo ne in platea maneas. Introduxitq; eum in domum ſuam,& pabulum aſinis præbuit: ac
F poſtquam lauerunt pedes ſuos,recepit eos in cõuiuium. Illis epulantibus,& poſt laborem itineris,cibo & potu reficientibus corpora,venerũt viri ciuitatis illius filij belial,id eſt abſq; iugo,& circundantes domum ſenis, fores pulſare cœperunt, clamantes ad Dominum domus, atq; dicentes, Educ virum qui ingreſſus eſt domum tuam, vt abutamur eo. Egreſſusq; eſt ad eos ſenex,& ait, Nolite fratres, nolite facere malũ hoc: quia ingreſſus eſt homo hoſpitium meum, & ceſſate ab hac ſtultitia:habeo filiam virginem,& hic homo habet concubinam,educam eas ad vos, vt humilietis eas, & veſtram libidinem compleatis:tantum obſecro ne ſcelus hoc contra naturam operemini in virum.Nolebant acquieſcere ſermonibus illius:quod cernens homo,eduxit ad eos concubinam ſuam,
G & eis tradidit illudẽdam:qua cum tota nocte abuſi eſſent, dimiſerunt eam mane. At mulier recedentibus tenebris, venit ad oſtium domus,vbi manebat Dominus ſuus,& ibi corruit. Mane facto,ſurrexit homo,& aperuit oſtium, vt cœptam expleret viam:& ecce concubina eius iacebat ante oſtiũ ſparſis in limine manibus.Cui ille, putans eam quieſcere, loquebatur, Surge,vt ambulemus.Qua nihil reſpondente, intelligens quòd erat mortua,tulit eã,& impoſuit aſino, reuerſusq; eſt in domum ſuam.Quam cum eſſet ingreſſus, arripuit gladium,& cadauer vxoris cum oſsibus ſuis in duodecim partes ac frũſta concidens, miſit in omnes terminos Iſrael. Quod cum vidiſſent ſinguli,conclamabant.Nunquam res talis facta eſt in Iſrael,ex eo die quo aſcenderũt patres noſtri de Aegypto,vſq; in præſens tempus: ferte ſententiam, & in commune decernite quid facto opus ſit.

S. PVGNANT undecim tribus Iſraël contra Beniamin,quem ferè delent. CAPVT XX.

A CGreſsi itaq; ſunt omnes filij Iſrael,& pariter congregati quaſi vir vnus de Dan vſque Berſabee,& terra Galaad ad Dominum in Maſpha: omnesq; anguli populorum,& cunctæ tribus Iſrael in ecclesiam populi Dei conuenerunt quadraginta millia peditũ pugnatorum. Nec latuit filios Beniamin quòd aſcendiſſent filij Iſrael in Maſpha.Interrogatusq; Leuita maritus mulieris interfectæ quomodo tantum ſcelus perpetratum eſſet,reſpondit, Veni in Gabaa Beniamin cũ vxore mea, illucq; diuerti: & ecce, homines ciuitatis illius circundederunt nocte Oſee 10
domum in qua manebam,volentes me occidere, & vxorem meam incredibili furore libidinis vexantes, denique mortua eſt. Quam arreptam,in frũſta cõcidi, miſiq; partes in omnes terminos poſſeſsionis veſtræ: quia nunquam tantum nefas, & tam grande piaculum factum eſt in Iſrael. Adeſtis omnes filij Iſrael,decernite quid facere debeatis. Stansq; omnis populus,& quaſi vnius hominis ſermone reſpondit, Non recedemus in tabernacula noſtra,nec ſuam quiſquã intrabit domum:ſed hoc contra Gabaa in commune faciemus, Decem
B viri eligantur è centũ,ex omnibus tribubus Iſrael,& centum de mille,& mille de decem millibus,vt comportẽt exercitui cibaria, & poſsimus pugnare contra Gabaa Beniamin,& reddere ei pro ſcelere quod meretur. Conuenitque vniuerſus Iſrael ad ciuitatem, quaſi homo vnus eadem mente, vnoque conſilio,& miſerunt nuntios ad omnem tribum Beniamin, qui dicerent,Cur tantum nefas in vobis repertũ eſt? Tradite homines de Gabaa,qui hoc flagitiũ perpetrarunt,vt morian-

tur,& auferatur malum de Iſrael. Qui noluerũt fratrum ſuorum filiorum Iſrael audire mandatum: ſed ex cunctis vrbibus quæ ſortis ſuæ erant, conuenerunt in Gabaa, vt illis ferrent auxilium,& contra vniuerſum populum Iſrael dimicarent. Inuentiq; ſunt vigintiquinque millia de Beniamin educentium gladium, præter habitatores Gabaa, qui ſeptingenti erant viri fortiſsimi, ita ſiniſtra vt dextra præliantes:& ſic fundis lapides ad certum iaciẽtes, vt capillum quoq; poſſent percutere,& nequaquam in alteram partem ictus lapidis deferretur. Virorum quoque Iſrael, abſq; filijs Beniamin, inuenta ſunt quadringẽta millia educentiũ gladios,& paratorum ad pugnam. Qui ſurgentes venerunt in Domum Dei, hoc eſt in Silo:cõſulueruntq; Dominum, atque dixerunt, Quis erit in exercitu noſtro princeps certaminis cõtra filios Beniamin? Quibus reſpondit Dominus, Iudas ſit dux veſter. Statimq; filij Iſrael ſurgentes, mane caſtrametati ſunt iuxta Gabaa:& inde procedentes ad pugnã contra Beniamin, vrbẽ oppugnare cœperunt. Egreſſiq; filij Beniamin de Gabaa, occiderunt de filijs Iſrael die illo vigintiduo millia virorum. Rurſum filij Iſrael & fortitudine,& numero cõfidentes, in eodem loco in quo prius certauerãt, aciẽ direxerũt: ita tamen vt prius aſcenderent,& flerent corã Domino vſq; ad noctẽ: conſulerentq; eum & dicerẽt, Debeo vltrà procedere ad dimicandũ contra filios Beniamin fratres meos, an non? Quibus ille reſpondit, Aſcẽdite ad eos,& inite certamẽ. Cumq; filij Iſrael altera die cõtra filios Beniamin ad præliũ proceſſiſſent, eruperunt filij Beniamin de portis Gabaa:& occurrẽtes eis tãta in illos cæde bacchati ſunt, vt decem & octo millia virorũ educentium gladium proſternerẽt. Quam ob rem omnes filij Iſrael venerunt in domũ Dei,& ſedentes flebant corã Domino: ieiunaueruntq; die illo vſq; ad veſperam,& obtulerunt ei holocauſta, atq; pacificas victimas,& ſuper ſtatu ſuo interrogauerũt. Eo tempore ibi erat arca fœderis Domini, & Phinees filius Eleazari filij Aaron præpoſitus domus. Conſuluerunt igitur Dominum, atq; dixerunt, Exire vltrà debemus ad pugnam contra filios Beniamin fratres noſtros, an quieſcere? Quibus ait Dominus, Aſcendite: cras enim tradam eos in manus veſtras. Poſueruntq; filij Iſrael inſidias per circuitum vrbis Gaba:& tertia vice, ſicut ſemel & bis, contra Beniamin exercitum produxerunt. Sed & filij Beniamin audacter eruperunt de ciuitate,& fugientes aduerſarios longius perſecuti ſunt: ita vt vulnerarẽt ex eis ſicut primo die & ſecũdo,& cæderent per duas ſemitas vertentes terga, quarũ vna ferebatur in Bethel,& altera in Gabaa, atq; proſternerẽt triginta circiter viros. putauerunt enim ſolito eos more cædere. Qui fugã arte ſimulãtes inierũt conſiliũ, vt abſtraherent eos de ciuitate,& quaſi fugientes ad ſupradictas ſemitas perducerent. Omnes itaq; filij Iſrael ſurgentes de ſedibus ſuis, tetenderunt aciẽ in loco qui vocatur Baalthamar. Inſidiæ quoq; quæ circa vrbem erãt, paulatim ſe aperire cœperũt,& ab occidẽtali vrbis parte procedere. Sed & alia decem millia virorũ de vniuerſo Iſrael habitatores vrbis ad certamina prouocabant. Ingrauatumq; eſt bellũ contra filios Beniamin: & non intellexerunt quòd ex omni parte illis inſtaret interitus. Percuſſitq; eos Dominus in cõſpectu filiorum Iſrael,& interfecerunt ex eis in illo die vigintiquinq; millia,& centũ viros, omnes bellatores & educentes gladiũ. Filij autẽ Beniamin cum ſe inferiores eſſe vidiſſent, cœperunt fugere. Quod cernentes filij Iſrael, dederunt eis ad fugiendum locũ, vt ad præparatas inſidias deuenirent, quas iuxta vrbem poſuerant. Qui cum repẽte de latibulis ſurrexiſſent,& Beniamin terga cædentibus daret, ingreſſi ſunt ciuitatem,& percuſſerũt eam in ore gladij. Signũ autem dederant filij Iſrael his quos in inſidijs collocauerãt, vt poſtquam vrbem cepiſſent, ignem accenderent: vt aſcendente in altum fumo, captã vrbem demõſtrarent. Quod cum cernerẽt filij Iſrael in ipſo certamine poſiti (putauerũt enim filij Beniamin eos fugere,& inſtantius perſequebãtur, cæſis de exercitu eorum triginta viris) & viderunt quaſi columnam fumi de ciuitate cõſcendere, Beniamin quoq; reſpiciens retro, cum captã cerneret ciuitatẽ,& flammas in ſublime ferri: qui prius ſimulauerant fugam, verſa facie fortius reſiſtebant: Quod cũ vidiſſent filij Beniamin, in fugã verſi ſunt,& ad viam deſerti ire cœperunt, illuc quoq; eos aduerſarijs perſequentibus. ſed & hi qui vrbem ſuccenderãt, occurrerunt eis. Atq; ita factum eſt, vt ex vtraq; parte ab hoſtibus cæderẽtur, nec erat vlla requies morientium. Ceciderunt, atq; proſtrati ſunt ad orientalem plagam vrbis Gabaa. Fuerunt autem qui in eodem loco interfecti ſunt, decem & octo millia virorum, omnes robuſtiſsimi pugnatores. Quod cum vidiſſent qui remanſerant de Beniamin, fugerunt in ſolitudinem:& pergebant ad petram, cuius vocabulum eſt Remmon. In illa quoq; fuga palãtes,& in diuerſa tendentes, occiderunt quinq; millia viros. Et cum vltrà tenderent, perſecuti ſunt eos,& interfecerunt etiam alia duo millia. Et ſic factum eſt, vt omnes qui ceciderant de Beniamin in diuerſis locis, eſſent vigintiquinq; millia pugnatores ad bella promptiſsimi. Remanſerunt itaq; de omni numero Beniamin, qui euadere potuerunt,& fugere in ſolitudinem, ſexcenti viri: ſederuntq; in Petra Remmon menſibus quatuor. Regreſſi autem filij Iſrael, omnes reliquias ciuitatis à viris vſq; ad iumenta gladio percuſſerunt: cunctaſq; vrbes, & viculos Beniamin vorax flamma conſumpſit.

Filij Beniamin percutiuntur à Deo, quòd abuſi eſſent vxore Leuitæ.

S. INSTAVRATVR *tribus Beniamin penè extincta ex præda Iabes Galaad contumacis.* CAPVT XXI.

IVrauerunt quoq; filij Iſrael in Maſpha,& dixerunt, Nullus noſtrum dabit filijs Beniamin de filiabus ſuis vxorẽ. Veneruntq; omnes ad domum Dei in Silo:& in conſpectu eius ſedentes vſq; ad veſperã, leuauerũt vocẽ,& magno vlulatu cœperũt flere, dicentes, Quare Dominus Deus Iſrael factum eſt hoc malũ in populo tuo, vt hodie vna tribus auferretur ex nobis? Altera autem die diluculo conſurgentes, extruxerũt altare: obtuleruntq; ibi holocauſta,& pacificas victimas,& dixerũt, Quis non aſcendit in exercitum Domini de vniuerſis tribubus Iſrael? Grandi enim iuramẽto ſe conſtrinxerant, cum eſſent in Maſpha, interfici eos qui defuiſſent. Ductiq; pœnitentia filij Iſrael ſuper fratre ſuo Beniamin, cœperunt dicere, Ablata eſt tribus vna de Iſrael, vnde vxores accipient? Omnes enim in commune iurauimus nõ daturos nos his filias noſtras. Idcirco dixerũt, Quis eſt de vniuerſis tribubus Iſrael, qui nõ aſcendit ad Dominum in Maſpha? Et ecce inuenti ſunt habitatores Iabes Galaad in illo exercitu nõ fuiſſe. Eo quoq; tempore cum eſſent in Silo, nullus ex eis ibi repertus eſt. Miſerunt itaq; decem millia viros robuſtiſsimos,& præceperunt eis, Ite,& percutite habitatores Iabes Galaad in ore gladij, tam vxores quàm paruulos eorum: & hoc erit quod obſeruare debebitis, Omne generis maſculini,& mulieres quæ cognouerunt viros, interficite. Inuenteq; ſunt de Iabes Galaad quadringentæ virgines, quæ neſcierunt viri torũ,& adduxerunt eas ad caſtra in Silo, in terram Chanáan, Miſeruntq; nuntios ad filios Beniamin, qui erant in petra Remmon,& præceperunt eis vt eas ſuſciperent in pace. Veneruntq; filij Beniamin illo tempore,& datæ ſunt eis vxores de filiabus Iabes Galaad: alias autem non repererunt, quas ſimili modo traderent. Vniuerſiſq; Iſrael valde doluit,& egit pœnitentiam ſuper interfectione vnius tribus ex Iſrael. Dixerũtq; maiores natu, Quid faciemus reliquis, qui non acceperunt vxores? omnes in Beniamin fœminæ conciderunt,& magna nobis cura ingentiq; ſtudio prouidendum eſt, ne vna tribus deleatur ex Iſrael. Filias enim noſtras eis dare non poſſumus, conſtricti iuramẽto,& maledictione qua diximus, Maledictus qui dederit de filiabus ſuis vxorẽ Beniamin. Ceperuntq; cõſilium, atq; dixerunt, Ecce ſolennitas Domini eſt in Silo anniuerſaria, quæ ſita eſt ad ſeptẽtrionem vrbis Bethel, ad orientalem

plagam

plagam viæ, quæ de Bethel tendit ad Sichimam, & ad meridiem oppidi Lebona. Præceperuntq; filijs Beniamin, atq; di
D xerunt, Ite, & latitate in vineis. Cumq; videritis filias Silo ad ducẽdos choros ex more procedere, exite repente de vineis, & rapite ex eis singuli vxores singulas, & pergite in terram Beniamin. Cumq; venerint patres earum, ac fratres, & aduersum vos queri cœperint, atque iurgari, dicemus eis, Miseremini eorum: non enim rapuerunt eas iure bellantium, atque victorum, sed rogantibus vt acciperent, non dedistis, & à vestra parte peccatum est. Feceruntq; filij Beniamin vt sibi fuerat imperatum: & iuxta numerũ suum rapuerunt sibi de his quæ ducebant choros, vxores singulas: abieruntq; in possessionem suã, ædificantes vrbes, & habitantes in eis. Filij quoq; Israel reuersi sunt per tribus, & familias in tabernacula sua. In diebus illis non erat rex in Israel, sed vnusquisq; quod sibi rectum videbatur, hoc faciebat.

FINIS.

Liber Ruth.



S. ELIMELECH præ nimia fame cum Noëmi uxore & filijs in Moab concedit, quo mortuo cum filijs, Noëmi cum Ruth nuru sua in Bethléhem reuertitur.

CAPVT I.

A IN DIEBVS vnius iudicis, quãdo iudices præerant, facta est fames in terra. Abijtq; homo de Bethléhem Iuda, vt peregrinaretur in regione Moabitide cum vxore sua, ac duobus liberis. ipse vocabatur Elimélech, & vxor eius Noemi: & duo filij, alter Mahalõ, & alter Chelion, Ephrathæi de Bethléhem Iuda. Ingressiq; regionẽ Moabitidem, morabãtur ibi. Et mortuus est Elimélech maritus Noemi. remansitq; ipsa cũ filijs. Qui acceperunt vxores Moabi-
B tidas, quarũ vna vocabatur Orpha, altera Ruth. Mãseruntq; ibi decẽ annis, & ambo mortui sunt, Mahalon videlicet & Chelion: remansitq; mulier orbata duobus liberis ac marito. Et surrexit, vt in patriã pergeret cum vtraq; nuru sua de regione Moabitide: audierat enim quòd respexisset Dominus populum suũ, & dedisset eis escas. Egressa est itaq; de loco peregrinationis suæ cũ vtraq; nuru: & iam in via reuertendi posita in terrã Iuda, dixit ad eas, Ite in domũ matris vestræ, faciat vobiscum Dominus misericordiam, sicut fecistis cũ mortuis & mecum. Det vobis inuenire requiẽ in domibus virorũ, quos sortituræ estis. Et osculata est eas, Quæ eleuata voce, flere cœperũt, & dicere, Tecũ pergemus ad populũ tuũ. Quibus illa respondit, Reuertimini filiæ meæ, cur venitis mecũ? num vltrà habebo filios in vtero meo, vt viros ex me sperare pos-
C sitis? Reuertimini filiæ meæ, & abite: iam enim senectute cõfecta sum, nec apta vinculo cõiugali. etiã si possem hac nocte concipere & párere filios, si eos expectare velitis donec crescant, & annos pubertatis impleãt, antè eritis vetulæ quàm nubatis. Nolite quæso filiæ meæ facere hoc: quia vestra angustia magis me premit, & egressa est manus Domini cõtra me. Eleuata igitur voce, rursum flere cœperũt. Orpha osculata est socrum, ac reuersa est: Ruth adhæsit socrui suæ. Cui dixit Noemi, En reuersa est cognata tua ad populum suum, & ad deos suos, vade cũ ea. Quæ respondit, Ne aduerseris mihi, vt relinquam te & abeam: quocunq; enim perrexeris, pergam: & vbi morata fueris, & ego pariter morabor. Populus tuus populus meus, & Deus tuus Deus meus. Quæ te terra morientem susceperit, in ea moriar: ibiq; locum accipiã sepulturæ. Hæc
D mihi faciat Deus, & hæc addat, si nõ sola mors me & te separauerit. Videns ergo Noemi, quòd obstinato animo Ruth decreuisset secum pergere, aduersari noluit, nec ad suos vltrà reditũ persuadere: profectæq; sunt simul, & venerũt in Bethléhem. Quibus vrbem ingressis, velox apud cunctos fama percrebuit: dicebãtq; mulieres, Hæc est illa Noemi. Quibus ait, Ne vocetis me Noemi, id est pulchrã: sed vocate me, Mara, id est amaram, quia amaritudine valde repleuit me Omnipotens. Egressa sum plena, & vacuam reduxit me Dominus. Cur ergo vocatis me Noemi, quam Dominus humiliauit, & afflixit Omnipotens? Venit ergo Noemi cum Ruth Moabitide nuru sua, de terra peregrinationis suæ: ac reuersa est in Bethléhem, quando primum hordea metebantur.

S. RVTH spicas in agro Booz colligens, apud eum tantam inuenit gratiam, ut multas ad socrum spicas deferret & cibos.

CAPVT II.

A ERat autem viro Elimélech cõsanguineus, homo potẽs, & magnarũ opum, nomine Booz. Dixitq; Ruth Moabitis ad socrum suã, Si iubes, vadam in agrũ, & colligã spicas quæ fugerint manus metentium, vbicũq; clemẽtis in me patris familiãs reperero gratiam. Cui illa respondit, Vade filia mi. Abijt itaq; & colligebat spicas post terga metentiũ. Accidit autẽ vt ager ille haberet Dominum nomine Booz, qui erat de cognatione Elimélech. Et ecce, ipse veniebat de Bethléhẽ, dixitq; messoribus, Dominus vobiscũ. Qui responderunt ei, Benedicat tibi Dominus. Dixitq; Booz iuueni, qui messoribus præerat, Cuius
B est hæc puella? Cui respõdit, Hæc est Moabitis quæ venit cũ Noemi, de regione Moabitide, & rogauit vt spicas colligeret remanentes, sequens messorum vestigia: & de mane vsq; nũc stat in agro, & nec ad momentum quidem domũ reuersa est. Et ait Booz ad Ruth, Audi filia, ne vadas in alterum agrum ad colligendum, nec recedas ab hoc loco: sed iungere puellis meis, & vbi messuerint, sequere. Mandaui enim pueris meis, vt nemo molestus sit tibi: sed etiam si sitieris, vade ad sarcinulas, & bibe aquas de quibus & pueri mei bibunt. Quæ cadens in faciem suam, & adorans super terram, dixit ad eum, Vnde mihi hoc, vt inuenirẽ gratiã ante oculos tuos, & nosse me di-
C gnareris peregrinam mulierem? Cui ille respondit, Nuntiata sunt mihi omnia quæ feceris socrui tuæ post mortẽ viri tui: & quòd reliqueris parẽtes tuos, & terrã in qua nata es, & veneris ad populum, quem antea nesciebas. Reddat tibi Dominus pro opere tuo, & plenam mercedem recipias à Domino Deo Israel, ad quem venisti, & sub cuius cõfugisti alas. Quæ ait, Inueni gratiã apud oculos tuos Domine mi, qui consolatus es me, & locutus es ad cor ancillæ tuæ, quæ non sum similis vnius puellarum tuarum. Dixitq; ad eam Booz, Quando hora vescẽdi fuerit, veni huc, & comede panẽ, & intinge buccellam tuã in aceto. Sedit itaq; ad messorũ latus, & congessit polentã sibi, comeditq;, & saturata est, & tulit reliquias. Atq; inde surrexit, vt spicas ex more colligeret. Præcepit autem Booz pueris suis, dicens, Etiam si vobiscum metere voluerit,

nec prohibeatis eam:& de vestris quoq; manipulis proijcite de industria,& remanere permittite,vt absq; rubore colligat, & colligentem nemo corripiat.Collegit ergo in agro vsq; ad vesperã:& quæ collegerat virga cædens & excutiens,inuenit
D hordei quasi ephi mensurã,id est tres modios, quos portans reuersa est in ciuitatem,& ostendit socrui suæ: insuper protulit,& dedit ei de reliquijs cibi sui, quo saturata fuerat. Dixitq; ei socrus sua, Vbi hodie collegisti, & vbi fecisti opus? sit benedictus,qui misertus est tui,Indicauitq; ei apud quem esset operata:& nomen dixit viri,quòd Booz vocaretur. Cui respondit Noemi,Benedictus sit à Domino: quoniã eãdem gratiã,quam præbuerat viuis,seruauit & mortuis. Rursumq; ait, Propinquus noster est homo. Et Ruth, Hoc quoq;, inquit,præcepit mihi,vt tandiu messoribus eius iungerer, donec omnes segetes meterẽtur.Cui dixit socrus,Melius est filia mi,vt cũ puellis eius exeas ad metẽdum,ne in alieno agro quispiam resistat tibi.Iuncta est itaq; puellis Booz:& tandiu cũ eis messuit,donec hordea & triticũ in horreis cõderentur.

S. RVTH socrus consilio ad pedes Booz dormientis recumbit, & multas hordei mensuras ad socrum defert. CAPVT III.

A POst quam autẽ reuersa est ad socrũ suam, audiuit ab ea,Filia mi,quæram tibi requiem,& prouidebo vt bene sit tibi.Booz iste,cuius puellis in agro iuncta es, propinquus noster est,& hac nocte areã hordei ventilat.Lauare igitur,& vngere,& induere cultioribus vestimentis,& descende in aream,non te videat homo,donec esum potumque finierit. Quando autem ierit ad dormiendum,nota locum in quo dormiat:venies q;,& discooperies pallium quo operitur à parte pedũ,& proijcies te, & ibi iacebis:ipse autẽ dicet tibi quid agere debeas. Quæ respõ-
B dit, Quicquid præceperis,faciam. Descenditq; in areã, & fecit omnia quæ sibi imperauerat socrus. Cumq; comedisset Booz,& bibisset,& factus esset hilarior, issetq; ad dormiendum iuxta aceruũ manipulorũ,venit absconditè,& discooperto pallio à pedibus eius,se proiecit.Et ecce,nocte iam media expauit homo,& conturbatus est: viditq; mulierẽ iacentem ad pedes suos,& ait illi, Quæ es? Illaq; respondit, Ego sum Ruth ancilla tua:expande palliũ tuũ super famulã tuã, quia propinquus es.Et ille,Benedicta,inquit,es à Domino filia,&
C priorẽ misericordiã posteriore superasti: quia non es secuta iuuenes pauperes, siue diuites.Noli ergo metuere, sed quicquid dixeris mihi faciã tibi.Scit enim omnis populus qui habitat intra portas vrbis meæ,mulierẽ te esse virtutis. Nec abnuo me propinquum,sed est alius me propinquior. Quiesce hac nocte:& facto mane,si te voluerit propinquitatis iure retinere,bene res acta est:sinautẽ ille noluerit, ego te absq; vlla dubitatione suscipiã,viuit Dominus.dormi vsq; mane. Dormiuit itaq; ad pedes eius, vsq; ad noctis abscessum. Surrexit
D itaq; antequã homines se cognoscerẽt mutuo,& dixit Booz, Caue ne quis nouerit quòd huc veneris.Et rursum, Expãde, inquit,palliũ tuum, quo operiris,& tene vtraq; manu. Qua extendente,& tenẽte,mẽsus est sex modios hordei,& posuit super eam.Quæ portans ingressa est ciuitatẽ, & venit ad socrũ suã.Quæ dixit ei, Quid egisti filia? Narrauitq; ei omnia quæ sibi fecisset homo.Et ait,Ecce sex modios hordei dedit mihi,& ait,Nolo vacuam te reuerti ad socrum tuam.Dixitq; Noemi,Expecta filia,donec videamus quẽ res exitũ habeat. neq; enim cessabit homo,nisi compleuerit quod locutus est.

S. BOOZ accepto iure propinquitatis mariti Ruth, eam ducit in uxorem, ex qua Obed auum Dauid genuit.

CAPVT IIII.

A AScendit ergo Booz ad portã, & sedit ibi. Cumq; vidisset propinquum præterire,de quo prius sermo habitus est,dixit ad eum, Declina paulisper, & sede hic:vocans eum nomine suo. Qui diuertit,& sedit. Tollens autem Booz decem viros de senioribus ciuitatis, dixit ad eos, Sedete hic. Quibus residentibus locutus est ad propinquum, Partem agri fratris nostri Elimélech vendit Noemi,quæ reuersa est de regione Moabitide: quod audire te volui, & tibi dicere corã cunctis sedentibus, & maioribus natu de populo meo.Si vis possidere iure propinquitatis:eme,& posside.sinautem displicet tibi hoc ipsum, indica mihi,vt sciam quid facere debeam.nullus enim est propin-
B quus excepto te,qui prior es:& me,qui secũdus sum. At ille respondit,Ego agrum emam.Cui dixit Booz,Quando emeris agrum de manu mulieris,Ruth quoq; Moabitidem, quæ vxor defuncti fuit,debes accipere:vt suscites nomen propinqui tui in hereditate sua.Qui respõdit, Cedo iuri propinquitatis: neq; enim posteritatem familiæ meæ delere debeo.tu meo vtere priuilegio,quo me libenter carere profiteor. Hic autem erat mos antiquitus in Israel inter propinquos, vt si quando alter alteri suo iuri cedebat: vt esset firma concessio, soluebat homo calceamentũ suum,& dabat propinquo suo. hoc erat testimonium cessionis in Israel. Dixit ergo propinquo suo Booz, Tolle calceamentum. Quod statim soluit de pede suo.At ille maioribus natu,& vniuerso populo,Testes vos, inquit, estis hodie,quòd possederim omnia quæ fuerunt Elimélech & Chelion & Mahalon,tradẽte Noemi: & Ruth Moabitidem,vxorem Mahalon, in coniugium sumpserim, vt suscitem nomen defuncti in hæreditate sua,ne vocabulum eius de familia sua, ac fratribus & populo deleatur. Vos, inquam, huius rei testes estis. Respondit omnis populus qui erat in porta,& maiores natu, Nos testes sumus:faciat Dominus hanc mulierem,que ingreditur domũ tuam,sicut Rachel, & Liam,quæ ædificauerunt domũ Israel: vt sit exemplũ virtutis in Ephratha, & habeat celebre nomen in Bethléhem: fiatq; domus tua,sicut domus Phares, quẽ Thamar peperit Iudæ, de semine quod tibi dederit Dominus ex hac puella. Tulit itaq; Booz Ruth,& accepit vxorem:ingressusq; est ad eam,& dedit illi Dominus vt conciperet & pareret filiũ. Dixeruntq; mulieres ad Noemi,Benedictus Dominus qui nõ est passus vt deficeret successor familiæ tuæ,& vocaretur nomen eius in Israel:& habeas qui consoletur animam tuam,& enutriat senectutem. de nuru enim tua natus est, qui te diliget: & multo tibi melior est, quàm si septem haberes filios. Susceptumq; Noemi puerum posuit in sinu suo, & nutricis ac gerulæ fungebatur officio. Vicinæ autẽ mulieres congratulantes ei,& dicentes,Natus est filius Noemi:vocauerũt nomen eius Obed:hic est pater Isai,patris Dauid. Hæ sunt generationes Phares:Phares genuit Esron,Esrõ genuit Aram, Aram genuit Aminadab,Aminadab genuit Naason,Naason genuit Salmon, Salmon genuit Booz, Booz genuit Obed, Obed genuit Isai,Isai genuit Dauid.

Deut.25 b Calceamentum suũ soluere,& dare propinquo, quid gnifi cet.

Aedificat domum.

Gene.38

Ruth pæ filium.

Ex quibo ortus Dauid. Matth.1

FINIS.

Hieronymi in Libros re-

GVM PRAEFATIO.

VIGINTI & duas literas esse apud Hebræos, Syrorum quoq; & Chaldæorum lingua testatur, quæ Hebræa magna ex parte confinis est. nam & ipsi, uigintiduo elementa habent, eodem sono, sed diuersis characteribus. Samaritani etiam pentateuchum Moysi totidem literis scriptitant: figuris tantum, & apicibus discrepantes. certumq; est Esdram scribam, legisq; doctorem, post captam Ierosolymam & instaurationem templi sub Zorobabel, alias literas repperisse quibus nunc utimur: cum ad illud usque tempus ijdem Samaritanorum & Hebræorum characteres fuerint. In libro quoq; Numerorum hæc eadem supputatio, sub Leuitarum ac sacerdotum censu, mystice ostenditur. Et nomen Domini tetragrammaton in quibusdam Græcis

Græcis uoluminibus uſq; hodie antiquis expreſſum literis inuenimus. Sed & pſalmi triceſimusſextus, & centeſimusdecimus & centeſimusundecimus, & centeſimusdecimusoctauus, & centeſimusquadrageſimusquartus, quanquam diuerſo ſcribantur metro, tamen eiuſdem numeri texuntur alphabeto. Et Ieremiæ lamentationes, & oratio eius: Salomonis quoq; in fine Prouerbia, ab eo loco in quo ait, Mulierem fortem quis inueniet? iiſdem alphabetis uel inciſionibus ſupputantur. Porrò quinq; literæ duplices apud Hebræos ſunt: Caph, Mem, Nun, Phe, Sade. aliter enim ſcribuntur per has principia, mediętatesq; uerborum, aliter fines. Vnde & quinq; à pleriſque libri, duplices æſtimantur, Samuel, Malachim, Dibræ haiamin, Eſdras, Ieremias, cum Cinoth, id eſt lamentationibus ſuis. Quomodo igitur uigintiduo elementa ſunt per quæ ſcribimus Hebraicè omne quod loquimur, & eorum imitijs uox humana comprehenditur: ita uigintiduo uoluminа ſupputantur, quibus quaſi literis & exordijs in Dei doctrina, tenera adhuc & lactens uiri iuſti eruditur infantia.

Primus apud eos liber, uocatur BERESITH, quem nos Geneſim dicimus. Secundus, VEELLE SEMOTH, qui Exodus appellatur. Tertius, VAICRA, id eſt Leuticus. Quartus, VAIEDABEER, quem Numeros uocamus. Quintus, ELLEHADDEBARIM, qui Deuteronomium prænotatur.

Hi ſunt qninq; libri Moyſi: quos propriè THORAH, id eſt legem appellant.

Secundum Prophetarum ordinem faciunt: & incipiunt ab Ieſu filio Naue: qui apud eos IEHOSVA BEN NVN dicitur. Deinde ſubtexunt SOPHETIM: id eſt Iudicum librum. Et in eundem compingunt RVTH: quia in diebus Iudicum facta eius narratur hiſtoria. Tertius ſequitur SAMVEL, quem nos Regum primum & ſecundum dicimus. Quartus, MALACHIM, id eſt regum: qui tertio & quarto Regum uolumine continetur. Meliusq; multo eſt MALACHIM, id eſt regũ: quàm MALACHOTH, id eſt regnorum dicere. Non enim multarum gentium deſcribit regna: ſed unius Iſraëlitici populi, qui tribubus duodecim cõtinetur. Quintus eſt ISAIAS. Sextus, IEREMIAS. Septimus, EZECHIEL. Octauus, liber duodecim Prophetarum: qui apud illos uocatur THERE ASAR.

Tertius ordo, hagiographa poſidet. Et primus liber incipit ab Iob. Secundus à Dauid, quem quinq; inciſionibus, & uno pſalmorum uolumine comprehendunt. Tertius eſt SALOMON, tres libros habens: Prouerbia, quæ illi parabolas, id eſt MISLE appellant. Quartus, Eccleſiaſten, id eſt COHELETH. Quintus, Canticum canticorum, quem titulo SIR HASSIRIM prænotant. Sextus, eſt DANIEL. Septimus, DIERE HAIAMIM, id eſt, uerba dierum: quod ſignificantius Chronicon totius diuinæ hiſtoriæ poſſumus appellare, qui liber, apud nos Paralipomẽnon primus & ſecundus inſcribitur. Octauus, ESDRAS: qui & ipſe ſimiliter apud Græcos & Latinos, in duos libros diuiſus eſt.

Nonus, ESTHER.

Atque ita fiunt pariter ueteris legis libri uigintiduo: id eſt Moyſi quinque, & Prophetarum octo, hagiographorum nouem. Quanquam nonnulli RVTH & CINOTH inter hagiographa ſcriptitent, & hos libros in ſuo putent numero ſupputandos: ac per hoc eſſe priſcæ legis libros uigintiquatuor: quos ſub numero uigintiquatuor ſeniorum Apocalypſis Iohannis inducit adorantes agnum, & coronas ſuas proſtratis uultibus offerentes: ſtantibus coram quatuor animalibus oculatis retro & antè, id eſt in præteritum & futurum reſpicientibus, & indefeſſa uoce clamãtibus, Sanctus, ſanctus, ſanctus Dominus Deus omnipotẽs, qui erat, & qui eſt, & qui uẽturus eſt. Hic prologus, ſcripturarum quaſi galeatũ principiũ, omnibus libris quos de Hebræo uertimus in Latinum, conuenire poteſt: ut ſcire ualeamus quicquid extra hos eſt, inter apocrypha eſſe ponendum. Igitur ſapientia, quæ uulgo Salomonis inſcribitur, & Ieſu filij Sirach liber, & Iudith, & Tobias, & Paſtor, non ſunt in canone. Machabæorum primum librum, Hebraicum reperi. Secundus, Græcus eſt: quod ex ipſa quoque phraſi probari poteſt. Quæ cum ita ſe habeant, obſecro te lector, ne laborem meum, reprehenſionem exiſtimes antiquorum. In templo Dei offert unuſquiſque quod poteſt: alij aurum & argentum & lapides pretioſos, alij byſſum & purpuram & coccum offerunt & hyacinthum: nobiſcum bene agetur, ſi obtulerimus pelles & caprarum pilos. Et tamen Apoſtolus contemptibiliora noſtra magis neceſſaria iudicat. Vnde & tota illa tabernaculi pulchritudo, & per ſingulas ſpecies eccleſiæ præſentis futuræq; diſtinctio, pellibus tegitur & cilicijs: ardoremq; ſolis & iniuriam imbrium ea quæ uiliora ſunt prohibẽt. Legè ergo primum Samuel & Malachim meum. meã inquã, meum. Quicquid enim crebrius uertendo & emendando ſolicitius & didicimus & tenemus, noſtrum eſt. Et cum intellexeris quod antea neſciebas: uel interpretem me exiſtimato, ſi gratus es: uel paraphraſten, ſi ingratus. quanquam mihi omnino conſcius non ſim mutaſſe me quippiam de Hebraica ueritate. Certe ſi incredulus es, lege Græcos codices, & Latinos: & confer cum his opuſculis, & ubicũq; diſcrepare inter ſe uideris, interroga quemlibet Hebræorum, cui magis accommodare debeas fidem. Et ſi noſtra firmauerit, puto quòd eum non exiſtimes coniectorem, ut in eodem loco mecum ſimiliter diuinarit. Sed & uos famulas CHRISTI rogo, quæ Domini diſcumbentis pretioſiſſimo fideimyrrho ungitis caput, quæ nequaquam ſaluatorẽ quæritis in ſepulchro, quibus iam ad patrem CHRISTVS aſcendit: ut contra latrantes canes qui aduerſum me rabido ore deſæuiunt, & circumeunt ciuitatem, atq; in eo ſe doctos arbitrantur ſi alijs detrahant, orationum ueſtrarum clypeos opponatis. Ego ſciens humilitatem meam, illius ſemper ſententiæ recordabor, Dixi, cuſtodiam uias meas: ut non delinquam in lingua mea. Poſui ori meo cuſtodiam. cum conſiſteret peccator aduerſum me, Obmutui, & humiliatus ſum: & ſilui à bonis.

Liber primus Samuelis, quem nos primum Regum dicimus.



S. ANNA diu ſterilis, & æmulæ improperio triſtis, Samuelem genuit, quem Domino conſecrandum deuouit.

CAPVT I.



AVIT vir unus de Ramathãim Sophim, de monte Ephráim, & nomen eius Elcana, filius Ieroham, filij Eliu, filij Thau, filij Suph Ephratæus: & habuit duas uxores, nomen uni Anna, & nomen ſecundæ Phenenna. Fueruntq; Phenennæ filij: Annæ autem nõ erant liberi. Et aſcendebat uir ille de ciuitate ſua ſtatutis diebus, ut adoraret, & ſacrificaret Domino exercituum in Silo. Erant autem ibi duo filij Heli, Ophni & Phinees, ſacerdotes Domini. Venit ergo dies, & immolauit Elcana, deditq; Phenennæ uxori ſuæ, & cunctis filijs eius, & filiabus partes: Annæ

Ophni & Phinees filij Heli.

autem dedit partem vnam tristis, quia Annam diligebat. Dominus autẽ coclusérat vuluam eius. Affligebat quoq; eam æmula eius, & vehementer angebat, in tãtum vt exprobraret quòd Dominus conclusisset vuluam eius: sicque faciebat per singulos annos, cũ redeunte tẽpore ascenderent ad templum
B Domini: & sic prouocabat eam. porrò illa flebat, & non capiebat cibũ. Dixit ergo ei Elcana vir suus, Anna cur fles? & quare nõ comedis? & quam ob rem affligitur cor tuum? nunquid non ego melior tibi sum, quàm decem filij? Surrexit autem Anna postquã comederat, & biberat in Silo. Et Heli sacerdote sedente super sellam ante postes Domus Domini,
Anna petit e Domino g lium. cum esset Anna amaro animo, orauit ad Dominũ flens largiter, & votum vouit, dicens, Domine exercituum, si respiciẽs videris afflictionem famulæ tuæ, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancillæ tuæ, dederisq; seruæ tuæ sexum virilem: dabo eum Domino omnibus diebus viræ eius, & nouacula non ascendet super caput eius. Factũ est autem, cum illa multiplicaret preces corã Domino, vt Heli obseruaret os eius. Porrò
C Anna loquebatur in corde suo, tantumq; labia illius mouebantur, & vox penitus nõ audiebatur. Existimauit ergo eam Heli temulentã, dixitq; ei, Vsquequo ebria eris? digere paulisper vinum quo mades. Respondens Anna, Nequaquam, inquit, Domine mi: nã mulier infelix nimis ego sum, vinũq; & omne quod inebriare potest, non bibi, sed effudi animam meam in conspectu Domini. Ne reputes ancillã tuam, quasi vnam de filiabus belial: quia ex multitudine doloris, & mœrotis mei locuta sum vsq; in præsens. Tunc Heli ait ei, Vade in pace, & Deus Israel det tibi petitionem tuam, quã rogasti eum. At illa dixit, Vtinam inueniat ancilla tua gratiã in oculis tuis. Et abijt mulier in viam suã, & comedit, vultusq; illius non sunt amplius in diuersa mutati. Et surrexerunt mane, & adorauerunt coram Domino: reuersiq; sunt, & venerunt in domum suam in Ramatha. Cognouit autem Elcana Annam
Miseretur Dominus Annæ, & parit filiũ quẽ vocauit Samuel. vxorem suam: & recordatus est eius Dominus. Et factum est post circulum dierum, concepit Anna, & peperit filium, vocauitq; nomen eius Samuel: eo quòd à Domino postulasset eum. Ascendit autem vir eius Elcana, & omnis domus eius, vt immolaret Domino hostiam solennem & votum suum,
D & Anna non ascendit: dixit enim viro suo, Non vadã, donec ablactetur infans: & ducam eum, vt appareat ante cõspectum Domini, & maneat ibi iugiter. Et ait ei Elcana vir suus, Fac quod bonum tibi videtur, & mane donec ablactes eum: precorq; vt impleat Dominus verbum suum. Mansit ergo mulier, & lactauit filium suum, donec amoueret eum à lacte. Et adduxit eum secum, postquam ablactauerat, in vitulis tribus, & vno modo farinæ, & amphora vini, & adduxit eum ad domum Domini in Silo. Puer autem erat adhuc infantulus: & immolauerunt vitulum, & obtulerunt puerum Heli. Et ait Anna, Obsecro mi Domine, viuit anima tua: ego sum illa mulier, quæ steti coràm te, hic orans Dominum pro puero isto. Orauí, & dedit mihi Dominus petitionem meam, quam postulaui eum. Idcirco & ego commodaui eum Domino cunctis diebus, quibus fuerit accommodatus Domino. Et adorauerunt ibi Dominum. Et orauit Anna, & ait:

S. ANNA præ gaudio in canticum prorumpit: Heli pœnam indulgentiæ filiorum Dominus minatur & mortem.

A CAPVT II.

Canticum Annæ. EXultauit cor meum in Domino, & exaltatum est cornu meũ in Deo meo: dilatatũ est os meũ super inimicos meos: quia lætata sum in salutari tuo. Non est sanctus, vt est Dominus: neq; enim est alius extra te, & non est fortis sicut Deus noster. Nolite multiplicare loqui sublimia, gloriãtes: recedant vetera de ore vestro: quia Deus scientiarum Dominus est, & ipsi præparantur cogitationes. Arcus fortium superatus est, & infirmi accincti sunt robore. Repleti prius, pro panibus se locauerunt: & famelici, saturati sunt: donec sterilis peperit plurimos: & quæ multos habebat filios, infirmata est. Dominus mortificat, & viuificat. deducit ad inferos, & reducit. Dominus pau- Deut. 32
B perem facit, & ditat, humiliat, & subleuat. Suscitat de puluere egenum, & de stercore eleuat pauperem: vt sedeat cũ principibus, & solium gloriæ teneat. Domini enim sunt cardines terræ, & posuit super eos orbem. Pedes sanctorum suorum seruabit, & impij in tenebris conticescent: quia non in fortitudine roborabitur vir. Dominum formidabunt aduersarij eius, super ipsos in cœlis tonabit: Dominus iudicabit fines terræ, & dabit imperium regi suo, & sublimabit cornu CHRISTI sui. Et abijt Elcana in Ramátha, in domũ suam: Prædicit CHRISTI regnum.
C puer autem erat minister in conspectu Domini ante faciem Heli sacerdotis, Porrò filij Heli, filij belial, nescientes Dominum, neq; officium sacerdotum ad populum: sed quicunque immolasset victimam, veniebat puer sacerdotis dum coquerentur carnes, & habebat fuscinulam tridentem in manu sua, & mittebat eam in lebetem, vel in caldariam, aut in ollam, siue in cacabum: & omne quod leuabat fuscinula, tollebat sacerdos sibi. sic faciebant vniuerso Israeli, venientium in Silo. Etiam antequam adolerent adipem, veniebat puer sacerdotis, & dicebat immolanti, Da mihi carnem, vt coquam sacerdoti: non enim accipiam à te carnem coctam, sed crudam. Dicebatq; illi immolans, Incendatur primùm iuxta morem hodie adeps, & tolle tibi quantumcunque desyderat anima tua.
D Qui respondens aiebat ei, Nequaquã: nunc enim dabis, alioqui tollam vi. Erat ergo peccatum puerorum grande nimis coram Domino: quia detrahebant homines sacrificio Domini. Samuel autem ministrabat ante faciem Domini: puer accinctus ephod lineo. Et tunicam paruam faciebat ei mater sua, Samuel ministrat Domino.
quam afferebat statutis diebus, ascendens cum viro suo, vt immolaret hostiam solennem. Et benedixit Heli Elcanæ & vxori eius, dixitq; ei, Reddat tibi Dominus semen de muliere hac, pro fœnore quod commodasti Domino. Et abierunt in locum suum. Visitauit ergo Dominus Annam, & concepit, & peperit tres filios, & duas filias: & magnificatus est
E puer Samuel apud Dominũ. Heli autem erat senex valde, & audiuit omnia quæ faciebant filij sui vniuerso Israeli: & quomodo dormiebant cum mulieribus quæ obseruabãt ad ostiũ tabernaculi, & dixit eis, Quare facitis res huiusce modi, quas ego audio, res pessimas, ab omni populo? Nolite filij mei: nõ enim est bona fama quam ego audio, vt transgredi faciatis populum Domini. Si peccauerit vir in virum, placari ei potest Deus: si autem in Dominum peccauerit vir: quis orabit pro eo? Et non audierunt vocem patris sui: quia voluit Dominus occidere eos. Puer autem Samuel proficiebat, atq; crescebat, & placebat tam Deo quàm hominibus. Venit autem vir Dei ad Heli, & ait ad eum, Hæc dicit Dominus, Nunquid non apertè reuelatus sum domui patris tui, cum esset in Aegypto Argum. Heli in gentiæ filius.
F in domo Pharaonis? Et elegi eum ex omnibus tribubus Israel mihi in sacerdotem, vt ascenderet ad altare meum, & adoleret mihi incensum, & portaret ephod corã me: & dedi domui patris tui omnia de sacrificijs filiorum Israel. Quare calce abiecistis victimam meam, & munera mea quæ præcepi vt offerrentur in templo: & magis honorasti filios tuos quàm me, vt comederetis primitias omnis sacrificij Israel populi mei? Propterea ait Dominus Deus Israel, Loquens locutus 3. Reg. 2
sum, vt domus tua, & domus patris tui ministraret in conspectu meo, vsq; in sempiternum. Nunc autem, dicit Dominus, Absit hoc à me: sed quicunq; honorificauerit me, glorificabo eum: qui autem contemnunt me, erunt ignobiles. Ecce dies veniunt, & præcîdam brachium tuum, & brachium domus
G patris tui, vt non sit senex in domo tua. Et videbis æmulum tuum in templo, in vniuersis prosperis Israel: & non erit senex in domo tua omnibus diebus. Veruntamen nõ auferam penitus virum ex te ab altari meo: sed vt deficiant oculi tui & tabescat anima tua, & pars magna domus tuæ morietur, cum ad

cum ad virilem ætatem venerit. Hoc autem erit tibi ſignum, quod venturum eſt duobus filijs tuis Ophni & Phinees, In die vno morientur ambo. Et ſuſcitabo mihi ſacerdotem fidelem, qui iuxta cor meum, & animam meam faciet: & ædificabo ei domum fidelem, & ambulabit cõram chriſto meo cunctis diebus. Futurum eſt autem, vt quicunq; remanſerit in domo tua, veniet vt oretur pro eo, & offerat nummum argenteum, & tortam panis, dicatq;, Dimitte me obſecro ad vnam partem ſacerdotalem, vt comedam bucellam panis.

S. PVER Samuel à Domino quater uocatus reuelationẽ ſuam Heli narrat ſibi nocituram. CAPVT III.

A Trina Samuelis vocatio à Deo.

PVer autem Samuel miniſtrabat Domino coram Heli, & ſermo Domini erat pretioſus. In diebus illis nõ erat viſio manifeſta. Factũ eſt ergo in die quadã, Heli iacebat in loco ſuo, & oculi eius caligauerãt, nec poterat videre lucernã Dei antequã extingueretur. Samuel autẽ dormiebat in tẽplo Domini, vbi erat arca Dei. Et vocauit Dominus Samuel. Qui reſpondens ait, Ecce ego. Et cucurrit ad Heli, & dixit, Ecce ego: vocaſti enim me. Qui dixit, Non vocaui: reuertere, & dormi. Et abijt, & dormiuit. Et adiecit Dominus rurſum vocare Samuelem. Conſurgensq; Samuel abijt ad Heli, & dixit, Ecce ego: quia vocaſti me. Qui reſpondit, Non vocaui te fili mi: reuertere & dormi. Porrò Samuel necdum ſciebat Dominum, nec reuelatus fuerat ei ſermo Domini. Et adiecit Dominus, & vocauit adhuc
B Samuelem tertiò. Qui conſurgens abijt ad Heli, & ait, Ecce ego: quia vocaſti me. Intellexit ergo Heli quia Dominus vocaret puerum, & ait ad Samuelem, Vade & dormi: & ſi deinceps vocauerit te, dices, Loquere Domine, quia audit ſeruus tuus. Abijt ergo Samuel, & dormiuit in loco ſuo. Et venit Dominus, & ſtetit: & vocauit ſicut vocauerat ſecundò, Samuel, Samuel. Et ait Samuel, Loquere, quia audit ſeruus tuus. Et dixit Dominus ad Samuelem, Ecce ego facio verbũ in Iſrael, quod quicunq; audierit, tinnient ambæ aures eius. In die illa ſuſcitabo aduerſum Heli, omnia quæ locutus ſum ſuper domum eius: incipiam & complebo. Prædixi enim ei quòd iudicaturus eſſem domũ eius in æternum, propter iniquitatem eius, eo quòd nouerat indignè agere filios ſuos, & non corripuerit eos. Idcirco iuraui domui Heli, quòd nõ expietur iniquitas domus eius victimis & muneribus vſq; in æternum. Dormiuit autem Samuel vſq; mane, aperuitq; oſtia domus Domini. Et Samuel timebat indicare viſionem Heli. Vocauit ergo Heli Samuelem, & dixit. Samuel fili mi? Qui reſpondens ait, Præſtò ſum. Et interrogauit eũ, Quis eſt ſermo qui dictus eſt ad te? oro te ne celaueris me. hæc faciat tibi Deus, & hæc addat, ſi abſconderis à me ſermonem ex omnibus verbis quæ dicta ſunt tibi. Indicauit itaq; ei Samuel vniuerſos ſermones, & non abſcondit ab eo. Et ille reſpondit, Dominus eſt: quod bonum eſt in oculis ſuis, faciat. Creuit autẽ Samuel, & Dominus erat cum eo, & non cecidit ex omnibus verbis eius in terrã. Et cognouit vniuerſus Iſrael à Dan, vſq; Berſabee, quòd fidelis Samuel propheta eſſet Domini. Et addidit Dominus vt appareret in Silo: quoniã reuelatus fuerat Dominus Samueli in Silo, iuxta verbũ Domini. Et euenit ſermo Samuelis vniuerſo Iſraeli.

Punitur Heli quia non corripuerit filios.

C

D

S. ARCA Dei capta Iſraelitæ paſſim à Philiſthæis cum duobus filijs Heli cæduntur, quod audiens Heli corruens occumbit nuru pariente. CAPVT IIII.

A

ET factum eſt in diebus illis, cõuenerunt Philiſthijm in pugnã ·· Egreſſus eſt nanq; Iſrael obuiam Philiſthijm in præliũ, & caſtrametatus eſt iuxta Lapidẽ adiutorij. Porrò Philiſthijm venerunt in Aphec, & inſtruxerũt aciẽ cõtra Iſrael. Inito autẽ certamine, terga vertit Iſrael Philiſthæis: & cæſa ſunt in illo certamine paſſim per agros, quaſi quatuor millia virorũ. Et reuerſus eſt populus ad caſtra, dixeruntq; maiores natu de Iſrael, Quare percuſſit nos Dominus hodie corã Philiſthijm? Afferamus ad nos de Silo arcã fœderis Domini, & veniat in mediũ noſtri, vt ſaluet nos de manu inimicorũ noſtrorũ. Miſit ergo populus in Silo, &
B tulerũt inde arcã fœderis Domini exercituũ ſedentis ſuper cherubim: erantq; duo filij Heli cũ arca fœderis Domini, Ophni & Phinees. Cũq; veniſſet arca fœderis Domini in caſtra, vociferatus eſt omnis Iſrael clamore grandi, & perſonuit terra, & audierũt Philiſthijm vocem clamoris, dixeruntq;, Quæuã eſt hæc vox clamoris magni in caſtris Hebræorũ? Et cognouerũt quòd arca Domini veniſſet in caſtra. Timuerũtq; Philiſthijm, dicẽtes, Venit Deus in caſtra. Et ingemuerũt, dicentes, Væ nobis: nõ enim fuit tanta exultatio heri & nudiuſtertius: væ nobis. Quis nos ſaluabit de manu Deorũ ſublimiũ iſtorũ? hi ſunt dij qui percuſſerunt Aegyptũ omni plaga in deſerto. Cõfortamini, & eſtote viri, Philiſthijm: ne ſeruiatis Hebræis, ſicut & illi ſeruierunt nobis: cõfortamini, & bellate. Pugnauerũt ergo Philiſthijm, & cæſus eſt Iſrael, & fugit vnuſquiſq; in tabernaculũ ſuũ: & facta eſt plaga magna nimis: & ceciderũt de Iſrael triginta mil-
C lia peditũ, & arca Dei capta eſt: duo quoq; filij Heli mortui ſunt, Ophni & Phinees. Currẽs autẽ vir de Beniamin exacie venit in Silo in die illa, ſciſſa veſte, & conſperſus puluere caput. Cumq; ille veniſſet, Heli ſedebat ſuper ſellã cõtra viam ſpectãs. Erat enim cor eius pauens pro arca Dei. Vir autẽ ille poſtquã ingreſſus eſt, nuntiauit vrbi: & vlulauit omnis ciuitas. Et audiuit Heli ſonitũ clamoris, dixitq;, Quis eſt hic ſonitus tumultus huius? At ille feſtinauit, & venit, & nuntiauit Heli. Heli autẽ erat nonaginta & octo annorũ, & oculi eius caligauerãt, & videre nõ poterat. Et dixit ad Heli, Ego ſum qui veni de prælio, & ego qui de acie fugi hodie. Cui ille ait, Quid actũ eſt fili mi? Reſpõdens autẽ ille qui nuntiabat, Fugit, inquit, Iſrael corã Philiſthijm, & ruina magna facta eſt in populo: inſuper, & duo filij tui mortui ſunt, Ophni & Phinees: & arca Dei capta eſt. Cumq; ille nominaſſet arcam Dei,
D cecidit de ſella retrorſum iuxta oſtium, & fractis ceruicibus mortuus eſt. Senex enim erat vir, & grandæuus: & ipſe iudicauit Iſrael quadraginta annis. Nurus aũt eius vxor Phinees, prægnans erat, vicinaq; partui: & audito nuntio quòd capta eſſet arca Dei, & mortuus eſſet ſocer ſuus, & vir ſuus, incuruauit ſe & peperit. irruerãt enim in eã dolores ſubiti. In ipſo autem momẽto mortis eius, dixerunt ei quæ ſtabant circa eã, Ne timeas, quia filium peperiſti. Quæ non reſpondit eis, neque animaduertit. Et vocauit puerũ Ichabod, dicẽs, Tranſlata eſt gloria Domini de Iſrael, quia capta eſt arca Dei. Et pro ſocero ſuo, & pro viro ſuo, ait, Tranſlata eſt gloria Dei ab Iſrael, eo quòd capta eſſet arca Dei.

Arca captur.

Mors filiorũ Heli.

Moritur Heli.

Naſcitur Ichabod.

S. DAGON in terram corruit arca Dei iuxta ipſum poſita, unde Philiſthæi mariſcis percuſſi arcam à ſe expellunt. CAPVT V.

A

PHiliſthijm autẽ tulerunt arcã Dei, & aſportauerunt eam à Lapide adiutorij in Azôtum. Tulerunt q; Philiſthijm arcã Dei, & intulerũt eam in templũ Dagon, & ſtatuerunt eam iuxta Dagon. Cumq; ſurrexiſſent diluculo Azotij altera die, ecce Dagon iacebat pronus in terra ante arcam Domini: & tulerunt Dagon, & reſtituerũt eũ in locũ ſuũ. Rurſumq; mane die altera conſurgentes, inuenerunt Dagon iacentẽ ſuper faciẽ ſuam in terra corã arca Domini: caput autem Dagon, & duæ palmæ manuum eius abſciſſæ erant ſuper limen: porrò Dagon ſolus trũcus remãſerat in loco ſuo. Propter hanc cauſam non calcant ſacerdotes Dagon, & omnes qui ingrediuntur templum eius, ſuper limen Dagon in Azôto, vſq; in hodiernum diem. Aggrauata eſt autẽ manus Domini ſuper Azotios, & demolitus eſt eos: & percuſſit in ſecretiori parte natiũ Azôtũ, & fines eius*. Et ebullierũt villæ & agri in medio regionis illius,

Pſal. 77 d

Ebulliunt mures in regionem Philisthinorũ.

& nati sunt mures, & facta est cõfusio mortis magna in ciuitate. Videntes autẽ viri Azotij huiuscemodi plagã, dixerunt, Non maneat arca Dei Israel apud nos: quoniã dura est manus eius super nos, & super Dagon Deum nostrũ. Et mittentes congregauerũt omnes satrapas Philisthinorũ ad se, & dixerunt, Quid faciemus de arca Dei Israel? Responderunq; Gethæi, Circunducatur arca Dei Israel. Et circunduxerũt arcam Dei Israel. Illis autẽ circũducentibus eã, fiebat manus Domini per singulas ciuitates interfectionis magnæ nimis: & percutiebat viros vniuscuiusq; vrbis, à paruo vsq; ad maiorem, & computrescebant prominentes extales eorũ. Inieruntq; Gethæi consiliũ, & fecerũt sibi sedes pelliceas. Miserunt ergo arcam Dei in Accaron. Cumq; venisset arca Dei in Accarõ, exclamauerunt Accaronitæ, dicentes, Adduxerũt ad nos arcam Dei Israel, vt interficiat nos & populũ nostrũ. Miserũt itaq;, & cõgregauerũt omnes satrapas Philisthinorũ: qui dixerũt, Dimittite arcã Dei Israel, & reuertatur in locũ suũ, vt nõ interficiat nos cũ populo nostro. Fiebat enim pauor mortis in singulis vrbibus, & grauissima valde manus Dei. Viri quoq; qui mortui nõ fuerant, percutiebantur in secretiori parte natium: & ascendebat vlulatus vniuscuiusq; ciuitatis in cœlum.

Interfectio eorũ per singulas ciuitates.

S. Philistheae arcam cum muribus & anis aureis à se dimittũt per uaccas lactantes, & nouum plaustrum, usq; Bethsames, ubi uaccas super ligna plaustri immolauerunt. CAPVT VI.

A Vit ergo arca Domini in regione Philisthinorũ septem mensibus. Et vocauerunt Philisthijm sacerdotes & diuinos, dicentes, Quid faciemus de arca Domini? indicate nobis quomodo remittamus eam in locũ suum. Qui dixerũt, Si remittitis arcam Dei Israel, nolite dimittere eã vacuã, sed quod debetis, reddite ei pro peccato, & tunc curabimini: & scietis quare non recedat manus eius à vobis. Qui dixerũt, Quid est quod pro delicto reddere debeamus ei? Respõderunt q; illi, Iuxta numerũ prouinciarũ Philisthinorũ quinq; anos aureos facietis, & quinq; mures aureos: quia plaga vna fuit omnibus vobis, & satrapis vestris. Facietis q; similitudines anorũ vestrorum, & similitudines murium qui demoliti sunt terram, & dabitis Deo Israel gloriam: si forte reuelet manũ suam à vobis, & à dijs vestris, & à terra vestra. Quare aggrauatis corda vestra sicut aggrauauit Aegyptus, & Pharao cor suũ? nónne postquã percussus est, tunc dimisit eos, & abierunt? Nunc ergo arripite & facite plaustrum nouum vnum: & duas vaccas fœtas, quibus non est impositũ iugum, iungite in plaustro, & recludite vitulos earum domi. Tolletis q; arcam Domini, & ponetis in plaustro, & vasa aurea quæ exoluistis ei pro delicto, ponetis in capsellam ad latus eius: & dimittite eã vt vadat. Et aspicietis: & si quidem per viam finium suorum ascenderit contra Bethsames, ipse fecit nobis hoc malum grande. sinautẽ minime: sciemus quia nequaquam manus eius tetigit nos, sed casu accidit. Fecerunt ergo illi hoc modo: & tollentes duas vaccas quæ lactabant vitulos, iunxerunt ad plaustrum, vitulos q; earum concluserũt domi. Et posuerunt arcam Dei super plaustrum, & capsellam quæ habebat mures aureos & similitudinem anorum. Ibant autẽ in directũ vaccæ per viam quæ ducit Bethsames, & itinere vno gradiebantur, pergentes & mugientes: & non declinabãt neq; ad dexteram neq; ad sinistrã: sed & satrapæ Philisthijm sequebantur vsque ad terminos Bethsames. Porrò Bethsamitæ metebant triticum in valle: & eleuantes oculos suos, viderunt arcam, & gauisi sunt cum vidissent. Et plaustrum venit in agrum Iosue Bethsamitæ, & stetit ibi. Erat autem ibi lapis magnus, & conciderunt ligna plaustri, vaccas q; imposuerunt super ea holocaustum Domino. Leuitæ autem deposuerunt arcam Dei, & capsellam quæ erat iuxta eam in qua erant vasa aurea, & posuerunt super lapidem grandem. Viri autem Bethsamitæ obtulerunt holocausta, & immolauerunt victimas in die illa Domino. Et quinq; satrapæ Philisthinorum viderunt, & reuersi sunt in Accaron in die illa. Hi sunt autem ani aurei, quos reddiderũt Philisthijm pro delicto Domino: Azõtus vnum, Gaza vnũ, Ascalon vnum, Geth vnum, Accaron vnum: & mures aureos secundum numerum vrbium Philisthijm quinq; prouinciarum, ab vrbe murata, vsq; ad villam quæ erat absq; muro, & vsq; ad Abel magnum super quem posuerunt arcam Domini, quæ erat vsque in die illa in agro Iosue Bethsamitis. Percussit autem Dominus de viris Bethsamitibus, eo quòd vidissent arcã Domini: & percussit de populo septuaginta viros, & quinquaginta millia plebis. Luxit q; populus, eo quòd Dominus percussisset plebem plaga magna. Et dixerũt viri Bethsamitæ, Quis poterit stare in conspectu Domini Dei sancti huius: & ad quem ascendet à nobis? Miseruntq; nũtios ad habitatores Cariathiarim, dicentes, Reduxerunt Philisthijm arcam Domini, descendite, & reducite eam ad vos.

Vaccæ reducunt arcam.

Bethsamitæ visa arca percutiuntur.

Exod. 12. d

S. percussi Bethsamitæ arcam dederunt uiris Cariathiarim, quam reduxerunt Gabaa in domum Aminadab: conuersi uerò Israelitæ uicerunt Philisthæos. CAPVT VII.

A Enerunt ergo viri Cariathiarim, & reduxerũt arcam Domini, & intulerunt eã in domũ Aminadab in Gabaa: Eleazarũ autem filiũ eius sanctificauerunt, vt custodiret arcã Domini. Et factum est, ex qua die mansit arca Domini in Cariathiarim, multiplicati sunt dies, erat quippe iam annus vicesimus: & requieuit omnis domus Israel post Dominum. Ait autem Samuel ad vniuersam domũ Israel, dicens, Si in toto corde vestro reuertimini ad Dominum, auferte Deos alienos de medio vestri, B Baalim & Astaroth: & præparate corda vestra Domino, & seruite ei soli, & eruet vos de manu Philisthijm. Abstulerũt ergo filij Israel Baalim & Astaroth, & seruierũt Domino soli. Dixit autem Samuel, Congregate vniuersum Israel in Masphath: vt orem pro vobis Dominũ. Et conuenerunt in Masphath: hauseruntq; aquã, & effuderunt in conspectu Domini, & ieiunauerunt in die illa, atq; dixerunt ibi, Peccauimus Domino. Iudicauit q; Samuel filios Israel in Masphath. Et audierũt Philisthijm quòd cõgregati essent filij Israel in Masphath, & ascenderũt satrapæ Philisthinorũ ad Israel. Quod cum audissent filij Israel, timuerunt à facie Philisthinorum. C Dixeruntq; ad Samuelem, Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum Deum nostrum, vt saluet nos de manu Philisthinorum. Tulit autem Samuel agnum lactentem vnum, & obtulit illum holocaustũ integrũ Domino: & clamauit Samuel ad Dominũ pro Israel, & exaudiuit eum Dominus. Factum est autem, cum Samuel offerret holocaustum, Philisthijm inierẽ prælium contra Israel: intonuit autem Dominus fragore magno in die illa super Philisthijm, & exterruit eos, & cæsi sunt à filijs Israel. Egressiq; filij Israel de Masphath persecuti sunt Philisthæos, & percusserunt eos vsq; ad locũ qui D erat subter Bethchar. Tulit autẽ Samuel lapidem vnũ, & posuit eum inter Masphath & inter Sen, & vocauit nomen loci illius, Lapis adiutorij. Dixitq;, Hucusq; auxiliatus est nobis Dominus. Et humiliati sunt Philisthijm, nec apposuerũt vltrà vt venirẽt in terminos Israel. Facta est itaq; manus Domini super Philisthæos, cũctis diebus Samuelis: & reddiræ sunt vrbes quas tulerant Philisthijm ab Israel, Israeli, ab Accaron vsq; Geth, & terminos suos: liberauit q; Israel de manu Philisthinorum, eratq; pax inter Israel & Amorrhæum. Iudicabat quoq; Samuel Israelem cunctis diebus vitæ suæ, & ibat per singulos annos circumiens Bethel & Galgala & Masphath, & iudicabat Israelem in supradictis locis. Reuertebatur q; in Ramátha. ibi enim erat Dominus eius, & ibi iudicabat Israelem. Aedificauit etiam ibi altare Domino.

Samuel adhortatur populũ ad idola destruenda. Deut. 6 c Matth. 4 b

Iudicat filios Israel.

Sacrificat pro eis.

Humiliãtur Philisthæi. Eccle. 46 d

Pax in Israel.

S. filiis Heli male administrantibus, populus petit regem. ius Regis prædicitur. CAPVT VIII.

Factum

A Factum est autē cum senuisset Samuel, posuit filios suos iudices super Israel. Fuitq; nomen filij eius primogeniti Ioel:& nomen secundi Abia, iudicum in Bersabee. Et non ambulauerūt filij illius in vijs eius:sed declinauerūt post auaritiam,acceperuntq; munera,& peruerterunt iudicium. Congregati ergo vniuersi maiores natu Israel,venerunt ad Samuelem in Ramátha. Dixeruntq; ei, Ecce tu senuisti, & filij tui non ambulant in vijs tuis: Constitue nobis regem,vt iudicet nos, sicut & vniuersæ habent nationes. Displicuitq; sermo in oculis Samuelis, eo quòd dixissent, Da nobis regem,vt iudicet nos. Et orauit Samuel ad Dominū, Dixit autē Dominus ad Samuelem, Audi vocem populi in omnibus quæ loquūtur tibi.nō enim te abiecerunt,sed me,ne regnē super eos. Iuxta omnia opera sua quæ fecerūt à die qua eduxi eos de Aegypto vsq; ad diē hāc: sicut dereliquerunt me,& seruierūt dijs alienis, sic faciūt etiā tibi. Nunc ergo vocem eorū audi:verūtamen contestare eos, & prædic eis ius regis qui regnaturus est super eos. Dixit itaque Samuel omnia verba Domini ad populum qui petierat à se regē,& ait, Hoc erit ius regis qui imperaturus est vobis, C Filios vestros tollet,& ponet in curribus suis, facietque sibi equites & præcursores quadrigarum suarū,& constituet sibi tribunos & centuriones,& aratores agrorū suorum,& messores segetum,& fabros armorum & curruū suorū. Filias quoque vestras faciet sibi vnguentarias & focarias & panificas. Agros quoq; vestros,& vineas , & olueta optima tollet , & dabit seruis suis. Sed & segetes vestras & vinearū reditus decimabit,vt det eunuchis & famulis suis. Seruos etiāvestros, & ancillas,& iuuenes optimos,& asinos auferet , & ponet in D opere suo. Greges quoq; vestros decimabit,vosq; eritis ei serui. Et clamabitis in die illa à facie regis vestri quem elegistis vobis:& nō exaudiet vos Dominus in die illa. Noluit autem populus audire vocē Samuelis,sed dixerunt, Nequaquā. rex enim erit super nos,& erimus nos quoque sicut omnes gentes:& iudicabit nos rex noster,& egredietur ante nos, & pugnabit bella nostra pro nobis. Et audiuit Samuel omnia verba populi,& locutus est ea in auribus Dñi. Dixit aūt Dñs ad Samuelē, Audi vocē eorū,& cōstitue super eos regē. Et ait Samuel ad viros Israel, Vadat vnusquisq; in ciuitatem suam.

Samuel cōstituit filios suos iudices super Israel. Israel petit regem.

Osee 9.b 13.c

Actu.13.c

Regē petēdo Deū regē abijcit.

Regis ius.

S. SAVL quærendo asinas patris sui peruenit ad Samuelē,cum quo prāsus est,& in regē unctus cū ipso nocte quieuit. CAP. IX.

A Erat vir de Beniamin,nomine Cis,filius Abiel, filij Seror,filij Becorath,filij Aphia, filij viri Iemini , fortis robore. Et erat ei filius vocabulo Saul, electus & bonus:& non erat vir de filijs Israel melior illo.ab humero & sursum eminebat super omnē populū. Perierant autē Asinæ Cis patris Saul:& dixit Cis ad Saul filiū suum, Tolle tecum vnum de pueris, & consurgens vade,& quære asinas. Qui cū trāssissent per montē Ephraim, & per terram Salisa,& non inuenissent,transierunt etiam per terram Salim,& non erant:sed & per terram Iemini, & mini me repererunt. Cum autem venissent in terram Suph,dixit Saul ad puerum qui erat cum eo, Veni,& reuertamur, ne forte dimiserit pater meus asinas,& solicitus sit pro nobis. Qui ait ei, Ecce vir Dei est in ciuitate hac,vir nobilis:omne quod B loquitur sine ambiguitate venit.nunc ergo eamus illuc,si forte indicet nobis de via nostra,propter quā venimus. Dixitq; Saul ad puerum suum, Ecce ibimus:quid feremus ad virum Dei?panis deficit in sitarchijs nostris :& sportulam non habemus,vt demus homini Dei, nec quicquam aliud. Rursum puer respondit Sauli,& ait,Ecce inuenta est in manu mea quarta pars statēris argenti,demus homini Dei,vt indicet nobis viam nostram. Olim in Israel sic loquebatur vnusquisq;, vadens consulere Deum, Venite,& eamus ad Vidētem, Qui enim propheta dicitur hodie,vocabatur olim Videns. Et dixit Saul ad puerum suum, Optimus sermo tuus:veni,eamus.

Saulis statura.

Propheta, olim dicebatur Videns.

A Et ierunt in ciuitatem in qua erat vir Dei. Cumq; ascenderēt cliuum ciuitatis,inuenerunt puellas egredientes ad hauriendam aquam,& dixerunt eis,Num hic est Vidēs? Quæ respōdentes,dixerunt illis, Hic est:ecce ante te.festina nunc:hodie enim venit in ciuitatem,quia sacrificium est hodie populi in excelso. Ingredientes vrbem,statim inuenietis eum antequā ascendat excelsum ad vescendum. neq; enim comesturus est populus,donec ille veniat:quia ipse benedicet hostiæ,& de- C inceps comedent qui vocati sunt. Nunc ergo ascendite, quia hodie reperietis eum. Et ascenderunt in ciuitatem. Cumque illi ambularent in medio vrbis,apparuit Samuel egrediēs obuiam eis vt ascenderet in excelsum. Dominus autem reuelauerat auriculam Samuelis ante vnam diē quàm veniret Saul, dicens, Hac ipsa hora,quæ nunc est, cras mittam virum ad te de terra Beniamin,& vnges eum ducem super populū meum Israel:& saluabit populum meum de manu Philisthinorum: quia respexi populum meum , venit enim clamor eorum ad me. Cumque aspexisset Samuel Saulem, Dominus dixit ei, Ecce vir quem dixeram tibi, iste dominabitur populo meo. Accessit autem Saul ad Samuelem in medio portæ,& ait, Indica,oro,mihi,vbi est domus Videntis? Et respondit Samuel Sauli,dicens, Ego sum Videns.ascende ante me in excelsum, vt comedatis mecum hodie, & dimittam te mane : & omnia quæ sunt in corde tuo,indicabo tibi. Et de asinis quas nudiustertius perdidisti,ne solicitus sis,quia inuentæ sunt. Et cuius D erunt optima quæque Israel?nónne tibi, & omni domui patris tui? Respondens autē Saul,ait, Nunquid non filius Iemini ego sum de minima tribu Israel, & cognatio mea nouissima inter omnes familias de tribu Beniamin? quare ergo locutus es mihi sermonem istum? Assumens itaq; Samuel Saulem & puerum eius,introduxit eos in triclinium,& dedit eis locum in capite eorum qui fuerant inuitati. erant enim quasi triginta viri. Dixitq; Samuel coquo , Da partem quam dedi tibi,& præcepi vt reponeres seorsum apud te. Leuauit autem coquus armum,& posuit ante Saul. Dixitque Samuel, Ecce quod remansit, pone ante te,& comede:quia de industria seruatum est tibi,quādo populum vocaui. Et comedit Saul cum Samuele in die illa. Et descenderunt de excelso in oppidum, & locutus est cū Saule in solario. Cumq; mane surrexissent, & iam dies lucesceret,vocauit Samuel Saulem in solario, dicens,Surge,& dimittam te. Et surrexit Saul : egressique sunt ambo, ipse videlicet & Samuel. Cumq; descenderent in extrema parte ciuitatis , Samuel dixit ad Saul, Dic puero vt antecedat nos,& trāseat:tu autem substiste paulisper,vt indicem tibi verbum Dei.

Actu.13.c

Samuel primū locum dat Sauli in cōuiuio, iubēs apponi illi armum.



S. VNGITVR Saul signis datis à Samuele in Regem,prophetat inter prophetas & confirmatur.

CAPVT X.

A Vlit autem Samuel lenticulam olei,& effudit super caput eius,& deosculatus est eum,& ait, Ecce vnxit te Dñs super hæreditatem suam in principem * & liberabis populum suum de manibus

inimicorum eius, qui in circuitu eius sunt. Et hoc tibi signũ, quia vnxit te Dominus in principem .. Cũq; abieris hodie à me, inuenies duos viros iuxta sepulchrũ Rachel, in finibus Beniamin in meridie, dicentq́ue tibi, Inuentæ sunt asinæ, ad quas ieras perquirendas: & intermissis pater tuus asinis, solicitus est pro vobis, & dicit, Quid faciam de filio meo? Cumq́; abieris inde, & vltrà transieris, & veneris ad quercũ Thabor, inuenient te ibi tres viri ascendentes ad Deũ in Bethel, vnus portans tres hœdos, & alius tres tortas panis, & alius portans lagenam vini. Cumq́; te salutauerint, dabunt tibi duos panes, & accipies de manu eorum. Post hæc venies in collem Dei,
B vbi est statio Philisthinorũ: & cum ingressus fueris ibi vrbẽ, obuium habebis gregem prophetarum descendentiũ de excelso, & ante eos psalterium & tympanũ, & tibiam, & citharam, ipsosq́; prophetantes. Et insilies in te spiritus Domini, & prophetabis cũ eis, & mutaberis in virum alium. Quando ergo euenerint signa hæc omnia tibi, fac quæcunque inuenerit manus tua, quia Dominus tecum est. Et descẽdes ante me in Galgala, (ego quippe descendam ad te) vt offeras oblationem, & immoles victimas pacificas. Septem diebus expectabis, donec veniam ad te, & ostendam tibi quid facias. Itaque cum auertisset humerum suum vt abiret à Samuele, immutauit ei Deus cor aliud, & venerunt omnia signa hæc in die illa.
Spiritus Dei innouat corda.
Veneruntq́; ad prædictum collem, & ecce cuneus prophetarum obuius ei: & insiluit super eũ spiritus Domini, & prophetauit in medio eorum. Videntes autẽ omnes qui non erãt
Prophetat Saul.
eũ heri & nudiustertius, quòd esset cũ prophetis & prophe-
C taret, dixerũt adinuicem, Quænam res accidit filio Cis? num & Saul inter prophetas? Respondit alius ad alterum, dicens, Et quis pater eorum? Propterea versum est in prouerbium,
Infra 10.d NVM ET SAVL INTER PROPHETAS? Cessauit aũt pro-
Prouerbiũ. phetare, & venit ad excelsum. Dixitq́; patruus Saul ad eũ, & ad puerũ eius, Quò abistis? Qui respõderũt, Quærere asinas: quas cum non reperissemus, venimus ad Samuelẽ. Et dixit ei patruus suus, Indica mihi quid dixerit tibi Samuel. Et ait Saul ad patruũ suũ, Indicauit nobis quòd inuentæ essent asinæ. De sermone autẽ regni non indicauit ei quẽ locutus fuerat ei Samuel. Et conuocauit Samuel populũ ad Dominũ in
Conuocat Samuel populũ, & regnũ Saulis confirmat per sortem.
Maspha, & ait ad filios Israel, Hæc dicit Dñs Deus Israel, Ego eduxi Israel de Aegypto, & erui vos de manu Aegyptiorum, & de manu omniũ regum qui affligebant vos. Vos autem hodie proiecistis Dominũ Deum vestrum qui solus saluauit vos de vniuersis malis & tribulationibus vestris: & dixistis, Nequaquam, sed regem constitue super nos. Nũc ergo state coram Domino per tribus vestras, & per familias. Et applicuit Samuel omnes tribus Israel, & cecidit sors su-
D per tribum Beniamin. Et applicuit tribum Beniamin & cognationes eius, & cecidit sors super cognationem Metri, & peruenit vsque ad Saul filium Cis. Quæsierunt ergo eum, & non est inuentus. Et consuluerunt post hęc Dominũ vtrũ nam venturus esset illuc. Respõditq́; Dominus, Ecce abscon ditus est domi. Cucurrerunt itaq;, & tulerunt eum inde: stetitq́; in medio populi, & altior fuit vniuerso populo ab humero & sursum. Et ait Samuel ad omnem populum, Certe videtis quem elegit Dominus, quoniam non sit similis illi in
Viuat rex. *Supra 8.c* omni populo. Et clamauit omnis populus, & ait, Viuat rex. Locutus est autem Samuel ad populum legem regni, & scripsit in libro, & reposuit coram Domino: & dimisit Samuel omnem populum, singulos in domũ suam. sed & Saul abijt in domum suam in Gabaa: & abijt cum eo pars exercitus,
Corda tangit Deus. quorum tetigerat Deus corda. Filij verò Belial dixerunt, Num saluare nos poterit iste? Et despexerũt eum, & non attulerunt ei munera: ille verò dissimulabat se audire.

S. SAVL Ammonitas Iabes Galaad obsidentes expugnat, instauratur regnum eius in Galgala.

CAPVT XI.

A ET ascendit Naas Ammonites, & pugnare cœpit aduersum Iabes Galaad. Dixeruntq́; omnes viri Iabes ad Naas, Habeto nos fœderatos, & seruiemus tibi. Et respondit ad eos Naas Ammonites, In hoc feriam vobiscum fœdus, vt eruam omniũ vestrũ oculos dextros, ponamq́; vos opprobrium in vniuerso Israel. Et dixerũt ad eũ seniores Iabes, Cõcede nobis septẽ dies, vt mittamus nũtios ad vniuersos terminos Israel: & si nõ fuerit qui defendat nos, egrediemur ad te. Venerũt ergo nuntij in Ga-
B baa Saulis, & locuti sunt verba hæc, audiẽte populo: & leuauit omnis populus vocem suam, & fleuit. Et ecce Saul veniebat, sequens boues de agro, & ait, Quid habet populus quòd plorat? Et narrauerũt ei verba virorũ Iabes. Et insiliuit spiritus Domini in Saul, cum audisset verba hæc, & iratus est furor eius nimis. Et assumens vtrunq; bouem, concîdit in frusta, misitq́; in omnes terminos Israel per manum nũtiorum, dicens, Quicunq; non exierit, & secutus fuerit Saul & Samuel, sic fiet bobus eius. Inuasit ergo timor Domini popu-
C lum, & egressi sunt quasi vir vnus. Et recensuit eos in Bezec: fuerunt q́; filiorum Israel trecenta millia, virorũ autem Iuda triginta millia. Et dixerunt nuntijs qui venerant, Sic dicetis viris, qui sunt in Iabes Galaad, Cras erit vobis salus, cum incaluerit sol. Venerunt ergo nuntij, & annuntiauerunt viris Iabes: qui lætati sunt. Et dixerunt, Mane exibimus ad vos, & facietis nobis omne quod placuerit vobis. Et factum est, cum dies crastinus venisset, constituit Saul populũ in tres partes: & ingressus est media castra in vigilia matutina, & percussit Ammon vsque dum incalesceret dies, reliqui autem dispersi
D sunt, ita vt non relinquerentur in eis duo pariter. Et ait popu *Supra 10.d* lus ad Samuelem, Quis est iste qui dixit, Saul regnabit super nos? Date viros, & interficiemus eos. Et ait Saul, Non occidetur quisquam in die hac, quia hodie fecit Dominus salutem in Israel. Dixit autem Samuel ad populum, Venite, & eamus Innouatio regni Saulis. in Galgala, & innouemus ibi regnum. Et perrexit omnis populus in Galgala, & fecerunt ibi regem Saul coram Domino in Galgala: & immolauerunt ibi victimas pacificas corã Domino. Et lætatus est ibi Saul, & cuncti viri Israel nimis.

S. SAMVEL populi iudicio probatus innocens, Israelem ingratitudinis arguit, quos pœna tandem secuta est. CAPVT XII.

A DIxit autem Samuel ad vniuersum Israel, Ecce audiui vocẽ vestram iuxta omnia quæ locuti estis ad me, & cõstitui super vos regẽ. Et nũc rex graditur ante vos: ego autem senui, & incanui, porrò filij mei vobiscum sunt. itaq; conuersatus coram vobis ab adolescentia mea vsq; ad hanc diem, ecce præstò sum. Loqui- *Eccl.46.d*
mini de me corã Domino, & corã Christo eius, vtrũ bouem cuiusquã tulerim, aut asinum, si quempiam calumniatus sum, si oppressi aliquẽ, si de manu cuiusquã munus accepi: & contemnam illud hodie restituamq́; vobis. Et dixerũt, Non es calumniatus nos, neq; oppressisti, neq; tulisti de manu alicuius quippiã. Dixitq́; ad eos, Testis est dñs aduersum vos, et testis Christus eius in die hac, quia non inueneritis in manu mea quippiã. Et dixerũt, Testis. Et ait Samuel ad populum, Dñs qui fecit Moysen & Aaron, & eduxit patres nostros de terra Aegypti, adest. Nũc ergo state, vt iudicio cõtendã aduersum vos corã Dño de omnibus misericordijs Dñi, quas fecit vobiscũ, & cum patribus vestris: quomodo Iacob ingressus est *Gene.46.d*
Aegyptũ, & clamauerũt patres vestri ad Dñm: & misit Dñs
B Moysen & Aaron, & eduxit patres vestros de Aegypto, & collocauit eos in loco hoc. Qui obliti sunt Domini Dei sui, et *Iudic.4.d*
tradidit eos in manus Sisaræ magistri militiæ Asor, & in manu Philisthinorũ, & in manu regis Moab, & pugnanerũt aduersum eos. Postea aũt clamauerũt ad Dñm, & dixerũt, Peccauimus, quia dereliquimus Dominũ, & seruiuimus Baalim & Astaroth: nunc ergo erue nos de manu inimicorũ nostrorum, & seruiemus tibi. Et misit Dominus Ierobáal & Badan, *Iudic.6.d*
& Samson,

& Samſon,& Barac,& Iephte & Samuel,& eruit vos de manu inimicorũ veſtrorũ per circuitũ, & habitaſtis cõfidenter.
C Videntes autẽ quòd Naas rex filiorũ Ammon veniſſet aduerſum vos, dixiſtis mihi, Nequaquã, ſed rex imperabit nobis: cum Dominus Deus veſter regnaret in vobis. Nũc ergo præſtò eſt rex veſter, quẽ elegiſtis & petiſtis: ecce deditvobis Dominus regẽ. Si timueritis Dominũ, & ſeruieritis ei, & audieritis vocẽ eius, & nõ exaſperaueritis os Domini: eritis & vos, & rex qui imperat vobis ſequentes Dominũ Deũ veſtrum. ſi autẽ non audieritis vocem Domini, ſed exaſperaueritis ſermones eius, erit manus Domini ſuper vos, & ſuper patres veſtros. Sed & nunc ſtate, & videte rem iſtam grandẽ, quã facturus eſt Dominus in conſpectu veſtro. Nũquid nõ meſsis tritici eſt hodie? inuocabo Dominum, & dabit voces, & pluuias: & ſcietis & videbitis quia grande malum feceritis vobis in conſpectu Domini, petentes ſuper vos regem. Et clamauit Samuel ad Dominum, & dedit Dominus voces, & pluuias in illa die. Et timuit omnis populus nimis Dominum &
D Samuelem. Et dixit vniuerſus populus ad Samuelẽ, Ora pro ſeruis tuis ad Dominum Deum tuum, vt non moriamur. ad didimus enim vniuerſis peccatis noſtris malum, vt peteremus nobis regem. Dixit autem Samuel ad populum, Nolite timere, vos feciſtis vniuerſum malum hoc: veruntamen nolite recedere à tergo Domini, ſed ſeruite Domino in omni corde veſtro. Et nolite declinare poſt vana, quæ non proderuntvobis, neq; eruent vos, quia vana ſunt: & non derelinquet Dominus populum ſuum, propter nomen ſuum magnum: quia iurauit Dominus facere vos ſibi populum. Abſit autem à me hoc peccatum in Domino, vt ceſſem orare pro vobis, & docebo vos viam bonam & rectam. Igitur timete Dominũ, & ſeruite ei in veritate, ex toto corde veſtro. vidiſtis enim magnifica, quæ in vobis geſſerit. Quòd ſi perſeueraueritis in malitia: & vos & rex veſter pariter peribitis.

Deus miraculo cogit dura corda fateri peccatum.

Euangeliũ prouocat ad pœnitẽtiam & fidẽ in Deum.

Seruiendũ Deo in veritate & toto corde.

S. VICTI à Saule Philiſthæi maximo apparatu in Iſraelem armantur, territi Hebræi antris latitant, & Saul domino inobediens reprobatur. CAPVT XIII.

A Filius vnius anni erat Saul cum regnare cœpiſſet: duobus aũt annis regnauit ſuper Iſrael. Et elegit ſibi Saul tria millia de Iſrael: & erant cũ Saul duo millia in Machmas, & in monte Bethel: mille autem cũ Ionatha in Gabaa Beniamin. porrò cæterũ populum remiſit vnũquenq; in tabernacula ſua. Et percuſsit Ionathas ſtationem Philiſthinorũ, quæ erat in Gabaa. Quod cum audiſſent Philiſthijm, Saul cecinit buccina in omni terra, dicẽs, Audiant Hebræi. Et vniuerſus Iſrael audiuit huiuſcemodi famam, Percuſsit Saul ſtationẽ Philiſthinorum: & erexit ſe Iſrael aduerſus Philiſthijm. Clamauit ergo populus poſt Saul in Galgala. Et Philiſthijm cõgregati ſunt ad præliandũ contra Iſrael, triginta millia curruũ, & ſex millia equitum, & reli
B quum vulgus, ſicut arena quæ eſt in littore maris plurima. Et aſcendẽtes caſtrametati ſunt in Machmas ad orientem Bethauen. Quod cum vidiſſent viri Iſrael ſe in arcto poſitos (afflictus enim erat populus) abſconderũt ſe in ſpelũcis, & in abditis, in petris quoq;, & in antris, & in ciſternis. Hebræi autẽ tranſierunt Iordanẽ in terram Gad & Galaad. Cumq; adhuc eſſet Saul in Galgala, vniuerſus populus perterritus eſt, qui ſequebatur eum. Et expectauit ſeptẽ diebus iuxta placitum Samuelis, & nõvenit Samuel in Galgala: dilapſusq; eſt populus ab eo. Ait ergo Saul, Afferte mihi holocauſtum, & pacifica. Et obtulit holocauſtum. Cumq; cõpleſſet offerens holocauſtum, ecce Samuel veniebat: & egreſſus eſt Saul obuiã ei, vt ſalutaret eũ. Locutusq; eſt ad eũ Samuel, Quid feciſti? Reſpõdit Saul, Quia vidi quòd populus dilaberetur à me, & tu nõ veneras iuxta placitos dies, porrò Philiſthijm congregati fuerant in Machmas: dixi,
C Nũc deſcẽdent Philiſthijm ad me in Galgala, & faciem Domini non placaui. Neceſsitate compulſus, obtuli holocauſtum. Dixitq; Samuel ad Saul, Stultè egiſti, nec cuſtodiſti mandata Domini Dei tui, quæ præcepit tibi. Quod ſi non feciſſes, iam nũc præparaſſet Dominus regnum tuum ſuper Iſrael in ſempiternũ, ſed nequaquam regnum tuũ vltrà conſurget. Quæſiuit Dominus ſibi virum iuxta cor ſuum: & præcepit ei Dominus vt eſſet dux ſuper populum ſuũ, eo quòd non ſeruaueris quæ præcepit Dominus. Surrexit autẽ Samuel, & aſcendit de Galgalis in Gabaa Beniamin. * Et reliqui populi aſcenderunt poſt Saul obuiam populo, qui expugnabant eos veniẽtes de Galgala in Gabaa, in colle Beniamin .. Et recenſuit Saul populũ, qui inuenti fuerant cum eo, quaſi ſexcentos viros. Et Saul, & Ionathas filius
D eius, populuſq; qui inuẽtus fuerat cũ eis, erat in Gabaa Beniamin: porrò Philiſthijm cõfederant in Machmas. Et egreſsi ſunt ad præliandũ de caſtris Philiſthinorum tres cunei: vnus cuneus pergebat contra viam Ephraim ad terram Saul. porrò alius ingrediebatur per viam Bethhoron. tertius autẽ verterat ſe ad iter termini * in terra Sabaa .. imminentis valli Seboim contra deſertũ. Porrò faber ferrarius non inueniebatur in omni terra Iſrael, cauerant enim Philiſthijm, ne fortè facerent Hebræi gladiũ aut lanceã. Deſcendebat ergo omnis Iſrael ad Philiſthijm, vt exacueret vnuſquiſq; vomerẽ ſuum, & ligonem, & ſecurim, & ſarculum. Retuſæ itaq; erant acies vomerum, & ligonum, & tridentum, & ſecurium, vſq; ad ſtimulum corrigendum. Cumq; veniſſet dies prælij, non eſt inuentus enſis & lancea in manu totius populi qui erat cũ Saule & Ionatha, excepto Saul & Ionatha filio eius. Egreſſa eſt autem ſtatio Philiſthijm, vt tranſcenderet in Machmas.

Infrà 15. d

Saul cõtra præceptum Dei, nõ expectato Samuele ſacrificat, vnde & abijcitur à Deo.

Deficit faber ferrarius in Iſrael, & arma.

S. IONATHAS Domino fidens cum armigero ſuo, patre inſcio, Philiſthæorum ſtationem diſperſit, at melle guſtato ob patris iuramentum uix mortem cõminatam euadit. CAPVT XIIII.

A Et accidit in quadam die vt diceret Ionathas filius Saul ad adoleſcentem armigerum ſuum, Veni, & tranſeamus ad ſtationem Philiſthinorum, quæ eſt trans locum illum. Patri autem ſuo hoc ipſum non indicauit. Porrò Saul morabatur in extrema parte Gabaa ſub malogranato, quæ erat in agro Gabaa: & erat populus cum eo quaſi ſexcentorum virorum. Et Achias filius Achitob fratris Ichabod filij Phinees, qui ortus fuerat ex Heli ſacerdote Domini in Silo portabat ephod. Sed & po- Supra 4. d
pulus ignorabat quòd iſſet Ionathas. Erant autem inter aſcenſus, per quos nitebatur Ionathas tranſire ad ſtationem Philiſthinorum, eminentes petræ ex vtraq; parte, & quaſi in modum dentium ſcopuli hinc inde prærupti, nomen vni Boſes, & nomen alteri Sene: vnus ſcopulus prominens ad aquilonẽ ex aduerſo Machmas, & alter ad meridiem contra Gabaa. Dixit autem Ionathas ad adoleſcentem armigerũ ſuum, Veni, tranſeamus ad ſtationem incircunciſorum horum, ſi fortè faciat Dominus pro nobis: quia non eſt Domino difficile Victoria
ſaluare vel in multis, vel in paucis. Dixitque ei armiger ſuus, Dei eſt.
Fac omnia quæ placent animo tuo: perge quò cupis, & ero tecum vbicũq; volueris. Et ait Ionathas, Ecce nos tranſimus ad viros iſtos. Cumq; apparuerimus eis, ſi taliter locuti fuerint ad nos, Manete, donec veniamus ad vos: ſtemus in loco
B noſtro, nec aſcendamus ad eos. ſi autem dixerint, Aſcẽdite ad nos: aſcendamus, quia tradidit eos Dominus in manibus noſtris, & hoc erit nobis ſignũ. Apparuit igitur vterq; ſtationi Philiſthinorũ: dixerũtq; Philiſthijm, En Hebræi egrediũtur de cauernis, in quibus abſcõditi fuerãt. Et locuti ſunt viri de ſtatione ad Ionathan, & ad armigerum ſuum, dixeruntque, Aſcendite ad nos, & oſtendemus vobis rem. Et ait Ionathas ad armigerum ſuum, Aſcendamus, ſequere me: tradidit enim Dominus eos in manus Iſrael. Aſcendit autem Ionathas manibus & pedibus reptans, & armiger eius poſt eum. Itaque * cum vidiſſent faciem Ionathæ .. alij cadebant ante Ionathan, alios armiger eius interficiebat, ſequens eum.

Et facta

Et facta est plaga prima, quam percussit Ionathas & armiger eius, quasi viginti virorum in media parte iugeris, quam par boum in die arare consueuit. Et factũ est miraculũ in castris per agros: sed & omnis populus stationis eorum, qui ierant
C ad prædandum, obstupuit, & conturbata est terra, & accidit quasi miraculũ à Deo. Et respexerunt speculatores Saul, qui erãt in Gabaa Beniamin, & ecce multitudo prostrata, & huc illucq; diffugiens. Et ait Saul populo qui erat cum eo, Requirite, & videte quis abierit ex nobis. Cumq; requisissent, repertum est non adesse Ionathan, & armigerũ eius. Et ait Saul ad Achiam, Applica arcam Dei. Erat enim ibi arca Dei in die illa cum filijs Israel. Cumq; loqueretur Saul ad sacerdotem, tumultus magnus exortus est in castris Philisthinorũ: crescebatq; paulatim, & clarius resonabat. Et ait Saul ad sacerdotem, Contrahe manum tuam. Conclamauit ergo Saul, & omnis populus qui erat cum eo, & venerunt vsq; ad locũ certaminis: & ecce versus fuerat gladius vniuscuiusq; ad proximum suum & cædes magna nimis. Sed & Hebræi qui fuerãt cum Philisthijm heri & nudiustertius, ascenderantq; cum eis in castris, reuersi sunt vt essent cum Israel & ijs qui erãt cum Saul & Ionatha. Omnes quoq; Israelitæ qui se absconderant in mõte Ephráim, audiẽtes quòd fugissent Philisthæi, sociauerunt se cum suis in prælio. * Et erant cum Saul, quasi decem millia virorum .. Et saluauit Dominus Deus in die illa
D Israel. pugna autem peruenit vsq; ad Bethauen. Et viri Israel sociati sunt sibi in die illa: adiurauit autem Saul populum, dicens, Maledictus vir qui comederit panem vsq; ad vesperam, donec vlciscar de inimicis meis. Et non manducauit vniuersus populus panem: omneq; terræ vulgus venit in saltum, in quo erat mel super faciẽ agri. Ingressus est itaq; populus saltum, & apparuit fluens mel, nullusq; applicuit manum ad os suum, timebat enim populus iuramentum. Porrò Ionathas non audierat cum adiuraret pater eius populum: extenditq; summitatem virgæ, quam habebat in manu, & intinxit in fauum mellis: & conuertit manum suam ad os suum, & illuminati sunt oculi eius. Respondensq; vnus de populo, ait, Iureiurando constrinxit pater tuus populum, dicens, Maledictus vir, qui comederit panem hodie, defecerat autẽ populus. Dixitq; Ionathas, Turbauit pater meus terrã: vidistis ipsi quia illuminati sunt oculi mei, eo quòd gustauerim paululum de melle isto: quantò magis si comedisset populus de præda inimicorum suorũ, quam reperit? nónne maior plaga facta fuisset in Philisthijm? Percusserunt ergo in die illa Philisthæos
E à Machmis vsq; in Aialon. Defatigatus est autem populus nimis, & versus ad prædam tulit oues, & boues, & vitulos, & mactauerũt in terra: comeditq; populus cum sanguine. Nuntiauerunt autẽ Sauli dicẽtes quòd populus peccasset Domino, comedens cum sanguine. Qui ait, Præuaricati estis: volute ad me iam nunc saxũ grande. Et dixit Saul, Dispergimini in vulgus, & dicite eis vt adducat ad me vnusquisq; bouẽ suũ & arietẽ, & occidite super istud, & vescimini, & non peccabitis Domino comedẽtes cum sanguine. Adduxit itaq; omnis populus vnusquisq; bouem in manu sua vsq; ad noctẽ, & occiderunt ibi. Aedificauit autem Saul altare Domino: tuncq; primũ cœpit ædificare altare Domino. Et dixit Saul, Irruamus super Philisthæos nocte, & vastemus eos vsquedũ illucescat mane, nec relinquamus ex eis virũ. Dixitq; populus, Omne quod bonũ videtur in oculis tuis, fac. Et ait sacerdos,
F Accedamus huc ad Deũ. Et cõsuluit Saul Dominũ, Nũ persequar Philisthijm? si trades eos in manus Israel? Et nõ respõdet ei in die illa. Dixitq; Saul, Applicate huc vniuersos angulos populi: & scitote, & videte per quẽ acciderit peccatũ hoc hodie. Viuit Dominus saluator Israel, quia si per Ionathan filium meũ factũ est, absq; retractatione morietur. Ad quod nullus cõtradixit ei de omni populo. Et ait ad vniuersum Israel, Separamini vos in partem vnam, & ego cũ Ionatha filio meo ero in parte altera. Responditq; populus ad Saul, Quod bonum videtur in oculis tuis, fac. Et dixit Saul ad Dominum Deũ Israel, * Domine Deus Israel da indiciũ, quid est quòd nõ responderis seruo tuo hodie. Si in me aut in Ionatha filio meo est iniquitas hæc, da ostensionẽ. aut si hæc iniquitas est in populo tuo .. da sanctitatẽ. Et deprehẽsus est Ionathas & Saul, populus autẽ exiuit. Et ait Saul, Mittite sortẽ inter me, & inter Ionathan filiũ meum. Et captus est Ionathas. Dixit
G autẽ Saul ad Ionathan, Indica mihi quid feceris. Et indicauit ei Ionathas, & ait, Gustans gustaui in summitate virgæ, quæ erat in manu mea, paululũ mellis, & ecce ego morior. Et ait Saul, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia morte moriẽris Ionatha. Dixitq; populus ad Saul, Ergóne Ionathas morietur, qui fecit salutem hanc magnam in Israel? hoc nefas est: viuit Dominus, si ceciderit capillus de capite eius in terram, quia cũ Deo operatus est hodie. Liberauit ergo populus Ionathan, vt non moreretur. Recessitq; Saul, nec persecutus est Philisthijm: porrò Philisthijm abierunt in loca sua. Et Saul confirmato regno super Israel, pugnabat per circuitum aduersum omnes inimicos eius, contra Moab, & filios Ammõ, & Edom, & reges Soba, & Philisthæos: & quocunq; se verterat, superabat. Congregatoq; exercitu percussit Amalec, & eruit Israel de manu vastatorum eus. Fuerunt autem filij Saul, Ionathas, & Iessui, & Melchisua: & nomina duarum filiarum eius, nomen primogenitæ Merob, & nomen minoris Michol. Et nomen vxoris Saul, Achinoem filia Achimaas: & nomen principis militiæ eius Abner, filius Ner, patruelis Saul. Porrò Cis fuerat pater Saul, & Ner pater Abner, filius Abiel. Erat autem bellum potens aduersum Philisthæos omnibus diebus Saul. Nam quemcumq; viderat Saul virum fortem, & aptum ad prælium, sociabat eum sibi.

Ionathas à patre occidendus, ob degustatum mel, à populo liberatur.

Nomina generis Saul.

S. Saul cõtra Dei præceptũ Agag regem Amalec, multamq; prædam reseruans arguitur inobedientiæ, à regno deijcitur, interfectoq; Agag, Saul à Samuele defletur. CAPVT XV.

A IT dixit Samuel ad Saul, Me misit Dominus, vt vngerem te in regem super populũ eius Israel: nunc ergo audi vocem Domini, Hæc dicit Dominus exercituum, Recensui quæcunq; fecit Amalec Israeli, quomodo restitit ei in via cum ascenderet de Aegypto. Nunc ergo vade, & percute Amalec, & demolire vniuersa eius: non parcas ei, sed interfice à viro vsque ad mulierẽ, & paruulũ atq; lactentẽ, bouẽ, & ouẽ, camelũ & asinũ. Præcepit itaq; Saul populo, & recẽsuit eos quasi agnos: ducẽta millia peditũ, & decẽ millia virorum Iuda. Cumq; venisset Saul vsq; ad ciuitatẽ Amalec, tetendit insidias in torrẽte. Dixitq; Saul Cinæo, Abite, recedite atq; discedite ab Amalec:
B ne forte inuoluam te cum eo. tu enim fecisti misericordiam cum omnibus filijs Israel, cum ascenderent de Aegypto. Et recessit Cinæus de medio Amalec. Percussitq; Saul Amalec ab Euila, donec venias ad Sur, quæ est è regione Aegypti. Et apprehendit Agag regem Amalec viuum: omne autem vulgus interfecit in ore gladij. Et pepercit Saul & populus, Agag, & optimis gregibus ouium & armentorum, & vestibus, & arietibus, & vniuersis quæ pulchra erant, nec voluerunt disperdere ea. quicquid verò vile fuit & reprobum, hoc demoliti sunt. Factum est autẽ verbum Domini ad Samuel, dicens.
C Pœnitet me quòd constituerim Saul regem: quia dereliquit me, & verba mea opere non impleuit. Contristatus q; est Samuel, & clamauit ad Dominum tota nocte. Cumq; de nocte surrexisset Samuel, vt iret ad Saul mane, nuntiatũ est Samueli, eo quòd venisset Saul in Carmelum, & erexisset sibi fornicem triumphalẽ, & reuersus transisset, descendisset q; in Galgala. Venit ergo Samuel ad Saul, & * Saul offerebat holocaustum Domino de initijs prædarum quæ attulerat ex Amalec. Et cum venisset Samuel ad Saul .. dixit ei Saul, Benedi-
D ctus tu à Domino, impleui verbũ Domini. Dixitq; Samuel, Et quæ est hæc vox gregum quæ resonat in auribus meis, &

Exod. 17.

armento

armentorũ quam ego audio? Et ait Saul, De Amalec adduxe
runt ea: pepercit enim populus melioribus ouibus & armen
tis vt immolarentur Domino Deo tuo, reliqua verò occidi-
mus. Ait autẽ Samuel ad Saul, Sine me, & indicabo tibi quæ
locutus sit Dominus ad me nocte. Dixitq́ue ei, Loquere. Et
Supra 13.a ait Samuel, Nónne cum paruulus esses in oculis tuis, caput in
tribubus Israel factus es? vnxitq́; te Dominus in regem super
Israel, & misit te Dominus in viam, & ait, Vade, & interfice
peccatores Amalec, & pugnabis cõtra eos vsq́; ad internecio-
E nem eorũ. Quare ergo non audisti vocẽ Domini: sed versus
ad prædam es, & fecisti malum in oculis Domini? Et ait Saul
ad Samuelem, Imò audiui vocẽ Domini, & ambulaui in via
per quã misit me Dominus, & adduxi Agag regẽ Amalec,
& Amalec interfeci. Tulit autẽ de præda populus oues & bo
ues primitias eorum quæ cæsa sunt, vt immolet Deo tuo in
Galgalis. Et ait Samuel, Nunquid vult Dominus holocausta
Obedire pos præce- pis suis ma ult Deus, quàm victi- mas ipsi of- fere. *Eccle.4.d* *Osee 6.c* *Matth.9.b* & victimas, & non potius vt obediatur voci Domini? MELIOR EST ENIM OBEDIENTIA QVAM VICTIMAE: & auscultare, magis quàm offerre adipem arietũ. quoniã quasi peccatũ ariolandi est, repugnare: & quasi scelus idololatriæ,
nolle acquiescere. Pro eo ergo quòd abiecisti sermonem Do
mini, abiecit te, ne sis rex. Dixitq́; Saul ad Samuelẽ, Peccaui,
quia præuaricatus sum sermonẽ Domini, & verba tua, timẽs
populũ, & obediens voci eorũ. Sed nũc porta quæso peccatũ
meum, & reuertere mecum vt adorẽ Dominũ. Et ait Samuel
F ad Saul, Non reuertar tecũ, quia proiecisti sermonẽ Domi-
ni, & proiecit te Dominus, ne sis rex super Israel. Et conuer-
sus est Samuel vt abiret: ille autẽ apprehendit summitatẽ pal
Scissura regni Saul. lij eius, quæ & scissa est. Et ait ad eũ Samuel, Scidit Dominus
regnũ Israel à te hodie, & tradidit illud proximo tuo melio-
ri te. Porrò triumphator in Israel non parcet, & pœnitudine
non flectetur, neq; enim homo est, vt agat pœnitentiam. At
ille ait, Peccaui: sed nunc honora me coram senioribus popu-
G li mei, & coram Israel, & reuertere mecum, vt adorẽ Domi-
num Deum tuum. Reuersus ergo Samuel secutus est Saulẽ:
& adorauit Saul Dominũ. Dixitq́; Samuel, Adducite ad me
Agag regem Amalec. Et oblatus est ei Agag pinguissimus.
Et dixit Agag, Siccine separat amara mors? Et ait Samuel,
Sicut fecit absque liberis mulieres gladius tuus, sic absque li-
beris erit inter mulieres mater tua. Et in frusta concîdit eum
Samuel coram Domino in Galgalis. Abijt autem Samuel in
Ramátha, Saul vero ascendit in domum suam in Gabaa. Et
non vidit Samuel vltrà Saul vsque ad diem mortis suæ: ve-
runtamen lugebat Samuel Saulem, quoniam Dominum pœ
nitebat quòd constituisset regem Saul super Israel.

S. REPROBATO *Saule Dauid inter fratres ungitur in Regẽ, citha-
rá corã Saule ſpiritu nequam agitato pſallebat, & leuius habebat.*

CAPVT XVI.

A DIxitq́; Dominus ad Samuelem, Vsquequo tu lu
ges Saul, cum ego proiecerim eum ne regnet su-
per Israel? imple cornu tuum oleo, & veni, vt mit
tam te ad Isai Bethlehemitem: prouidi enim in fi-
lijs eius mihi regem. Et ait Samuel, Quomodo vadam? audiet
enim Saul, & interficiet me. Et ait Dominus, Vitulum de ar-
mento tolles in manu tua, & dices, Ad immolandũ Domino
veni. Et vocabis Isai ad victimam, & ego ostendam tibi quid
facias: & vnges quemcumq; monstrauero tibi. Fecit ergo Sa-
muel sicut locutus est ei Dominus. Venitq́; in Bethlehem, et
admirati sunt seniores ciuitatis, occurrentes ei, dixeruntque,
Pacificúsne est ingressus tuus? Et ait, Pacificus: ad immolan-
B dum Domino veni. sanctificamini, & venite mecũ vt immo-
Dominus hom. facie non iudicat. *Psal.7.c* lem. Sanctificauit ergo Isai & filios eius, & vocauit eos ad sa-
crificium. Cumq́; ingressi essent, vidit Eliab & ait, Num co-
ram Domino est Christus eius? Et dixit Dominus ad Samue
lem, Ne respicias vultũ eius, neq; altitudinẽ staturę eius: quo-
niam abieci eum, nec iuxta intuitũ hominis ego iudico. ho-
A mo enim videt ea quæ parẽt, Dominus autẽ intuetur cor. Et Cor intue- tur Deus.
vocauit Isai Abinadab, & adduxit eum corã Samuele. Qui di
xit, Nec hunc elegit Dominus. Adduxit autẽ Isai Samma. de
quo ait, Etiã hũc non elegit Dominus. Adduxit itaq; Isai se-
ptẽ filios suos corã Samuele: & ait Samuel ad Isai, Nõ elegit
Dominus ex istis. Dixitq́; Samuel ad Isai, Nunquid iam cõ-
pleti sunt filij? Qui respõdit, Adhuc reliquus est paruulus, &
pascit oues. Et ait Samuel ad Isai, Mitte, & adduc eum: nec
enim discumbemus prius quàm huc ille veniat. Misit ergo &
C adduxit eũ. Erat autẽ rufus, & pulcher aspectu, decoraq́; fa- *1. Reg.7.b* *psal.77.d* *& 88.b* *Actu.7.f* *& 13.d*
cie, & ait Dñs, Surge, & vnge eũ, ipse est enim. Tulit ergo Sa
muel cornu olei, & vnxit eũ in medio fratrũ eius: & directus
est spiritus Domini à die illa in Dauid, & deinceps: surgẽsq́;
Samuel abijt in Ramátha. Spiritus autem Domini recesit à
Saul, & exagitabat eũ spiritus nequã à Dño. Dixerũtq́; serui
Saul ad eum, Ecce spiritus Domini malus exagitat te. Iubeat
Dñs noster, & serui tui qui corã te sunt, quærẽt hominẽ sciẽ-
tem psallere cithara: vt quando arripuerit te spiritus Domini
malus, psallat manu sua, & leuius feras. Et ait Saul ad seruos
suos, Prouidete ergo mihi aliquẽ bene psallentẽ, & adducite
D eum ad me. Et respõdens vnus de pueris, ait, Ecce vidi filium
Isai Bethlehemitẽ scientem psallere, & fortissimũ robore, &
virum bellicosum, & prudentẽ in verbis, & virum pulchrum:
& Dominus est cum eo. Misit ergo Saul nuntios ad Isai, di-
cens, Mitte ad me Dauid filiũ tuum, qui est in pascuis. Tulit
ergo Isai asinum plenũ panibus, & lagenã vini, & hœdum de
capris vnum, & misit per manũ Dauid filij sui Sauli. Et venit
Dauid ad Saul, & stetit coram eo: at ille dilexit eum nimis, &
factus est eius armiger. Misitq́; Saul ad Isai, dicẽs, Stet Dauid
in conspectu meo: inuenit enim gratiã in oculis meis. Igitur
quandocunq; spiritus Domini arripiebat Saul, Dauid tolle-
bat citharã, & percutiebat manu sua, & refocillabatur Saul, &
leuius habebat. recedebat enim ab eo spiritus malus.



S. GOLIATH *armis diuitem inermis Dauid occîdit, cuius caput
diffusis Philisthæis ad Saulem in Ieruſalem detulit.*

CAPVT XVII.

A GOngregantes autem Philisthijm agmina sua in
præliũ, conuenerũt in Socho Iudæ: & castrame-
tati sunt inter Socho & Azeca in finibus Dom-
mim. Porrò Saul & filij Israel congregati vene-
runt in Vallẽ terebinthi, & direxerũt aciem ad pugnandum
contra Philisthijm. Et Philisthijm stabant super montem ex
parte hac, & Israel stabat supra montem ex altera parte: val-
lisq́; erat inter eos. Et egressus est vir spurius de castris Phili- Proc erita Goliath.
sthinorum nomine Goliath, de Geth, altitudinis sex cubito-
rũ & palmi: & cassis ærea super caput eius: & lorica squama-
ta induebatur. porrò pondus loricæ eius, quinque millia si-
clorum æris erat, & ocreas æreas habebat in cruribus: &
clypeus æreus tegebat humeros eius. hastile autem hastæ
eius erat quasi liciatorium texentium. ipsum autem ferrum
hastæ eius sexcentos siclos habebat ferri: & armiger eius

antece

antecedebat eum. Stansq; clamabat aduersum phalãgas Israel,& dicebat eis, Quare venistis parati ad prælium? nunquid ego non sum Philisthæus,& vos serui Saul? Eligite ex vobis virum,& descendat ad singulare certamen. si quiuerit pugnare mecum,& percusserit me,erimus vobis serui: si autem ego prævaluero,& percussero eum, vos serui eritis,& seruietis nobis. Et aiebat Philisthæus, Ego exprobraui agminibus Israel hodie, Date mihi virum,& ineat mecum singulare certamen. Audiens autem Saul,& omnes Israelitæ sermones Philisthæi huiuscemodi, stupebant,& metuebant nimis. Dauid autem erat filius viri Ephrathæi, de quo suprà dictum est, de Bethléhem Iuda, cui nomẽ erat Isai, qui habebat octo filios, & erat vir in diebus Saul senex,& grãdæuus interviros. Abierunt autem tres filij eius maiores post Saul in prælium: & nomina trium filiorum eius qui perrexerunt ad bellum, Eliab primogenitus,& secundus Abinadab, tertius quoq; Samma, Dauid autem erat minimus. Tribus ergo maioribus secutis Saulem, abijt Dauid,& reuersus est à Saul, vt pasceret gregem patris sui in Bethléhem. Procedebat verò Philisthæus mane & vespere,& stabat quadraginta diebus. Dixit autem Isai ad Dauid filium suum, Accipe fratribus tuis ephi polentæ,& decẽ panes istos,& curre in castra ad fratres tuos,& decem formellas casei has deferes ad tribunum: & fratres tuos visitabis, si rectè agant, & cum quibus ordinati sunt, disce. Saul autem,& illi,& omnes filij Israel, in Valle terebinthi pugnabant aduersum Philisthijm. Surrexit itaq; Dauid mane, & commendauit gregem custodi: & onustus abijt, sicut præceperat ei Isai. Et venit ad locum Magála, & ad exercitũ qui egressus ad pugnam vociferatus erat in certamine. Direxerat enim aciem Israel, sed & Philisthijm ex aduerso fuerant præparati. Derelinquens ergo Dauid vasa, quæ attulerat, sub manu custodis ad sarcinas, cucurrit ad locum certaminis, & interrogabat si omnia rectè agerentur erga fratres suos. Cũq; adhuc ille loqueretur eis, apparuit vir ille spurius ascendens, Goliath nomine, Philisthæus, de Geth, de castris Philisthinorum: & loquente eo hæc eadem verba, audiuit Dauid. Omnes autem Israelitæ, cum vidissent virum, fugerunt à facie eius, timentes eum valde. Et dixit vnus quispiam de Israel, Num vidistis virum hunc qui ascendit? ad exprobrandum enim Israel, ascendit. Virum ergo qui percusserit eum, ditabit rex diuitijs magnis,& filiam suam dabit ei,& domum patris eius faciet absq; tributo in Israel. Et ait Dauid ad viros qui stabant secum, dicens, Quid dabitur viro qui percusserit Philisthæum hunc,& tulerit opprobrium de Israel? quis est enim hic Philisthæus incircuncisus qui exprobrauit aciem Dei viuentis? Referebat autem ei populus eundem sermonem, dicens, Hæc dabuntur viro qui percusserit eum. Quod cum audisset Eliab frater eius maior, loquente eo cum alijs, iratus est contra Dauid,& ait, Quare venisti,& quare dereliquisti pauculas oues illas in deserto? ego noui superbiã tuã, & nequitiam cordis tui: quia vt videres prælium, descendisti. Et dixit Dauid, Quid feci? nunquid non verbum est? Et declinauit paululum ab eo ad alium: dixitq; eũdem sermonem. Et respondit ei populus verbum sicut prius. Audita sunt autem verba quæ locutus est Dauid,& annuntiata in cõspectu Saul. Ad quem cum fuisset adductus, locutus est ei, Non concidat cor cuiusquam in eo: ego seruus tuus vadam,& pugnabo aduersus Philisthæum. Et ait Saul ad Dauid, Non vales resistere Philisthæo isti, nec pugnare aduersus eũ: quia puer es, hic autem vir bellator est ab adolescentia sua. Dixitq; Dauid ad Saul, Pascebat seruus tuus patris sui gregem,& veniebat leo vel vrsus,& tollebat arietem de medio gregis,& persequebar eos,& percutiebam, eruebamq; de ore eorũ, & illi consurgebant aduersum me,& apprehendebam mẽtum eorum,& suffocabam, interficiebamq; eos. Nam & leonem & vrsum interfeci ego seruus tuus: erit igitur & Philisthæus hic incircuncisus, quasi vnus ex eis. *Nunc vadam & auferam opprobrium populi, quoniã quis est iste Philisthæus incircuncisus? .. quia ausus est maledicere exercitui Dei viuentis. Et ait Dauid, Dominus qui eripuit me de manu leonis,& de manu vrsi, ipse me liberabit de manu Philisthæi huius. Dixit autem Saul ad Dauid, Vade,& Dominus tecum sit. Et induit Saul Dauid vestimentis suis, & imposuit galeam æream super caput eius,& vestiuit eum lorica. Accinctus ergo Dauid gladio eius super vestem suam, cœpit tentare si armatus posset incedere: non enim habebat consuetudinem. Dixitq; Dauid ad Saul, Non possum sic incedere, quia non vsum habeo. Et deposuit ea,& tulit baculum suũ quem semper habebat in manibus: & elegit sibi quinq; limpidissimos lapides de torrente,& misit eos in peram pastoralẽ quam habebat secum, & fundã manu tulit: & processit aduersum Philisthæũ. Ibat autem Philisthæus incedens,& appropinquãs aduersum Dauid,& armiger eius ante eum. Cũq; inspexisset Philisthæus, & vidisset Dauid, despexit eum. Erat autem adolescẽs rufus, & pulcher aspectu. Et dixit Philisthæus ad Dauid, Nũquid ego canis sum, quòd tu venis ad me cũ baculo? Et maledixit Philisthæus Dauid in dijs suis: dixitq; ad Dauid, Veni ad me, & dabo carnes tuas volatilibus cœli,& bestijs terræ. Dixit autem Dauid ad Philisthæum, Tu venis ad me cum gladio, & hasta,& clypeo: ego autem venio ad te in nomine Domini exercituum, Dei agminũ Israel, quibus exprobrasti hodie, & dabit te Dominus in manu mea,& percutiam te,& auferã caput tuum à te: & dabo cadauera castrorum Philisthijm hodie volatilibus cœli,& bestijs terræ: vt sciat omnis terra quia est Deus in Israel. Et nouerit vniuersa ecclesia hęc quia nõ in gladio nec in hasta saluat Dominus: ipsius enim est bellũ,& tradet vos in manus nostras. Cũ ergo surrexisset Philisthæus, & veniret,& appropinquaret cõtra Dauid, festinauit Dauid, & cucurrit ad pugnã ex aduerso Philisthæi. Et misit manum suã in perã, tulitq; vnũ lapidẽ,& funda iecit,& percussit Philisthæũ in fronte: & infixus est lapis in fronte eius,& cecidit in faciẽ suã super terrã. Prævaluitq; Dauid aduersum Philisthæũ in funda & lapide, percussumq; Philisthæũ interfecit. Cumq; gladiũ non haberet in manu Dauid, cucurrit,& stetit super Philisthæũ,& tulit gladiũ eius,& eduxit eũ de vagina sua: & interfecit eũ, præciditq; caput eius. Vidẽtes autẽ Philisthijm quòd mortuus esset fortissimus eorũ, fugerũt. Et cõsurgentes viri Israel & Iuda vociferati sunt, & persecuti sunt Philisthæos vsq; dũ venirent in vallẽ,& vsq; ad portas Accaron: ceciderũtq; vulnerati de Philisthijm in via Sarim,& vsq; ad Geth,& vsq; ad Accaron. Et reuertentes filij Israel postq; persecuti fuerãt Philisthæos, inuaserũt castra eorũ. Assumẽs autem Dauid caput Philisthæi, attulit illud in Ierusalẽ: arma verò eius posuit in tabernaculo suo. Eo autem tempore quo viderat Saul Dauid egredientem contra Philisthæum, ait ad Abner principem militiæ, De qua stirpe descendit hic adolescens, Abner? Dixitq; Abner, Viuit anima tua, rex, si noui. Et ait rex, Interroga tu, cuius filius sit iste puer. Cumque regressus esset Dauid, percusso Philisthæo, tulit eum Abner, & introduxit coram Saule caput Philisthæi habentem in manu sua. Et ait ad eum Saul, De qua progenie es ô adolescens? Dixitq; Dauid, Filius serui tui Isai Bethlehemitæ ego sum.

Goliath superbus prouocat ad singulare certamen.

Supra 16.a

Dei prouidentia mittitur Dauid ab Isai ad fratres.

Dauidis fides,& Saulis diffidentia.

Eccl.47.a

Abijcit Jarma, Dei solius potentia cõfisus

Arma Dauid.

Deus absq; gladio saluat.

1.Mac.4.d

Psal.77.d

Caput Goliath, in Ierusalem delatum.

S. INITO *Dauidis cum Ionatha fœdere, Saul audita sui & Dauidis comparatione, Dauidem nisus est transfigere: Merob tamen filiam suam pollicitus, Michol mediãtibus centum Philisthinorum præputijs tradidit.* CAPVT XVIII.

ET factum est: cum complesset loqui ad Saul, anima Ionathæ conglutinata est animæ Dauid, & dilexit eum Ionathas quasi animam suam. Tulitque eum Saul in die illa,& non concessit ei vt reuerteretur in domum patris sui. Inierunt autem Dauid & Ionathas fœdus: diligebat enim eum quasi animam suã. Nam expoliauit se Ionathas tunica qua erat indutus, & dedit eam Dauid,

Dauid,& reliqua veſtimenta ſua vſq; ad gladiũ & arcum ſuũ,
& vſq; ad baltheũ. Egrediebatur quoq; Dauid ad omnia quę-
B cunq; miſiſſet eum Saul,& prudẽter ſe agebat:poſuitq; eum
Saul ſuper viros belli,& acceptus erat in oculis vniuerſi po-
puli,maximeq; in conſpectu famulorũ Saul. Porrò cũ reuer
teretur percuſſo Philiſthæo Dauid,egreſſæ ſunt mulieres de
vniuerſis vrbibus Iſrael,cantantes,choros q; ducentes in oc-
curſum Saul regis,in tympanis lætitiæ & in ſiſtris. Et præci-
Eccl.47.d nebant mulieres ludentes,atq; dicentes,Percuſsit Saul mille,
& Dauid decẽ millia. Iratus eſt autẽ Saul nimis,& diſplicuit
C in oculis eius ſermo iſte:dixitq;,Dederũt Dauid decem mil-
lia,& mihi mille dederunt:quid ei ſupereſt,niſi ſolũ regnum?
Nõ rectis ergo oculis Saul aſpiciebat Dauid à die illa & dein
ceps. Poſt diem autẽ alterã,inuaſit ſpiritus Dei malus Saul,
Inuadit ſpi-
ritus malus
Saulem.
& prophetabat in medio domus ſuæ: Dauid autem pſallebat
manu ſua,ſicut per ſingulos dies. Tenebatq; Saul lanceam,et
miſit eã,putãs quòd cõfigere poſſet Dauid cũ pariete:& de-
clinauit Dauid à facie eius ſecundò. Et timuit Saul Dauid: eo
quòd Dominus eſſet cum eo,& à ſe receſsiſſet. Amouit ergo
eum Saul à ſe,& fecit eum tribunũ ſuper mille viros:& egre
D diebatur,& ingrediebatur in conſpectu populi. In omnibus
quoq; vijs ſuis Dauid prudẽter agebat,& Dominus erat cum
eo. Vidit itaq; Saul quòd prudẽs eſſet nimis,& cœpit cauere
eũ. Omnis autẽ Iſrael & Iuda diligebat Dauid:ipſe autẽ egre
diebatur & ingrediebatur ante eos. Dixitq́ue Saul ad Dauid,
Ecce filia mea maior Merob,ipſam dabo tibi vxorem:tantũ-
modo eſto vir fortis,& præliare bella Domini. Saul autẽ re-
putabat,dicẽs,Non ſit manus mea in eũ,ſed ſit ſuper eũ ma-
nus Philiſthinorum. Ait autẽ Dauid ad Saul,Quis ego ſum,
aut quæ eſt vita mea,aut cognatio patris mei in Iſrael,vt fiam
E gener regis? Factũ eſt autẽ tempus cum deberet dari Merob
filia Saul Dauid,data eſt Hadrieli Molathitæ vxor. Dilexit
autẽ Michol filia Saul altera, Dauid. Et nuntiatũ eſt Saul,&
placuit ei. Dixitq; Saul, Dabo eã illi, vt fiat ei in ſcandalũ,&
ſit ſuper eũ manus Philiſthinorũ. Dixitq; Saul ad Dauid,In
duabus rebus gener meus eris hodie. Et mandauit Saul ſeruis
ſuis, Loquimini ad Dauid clam me,dicentes, Ecce places re-
gi,& omnes ſerui eius diligunt te. Nunc ergo eſto gener re-
F gis. Et locuti ſunt ſerui Saul in auribus Dauid omnia verba
hæc:& ait Dauid,Num parũ videtur vobis generũ eſſe regis?
ego autẽ ſumvir pauper & tenuis. Et renũtiauerũt ſerui Saul,
dicẽtes,Huiuſcemodi verba locutus eſt Dauid. Dixit autem
Saul,Sic loquimini ad Dauid,Nõ habet rex ſpõſalia neceſſe,
niſi tantũ centum præputia Philiſthinorũ,vt fiat vltio de ini-
micis regis. Porrò Saul cogitabat tradere Dauid in manus
Philiſthinorum. Cumq; renũtiaſſent ſerui eius Dauid verba
G quæ dixerat Saul,placuit ſermo in oculis Dauid,vt fieret ge-
ner regis. Et poſt paucos dies ſurgens Dauid, abijt cum viris
qui ſub eo erant. Et percuſsit ex Philiſthijm ducentos viros:
& attulit eorum pręputia,& annumerauit ea regi,vt eſſet ge-
ner eius. Dedit itaq; Saul ei Michol filiam ſuam vxorẽ. Et vi-
dit Saul,& intellexit quòd Dominus eſſet cum Dauid. Mi-
chol autẽ filia Saul,diligebat eum. Et Saul magis cœpit time-
re Dauid:factus q; eſt Saul inimicus Dauid, cunctis diebus.
Et egreſsi ſunt principes Philiſthinorum. à principio autem
egreſsionis eorũ,prudentius ſe gerebat Dauid,quàm omnes
ſerui Saul,& celebre factum eſt nomen eius nimis.

S. SAVL *Dauidem occidere iubens, uoce Ionathæ placatur: quem ta-
men reuocatũ, & coram eo citharizantem, malo agitatus ſpiritu,
iterum transfigere tentat. hunc autem apud Samuelem in Naioth
perſequutus, poſt ternos nuntios prophetantes, ſimiliter prophe-
tauit.* CAPVT XIX.

A EOcutus eſt autẽ Saul ad Ionathan filiũ ſuum,& ad omnes ſeruos ſuos,vt occiderent Dauid. Porrò Ionathas filius Saul,diligebat Dauid valde. Et indicauit Ionathas Dauid, dicens, Quærit Saul pater meus occidere te:quapropter obſerua te quæſo mane,
& manebis clàm,& abſcondêris. Ego autem egrediens,ſtabo
iuxta patrem meum in agro,vbicũq; fuerit:& ego loquar de
te ad patrem meum,& quodcunq; videro,nuntiabo tibi. Lo-
cutus eſt ergo Ionathas de Dauid bona,ad Saul patrẽ ſuum:
dixitq; ad eum,Ne peccet rex in ſeruũ ſuũ Dauid, quia non
peccauit tibi,& opera eius bona ſunt tibi valde, & poſuit ani
mam ſuã in manu ſua,& percuſsit Philiſthæum,& fecit Do-
B minus ſalutem magnam vniuerſo Iſraeli. vidiſti,& lętatus es.
Quare ergo peccas in ſanguine innoxio, interficiens Dauid,
qui eſt abſque culpa? Quod cum audiſſet Saul, placatus voce
Ionathæ,iurauit,Viuit Dominus,quia non occidetur. Vocauit itaque Ionathas Dauid, & indicauit ei omnia verba hæc:
& introduxit Ionathas Dauid ad Saul,& fuit ante eum, ſicut
erat heri & nudiuſtertius. Motum eſt autem rurſum bellum:
& egreſſus Dauid,pugnauit aduerſum Philiſthijm: percuſ-
ſitq; eos plaga magna,& fugerũt à facie eius. Et factus eſt ſpi
ritus Domini malus in Saul:ſedebat autẽ in domo ſua,& te-
nebat lanceam:porrò Dauid pſallebat manu ſua. Niſusq; eſt
Saul configere Dauid lancea in pariete: & declinauit Dauid
à facie Saul:lancea autem caſſo vulnere perlata eſt in pariе-
C tem,& Dauid fugit,& ſaluatus eſt nocte illa. Miſit ergo Saul
ſatellites ſuos in domum Dauid,vt cuſtodirent eũ,& interfi-
ceretur mane. Quod cum annuntiaſſet Dauid Michol vxor
ſua,dicens, Niſi ſaluaueris te nocte hac, cras moriêris:depo-
ſuit eum per feneſtram:porrò ille abijt & aufugit,atq; ſalua-
tus eſt. Tulit autem Michol ſtatuam,& poſuit eam ſuper le-
ctum,& pellem piloſam caprarũ poſuit ad caput eius,& ope
ruit eam veſtimentis. Miſit autem Saul apparitores qui rape-
rent Dauid:& reſponſum eſt quòd ęgrotaret. Rurſumq; mi-
ſit Saul nuntios vt viderent Dauid, dicens, Afferte eum ad
me in lecto, vt occidatur. Cumque veniſſent nuntij, inuen-
tum eſt ſimulachrum ſuper lectum,& pelles caprarum ad ca
put eius. Dixitq; Saul ad Michol, Quare ſic illuſiſti mihi,&
dimiſiſti inimicum meum,vt fugeret? Et reſpondit Michol
ad Saul, Quia ipſe locutus eſt mihi,Dimitte me, alioqui in-
terficiam te. Dauid autem fugiens ſaluatus eſt, & venit ad Sa-
muel in Ramátha,& nũtiauit ei omnia quæ fecerat ſibi Saul:
& abierunt ipſe & Samuel,& morati ſunt in Naioth. Nũtia-
tum eſt autem Sauli à dicentibus, Ecce Dauid in Naioth in
D Ramátha. Miſit ergo Saul lictores, vt raperent Dauid: qui
cum vidiſſent cuneum prophetarum vaticinantium, & Sa-
muelem ſtantem ſuper eos, factus eſt etiam ſpiritus Domini
in illis,& prophetare cœperunt etiam ipſi. Quod cum nun-
tiatum eſſet Sauli,miſit & alios nuntios:prophetauerunt au-
tem & illi. Et rurſum miſit Saul tertios nuntios: qui & ipſi
prophetauerunt. Abijt etiam ipſe in Ramátha,& venit vſque
ad ciſternam magnam quæ eſt in Socho, & interrogauit,&
dixit,In quo loco ſunt Samuel & Dauid? Dictumque eſt ei,
Ecce in Naioth ſunt in Ramátha. Et abijt in Naioth in Ra-
mátha:& factus eſt etiam ſuper eum ſpiritus Domini,& am-
bulabat ingrediens, & prophetabat vſq; dum veniret in Na-
ioth in Ramátha. Et expoliauit etiã ipſe ſe veſtimentis ſuis,
& prophetauit cum cæteris coram Samuele,& cecinit nudus
tota die illa & nocte. Vnde & exiuit prouerbium, Num &
Saul inter prophetas?

Michol ſer
uat Dauidẽ
per feneſtrã
eum demit-
tens.
Illudit pa-
tri.

Dauid fu-
git ad Sa-
muelem.

Saul pro-
phetat.

Prouerbiũ.
Supra 10.c

S. IONATHAS *poſt repetitum fœdus ad Dauidem, ipſum patri ſuo
reconciliare non poteſt: illum tamen è manibus eius trium ſagitta-
rum ſigno liberat.* CAPVT XX.

A EVgit autem Dauid de Naioth quæ eſt in Ramátha, veniens que locutus eſt coram Ionatha, Quid feci? quæ eſt iniquitas mea, & quod peccatum meum in patrem tuum, quia quærit animam meam? Qui dixit ei, Abſit, non moriêris: neque enim faciet pater meus quicquam grande vel paruum, niſi prius indicauerit mihi: hunc ergo celauit à me pater meus ſermonem tantummo

tantummodo? nequaquam erit istud. Et iurauit rursum Dauidi: & ille ait, Scit profectò pater tuus quia inueni gratiã in oculis tuis, & dicet, Nesciat hoc Ionathas, ne fortè tristetur. Quinimò viuit Dominus, & viuit anima tua, quia vno tantum (vt ita dicam) gradu, ego morsq; diuidimur. Et ait Ionathas ad Dauid, Quodcunq; dixerit mihi anima tua, faciam tibi. Dixit autem Dauid ad Ionathan, Ecce calendæ sunt: cras-
B tino, & ego ex more sedere soleo iuxta regem ad vescendũ: dimitte ergo me vt abscondar in agro vsque ad vesperam diei tertiæ. Si respiciens requisierit me pater tuus, respondebis ei, Rogauit me Dauid, vt iret celeriter in Bethléhem ciuitatem suam: quia victimæ solennes ibi sunt vniuersis contribulibus suis. Si dixerit, Bene: pax erit seruo tuo. si autem fuerit iratus, scito quia completa est malitia eius. Fac ergo misericordiam in seruũ tuum: quia fœdus Domini me famulũ tuum tecum inire fecisti. si autem est iniquitas aliqua in me, tu me interfice, & ad patrem tuum ne introducas me. Et ait Ionathas, Absit hoc à te: neq; enim fieri potest, vt si certe cognouero completam esse patris mei malitiam contra te, non annuntiẽ tibi. Respondítque Dauid ad Ionathan, Quis renuntiabit mihi, si quid fortè responderit tibi pater tuus dure? Et ait Ionathas
C ad Dauid, Veni, & egrediamur foras in agrũ. Cũq; exissent ambo in agrũ, ait Ionathas ad Dauid: Domine Deus Israel, si inuestigauero sententiam patris mei crastino vel perendie: & aliquid boni fuerit super Dauid, & non statim misero ad te, & notum tibi fecero, hæc faciat Dominus Ionathæ, & hæc augeat. Si autem perseuerauerit patris mei malitia aduersum te, reuelabo aurem tuam, & dimittã te, vt vadas in pace, & sit Dominus tecum, sicut fuit cum patre meo. Et si vixero, facies mihi misericordiam Domini: si verò mortuus fuero, non auferes misericordiam tuam à domo mea vsque in sempiternum, quando eradicauerit Dominus inimicos Dauid, vnumquenque de terra: auferat Ionathan de domo sua, & requirat Dominus de manu inimicorum Dauid. Pepigit ergo Ionathas fœdus cum domo Dauid: & requisiuit Dominus de manu inimicorum Dauid. Et addidit Ionathas deierare Dauid, eo quòd diligeret illum: sicut enim animã suam, ita diligebat
D eum. Dixitq; ad eum Ionathas, Cras calendæ sunt, & requirêris: requiretur enim sessio tua vsq; perendie. Descẽdes ergo festinus, & venies in locũ vbi celandus es in die quando operari licet, & sedebis iuxta lapidem cui nomẽ est Ezel. Et ego tres sagittas mittam iuxta eum, & iaciam quasi exercens me ad signum. Mittam quoque & puerũ, dicẽs ei, Vade, & affer mihi sagittas. Si dixero puero, Ecce sagittæ intra te sunt, tolle eas: tu veni ad me, quia pax tibi est, & nihil est mali, viuit Dominus. Si autem sic locutus fuero puero, Ecce sagittæ vltra te sunt: vade in pace, quia dimisit te Dominus. De verbo autem quod locuti sumus ego & tu, sit Dominus inter me &
Abscondi- te, vsq; in sempiternũ. Absconditus est ergo Dauid in agro,
tur Dauid. & venerunt calendæ, & sedit rex ad comedendum panem. Cũq; sedisset rex super cathedram suam secundũ consuetudinẽ, quæ erat iuxta parietem, surrexit Ionathas, & sedit Abner ex latere Saul, vacuus q; apparuit locus Dauid. Et non est
E locutus Saul quicquam in die illa: cogitabat enim quòd forte euenisset ei vt non esset mundus. nec purificatus. Cùmq; illuxisset dies secunda post calendas, rursus apparuit vacuus locus Dauid. Dixitq; Saul ad Ionathan filium suum, Cur non venit filius Isai, nec heri, nec hodie ad vescendum? Respon-
Ionathas excusat Dauidẽ apud Saulem. dit q; Ionathas Sauli, Rogauit me obnixè, vt iret in Bethléhem, & ait, Dimitte me quoniã sacrificium solenne est in ciuitate, vnus de fratribus meis accersiuit me: nunc ergo si inueni gratiam in oculis tuis, vadam citò, & videbo fratres meos. ob hanc causam nõ venit ad mensam regis. Iratus autem Saul aduersum Ionathan dixit ei, Fili mulieris virum vltrò rapientis, nunquid ignoro quia diligis filium Isai in confusionem tuam, & in confusionem ignominiosæ matris tuæ? Omnibus
F enim diebus quibus filius Isai vixerit super terrã, non stabiliêris tu, neq; regnum tuum. itaque iam nunc mitte, & adduc eum ad me: quia filius mortis est. Respondens autẽ Ionathas Sauli patri suo, ait, Quare morietur? quid fecit? Et arripuit Saul lanceam, vt percuteret eum. Et intellexit Ionathas quòd definitum esset à patre suo, vt interficeret Dauid. Surrexit ergo Ionathas à mensa in ira furoris, & non comedit in die calendarum secunda panẽ. Contristatus est enim super Dauid, eo quòd confudisset eum pater suus. Cumq; illuxisset mane, venit Ionathas in agrum iuxta placitũ Dauid, & puer paruulus cum eo. Et ait ad puerũ suum, Vade, & affer mihi sagittas
G quas ego iacio. Cumq; puer cucurrisset, iecit aliam sagittam trans puerũ. Venit itaq; puer ad locũ iaculi, quod miserat Ionathas: & clamauit Ionathas post tergũ pueri, & ait, Ecce ibi est sagitta porrò vltra te. Clamauitq; iterũ Ionathas post tergum pueri, dicens, Festina velociter, ne steteris. Collegit autem puer Ionathæ sagittas, & attulit ad Dominũ suũ: & quid ageretur, penitus ignorabat, tantummodo enim Ionathas & Dauid rem nouerant. Dedit ergo Ionathas arma sua puero, & di[illegible]it ei, Vade, & defer in ciuitatẽ. Cumq; abijsset puer, surrexit Dauid de loco qui vergebat ad austrum, & cadens pronus in terram, adorauit tertiò: & osculantes se alterutrum, fleuerũt pariter. Dauid autem amplius. Dixit ergo Ionathas ad Dauid, Vade in pace: quæcunq; iurauimus ambo in nomine Domini, dicentes, Dominus sit inter me & te, & inter semen tuum, & semen meum vsque in sempiternum. Et surrexit Dauid, & abijt: sed & Ionathas ingressus est ciuitatem.

S. DAVID in Nobe apud Achimelech profugus, præ nimia fame panes propositionis coram Doeg Idumæo comedit. Inde ab Achimelech gladium Goliath accipiens, apud Achis in Geth dementiam præ timore simulat. CAPVT XXI.

A VEnit autem Dauid in Nobe ad Achimélech sacerdotem: & obstupuit Achimélech, eo quòd veniisset Dauid. Et dixit ei, Quare tu solus, & nullus est tecum? Et ait Dauid ad Achimélech sacerdotẽ, Rex præcepit mihi sermonẽ, & dixit, Nemo sciat rem propter quam missus es à me, & cuiusmodi præcepta tibi dederim: nam & pueris meis cõdixi in illum & illum locum. Nunc ergo si quid habes ad manum vel quinq; panes, da mihi, aut quicquid inueneris. Et respondens sacerdos ad Dauid, ait illi, Non habeo laicos panes ad manum', sed tantũ panem Laicus pa-
B sanctũ: si mundi sunt pueri, maxime à mulieribus. Et respon- nis.
dit Dauid sacerdoti, & dixit ei, Equidem si de mulieribus agitur, continuimus nos ab heri & nudiustertius, quando egrediebamur, & fuerunt vasa puerorũ sancta. porrò via hęc, polluta est, sed & ipsa hodie sanctificabitur in vasis. Dedit ergo Dauid co-
ei sacerdos sanctificatum panem. neq; enim erat ibi panis, nisi medit pa-
tantum panes propositionis, qui sublati fuerant à facie Do- nes propo-
mini, vt ponerentur panes calidi. Erat autem ibi vir quidã de sitionis. ex-
seruis Saul, in die illa, intus in tabernaculo Domini: & nomẽ ponitur lo-
C eius Doeg Idumæus, potentissimus pastorũ Saul. Dixit au- cus iste à
tem Dauid ad Achimélec, Si habes hic ad manum hastã aut Christo.
gladiũ? da mihi, quia gladiũ meũ, & arma mea nõ tuli mecũ. Matt. 12.d
sermo enim regis vrgebat. Et dixit sacerdos, Ecce gladius Marc. 2.d
Goliath Philisthæi, quem percussisti in Valle terebinthi, est Lucæ 6.c
inuolutus pallio post ephod si istum vis tollere, tolle. neque enim hic est alius absq; eo. Et ait Dauid, Non est huic alter
D similis? da mihi eum. Surrexit itaq; Dauid, & fugit in die illa à facie Saul, & venit ad Achis regem Geth. Dixeruntq; serui Achis ad eum, Nunquid non iste est Dauid rex terræ? nónne huic cantabant per choros, dicentes, Percussit Saul mille, & Supra 18.d
Dauid decem millia? Posuit autem Dauid sermones istos in corde suo, & extimuit valde à facie Achis regis Geth. Et immutauit os suum coram eis, & collabebatur inter manus eorum: & impingebat in ostia portæ, defluebantq; saliuæ eius in barbam. Et ait Achis ad seruos suos, Vidistis hominẽ insanum: quare adduxistis eum ad me? An desunt nobis furiosi,

quòd

quòd introduxiſtis iſtum, vt fureret me præſente? Hiccine ingredietur domum meam.

S. DAVID plurimis ad ſe ſuſceptis ad regem Moab profectus eſt, unde Gad cõſilio in terram Iuda reuerſus eſt. Saul autẽ per Doeg Idumæum omnes ſacerdotes Nobe præter Abiathar qui ad Dauid confugit, interficere fecit.

CAPVT XXII.

A ABijt ergo Dauid inde,& fugit in ſpeluncã Odollam. Quod cũ audiſſent fratres eius,& omnis domus patris eius,deſcenderũt ad eũ illuc. Et cõuenerunt ad eũ omnes qui erant in anguſtia cõſtituti,& oppreſsi ære alieno,& amaro animo: & factus eſt eorũ princeps: fuerũtq; cũ eo quaſi quadringẽti viri. Et profectus eſt Dauid inde in Maſpha,quæ eſt Moab: & dixit ad regem Moab, Maneat oro pater meus & mater mea vobiſcũ, donec ſciam quid faciat mihi Deus. Et reliquit eos ante faciem regis Moab: manſeruntq; apud eum cunctis diebus quibus Dauid fuit in præſidio. Dixitq; Gad propheta ad Dauid, Noli manere in præſidio, proficiſcere,& vade in terrã Iuda. Et profectus eſt Dauid,& venit in ſaltũ Hareth. Et audiuit Saul quòd apparuiſſet Dauid,& viri qui erant cũ eo. Saul autem cũ maneret in Gabaa,& eſſet in nemore quod eſt in Rama, haſtam
B manu tenens, cunctiq; ſerui eius circũſtarent eũ, ait ad ſeruos ſuos qui aſsiſtebant ei, Audite me nunc filij Iemini: nunquid omnibus vobis dabit filius Iſai agros, & vineas, & vniuerſos vos faciet tribunos,& centuriones: quoniã cõiuraſtis omnes aduerſum me,& nõ eſt qui mihi renuntiet, maxime cum & filius meus fœdus inierit cũ filio Iſai? Non eſt qui vicẽ meam doleat ex vobis, nec qui annuntiet mihi: eo quòd ſuſcitauerit filius meus ſeruum meum aduerſum me, inſidiantem mihi vſq; hodie. Reſpondens autem Doeg Idumæus qui aſsiſtebat,& erat primus inter ſeruos Saul, Vidi, inquit, filium Iſai in Nobe apud Achimélech filium Achitob. Qui conſuluit pro eo Dominum,& cibaria dedit ei: ſed & gladium Goliath Philiſthæi dedit illi. Miſit ergo rex ad accerſendũ Achimélech ſacerdotem filium Achitob, & omnem domum patris eius ſacerdotum, qui erant in Nobe, qui vniuerſi venerunt ad
C regem. Et ait Saul, Audi fili Achitob. Qui reſpondit, Præſtò ſum Domine. Dixitq; ad eum Saul, Quare coniuraſtis aduerſum me tu & filius Iſai, & dediſti ei panes & gladium, & conſuluiſti pro eo Dominum, vt conſurgeret aduerſum me inſidiator vſq; hodie permanens? Reſpõdens q; Achimélech regi, ait, Et quis in omnibus ſeruis tuis, ſicut Dauid fidelis, & gener regis, & pergens ad imperium tuum, & glorioſus in domo tua? Num hodie cœpi pro eo cõſulere Dominũ? abſit hoc à me: ne ſuſpicetur rex aduerſus ſeruum ſuum rem huiuſcemodi, in vniuerſa domo patris mei. nõ enim ſciuit ſeruus
D tuus quicquam ſuper hoc negotio, vel modicum vel grande. Dixitq; rex, Morte morieris Achimélech, tu, & omnis domus patris tui. Et ait rex emiſſarijs, qui circunſtabant eum, Conuertimini, & interficite ſacerdotes Domini: nam manus eorum cum Dauid eſt: ſcientes quòd fugiſſet, & non indicauerunt mihi. Noluerunt autem ſerui regis extendere manus ſuas in ſacerdotes Domini. Et ait rex ad Doeg, Conuertere tu,& irrue in ſacerdotes. Conuerſusq; Doeg Idumæus, irruit in ſacerdotes,& trucidauit in die illa octogintaquinque viros veſtitos ephod lineo. Nobe autem ciuitatẽ ſacerdotum percuſsit in ore gladij, viros & mulieres,& paruulos, & lactẽtes, bouemq; & aſinum,& ouem in ore gladij. Euadẽs autẽ vnus filius Achimélech filij Achitob, cuius nomen erat Abiathar, fugit ad Dauid,& annuntiauit ei quòd occidiſſet Saul ſacerdotes Domini. Et ait Dauid ad Abiathar, Sciebam in die illa, quòd cum ibi eſſet Doeg Idumæus, proculdubio annuntiaret Sauli: ego ſum reus omnium animarum domus patris tui. Mane mecum, ne timeas: ſi quis quæſierit animam meã, quæret & animam tuam, mecumq; ſeruaberis.

Occidũtur ſacerdotes, quòd ſuſcepiſſent Dauidem.



S. CVM Dauid Ceilam à Philiſthæis liberaſſet, in deſertum Ziph profugus à Ziphæis proditur: fœdere autem cum Ionatha renouato Dauidem Saul perſequitur, donec ad Philiſthæos reuocatur.

CAPVT XXIII.

A ETannuntiauerunt Dauid, dicentes, Ecce Philiſthijm oppugnãt Ceilam,& diripiũt areas. Conſuluit ergo Dauid Dominũ, dicens, Num vadã, & percutiã Philiſthæos iſtos? Et ait Dominus ad Dauid, Vade, & percuties Philiſthæos, & Ceilam ſaluabis. Et dixerunt viri qui erant cũ Dauid, ad eum, Ecce nos hîc in Iudæa cõſiſtentes timemus: quantò magis ſi ierimus in Ceilã aduerſum agmina Philiſthinorũ? Rurſum ergo Dauid cõſuluit Dominũ. Qui reſpondens, ait ei, Surge,& vade in Ceilã: ego enim tradã Philiſthæos in manu tua. Abijt ergo Dauid, & viri eius in Ceilam,& pugnauit aduerſum Philiſthæos, & abegit iumenta eorũ,& percuſsit eos plaga magna: & ſaluauit Dauid habitatores Ceilæ. Porrò eo tẽpore, quo fugiebat Abiathar filius Achimélech ad Dauid in Ceilã, ephod ſecum habens deſcenderat. Nuntiatũ eſt autem Sauli quòd veniſſet
B Dauid in Ceilam: & ait Saul, Tradidit eum Dominus in manus meas, cõcluſusq; eſt introgreſſus vrbem in qua portæ & feræ ſunt. Et præcepit Saul omni populo vt ad pugnam deſcenderet in Ceilam,& obſideret Dauid & viros eius. Quod cum Dauid reſciſſet: quia præpararet ei Saul clàm malum, dixit ad Abiathar ſacerdotẽ, Applica ephod. Et ait Dauid, Domine Deus Iſrael, audiuit famam ſeruus tuus quòd diſponat Saul venire in Ceilam, vt euertat vrbem propter me. Si tradẽt me viri Ceilæ in manus eius? & ſi deſcendet Saul, ſicut audiuit ſeruus tuus? Domine Deus Iſrael indica ſeruo tuo. Et ait Dominus, Deſcendet. Dixitq; Dauid, Si tradent me viri Ceilæ, & viros qui ſunt mecum, in manus Saul? Et dixit Dominus, Tradent. Surrexit ergo Dauid & viri eius quaſi ſexcenti & egreſsi de Ceila, hucatq; illuc vagabantur incerti: nũtiatumq; eſt Sauli quòd fugiſſet Dauid de Ceila & ſaluatus eſſet: quam ob rem diſsimulauit exire. Morabatur autem Dauid in deſerto in locis firmiſsimis, manſitque in monte ſolitudinis Ziph, quærebat eum tamen Saul cunctis diebus: & nõ tradidit eum Dominus in manus eius. Et vidit Dauid quòd egreſsus eſſet
C Saul vt quæreret animam eius. Porrò Dauid erat in deſerto Ziph in ſyluam. Et ſurrexit Ionathas filius Saul,& abijt ad Dauid in ſyluam,& confortauit manus eius in Deo, dixitq; ei, Ne timeas: neq; enim inueniet te manus Saul patris mei: & tu regnabis ſuper Iſrael,& ego ero tibi ſecundus: ſed & Saul pater meus ſcit hoc. Percuſsit ergo vterq; fœdus coram Domino: manſitq; Dauid in ſylua, Ionathas autẽ reuerſus eſt in domũ ſuam. Aſcenderunt autem Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicẽtes, Nónne Dauid latitat apud nos in locis tutiſsimis ſyluæ, in colle Hachile, quæ eſt ad dexterã deſerti? Nunc ergo ſicut deſyderauit anima tua vt deſcenderes, deſcende: noſtrũ autem erit vt tradamus eum in manus regis. Dixitq; Saul, Benedicti vos

à Domino, quia doluistis vicē meā. Abite ergo oro, & diligentius præparate, & curiosius agite, & consyderate locū vbi
D sit pes eius, vel quis viderit eum ibi, recogitat enim de me, quòd callidè insidier ei. Consyderate, & videte omnia latibula eius, in quibus absconditur: & reuertimini ad me ad rem certā, vt vadam vobiscum. quòd si etiā in terram se obstruxerit, perscrutabor eum in cunctis millibus Iuda. At illi surgentes abierunt in Ziph ante Saul: Dauid autem & viri eius erant in deserto Maon, in campestribus ad dexteram Iesimon. Iuit ergo Saul & socij eius ad quærendū eum: & nuntiatū est Dauid, statimque descendit ad petram, & versabatur in deserto Maon. quod cū audisset Saul, persecutus est Dauid in deserto Maon. Et ibat Saul ad latus mōtis ex parte vna, Dauid autem & viri eius erant in latere montis ex parte altera: porrò Dauid desperabat se posse euadere à facie Saul: itaq; Saul, & viri eius in modum coronæ cingebant Dauid, & viros eius, vt caperent eos. Et nuntius venit ad Saul, dicens, Festina & veni, quoniam infuderunt se Philisthijm super terram. Reuersus est ergo Saul desistens persequi Dauid, & perrexit in occursum Philisthinorum. propter hoc vocauerunt locum illum Petram diuidentem.

S. DAVID in spelunca Engaddi latitans, oram chlamydis Saulis persequentis abscidit, unde à seruis Dauidis liberatus culpam agnoscit, & Dauidi medio iuramento reconciliatur.

CAPVT XXIIII.

A ASCendit ergo Dauid inde, & habitauit in locis tutissimis Engaddi. Cumq; reuersus esset Saul, postquam persecutus est Philisthæos, nuntiauerunt ei, dicentes, Ecce, Dauid in deserto est Engaddi. Assumens ergo Saul tria millia electorum virorum ex omni Israel, perrexit ad vestigandum Dauid & viros eius, etiam super abruptissimas petras, quæ solis ibicibus peruiæ sunt. Et venit ad caulas ouium, quæ se offerebant vianti, eratque ibi spelunca, quam ingressus est Saul, vt purgaret ventrem: porrò Dauid & viri eius in interiore parte speluncæ latebant. Et dixerunt serui Dauid ad eum, Ecce dies de qua locutus est Dominus ad te, Ego tradam tibi inimicum tuum, vt facias ei
B sicut placuerit in oculis tuis. Surrexit ergo Dauid, & præscidit oram chlamydis Saul silenter. Post hæc percussit cor suū Dauid, eo quòd abscidisset oram chlamydis Saul. Dixitq; ad viros suos, Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hanc rem Domino meo christo Domini, vt mittam manum meam in eum, quia christus Domini est. * Viuit Dominus, quia nisi Dominus percusserit eum, aut dies eius venerit vt moriatur, aut descendens in prælium perierit: propitius mihi sit Dominus vt non mittam manum meam in christum Domini. Et confregit Dauid viros suos sermonibus, & non permisit eos vt consurgerent in Saul: porrò Saul exurgens de spelunca, pergebat cœpto itinere. Surrexit autem Dauid post eum: & egressus de spelunca, clamauit post tergum Saul, dicens, Do-
C mine mi rex. Et respexit Saul post se: & inclinans se Dauid pronus in terram, adorauit, dixitq; ad Saul, Quare audis verba hominum loquentium? Dauid quærit malum aduersum te. Ecce hodie viderunt oculi tui quòd tradiderit te Dominus in manu mea in spelunca: & cogitaui vt occiderem te, sed pepercit tibi oculus meus: dixi enim, Non extendam manum meam in Dominum meum, quia christus Domini est. Quin potius pater mi, vide, & cognosce oram chlamydis tuæ in manu mea: quoniam cum præscinderem summitatem chlamydis tuæ, nolui extendere manum meam in te. animaduerte, & vide quoniam non est in manu mea malum, neque iniquitas, neque peccaui in te: tu autem insidiaris animæ meæ, vt auferas eam. Iudicet Dominus inter me & te, & vlciscatur me Dominus ex te: manus autem mea non sit in te. Sicut & in prouerbio antiquo dicitur, AB IMPIIS EGREDIETVR IMPIETAS: manus ergo mea non sit in te.
D Quem persequeris rex Israel? quem persequeris? canē mortuum persequeris, & pulicem vnum. Sit Dominus iudex, & Prouerbiū.
iudicet inter me & te: & videat, & iudicet causam meam, & eruat me de manu tua. Cum autem complesset Dauid loquēs sermōnes huiuscemodi ad Saul, dixit Saul, Nunquid vox hæc tua est fili mi Dauid? Et leuauit Saul vocem suam, & fleuit, dixitq; ad Dauid, Iustior tu es, quàm ego: tu enim tribuisti mihi bona, ego autem reddidi tibi mala. Et tu indicasti hodie quæ feceris mihi bona: quomodo tradiderit me Dominus in manum tuam, & non occideris me. Quis enim cum inuenerit inimicum suum, dimittet eum in via bona? Sed Dominus reddat tibi vicissitudinem hanc pro eo quod hodie operatus es in me. Et nunc quia scio quòd certissimè regnaturus sis, & habiturus in manu tua regnum Israel: iura mihi in Domino ne deleas semen meum post me, neque auferas nomen meum de domo patris mei. Et iurauit Dauid Sauli. Abijt ergo Saul in domum suam: & Dauid, & viri eius ascenderunt ad tutiora loca.

S. MORS Samuelis plangitur, Dauid mortem Nabal uictum neganti minatus, Abigail precibus placatur: quam simul & Achinoem, Michol alteri tradita, cepit in connubium.

CAPVT XXV.

A MOrtuus est autem Samuel, & cōgregatus est vniuersus Israel, & planxerunt eum, & sepelierunt eum in domo sua in Ramatha. Consurgens q; Dauid descendit in desertum Pharan. Erat autem vir quispiam in solitudine Maon, & possessio eius in Carmelo, & homo ille magnus nimis: erantque ei oues tria millia, & mille capræ: & accidit vt tonderetur grex eius in Carmelo. Nomen autem viri illius erat Nabal: & nomen vxoris eius, Abigail. eratq; mulier illa prudentissima & speciosa: porrò vir eius, durus, & pessimus, & malitiosus: erat autem de genere Caleb. Cum autem audisset Dauid in deserto, quòd tonderet Nabal gregem suum, misit decem iuuenes, & dixit eis, Ascendite in Carmelum, & venietis ad Nabal, & salutabitis eū ex nomine meo pacificè. Et sic dicetis, Sit fratribus meis, & tibi pax, & domui tuæ pax, & omnibus quæcunq; habes, sit pax. Audiui quòd tonderent pastores tui qui erant nobiscum in deserto: nunquam eis molesti fuimus, nec aliquando defuit quicquam eis de grege omni tempore quo fuerunt nobiscum in Carmelo. Interroga pueros tuos, & indicabunt
B tibi. Nunc ergo inueniant pueri tui gratiam in oculis tuis: in die enim bona venimus. quodcunq; inuenerit manus tua, da seruis tuis, & filio tuo Dauid. Cumq; veniissent pueri Dauid, locuti sunt ad Nabal omnia verba hæc ex nomine Dauid: & siluerunt. Respondens autem Nabal pueris Dauid, ait, Quis est Dauid? & quis est filius Isai? hodie increuerunt serui qui fugiunt Dominos suos. Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum quæ occidi tonsoribus meis, & dabo viris quos nescio vnde sint? Regressi sunt itaq; pueri Dauid per viam suam, & reuersi venerunt, & annuntiauerunt ei
C omnia verba quæ dixerat Nabal. Tunc ait Dauid pueris suis, Accingatur vnusquisque gladio suo. Et accincti sunt singuli gladijs suis, accinctus q; est & Dauid ense suo: & secuti sunt Dauid quasi quadringenti viri, porrò ducenti remanserunt ad sarcinas. Abigáil autē vxori Nabal nuntiauit vnus de pueris suis, dicens, Ecce Dauid misit nuntios de deserto, vt benedicerent Domino nostro, & auersatus est eos. homines isti, boni satis fuerunt nobis, & non molesti: nec quicquam aliquando perijt omni tempore quo fuimus conuersati cum eis in deserto. pro muro erant nobis tam in nocte quàm in die, omnibus diebus quibus pauimus apud eos greges. Quam ob rem consydera, & recogita quid facias: quoniam completa est malitia aduersum virum tuum, & aduersum domum tuam, & ipse est filius belial, ita vt nemo possit ei loqui. Festinauit

Dauid misericors est Sauli inimico, præscindens oram vestimenti illius.

Vindictam Deo reseruat Dauid.

ſtinauit igitur Abigáil,& tulit ducentos panes, & duos vtres vini,& quinq; arietes coctos,& quinq; ſata polentæ, & centum ligaturas vuæ paſſæ,& ducẽtas maſſas caricarum, & impoſuit ſuper aſinos, dixitq; pueris ſuis, Præcedite me, & ecce,ego poſt tergum ſequar vos. viro autem ſuo Nabal non indicauit. Cum ergo aſcendiſſet aſinum,& deſcenderet ad radicem montis, Dauid & viri eius deſcendebant in occurſum eius: quibus & illa occurrit. Et ait Dauid, Verè fruſtra ſeruaui omnia quæ huius erant in deſerto,& non perijt quicquam de cunctis quæ ad eum pertinebãt: & reddidit mihi malum pro bono. Hæc faciat Deus inimicis Dauid, & hæc addat, Si reliquero de omnibus quæ ad ipſum pertinent vſq; mane mingentem ad parietem. Cum autem vidiſſet Abigáil Dauid, feſtinauit,& deſcendit de aſino,& prócidit coram Dauid ſuper faciem ſuam,& adorauit ſuper terrã,& cecidit ad pedes eius, & dixit, In me ſit Domine mi hæc iniquitas: loquatur obſecro ancilla tua in auribus tuis,& audi verba famulæ tuæ. Ne ponat oro Dominus meus rex cor ſuum ſuper virum iſtum iniquum Nabal: quia ſecundum nomen ſuum ſtultus eſt, & ſtultitia eſt cum eo: ego autem ancilla tua non vidi pueros tuos Domine mi, quos miſiſti. Nunc ergo Domine mi viuit Dominus,& viuit anima tua, qui prohibuit te ne venires in ſanguinem, & ſaluauit manum tuam tibi: & nunc fiant ſicut Nabal inimici tui,& qui quærunt Domino meo malũ. Quapropter ſuſcipe benedictionem hanc, quam attulit ancilla tua tibi domino meo: & da pueris qui ſequuntur te dominum meum. Aufer iniquitatem famulæ tuæ: faciens enim faciet Dominus tibi domino meo domum fidelem, quia prælia Domini domine mi tu præliaris: malitia ergo non inueniatur in te omnibus diebus vitæ tuæ. Si enim ſurrexerit aliquando homo perſequens te & quærens animam tuam, erit anima domini mei cuſtodita quaſi in faſciculo viuentium apud Dominum Deum tuum: porrò inimicorum tuorum anima rotabitur, quaſi in impetu,& circulo fundæ. Cum ergo fecerit Dominus tibi domino meo omnia hæc quæ locutus eſt bona de te,& conſtituerit te ducem ſuper Iſrael, nõ erit tibi hoc in ſingultum,& in ſcrupulũ cordis domino meo, quòd effuderis ſanguinem innoxium, aut ipſe te vltus fueris: & cum benefecerit Dominus domino meo, recordaberis ancillæ tuæ. Et ait Dauid ad Abigáil, Benedictus Dominus Deus Iſrael, qui miſit te hodie in occurſum meum, & benedictum eloquium tuum,& benedicta tu, quæ prohibuiſti me hodie, ne irem ad ſanguinem,& vlciſcerer me manu mea. Alioquin viuit Dominus Deus Iſrael qui prohibuit me ne malum facerem tibi: niſi cito veniſſes in occurſum mihi, non remanſiſſet Nabal vſque ad lucem matutinam mingens ad parietem. Suſcepit ergo Dauid de manu eius omnia quæ attulerat ei, dixitq; ei, Vade pacifice in domum tuam: ecce audiui vocem tuam,& honoraui faciem tuam. Venit autem Abigáil ad Nabal: & ecce erat ei conuiuium in domo eius quaſi conuiuium regis,& cor Nabal iucundum, erat enim ebrius nimis: & non indicauit ei verbum puſillum aut grande vſq; mane. Diluculo autem cum digeſſiſſet vinum Nabal, indicauit ei vxor ſua verba hæc,& emortuum eſt cor eius intrinſecus,& factus eſt quaſi lapis. Cumq; pertranſiſſent decem dies, percuſſit Dominus Nabal,& mortuus eſt. Quod cũ audiſſet Dauid mortuum Nabal, ait, Benedictus Dominus qui iudicauit cauſam opprobrij mei de manu Nabal,& ſeruum ſuum cuſtodiuit à malo, & malitiam Nabal reddidit Dominus in caput eius. Miſit ergo Dauid,& locutus eſt ad Abigáil, vt ſumeret eam ſibi in vxorem. Et venerunt pueri Dauid ad Abigáil in Carmelum, & locuti ſunt ad eam, dicentes, Dauid miſit nos ad te, vt accipiat te ſibi in vxorem. Quæ conſurgens adorauit prona in terram, & ait, Ecce famula tua ſit in ancillam, vt lauet pedes ſeruorum Domini mei. Et feſtinauit, & ſurrexit Abigáil,& aſcendit ſuper aſinum, & quinq; puellæ ierunt cum ea, pediſequæ eius,& ſecuta eſt nuntios Dauid: & facta eſt illi vxor. Sed & Achinoam accepit Dauid de Iezrahel: & fuit vtraq; vxor eius. Saul autem dedit Michol filiã ſuam vxorem Dauid, Phalti, filio Lais, qui erat de Gallim.

Humanus Dauidis affectus.

Peccatũ viri transfert in ſe Abigail.

Dauid ducit Abigáil in vxorem.

Michol vxor Dauid, datur Phalti.

S. DAVID à Ziphæis apud Samuelem proditus, haſtam & ſcyphum dormienti Sauli abſtulit, quod Saul agnoſcens, culpam fatetur, ueniamq; precatur.

CAPVT XXVI.

A ET venerunt Ziphæi ad Saul in Gabaa, dicentes, Ecce, Dauid abſcõditus eſt in colle Hachila, quæ eſt ex aduerſo ſolitudinis. Et ſurrexit Saul,& deſcendit in deſertum Ziph, & cum eo tria millia virorũ de electis Iſrael, vt quæreret Dauid in deſerto Ziph. Et caſtrametatus eſt Saul in Gabaa Hachila, quæ erat ex aduerſo ſolitudinis in via: Dauid autem habitabat in deſerto. Videns autem quòd veniſſet Saul poſt ſe in deſertum, miſit exploratores,& didicit quòd veniſſet certiſsime. Et ſurrexit Dauid,& venit ad locum vbi erat Saul: cumq; vidiſſet locum in quo dormiebat Saul,& Abner filius Ner princeps militiæ eius,& Saulem dormientem in tentorio,& reliquum vulgus per circuitum eius, ait Dauid ad Achimélech Hethæum,& Abiſai filium Saruiæ, fratrem Ioab, dicens, Quis deſcendet mecum ad Saul in caſtra? Dixitq; Abiſai, Ego deſcendam tecum. Venerunt ergo Dauid & Abiſai ad populum nocte,& inuenerunt Saul iacentem & dormientem in tentorio, & haſtam fixam in terra ad caput eius: Abner autem & populum
B dormientes in circuitu eius. Dixitq; Abiſai ad Dauid, Concluſit Deus inimicum tuum hodie in manus tuas: nunc ergo perfodiam eum lancea in terra ſemel, & ſecundo opus non erit. Et dixit Dauid ad Abiſai, Ne interficias eum: quis enim extendet manũ ſuam in chriſtum Domini, & innocens erit? Et dixit Dauid, Viuit Dominus, quia niſi Dominus percuſſerit eum, aut dies eius venerit vt moriatur, aut in præliũ deſcendens perierit, propitius ſit mihi Dominus, ne extendam manum meam in chriſtum Domini. nunc igitur tolle haſtam quæ eſt ad caput eius,& ſcyphum aquæ, & abeamus. Tulit igitur Dauid haſtam,& ſcyphũ aquæ, qui erat ad caput Saul, & abierunt: & non erat quiſquam qui videret,& intelligeret, & euigilaret, ſed omnes dormiebant, quia ſopor Domini irruerat ſuper eos. Cumq; tranſiſſet Dauid ex aduerſo,& ſtetiſſet in vertice montis de longe, & eſſet grande interuallum
C inter eos, clamauit Dauid ad populum, & ad Abner filium Ner, dicens, Nónne reſpondebis Abner? Et reſpondens Abner, ait, Quis es tu qui clamas,& inquietas regem? Et ait Dauid ad Abner, Nunquid non vir tu es? & quis alius ſimilis tui in Iſrael? quare ergo non cuſtodiſti dominum tuum regem? ingreſſus eſt enim vnus de turba vt interficeret regem dominum tuum. Non eſt bonum hoc quod feciſti: viuit Dominus quoniam filij mortis eſtis vos, qui non cuſtodiſtis dominum veſtrum chriſtum Domini. nunc ergo vide vbi ſit haſta regis,& vbi ſit ſcyphus aquæ, qui erat ad caput eius. Cognouit autem Saul vocem Dauid,& dixit, Nunquid vox hæc tua fili mi Dauid? Et ait Dauid, Vox mea Domine mi rex. Et ait, Quam ob cauſam Dominus meus perſequitur ſeruum ſuum? Quid feci? aut quod eſt malum in manu mea? Nunc ergo audi oro domine mi rex verba ſerui tui, Si Dominus incitat te aduerſum me, odoretur ſacrificium: ſi autem filij hominum: maledicti ſunt in conſpectu Domini, quia eiecerũt me hodie, vt non habitem in hæreditate Domini, dicentes, Va-
D de, ſerui dijs alienis. Et nunc non effundatur ſanguis meus in terra coram Domino: quia egreſſus eſt rex Iſrael vt quærat pulicem vnum, ſicut perſequitur perdix in montibus. Et ait Saul, Peccaui, reuertere fili mi Dauid: nequaquam enim vltrà tibi malefaciam, eo quòd pretioſa fuerit anima mea in oculis tuis hodie: apparet enim quòd ſtultè egerim,& ignorauerim multa nimis. Et reſpondens Dauid, ait, Ecce haſta regis: trãſeat vnus de pueris regis, & tollat eam: Dominus autem re-

Agnoſcit Saul peccatũ,& miſericordiã à Dauide ſibi factam.

tribuet vnicuiq; ſecundũ iuſtitiam ſuã & fidem: tradidit enim te Dominus hodie in manum meam, & nolui extendere manum meam in chriſtum Domini. Et ſicut magnificata eſt anima tua hodie in oculis meis, ſic magnificetur anima mea in oculis Domini, & liberet me de omni anguſtia. Ait ergo Saul ad Dauid, Benedictus tu fili mi Dauid: & quidem faciens facies, & potens poteris. Abijt autem Dauid in viam ſuam, & Saul reuerſus eſt in locum ſuum.

S. DAVID apud Achis profugus, urbem Siceleg ab eo obtinuit in hæreditatem regum Iuda, unde plurimas quotidie prædas exercebat.

CAPVT XXVII.

A ET ait Dauid in corde ſuo, Aliquando incidam vna die in manus Saul: nónne melius eſt vt fugiam, & ſaluer in terra Philiſthinorum, & deſperet Saul, ceſſetque me quærere in cunctis finibus Iſrael? fugiam ergo manus eius. Et ſurrexit Dauid, & abijt ipſe, & ſexcenti viri cum eo, ad Achis filium Maoch regem Geth. Et habitauit Dauid cum Achis in Geth, ipſe & viri eius, vir & domus eius, Dauid & duæ vxores eius, Achinoam Iezrahelitis, & Abigáil vxor Nabal Carmeli. Et nuntiatum
B eſt Saul quòd fugiſſet Dauid in Geth, & non addidit vltrà quærere eum. Dixit autem Dauid ad Achis, Si inueni gratiam in oculis tuis, detur mihi locus in vna vrbium regionis huius, vt habitem ibi: cur enim manet ſeruus tuus in ciuitate regis tecum? Dedit itaque ei Achis in die illa Siceleg: propter quam cauſam facta eſt Siceleg regum Iuda, vſq; in diem hanc. Fuit autem numerus dierum quibus habitauit Danid in regione Philiſthinorum, quatuor menſium. Et a-
C ſcendit Dauid, & viri eius, & agebant prædas de Geſſuri, & de Gerzi, & de Amalecitis: hi enim pagi habitabantur in terra antiquitus, euntibus Sur vſque ad terram Aegypti. Et percutiebat Dauid omnem terram, nec relinquebat viuentem virum & mulierem: tollensq; oues, & boues, & aſinos, & camelos, & veſtes, reuertebatur, & veniebat ad Achis. Dicebat autem ei Achis, In quem irruiſti hodie? Reſpondebat
D Dauid, Contra meridiem Iudæ, & contra meridiem Ierameel, & contra meridiem Ceni. Virum & mulierem non viuificabat Dauid, nec adducebat in Geth, dicens, Ne fortè loquantur aduerſum nos. Hæc fecit Dauid: & hoc erat decretum illi omnibus diebus quibus habitauit in regione Philiſthinorum. Credidit ergo Achis Dauid, dicens, Multa mala operatus eſt contra populum ſuum Iſrael: erit igitur mihi ſeruus ſempiternus.

Dauid agit innumeras prædas.

S. PHILISTHAEI contra Saul armantur, Dauid fidem Achis pollicetur: Saul occiſis Magis, Pythoniſſam iubet Samuelem ſuſcitare, à quo ſuam ſuorumq; craſtinam mortem didicit.

CAPVT XXVIII.

A FActum eſt autem in diebus illis, congregauerũt Philiſthijm agmina ſua, vt præpararẽtur ad bellum contra Iſrael: dixitque Achis ad Dauid, Sciens nunc ſcito quoniam mecum egredieris in caſtris tu & viri tui. Dixitq; Dauid ad Achis, Nunc ſcies quæ facturus eſt ſeruus tuus. Et ait Achis ad Dauid, Et ego cuſto-
Supra 25 a dem capitis mei ponam te cunctis diebus. Samuel autẽ mortuus eſt, planxitq; eum omnis Iſrael, & ſepelierunt eum in
Saul aufert magos & hariolos. Ramátha vrbe ſua. Et Saul abſtulit magos & hariolos de terra. Congregatiq; ſunt Philiſthijm, & venerunt, & caſtrametati ſunt in Sunam: congregauit autem & Saul vniuerſum Iſrael, & venit in Gelbóe. Et vidit Saul caſtra Philiſthijm, & timuit, & expauit cor eius nimis. Conſuluitq; Dominum, & non reſpondit ei, neq; per ſomnia, neq; per ſacerdotes, neq; per prophetas. Dixitq; Saul ſeruis ſuis, Quærite mihi mulie-
B rem habẽtem pythonem, & vadam ad eam, & ſciſcitabor per illam. Et dixerunt ſerui eius ad eum, Eſt mulier pythonem habens, in Endor. Mutauit ergo habitum ſuum, veſtitusque eſt alijs veſtimentis, & abijt ipſe, & duo viri cum eo, veneruntq; ad mulierem nocte, & ait illi, Diuina mihi in pythone, & ſuſcita mihi quem dixero tibi. Et ait mulier ad eum, Ecce tu noſti quanta fecerit Saul, & quomodo eraſerit magos, & hariolos de terra: quare ergo inſidiaris animæ meæ, vt occidar? Et iurauit ei Saul in Domino, dicens, Viuit Dominus, quia non eueniet tibi quicquam mali propter hanc rem. Dixitq; ei mulier, Quem ſuſcitabo tibi? Qui ait, Samuelem mihi ſuſcita. Cum autem vidiſſet mulier Samuelem, exclamauit voce magna, & dixit ad Saul, Quare impoſuiſti mihi? tu
C es enim Saul. Dixitq; ei rex, Noli timere: quid vidiſti? Et ait mulier ad Saul, Deos vidi aſcendentes de terra. Dixitque ei, Qualis eſt forma eius? Quæ ait, Vir ſenex aſcendit, & ipſe amictus eſt pallio. Et intellexit Saul quòd Samuel eſſet, & inclinauit ſe ſuper faciem ſuam in terra, & adorauit. Dixit autem Samuel ad Saul, Quare inquietaſti me, vt ſuſcitarer? Et *Eccle. 46 d* ait Saul, Coartor nimis: ſi quidem Philiſthijm pugnant aduerſum me, & Deus receſſit à me, & exaudire me noluit, neque in manu prophetarum, neq; per ſomnia? vocaui ergo te, vt oſtenderes mihi quid faciam. Et ait Samuel, Quid interrogas me, cum Dominus receſſerit à te, & tranſierit ad æmulũ tuum? Faciet enim tibi Dominus ſicut locutus eſt in manu mea, & ſcindet regnũ tuum de manu tua, & dabit illud pro- *Supra 15 f* ximo tuo Dauid: quia non obediſti voci Domini, neq; feciſti iram furoris eius in Amalec. idcirco quod pateris, fecit tibi Dominus hodie. Et dabit Dominus etiam Iſrael tecũ in manus Philiſthijm: cras autem tu & filij tui mecum eritis: ſed &
D caſtra Iſrael tradet Dominus in manus Philiſthijm. Statimq; Saul cecidit porrectus in terram: extimuerat enim valde verba Samuelis, & robur non erat in eo, quia non comederat panem tota die illa. Ingreſſa eſt itaq; mulier illa ad Saul, & vidit (conturbatus enim erat valde) dixitq; ad eum, Ecce obediuit ancilla tua voci tuæ, & poſui animam meam in manu mea: & audiui ſermones tuos quos locutus es ad me. Nunc igitur audi & tu vocem ancillæ tuæ, & ponã coram te buccellam panis, vt comedens conualeſcas, & poſsis iter agere. Qui renuit, & ait, Non comedam. Coegerũt autem eum ſerui ſui & mulier, & tandem audita voce eorum ſurrexit de terra, & ſedit ſuper lectum. Mulier autem illa habebat vitulum paſcualem in domo, & feſtinauit, & occidit eum: tollensq; farinam, miſcuit eam, & coxit azyma, & poſuit ante Saul, & ante ſeruos eius. Qui cum comediſſent, ſurrexerunt & ambulauerũt per totam noctem illam.

S. DAVID cum Philiſthæis aduerſus Iſrael proficiſcens, remittitur, quia timebant ſibi ab illo.

CAPVT XIX.

A COngregata ſunt ergo Philiſthijm vniuerſa agmina in Aphec: ſed & Iſrael caſtrametatus eſt ſuper fontem, qui erat in Iezrael. Et ſatrapæ quidem Philiſthijm incedebant in centurijs & millibus: Dauid autem, & viri eius erant in nouiſsimo agmine cum Achis. Dixeruntq; principes Philiſthijm, Quid ſibi volunt Hebræi iſti? Et ait Achis ad principes Philiſthijm, Nũquid ignoratis Dauid, qui fuit ſeruus Saul regis Iſrael, & eſt apud me multis diebus vel annis? & non inueni in eo quicquam, ex die qua tranſfugit ad me, vſque ad diem hanc. Irati *1. Paral. 12* ſunt autem aduerſus eum principes Philiſthijm, & dixerunt ei, Reuertatur vir, & ſedeat in loco ſuo, in quo conſtituiſti eum: & non deſcendat nobiſcum in prælium, ne fiat nobis aduerſarius, cum præliari cœperimus: quomodo enim aliter poterit placare Dominum ſuum, niſi in capitibus noſtris? Nónne iſte eſt Dauid cui cantabant in choris, dicentes, *Supra 18 b* Percuſſit Saul in millibus ſuis, & Dauid in decem millibus ſuis? Vocauit ergo Achis Dauid, & ait ei, Viuit Dominus, quia rectus es tu, & bonus in conſpectu meo, & exitus tuus;

& introitus

C & introitus tuus mecũ eſt in caſtris:& non inueni in te quic-
quam mali ex die qua veniſti ad me, vſque in diem hanc, ſed
ſatrapis non places. Reuertere ergo, & vade in pace, & non
offendes oculos ſatraparum Philiſthijm. Dixitq; Dauid ad
Achis, Quid enim feci, & quid inueniſti in me ſeruo tuo à
die qua fui in conſpectu tuo vſque in diem hanc, vt non ve-
niam,& pugnem cõtra inimicos Domini mei regis?Reſpon-
D dens autem Achis, locutus eſt ad Dauid, Scio quia bonus es
tu in oculis meis, ſicut angelus Dei, ſed principes Philiſthi-
norum dixerunt,Non aſcendet nobiſcum in prælium.Igitur
conſurge mane, tu & ſerui domini tui,qui venerunt tecum:
& cum de nocte ſurrexeritis,& cœperit diluceſcere,pergite.
Surrexit itaq; de nocte Dauid ipſe & viri eius, vt proficiſce-
rentur mane, & reuterentur ad terram Philiſthijm: Phili-
ſthijm autem aſcenderunt in Iezrahel.

S. ABSENTE Dauid Amalecitæ Siceleg incenderunt prædamq; tulerunt: quos Dauid perſequens occidit,prædamq; repetit, quam ſingulis ſocijs ex æquo diuiſit.

CAPVT XXX.

A VMq; veniſſent Dauid,& viri eius in Siceleg
die tertia,Amalecitæ impetũ fecerant ex par-
te auſtrali in Siceleg,& percuſſerant Siceleg,
& ſuccenderãt eam igni.Et captiuas duxerant
mulieres ex ea,à minimo vſq; ad magnum: &
non interfecerant quenquam,ſed ſecũ duxerant,& pergebãt
itinere ſuo. Cũ ergo veniſſet Dauid & viri eius ad ciuitatem,
& inueniſſent eam ſuccenſam igni, & vxores ſuas, & filios
ſuos,& filias ductas eſſe captiuas,leuauerunt Dauid & popu
lus qui erat cũ eo,voces ſuas,& planxerunt donec deficerent
in eis lachrymæ.Siquidem & duæ vxores Dauid captiuæ du
ctæ fuerant,Achinoam Iezrahelitis,& Abigáil vxor Nabal
B Carmeli.Et contriſtatus eſt Dauid valde: volebat enim eum
populus lapidare,quia amara erat anima vniuſcuiuſq; viri ſu-
per filijs ſuis,& filiabus:confortatus eſt autem Dauid in Do-
mino Deo ſuo.Et ait ad Abiathar ſacerdotem filiũ Achimé-
lech,Applica ad me ephod.Et applicauit Abiathar ephod ad
Dauid,& conſuluit Dauid Dominum,dicens, Perſequar la-
trunculos hos,& comprehendam eos,an non?Dixitq; ei Do
minus,Perſequere:abſq; dubio enim comprehendes eos, &
excuties prædam.Abijt ergo Dauid ipſe & ſexcenti viri qui
erant cum eo,& venerunt vſque ad torrentem Beſor: & laſſi
C quidam ſubſtiterunt. Perſecutus eſt autẽ Dauid ipſe & qua-
dringenti viri cũ eo:ſubſtiterant enim ducẽti, qui laſſi tranſi-
re nõ poterant torrentẽ Beſor. Et inuenerunt virum Aegy-
ptium in agro,& adduxerunt eum ad Dauid: dederuntq; ei
panem vt comederet,& biberet aquam, ſed & fragmẽ maſſæ
caricarum,& duas ligaturas vuæ paſſæ. Quæ cum comediſ-
ſet,reuerſus eſt ſpiritus eius,& refocillatus eſt:non enim co-
mederat panem,neq; biberat aquam tribus diebus & tribus
noctibus.Dixit itaq; ei Dauid,Cuius es tu?vel vnde? & quò
D pergis? Qui ait, Puer Aegyptius ego ſum,ſeruus viri Ama-
lecitæ: dereliquit autem me dominus meus, quia ægrotare
cœpi nudiuſtertius.Si quidẽ nos erupimus ad auſtralem pla-
gam Cerethi, & contra Iudam, & ad meridiem Caleb,& Si-
celeg ſuccendimus igni.Dixitq; ei Dauid, Potes me ducere
ad cuneum iſtum? Qui ait, Iura mihi per Deum,quòd non
occidas me, & non tradas me in manus domini mei, & ego
ducam te ad cuneũ iſtum. Qui cum duxiſſet eũ, ecce illi diſ-
cumbebant ſuper faciem vniuerſæ terræ comedentes & bi-
bentes,& quaſi feſtum celebrantes diem, pro cuncta præda,
& ſpolijs quæ ceperãt de terra Philiſthijm, & de terra Iuda.
E Et percuſſit eos Dauid à veſpere vſq; ad veſperam alterius
diei,& non euaſit ex eis quiſquam,niſi quadringenti viri ado
leſcentes, qui aſcenderant camelos,& fugerãt. Eruit ergo Da
uid omnia quæ tulerãt Amalecitæ, & duas vxores ſuas eruit.
Nec defuit quicquam à paruo vſq; ad magnum, tam de filijs
quàm de filiabus,& de ſpolijs:& quæcunq; rapuerãt, omnia
reduxit Dauid. Et tulit vniuerſos greges & armenta,& mi-
nauit ante faciem ſuam: dixeruntq;, Hæc eſt præda Dauid.
Venit autem Dauid ad ducentos viros,qui laſſi ſubſtiterant,
nec ſequi poterant Dauid,& reſidere eos iuſſerat in torrente
F Beſor:qui egreſſi ſunt obuiã Dauid,& populo qui erat cum
eo.Accedens autem Dauid ad populum,ſalutauit eos pacifi-
ce.Reſpondensq; omnis vir peſsimus,& iniquus de viris qui
ierant cum Dauid,dixit,Quia non venerunt nobiſcum, non
dabimus eis quicquam de præda quam eruimus:ſed ſufficiat
vnicuiq; vxor ſua & filij,quos cum acceperint,recedant. Di-
xit autem Dauid, Non ſic facietis fratres mei de his quæ tra-
didit nobis Dominus,& cuſtodiuit nos,& dedit latrunculos
qui eruperant aduerſum nos,in manus noſtras,nec audiet vos
G quiſquam ſuper ſermone hoc. æqua enim pars erit deſcen-
dentis ad prælium,& remanentis ad ſarcinas, & ſimiliter di-
uident.Et factum eſt hoc ex die illa,& deinceps conſtitutum
& præfinitum,& quaſi lex in Iſrael vſq; in diem hanc. Venit
ergo Dauid in Siceleg,& miſit dona de præda ſenioribus Iu-
da proximis ſuis,dicens, Accipite benedictionem de præda
hoſtium Domini:His qui erant in Bethel,& qui in Ramoth
ad meridiem,& qui in Gether,& qui in Aroer,& qui in Se-
phamoth,& qui in Eſthamo,& qui in Rachal, & qui in vr-
bibus Ierameel,& qui in vrbibus Ceni,& qui in Harama,& qui in lacu Aſan,& qui in Athach,& qui in Hebron: & reli-
quis qui erant in his locis in quibus commoratus fuerat Da-
uid ipſe & viri eius.

S. CAESO Saule & ſuis,truncato capite corpus in muro Bethſan ſuſpenditur,armaq; eius in templo Aſtaroth: uiri autem Iabes corpus eius depoſuerunt,ac iuxta Iabes ſepelierunt.

CAPVT XXXI.

A PHiliſthijm autem pugnabant aduerſum Iſrael:&
fugerunt viri Iſrael ante faciem Philiſthijm,&
ceciderunt interfecti in monte Gelbóe. Irrue-
runtque Philiſthijm in Saul & in filios eius, &
percuſſerũt Ionathan & Abinadab & Melchiſua filios Saul,
totumq; pondus prælij verſum eſt in Saul: & conſecuti ſunt
eum viri ſagittarij.& vulneratus eſt vehementer à ſagittarijs.
Dixitq; Saul ad armigerum ſuum, Euagina gladium tuum,
B & percute me: ne fortè veniant incircunciſi iſti, & interficiãt
me illudentes mihi. Et noluit armiger eius:fuerat enim nimio
terrore perterritus.arripuit itaq; Saul gladium ſuum,& irruit
ſuper eum. Quod cum vidiſſet armiger eius, videlicet quòd
mortuus eſſet Saul,irruit etiam ipſe ſuper gladium ſuum,&
mortuus eſt cum eo.Mortuus eſt ergo Saul, & tres filij eius,
C & armiger illius,& vniuerſi viri eius in die illa pariter.Viden
tes autem viri Iſrael qui erãt trans vallem & trans Iordanem,
quòd fugiſſent viri Iſraelitæ,& quòd mortuus eſſet Saul,&
filij eius,reliquerunt ciuitates ſuas & fugerunt: veneruntque
Philiſthijm,& habitauerunt ibi.Facta autem die altera,vene-
runt Philiſthijm vt expoliarent interfectos,& inuenerunt
Saul & tres filios eius iacentes in monte Gelbóe.Et præcide-
runt caput Saul, & expoliauerunt eum armis: & miſerunt
in terram Philiſthinorum per circuitum, vt annuntiaretur in
D templo idolorum, & in populis. Et poſuerunt arma eius in
templo Aſtaroth, corpus verò eius ſuſpenderunt in muro
Bethſan.Quod cũ audiſſent habitatores Iabes Galaad, quæ-
cunque fecerant Philiſthijm Saul, ſurrexerunt omnes viri
fortiſsimi,& ambulauerunt tota nocte,& tulerunt cadauer
Saul, & cadauera filiorum eius de muro Bethſan: veneruntq;
Iabes Galaad, & combuſſerunt ea igni: & tulerunt oſſa eo-
rum, & ſepelierunt in nemore Iabes, & ieiunauerunt ſe-
ptem diebus.

FINIS.

Secundus Liber Samuelis, quem nos secundum Regum dicimus.



S. DAVID audita cæde Saulis, nuntium occîdi iubet: sciſciſq; ueſtimentis deflet eum cum cæteris occiſis, ieiunans uſque ad ueſperam: ac ſuper eos plangens, planctum filijs Iuda præcipit.

CAPVT I.

A FACTVM eſt autem poſtquam mortuus eſt Saul, vt Dauid reuerteretur à cæde Amalec, & maneret in Siceleg duos dies. In die autẽ tertia apparuit homo veniens de caſtris Saul veſte conſciſſa, & puluere conſperſus caput, & vt venit ad Dauid, cecidit ſuper faciem ſuã. & adorauit. Dixitq́ue ad eum Dauid, vnde venis? Qui ait ad eum, De caſtris Iſrael fugi. Et dixit ad eum Dauid, Quod eſt verbum, quod factum eſt? indica mihi. Qui ait, Fugit populus ex prælio, & multi corruentes è populo mortui ſunt, ſed & Saul & Ionathas filius eius interierunt. Dixitq́ue Dauid ad adoleſcentẽ qui nuntiabat ei. Vnde ſcis quia mortuus eſt Saul & Ionathas filius eius? Et ait adoleſcẽs qui nuntiabat ei, Caſu veni in mõtem Gelbóe, & Saul incumbebat ſuper haſtam ſuam: porrò currus & equites appropinquabant ei, & B conuerſus poſt tergum ſuum, videnſq́; me vocauit. Cui cum reſpondiſſem, Adſum: dixit mihi, Quiſnam es tu? Et aio ad eum, Amalecites ego ſum. Et locutus eſt mihi, Sta ſuper me, & interfice me: quoniam tenent me anguſtiæ, & adhuc tota anima mea in me eſt. Stansq́; ſuper eum, occîdi illũ: ſciebam enim quòd viuere non poterat poſt ruinam: & tuli diadema quod erat in capite eius, & armillam de brachio illius, & attuli ad te Dominum meum huc. Apprehendens autem Dauid veſtimenta ſua ſcidit, omnesq́; viri qui erant cum eo, & planxerunt, & fleuerunt, & ieiunauerunt vſq; ad veſperam ſuper Saul, & ſuper Ionathan filium eius, & ſuper populum Domini, & ſuper domum Iſrael, eo quòd corruiſſent gladio. Di C xitq́; Dauid ad iuuenem qui nuntiauerat ei, Vnde es tu? Qui reſpondit, Filius hominis aduenæ Amalecitæ ego ſum. Et ait Pſal. 104 b ad eum Dauid, Quare non timuiſti mittere manum tuam, vt occideres chriſtum Domini? Vocansq́; Dauid vnum de pueris ſuis, ait, Accedens irrue in eum. Qui percuſſit illum, & mortuus eſt. Et ait ad eum Dauid, Sanguis tuus ſuper caput tuum: os enim tuum locutũ eſt aduerſum te, dicens, Ego interfeci chriſtum Domini. Planxit autem Dauid planctũ huiuſcemodi ſuper Saul, & ſuper Ionathan filium eius, & præcepit vt docerent filios Iuda planctũ, ſicut ſcriptum eſt in libro Iuſtorum. * Et ait, Conſydera Iſrael pro his qui mortui

Lamẽtatio Dauidis ſuper Saulem & Ionathã.

D ſunt ſuper excelſa tua vulnerati .. Inclyti, Iſrael, ſuper mõtes tuos interfecti ſunt: quomodo ceciderunt fortes? Nolite annuntiare in Geth, neq; annuntietis in compitis Aſcalonis: ne fortè lætentur filiæ Philiſthijm, ne exultent filiæ incircunciſorum. Montes Gelbóe, nec ros, nec pluuia veniãt ſuper vos, neq; ſint agri primitiarũ: quia ibi abiectus eſt clypeus fortiũ, clypeus Saul quaſi non eſſet vnctus oleo. A ſanguine interfectorum, ab adipe fortium, ſagitta Ionathæ nunquam redijt retrorſum, & gladius Saul non eſt reuerſus inanis. Saul & Ionathas amabiles, & decôri valde in vita ſua, in morte quoque non ſunt diuiſi: aquilis velociores, leonibus fortiores. Filiæ Iſrael ſuper Saul flete, qui veſtiebat vos coccino in delicijs, qui præbebat ornamenta aurea cultui veſtro. Quomodo ceciderunt fortes in prælio? Ionathas in excelſis tuis occiſus eſt. Doleo ſuper te frater mi Ionatha decôre nimis, & amabilis ſuper amorem mulierum. * Sicut mater vnicum amat filium ſuum, ita ego te diligebam .. Quomodo ceciderunt robuſti, & perierunt arma bellica?

S. DAVID in Hebron ſuper Iuda in regem unctus, Iabenitis ſuper Saulis ſepultura gratulatur: Ioſbóſeth uerò ſuper Iſrael unctio, grauem in Iſrael peperit ſeditionem. CAPVT II.

A IGitur poſt hæc conſuluit Dauid Dominum, dicens, Num aſcendam in vnam de ciuitatibus Iuda? Et ait Dominus ad eum, Aſcende. Dixitq́ue Dauid, Quò aſcendam? Et reſpondit ei, In Hebron. Aſcendit ergo Dauid, & duæ vxores eius Achinoam Iezrahelitis, & Abigáil vxor Nabal Carmeli: ſed & viros qui erant cũ eo, duxit Dauid ſingulos cum domo ſua: & manſerunt in oppidis Hebron. V eneruntq́; viri Iuda, & vnxerunt ibi Dauid, vt regnaret ſuper domũ Iuda. Et nuntiatũ eſt Dauid quòd viri Iabes Galaad ſepeliſſent Saul. Miſit ergo Dauid nuntios ad viros Iabes Galaad, dixitq́; ad eos, Benedicti B vos à Domino, qui feciſtis miſericordiam hanc cum domino veſtro Saul, & ſepeliſtis eum. Et nũc retribuet vobis quidem Dominus miſericordiã & veritatem: ſed & ego reddam gratiam, eo quòd feciſtis verbum iſtud. Confortentur manus veſtræ, & eſtote filij fortitudinis: licet enim mortuus ſit dominus veſter Saul, tamen me vnxit domus Iuda in regem ſibi. Abner autem filius Ner princeps exercitus Saul, tulit Isbóſeth filium Saul, & circunduxit eum per caſtra: r egemq́; cõſtituit ſuper Galaad, & ſuper Aſſuri, & ſuper Iezrahel, & C ſuper Ephráim, & ſuper Beniamin, & ſuper Iſrael vniuerſum. Quadraginta annorum erat Isbóſeth filius Saul, cum regnare cœpiſſet ſuper Iſrael, & duobus annis regnauit: ſola autem domus Iuda ſequebatur Dauid. Et fuit numerus dierũ quos cõmoratus eſt Dauid, imperans in Hebron ſuper domum Iuda, ſeptem annorum, & ſex mẽſium. Egreſſusq́; eſt Abner filius Ner, & pueri Isbóſeth filij Saul de caſtris in Gabaon. Poràò Ioab filius Saruiæ, & pueri Dauid egreſſi ſunt, & occurrerunt eis iuxta piſcinam Gabaon. Et cum in vnum conueniſſent, è regione ſederunt, hi in vna parte piſcinæ, & illi ex altera. Dixitq́; Abner ab Ioab, Surgãt pueri, & ludant D coram nobis. Et reſpõdit Ioab, Surgant. Surrexerunt ergo, & tranſierunt numero duodecim de Beniamin, ex parte Isbóſeth filij Saul, & duodecim de pueris Dauid, Apprehenſoq́; vnuſquiſq; capite comparis ſui, defixit gladium in latus contrarij, & ceciderunt ſimul: vocatumq́; eſt nomen loci illius, Ager robuſtorũ, in Gabaon. Et ortum eſt bellũ durum ſatis in die illa: fugatusq́; eſt Abner & viri Iſrael à pueris Dauid. Erãt autẽ ibi tres filij Saruiæ, Ioab, & Abiſai, & Aſael: porrò Aſael curſor velociſsimus fuit, quaſi vnus de capræis quæ morantur in ſyluis. Perſequebatur autẽ Aſael Abner, & non declinauit ad dexterã neq; ad ſiniſtrã omittens perſequi Abner. Reſpexit itaq; Abner poſt tergum ſuum, & ait, Tũne es Aſael? Qui reſpondit, Ego ſum. Dixitq́; ei Abner, Vade ad E dexteram, ſiue ad ſiniſtrã, & apprehende vnũ de adoleſcentibus

Dauid conſulto Domino, reuertitur in patriã mortuo Saule.

1. Mach. 5
1. Reg. 11

Isbóſeth cõſtituitur.

Conflictus militum Dauid & Isbóſeth.

Aſael perſequitur Abner.

tibus, & tolle tibi ſpolia eius. Noluit autem Aſael omittere
quin vrgeret eũ. Rurſumq; locutus eſt Abner ad Aſael, Re-
cede, & noli me ſequi, ne fortè compellar cõfodere te in ter-
ram, & leuare nõ potero faciem meã ad Ioab fratrem tuum.
F Qui audire contempſit, & noluit declinare: percuſsit ergo eũ
Aſael trãſfoditur. Abner auerſa haſta in inguine, & transfodit, & mortuus eſt
in eodem loco: omnesq; qui tranſibant per locum in quo ce-
ciderat Aſael, & mortuus erat, ſubſiſtebant. Perſequentibus
autem Ioab & Abiſai fugientem Abner, ſol occubuit: & ve-
nerũt vſq; ad collem aquæductus, qui eſt ex aduerſo vallis, &
itineris deſerti in Gabaon. Congregatiq; ſunt filij Beniamin
ad Abner: & conglobati in vnum cuneũ, ſteterunt in ſumми-
tate tumuli vnius. Et exclamauit Abner ad Ioab, & ait, Num
vſq; ad internecionẽ tuus mucro deſæuiet? an ignoras quòd
periculoſa ſit deſperatio? vſquequo non dices populo vt o-
G mittat perſequi fratres ſuos? Et ait Ioab, Viuit Dominus, ſi
locutus fuiſſes mane, receſsiſſet populus perſequens fratrem
ſuum. Inſonuit ergo Ioab buccina, & ſtetit omnis exercitus,
nec perſecuti ſunt vltrà Iſrael, neque inière certamen. Abner
autem & viri eius abierunt per campeſtria, tota nocte illa: &
tranſierunt Iordanem, & luſtrata omni Bethoron, venerunt
ad caſtra. Porrò Ioab reuerſus omiſſo Abner, congregauit
omnem populum: & defuerunt de pueris Dauid decem &
nouem viri, excepto Aſaele. Serui autem Dauid, percuſſe-
runt de Beniamin, & de viris qui erant cum Abner trecentos
ſexaginta viros, qui & mortui ſunt. Tuleruntq; Aſael, & ſe-
pelierunt eum in ſepulchro patris ſui in Bethléhem: & am-
bulauerunt tota nocte Ioab, & viri qui erant cum eo, & in
ipſo crepuſculo peruenerunt in Hebron.

S. ABNER abiecto Isbóſeth à Dauid exceptus eſt, qui dum rediret, à Ioab occiſus eſt, unde Ioab à Dauide maledicitur.

CAPVT III.

A FActa eſt ergo longa cõcertatio inter domum
Dauid, & inter domũ Saulis: Dauid proficiẽs
& ſemper ſeipſo robuſtior, domus autẽ Saul
decreſcens quotidie. Natiq; ſunt ſex filij Da-
Filij Dauid in Hebron. 1. Para. 3 4 uid in Hebrõ: fuitq; primogenitus eius Am-
non de Achinoam Iezrahelitide. Et poſt eũ Cheleab de Abi
gáil vxore Nabal Carmeli: porrò tertius Abſalõ filius Maa-
cha filiæ Tholmai regis Geſſur. Quartus autẽ Adonias, filius
Haggith: & quintus Saphatia, filius Abital. Sextus quoq; Ie-
thraam de Egla vxore Dauid. hi nati ſunt Dauid in Hebron.
Cum ergo eſſet præliũ inter domum Saul & domũ Dauid,
B Abner filius Ner regebat domũ Saul. Fuerat autẽ Sauli con-
Isbóſeth iraſcitur in Abner. cubina nomine Reſpha, filia Aia. Dixitq; Isbóſeth ad Ab-
ner, Quare ingreſſus es ad concubinã patris mei? Qui iratus
nimis propter verba Isbóſeth, ait, Nunquid caput canis ego
ſum aduerſum Iudã hodie, qui fecerim miſericordiam ſuper
domũ Saul patris tui, & ſuper fratres & proximos eius, & nõ
tradidi te in manus Dauid, & tu requiſiſti in me quod argue-
res pro muliere hodie? Hæc faciat Deus Abner, & hæc addat
ei, niſi quomodo iurauit Dominus Dauid, ſic faciam cũ eo, vt
transferatur regnum de domo Saul, & eleuetur thronus Da-
Abner trãſfugit ad Dauid. uid ſuper Iſrael, & ſuper Iudã, à Dan vſq; Berſabee. Et non
potuit reſpondere ei quicquam: quia metuebat illum. Miſit
ergo Abner nuntios ad Dauid, pro ſe dicẽtes, Cuius eſt ter-
C ra? Et vt loquerentur, Fac mecũ amicitias, & erit manus mea
tecum, & reducam ad te vniuerſum Iſrael. Qui ait, Optime:
ego faciã tecũ amicitias: ſed vnam rem peto à te, dicens, Non
videbis faciem meã antequam adduxeris mihi Michol filiam
Saul: & ſic venies, & videbis me. Miſit autem Dauid nuntios
ad Isbóſeth filium Saul, dicens, Redde vxorem meã Michol,
1. Reg. 18 g Redditur Michol Dauidi. quam deſpondi mihi centũ præputijs Philiſthijm. Miſit er-
go Isbóſeth, & tulit eã à viro ſuo Phaltiel, filio Lais. Sequebaturq; eam vir ſuus, plorans vſq; Bahurim: & dixit ad eum
Abner, Vade, & reuertere. Qui reuerſus eſt. Sermonẽ quoq;
intulit Abner ad ſeniores Iſrael, dicens, Tam heri quàm nu-
diuſtertius quærebatis Dauid, vt regnaret ſuper vos. Nunc
ergo facite: quoniam Dominus locutus eſt ad Dauid, dicens,
In manu ſerui mei Dauid, ſaluabo populũ meũ Iſrael de ma-
D nu Philiſthijm, & omniũ inimicorũ eius. Locutus eſt autem
Abner etiã ad Beniamin. Et abijt vt loqueretur ad Dauid in
Hebron omnia quæ placuerãt Iſraeli & vniuerſo Beniamin.
Venitq; ad Dauid in Hebron cũ viginti viris: & fecit Dauid
Abner, & viris eius qui venerant cũ eo, conuiuium. Et dixit
Abner ad Dauid, Surgã, vt congregem ad te dominũ meum
regem omnẽ Iſrael, & ineam tecũ fœdus, & imperes omni-
bus, ſicut deſyderat anima tua. Cum ergo deduxiſſet Dauid
Abner, & ille iſſet in pace, ſtatim pueri Dauid & Ioab vene-
runt cæſis latronibus, cũ præda magna nimis: Abner autem
non erat cũ Dauid in Hebron, quia iam dimiſerat eũ, & pro-
fectus fuerat in pace. Et Ioab & omnis exercitus qui erant cũ
eo, poſtea venerant: nuntiatum eſt itaq; Ioab à narrantibus,
E Venit Abner filius Ner ad regẽ, & dimiſit eũ, & abijt in pa-
ce. Et ingreſſus eſt Ioab ad regẽ, & ait, Quid feciſti? ecce ve-
nit Abner ad te: quare dimiſiſti eũ, & abijt & receſsit? igno-
ras Abner filiũ Ner, quoniam ad hoc venit vt deciperet te, &
ſciret exitum tuũ & introitũ tuũ, & noſſet omnia quæ agis?
Egreſſus itaq; Ioab à Dauid, miſit nũtios poſt Abner, & re-
duxit eum à ciſterna Sira, ignorante Dauid. Cumq; redijſſet 3. Reg. 2 ñ
Abner in Hebron, ſeorſum adduxit eũ Ioab ad mediũ por-
tæ, vt loqueretur ei in dolo: & percuſsit illũ ibi in inguine, &
F mortuus eſt in vltionẽ ſanguinis Aſael fratris eius. Quod cũ
audiſſet Dauid rem iam geſtam, ait, Mundus ego ſum, & re-
gnum meũ apud Deum vſq; in ſempiternũ à ſanguine Ab-
ner filij Ner, & veniat ſuper caput Ioab, & ſuper omnem do-
mum patris eius: nec deficiat de domo Ioab fluxum ſeminis
ſuſtinens, & leproſus, & tenens fuſum, & cadẽs gladio, & in-
digens pane. Igitur Ioab & Abiſai frater eius interfecerunt
Abner, eo quòd occidiſſet Aſael fratrem eorum in Gabaon Occiſum Abner plangit Dauid.
in prælio. Dixit autem Dauid ad Ioab, & ad omnem populũ
qui erat cũ eo, Scindite veſtimenta veſtra, & accingimini ſac-
cis, & plangite ante exequias Abner. porrò rex Dauid ſeque
batur feretrum. Cumq; ſepeliſſent Abner in Hebron, leua-
uit rex vocem ſuam, & fleuit ſuper tumulũ Abner: fleuit au-
tem & omnis populus. Plangensq; rex Abner, ait, Nequa-
G quam vt mori ſolent ignaui, mortuus es Abner. Manus tuæ
ligatæ non ſunt, & pedes tui non ſunt compedibus aggrauа-
ti: ſed ſicut ſolent cadere coram filijs iniquitatis, ſic corruiſti.
Congeminansq; omnis populus fleuit ſuper eũ. Cumq; ve-
niſſet vniuerſa multitudo cibum capere cum Dauid, clara ad-
huc die, iurauit Dauid, dicens, Hæc faciat mihi Deus, & hæc
addat, ſi ante occaſum ſolis guſtauero panem vel aliud quic-
quam. Omnisq; populus audiuit, & placuerũt eis cũcta quæ
fecit rex in conſpectu totius populi. Et cognouit omne vul-
gus, & vniuerſus Iſrael in die illa quoniã non actum fuiſſet à
rege vt occideretur Abner filius Ner. Dixit quoq; rex ad ſer
uos ſuos, Num ignoratis quoniam princeps & maximus ce-
cidit hodie in Iſrael? Ego autẽ adhuc delicatus & vnctus rex:
porrò viri iſti filij Saruiæ duri ſunt mihi: retribuat Dominus
facienti malum iuxta malitiam ſuam.

S. BAANA & Rechab occiſo Isbóſeth dormiente caput ad Dauid attulerunt, quibus pro mercede uices ipſe rependit.

CAPVT IIII.

A AVdiuit autem filius Saul quòd cecidiſſet Abner
in Hebrõ, & diſſolutæ ſunt manus eius, omnisq;
Iſrael perturbatus eſt. Duo autem viri principes
latronum erant filio Saul, nomen vni Baana, &
nomen alteri Rechab, filij Remmon Berothitæ de filijs Ben-
iamin: ſi quidem & Beroth reputata eſt in Beniamin, & fuge
runt Berothitæ in Gethàim, fueruntq; ibi aduenæ vſque ad
B tempus illud. Erat autem Ionathæ filio Saul filius debilis pe-

Miphibó-seth. dibus:quinquennis enim fuit,quando venit nũtius de Saul & Ionatha ex Iezrahel,tollens itaq; eũ nutrix sua,fugit: cumq; festinaret vt fugeret,cecidit,& claudus effectus est: habuitq; vocabulum Miphibóseth. Venientes igitur filij Remmon Berothitæ,Rechab & Baana,ingressi sunt feruente die domũ Isbóseth: qui dormiebat super stratum suum meridie. * Et ostiaria domus purgans triticũ, obdormiuit.. Ingressi sunt autem domũ latenter assumentes spicas tritici, & percusserunt eum in inguine Rechab & Baana frater eius,& fugerũt. Cum autem ingressi fuissent domũ,ille dormiebat super lectum suũ in conclaui,& perquãtientes interfecerunt eũ:sublatoq; capite eius,abierunt per viam deserti tota nocte, & attulerunt caput Isbóseth ad Dauid in Hebron. Dixeruntq; ad regem,Ecce caput Isbóseth filij Saul inimici tui, qui quærebat animam tuam:& dedit Dominus Domino meo regi vltionem hodie de Saul,& de semine eius. Respondens autem Dauid Rechab, & Baana fratri eius filijs Remmon Berothitæ,dixit ad eos,Viuit Dominus qui eruit animam meam de omni angustia:quoniam eum qui annuntiauerat mihi, & dixerat,Mortuus est Saul:qui putabat se prospera nuntiare,tenui,& occidi eum in Siceleg, cui oportebat mercedem dare pro nuntio:Quantò magis nunc cum homines impij interfecerint virum innoxiũ,in domo sua, super lectum suum, non quæram sanguinem eius de manu vestra, & auferam vos de terra? Præcepit itaq; Dauid pueris suis,& interfecerunt eos: præcidentesq; manus & pedes eorum, suspenderunt eos super piscinam in Hebron: caput autem Isbóseth tulerunt, & sepelierunt in sepulchro Abner in Hebron.

Supra 1 b

S. DAVID unctus super totum Israël, arcem Sion pulsis Iebusæis capit,ubi domum construxit,alias uxores superinduxit, ac bis Philisthæos Deo iuuante prostrauit.

CAPVT V.

A 1.Par.11 a

ET venerunt vniuersæ tribus Israel ad Dauid in Hebron,dicentes,Ecce nos os tuum, & caro tua sumus.Sed & heri & nudiustertius cũ esset Saul rex super nos,tu eras educens & reducens Israel: dixit autẽ Dominus ad te,Tu pasces populũ meũ Israel, & tu eris dux super Israel.Venerunt quoq; & seniores Israel ad regẽ in Hebron,& percussit cum eis rex Dauid fœdus in Hebron,corã Domino:vnxeruntq; Dauid in regẽ super Israel. Filius triginta annorũ erat Dauid,cum regnare cœpisset, & quadraginta annis regnauit.In Hebron regnauit super Iudã septem annis,& sex mensibus: in Ierusalem autem regnauit triginta tribus annis super omnem Israel & Iudam. Et abijt

B rex,& omnes viri qui erant cũ eo,in Ierusalem ad Iebusæum habitatorem terræ:dictumq; est Dauid ab eis, Nõ ingredieris huc,nisi abstuleris cæcos & claudos,dicentes, Non ingredietur Dauid huc. Cepit autem Dauid arcem Sion, hæc est ciuitas Dauid. Proposuerat enim Dauid in die illa præmiũ, qui percussisset Iebusæum,& tetigisset domatum fistulas,& abstulisset cæcos & claudos odientes animam Dauid. idcirco dicitur in prouerbio, Cæcus & claudus non intrabunt in templum. Habitauit autem Dauid in arce, & vocauit eam, Ciuitatem Dauid:& ædificauit per gyrum à Mello & intrinsecus. Et ingrediebatur proficiens atq; succrescens,& Dominus Deus exercituũ erat cum eo.Misit quoq; Hirã rex Tyri nuntios ad Dauid,& ligna cedrina, & artifices lignorũ, artifices q; lapidũ ad parietes:& ædificauerunt domum Dauid. Et cognouit Dauid quoniam confirmasset eum Dominus regem super Israel,& quoniam exaltasset regnum eius super populum suum Israel. Accepit ergo Dauid adhuc concubinas & vxores de Ierusalem, postquam venerat de Hebron: natiq; sunt Dauid & alij filij & filiæ: & hæc nomina eorum qui nati sunt in Ierusalem,Samúa & Sobab & Nathan & Salomon & Iebahar & Elisúa & Nepheg & Iaphía & Elisama & Eliada & Eliphálet.Audierũt ergo Philisthijm quòd vnxissent Dauid in regem super Israel: & ascenderunt vniuersi vt quærerent Dauid. quod cum audisset Dauid, descendit in præsidium.Philisthijm autem venientes,diffusi sunt in valle Raphaim. Et consuluit Dauid Dominũ,dicẽs, Si ascendã ad Philisthijm?& si dabis eos in manu mea? Et dixit Dominus ad Dauid, Ascende, quia tradens dabo Philisthijm in manu tua.Venit ergo Dauid in Baalpharasim, & percussit eos ibi, & dixit, Diuisit Dominus inimicos meos coram me, sicut diuiduntur aquæ. Propterea vocatum est nomen loci illius Esa.28 f

D Baalpharasim.Et reliquerunt ibi sculptilia sua: quæ tulit Dauid,& viri eius. Et addiderunt adhuc Philisthijm vt ascenderent,& diffusi sunt in valle Raphaim. Consuluit autem Dauid Dominum, * Si ascendam contra Philisthæos, & tradas eos in manus meas?.. Qui respõdit,Non ascendas cõtra eos, sed gyra post tergum eorum, & venies ad eos ex aduerso pyrorum.Et cum audieris sonitum gradiẽtis in cacumine pyrorum,tunc inibis prælium:quia tũc egredietur Dominus ante faciem tuam,vt percutiat castra Philisthijm. Fecit itaq; Dauid sicut præceperat ei Dominus, & percussit Philisthijm de Gabaa,vsq; dum venias Gezer.

S. CVM Dauid arcam Dei à domo Abinadab duceret in Ierusalem, Oza percussus interijt:unde stetit in domo Obededom. Inde cum in Ierusalem duceretur, ludens Dauid coram ea,à Michol uxore deridetur.

CAPVT VI.

A CONgregauit autem rursum Dauid omnes electos ex Israel triginta millia. Surrexitq; Dauid, & abijt,& vniuersus populus qui erat cum eo de viris Iuda,vt adducerent arcam Dei,super quam inuocatũ est nomẽ Domini exercituũ sedentis in cherubim super eam.Et imposuerunt arcam Dei super plaustrum nouum:tuleruntq; eam de domo Abinadab, qui erat in Gabaa: Oza autem,& Ahio filij Abinadab,minabant plaustrum nouum.Cumque tulissent eam de domo Abinadab, qui erat in 1.Reg.7 i

Gabaa custodiens arcam Dei, Ahio præcedebat arcam: Dauid autem,& omnis Israel ludebãt coram Domino in omnibus lignis fabrefactis,& citharis,& lyris & tympanis & sistris

B & cymbalis.Postquam autem venerunt ad aream Nachon, extendit Oza manum ad arcam Dei,& tenuit eam: quoniam calcitrabant boues, & declinauerunt eam. Iratusq; est indignatione Dominus contra Ozam,& percussit eum super temeritate: qui mortuus est ibi iuxta arcam Dei. Contristatus est autem Dauid eo quòd percussisset Dominus Ozam, & vocatum est nomen loci illius, Percussio Ozæ:vsq; in diem hanc. Et extimuit Dauid Dominum in die illa, dicens, Quomodo ingredietur ad me arca Domini? Et noluit diuertere ad se arcam Domini in ciuitatem Dauid: sed diuertit eam in domum Obededom Gethæi. Et habitauit arca Domini in domo Obededom Gethæi tribus mẽsibus, & benedixit Do- 1.Par.15 d

minus Obededom, & omnem domũ eius. Nuntiatumq; est

C regi Dauid quòd benedixisset Dominus Obededom,& omnia eius propter arcam Dei.Abijt ergo Dauid, & adduxit arcam Dei de domo Obededom in ciuitatem Dauid cũ gaudio: * & erant cum Dauid septem chori, & victima vituli.. cumq; transcendissent,qui portabãt arcã Domini sex passus, immolabat bouem,& arietẽ: & Dauid * percutiebat in organis armigatis,& .. saltabat totis viribus ante Dominum:porrò Dauid erat accinctus ephod lineo.Et Dauid,& omnis domus Israel ducebãt arcam testamenti Domini in iubilo,& in clãgore buccinæ.Cũq; intrasset arca Domini in ciuitatẽ Dauid,Michol filia Saul prospiciẽs per fenestrã,vidit regem Dauid subsilientẽ,atq; saltantẽ corã Domino:& despexit eũ in corde suo.Et introduxerũt arcã Domini,& imposuerũt eam in loco suo in medio tabernaculi,quod tetẽderat ei Dauid:& obtulit Dauid holocausta, & pacifica corã Domino. Cumq; complesset offerẽs holocaustũ & pacifica, benedixit populo

D in nomine Domini exercituũ. Et partitus est vniuersæ multitudini

Prouerbiũ.

1.Par.14 a

Dauid ducit vxores. Filij eius in Ierusalem nati.

1.Par.3 b

Dauidẽ saltantẽ despicit Michol.

tudini Iſrael tam viro quàm mulieri ſingulis collyridam panis vnam, & aſſaturam bubalæ carnis vnam, & ſimilam frixam oleo: & abijt omnis populus vnuſquiſque in domum ſuam. Reuerſuſque eſt Dauid vt benediceret domui ſuæ: & egreſſa Michol filia Saul in occurſum Dauid, ait, Quàm glorioſus fuit hodie rex Iſrael diſcooperiens ſe ante ancillas ſeruorum ſuorum, & nudatus eſt, quaſi ſi nudetur vnus de ſcurris. Dixitq; Dauid ad Michol, Ante Dominũ, qui elegit me potius, quàm patrem tuum, & quàm omnem domum eius: & præcepit mihi vt eſſem dux ſuper populum Domini in Iſrael, & Iudam, & vilior fiam plus quàm factus ſum: & ero humilis in oculis meis: & cum ancillis, de quibus locuta es, glorioſior apparebo. Igitur Michol filiæ Saul non eſt natus filius vſque in diem mortis ſuæ.

S. DAVID proponens ædificare domum Domino, ab eo per Nathan prohibetur: ſed ſucceſſor filius promittitur ædificaturus, unde gratias agit immenſas. CAPVT VII.

A FActum eſt autem cum ſediſſet rex in domo ſua, & Dominus dediſſet ei requiem vndique abvniuerſis inimicis ſuis, dixit ad Nathan prophetam, Vidéſne quòd ego habitem in domo cedrina, & 2.Par.17.a arca Dei poſita ſit in medio pellium? Dixitq; Nathan ad regem, Omne quod eſt in corde tuo, vade fac, quia Dominus tecum eſt. Factum eſt autem in illa nocte, & ecce ſermo Domini ad Nathan, dicens, Vade, & loquere ad ſeruum meum Dauid, Hæc dicit Dominus, Nunquid tu ædificabis mihi domum ad habitandum? Neque enim habitaui in domo ex die illa, qua eduxi filios Iſrael de terra Aegypti, vſq; in diem hãc: ſed ambulabam in tabernaculo, & in tentorio, per cuncta loca quæ tranſiui cum omnibus filijs Iſrael: nunquid loquens locutus ſum ad vnam de tribubus Iſrael, cui præcepi vt paſceret populum meum Iſrael, dicens, Quare non ædificaſti mihi domum cedrinam? Et nunc hæc dices ſeruo meo Dauid, 1.Reg.16.e Hæc dicit Dominus exercituum, Ego tuli te de paſcuis ſequentẽ greges, vt eſſes dux ſuper populũ meum Iſrael: & fui tecum in omnibus vbicunq; ambulaſti, & interfeci vniuerſos inimicos tuos à facie tua: feciq; tibi nomen grande iuxta no- 4.Reg.8.e men magnorum qui ſunt in terra. Et ponam locum populo meo Iſrael, & plantabo eum, & habitabit ſub eo, & non turbabitur amplius: nec addent filij iniquitatis vt affligant eum ſicut prius ex die qua conſtitui iudices ſuper populũ meum Iſrael: & requiem dabo tibi ab omnibus inimicis tuis. prædicitque tibi Dominus, quòd domum faciat tibi Dominus. C Cumq; completi fuerint dies tui, & dormieris cum patribus tuis, ſuſcitabo ſemen tuum poſt te, quod egredietur de vtero 3.Reg.5.a tuo, & firmabo regnum eius. Ipſe ædificabit domum nomini 1.Par.22.c meo, & ſtabiliã thronũ regni eius vſq; in ſempiternum. EGO Promittitur CHRISTVS. ERO EI IN PATREM, & ipſe erit mihi in filium: qui ſi iniquè aliquid geſſerit, arguã eum in virga virorum, & in plagis Hebr.1.b filiorũ hominũ. Miſericordiã autẽ meam non auferam ab eo, Pſal.88.a ſicut abſtuli à Saul, quem amoui à facie tua. Et fidelis erit domus tua, & regnũ tuum vſque in æternum ante faciẽ tuam, & thronus tuus erit firmus iugiter. Secundũ omnia verba hæc, & iuxta vniuerſam viſionẽ iſtam, ſic locutus eſt Nathan ad Dauid. Ingreſſus eſt autẽ rex Dauid, & ſedit corã Domino, Laudat Dauid benignitatem Dei, ob promiſſum ſibi Chriſtum. & dixit, Quis ego ſum Domine Deus, & quæ domus mea, quia adduxiſti me hucuſq;? Sed & hoc parũ viſum eſt in conſpectu tuo Domine Deus, niſi loquereris etiã de domo ſerui tui in longinquum: iſta eſt enim lex Adam Domine Deus? Quid ergo addere poterit adhuc Dauid, vt loquatur ad te? tu enim ſcis ſeruum tuum Domine Deus. Propterverbũ tuum, & ſecundũ cor tuũ feciſti omnia magnalia hæc, ita vt notum faceres ſeruo tuo. Idcirco magnificatus es Domine Deus, quia nõ eſt ſimilis tui, neq; eſt Deus extra te, in omnibus quę D audiuimus auribus noſtris. Quæ eſt autem vt populus tuus Iſrael, gens in terra, propter quam iuit Deus vt redimeret eã ſibi in populum, & poneret ſibi nomen, faceret q; eis magnalia, & horribilia ſuper terram à facie populi tui, quem redemiſti tibi ex Aegypto, gentibus, & dijs eius? Firmaſti enim tibi populum tuum Iſrael in populum ſempiternum: & tu Domine Deus factus es eis in Deum. Nunc ergo Domine Deus verbum quod locutus es ſuper ſeruũ tuum, & ſuper domum eius, ſuſcita in ſempiternum: & fac ſicut locutus es, & magnificetur nomen tuum vſque in ſempiternum, atq; dicatur, Dominus exercituum, Deus ſuper Iſrael. Et domus ſerui tui Dauid erit ſtabilita coram Domino, quia tu Domine exercituũ Deus Iſrael reuelaſti auriculam ſerui tui, dicens, Domũ ædificabo tibi: propterea inuenit ſeruus tuus cor ſuum, vt oraret te oratione hac. Nunc ergo Domine Deus, tu es Deus, & verba tua erunt vera: locutus es enim ad ſeruum tuum bona hæc. Incipe ergo, & benedic domui ſerui tui, vt ſit in ſempiternum coram te: quia tu Domine Deus locutus es, & benedictione tua benedicetur domus ſerui tui in ſempiternum.



S. DAVID victis Philiſthæorum quinq; ciuitatibus Syria Damaſci, & Syria Soba, Moabitis & Idumæis: ſub tributũ omnes redegit, & tandem officiarios ſibi elegit idoneos.

CAPVT VIII.

A FActum eſt autem poſt hæc percuſsit Dauid Philiſthijm, & humiliauit eos, & tulit Dauid frenum tributi de manu Philiſthijm. Et percuſsit Moab, & menſus eſt eos funiculo coæquans terræ: menſus eſt autem duos funiculos, vnum ad occidendum, & vnum ad viuificandum: factusq; eſt Moab Dauid ſeruiens ſub tributo. Et percuſsit Dauid Adarézer filium Rohob regem So- 1.Par.18.d ba, quãdo profectus eſt vt dominaretur ſuper flumẽ Euphrá- Percutitur Adarezer. tẽ. Et captis Dauid ex parte eius mille ſeptingẽtis equitibus, & viginti millibus peditum, ſubneruauit omnes iugales curruum: dereliquit autem ex eis centum currus. Venit quoque B Syria Damaſci, vt præſidium ferret Adarézer regi Soba: & percuſsit Dauid de Syria viginti duo millia virorum. Et poſuit Dauid præſidium in Syria Damaſci: factaque eſt Syria Syria Dauid tributaria. Dauid ſeruiens ſub tributo: ſeruauitque Dominus Dauid in omnibus ad quæcunq; profectus eſt. Et tulit Dauid arma aurea, quæ habebant ſerui Adarézer, & detulit ea in Ieruſalem. Et de Bete, & de Betoth ciuitatibus Adarézer tulit rex Dauid æs multum nimis, *de quo fecit Salomon omnia vaſa ærea in templo: & mare æneum, & columnas, & altare .. Au- C diuit autẽ Thou rex Emath, quòd percuſsiſſet Dauid omne Thou rex Emath, petit à Dauide pacem. robur Adarézer, & miſit Thou Ioram filium ſuum ad regem Dauid, vt ſalutaret eum congratulans, & gratias ageret: eo quòd expugnaſſet Adarézer, & percuſsiſſet eũ. Hoſtis quippe erat Thou Adarézer, & in manu eius erant vaſa aurea, & vaſa argentea, & vaſa ærea: quæ & ipſa ſanctificauit rex Dauid Domino cum argento & auro, quæ ſanctificauerat de vniuerſis gentibus quas ſubegerat, de Syria, & Moab, & filijs Ammon, & Philiſthijm, & Amalec, & de manubijs Adarézer filij Rohob regis Soba. Fecit quoque ſibi Dauid no- D men, cum reuerteretur capta Syria in valle Salinarum, cæſis

decem & octo millibus: & posuit in Idumæa custodes, statuitq; præsidium: & facta est vniuersa Idumæa seruiens Dauid, & seruauit Dominus Dauid in omnibus ad quæcunque profectus est. Et regnauit Dauid super omnem Israel: faciebat quoque Dauid iudicium, & iustitiam omni populo suo. Ioab autem filius Saruiæ erat super exercitum: porrò Iosaphat filius Ahilud, erat à commentarijs: & Sadoc filius Achitob, & Achimélech filius Abiathar, erant sacerdotes: & Saraias, scriba: Banaias autem filius Ioiadæ super Cerethi & Phelethi: filij autem Dauid, sacerdotes erant.

S. MIPHIBOSETH *filij Ionathæ Dauid propter Ionathan miseretur, cibat eum in mensa sua, atq; omnes Saulis agros restituit, quos Sibæ Saulis seruo colendos iniunxit.* CAPVT IX.

A ET dixit Dauid, Putásne est aliquis qui remanserit de domo Saul, vt faciam cum eo misericordiã propter Ionathan? Erat autem de domo Saul seruus, nomine Siba: quem cum vocassent rex ad se, dixit ei, Túne es Siba? Et ille respõdit, Ego sum seruus tuus. Et ait rex, Nunquid supereſt aliquis de domo Saul: vt faciam cum eo misericordiam Dei? Dixitque Siba regi, Supereſt filius Ionathæ debilis pedibus. Vbi, inquit, est? Et Siba ad re-
B gem, Ecce, ait, in domo est Machir filij Ammiel in Lodabar. Misit ergo rex Dauid, & tulit eum de domo Machir filij Ammiel de Lodabar. Cum autẽ venissent Miphibóseth filius Ionathæ filij Saul ad Dauid, corruit in faciem suam, & adorauit. Dixitq; Dauid, Miphibóseth? Qui respõdit, Adsum seruus tuus. Et ait ei Dauid, Ne timeas, quia faciens faciam in te misericordiam propter Ionathan patrem tuum, & restituam tibi omnes agros Saul patris tui, & tu comedes panẽ in men-
C sa mea semper. Qui adorans eum, dixit, Quis ego sum seruus tuus, quoniã respexisti super canem mortuũ similem mei? Vocauit itaque rex Sibam puerum Saul, & dixit ei, Omnia quæcunq; fuerunt Saul, & vniuersam domum eius, dedi filio domini tui. Operare igitur ei terram tu, & filij tui, & serui tui: & inferes filio domini tui cibos, vt alatur: Miphibóseth autem filius domini tui comedet semper panem super mensam meam. Erant autem Sibæ quindecim filij, & viginti serui. Dixitque Siba ad regem, Sicut iussisti domine mi rex seruo tuo, sic faciet seruus tuus: & Miphibóseth comedet super
D mensam meam quasi vnus de filijs regis. Habebat autem Miphibóseth filium paruulum nomine Micha: omnis verò cognatio domus Sibæ seruiebat Miphibóseth. Porrò Miphibóseth habitabat in Ierusalem: quia de mensa regis iugiter vescebatur: & erat claudus vtroque pede.

Siba seruus Saul.

S. AMMONITAE *post illatam seruis Dauid iniuriam, contractis quinq; regum Syriæ copijs profligantur, ueriti deinceps Ammonitis ferre præsidium.* CAPVT X.

A FActum est autem post hæc, vt moreretur rex filiorum Ammon, & regnauit Hanon filius eius pro eo. Dixitque Dauid, Faciam misericordiam cum Hanon filio Naas, sicut fecit pater eius mecum misericordiam. Misit ergo Dauid consolans eum per seruos suos super patris interitu. Cum autem venissent serui Dauid in terram filiorum Ammon, dixerunt principes filiorum Ammon ad Hanon dominum suum, Putas quòd propter honorem patris tui miserit Dauid ad te consolatores, & non ideò vt te inuestigaret, & exploraret ciuitatem, & euerteret eam, misit Dauid seruos suos ad te? Tulit itaq; Hanon seruos Dauid, rasitq; dimidiã partem barbæ eorum, & præscidit vestes eorũ medias vsq; ad nates, & dimisit eos. Quod cum nuntiatum esset Dauid, misit in occursum eorum: erant enim viri confusi turpiter valde: & mandauit eis Dauid, Manete in Iericho, donec crescat barba vestra, & tunc reuertimini. Videntes autem filij Ammon, quòd iniuriã fecissent Dauid, miserunt, & conduxerũt mercede Syrum Rohob, & Sy-
B rum Soba viginti millia peditum, & à rege Maacha mille viros, & ab Istob duodecim millia virorum. Quod cum audisset Dauid, misit Ioab & omnẽ exercitum bellatorũ. Egressi sunt ergo filij Ammon, & direxerunt aciẽ ante ipsum introitum portæ: Syrus autem Soba, & Rohob, & Istob, & Maacha seorsum erant in campo. Videns igitur Ioab quòd præparatum esset aduersum se præliũ, & ex aduerso & post ter-
C gum, elegit sibi ex omnibus electis Israel, & instruxit aciem cõtra Syrum: reliquã autẽ partẽ populi tradidit Abisai fratri suo: qui direxit aciem aduersus filios Ammon. Et ait Ioab, Si præualuerint aduersum me Syri, eris mihi in adiutorium: si autem filij Ammon præualuerint aduersum te, auxiliabor tibi. Esto vir fortis, & pugnemus pro populo nostro, & ciuitate Dei nostri: Dominus autem faciet quod bonum est in conspectu suo. Inijt itaque Ioab & populus qui erat cum eo, certamen contra Syros: qui statim fugerunt à facie eius. Filij autem Ammon videntes quia fugissent Syri, fugerunt & ipsi à facie Abisai, & ingressi sunt ciuitatem: reuersusq; est Ioab à filijs Ammon, & venit Ierusalem. Videntes igitur Syri quoniam corruissent coram Israel, congregati sunt pariter.
D Misitq; Adarézer, & eduxit Syros qui erant trans fluuium, & adduxit eorum exercitum: Sobach autem magister militiæ Adarézer, erat princeps eorum. Quod cum nuntiatum esset Dauid, contraxit omnem Israelem, & transiuit Iordanem, venitq; in Helam: & direxerunt aciem Syri ex aduerso Dauid, & pugnauerunt contra eum. Fugeruntq; Syri à facie Israel, & occîdit Dauid de Syris septingentos currus, & quadraginta millia equitum: & Sobach principem militiæ percussit, qui statim mortuus est. Videntes autem vniuersi reges qui erant in præsidio Adarézer, se victos esse ab Israel, fecerunt pacem cum Israel: & seruierunt eis, timueruntque Syri auxilium præbere vltrà filijs Ammon.

Dauid vlciscitur iniuriam.



S. OBSESSA *Rabbath Ammonitarũ Dauid homicidium Vriæ adulterio adiunxit uxoris: unde accepta sibi uxore, & nato ex ea filio, Dominum commouit ad iram.*

CAPVT XI.

A FActũ est autem, vertente anno eo tẽpore quo solent reges ad bella procedere, misit Dauid Ioab, & seruos suos cum eo, & vniuersum Israel, & vastauerũt filios Ammon, & obsederunt Rabbath: Dauid autem remansit in Ierusalem. Dum hæc agerentur, accidit quadam die vt surgeret Dauid de stratu suo post meridiem, & deambularet in solario domus regiæ: viditq; mulierem se lauantẽ ex aduerso super solariũ suum: erat autem mulier pulchra valde. Misit ergo rex, & requisiuit quę esset mulier. Nũtiatumq; est ei quòd ipsa esset Bethsabee filia Eliam, vxor Vriæ Hethæi. Missis itaq; Dauid nũtijs tulit eam: quæ cum ingressa esset ad illũ, dormiuit cũ ea: statimq; sanctificata est ab immũditia sua, & reuersa est in domũ suam cõcepto
B fœtu. Mittens q; nuntiauit Dauid, & ait, Concepi. Misit autẽ Dauid ad Ioab, dicẽs, Mitte ad me Vriã Hethæum. Misitq; Ioab Vriam ad Dauid. Et venit Vrias ad Dauid: quæsiuitq;

Adulterium Dauid cũ Bethsabee. 1. Par. 20. d

Mittit Dauid seruos, ad consolãdũ Hanon.

Ignominia affecti remittuntur.

Dauid quàm recte ageret Ioab,& populus,& quomodo administraretur bellum. Et dixit Dauid ad Vriam, Vade in domum tuã, & laua pedes tuos. Et egressus est Vrias de domo regis,secutusq; est eum cibus regius. Dormiuit autem Vrias ante portã domus regiæ,cũ alijs seruis domini sui,& non descendit ad domũ suam. Nuntiatumq; est Dauid à dicentibus, Nõ iuit Vrias in domũ suam. Et ait Dauid ad Vriã, Nũquid non de via venisti?quare nõ descẽdisti in domũ tuam? Et ait Vrias ad Dauid, Arca,& Israel,& Iuda habitãt in papilionibus,& dominus meus Ioab, & serui domini mei super faciẽ terræ manent:& ego ingrediar domum meam, vt comedã & bibam,& dormiã cum vxore mea?per salutẽ tuã, & per salutem animæ tuæ non faciã rem hãc. Ait ergo Dauid ad Vriã, Mane hic etiã hodie,& cras dimittã te. Mansit autẽ Vrias in Ierusalẽ in die illa & altera,& vocauit eum Dauid, vt comederet corã se & biberet,& inebriauit eum:qui egressus vespere,dormiuit in stratu suo cũ seruis domini sui,& in domum suã non descẽdit. Factũ est ergo mane,& scripsit Dauid epistolam ad Ioab:misitq; per manũ Vriæ, scribens in epistola, Ponite Vriam ex aduerso belli,vbi fortissimũ est præliũ : & derelinquite eum,vt percussus intereat. Igitur cum Ioab obsideret vrbem,posuit Vriam in loco vbi sciebat viros esse fortissimos. Egressiq; viri de ciuitate, bellabant aduersum Ioab, & ceciderunt de populo seruorũ Dauid, & mortuus est etiã Vrias Hethæus. Misit itaq; Ioab, & nuntiauit Dauid omnia verba prælij, præcepitq; nuntio, dicens, Cum cõpleueris vniuersos sermones belli ad regẽ,si eum videris indignari, & dixerit, Quare accessistis ad murum,vt præliaremini ? an ignorabatis quòd multa désuper ex muro tela mittantur? Quis percussit Abimélech filiũ Ierobéseth?nónne mulier misit super eum fragmẽ molæ de muro,& interfecit eum in Thebes? quare iuxta murũ accessistis ? dices, Etiam seruus tuus Vrias Hethæus occubuit. Abijt ergo nuntius,& venit , & narrauit Dauid omnia quæ ei præceperat Ioab. Et dixit nuntius ad Dauid,Prævaluerũt aduersum nos viri,& egressi sunt ad nos in agrum:nos autẽ facto impetu persecuti eos sumus vsq; ad portã ciuitatis. Et direxerunt iacula sagittarij ad seruos tuos ex muro désuper:mortuiq; sunt de seruis regis, quinetiã seruus tuus Vrias Hethæus mortuus est. Et dixit Dauid ad nũtiũ,Hæc dices Ioab,Nõ te frãgat ista res : varius enim euẽtus est belli,& nũc hũc,& nũc illũ consumit gladius:cõforta bellatores tuos aduersus vrbẽ,vt destruas eam, & exhortare eos. Audiuit autẽ vxor Vriæ,quòd mortuus esset Vrias vir suus, & planxit eum. Trãsactoq; luctu misit Dauid,& introduxit eam in domũ suam,& facta est ei vxor,peperitq; filium:& displicuit verbum hoc quod fecerat Dauid,coram Domino.

Vrias perfert literas suæ mortis.

Moritur.

Iudic.9.g

S. DAVID sub parabola Nathan in se sententiam tulit,unde multa illi Nathan incommoda minatur,quibus compũctus culpa illi pœna manente donatur:mortuo puero Salomon nascitur,& Rabbath cum multis Ammonitarũ urbibus diruitur. CAPVT XII.

MIsit ergo Dominus Nathan ad Dauid:qui cum venisset ad eum,dixit ei, Duo viri erant in ciuitate vna, vnus diues, & alter pauper. Diues habebat oues & boues plurimos valde. Pauper autem nihil habebat omnino,præter ouem vnam paruulã quam emerat & nutrierat , & quæ creuerat apud eum cum filijs eius simul,de pane illius comedens,& de calice eius bibens,& in sinu illius dormiens,eratq; illi sicut filia.Cum autẽ peregrinus quidã venisset ad diuitẽ,parcens ille sumere de ouibus , & de bobus suis,vt exhiberet cõuiuium peregrino illi qui venerat ad se,tulit ouem viri pauperis,& præparauit cibos homini illi qui venerat ad se. Iratus autem indignatione Dauid aduersus hominem illum nimis, dixit ad Nathan, Viuit Dominus, quoniam filius mortis est vir qui fecit hoc. Ouem reddet in quadruplum,eò quòd fecerit verbum istud, & non pepercerit. Dixit autem Nathan ad Dauid, Tu es ille vir. Hæc dicit Dominus Deus Israel, Ego vnxi te in regem super Israel, & ego erui te de manu Saul,& dedi tibi domum domini tui, & vxores domini tui in sinu tuo,dediq́ue tibi domum Israel & Iuda:& si parua sunt ista,adijciam tibi multò maiora. Quare ergo contempsisti verbum Domini , vt faceres malum in conspectu meo? Vriam Hethæum percussisti gladio,& vxorem illius accepisti in vxorem tibi,& interfecisti eum gladio filiorum Ammon. Quam ob rem non recedet gladius de domo tua vsque in sempiternũ,eò quòd despexeris me,& tuleris vxorem Vriæ Hethæi,vt esset vxor tua. Itaque hæc dicit Dominus, Ecce ego suscitabo super te malum de domo tua, & tollam vxores tuas in oculis tuis,& dabo proximo tuo, & dormiet cum vxoribus tuis in oculis solis huius. Tu enim fecisti absconditè:ego autem faciam verbum istud in cõspectu omnis Israel,& in cõspectu solis. Et dixit Dauid ad Nathan, Peccaui Domino. Dixitq; Nathã ad Dauid, Dominus quoque transtulit peccatum tuum : non morieris. Veruntamen quoniam blasphemare fecisti inimicos nomen Domini:propter verbum hoc,filius qui natus est tibi,morte morietur. Et reuersus est Nathan in domum suam. Percussit quoque Dominus paruulum quem pepererat vxor Vriæ Dauid , & desperatus est. Deprecatusq; est Dauid Dominũ pro paruulo, & ieiunauit Dauid ieiunio,& ingressus seorsum iacuit super terram. Venerunt autem seniores domus eius,cogentes eum vt surgeret de terra : qui noluit, nec comẽdit cum eis cibum. Accidit autem die septima vt moreretur infans: timueruntq; serui Dauid nuntiare ei quòd mortuus esset paruulus. dixerunt enim, Ecce,cum paruulus adhuc viueret , loquebamur ad eum,& non audiebat vocem nostram : quantomagis si dixerimus,Mortuus est puer:se affliget ? Cum ergo Dauid vidisset seruos suos musitantes,intellexit quòd mortuus esset infantulus:dixitq́ue ad seruos suos, Num mortuus est puer? Qui responderunt ei, Mortuus est. Surrexit ergo Dauid de terra,& lotus vnctusq; est:cumq́ue mutasset vestes,ingressus est domum Domini : & adorauit , & venit in domum suam, petiuitq; vt ponerent ei panem,& comẽdit. Dixerunt autem ei serui sui, Quis est sermo quem fecisti?propter infantem, cum adhuc viueret, ieiunasti & flebas : mortuo autem puero surrexisti, & comedisti panem ? Qui ait, Propter infantem dum adhuc viueret, ieiunaui & fleui:dicebam enim, Quis scit si fortè donet eum mihi Dominus,& viuet infans ? Nunc autem quia mortuus est, quare ieiuno ? nunquid potero reuocare eum amplius?ego vadam magis ad eum:ille verò non reuertetur ad me. Et consolatus est Dauid Bethsabee vxorem suam,ingressusq; ad eam,dormiuit cum ea: quæ genuit filiũ, & vocauit nomen eius Salomon, & Dominus dilexit eum. Misitq; in manu Nathan prophetæ , & vocauit nomen eius Amabilis Domino:eò quòd diligeret eum Dominus. Igitur pugnabat Ioab contra Rabbath filiorum Ammon, & expugnabat vrbẽ regiam. Misitq; Ioab nuntios ad Dauid, dicens, Dimicaui aduersum Rabbath, & capienda est Vrbs aquarũ. Nunc igitur congrega reliquam partem populi ,& obside ciuitatem,& cape eam:ne cum à me vastata fuerit vrbs , nomini meo ascribatur victoria. Congregauit itaque Dauid omnem populum,& profectus est aduersum Rabbath:cũq; dimicasset,cepit eam. Et tulit diadema regis eorum de capite eius pondo auri talentum, habens gemmas pretiosissimas,& impositum est super caput Dauid. Sed & prædam ciuitatis asportauit multam valde, populum quoque eius adducens serrauit,& circumegit super eos ferrata carpenta : diuisitq́ue cultris,& traduxit in typo laterum : sic fecit vniuersis ciuitatibus filiorum Ammon : & reuersus est Dauid , & omnis exercitus in Ierusalem.

Contemnere verbum Dei.

Dauidẽ pœnitet peccati.

Ecclꝛ. 47 .b

Peccatũ cõdonatur reseruata crucẽ.

Nascitur Salomon.

Matth.1.a

1.Par.20.a

S. ABSALOM propter Thamar sororis incestum Amnon fratrem occîdit. At ubi patrem iratum agnouit,ad regem Gessur profugus,tribus annis permansit. CAPVT XIII.

Factum

A FActum est autem post hæc, vt Absalom filij Dauid sororem speciosissimam vocabulo Thamar, adamaret Amnon filius Dauid, & deperiret in eam valde, ita vt propter amorem eius ægrotaret: quia cum esset virgo, difficile ei videbatur, vt quippiam inhoneste ageret cum ea. Erat autem Amnon amicus nomine Ionadab, filius Semmaa fratris Dauid, vir prudens valde. Qui dixit ad eum, Quare sic attenuaris macie fili regis per singulos dies? cur non indicas mihi? Dixitque Amnon. Thamar sororem fratris mei Absalom amo. Cui respondit Ionadab, Cuba super lectum tuum, & languorem simula: cumq; venerit pater tuus vt visitet te, dic ei, Veniat oro Thamar soror mea, vt det mihi cibum, & faciat pulmentum, & comedam de manu eius. Accubuit itaque Amnon, & quasi ægrotare cœpit:
B cumq; venisset rex advisitandum eum, ait Amnon ad regem, Veniat obsecro Thamar soror mea, vt faciat in oculis meis duas sorbitiunculas, & cibum capiam de manu eius. Misit ergo Dauid ad Thamar domum, dicens, Veni in domum Amnon fratris tui, & fac ei pulmentum. Venitq; Thamar in domum Amnon fratris sui: ille autem iacebat: quæ tollens farinam commiscuit, & liquefaciens in oculis eius coxit sorbitiunculas. Tollens sque quod coxerat, effudit & posuit coram eo, & noluit comedere: dixitque Amnon, Eijcite vniuersos à me. Cumq; ejecissent omnes, dixit Amnon ad Thamar, Infer cibum in conclaui, vt vescar de manu tua. Tulit ergo Thamar sorbitiunculas quas fecerat, & intulit ad Amnon fratrem suum in conclaui. Cumque obtulisset ei cibum, apprehendit
C eam, & ait, Veni, cuba mecum soror mea. Quæ respondit ei, Noli frater mi, noli opprimere me: neque enim hoc fas est in Israel, noli facere stultitiam hanc. Ego enim ferre non potero opprobrium meum, & tu eris quasi vnus de insipientibus in Israel: quin potius loquere ad regem, & non negabit me tibi. Noluit autem acquiescere precibus eius, sed prævalens viribus oppressit eam, & cubauit cum ea. Et exosam eam habuit Amnon odio magno nimis: ita vt maius esset odium quo oderat eam, amore quo antè dilexerat. Dixitque ei Amnon, Surge, & vade. Quæ respondit ei, Maius est hoc malum quod nunc agis aduersum me, quàm quod antè fecisti, expellens me. Et noluit audire eā, sed vocato puero, qui ministrabat ei, dixit, Eijce hāc à me foras: & claude ostium post eam.
D Quæ induta erat talari tunica: huiuscemodi enim filiæ regis virgines vestibus vtebantur. eiecit itaque eam minister illius foras, clausitq; fores post eam. Quæ aspergens cinerem capiti suo, scissa talari tunica, impositisque manibus super caput suum ibat ingrediens, & clamans. Dixit autē ei Absalom frater suus, Nunquid Amnon frater tuus concubuit tecum? sed nunc soror tace, frater tuus est: neq; affligas cor tuum pro hac re. Mansit itaq; Thamar cōtabescens in domo Absalom fratris sui. Cum autem audisset rex Dauid verba hæc, contristatus est valde, *& noluit contristare spiritum Amnon filij sui, quoniam diligebat eum, quia primogenitus erat ei. Porrò non est locutus Absalom ad Amnon, nec malum, nec bonū:
E oderat enim Absalom Amnon, eò quòd violasset Thamar sororē suam. Factum est autem post tempus biennij, vt tonderētur oues Absalom in Baalhasor, quæ est iuxta Ephraim. & vocauit Absalom omnes filios regis, venitq; ad regem, & ait ad eum, Ecce tondentur oues serui tui: veniat oro rex cum seruis suis ad seruum suum. Dixitque rex ad Absalom, Noli fili mi, noli rogare vt veniamus omnes, & grauemus te. Cum autem cogeret eum, & noluisset ire, benedixit ei. Et ait Absalom, Si non vis venire, veniat obsecro nobiscū saltem Amnon frater meus. Dixitq; ad eum rex, Non est necesse vt vadat tecum. Coegit itaque Absalom eum, & dimisit cum eo Amnon & vniuersos filios regis. Præceperat autem Absalom pueris suis, dicens, Obseruate cum tumultuentus fuerit Amnon vino, & dixero vobis, percutite eum, & interficite: nolite timere: ego enim sum qui præcipio vobis: roborami-
F ni, & estote viri fortes, Fecerunt ergo pueri Absalom aduersum Amnon, sicut præceperat eis Absalom: surgentesque omnes filij regis ascenderunt singuli mulas suas, & fugerunt. Cumq; adhuc pergerent in itinere, fama peruenit ad Dauid, dicens, Percussit Absalom omnes filios regis, & non remansit ex eis saltem vnus. Surrexit itaq;, rex, & scidit vestimenta sua, & cecidit super terrā: & omnes serui illius qui assistebant ei, sciderunt vestimenta sua. Respondens autem Ionadab filius Semmaa fratris Dauid, dixit, Ne æstimet dominus meus rex quòd omnes pueri filij regis occisi sint: Amnon solus
G mortuus est, quoniā in ore Absalom erat positus ex die qua oppressit Thamar sororem eius. Nunc ergo ne ponat dominus meus rex super cor suum verbum istud, dicens, Omnes filij regis occisi sunt: quoniā Amnon solus mortuus est. Fugit autē Absalom, & eleuauit puer speculator oculos suos, & aspexit: & ecce populus multus veniebat per iter deuium ex latere montis. Dixit autem Ionadab ad regem. Ecce filij regis adsunt: iuxta verbum serui tui, sic factum est. Cumq; cessasset loqui, apparuerunt & filij regis: & intrantes leuauerunt vocem suam, & fleuerūt: sed & rex & omnes serui eius fleuerūt ploratu magno nimis. Porrò Absalom fugiēs, abijt ad Tholomai filiū Ammiud regē Gessur. Luxit ergo Dauid filium suū multis diebus. Absalom autē cum fugisset, & venisset in Gessur, fuit ibi tribus annis. Cessauitque rex Dauid persequi Absalom, eo quòd consolatus esset super Amnon interitu.



S. ABSALOM *mulieris solertia* Ioab *reuocari curat à Gessur in Ierusalem: biennio tamen patris faciem non uidit donec messem* Ioab *incenderit.*

CAPVT XIIII.

A INtelligens autē Ioab filius Saruiæ, quòd cor regis versum esset ad Absalom, misit Thecuam, & tulit inde mulierē sapientem, dixitq; ad eam, Lugere te simula, & induere veste lugubri: & ne vngaris oleo, vt sis quasi mulier plurimo iam tempore lugens mortuū: & ingrediēris ad regē, & loquēris ad eum sermones huiuscemodi. Posuit autē Ioab verba in ore eius. Itaq; cū ingressa fuisset mulier Thecuitis ad regē, cecidit corā eo super terram, & adorauit, & dixit, Serua me rex. Et ait ad eam rex,
B Quid causæ habes? Quæ respondit, Heu, mulier vidua ego sum: mortuus est enim vir meus. Et ancillæ tuę erāt duo filij: qui rixati sunt aduersum se in agro, nullus q; erat qui eos prohibere posset: & percussit alter alterū, & interfecit eū. Et ecce consurgens vniuersa cognatio aduersum ancillam tuam, dicit, Trade eū qui percussit fratrē suū, vt occidamus eum pro anima fratris sui quē interfecit, & deleamus hæredē: & quærunt extinguere scintillā meā quæ relicta est, vt non supersit viro meo nomē, & reliquiæ super terrā. Et ait rex ad mulierē, Vade in domū tuam, & ego iubebo pro te. Dixitq; mulier Thecuitis ad regē, In me domine mi rex sit iniquitas, & in domū
C patris mei: rex autem & thronus eius sit innocens. Et ait rex, Qui contradixerit tibi, adduc eū ad me, & vltra non addet vt tangat te. Quæ ait, Recordetur rex Dñi Dei sui, vt nō multiplicen

plicẽtur proximi sanguinis ad vlciscendũ,& nequaquã interficiant filium meum. Qui ait, Viuit Dominus, quia non cadet de capillis filij tui super terrã. Dixit ergo mulier, Loquatur ancilla tua ad Dominũ meum regẽ verbum. Et ait, Loquere. Dixit ǫ; mulier, Quare cogitasti huiuscemodi rem cõtra populũ Dei,& locutus est rex verbũ istud vt peccet,& nõ reducat eiectũ suum? Omnes morimur,& quasi aquæ dilabimur
D in terrã, quæ non reuertũtur: nec vult Deus perire animã, sed
Ezech. 18. g 33. c retractat, cogitãs ne penitus pereat qui abiectus est. Nũc igitur veni, vt loquar ad dominũ meum regẽ verbum hoc præsente populo. Et dixit ancilla tua, Loquar ad regẽ, si quo modo faciat rex verbũ ancillæ suæ. Et audiuit rex, vt liberaret ancillam suã de manu omnium qui volebant de hæreditate Dei delere me,& filiũ meum simul. Dicat ergo ancilla tua, vt fiat verbũ domini mei regis, sicut sacrificium. Sicut enim Angelus Domini, sic est dominus meus rex, vt nec benedictione, nec maledictione moueatur: vnde & Dominus Deus tuus est tecũ. Et respondens rex, dixit ad mulierẽ, Ne abscõdas à me verbũ quod te interrogo. Dixit ǫ; ei mulier, Loquere domine mi rex. Et ait rex, Nunquid manus Ioab tecũ est in omni-
E bus istis? Respondit mulier, & ait, Per salutẽ animæ tuæ dñe mi rex, nec ad sinistrã, nec ad dexterã est ex omnibus his quę locutus est dñs meus rex: seruus enim tuus Ioab, ipse præcepit mihi,& ipse posuit in os ancillæ tuę omnia verba hæc. Vt verterem figuram sermonis huius, seruus tuus Ioab præcepit istud: tu autem domine mi rex, sapiens es, sicut habet sapientiam angelus Dei, vt intelligas omnia, super terram. Et ait rex ad Ioab, Ecce placatus feci verbũ tuum: vade ergo, & reuoca puerum Absalom. Cadens ǫ; Ioab super faciem suam in terram, adorauit,& benedixit regi: & dixit Ioab, Hodie intellexit seruus tuus quia inueni gratiam in oculis tuis domine mi
F rex: feci enim sermonẽ rex serui tui. Surrexit ergo Ioab,& abijt in Gessur,& adduxit Absalom in Ierusalẽ. Dixit autem rex, Reuertatur in domũ suam, & faciem meam non videat. Reuersus est itaq; Absalom in domum suam,& faciem regis non vidit. Porrò sicut Absalom, vir non erat pulcher in omni Israel,& decorus nimis: à vestigio pedis vsq; ad verticem, non erat in eo macula. Et quãdo tondebat capillum (semel autem in anno tondebatur, quia grauabat eum cæsaries) ponderabat capillos capitis sui ducentis siclis pondere publico. Nati sunt autem Absalom filij tres: & filia vna, nomine Thamar, elegantis formæ. Mansitq; Absalom in Ierusalem duobus annis,& faciem regis non vidit. Misit itaque ad Ioab, vt mitteret eum ad regem: qui noluit venire ad eum. Cumq; secundò
G misisset: & ille noluisset venire ad eum, dixit seruis suis. Scitis agrum Ioab iuxta agrum meum, habentem messem hordei: ite igitur,& succendite eum igni. Succenderunt ergo serui Absalom segetem igni. * Et venientes serui Ioab, scissis vestibus suis, dixerunt, Succenderunt serui Absalom partem agri igni .. Surrexitq; Ioab,& venit ad Absalom in domũ eius, & dixit, Quare succenderunt serui tui segetem meam igni? Et respondit Absalom ad Ioab, Misi ad te obsecrans vt venires ad me,& mitterem te ad regem, vt diceres ei, Quare veni de Gessur? melius mihi erat ibi esse: obsecro ergo vt videam faciem regis: quòd si memor est iniquitatis meæ, interficiat me. Ingressus itaque Ioab ad regem, nuntiauit ei omnia: vocatusq; est Absalom,& intrauit ad regem, & adorauit super faciem terræ coram eo: osculatusq; est rex Absalom.

Dauid renuit videre Absalom.

Pulcher Absalom.

Cæsaries eius.

S. ABSALOM *conciliato sibi populi fauore, in patrem coniurat in Hebron: pater uerò clàm fugit remissis paucis cum arca: tandem Chusai remittitur consilium dissipaturus Achitophel.*

CAPVT XV.

A IGitur post hæc fecit sibi Absalõ currus & equites,& quinquaginta viros qui præcederent eum. Et mane consurgens Absalom, stabat iuxta introitum portæ in via, & omnem virum qui habebat negotium vt veniret ad regis iudicium, vocabat Absalom ad se,& dicebat, De qua ciuitate es tu? Qui respondens aiebat, Ex vna tribu Israel ego sum seruus tuus. Respondebatq; ei Absalom, Videntur mihi sermones tui boni & iusti, sed non est qui te audiat constitutus à rege. Dicebatq; Absalom, Quis me constituat iudicem super terram, vt ad me veniant omnes qui habent negotium,& iustè iudicem? Sed &
B cum accederet ad eum homo vt salutaret illum, extendebat manum suam,& apprehendens, osculabatur eum. Faciebatq; hoc omni Israel venienti ad iudicium vt audiretur à rege, & solicitabat corda virorum Israel. Post quadraginta autem annos, dixit Absalõ ad regem Dauid, Vadam & reddam vota mea, quæ voui Domino in Hebron. Vouens enim vouit seruus tuus, cum esset in Gessur Syriæ, dicens, Si reduxerit me Dominus in Ierusalem, sacrificabo Domino. Dixitq; ei rex Dauid, Vade in pace. Et surrexit,& abijt in Hebron. Misit autem Absalom exploratores in vniuersas tribus Israel, dicens, Statim vt audieritis clangorem buccinæ, dicite, Regnabit Absalom in Hebron. Porrò cum Absalom ierunt ducenti viri de Ierusalem vocati, euntes simplici corde, & causam penitus ignorantes. Accersiuit quoque Absalom Achitophel Gilonitem consiliarium Dauid de ciuitate sua Gilo, cum immolaret victimas: & facta est coniuratio valida, populusque concurrens augebatur cum Absalom. Venit igitur nuntius ad Dauid, dicens, Toto corde vniuersus Israel sequitur Absalom. Et ait Dauid seruis suis qui erant cum eo in Ierusalem, Surgite, fugiamus: neque enim erit nobis effugium à facie Absalom: festinate egredi, ne fortè veniens occupet nos,& impellat super nos ruinam, & percutiat ciuitatem in ore gladij. Dixeruntq; serui regis ad eum, Omnia quæcunq;
D præceperit Dominus noster rex, libenter exequemur serui tui. Egressus est ergo rex, & vniuersa domus eius pedibus suis: & dereliquit rex decem mulieres concubinas ad custodiendam domũ. Egressusq; rex & omnis Israel pedibus suis, stetit procul à domo: & vniuersi serui eius ambulabant iuxta eum,& legiones Cerethi & Phelethi,& omnes Gethæi pugnatores validi sexcenti viri qui secuti eum fuerant de Geth pedites, præcedebant regem. Dixit autem rex ad Ethai Gethæum, Cur venis nobiscum? reuertere, & habita cum rege, quia peregrinus es,& egressus es de loco tuo. Heri venisti,& hodie compellêris nobiscum egredi? ego autem vadam quò iturus sum: reuertere,& reduc tecum fratres tuos, & Dominus faciet tecum misericordiam & veritatem, * quia ostendisti gratiam & fidem .. Et respondit Ethai regi, dicens, Vi-
E uit Dominus,& viuit dominus meus rex: quoniam in quocunque loco fueris domine mi rex, siue in morte, siue in vita, ibi erit seruus tuus. Et ait Dauid Ethai, Veni,& transi. Et transiuit Ethai Gethæus, & omnes viri qui cum eo erant, & reliqua multitudo. Omnesque flebant voce magna,& vniuersus populus transibat: rex quoque transgrediebatur torrentem Cedron, & cunctus populus incedebat contra viam quæ respicit ad desertum. Venit autem & Sadoc sacerdos, & vniuersi Leuitæ cum eo, portantes arcam fœderis Dei,& deposuerunt arcam Dei: & ascendit Abiathar, donec expletus esset omnis populus qui egressus fuerat de
F ciuitate. Et dixit rex ad Sadoc, Reporta arcam Dei in vrbem: si inuenero gratiam in oculis Domini, reducet me,& ostendet mihi eam & tabernaculum suum. Si autem dixerit mihi, Non places: præstò sum, faciat mihi quod bonum est coram se. Et dixit rex ad Sadoc sacerdotem, O videns reuertere in ciuitatem in pace: & Achimaas filius tuus,& Ionathan filius Abiathar duo filij vestri, sint vobiscum. Ecce ego abscondar in campestribus deserti, donec veniat sermo à vobis, indicans mihi. Reportauerunt ergo Sadoc & Abiathar arcam Dei in Ierusalem, & manserunt ibi. Porrò Dauid ascendebat cliuum oliuarum, scandens & flens, nudis pedibus incedens,& operto capite: sed & omnis populus qui erat

Coniuratio Absalom.

Vera sui mortificatio, & abnegatio.

qui erat cum eo, operto capite ascendebat plorans. Nūtiatum
G est autem Dauid quòd Achitóphel esset in cōiuratione cum Absalom: dixitq; Dauid, Infatua quæso Domine consilium Achitóphel. Cumq; ascenderet Dauid summitatem montis in quo adoraturus erat Deum, ecce occurrit ei Chusai Arachites, scissa veste, & terra pleno capite. Et dixit ei Dauid, Si veneris mecum, eris mihi oneri: si autem in ciuitatem reuertaris, & dixeris Absalom, Seruus tuus sum ego rex: sicut fui seruus patris tui, sic ero seruus tuus dissipabis cōsilium Achitóphel. Habes autem tecum Sadoc & Abiathar sacerdotes: & omne verbum quodcunq; audieris de domo regis, indicabis Sadoc & Abiathar sacerdotibus. Sunt enim cum eis duo filij eorum Achimaas filius Sadoc, & Ionathan filius Abiathar: & mittetis per eos ad me omne verbū quòd audieritis. Veniente ergo Chusai amico Dauid in ciuitatem, Absalom quoque ingressus est Ierusalem.

S. SIBAE munifico confert Dauid bona Miphibóseth, Semei maledico parcit. Absalom Ierusalem ingressus Achitóphel consilio ad patris concubinas ingreditur. CAPVT XVI.

A CVmq; Dauid transisset paululum montis verticem, apparuit Siba puer Miphibóseth, in occursum eius, cum duobus asinis, qui onerati erant duocentis panibus, & centum alligaturis vuæ passæ, & centum massis palatharum, & vtre vini. Et dixit rex Sibæ, Quid sibi volunt hæc? Respondítq; Siba, Asini, domestici regis vt sedeant, & panes & palathæ ad vescendū pueris, vinum autem vt bibat siquis défecerit in deserto. Et ait rex, Vbi est
Infra 19. c filius domini tui? Respondítq; Siba regi, Remansit in Ierusalem, dicens, Hodie restituet mihi domus Israel regnū patris mei. Et ait rex Sibæ, Tua sint omnia quæ fuerunt Miphibóseth. Dixitq; Siba, Oro vt inueniam gratiam coram te domi-
B ne mi rex. Venit ergo rex Dauid vsq; Bahurim: & ecce egrediebatur inde vir de cognatione domus Saul, nomine Semei,
m Semei male dicit Dauidi fugienti. 2. Reg. 2. b filius Gera, procedebatque egrediens, & maledicebat. Mittebatq; lapides contra Dauid, & contra vniuersos seruos regis Dauid: omnis aūt populus, & vniuersi bellatores à dextero & à sinistro latere regis incedebant. Ita autē loquebatur Semei cum malediceret regi, Egredere, egredere vir sanguinum, & vir Belial. Reddidit tibi Dominus vniuersum sanguinem domus Saul: quoniam inuasisti regnum pro eo, & dedit Dominus regnum in manu Absalom filij tui: & ecce premūt te mala tua, quoniam vir sanguinum es. Dixit autem Abisai filius Saruiæ, regi, Quare maledicit canis hic moriturus domino meo regi? vadam, & amputabo caput eius. Et ait rex, Quid mihi & vobis est filij Saruiæ? dimittite eum vt maledicat: Dominus enim præcepit ei vt malediceret Dauid: & quis est qui
C audeat dicere quare sic fecerit? Et ait rex Abisai, & vniuersis
Mortificata voluntas. Fides. Dauid iniuriā quòd à Deo esset, non vlciscitur. seruis suis, Ecce filius meus, qui egressus est de vtero meo, quærit animam meam: quāto magis hic filius Iemini? dimittite eum vt maledicat iuxta præceptū Domini, si fortè respiciat Dominus afflictionem meam, & reddat mihi Dominus bonum pro maledictione hac, die hodierna. Ambulabat itaq; Dauid, & socij eius per viam cum eo: Semei autē per iugum montis ex latere, contra illum gradiebatur, maledicens, & mittens lapides aduersum eum, terramque spargens. Venit itaque rex Dauid, & vniuersus populus cum eo lassus, & refocillati sunt ibi. Absalom autem & omnis populus eius ingressi sunt Ierusalem, sed et Achitóphel cum eo. Cum autem venisset Chusai Arachites amicus Dauid ad Absalom, locutus est ad eum, Salue rex, salue rex. Ad quem Absalom, Hæc
D est, inquit, gratia tua ad amicum tuum? quare non iuisti cum amico tuo? Respondítq; Chusai ad Absalom, Nequaquam: quia illius ero quem elegit Dominus & omnis hic populus & vniuersus Israel, & cum eo manebo. Sed vt & hoc inferam, cui ego seruiturus sum? nónne filio regis? sicut parui patri tuo, ita parebo & tibi. Dixit autem Absalom ad Achitóphel,
Inite consilium, quid agere debeamus. Et ait Achitóphel ad Absalom, Ingredere ad concubinas patris tui, quas dimisit ad custodiendam domum: vt cum audierit omnis Israel quòd fœdaueris patrem tuum, roborentur tecum manus eorum. Tetenderunt ergo Absalom tabernaculum in solario, ingressusq; est ad concubinas patris sui coram vniuerso Israel. Consilium autem Achitóphel, quod dabat in diebus illis, quasi si quis cōsuleret Deum: sic erat omne consilium Achitóphel, & cum esset cum Dauid, & cum esset cum Absalom.

S. CONSILIO Achitóphel super nocturna Dauid persequutione, Chusai consilium præponitur: unde Achitóphel se suspendit, Dauid autem consilio Chusai Iordanem transijt, quem sequutus est filius suus Absalom. CAPVT XVII.

A DIxit ergo Achitóphel ad Absalom, Eligam mihi duodecim millia virorum, & consurgens persequar Dauid hac nocte. Et irruens super eum (quippe qui lassus est, & solutis manibus) percutiam eum: cumq; fugerit omnis populus qui cum eo est, percutiam regem desolatum. Et reducam vniuersum populum, quomodo vnus homo reuerti solet: vnum enim virū tu quæris: & omnis populus erit in pace. Placuitq; sermo eius Absalom, & cunctis maioribus natu Israel. Ait autem Absalom, Vocate & Chusai Arachiten, & audiamus quid etiam ipse dicat. Cūq; venisset Chusai ad Absalom, ait Absalom ad eum,
B Huiusce modi sermonē locutus est Achitóphel: facere debemus an non? quod das consilium? Et dixit Chusai ad Absalom, Non est bonum consilium quod dedit Achitóphel hac vice. Et rursum intulit Chusai, Tu nosti patrem tuum, & viros qui cum eo sunt esse fortissimos & amaro animo, veluti si vrsa raptis catulis in saltu sæuiat: sed & pater tuus vir bellator est, nec morabitur cum populo. Forsitan nunc latitat in foueis, aut in vno quo voluerit loco: & cum ceciderit vnus quilibet in principio, audiet quicunq; audierit, & dicet, Facta est plaga in populo qui sequebatur Absalom. Et fortissimus ipse, cuius cor est quasi leonis, pauore soluetur: scit enim omnis Israel fortem esse patrem tuum, & robustos omnes qui cum eo sunt. Sed hoc mihi videtur rectum esse consilium,
C Congregetur ad te vniuersus Israel, à Dan vsque Bersabee, quasi arena maris innumerabilis: & tu eris in medio eorum. Et irruemus super eum in quocunque loco inuentus fuerit: & operiemus eum, sicut cadere solet ros super terram: & non relinquemus de viris qui cum eo sunt, ne vnum quidē. Quòd si vrbem aliquam fuerit ingressus, circundabit omnis Israel ciuitati illi funes, & trahemus eam in torrentem, vt non reperiatur nec calculus quidem ex ea. Dixitq; Absalō, & omnes viri Israel, Melius est consilium Chusai Arachitæ, consilio Achitóphel. Domini autem nutu dissipatum est consilium Achitóphel vtile, vt induceret Dominus super Absalom ma-
D lum. Et ait Chusai Sadoc & Abiathar sacerdotibus, Hoc & hoc modo consilium dedit Achitóphel Absalom, & senioribus Israel: & ego tale & tale dedi consilium. Nunc ergo mittite cito, & nuntiate Dauid, dicentes, Ne morēris nocte hac in cāpestribus deserti, sed absq; dilatione transgredere: ne forte absorbeatur rex, & omnis populus qui cum eo est. Ionathan autē & Achimaas stabant iuxta fontem Rogel: abijt ancilla, & nuntiauit eis, & illi profecti sunt, vt referrent ad regem Dauid nuntium: non enim poterant videri, aut introire ciuitatem. Vidit autem eos quidam puer, & indicauit Absalom: illi verò concito gradu ingressi sunt domum cuiusdam viri in Bahurim, qui habebat puteum in vestibulo suo, &
E descenderunt in eum. Tulit autem mulier, & expandit velamen super os putei, quasi siccans ptisanas: & sic latuit res. Cumq; venissent serui Absalom in domū ad mulierē, dixerunt, Vbi est Achimaas & Ionathā? Et respōdit eis mulier, Transierūt festinanter, gustata paululū aqua. At hi qui quærebant, cum non reperissent, reuersi sunt in Ierusalem. Cumq; abijssent,
Achimaas & Ionathā absconsi in puteo.
ascen

aſcenderunt illi de puteo,& pergentes nuntiauerũt regi Dauid,& dixerunt,Surgite,& tranſite cito fluuiũ:quoniam huiuſcemodi dedit conſilium contra vos Achitóphel. Surrexit ergo Dauid,& omnis populus qui cum eo erat, & tranſierũt Iordanem donec diluceſceret:& ne vnus quidẽ reſiduus fuit, qui non tranſiſſet fluuium. Porrò Achitóphel videns quòd non fuiſſet factum conſilium ſuum,ſtrauit aſinum ſuum,ſurrexitq́;,& abijt in domũ ſuam & in ciuitatem ſuam:& diſpoſita domo ſua,ſuſpendio interijt,& ſepultus eſt in ſepulchro patris ſui. Dauid autem venit in caſtra, & Abſalom tranſijt Iordanem,ipſe & omnes viri Iſrael cum eo. Amaſam verò conſtituit Abſalom pro Ioab ſuper exercitum: Amaſa autem erat filius viri,qui vocabatur Ietra de Ieſraeli,qui ingreſſus eſt ad Abigail filiam Naas, ſororem Saruiæ quæ fuit mater Ioab. Et caſtrametatus eſt Iſrael cum Abſalom in terra Galaad. Cumq́; veniſſet Dauid in caſtra Sobi filius Naas de Rabath filiorum Ammon,& Machir filius Amihel de Lodabar,& Berzellai Galaadites de Rogelim, obtulerũt ei ſtratoria & tapetia,& vaſa fictilia,frumentum & hordeum & farinam & polentam & fabam & lentem,& frixum oleo cicer, & mel & butyrum,oues & pingues vitulos: dederuntq́; Dauid,& populo qui cum eo erat,ad veſcendum:ſuſpicati enim ſunt populum fame & ſiti fatigari in deſerto.

Prouidẽtia Dei,cibi afferuntur ad Dauidẽ in deſertum.

S. ABSALOM uictus prælio,quercu pendens ab Ioab transfoditur, quod audiens Dauid uix ab Ioab placari potuit.

CAPVT XVIII.

IGitur conſyderato Dauid populo ſuo cõſtituit ſuper eos tribunos & centuriones, & dedit populi tertiam partem ſub manu Ioab, & tertiam partem ſub manu Abiſai filij Saruiæ fratris Ioab, & tertiam partem ſub manu Ethai,qui erat de Geth: dixitq́; rex ad populum, Egrediar & ego vobiſcum. Et reſpondit populus,Non exibis:ſiue enim fugerimus, non magnopere ad eos de nobis pertinebit:ſiue media pars ceciderit è nobis, non ſatis curabunt: quia tu vnus ſolus pro decem millibus computaris: melius eſt igitur vt ſis nobis in vrbe præſidio. Ad quos rex ait, Quod vobis videtur rectum, hoc faciam. Stetit ergo rex iuxta portã:egrediebaturq́; populus per turmas ſuas cẽteni & milleni. Et præcepit rex Ioab & Abiſai & Ethai,dicens,Seruate mihi puerum Abſalom. Et omnis populus audiebat præcipiẽtem regem cunctis principibus pro Abſalom. Itaque egreſſus eſt populus in campum contra Iſrael,& factum eſt prælium in ſaltu Ephráim. Et cæſus eſt ibi populus Iſrael ab exercitu Dauid,factaq́; eſt plaga magna in die illa viginti millium. Fuit autem ibi prælium diſperſum ſuper faciem omnis terræ, & multò plures erant quos ſaltus conſumpſerat de populo,quàm hi quos vorauerat gladius in die illa. Accidit autem vt occurreret Abſalom ſeruis Dauid, ſedens mulo: cumq́; ingreſſus fuiſſet mulus ſubter condenſam quercum & magnam,adhæſit caput eius quercui:& illo ſuſpenſo inter cœlum & terrã,mulus cui inſederat, pertranſiuit. Vidit autem hoc quiſpiam,& nuntiauit Ioab,dicens, Vidi Abſalom pendere de quercu. Et ait Ioab viro qui nuntiauerat ei,Si vidiſti, quare non confodiſti eũ cum terra? & ego dediſſem tibi decem argenti ſiclos, & vnum baltheum. Qui dixit ad Ioab, Si appenderes in manibus meis mille argenteos,nequaquam mitterem manum meam in filium regis:audiẽtibus enim nobis præcepit rex tibi,& Abiſai,& Ethai,dicens,Cuſtodite mihi puerũ Abſalom. Sed & ſi feciſſem contra animam meam audacter, nequaquam hoc regem latere potuiſſet,& tu ſtares ex aduerſo. Et ait Ioab,Nõ ſicut tu vis, ſed aggrediar eum coram te. Tulit ergo tres lanceas in manu ſua,& infixit eas in corde Abſalom: cumque adhuc palpitaret hærens in quercu,cucurrerunt decem iuuenes armigeri Ioab, & percutientes interfecerunt eum. Cecinit autem Ioab buccina,& retinuit populum,ne perſequeretur fugientem Iſrael,volens parcere multitudini. Et tulerunt Abſalom, & proiecerunt eum in ſaltu in foueam grandem,& comportauerunt ſuper eum aceruum lapidum magnũ nimis: omnis autem Iſrael fugit in tabernacula ſua. Porrò Abſalom erexerat ſibi,cum adhuc viueret,titulum,qui eſt in valle regis:dixerat enim,Non habeo filium,& hoc erit monimentum nominis mei. Vocauitq́; titulũ nomine ſuo,& appellatur, Manus Abſalom:vſque ad hanc diem. Achimaas autem filius Sadoc, ait,Curram,& nuntiabo regi:quia iudicium fecerit ei Dominus de manu inimicorum eius. Ad quem Ioab dixit, Nõ eris nuntius in hac die,ſed nuntiabis in alia: hodie nolo te nuntiare,filius enim regis eſt mortuus. Et ait Ioab Chuſi, Vade,& nuntia regi quæ vidiſti. Adorauit Chuſi Ioab, & cucurrit. Rurſus autem Achimaas filius Sadoc dixit ad Ioab. Quid impedit ſi etiam ego curram poſt Chuſi? Dixitq́; ei Ioab, Quid vis currere fili mi? Veni huc,non eris boni nũtij baiulus. Qui reſpondit, Quid enim ſi cucurrero? Et ait ei, Curre. Currens ergo Achimaas per viam compendij, tranſiuit Chuſi. Dauid autem ſedebat inter duas portas: ſpeculator verò qui erat in faſtigio portæ ſuper murum, eleuans oculos,vidit hominem currentem ſolum. Et exclamans indicauit regi:dixitque rex, Si ſolus eſt,bonus eſt nuntius in ore eius. Properante autem illo,& accedente propius,vidit ſpeculator hominem alterum currentem, & vociferans in culmine, ait, Apparet mihi alter homo currens ſolus. Dixitq́; rex, Et iſte bonus eſt nuntius. Speculator autem, Contemplor,ait,curſum prioris,quaſi curſum Achimaas filij Sadoc. Et ait rex, Vir bonus eſt: & nuntium portans bonum,venit. Clamans autem Achimaas,dixit ad regem, Salue rex. Et adorans regem coram eo pronus in terram, ait, Benedictus Dominus Deus tuus, qui concluſit homines qui leuauerunt manus ſuas contra dominum meum regem. Et ait rex,Eſt'ne pax puero Abſalom? Dixitq́; Achimaas, Vidi tumultum magnum,cum mitteret Ioab ſeruus tuus,ô rex, me ſeruum tuum: neſcio aliud. Ad quem rex, Tranſi,ait:& ſta hîc. Cumq́; ille tranſiſſet,& ſtaret, apparuit Chuſi:& veniens ait,Bonum apporto nuntium Domine mi rex:iudicauit enim pro te Dominus hodie de manu omnium qui ſurrexerunt contra te. Dixit autem rex ad Chuſi, Eſt'ne pax puero Abſalom? Cui reſpondens Chuſi,Fiant,inquit,ſicut puer,inimici Domini mei regis: & vniuerſi qui conſurgunt aduerſus eum in malum. Contriſtatus itaque rex,aſcendit cœnaculum portæ, & fleuit. Et ſic loquebatur, vadens, Fili mi Abſalom,Abſalom fili mi: quis mihi tribuat, vt ego moriar pro te? Abſalom fili mi,fili mi Abſalom.

S. DAVID Ioab uerbis placatus,ſuos ſibi conſpiratores reconciliat: qui uerò in Iudæa remanſerant, in Galgalis ipſum ſuſcipientes in Ieruſalem reduxerunt.

CAPVT XIX.

NVntiatum eſt autem Ioab quòd rex fleret, & lugeret filium ſuum:& verſa eſt victoria in luctum in die illa omni populo:audiuit enim populus in die illa dici,Dolet rex ſuper filio ſuo. Et declinauit populus in die illa ingredi ciuitatem, quomodo declinare ſolet populus verſus,& fugiens de prælio. Porrò rex operuit caput ſuum, & clamabat voce magna, Fili mi Abſalom, Abſalom fili mi. Ingreſſus ergo Ioab ad regem in domum,dixit,Cõfudiſti hodie vultus omniũ ſeruorũ tuorũ qui ſaluam fecerũt animam tuam,& animam filiorũ tuorum & filiarum tuarũ,& animã vxorum tuarũ,& animã concubinarũ tuarũ. Diligis odientes te,& odio habes diligẽtes te:& oſtẽdiſti hodie quia nõ curas de ducibus tuis,& de ſeruis tuis:& verè cognoui modò,quia ſi Abſalõ viueret,& omnes nos occubuiſſemus,tũc placeret tibi. Nũc igitur ſurge,& procede:& alloquẽs ſatisfac ſeruis tuis:iuro enim tibi per Dñm, quòd ſi non exieris,ne vnus quidẽ remanſurus ſit tecum nocte hac:& peius erit hoc tibi,quàm omnia mala quæ venerunt ſuper te ab adoleſcen

adoleſcentia tua vſq; in præſens. Surrexit ergo rex, & ſedit in porta: & omni populo nũtiatum eſt quòd rex ſederet in porta: venitq; vniuerſa multitudo coram rege, Iſrael autem fugit in tabernacula ſua. Omnis quoq; populus certabat in cunctis tribubus Iſrael, dicens, Rex liberauit nos de manu inimicorum noſtrorũ, ipſe ſaluauit nos de manu Philiſthinorum: & nunc fugit de terra propter Abſalom. Abſalom autem quem vnximus ſuper nos, mortuus eſt in bello: vſquequo ſiletis, & non reducitis regẽ? Rex verò Dauid miſit ad Sadoc & Abiathar ſacerdotes, dicens, Loquimini ad maiores natu Iuda, dicentes, Cur venitis nouiſsimi ad reducendũ regem in domum ſuam? Sermo autem omnis Iſrael peruenerat ad regem, in domũ eius, *quia dixerat rex, Hæc dicetis ad populum Iuda: Fratres mei vos, os meum, & caro mea vos: quare nouiſsimi reducitis regem? Et Amaſæ dicite, Nónne os meum, & caro mea es? Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, ſi non magiſter militiæ ſu eris coram me omni tempore pro Ioab. Et inclinauit cor omniũ virorum Iuda, quaſi viri vnius: miſeruntq; ad regem, dicentes, Reuertere tu, & omnes ſerui tui. Et reuerſus eſt rex: & venit vſque ad Iordanem, & omnis Iuda venit vſq; in Galgala, vt occurreret regi, & traduceret eum Iordanem. Feſtinauit autem Semei filius Gera filij Iemini de Bahurim, & deſcendit cũ viris Iuda in occurſum regis Dauid cũ mille viris de Beniamin, & Siba puer de domo Saul: & quindecim filij eius, ac viginti ſerui erant cũ eo: & irrumpentes Iordanẽ, ante regem tranſierunt vada, vt traducerent domum regis, & facerent iuxta iuſsionem eius: Semei autem filius Gera proſtratus coram rege, cum iam tranſiſſet Iordanẽ, dixit ad eum, Ne reputes mihi Dñe mi iniquitatem, neq; memineris iniuriarum ſerui tui in die qua egreſſus es Domine mi rex de Ieruſalem, neq; ponas rex in corde tuo. Agnoſco enim ſeruus tuus peccatum meum: & idcirco hodie primus veni de omni domo Ioſeph, deſcendiq́ue in occurſum Domini mei regis. Reſpondens verò Abiſai filius Saruiæ, dixit, Nunquid pro his verbis nõ occidetur Semei, quia maledixit Chriſto Domini? Et ait Dauid, Quid mihi & vobis filij Saruiæ? cur efficimini mihi hodie in ſatan: ergóne hodie interficietur vir in Iſrael? an ignoro hodie me factũ regẽ ſuper Iſrael? Et ait rex Semei, Non morieris. Iurauitq; ei. Miphibóſeth quoq; filius Saul deſcendit in occurſum regis illotis pedibus, & intonſa barba: veſtes q; ſuas non lauerat à die qua egreſſus fuerat rex, vſq; ad diem reuerſionis eius in pace. Cumq; in Ieruſalẽ occurriſſet regi, dixit ei rex, Quare non veniſti mecum Miphibóſeth? Et reſpondens ait, Domine mi rex, ſeruus meus contempſit me: dixiq́; ei ego famulus tuus vt ſterneret mihi aſinum, & aſcendens abirem cũ rege: claudus enim ſum ſeruus tuus. Inſuper & accuſauit me ſeruum tuum ad te Dominum meum regẽ: tu autem Domine mi rex, ſicut angelus Dei es, fac quod placitum eſt tibi, Neq; enim fuit domus patris mei, niſi morti obnoxia Domino meo regi: tu autem poſuiſti me ſeruum tuũ inter cõuiuas menſæ tuæ: quid ergo habeo iuſtæ querelæ? aut quid poſſum vltrà vociferari ad regem? Ait ergo ei rex, Quid vltrà loqueris? fixum eſt quod locutus ſum: tu & Siba diuidite poſſeſsiones. Reſponditq; Miphibóſeth regi, Etiam cuncta accipiat, poſtquam reuerſus eſt Dñs meus rex pacifice in domũ ſuam. Berzellai quoque Galaadites, deſcẽdẽs de Rogelim traduxit regem Iordanem, paratus etiam vltra fluuium proſequi eum. Erat autem Berzellai Galaadites ſenex valde, id eſt octogenarius, & ipſe præbuit alimenta regi, cum moraretur in caſtris: fuit quippe vir dives nimis. Dixit itaq; rex ad Berzellai, Veni mecum, vt requieſcas ſecurè mecum in Ieruſalem. Et ait Berzellai ad regem, Quot ſunt dies annorum vitæ meæ, vt aſcendam cum rege in Ieruſalem? Octogenarius ſum hodie: nũquid vigẽt ſenſus mei ad diſcernẽdum ſuaue aut amarum? aut delectare poteſt ſeruum tuum cibus & potus? vel audire poſſum vltrà vocem cantorum atq; cantatricum? quare ſeruus tuus ſit oneri Domino meo regi? Paululũ procedat famulus tuus ab Iordane tecum: non indigeo hac viciſſitudine, ſed obſecro vt reuertar ſeruus tuus, & moriar in ciuitate mea, & ſepeliar iuxta ſepulchrũ patris mei & matris meæ. Eſt autẽ ſeruus tuus Chamaam, ipſe vadat tecum Domine mi rex, & fac ei quicquid tibi bonum videtur. Dixit itaq; rex, Mecum tranſeat Chamaam, & ego faciam ei quicquid tibi placuerit: & omne quod petieris à me, impetrabis. Cumq; tranſiſſet vniuerſus populus & rex Iordanem, & oſculatus eſt rex Berzellai: & benedixit ei: & ille reuerſus eſt in locum ſuum. Tranſiuit ergo rex in Galgalã, & Chamaam cum eo: omnis autem populus Iuda traduxerat regem, & media tantum pars affuerat de populo Iſrael. Itaq; omnes viri Iſrael concurrentes ad regem, dixerunt ei, Quare te furati ſunt fratres noſtri viri Iuda, & traduxerunt regem & domum eius Iordanem, omnesq; viros Dauid cum eo? Et reſpõdit omnis vir Iuda ad viros Iſrael, Quia mihi propior eſt rex: cur iraſceris ſuper hac re? nunquid comedimus aliquid ex rege, aut munera nobis data ſunt? Et reſpondit vir Iſrael ad viros Iuda, & ait, Decem partibus maior ego ſum apud regem, magisq; ad me pertinet Dauid, quàm ad te: cur feciſti mihi iniuriam, & non mihi nuntiatum eſt priori, vt reducerem regem meum? Durius autem reſponderunt viri Iuda viris Iſrael.

Dauid reſtitutus regno, reducitur in Ieruſalem.

3. Reg. 2. b

Semei precatur à Dauide veniã. Supra 16. c

Miphibóſeth regi occurrit.

Supra 16. a

2. Re. 16. a

3. Reg. 2. b

Supra 17. g



SAVM Seba filius Bochri ſeditionem in Iſrael mouiſſet, hunc Ioab cum Abiſai fratre perſequens, Amaſam in uia occidit: ab obſidione Abelæ miſſo Sebæ per murum capite tandem diſcedit.

CAPVT XX.

ACcidit quoq; vt ibi eſſet vir Belial nomine Seba filius Bochri, vir Iemineus: & cecinit buccina, & ait, Non eſt nobis pars in Dauid, neq; hæreditas in filio Iſai: reuertere in tabernacula tua Iſrael. Et ſeparatus eſt omnis Iſrael à Dauid, ſecutus q; eſt Seba filium Bochri: viri autem Iuda adhæſerunt regi ſuo à Iordane vſque Ieruſalem. Cũq; veniſſet rex in domum ſuam in Ieruſalem, tulit decem mulieres concubinas ſuas, quas dereliquerat ad cuſtodiendam domum, & tradidit eas in cuſtodiam, alimenta eis præbens: & non eſt ingreſſus ad eas, ſed erant clauſæ vſque in diem mortis ſuæ in viduitate viuentes. Dixit autem rex Amaſæ, Conuoca mihi omnes viros Iuda in diem tertium, & tu adeſto præſens. Abijt ergo Amaſa vt conuocaret Iudam, & moratus eſt extra placitum quod ei conſtituerat. Ait autem Dauid ad Abiſai, Nunc magis afflicturus eſt nos Seba filius Bochri, quàm Abſalom: tolle igitur ſeruos Domini tui, & perſequere eum, ne fortè inueniat ciuitates munitas, & effugiat nos. Egreſsi ſunt ergo cum eo viri Ioab, Cerethi quoq;, & Phelethi: & omnes robuſti exierunt de Ieruſalẽ ad perſequendũ Seba filium Bochri. Cumq; illi eſſent iuxta lapidem grandem qui eſt in Gabaon, Amaſa veniens ad faciem illorum, occurrit eis. Porrò Ioab veſtitus erat tunica ſtricta ad menſuram habitus ſui, & déſuper accinctus gladio dependente vſque ad ilia in vagina, qui fabricatus leui motu egredi poterat, & percutere. Dixit itaq; Ioab ad Amaſam, Salue mi frater.

frater. Et tenuit manu dextera mentum Amasæ, quasi oscu-
2.Reg.2.d lans eũ. Porrò Amasa non obseruauit gladium, quem habe-
D bat Ioab: qui percussit eum in latere, & effudit intestina eius
in terram, & mortuus est, nec secundũ vulnus apposuit. Ioab
autem, & Abisai frater eius persecuti sunt Seba filiũ Bochri.
Interea quidam viri cum stetissent iuxta cadauer Amasæ de
socijs Ioab, dixerunt, Ecce qui esse voluit pro Ioab comes
Dauid. Amasa autẽ cõspersus sanguine, iacebat in media via.
Vidit hoc quidam vir quòd subsisteret omnis populus ad vi-
dendum, & amouit Amasam de via in agrũ: operuitq; eũ ve-
E stimento, ne subsisterẽt transeũtes, propter eum. Amoto er-
go illo de via, transibat omnis vir sequens Ioab ad persequen
dum Seba filium Bochri. Porrò ille transierat per omnes tri-
bus Israel vsq; in Abelã, & Bethmaacha: omnesq; viri electi
congregati fuerunt ad eum. Venerunt itaq;, & oppugnabant
Obsidetur Abela. eum in Abela, & in Bethmaacha, & circundederũt munitio-
nibus ciuitatem, & obsessa est vrbs: omnis autem turba quæ
erat cum Ioab, moliebatur destruere muros. Et exclamauit
mulier sapiẽs de ciuitate, Audite audite, dicite Ioab, Appro-
F pinqua huc, & loquar tecum. Qui cũ accessisset ad eã, fait illi,
Tu es Ioab? Et ille respõdit, Ego sum. At quẽ sic locuta est,
Audi sermones ancillæ tuæ. Qui respõdit, Audio. Rursumq;
Prouerbiũ. illa, Sermo, inquit, dicebatur in veteri prouerbio, QVI IN-
TERROGANT, interrogent in Abela: & sic perficiant. Nónne
ego sum quæ respondeo veritatem in Israel, & tu quæris
subuertere ciuitatẽ, & euertere matrẽ in Israel? quare præci-
pitas hæreditatẽ Domini? Respondẽs q; Ioab, ait, Absit, absit
hoc à me, nõ præcipito, neq; demolior. Non sic se habet res,
sed homo de mõte Ephraim Seba filius Bochri cognomine,
leuauit manum suam contra regem Dauid: tradite illum so-
G lum, & recedemus à ciuitate. Et ait mulier ad Ioab, Ecce ca-
put eius mittetur ad te per murũ. Ingressa est ergo ad omnẽ
populum, & locuta est eis sapienter: qui abscissum caput Se-
bæ filij Bochri proiecerũt ad Ioab. Et ille cecinit tuba, & re-
cesserunt ab vrbe, vnusquisq; in tabernacula sua: Ioab autem
Ordo aulæ Dauidis. reuersus est Ierusalẽ ad regem. Fuit ergo Ioab super omnem
exercitum Israel: Banaias autẽ filius Ioiadæ super Cerethæos
& Phelethæos: Aduram verò super tributa: porrò Iosaphat
filius Ahilud, à cõmentarijs: Siba autem, scriba: Sadoc verò &
Abiathar, sacerdotes: Ira autem Iairites erat sacerdos Dauid.

S. IMMISSA propter Saulis in Gabaonitas peccatum fame trienni, reliquias Saulis præter Miphibóseth iudicat Dauid suspendi, ossaq; cum Saulis & Ionathæ ossibus inhumari.

CAPVT XXI.

A FActa est quoq; fames in diebus Dauid tribus an-
nis iugiter: & consuluit Dauid oraculũ Domini.
Dixitq; Dominus, Propter Saul, & domũ eius
sanguinũ, quia occidit Gabaonitas. Vocatis ergo
Gabaonitis rex, dixit ad eos. (Porrò Gabaonitæ non erant
Iosue 9.c de filijs Israel, sed reliquiæ Amorrhæorũ: filij quippe Israel
iurauerant eis, & voluit Saul percutere eos zelo, quasi pro fi-
lijs Israel, & Iuda.) Dixit ergo Dauid ad Gabaonitas, Quid
faciam vobis? & quod erit vestri piaculum, vt benedicatis hæ-
reditati Domini? Dixeruntque ei Gabaonitæ, Non est no-
bis super argento & auro quæstio, sed contra Saul, & contra
domum eius: neque volumus vt interficiatur homo de Israel.
Ad quos ait, Quid ergo vultis vt faciam vobis? Qui dixe-
runt regi, Virum qui attriuit nos & oppressit iniquè, ita de-
B lere debemus, vt ne vnus quidem residuus sit de stirpe eius in
cunctis finibus Israel. Dentur nobis septem viri de filijs eius,
& crucifigamus eos Domino in Gabaa Saul quondam ele-
1.Reg.18.a cti Domini. Et ait rex, Ego dabo. Pepercitq; rex Miphibó-
seth filio Ionathæ filij Saul, propter iusiurandum Domini
Visio in se- quod fuit inter Dauid, & inter Ionathan filium Saul. Tulit
ptem filios itaq; rex duos filios Respha filię Aia, quos peperit Sauli, Ar-
moni, & Miphibóseth: & quinque filios Michol filiæ Saul,
quos genuerat Hadrieli filio Berzellai, qui fuit de Molathi,
& dedit eos in manus Gabaonitarum: qui crucifixerunt eos
in monte coram Domino: & ceciderunt hi septem simul
occisi in diebus messis primis, incipiente messione hordei.
C Tollens autem Respha filia Aia, cilicium, substrauit sibi su-
pra petram ab initio messis, donec stillaret aqua super eos de
cœlo: & non dimisit aues lacerare eos per diem, neq; bestias
per noctem. Et nuntiata sunt Dauid quæ fecerat Respha fi-
lia Aia concubina Saul. Et abijt Dauid, & tulit ossa Saul, &
ossa Ionathæ filij eius à viris Iabes Galaad, qui furati fuerant
ea de platea Bethsan, in qua suspenderant eos Philisthijm 1.Reg.31.c
cum interfecissent Saul in Gelbóe, & asportauit inde ossa
Saul, & ossa Ionathæ filij eius: & colligentes ossa eorum, qui
affixi fuerant, sepelierunt ea cum ossibus Saul, & Ionathæ fi-
lij eius in terra Beniamin, in Latere, in sepulchro Cis patris
eius: feceruntq; omnia quæ præceperat rex, & repropitiatus
est Deus terræ post hæc. Factum est autem rursum præ- Quatuor
lium Philisthinorum aduersum Israel, & descendit Dauid & insignia bel
serui eius cum eo, & pugnabant contra Philisthijm. Defi- la Dauid
ciente autem Dauid, Iesbibenob, qui fuit de genere Arapha, contra Phi-
cuius hasta trecentas vncias appendebat, & accinctus erat en- listhæos.
se nouo, nisus est percutere Dauid. Præsidioq; ei fuit Abi- I
D sai filius Saruiæ, & percussum Philisthæum interfecit. Tunc Iesbibenob
iurauerunt viri Dauid, dicentes, Iam nõ egredieris nobiscum interficitur.
in bellum, ne extinguas lucernam Israel. Secundum quoq; II
bellum fuit in Gob contra Philisthæos: tunc percussit So- Saph.
bochai de Husathi, Saph de stirpe Arapha. Tertium quo- 1.Par.20.e
que fuit bellum in Gob contra Philisthæos, in quo percussit III
Adeodatus filius Saltus polymitarius Bethlehemites Go- Goliath.
liath Gethæum, cuius hastile hastæ erat quasi liciatorium te- IIII
xentium. Quartum bellum fuit in Geth: in quo vir fuit
excelsus, qui senos in manibus pedibusque habebat digitos,
id est viginti quatuor, & erat de origine Arapha. Et blasphe-
mauit Israel: percussit autem eum Ionathan filius Samaa fra-
tris Dauid. Hi quatuor nati sunt de Arapha in Geth, & eeci-
derunt in manu Dauid, & seruorum eius.

S. CANTICVM gratiarum actionis Dauidis pro sua ab omnibus liberatione, ex quo Iudæorum reprobatio & Gentium electio facile elicitur.

CAPVT XXII.

A DIxitque Dauid Domino verba carmi-
nis huius, in die qua liberauit eum Dominus de
manu omnium inimicorum suorum, & de manu
Saul. Et ait, Dominus petra mea, & robur meum,
& saluator meus. Deus fortis meus sperabo in eum: scutum
meum & cornu salutis meæ: eleuator meus, & refugium
meum: saluator meus, de iniquitate liberabis me. Laudabilem Psal.17.a
inuocabo Dominum, & ab inimicis meis saluus ero. Quia
circundederunt me contritiones mortis: torrentes Belial ter-
ruerunt me. Funes inferi circundederunt me: præuenerunt
me laquei mortis. In tribulatione mea inuocabo Dominum,
& ad Deum meum clamabo: & exaudiet de templo suo vo-
cem meam, & clamor meus veniet ad aures eius. Commota
est, & contremuit terra, & fundamenta montium concussa
sunt, & commota, quoniam iratus est eis. Ascendit fumus de
naribus eius, & ignis de ore eius vorauit: carbones succensi
B sunt ab eo. Et inclinauit cœlos, & descendit, & caligo sub pe-
dibus eius. Et ascendit super cherubim, & volauit: & lapsus
est super pennas venti. Posuit tenebras in circuitu suo latibu-
lum: cribrans aquas de nubibus cœlorum. Præ fulgore in
conspectu eius succensi sunt carbones ignis. Tonabit de cœ-
lo Dominus, & excelsus dabit vocem suam. Misit sagittas, &
dissipauit eos: fulgur, & consumpsit eos. Et apparuerunt ef-
fusiones maris, & reuelata sunt fundamenta orbis ab increpa-
tione Domini, ab inspiratione spiritus furoris eius. Misit de

cœlo,& assumpsit me,& extraxit me de aquis multis. Liberauit me ab inimico meo potentissimo,& ab his qui oderant me: quoniam robustiores me erant. Præuenit me in die afflictionis meæ,& factus est Dominus firmamentum meum,& eduxit me in latitudinem: liberauit me, quia complacui ei. Retribuet mihi Dominus secundum iustitiam meam, & secundum munditiam manuum mearum reddet mihi. Quia custodiui vias Domini,& non egi impiè à Deo meo. Omnia enim iudicia eius in conspectu meo,& præcepta eius non amoui à me. Et ero perfectus coram eo, & custodiam me ab iniquitate mea. Et restituet mihi Dominus secundum iustitiam meam: & secundum munditiam manuum mearum, in conspectu oculorum suorum. Cum sancto sanctus eris, & cum robusto perfectus. Cum electo electus eris,& cum peruerso peruertêris. Et populum pauperem saluum facies, oculisq; tuis excelsos humiliabis. Quia tu lucerna mea Domine, & tu Domine illuminabis tenebras meas. In te enim curram accinctus, in Deo meo transiliam murum. Deus immaculata via eius, eloquium Domini igne examinatum: scutum est omnium sperantium in se. Quis est Deus præter Dominum: & quis fortis, præter Deum nostrum? Deus qui accinxit me fortitudine, & complanauit perfectam viam meam. Coæquans pedes meos ceruis, & super excelsa mea statuens me. Docens manus meas ad prælium, & componens quasi arcum æreum brachia mea. Dedisti mihi clypeum salutis tuę, & mansuetudo tua multiplicauit me. Dilatasti gressus meos subtus me, & non deficient tali mei. Persequar inimicos meos, & conteram, & non reuertar donec consumam eos. Consumam eos & confringam, vt non cõsurgant: cadent sub pedibus meis. Accinxisti me fortitudine ad prælium, incuruabis resistentes mihi subtus me. Inimicos meos dedisti mihi dorsum: odientes me,& disperdam eos: Clamabunt, & non erit qui saluet, ad Dominum, & non exaudiet eos. Delebo eos vt puluerem terræ: quasi lutum platearum comminuam eos atq; confringam. Saluabis me à contradictionibus populi mei: custodies ME IN CAPVT GENTIVM: populus quem ignoro, seruiet mihi. Filij alieni resistent mihi, auditu auris obedient mihi. Filij alieni defluxerunt, & contrahẽtur in angustijs suis. Viuit Dominus, & benedictus Deus meus,& exaltabitur Deus fortis salutis meæ. Deus qui das vindictas mihi,& deijcis populos sub me. Qui educis me ab inimicis meis,& à resistentibus mihi eleuas me: à viro iniquo liberabis me. Propterea confitebor tibi Domine in gentibus,& nomini tuo cantabo. Magnificans salutes regis sui, & faciens misericordiam CHRISTO SVO DAVID, & semini eius in sempiternum.

Abiectio Iudæorum, & Gẽtium electio.

Roma.15.b

S. CATALOGVS *illustrium uirorum* Dauid.

CAPVT XXIII.

HAec autem sunt verba nouissima quæ dixit Dauid filius Isai: Dixit vir cui constitutum est de Christo Dei Iacob, egregius psaltes Israel, Spiritus Domini locutus est per me, & sermo eius per linguam meam. Dixit Deus Israel, mihi locutus est fortis Israel: dominator hominum, iustus dominator in timore Dei. Sicut lux auroræ oriente sole, mane absque nubibus rutilat, & sicut pluuijs germinat herba de terra. Nec tanta est domus mea apud Deum, vt pactum æternum iniret mecum firmum in omnibus atque munitum: cuncta enim salus mea, & omnis voluntas: nec est quicquam ex ea quod non germinet. Præuaricatores autem quasi spinæ euellentur vniuersi: quæ non tolluntur manibus. Et si quis tangere voluerit eas, armabitur ferro, & ligno lanceato, igneque succensæ comburentur vsque ad nihilum. Hæc nomina fortium Dauid, sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres, ipse est quasi tenerrimus ligni vermiculus, qui octingentos interfecit impetu vno. Post hunc Eleazar filius patrui eius Ahohites inter tres fortes, qui erant cum Dauid quando exprobrauerunt Philisthijm, & congregati sunt illuc in prælium. Cumq; ascendissent viri Israel, ipse stetit & percussit Philisthæos donec deficeret manus eius, & obrigesceret cum gladio: fecitque Dominus salutem magnam die illa: & populus qui fugerat, reuersus est ad cæsorum spolia detrahenda. Et post hunc, Semma filius Age de Arari. & congregati sunt Philisthijm in statione, erat quippe ibi ager lente plenus. Cumq; fugisset populus à facie Philisthijm, stetit ille in medio agri,& tutatus est eum, percussitque Philisthæos: & fecit Dominus salutem magnam. Necnon & antè descenderant tres, qui erant principes inter triginta, & venerant tempore messis ad Dauid in speluncam Odollam, castra autem Philisthinorum erant posita in valle Gigantum. Et Dauid erat in præsidio: porrò statio Philisthinorum tunc erat in Bethlehem. Desyderauit ergo Dauid, & ait, O si quis mihi daret potum aquæ de cisterna quę est in Bethléhem iuxta portam. Irruperunt ergo tres fortes castra Philisthinorum, & hauserunt aquam de cisterna Bethléhem, quæ erat iuxta portam, & attulerunt ad Dauid: at ille noluit bibere, sed libauit eam Domino, dicens, Propitius sit mihi Dominus, ne faciam hoc: num sanguinem hominum istorum qui profecti sunt,& animarum periculum bibam? Noluit ergo bibere. hæc fecerunt tres robustissimi. Abisai quoque frater Ioab filius Saruiæ, princeps erat de tribus: ipse est qui leuauit hastam suam contra trecentos, quos interfecit, nominatus in tribus, & inter tres nobilior, eratque eorum princeps, sed vsque ad tres primos non peruenerat. Et Banaias filius Ioiadæ viri fortissimi magnorum operum de Cabseel: ipse percussit duos leones Moab,& ipse descendit,& percussit leonem in media cisterna in diebus niuis. Ipse quoq; interfecit virum Aegyptium, virum dignum spectaculo, habentem in manu hastam: itaque cum descendisset ad eum in virga, vi extorsit hastam de manu Aegyptij,& interfecit eum hasta sua. hæc fecit Banaias filius Ioiadæ. Et ipse nominatus inter tres robustos, qui erant inter triginta nobiliores: veruntamen vsque ad tres non peruenerat: fecitque eum sibi Dauid auricularium à secreto. Asael frater Ioab inter triginta, Elehanan filius patrui eius de Bethléhem, Semma de Harodi, Elica de Harodi, Heles de Phalti, Hira filius Acces de Thecua, Abiezer de Anathoth, Mobonnai de Husathi, Selmon Ahohites, Maharái Netophathites, Heled filius Baana,& ipse Netophathites, Ithai filius Ribai de Gabaath filiorum Beniamin, Banáia Pharathonites, Heddai de torrente Gaas, Abialbon Arbathites, Azmáueth de Beromi, Eliaba de Salaboni. Filij Iassen, Ionathan. Semma de Orori, Ahiam filius Sarar Ararites, Eliphélet filius Aasbi filij Machatir, Eliam filius Achithophel Gelonites, Hesrái de Carmelo, Pharái de Arbi, Igaal filius Nathan de Soba. Bani de Gadi, Selec de Ammoni, Naharái Berothites armiger Ioab filij Saruiæ, Ira Iethrites, Gareb & ipse Iethrites, Vrias Hethæus, omnes triginta septem.

Nouissima verba Dauid.

Spiritꝰ Dei locutus est per Dauidem.

Catalogus fortiũ Dauid.

1.Par.11.b

S. DAVID *ob numeratum populum à* Nathan *correptus ex tribus oblatis pestem elegit, qua in populum sæuiente septuaginta millia nocte una moriũtur, donec* Dauid *in area* Areuna *altare erigeret.*

CAPVT XXIIII.

ET addidit furor Domini irasci contra Israel, commouitque Dauid in eis dicentem, Vade, numera Israel & Iudam. Dixitq; rex ad Ioab principem exercitus sui, Perambula omnes tribus Israel à Dan vsque Bersabee,& numerate populum, vt sciam numerum eius. Dixitque Ioab regi, Adaugeat Dominus Deus tuus ad populum tuum, quantus nunc est, iterumque centuplicet in conspectu Domini mei regis: sed quid sibi Dominus meus rex vult in re huiuscemodi? Obtinuit autem sermo regis

1.Par.21.a

regis verba Ioab, & principum exercitus, egressusque est Ioab,& principes militum à facie regis,vt numerarent populum Israel. Cumque pertransissent Iordanem, venerunt in Aroer ad dexteram vrbis, quæ est in valle Gad: & per Iazer transierunt in Galaad, & in terram inferiorem Hadsi, & venerunt in Dan syluestria. Circumeuntesque iuxta Sidônem transierunt prope mœnia Tyri,& omnem terram Heuæi & Chananæi, veneruntque ad meridiem Iuda in Bersabee:& lustrata vniuersa terra affuerunt post nouem menses & viginti dies in Ierusalem. Dedit ergo Ioab numerum descriptionis populi regi:& inuenta sunt de Israel octingenta millia virorum fortium, qui educerent gladium:& de Iuda quingenta millia pugnatorum. Percussit autem cor Dauid eum, postquam numeratus est populus:& dixit Dauid ad Dominum, Peccaui valde in hoc facto:sed precor Domine, vt trãsferas iniquitatem serui tui, quia stultè egi nimis. Surrexit itaque Dauid mane, & sermo Domini factus est ad Gad prophetam & videntem Dauid, dicens, Vade,& loquere ad Dauid, Hæc dicit Dominus, Trium tibi datur optio, eligevnum quod volueris ex his, vt faciam tibi. Cumque venisset Gad ad Dauid, nuntiauit ei, dicens, Aut septem annis veniet tibi fames in terra tua:aut tribus mensibus fugies aduersarios tuos, & illi te persequentur:aut certè tribus diebus erit pestilentia in terra tua. Nunc ergo delibera,& vide quem respondeam ei qui me misit, sermonem. Dixit autem Dauid ad Gad, Coarctor nimis:sed melius est vt incidam in manus Domini (multæ enim misericordiæ eius sunt) quàm in manus hominum. Immisitque Dominus pestilentiam in Israel, de mane vsque ad tempus constitutum, & mortui sunt ex populo à Dan vsque ad Bersabee septuaginta millia virorum. Cumque extendisset manum suam angelus Domini super Ierusalem vt disperderet eam, misertus est Dominus super afflictionem, & ait angelo percutienti populum, Sufficit, nunc contine manum tuam. erat autem angelus Domini iuxta aream Areuna Iebusæi. Dixitque Dauid ad Dominum cum vidisset angelum cædentem populum, Ego sum qui peccaui, & ego iniquè egi:isti qui oues sunt, quid fecerunt? vertatur obsecro manus tua contra me,& contra domum patris mei. Venit autem Gad propheta ad Dauid in die illa,& dixit ei, Ascende, & constitue altare Domino in area Areuna Iebusæi. Et ascendit Dauid iuxta sermonem Gad, quem præceperat ei Dominus. Conspiciensque Areuna, animaduertit regem & seruos eius transire ad se:& egressus adorauit regem prono vultu in terram,& ait, Quid causæ est, vt veniat Dominus meus rex ad seruum suum? Cui Dauid ait, Vt emam à te aream,& ædificem altare Domino,& cesset interfectio quæ grassatur in populo. Et ait Areuna ad Dauid, Accipiat, & offerat dominus meus rex, sicut placet ei:habes boues in holocaustum, & plaustrum & iuga boum in vsum lignorum. Omnia dedit Areuna regi:dixitque Areuna ad regem, Dominus Deus tuus suscipiat votum tuum. Cui respondens rex, ait, Nequaquam vt vis, sed emam pretio à te, & non offeram Domino Deo meo holocausta gratuita. Emit ergo Dauid aream & boues, argenti siclis quinquaginta:& ædificauit ibi Dauid altare Domino,& obtulit holocausta & pacifica:& propitiatus est Dominus terræ,& cohibita est plaga ab Israel.

FINIS.

Dauidi pœnarum tria genera proponuntur.

Pestem eligit.

xxx. millia virorum cadunt peste.

Cessat pestis,oblatione à Dauide facta.

Liber Tertius Regum: secundũ Hebræos,

Primus Malachim.



S. DAVID *senio confectum Abisag calefacit, Adonia uerò regnum occupante Bethsabee consilio Nathan impetrauit à Dauid Salomonem ungi in regem.*

CAPVT I.

ET REX Dauid senuerat, habebatque ætatis plurimos dies: cumque operiretur vestibus, non calefiebat. Dixerunt ergo ei serui sui, Quæramus Domino nostro regi adolescentulam virginem, & stet coram rege, & foueat eum, dormiatq; in sinu suo, & calefaciat Dominum nostrum regem. Quæsierunt igitur adolescentulam speciosam in omnibus finibus Israel,& inuenerunt Abisag Sunamitidem,& adduxerunt eam ad regem. Erat autem puella pulchra nimis, dormiebatque cum rege & ministrabat ei:rex verò non cognouit eam. Adonias autẽ filius Haggith eleuabatur, dicens, Ego regnabo. Fecitq; sibi currum & equites,& quinquaginta qui currerent ante eum. Nec corripuit eum pater suus aliquando, dicens, Quare hoc fecisti? erat autem & ipse pulcher valde, secũdus natu post Absalom. Et sermo eius cum Ioab filio Saruiæ,& cum Abiathar sacerdote, qui adiuuabant partes Adoniæ. Sadoc verò sacerdos & Banaias filius Ioiadæ,& Nathan propheta,& Semei,& Rei,& omne robur exercitus Dauid non erat cum Adonia. Immolatis ergo Adonias arietibus,& vitulis,& vniuersis pinguibus iuxta lapidem Zoheleth, qui erat vicinus fonti Rogel, vocauit vniuersos fratres suos filios regis,& omnes viros Iuda seruos regis. Nathan autem prophetã,& Banaiam, & robustos quosque,& Salomonem fratrem suum non vocauit. Dixit itaque Nathan ad Bethsabee matrẽ Salomonis, Num audisti quòd regnauerit Adonias filius Haggith,& Dominus noster Dauid hoc ignorat? Nunc ergo veni,accipe consilium à me,& salua animã tuam, filij q; tui Salomonis. Vade,& ingredere ad regem Dauid,& dic ei, Nónne tu domine mi rex iurasti mihi ancillæ tuæ, dicens, Quòd Salomon filius tuus regnabit post me,& ipse sedebit in solio meo? quare ergo regnat Adonias? & adhuc ibi te loquẽte cum rege, ego veniam post te, & cõplebo sermones tuos. Ingressa est itaq; Bethsabee ad regẽ in cubiculo: rex autem senuerat nimis, & Abisag Sunamitis ministrabat ei. Inclinauit se Bethsabee,& adorauit regem. Ad quam rex, Quid tibi, inquit, vis? Quæ respondens ait, Domine mi, tu iurasti per Dominum Deũ tuum ancillæ tuæ, Salomõ filius tuus regnabit post me,& ipse sedebit in solio meo. Et ecce nunc Adonias regnat, te domine mi rex ignorante,

Abisag virgo.

Adonias inscio patre, sine Dei verbo occupat regnũ, immolatis victimis.

Mactauit boues & pinguia quæq;,& arietes plurimos,& vocauit omnes filios regis,Abiathar quoq; sacerdotem,& Ioab principem militiæ.Salomonem autem seruum tuum non vocauit. Veruntamen domine mi rex,in te oculi respiciunt totius Israel,vt indices eis quis sedere debeat in solio tuo, domine mi rex,post te.Eritque,cum dormierit dominus meus rex cũ patribus suis,erimus ego & filius meus Salomon peccatores.Adhuc illa loquẽte cum rege, Nathan propheta venit.Et nuntiauerunt regi,dicentes, Adest Nathan propheta. Cumq; introisset in conspectum regis,& adorasset eum pronus in terram,dixit Nathan,Domine mi rex,tu dixisti, Adonias regnet post me,& ipse sedeat super thronũ meum?Quia descendit hodie, & immolauit boues & pinguia & arietes plurimos,& vocauit vniuersos filios regis, & principes exercitus,Abiathar quoq; sacerdotem:illisq; vescẽtibus & bibentibus coram eo,& dicẽtibus,Viuat rex Adonias.Me seruum tuum & Sadoc sacerdotem,& Banaiam filiũ Ioiadæ,& Salomonem famulum tuum nõ vocauit.Nunquid à domino meo rege exiuit hoc verbum,& mihi non indicasti seruo tuo quis sessurus esset super thronum domini mei regis post eum? Et respondit rex Dauid,dicens,Vocate ad me Bethsabee. Quæ cum fuisset ingressa coram rege, & stetisset ante eum, iurauit rex,& ait,Viuit Dominus,qui eruit animam meam de omni angustia,quia sicut iurauí tibi per Dominũ Deum Israel,dicens,Salomon filius tuus regnabit post me, & ipse sedebit super solium meũ pro me:sic faciam hodie. Summissoq; Bethsabee in terram vultu,adorauit regẽ,dicens, Viuat dominus meus rex Dauid in æternũ.Dixit quoq; rex Dauid, Vocate mihi Sadoc sacerdotem,& Nathan prophetam, & Banaiam filium Ioiadæ. Qui cum ingressi fuissent coram rege,dixit ad eos, Tollite vobiscũ seruos domini vestri,& imponite Salomonem filium meum super mulam meam, & ducite eum in Gihon.& vngat eum ibi Sadoc sacerdos,& Nathan propheta in regem super Israel:& canetis buccina,atque dicetis, Viuat rex Salomon. Et ascendetis post eum, & veniet, & sedebit super solium meum,& ipse regnabit pro me:illiq; precipiam vt sit dux super Israel,& super Iudam. Et respondit Banaias filius Ioiadæ,regi,dicens,Amen:sic loquatur Dominus Deus domini mei regis. Quomodo fuit Dominus cum domino meo rege,sic sit cum Salomone,& sublimius faciat solium eius à solio domini mei regis Dauid. Descẽdit ergo Sadoc sacerdos & Nathan propheta, & Banaias filius Ioiadæ, & Cerethi,& Phelethi: & imposuerunt Salomonem super mulam regis Dauid,& adduxerũt eum in Gihon.Sumpsitq; Sadoc sacerdos cornu olei de tabernaculo, & vnxit Salomonem: & cecinerunt buccina, & dixit omnis populus, Viuat rex Salomon. Et ascendit vniuersa multitudo post eum, & populus canentium tibijs,& lætantium gaudio magno,& insonuit terra à clamore eorum. Audiuit autem Adonias, & omnes qui inuitati fuerant ab eo:iamque conuiuium finitum erat:sed & Ioab, audita voce tubæ, ait, Quid sibi vult clamor ciuitatis tumultuãtis? Adhuc illo loquẽte,Ionathã filius Abiathar sacerdotis venit:cui dixit Adonias,Ingredere, quia vir fortis es,& bona nuntians. Respondítq; Ionathan Adoniæ, Nequaquam:dominus enim noster rex Dauid regem constituit Salomonem:misitque cum eo Sadoc sacerdotem,& Nathan prophetam, & Banaiam filium Ioiadæ, & Cerethi,& Phelethi,& imposuerunt eum super mulam regis. Vnxeruntque eum Sadoc sacerdos,& Nathan propheta regem in Gihon:& ascenderunt inde lætantes,& insonuit ciuitas. hæc est vox quam audistis.Sed & Salomon sedet super solium regni.Et ingressi serui regis,benedixerunt domino nostro regi Dauid,dicentes, Amplificet Deus nomen Salomonis super nomen tuum,& magnificet thronũ eius super thronũ tuum. Et adorauit rex Dauid in lectulo suo,insuper & hæc locutus est,Benedictus Dominus Deus Israel,qui dedit hodie sedentem in solio meo , videntibus oculis meis. Territi sunt ergo, & surrexerunt omnes qui inuitati fuerant ab Adonia , & iuit vnusquisq; in viam suam.Adonias autẽ timens Salomonem, surrexit,& abijt*in tabernaculum Domini .. tenuitq; cornu altaris.Et nuntiauerunt Salomoni,dicentes,Ecce Adonias timens regem Salomonem , tenuit cornu altaris, dicens, Iuret mihi rex Salomon hodiẽquòd non interficiat seruum suum gladio.Dixitque Salomon,Si fuerit vir bonus, non cadet ne vnus quidem capillus eius in terram:sinautem malum inuentum fuerit in eo,morietur. Misit ergo rex Salomon, & eduxit eum ab altari, & ingressus adorauit regem Salomonem: dixitq; ei Salomon, Vade in domum tuam.

S. DAVID *multa iniungens Salomoni moritur, Adonias petens Abisag occiditur, Abiathar sacerdotio priuatur, & tandem Ioab & Semei interficiuntur.* CAPVT II.

Appropinquauerunt autem dies Dauid vt moreretur,præcepitq; Salomoni filio suo,dicens, Ecce ego ingredior viam vniuersæ terræ: confortare, & esto vir. Et obserua vt custodias mandata Domini Dei tui, vt ambules in vijs eius, & custodias ceremonias eius,& præcepta eius,& iudicia, & testimonia , sicut scriptum est in lege Moysi: vt intelligas vniuersa quæ facis, & quocunque te verteris: Vt confirmet Dominus sermones suos,quos locutus est de me, dicens, Si custodierint filij tui viam suã,& ambulauerint coram me in veritate,in omni corde suo,& in omni anima sua , non auferetur tibi vir de solio Israel. Tu quoque nosti quæ fecerit mihi Ioab filius Saruiæ, quæ fecerit duobus principibus exercitus Israel,Abner filio Ner,& Amasæ filio Iether:quos occîdit, & effudit sanguinem belli in pace , & posuit cruorem prælij in baltheo suo, qui erat circa lumbos eius,& in calceamento suo quod erat in pedibus eius.Facies ergo iuxta sapientiã tuã,& non deduces caniciem eius pacifice ad inferos.Sed & filijs Berzellai Galaaditis reddes gratiã , eruntq; comedentes in mensa tua:occurrerunt enim mihi,quando fugiebã à facie Absalom fratris tui.Habes quoq; apud te Semei filiũ Gera filij Iemini de Bahurim, qui maledixit mihi maledictione pessima , quando ibam ad castra:sed quia descendit mihi in occursum cũ transirem Iordanẽ,& iuraui ei per Dominũ,dicens,Non te interficiam gladio:tu noli pati eũ esse innoxiũ.Vir autem sapiens es,vt scias quæ facies ei, deduces q; canos eius cum sanguine ad inferos. Dormiuit igitur Dauid cum patribus suis, & sepultus est in ciuitate Dauid.Dies autem quibus regnauit Dauid super Israel, quadraginta anni sunt:in Hebron regnauit septem annis:in Ierusalẽ,triginta tribus.Salomon autem sedit super thronum Dauid patris sui, & firmatũ est regnum eius nimis.Et ingressus est Adonias filius Haggith ad Bethsabee matrem Salomonis.Quæ dixit ei, Pacificus ne est ingressus tuus?Qui respondit,Pacificus. Addiditq;,Sermo mihi est ad te.Cui ait,Loquere.Et ille,Tu,inquit,nosti quia meũ erat regnum,& me præposuerat omnis Israel sibi in regẽ:sed translatum est regnũ,& factũ est fratris mei:à Domino enim constitutum est ei. Nunc ergo petitionẽ vnam deprecor à te,ne confundas faciẽ meã. Quæ dixit ad eum, Loquere.Et ille ait, Precor vt dicas Salomoni regi(neque enim negare tibi quicquam potest)vt det mihi Abisag Sunamitidẽ vxorem. Et ait Bethsabee,Bene,ego loquar pro te regi. Venit ergo Bethsabee ad regem Salomonem , vt loqueretur ei pro Adonia: & surrexit rex in occursum eius,adorauitq; eam, & sedit super thronum suũ:positusq; est thronus matri regis, quæ sedit ad dexteram eius.Dixitq; ei,Petitionem vnam parvulã ego deprecor à te,ne cõfundas faciem meã. Et dixit ei rex, Pete mater mea:neq; enim fas est vt auertam faciem tuam. Quæ ait, Detur Abisag Sunamitis Adoniæ fratri tuo vxor. Respondítq; rex Salomõ,& dixit matri suæ,Quare postulas Abisag Sunamitidem Adoniæ?postula ei & regnũ:ipse est enim frater meus maior me,& habet Abiathar sacerdotem, & Ioab filium

Præcepta dat Dauid filio Salomoni.

Deut.17.d

2.Reg.3.e
2.Reg.20.

2.Reg.19.f
2.Reg.16.b
2.Reg.19.e

Moritur Dauid.
Actũ 2.c & 13.c
x L.annis regnauit Dauid.
1.Par.29.f

Salomon vngitur in regem.

Fugit Adonias.

filium Saruiæ. Iurauit itaq; rex Salomon per Dominum, dicens, Hæc faciat mihi Deus, & hæc addat, quia cõtra animam suam locutus est Adonias verbum hoc. Et nunc viuit dominus, qui firmauit me, & collocauit me super soliũ Dauid patris mei, & qui fecit mihi domũ, sicut locutus est, quia hodie occidetur Adonias. Misitq; rex Salomõ per manum Banaiæ filij Ioiadæ, qui interfecit eum, & mortuus est. Abiathar quoq; sacerdoti dixit rex, Vade in Anathoth ad agrũ tuum, es quidem vir mortis: sed hodie te non interficiam, quia portasti arcam Domini Dei corã Dauid patre meo, & sustinuisti laborem in omnibus, in quibus laborauit pater meus. Eiecit ergo Salomon Abiathar, vt non esset sacerdos Domini, vt impleretur sermo Domini quem locutus est super domum Heli in Silo. Venit autem nuntius ad Salomonẽ quòd Ioab declinasset post Adoniam, & post Salomonẽ nõ declinasset: fugit ergo Ioab in tabernaculũ Domini, & apprehendit cornu altaris. Nũtiatumq; est regi Salomoni quòd fugisset Ioab in tabernaculum Domini, & esset iuxta altare: misitq; Salomon Banaiã filiũ Ioiadæ, dicens, Vade, interfice eũ. Et venit Banaias ad tabernaculum Domini, & dixit ei, Hæc dixit rex, Egredere. Qui ait, Non egrediar, sed hic moriar. Renuntiauit Banaias regi sermonem, dicens, Hæc locutus est Ioab, & hæc respõdit mihi. Dixitq; ei rex, Fac sicut locutus est, & interfice eum, & sepeli: & amouebis sanguinem innocentem, qui effusus est à Ioab, à me, & à domo patris mei. Et reddet Dominus sanguinem eius super caput eius, quia interfecit duos viros iustos, meliores que se: & occidit eos gladio, patre meo Dauid ignorante: Abner filium Ner principẽ militiæ Israel, & Amasam filiũ Iether principem exercitus Iuda: & reuertetur sanguis illorum in caput Ioab, & in caput seminis eius in sempiternum: Dauid autem & semini eius, & domui & throno illius sit pax vsq; in æternũ à Domino. Ascendit itaq; Banaias filius Ioiadæ, & aggressus eum interfecit, sepultusq; est in domo sua in deserto. Et constituit rex Banaiã filiũ Ioiadæ pro eo super exercitum, & Sadoc sacerdotẽ posuit pro Abiathar. Misit quoq; rex, & vocauit Semei, dixitq; ei, Aedifica tibi domum in Ierusalem, & habita ibi: & nõ egredieris inde huc, atq; illuc. Quacunq; autem die egressus fueris, & transieris torrentem Cedron, scito te interficiendum: sanguis tuus erit super caput tuum. Dixitq; Semei regi, Bonus sermo: sicut locutus est dominus meus rex, sic faciet seruus tuus. Habitauit itaq; Semei in Ierusalẽ diebus multis. Factum est autem post annos tres, vt fugerent serui Semei ad Achis filium Maacha regem Geth: nũtiatumq; est Semei, quòd serui eius essent in Geth. Et surrexit Semei, & strauit asinum suũ, iuitq; ad Achis in Geth ad requirendũ seruos suos, & adduxit eos de Geth. Nuntiatũ est autẽ regi Salomoni quòd isset Semei in Geth de Ierusalẽ, & redijsset. Et mittens vocauit eum, dixitq; illi, Nónne testificatus sum tibi per Dominũ, & prædixi tibi, Quacunq; die egressus fueris huc & illuc, scito te esse moriturũ? & respõdisti mihi, Bonus sermo quẽ audiui. Quare ergo nõ custodisti iusiurandũ Domini, & præceptũ quod præceperam tibi? Dixitq; rex ad Semei, Tu nosti omne malum, cuius tibi conscius est cor tuum, quod fecisti Dauid patri meo: reddiditq; Dominus malitiam tuam in caput tuum. Et rex Salomon benedictus, & thronus Dauid erit stabilis coram Domino vsq; in sempiternum. Iussit itaq; rex Banaiæ filio Ioiadæ: qui egressus, percussit eum, & mortuus est.

E 2.Reg.2.f Interficitur Ioab.

2.Reg.3.e 2.Re.20.c F

Semei interficitur.

G

S. SALOMON accepta in uxorem Pharaonis filia, sapientiã in somno accepit, quam in meretricum dirimenda lite primum ostendit.

CAPVT III.

A 2.Para.1.a

CONfirmatum est igitur regnum in manu Salomonis, & affinitate coniunctus est Pharaoni regi Aegypti: accepit nanq; filiam eius, & adduxit in ciuitatem Dauid, donec compleret ædificans domum suam, & domum Domini, & murum Ierusalem per circuitum. Attamen populus immolabat in excelsis: non enim ædificatum erat templũ nomini Domini vsq; in diem illum. Dilexit autem Salomon Dominum, ambulans in præceptis Dauid patris sui, excepto quòd in excelsis immolabat, & accendebat thymiama. Abijt itaq; Salomon in Gabaon, vt immolaret ibi: illud quippe erat excelsum maximum: mille hostias in holocaustũ obtulit Salomon super altare illud in Gabaon. Apparuit autem Dominus Salomoni per somnium nocte, dicens, Postula quod vis, vt dem tibi. Et ait Salomon, Tu fecisti cum seruo tuo Dauid patre meo misericordiã magnam, sicut ambulauit in conspectu tuo in veritate & iustitia, & recto corde tecum: custodisti enim ei misericordiam grandem, & dedisti ei filium sedentẽ super thronũ eius, sicut est hodie. Et nunc Domine Deus meus, tu regnare fecisti seruũ tuum pro Dauid patre meo: ego autem sum puer paruulus, & ignorans egressum & introitũ meum. Et seruus tuus in medio est populi, quẽ elegisti, populi infiniti, qui numerari & supputari non potest præ multitudine. Dabis ergo seruo tuo cor docile, vt populum tuum iudicare possit, & discernere inter bonum & malum. quis enim potest iudicare populũ istum, populum tuũ hunc multũ? Placuit ergo sermo coram Domino, quòd Salomon postulasset huiuscemodi rem. Et dixit Dominus Salomoni, Quia postulasti verbum hoc, & non petisti tibi dies multos, nec diuitias, aut animas inimicorum tuorum, sed postulasti tibi sapientiã ad discernendum iudicium: ecce feci tibi secundum sermones tuos, & dedi tibi cor sapiẽs & intelligens, in tantum vt nullus ante te similis tui fuerit, nec post te surrecturus sit. Sed & hæc quæ non postulasti dedi tibi, diuitias scilicet & gloriam, vt nemo fuerit similis tui in regibus cunctis retro diebus. Si autem ambulaueris in vijs meis, & custodieris præcepta mea & mandata mea, sicut ambulauit Dauid pater tuus, longos faciam dies tuos. Igitur euigilauit Salomon, & intellexit quòd esset somnium: cumque

B

Sapien.7.b

C

veniisset Ierusalem, stetit coram arca fœderis Domini, & obtulit holocausta, & fecit victimas pacificas & grande conuiuium vniuersis famulis suis. Tunc venerunt duæ mulieres meretrices ad regem, steteruntque coram eo: quarum vna ait, Obsecro mi domine, ego & mulier hæc habitabamus in domo vna, & peperi apud eam in cubiculo. Tertia autem die postquam ego peperi, peperit & hæc: & eramus simul, nullusq; alius nobiscum in domo, exceptis nobis duabus. Mortuus est autem filius mulieris huius nocte, dormiens quippe oppressit eum. Et consurgens intempestæ noctis silentio, tulit filium meum de latere meo ancillæ tuæ dormientis, & collocauit in sinu suo: suũ autem filium, qui erat mortuus, posuit in sinu meo. Cũq; surrexissem mane, vt darem lac filio meo, apparuit mortuus: quem diligentius intuẽs clara luce, deprehendi non esse meum quem genuerã. Respondit q; altera mulier, Non est ita vt dicis, sed filius tuus mortuus est, meus autem viuit. Ecõtrariò illa dicebat, Mentiris: filius quippe meus viuit, & filius tuus mortuus est. Atq; in hunc modum contendebant coram rege. Tunc rex ait, Hæc dicit, Filius meus viuit, & filius tuus mortuus est: Et ista respõdit, Non, sed filius tuus mortuus est, meus autem viuit. Dixit ergo rex, Afferte mihi gladium. Cumq; attulissent gladiũ corã rege, Diuidite, inquit, infantẽ viuũ in duas partes, & date dimidiã partẽ vni, & dimidiã partẽ alteri. Dixit autẽ mulier cuius filius erat viuus, ad regem (commota sunt quippe viscera eius super filio suo) Obsecro domine, date illi infantem viuum, & nolite interficere eum. Econtrario illa dicebat, Nec mihi, nec tibi sit, sed diuidatur. Respondit rex, & ait, Date huic infantẽ viuũ, & non occidatur: hæc est enim mater eius. Audiuit itaq; omnis Israel iudicium quod iudicasset rex, & timuerunt regem, videntes sapientiam Dei esse in eo ad faciendum iudicium.

D

Iudiciũ de duabus meretricibus.

S. MAGNIFICENTIA Salomonis in sumptu regionum præfectis, equis & sapientia. CAPVT IIII.

A ERat autem rex Salomon regnans ſuper omnem Iſrael:& hi principes quos habebat: Azarias filius Sadoc, ſacerdos: Elihóreph & Ahia filij Siſa,ſcribæ:Ioſaphat filius Ahilud,à commẽtarijs: Banaias filius Ioiadæ,ſuper exercitum:Sadoc autem & Abiathar,ſacerdotes:Azarias filius Nathan, ſuper eos qui aſsiſtebant regi:Zabud filius Nathan,ſacerdos amicus regis:& Ahiſar præpoſitus domus:& Adonirã filius Abda, ſuper tributa.Habebat autẽ Salomon duodecim præfectos ſuper omnẽ Iſrael qui præbebant annonam regi, & domui eius:per ſingulos enim menſes in anno, ſinguli neceſſaria miniſtrabant.
B Et hæc nomina eorum:Benhur in mõte Ephráim.Bendécar, in Macces,& in Salebim,& in Bethſames & in Elon, & in Bethhanán.Bethéſed in Aruboth:ipſius enim erat Socho, & omnis terra Epher.Benabínadab,cuius omnis Nephathdor, Tapheth filiam Salomonis habebat vxorem.Bana filius Ahilud tegebat Thanach & Mageddo, & vniuerſam Bethſan, quæ eſt iuxta Sárthana ſubter Iezrahel,à Bethſan vſque Abelmehula è regione Iecmaam.Bengaber in Ramothgalaad: habebat Auothiair filij Manaſſe in Galaad, ipſe præerat in omni regione Argob,quæ eſt in Baſan,ſexaginta ciuitatibus magnis,atque muratis,quæ habebant ſeras æreas. Ahinadab filius Addo præerat in Manáim.Achimáas in Nephthali:ſed & ipſe habebat Báſemath filiam Salomonis in coniugio. Báana filius Huſi,in Aſer,& in Baloth. Ioſaphat filius Pharúe,in Iſſachar. Semei filius Ela,in Beniamin. Gaber filius Vri,in terra Galaad,& in terra Seon regis Amorrhæi,& Og regis Baſan,ſuper omnia quæ erant in illa terra.Iuda & Iſrael
Eccl.47.c innumerabiles,ſicut arena maris in multitudine comedentes,
C & bibentes, atque lætantes.Salomon autem erat in ditione ſua,habens omnia regna:à flumine terræ Philiſthijm vſq; ad terminum Aegypti:offerentium ſibi munera,& ſeruientiũ ei
Apparatus ciborũ Salomonis. cunctis diebus vitæ eius. Erat autẽ cibus Salomonis per dies ſingulos triginta cori ſimilæ,& ſexaginta cori farinæ, decem boues pingues,& viginti boues paſcuales,& centum arietes, excepta venatione ceruorũ,caprearũ,atq; bubalorũ, & auiũ altilium.Ipſe enim obtinebat omnẽ regionem quæ erat trans flumen,à Thaphſa vſq; ad Gazam, & cunctos reges illarum
Pax ſub ipſo. regionum:& habebat pacem ex omni parte in circuitu. Habitabatq́; Iuda & Iſrael abſq; timore vllo,vnuſquiſq; ſub vite ſua,& ſub ficu ſua,à Dan vſq; Berſabee cunctis diebus Sa-
Numerus equorum. 2.Para.9.f lomonis.Et habebat Salomon quadraginta millia præſepia equorum currilium,& duodecim millia equeſtrium.Nutriebantq́; eos ſupradicti regis præfecti:ſed & neceſſaria menſæ
D regis Salomonis cũ ingenti cura præbebant in tempore ſuo. Hordeum quoq;,& paleas equorũ & iumentorũ deferebant
Eccl.47.c in locum vbi erat rex,iuxta conſtitutum ſibi. Dedit quoque Deus ſapientiam Salomoni,& prudentiam multam nimis,& latitudinem cordis,quaſi arenam quæ eſt in littore maris. Et
Sapientia Salomonis. præcedebat ſapientia Salomonis ſapientiam omnium orientalium,& Aegyptiorum,& erat ſapientior cunctis hominibus:ſapiẽtior Ethan Ezrahite,& Heman & Chalcol, & Dorda filijs Mahol: & erat nominatus in vniuerſis gentibus per
Mumerus parabolarum. circuitum. Locutus eſt quoque Salomon tria millia parabolas:& fuerunt carmina eius quinque millia. Et diſputauit ſuper lignis à cedro, quæ eſt in Libano,vſq; ad hyſsõpum quæ egreditur de pariete:& diſſeruit de iumentis & volucribus,& reptilibus & piſcibus. Et veniebant de cunctis populis ad audiendam ſapientiam Salomonis, & ab vniuerſis regibus terræ, qui audiebant ſapientiam eius.

S. CONCESSIS lignis ab Hiram,cæſores lignorum & lapidum pro templi ſtructura conducuntur. CAPVT V.

A MIſit quoq; Hiram rex Tyri ſeruos ſuos ad Salo-
2.Para.2.a monem:audiuit enim quòd ipſum vnxiſſent regem pro patre eius : quia amicus fuerat Hiram Dauid omni tempore. Miſit autem Salomon ad



Hiram,dicens, Tu ſcis voluntatem Dauid patris mei,& quia non potuit ædificare domum nomini Domini Dei ſui propter bella imminentia per circuitum,donec daret Dominus eos ſub veſtigio pedũ eius.Nunc autem requiem dedit Deus meus mihi per circuitum:& non eſt ſatan, neq; occurſus malus. Quam ob rem cogito ædificare templum nomini Domi
2.Reg.7.b ni Dei mei,ſicut locutus eſt Dominus Dauid patri meo, di-
1.Par.22.c cens,Filius tuus quẽ dabo pro te ſuper ſolium tuũ, ipſe ædi-
B ficabit domum nomini meo. Præcipe igitur vt præcidant mihi ſerui tui cedros de Libano, & ſerui mei ſint cum ſeruis tuis:mercedem autem ſeruorũ tuorum dabo tibi quamcunq; petieris:ſcis enim quomodo non eſt in populo meo vir qui nouerit ligna cædere ſicut Sidonij. Cum ergo audiſſet Hiram verba Salomonis, lætatus eſt valde, & ait, Benedictus Dominus hodie,qui dedit Dauid filiũ ſapientiſsimum ſuper populum hunc plurimũ.Et miſit Hiram ad Salomonem,dicens,Audiui quæcunque mandaſti mihi:ego faciam omnem voluntatem tuam in lignis cedrinis & abiegnis.Serui mei deponent ea de Libano ad mare:& ego componam ea in ratibus in mari,vſque ad locum quem ſignificaueris mihi, & ap-
C plicabo ea ibi,& tu tolles ea:præbebisq́ue neceſſaria mihi,vt detur cibus domui meæ. Itaq; Hiram dabat Salomoni ligna cedrina,& ligna abiegna,iuxta omnem voluntatem eius. Salomon autem præbebat Hiram viginti millia coros tritici in cibum domui eius, & viginti coros puriſsimi olei : hæc tribuebat Salomon Hirã per ſingulos annos. Dedit quoq; Dominus ſapientiam Salomoni,ſicut locutus eſt ei : & erat pax inter Hiram & Salomonẽ,& percuſſerunt ambo fœdus.Elegitq́; rex Salomon operarios de omni Iſrael, & erat indictio
Numerus artificum. triginta millia virorũ.Mittebatq́; eos in Libanũ, decem millia per mẽſes ſingulos viciſsim,ita vt duobus menſibus eſſent
D in domibus ſuis : & Adoniram erat ſuper huiuſcemodi indictionem.Fuerunt itaque Salomoni ſeptuaginta millia eorum qui onera portabant:& octoginta millia latomorum in monte:abſq; præpoſitis qui præerant ſingulis operibus, numero trium milliũ,& trecentorum precipientiũ populo,& his qui faciebãt opus.Præcepitq́; rex vt tollerent lapides grãdes,lapides pretioſos in fundamentũ templi,& quadrarẽt eos:quos dolauerũt cæmentarij Salomonis,& cæmentarij Hirã:porrò Giblij præparauerũt ligna & lapides ad ædificandam domũ.

S. FIGVRA & fabrica templi,quo ad partes eius præcipuas interiores & exteriores.

CAPVT VI.

A RActum eſt ergo quadringenteſimo & octogeſi-
2.Para.3.a mo anno egreſsionis filiorum Iſrael de terra Aegypti,in anno quarto,menſe Zio(ipſe eſt menſis ſecundus)regni Salomonis ſuper Iſrael, ædificare cœpit domũ Domino. Domus autẽ quam ædificabat rex Salomon Domino,habebat ſexaginta cubitos in longitudine,& viginti cubitos in latitudine, & triginta cubitos in altitudine. Et porticus erat ante templũ viginti cubitorũ longitudinis,iuxta menſuram latitudinis templi:& habebat decem

cubitos

cubitos latitudinis ante faciẽ templi. Fecitq́; in templo fenestras obliquas. Et ædificauit super parietem templi tabulata per gyrũ in parietibus domus per circuitũ templi & oraculi, & fecit latera in circuitu. Tabulatũ quod subter erat, quinque cubitos habebat latitudinis, & mediũ tabulatum sex cubitorum latitudinis, & tertiũ tabulatũ septem habens cubitos latitudinis. Trabes autẽ posuit in domo per circuitum forinsecus, vt non hærerent muris templi. Domus autem cum ædificaretur, de lapidibus dolatis atque perfectis ædificata est: & malleus, & securis, & omne ferramentum non sunt audita in
B domo cum ædificaretur. Ostium lateris medij in parte erat domus dextræ: & per cochleã ascendebant in medium cœnaculum, & à medio in tertiũ. Et ædificauit domũ, & consummauit eam: texit quoq; domum laquearibus cedrinis. Et ædificauit tabulatum super omnem domum quinque cubitis altitudinis, & operuit domum lignis cedrinis. Et factus est sermo Domini ad Salomonem, dicens, Domus hæc quam ædificas, si ambulaueris in præceptis meis, & iudicia mea feceris, & custodieris omnia mandata mea, gradiens per ea, firmabo sermonem meum tibi, quem locutus sum ad Dauid patrem tuum. Et habitabo in medio filiorum Israel, & non derelinquam populum meum Israel. Igitur ædificauit Salomon domum, & consummauit eam. Et ædificauit parietes domus intrinsecus, tabulatis cedrinis: à pauimento domus vsq; ad summitatem parietũ, & vsq; ad laquearia, & operuit lignis cedrinis intrinsecus: & texit pauimentum domus tabulis abiegnis.
Ædificauitq́; viginti cubitorũ ad posteriorẽ partem templi tabulata cedrina, à pauimento vsque ad superiora: & fecit interiorem domum oraculi in Sanctũ sanctorum. Porrò quadraginta cubitorum erat ipsum templũ pro foribus oraculi.
C Et cedro omnis domus intrinsecus vestiebatur, habens tornaturas, & iuncturas suas fabrefactas, & cælaturas eminentes: omnia cedrinis tabulis vestiebantur, nec omnino lapis apparere poterat in pariete. Oraculum autem in medio domus in interiori parte fecerat, vt poneret ibi arcam fœderis Domini. Porrò oraculum habebat viginti cubitos longitudinis, & viginti cubitos latitudinis, & viginti cubitos altitudinis: & operuit illud atque vestiuit auro purissimo. sed & altare vestiuit cedro. Domum quoq; ante oraculum operuit auro purissimo, & affixit laminas clauis aureis. Nihilq́ue erat in templo quod non auro tegeretur: sed & totum altare oraculi texit auro. Et fecit in oraculo duos cherubim de lignis oliuarum decem cubitorum altitudinis. Quinq; cubitorum ala cherub vna, & quinq; cubitorũ ala cherub altera: id est decẽ cubitos habentes, à summitate alæ vnius vsque ad alæ alterius summitatem. Decem quoq; cubitorũ erat cherub secundus: in mensura pari, & opus vnũ erat in duobus cherubim, id est altitudinem habebat vnus cherub decem cubitorum, & similiter
D cherub secundus. Posuitq́ue cherubim in medio templi interioris: extendebant autem alas suas cherubim, & tangebat ala vna parietem, & ala cherub secũdi tangebat parietẽ alterum: alæ autem alteræ in media parte templi se inuicem contingebant. Texit quoq; cherubim auro. Et omnes parietes templi per circuitum sculpsit varijs cælaturis, & torno. Et fecit in eis cherubim, & palmas, & picturas varias, quasi prominẽtes de pariete, & egredientes. Sed & pauimentũ domus texit auro intrinsecus & extrinsecus. Et in ingressu oraculi fecit ostiola de lignis oliuarum, postesq́; angulorum quinq;. Et duo ostia de lignis oliuarũ: & sculpsit in eis picturam cherubim, & palmarum species, & anaglypha valde prominentia, & texit ea auro: & operuit tam cherubim, quàm palmas, & cætera, auro. Fecitq́; in introitu templi postes de lignis oliuarum quadrangulatos. Et duo ostia de lignis abiegnis altrinsecus: & vtrunq; ostium duplex erat, & se inuicẽ tenens aperiebatur. Et sculpsit cherubim, & palmas, & cælaturas valde eminentes: operuitq́ue omnia laminis aureis opere quadro ad regulam. Et ædificauit atriũ interius tribus ordinibus lapidũ politorũ, & vno ordine lignorũ cedri. Anno quarto fundata est domus Domini in mẽse Zio: & in anno vndecimo, mẽse Bul (ipse est mensis octauus) perfecta est domus in omni opere suo, & in vniuersis vtẽsilibus suis: ædificauitq́; eã annis septẽ.

S. PALATIVM Salomonis in saltu, atq; uxoris suæ, uaria & sumptuosißima templi supellex. CAPVT VII.

A DOmum autem suam ædificauit Salomon tredecim annis, & ad perfectũ vsq; perduxit. Aedificauit quoq; domũ saltus Libani centũ cubitorum longitudinis, & quinquaginta cubitorũ latitudinis, & triginta cubitorum altitudinis: & quatuor deambulatoria inter columnas cedrinas: ligna quippe cedrina exciderat in columnas. Et tabulatis cedrinis vestiuit totam cameram, quæ quadragintaquinq; columnis sustẽtabatur. Vnus autem ordo habebat columnas quindecim contra se inuicem positas, & èregione se respicientes, æquali spatio inter columnas, & super columnas quadrangulata ligna in cunctis æqualia. Et porticum columnarum fecit quinquaginta cubitorũ longitudinis, & triginta cubitorum latitudinis: & alteram porticum in facie maioris porticus: & columnas, & epistylia super columnas fecit. Porticum quoque solij, in qua tribunal est, fecit: & texit ligni. cedrinis à pauimento vsq; ad summitatem. Et domuncula, in qua sederetur ad iudicandum, erat in media
B porticu simili opere. Domum quoque fecit filiæ Pharaonis (quam vxorem duxerat Salomon) tali opere, quali & hanc porticum. Omnia lapidibus pretiosis, qui ad normam quandam atq; mensurã tam intrinsecus quàm extrinsecus serrati erant: à fundamento vsq; ad summitatẽ parietum, & intrinsecus vsque ad atrium maius. Fundamenta autem de lapidibus pretiosis, lapidibus magnis decẽ siue octo cubitorum. Et desuper lapides pretiosi æqualis mensuræ secti erãt, similiterq́; de cedro. Et atrium maius rotundũ triũ ordinũ de lapidibus sectis, & vnius ordinis de dolata cedro: necnon & in atrio domus Domini interiori, & in porticu domus. Misit quoq; rex Salomon, & tulit Hirã de Tyro: filium mulieris viduæ de tribu Nephthali, patre Tyrio artificem ærarium, & plenum sapientia, & intelligentia, & doctrina ad faciendũ omne opus ex ære. Qui cum venisset ad regẽ Salomonẽ, fecit omne opus eius. Et finxit duas columnas æreas, decem & octo cubito-
C rum altitudinis columnam vnam: & linea duodecim cubitorum ambiebat columnam vtranq;. Duo quoq; capitella fecit, quæ ponerẽtur super capita columnarũ fusilia ex ære: quinq; cubitorum altitudinis capitellum vnum, & quinque cubitorum altitudinis capitellum alterum: & quasi in modũ retis, & catenarum sibi inuicem miro opere contextarum. Vtrunque capitellum columnarum, fusile erat: septena versuũ retiacula in capitello vno, & septena retiacula in capitello altero. Et perfecit columnas, & duos ordines per circuitum retiaculorum singulorum, vt tegerẽt capitella quæ erãt super summitatem malorum granatorum: eodem modo fecit & capitello secundo. Capitella autẽ quæ erant super capita columnarum, quasi opere lilij fabricata erãt in porticu, quatuor cubitorum. Et rursum alia capitella in summitate columnarum désuper iuxta mensurã columnæ cõtra retiacula: malorũ granatorum autem ducenti ordines erant in circuitu capitelli secundi. Et statuit duas columnas in porticu templi: cumq́; statuisset columnam dexterã, vocauit eã nomine Iachin: similiter erexit
D columnam secundam, & vocauit nomen eius Booz. Et super capita columnarũ opus in modum lilij posuit: perfectumq́; est opus columnarũ. Fecit quoq; mare fusile decẽ cubitorum à labio vsq; ad labiũ rotundum in circuitu: quinq; cubitorum altitudo eius, & resticula triginta cubitorum cingebat illud per circuitũ. Et sculptura subter labiũ circuibat illud decem cubitis ambiens mare: duo ordines sculpturarum histriatarum erant fusiles. Et stabat super duodecim boues, è quibus tres respiciebant ad aquilonem, & tres ad occidentem, & tres

Infra 9.b

Hiram artifex.

Forma columnarum ænearum.

ad meridiem,& tres ad orientem:& mare ſuper eos déſuper erat:quorũ poſteriora vniuerſa intrinſecus latitabant. Groſſitudo autem lutêris, trium vnciarum erat: labiumque eius, quaſi labium calicis,& folium repandi lilij: duo millia batos
Baſes æneę. capiebat. Et fecit decem baſes æneas,quatuor cubitorum longitudinis baſes ſingulas,& quatuor cubitorum latitudinis,& trium cubitorum altitudinis. Et ipſum opus baſium,interraſile erat:& ſculpturæ inter iuncturas. Et inter coronulas & plectas,leones & boues & cherubim:& in iuncturis ſimiliter déſuper:& ſubter leones & boues quaſi lora ex ære dependentia. Et quatuor rotæ per baſes ſingulas, & axes ærei:& per quatuor partes quaſi humeruli ſubter lutêrẽ fuſiles, contra ſe inuicẽ reſpectantes. Os quoq; lutêris intrinſecus erat in capitis ſummitate:& quod forinſecus apparebat,vnius cubiti erat,totum rotundum,pariterq; habebat vnum cubitum & dimidium:in angulis autẽ columnarũ variæ cælaturæ erant: & media intercolumnia , quadrata non rotunda. Quatuor quoq; rotæ,quæ per quatuor angulos baſis erãt, cohærebant ſibi ſubter baſim:vna rota habebat altitudinis cubitum ſemis. Tales autem rotæ erant quales ſolent in curru fieri: & axes earum,& radij,& canthi, & modioli, omnia fuſilia. Nam & humeruli illi quatuor per ſingulos angulos baſis vnius, ex ipſa baſi fuſiles & coniuncti erant. In ſummitate autem baſis erat quædam rotunditas vnius & dimidij cubiti, ita fabrefacta,vt luter déſuper poſſet imponi,habens cælaturas ſuas,varias q; ſculpturas ex ſemetipſa. Sculpſit quoq; in tabulatis illis quæ erãt ex ære,& in angulis cherubim,& leones, & palmas,quaſi in ſimilitudinẽ hominis ſtãtis,vt nõ cælata,ſed appoſita per circuitum viderentur. In hunc modum fecit decem baſes,fuſura vna, & menſura, ſculpturaque conſimili. Fecit quoque decem lutêres æneos:quadraginta batos capiebat luter vnus,eratq; quatuor cubitorum:ſingulos quoque lutêres per ſingulas,id eſt decẽ baſes,poſuit. Et cõſtituit decem baſes, quinq; ad dexteram partem templi,& quinq; ad ſiniſtrã: mare autem poſuit ad dexterã partem templi contra orientem ad meridiem. Fecit quoq; Hiram lebetes, & ſcutras, & amulas,& perfecit omne opus regis Salomonis in templo Domini. Columnas duas,& funiculos capitellorum ſuper capitella columnarum duos:& retiacula duo,vt operirent duos funiculos, qui erant ſuper capita columnarũ. Et malogranata quadraginta in duobus retiaculis:duos verſus malorum granatorum in retiaculis ſingulis,ad operiendos funiculos capitellorum qui erant ſuper capita columnarũ. Et baſes decẽ,& lutêres decem ſuper baſes. Et mare vnum, & boues duodecim ſubter mare. Et lebetes,& ſcutras,& amulas : omnia vaſa quæ fecit Hiram regi Salomoni in domum Domini, de aurichalco erant. In campeſtri regione Iordanis fudit ea rex in argilloſa terra inter Sochoth & Sarthan. Et poſuit Salomon omnia vaſa : propter multitudinem autem nimiam non erat pondus æris. Fecitq; Salomon omnia vaſa in domo Domini: altare aureũ,& menſam ſuper quam ponerentur panes propoſitionis auream : & candelabra, quinque ad dexteram,& quinq; ad ſiniſtram contra oraculũ ex auro puro:& quaſi lilij flores,& lucernas déſuper aureas:& forcipes aureos, & hydrias,& fuſcinulas,& phialas, & mortariola, & thuribula de
2.Par.4.d auro puriſſimo:& cardines oſtiorũ domus interioris Sancti ſanctorum,& oſtiorũ domus templi,ex auro erant. Et perfecit omne opus quod faciebat rex Salomon in domo Domini,& intulit quę ſanctificauerat Dauid pater ſuus,argentum, & aurum,& vaſa,repoſuitq; in theſauris domus Domini.

S. ARCA in templum introducta templum dedicatur, & multis orationibus ac uictimis benedicitur. CAPVT VIII.

A VNc congregati ſunt omnes maiores natu Iſrael
2.Par.5.a cum principibus tribuũ , & duces familiarum filiorum Iſrael ad regẽ Salomonẽ in Ieruſalem : vt deferrent arcam fœderis Domini de ciuitate Dauid,id eſt de Sion. Conuenitq; ad regem Salomonem vniuerſus Iſrael in menſe Ethanim,in ſolenni die, ipſe eſt menſis ſeptimus. Veneruntq; cũcti ſenes de Iſrael, & tulerunt arcã ſacerdotes,& portauerũt arcam Domini,& tabernaculũ fœderis,& omnia vaſa ſanctuarij quæ erant in tabernaculo : & ferebant ea ſacerdotes & Leuitæ. Rex autẽ Salomon,& omnis multitudo Iſrael quæ conuenerat ad eum,gradiebatur cũ illo ante arcam,& immolabãt oues & boues abſq; ęſtimatione & numero. Et intulerunt ſacerdotes arcã fœderis Domini in locum ſuũ,in oraculũ templi,in Sanctum ſanctorũ ſubter alas cherubim. Siquidẽ cherubim expandebant alas ſuper locum arcæ,& protegebãt arcã,& vectes eius déſuper. Cumq; eminerent vectes,& apparerẽt ſummitates eorũ foris ſanctuariũ ante oraculum,non apparebant vltrà extrinſecus, qui & fue-
B runt ibi vſq; in præſentẽ diem. In arca autẽ non erat aliud niſi Quid erat in arca.
duæ tabulæ lapideæ,quas poſuerat in ea Moyſes in Horeb, Exod.34.d
quãdo pepigit Dominus fœdus cum filijs Iſrael,cũ egrederentur de terra Aegypti. Factum eſt autẽ,cum exiſſent ſacerdotes de ſanctuario,nebula impleuit domũ Domini , & non poterant ſacerdotes ſtare & miniſtrare propter nebulam:impleuerat enim gloria Domini domum Domini. Tunc ait Sa
2.Par.6.a lomon, Dominus dixit vt habitaret in nebula. Aedificans ædificaui domum in habitaculum tuum, firmiſſimum ſolium tuum in ſempiternũ. Conuertitq; rex faciem ſuã, & benedixit omni eccleſiæ Iſrael : omnis enim eccleſia Iſrael ſtabat. Salomõ benedicit congregationi.
Et ait, Benedictus Dominus Deus Iſrael qui locutus eſt ore ſuo ad Dauid patrem meũ,& in manibus eius perfecit, dicẽs, A die qua eduxi populum meum Iſrael de Aegypto,nõ elegi ciuitatem de vniuerſis tribubus Iſrael , vt ædificaretur domus,& eſſet nomen meum ibi:ſed elegi Dauid vt eſſet ſuper
2.Reg.7.a populum meum Iſrael. Voluitq; Dauid pater meus ædificare domum nomini Domini Dei Iſrael : & ait Dominus ad Dauid patrem meum, Quòd cogitaſti in corde tuo ædificare domum nomini meo,bene feciſti hoc ipſum mente tractans. Veruntamen tu non ædificabis domum, ſed filius tuus qui egredietur de renibus tuis,ipſe ædificabit domum nomini meo. Confirmauit Dominus ſermonem ſuum,quem locutus eſt : ſtetiq; pro Dauid patre meo, & ſedi ſuper thronum Iſrael,ſicut locutus eſt Dominus:& ædificaui domum nomini Domini Dei Iſrael. Et conſtitui ibi locum arcę,in qua fœdus Domini eſt,quod percuſſit cum patribus noſtris quãdo
C egreſſi ſunt de terra Aegypti. Stetit autem Salomon ante altare Domini in conſpectu eccleſiæ Iſrael,& expandit manus ſuas in cœlum,& ait, Domine Deus Iſrael, nõ eſt ſimilis tui Deus in cœlo déſuper,& ſuper terram deorſum:qui cuſtodis pactum & miſericordiã ſeruis tuis qui ambulant coram te in toto corde ſuo. Qui cuſtodiſti ſeruo tuo Dauid patri meo,quæ locutus es ei:ore locutus es,& manibus perfeciſti, vt hæc dies probat. Nunc igitur domine Deus Iſrael, conſerua famulo tuo Dauid patri meo quæ locutus es ei,dicens, Non auferetur de te vir coram me, qui ſedeat ſuper thronum Iſrael : ita tamen ſi cuſtodierint filij tui viam ſuam, vt ambulent coram me ſicut tu ambulaſti in conſpectu meo. Et nunc Domine Deus Iſrael firmentur verba tua quæ locutus es ſeruo tuo Dauid patri meo. Ergóne putandum eſt quòd verè Deus habitet ſuper terram? ſi enim cœlum,& cœli cœlorum te capere nõ poſſunt,quanto magis domus hæc quam ædificaui? Sed reſpice ad orationem ſerui tui, & ad preces eius Domine Deus meus:audi hymnũ & orationem quam ſeruus tuus orat corã te hodie. Vt ſint oculi tui aperti ſuper domũ hanc nocte ac die : ſuper domum de qua dixiſti, Oratio Salomonis vt exaudiãtur orantes in templo.
2.Mac.2.b
Deut.12.b
Erit nomẽ meum ibi : vt exaudias orationem, quam orat in loco iſto ad te ſeruus tuus. Vt exaudias deprecationem ſerui tui & populi tui Iſrael, quodcunq; orauerint in loco iſto,& exaudies in loco habitaculi tui in cœlo:& cũ exaudieris,pro
D pitius eris. Si peccauerit homo in proximũ ſuũ,& habuerit Iuramẽtũ.
aliquod iuramentũ quo teneatur aſtrictus:& venerit propter iuramentum

2.Reg.7.b.c

iuramentũ corã altari tuo in domũ tuam, tu exaudies in cœlo: & facies, & iudicabis seruos tuos, condẽnans impiũ, & reddens viam suam super caput eius, iustificansq; iustũ, & retribuens ei secundũ iustitiã suam. Si fugerit populus tuus Israel inimicos suos, quia peccaturus est tibi: & agentes pœnitentiam, & confitentes nomini tuo venerint, & orauerint, & deprecati te fuerint in domo hac: exaudi in cœlo, & dimitte peccatũ populi tui Israel, & reduces eos in terrã quã dedisti patribus eorũ. Si clausum fuerit cœlũ, & nõ pluerit propter peccata eorũ, & orantes in loco isto pœnitentiã egerint nomini tuo, & à peccatis suis cõuersi fuerint propter afflictionem suam: exaudi eos in cœlo, & dimitte peccata seruorum tuorũ, & populi tui Israel: & ostẽde eis viam bonã per quam ambulent, & da pluuiã super terrã quam dedisti populo tuo in possessionẽ. Fames si oborta fuerit in terra, aut pestilentia, aut corruptus aër, aut ærugo, aut locusta, vel rubigo, & afflixerit eum inimicus eius portas obsidẽs, omnis plaga, vniuersa infirmitas, cuncta deuotatio, & imprecatio, quæ acciderit omni homini de populo tuo Israel: si quis cognouerit plagã cordis sui, & expãderit manus suas in domo hac, tu exaudies in cœlo in loco habitationis tuæ, & repropitiaberis, & facies, vt des vnicuiq; secundum omnes vias suas, sicut videris cor eius, quia tu nosti solus cor omniũ filiorũ hominũ: vt timeãt te cunctis diebus quibus viuunt super faciem terræ quã dedisti patribus nostris. Insuper & alienigena, qui non est de populo tuo Israel, cũ venerit de terra lõginqua propter nomen tuum (audietur enim nomen tuũ magnũ, & manus tua fortis, & brachiũ tuum extentũ vbiq;) cum venerit ergo, & orauerit in hoc loco, tu exaudies in cœlo, in firmamẽto habitaculi tui, & facies omnia pro quibus inuocauerit te alienigena: vt discãt vniuersi populi terrarum nomen tuum timere, sicut populus tuus Israel, & probent quia nomen tuum inuocatũ est super domũ hanc, quam ædificaui. Si egressus fuerit populus tuus ad bellũ contra inimicos suos, per viam, quocũq; miseris eos, orabũt te contra viam ciuitatis quam elegisti, & cõtra domũ quã ædificaui nomini tuo, & exaudies in cœlo orationes eorum, & preces eorũ, & facies iudiciũ eorum. Quòd si peccauerint tibi (nõ est enim homo qui nõ peccet) & iratus tradideris eos inimicis suis, & captiui ducti fuerint in terrã inimicorum longè vel propè, & egerint pœnitentiam in corde suo in loco captiuitatis, & conuersi deprecati te fuerint in captiuitate sua, dicentes, Peccauimus, iniquè egimus, impiè gessimus: & reuersi fuerint ad te in vniuerso corde suo, & tota anima sua in terra inimicorũ suorũ, ad quam captiui ducti fuerint: & orauerint te cõtra viam terræ suæ quã dedisti patribus eorũ, & ciuitatis quam elegisti, & templi quod ædificaui nomini tuo: exaudies in cœlo, in firmamẽto solij tui orationes eorũ, & preces eorũ, & facies iudiciũ eorũ: & propitiaberis populo tuo qui peccauit tibi, & omnibus iniquitatibus eorũ quibus præuaricati sunt in te: & dabis misericordiam coram eis qui eos captiuos habuerint, vt misereãtur eis. Populus enim tuus est, & hæreditas tua, quos eduxisti de terra Aegypti, de medio fornacis ferreæ. Vt sint oculi tui aperti ad deprecationem serui tui, & populi tui Israel, & exaudias eos in vniuersis pro quibus inuocauerint te. Tu enim separasti eos tibi in hæreditatem de vniuersis populis terræ, sicut locutus es per Moysen seruũ tuũ, quando eduxisti patres nostros de Aegypto Domine Deus. Factum est autẽ, cũ complesset Salomon orans Dominũ omnem orationẽ, & deprecationẽ hanc, surrexit de cõspectu altaris Domini: vtrunq; enim genu in terrã fixerat, & manus expãderat in cœlũ. Stetit ergo, & benedixit omni ecclesiæ Israel voce magna, dicens, Benedictus Dominus qui dedit requiẽ populo suo Israel, iuxta omnia quæ locutus est: nõ cecidit ne vnus quidẽ sermo ex omnibus bonis, quę locutus est per Moysen seruũ suum. Sit Dominus Deus noster nobiscũ, sicut fuit cũ patribus nostris, nõ derelinquẽs nos, neq; proijciens. Sed inclinet corda nostra ad se, vt ambulemus in vniuersis vijs eius, & custodiamus mandata eius, & ceremonias eius, & iudicia quæcunq; mandauit patribus nostris. Et sint sermones mei isti quibus deprecatus sum coram Domino, appropinquantes Domino Deo nostro die ac nocte, vt faciat iudiciũ seruo suo, & populo suo Israel per singulos dies: & sciant omnes populi terræ quia Dominus ipse est Deus, & non est vltrà absq; eo. Sit quoq; cor nostrũ perfectum cum Domino Deo nostro, vt ambulemus in decretis eius, & custodiamus mandata eius, sicut & hodie. Igitur rex & omnis Israel cum eo, immolabant victimas coram Domino. Mactauitq; Salomon hostias pacificas, quas immolauit Domino, boum vigintiduo millia, & ouium centum viginti millia: & dedicauerunt templum Domini rex & omnes filij Israel. In die illa sanctificauit rex mediũ atrij quod erat ante domum Domini: fecit quippe holocaustũ ibi, & sacrificiũ, & adipem pacificorum: quoniam altare æreum quod erat coram Domino, minus erat, & capere nõ poterat holocaustũ, & sacrificium, & adipem pacificorũ. Fecit ergo Salomon in tempore illo festiuitatem celebrem, & omnis Israel cum eo, multitudo magna ab introitu Emath vsq; ad riuum Aegypti, coram Domino Deo nostro, septem diebus & septem diebus, id est quatuordecim diebus. Et in die octaua dimisit populos: qui benedicentes regi, profecti sunt in tabernacula sua lætantes, & alacri corde super omnibus bonis quæ fecerat Dominus Dauid seruo suo, & Israel populo suo.

1.Para.6 g
1.Ioan.1 d
Eccle.7 c
Dedicatur templum.
Fit ingens celebritas.

S. DOMINVS Salomoni secundò apparens, iubet illi seruare præcepta: ædificans autem Salomon ciuitates, gentes fecit sibi tributarias, & classem misit in Ophir.

CAPVT IX.

FActum est autẽ cum perfecisset Salomon ædificium Domus Domini, & ædificiũ regis, & omne quod optauerat & voluerat facere, apparuit ei Dominus secũdò sicut apparuerat ei in Gabaon. Dixitq; Dominus ad eum, Exaudiui orationẽ tuam & deprecationem tuã, quam deprecatus es coram me: sanctificaui domum hanc quã ædificasti, vt ponerẽ nomẽ meũ ibi in sempiternum, & erunt oculi mei & cor meũ ibi cunctis diebus. Tu quoq; si ambulaueris coram me, sicut ambulauit Dauid pater tuus, in simplicitate cordis, & in æquitate: & feceris omnia quæ præcepi tibi, & legitima mea & iudicia mea seruaueris, ponã thronũ regni tui super Israel in sempiternũ, sicut locutus sum Dauid patri tuo, dicens, Non auferetur vir de genere tuo de solio Israel. Si autẽ auersione auersi fueritis vos & filij vestri, nõ sequẽtes me, nec custodiẽtes mandata mea, & ceremonias quas proposui vobis, sed abieritis & colueritis deos alienos, & adoraueritis eos: auferam Israel de superficie terræ quã dedi eis, & tẽplũ quod sanctificaui nomini meo proijciã à cõspectu meo: eritq; Israel in prouerbiũ, & in fabulã cũctis populis. Et domus hæc erit in exemplũ: omnis qui transierit per eã, stupebit & sibilabit, & dicet, Quare fecit Dominus sic terræ huic & domui huic? Et respondebunt, Quia dereliquerunt Dominũ Deum suũ, qui eduxit patres eorũ de terra Aegypti, & secuti sunt deos alienos, & adorauerũt eos, & coluerũt eos: idcirco induxit Dominus super eos omne malũ hoc. Expletis autẽ annis viginti postquam ædificauerat Salomon duas domos, id est domũ Domini, & domũ regis Hiram, rege Tyri præbente Salomoni ligna cedrina & abiegna, & aurum iuxta omne quod opus habuerat: tunc dedit Salomon Hiram viginti oppida in terra Galilææ. Et ingressus est Hirã de Tyro, vt videret oppida quæ dederat ei Salomon, & non placuerunt ei, & ait, Hæccine sunt ciuitates quas dedisti mihi frater? Et appellauit eas Terram Chabul, vsque in diem hanc. Misit quoque Hiram ad regem Salomonem centum viginti talenta auri. Hæc summa expensarum, quam obtulit rex Salomon ad ædificandam domum Domini & domum suam, & Mello, & murũ Ierusalem, & Heser, & Mageddo, & Gazer.

2.Para.7 c
Supra 6 c
2.Reg.7 bc
Deut.29 d
Hiere.22 c
2.Para.8 d
Salomõ dat oppida Hiram regi.

Pharao rex Aegypti aſcẽdit,& cepit Gazer, ſuccẽditq; eam igni:& Chananæũ qui habitabat in ciuitate interfecit, & dedit eam in dotem filiæ ſuæ vxori Salomonis. Aedificauit ergo Salomon Gazer,& Bethhoron inferiorem,& Baalath & Palmiram in terra ſolitudinis. Et omnes vicos qui ad ſe pertinebant,& erant abſq; muro,muniuit, & ciuitates curruum, & ciuitates equitum,& quodcunq; ei placuit, vt ædificaret in Ieruſalem & in Libano & in omni terra poteſtatis ſuæ. Vniuerſum populũ qui remãſerat de Amorrhęis,& de Hethæis, & Pherezæis,& Heuæis, & Iebuſæis, qui non ſunt de filijs Iſrael:horum filios,qui remanſerant in terra,quos ſcilicet nõ potuerant filij Iſrael exterminare:fecit Salomon tributarios vſq; in diem hanc. De filijs autem Iſrael non conſtituit Salomon ſeruire quenquam, ſed erant viri bellatores, & miniſtri eius & principes & duces,& præfecti curruum & equorum. Erant autem principes ſuper omnia opera Salomonis præpoſiti, quingenti quinquaginta, qui habebant ſubiectum populum,& ſtatutis operibus imperabant. Filia autem Pharaonis aſcendit de ciuitate Dauid in domũ ſuam quam ædificauerat ei Salomon:tunc ædificauit Mello. Offerebat quoq; Salomon tribus vicibus per annos ſingulos holocauſta,& pacifica victimas ſuper altare quod ædificauerat Domino,& adolebat thymiama coram Domino:perfectumq; eſt templum.

Facit Salomõ Chananæos & reliquos tributarios.

Claſſem quoque fecit rex Salomon in Aſiongáber, quæ eſt iuxta Ailath in littore maris Rubri,in terra Idumææ. Miſitq; Hiram in claſſe illa ſeruos ſuos viros nauticos & gnaros maris,cum ſeruis Salomonis. Qui cum veniſſent in Ophir,ſumptum inde aurum quadringentorum viginti talentorum,detulerunt ad regem Salomonem.

S. REGINA Saba Salomonis mirata ſapientiam magnificentiam, & regimen, datis muneribus & amplioribus ſuſceptis diſceſſit: Salomon autem multum tributũ,uaſa,& ſcuta, ſed & magnificum conſtruxit thronum,& multam aggregauit ſupellectilem,in uaſis,curribus & equis. CAPVT X.

2.Para.9 a Matt.12 d Lucæ 11 d

SEd & regina Saba audita fama Salomonis, in nomine Domini venit tentare eũ in ænigmatibus. Et ingreſſa Ieruſalem multo cum comitatu,& diuitijs,camelis portãtibus aromata,& aurum infinitum nimis,& gemmas pretioſas,venit ad Salomonẽ, & locuta eſt ei vniuerſa quæ habebat in corde ſuo. Et docuit eam Salomon omnia verba quæ propoſuerat: non fuit ſermo qui regem poſſet latêre,& nõ reſponderet ei. Videns autẽ regina Saba omnem ſapientiã Salomonis,& domum quam ædificauerat,& cibos menſæ eius, & habitacula ſeruorũ, & ordines miniſtrantium, veſtesq; eorum, & pincernas, & holocauſta quæ offerebat in domo Domini:non habebat vltrà ſpiritum, dixitq; ad regem, Verus eſt ſermo quem audiui in terra mea ſuper ſermonibus tuis,& ſuper ſapientia tua:& non credebã narrantibus mihi,donec ipſa veni,& vidi oculis meis, & probaui quòd media pars mihi nuntiata non fuerit:maior eſt ſapientia & opera tua,quàm rumor quem audiui. Beati viri tui, & beati ſerui tui hi, qui ſtant corã te ſemper,& audiũt ſapientiam tuam. Sit Dominus Deus tuus benedictus, cui complacuiſti,& poſuit te ſuper thronũ Iſrael,eo quòd dilexerit Dominus Iſrael in ſempiternũ:& conſtituit te regem, vt faceres iudicium & iuſtitiam. Dedit ergo regi centum viginti talenta auri,& aromata multa nimis,& gemmas pretioſas: non ſunt allata vltrà aromata tam multa,quàm ea quæ dedit regina Saba regi Salomoni. Sed & claſsis Hiram,quæ portabat aurum de Ophir,attulit ex Ophir ligna thyina multa nimis,& gemmas pretioſas. Fecitq; rex de lignis thyinis fulcra domus Domini,& domus regiæ,& citharas lyraſq; cantoribus: nõ ſunt allata huiuſcemodi ligna thyina,neq; viſa vſq; in præſentem diem. Rex autem Salomon dedit reginæ Saba omnia quæ voluit,& petiuit ab eo: exceptis his quæ vltrò obtulerat ei munere regio. Quæ reuerſa eſt,& abijt in terram ſuam cũ ſeruis ſuis. Erat autem pondus auri quod afferebatur Salomoni per annos ſingulos,ſexcentorum ſexagintaſex talentorum auri: excepto eo quod afferebãt viri,qui ſuper vectigalia erant, & negotiatores,vniuerſiq; ſcuta vendentes,& omnes reges Arabiæ,ducesq; terræ. Fecit quoq; rex Salomon ducenta ſcuta de auro puriſsimo:ſexcentos auri ſiclos dedit in laminas ſcuti vnius. Et trecentas peltas ex auro probato: trecentæq; minæ auri vnã peltam veſtiebãt:poſuitq; eas rex in domo ſaltus Libani. Fecit etiã rex Salomon thronũ de ebore grãdem:& veſtiuit eum auro fuluo nimis,qui habebat ſex gradus:& ſummitas throni, rotunda erat in parte poſteriori: & duæ manus hinc atq; inde tenẽtes ſedile:& duo leones ſtabant iuxta manus ſingulas. Et duodecim leunculi ſtantes ſuper ſex gradus hinc atq; inde:non eſt factũ tale opus in vniuerſis regnis. Sed & omnia vaſa,de quibus potabat rex Salomon,erãt aurea: & vniuerſa ſupellex domus ſaltus Libani de auro puriſsimo:nõ erat argentũ,nec alicuius pretij putabatur, in diebus Salomonis,quia claſsis regis per mare cũ claſſe Hiram ſemel per tres annos ibat in Tharſis,deferens inde aurũ & argentũ, & dentes elephantorum,& ſimias, & pauos. Magnificatus eſt ergo rex Salomon ſuper omnes reges terræ diuitijs & ſapiẽtia. Et vniuerſa terra deſyderabat vultũ Salomonis,vt audiret ſapientiam eius,quam dederat Deus in corde eius. Et ſinguli deferebant ei munera,vaſa argentea & aurea,veſtes & arma bellica,aromata quoque,& equos, & mulos per annos ſingulos. Congregauitq; Salomõ currus & equites,& facti ſunt ei mille quadringenti currus,& duodecim millia equitum:& diſpoſuit eos per ciuitates munitas, & cum rege in Ieruſalem. Fecitq; vt tanta eſſet abundantia argenti in Ieruſalem,quanta & lapidum:& cedrorũ præbuit multitudinẽ quaſi ſycomoros, quæ naſcuntur in campeſtribus. Et educebantur equi Salomoni de Aegypto & de Coa. Negotiatores enim regis emebant de Coa,& ſtatuto pretio perducebãt. Egrediebatur autem quadriga ex Aegypto ſexcentis ſiclis argenti, & equus centum quinquaginta. Atq; in hunc modũ cuncti reges Hethæorum & Syriæ equos venundabant.

Cenſus pecunię Salomonis annuus.

Ducenta ſcuta.

Thronus Salomonis.

Omnia vaſa aurea.

Argentum nihil æſtimatũ tempore Salomonis.

Mille quadringenti currus.

Duodecim millia equitum.

S. SALOMON per mulieres alienigenas infatuatus,ad earũ idôla conuertitur,unde regni meretur Ahia prophetante diuiſionem.

CAPVT XI.

Ecclę.47 c Deut.17 d

REx autem Salomon adamauit mulieres alienigenas multas, filiam quoq; Pharaonis, & Moabitidas,& Ammonitidas, Idumæas, & Sidonias, & Cethæas:de gentibus ſuper quibus dixit Dominus filijs Iſrael, Non ingrediemini ad eas, neq; de illis ingredientur ad veſtras:certiſsimè enim auertẽt corda veſtra vt ſequamini deos earũ. His itaq; copulatus eſt Salomon ardẽtiſsimo amore. Fueruntq; ei vxores quaſi reginæ ſeptingentæ,& cõcubinæ trecẽtæ:& auerterũt mulieres cor eius. Cumq; iam eſſet ſenex,deprauatũ eſt cor eius per mulieres vt ſequeretur deos alienos:nec erat cor eius perfectũ cũ Domino Deo ſuo ſicut cor Dauid patris eius. Sed colebat Salomon Aſtarthen, deam Sidoniorũ,& Moloch idôlum Ammonitarum. Fecitq; Salomon quod non placuerat corã Domino,& non adimpleuit vt ſequeretur Dominũ,ſicut Dauid pater eius. Tunc ædificauit Salomon phanũ Chamos idôlo Moab,in monte qui eſt contra Ieruſalẽ,& Moloch idôlo filiorum Ammon. Atq; in hunc modũ fecit vniuerſis vxoribus ſuis alienigenis, quæ adolebant thura & immolabãt dijs ſuis. Igitur iratus eſt Dominus Salomoni, quòd auerſa eſſet mens eius à Domino Deo Iſrael,qui apparuerat ei ſecundò,& præceperat de verbo hoc ne ſequeretur deos alienos, & non cuſtodiuit quæ mãdauit ei Dominus. Dixit itaq; Dominus Salomoni, Quia habuiſti hoc apud te,& non cuſtodiſti pactũ meum,& præcepta mea quæ mãdaui tibi,diſrumpens ſcindã regnũ tuum, & dabo illud ſeruo tuo. Veruntamen in diebus tuis non faciam propter Dauid patrem tuum:de manu filij tui ſcindam illud,

Exod.34 b

Septingentæ vxores Salomonis.

Trecentæ cõcubinæ.

Supra.9.d

illud, nec totum regnũ auferam, ſed tribum vnam dabo filio
tuo propter Dauid ſeruũ meũ, & Ieruſalem quam elegi. Su-
C ſcitauit autem Dominus aduerſarium Salomoni Adad Idu-
3. Reg. 8 d mæum de ſemine regio, qui erat in Edom. Cũ enim eſſet Da
uid in Idumæa, & aſcendiſſet Ioab princeps militiæ ad ſepe-
liendum eos qui fuerant interfecti, & occidiſſet omne maſcu
linum in Idumæa (ſex enim menſibus ibi moratus eſt Ioab,
& omnis Iſrael, donec interimeret omne maſculinum in Idu
mæa) fugit Adad ipſe, & viri Idumæi de ſeruis patris eius cũ
eo, vt ingrederetur Aegyptũ: erat autem Adad puer paruu-
lus. Cumq; ſurrexiſſent de Madian, venerunt in Pharan: tu-
leruntq; ſecum viros de Pharan, & introierunt Aegyptũ ad
Pharaonem regem Aegypti: qui dedit ei domum, & cibos
D conſtituit, & terrã delegauit. Et inuenit Adad gratiam coram
Pharaone valde, intantũ vt daret ei vxorem, ſororem vxoris
ſuæ germanã Taphnes reginæ. Genuitq; ei ſoror Taphnes
Genubath filiũ, & nutriuit eum Taphnes in domo Pharao-
nis: eratq; Genubath habitãs apud Pharaonem cũ filijs eius.
Cumq; audiſſet Adad in Aegypto dormiſſe Dauid cum pa-
tribus ſuis, & mortuũ eſſe Ioab principem militiæ, dixit Pha
raoni, Dimitte me, vt vadam in terrã meam. Dixitq; ei Pha-
rao, Qua enim re apud me indiges, vt quæras ire ad terrã tuã?
At ille reſpondit, Nulla: ſed obſecro te vt dimittas me. Suſci-
tauit quoq; ei Deus aduerſarium Razon filiũ Eliada, qui fu-
E gerat Adarézer regem Soba dominum ſuum: & congregauit
contra eũ viros, & factus eſt princeps latronũ cum interfice-
ret eos Dauid: abieruntq; Damaſcum, & habitauerunt ibi, &
conſtituerũt eũ regem in Damaſco, eratq; aduerſarius Iſraeli
cunctis diebus Salomonis: & hoc eſt malum Adad, & odium
contra Iſrael, regnauitq; in Syria. Ieroboam quoq; filius Na-
bat, Ephrathæus, de Sareda, ſeruus Salomonis, cuius mater
erat nomine Serua, mulier vidua: leuauit manũ contra regem.
Et hæc eſt cauſa rebellionis aduerſus eũ, quia Salomon ædi-
ficauit Mello, & coæquauit voraginem ciuitatis Dauid patris
ſui. Erat autem Ieroboam, vir fortis & potens: videnſq; Salo-
mon adoleſcentem bonæ indolis & induſtrium, conſtituerat
eum præfectum ſuper tributa vniuerſæ domus Ioſeph. Fa-
ctum eſt igitur in tempore illo, vt Ieroboam egrederetur de
Ieruſalem, & inueniret eũ Ahias Silonites propheta, in via,
opertus pallio nouo: erant autem duo tãtum in agro. Appre-
F hendenſq; Ahias palliũ ſuum nouũ, quo coopertus erat, ſci-
dit in duodecim partes. Et ait ad Ieroboam, Tolle tibi decem
ſciſſuras: hæc enim dicit Dominus Deus Iſrael, Ecce ego ſcin
dam regnum de manu Salomonis, & dabo tibi decem tribus.
Porrò vna tribus remanebit ei propter ſeruũ meum Dauid,
& propter Ieruſalem ciuitatem quam elegi ex omnibus tri-
bubus Iſrael: eo quòd dereliquerit me, & adorauerit Aſtar-
then deam Sidoniorũ, & Chamos deum Moab, & Moloch
deum filiorum Ammon: & non ambulauerit in vijs meis vt
faceret iuſtitiam coram me, & præcepta mea, & iudicia ſicut
Dauid pater eius. Nec auferam omne regnum de manu eius,
ſed ducem ponam eũ cunctis diebus vitæ ſuæ, propter Da-
uid ſeruum meũ quem elegi, qui cuſtodiuit mandata mea &
præcepta mea. Auferam autem regnum de manu filij eius, &
dabo tibi decem tribus: filio autem eius dabo tribum vnã, vt
remaneat lucerna Dauid ſeruo meo cunctis diebus, corã me
in Ieruſalem ciuitate quam elegi vt eſſet nomen meum ibi.
Te autem aſſumam, & regnabis ſuper omnia quæ deſyderat
G anima tua, erisq; rex ſuper Iſrael. Si igitur audieris omnia
quæ præcepero tibi, & ambulaueris in vijs meis, & feceris
quod rectũ eſt coram me, cuſtodiens mandata mea, & præce
pta mea, ſicut fecit Dauid ſeruus meus: ero tecum, & ædifica-
bo tibi domũ fidelẽ, quomodo ædificaui Dauid domum, &
tradã tibi Iſrael: & affligam ſemen Dauid ſuper hoc, veruntа-
men nõ cunctis diebus. Voluit ergo Salomon interficere Ie-
roboam: qui ſurrexit & aufugit in Aegyptũ ad Seſac regem
Aegypti, & fuit in Aegypto vſq; ad mortem Salomonis. Re-

liquum autem verborum Salomonis, & omnia quæ fecit, &
ſapientia eius: ecce vniuerſa ſcripta ſunt in libro verborũ Sa-
lomonis. Dies autem quos regnauit Salomon in Ieruſalem Moritur Sa-
ſuper omnem Iſrael, quadraginta anni ſunt. Dormiuitq; Sa- lomon.
lomon cũ patribus ſuis, & ſepultus eſt in ciuitate Dauid pa- Regnat Ro-
tris ſui, regnauitq; Roboam filius eius pro eo. boam.

S. ROBOAM iuuenum conſilio regnum diuidit, apparatum eius in Ieroboam dominus dehortatur: ueruntamen Ieroboam aureos uitulos erexit. CAPVT XII.

A VEnit autem Roboam in Sichem: illuc enim con- 2. Par. 10 a
gregatus erat omnis Iſrael ad conſtituendũ eum
regem. At verò Ieroboam filius Nabat, cùm ad-
huc eſſet in Aegypto profugus à facie regis Sa-
lomonis, audita morte eius reuerſus eſt de Aegypto. Miſe-
runtq;, & vocauerunt eum: venit ergo Ieroboam, & omnis
multitudo Iſrael, & locuti ſunt ad Roboam, dicentes, Pater
tuus duriſsimum iugum impoſuit nobis: tu itaq; nunc immi-
nue paululũ de imperio patris tui duriſsimo, & de iugo grа-
uiſsimo quod impoſuit nobis, & ſeruiemus tibi. Qui ait eis,
Ite vſque ad tertium diem, & reuertimini ad me. Cumq;
B abijſſet populus, inijt conſiliũ rex Roboam cum ſenioribus
qui aſsiſtebant coram Salomone patre eius, cum adhuc viue-
ret, & ait, Quod datis mihi conſiliũ, vt reſpondeam populo Conſilium
huic? Qui dixerunt ei. Si hodie obedieris populo huic, & ſer- ſenum.
uieris, & petitioni eorum ceſſeris, locutuſq; fueris ad eos ver-
ba lenia, erunt tibi ſerui cunctis diebus. Qui dereliquit conſi-
lium ſenum quod dederant ei, & adhibuit adoleſcẽtes qui nu
triti fuerant cum eo, & aſsiſtebant illi, dixitque ad eos, Quod
mihi datis conſilium, vt reſpondeam populo huic? qui dixe-
runt mihi, Leuius fac iugum quod impoſuit pater tuus ſuper
C per nos. Et dixerũt ei iuuenes qui nutriti fuerant cum eo, Sic Conſilium
loquere populo huic, qui locuti ſunt ad te, dicentes, Pater iuuenum.
tuus aggrauauit iugum noſtrũ, tu releua nos. Sic loquêris ad Eccle. 47 d
eos, Minimus digitus meus groſsior eſt dorſo patris mei. Et
nunc pater meus poſuit ſuper vos iugum graue, ego autem
addam ſuper iugum veſtrũ: pater meus cecidit vos flagellis,
ego autem cædam vos ſcorpionibus. Venit ergo Ieroboam,
& omnis populus ad Roboam die tertia, ſicut locutus fuerat
rex, dicens, Reuertimini ad me die tertia. Reſponditque rex
populo dura, derelicto conſilio ſeniorũ quod ei dederant, &
locutus eſt eis ſecundum conſilium iuuenum, dicens, Pater
D meus aggrauauit iugum veſtrum, ego autem addam iugo ve-
ſtro: pater meus cecidit vos flagellis, ego autem cædam vos
ſcorpionibus. Et non acquieuit rex populo: quoniam auer-
ſatus fuerat eum Dominus, vt ſuſcitaret verbũ ſuum quod Supra 11 f
locutus fuerat in manu Ahiæ Silonitæ ad Ieroboam filium
Nabat. Videns itaq; populus quòd noluiſſet eos audire rex, Sciſsio re-
reſpondit ei, dicens, Quæ nobis pars in Dauid? vel quæ hære- gni Salomo-
ditas in filio Iſai? Vade in tabernacula tua Iſrael, nũc vide do- nis.
mum tuam Dauid. Et abijt Iſrael in tabernacula ſua. Super fi-
lios autem Iſrael, quicunque habitabant in ciuitatibus Iuda,
E regnauit Roboam. Miſit ergo rex Roboam Aduram qui
erat ſuper tributa: & lapidauit eum omnis Iſrael, & mortuus
eſt. Porrò rex Roboam feſtinus aſcendit currum, & fugit in
Ieruſalem, receſsitque Iſrael à domo Dauid, vſque in præ-
ſentem diem. Factum eſt autem cum audiſſet omnis Iſrael
quòd reuerſus eſſet Ieroboam, miſerunt, & vocauerunt eum
congregato cœtu, & conſtituerũt eum regem ſuper omnem
Iſrael, nec ſecutus eſt quiſpiam domum Dauid, præter tri-
bum Iuda ſolam. Venit autem Roboam Ieruſalem, & con-
gregauit vniuerſam domum Iuda, & tribum Beniamin cen-
tum octoginta millia electorum virorum, & bellatorum, vt
pugnarent contra domum Iſrael, & reducerent regnum Ro-
F boam filio Salomonis. Factus eſt autem ſermo Domini ad 2. Par. 11 a
Semeiam virũ Dei, dicens, Loquere ad Roboam filium Salo-
monis regẽ Iuda, & ad omnem domũ Iuda, & Beniamin, &

reliquos

reliquos de populo, dicens, Hæc dicit Dominus, Non aſcendetis, neq; bellabitis contra fratres veſtros filios Iſrael: reuertatur vir in domũ ſuam, à me enim factum eſt verbũ hoc. Audierunt ſermonem Domini, & reuerſi ſunt de itinere ſicut eis præceperat Dominus. Aedificauit autem Ieroboam Sichem in monte Ephraim, & habitauit ibi: & egreſſus inde ædificauit Phanuel. Dixitq; Ieroboam in corde ſuo, Nunc reuertetur regnũ ad domum Dauid, ſi aſcenderit populus iſte vt faciat ſacrificia in domo Domini in Ieruſalem: & conuertetur cor populi huius ad dominum ſuum Roboam regem Iuda, interficientq; me, & reuertentur ad eum. Et excogitato conſilio, fecit duos vitulos aureos, & dixit eis. Nolite vltrà aſcendere in Ieruſalem. Ecce dij tui Iſrael, qui te eduxerũt de terra Aegypti. Poſuitq; vnum in Bethel, & alterũ in Dan: & factũ eſt verbũ hoc in peccatum: ibat enim populus ad adorandum vitulum, vſq; in Dan. Et fecit phana in excelſis, & ſacerdotes de extremis populi qui non erant de filijs Leui. Conſtituitq; diem ſolennẽ in menſe octauo, quintadecima die menſis, in ſimilitudinẽ ſolennitatis quæ celebrabatur in Iuda. Et aſcendens, altare ſimiliter fecit in Bethel, vt immolaret vitulis quos fabricatus fuerat: conſtituitq; in Bethel ſacerdotes excelſorum quæ fecerat. Et aſcendit ſuper altare quod extruxerat in Bethel, quintadecima die menſis octaui, quem finxerat de corde ſuo: & fecit ſolennitatem filijs Iſrael, & aſcendit ſuper altare, vt adoleret incenſum.

Ieroboam ꝓmiſſione Dei abiecta facit vitulos.

Supra 11 f

Exod. 32 b

S. PROPHETA certis conditionibus ad Ieroboam miſſus, completo munere rediens à leone fractis conditionibus occiditur.

CAPVT XIII.

A ET ecce vir Dei venit de Iuda in ſermone Domini in Bethel, Ieroboã ſtante ſuper altare, & thus iaciente. Et exclamauit contra altare in ſermone Domini, & ait, Altare altare, hæc dicit Dominus, Ecce filius naſcetur domui Dauid, Ioſias nomine, & immolabit ſuper te ſacerdotes excelſorum, qui nunc in te thura ſuccendunt, & oſſa hominũ ſuper te incendet. Deditq; in illa die ſignum, dicens, Hoc erit ſignũ quod locutus eſt Dominus. Ecce, altare ſcindetur, & effundetur cinis qui in eo eſt. Cumq; audiſſet rex ſermonẽ hominis Dei quem inclamauerat contra altare in Bethel, extendit manum ſuam de altari, dicens, Apprehendite eum. Et exaruit manus eius quam extenderat contra eum: nec valuit retrahere eam ad ſe. Altare quoque ſciſſum eſt, & effuſus eſt cinis de altari, iuxta ſignum quod prædixerat vir Dei in ſermone Domini. Et ait rex ad virum Dei, Deprecare faciẽ Domini Dei tui, & ora pro me, vt reſtituatur manus mea mihi. Orauitq; vir Dei faciem Domini, & reuerſa eſt manus regis ad eũ, & facta eſt ſicut prius fuerat. Locutus eſt autẽ rex ad virum Dei, Veni mecum domum vt prandeas, & dabo tibi munera. Reſponditq; vir Dei ad regem, Si dederis mihi mediam partẽ domus tuæ, non veniam tecum, nec comedam panem, neq; bibam aquam in loco iſto: ſic enim mandatũ eſt mihi in ſermone Domini præcipientis, Non comedes panem, neque bibes aquam, nec reuertêris per viam qua veniſti. Abijt ergo per aliam viam, & non eſt reuerſus per iter quo venerat in Bethel. Prophetes autem quidã ſenex habitabat in Bethel, ad quem venit filius ſuus, & narrauit ei omnia opera quæ fecerat vir Dei illa die in Bethel, & verba quæ locutus fuerat ad regem, & narrauerunt patri ſuo. Et dixit eis pater eorũ, Per quam viam abijt? Oſtenderunt ei filij ſui viam per quam abierat vir Dei, qui venerat de Iuda. Et ait filijs ſuis, Sternite mihi aſinum. Qui cum ſtrauiſſent, aſcendit, & abijt poſt virum Dei, & inuenit eum ſedentẽ ſubtus terebinthum: & ait illi, Tũne es vir Dei, qui veniſti de Iuda? Reſpõdit ille, Ego ſum. Dixitq; ad eum, Veni mecum domũ, vt comedas panem. Qui ait, Non poſſum reuerti, neq; venire tecum, nec comedam panem, neque bibam aquã in loco iſto, quia locutus eſt Dominus ad me in

4. Reg. 23 d

Propheta nihil ſuſcipit à cõtemnente verbum Dei.

ſermone Domini, dicens, Non comedes panem, & nõ bibes aquam ibi, nec reuertêris per viã qua ieris. Qui ait illi, Et ego propheta ſum ſimilis tui: & angelus locutus eſt mihi in ſermone Domini, dicens, Reduc eum tecũ in domũ tuam, vt comedat panem, & bibat aquã. Fefellit eũ, & reduxit ſecum: comedit ergo panẽ in domo eius, & bibit aquã. Cumq; ſederẽt ad menſam, factus eſt ſermo Domini ad prophetã qui reduxerat eum. Et exclamauit ad virum Dei, qui venerat de Iuda, dicens, Hæc dicit Dominus, Quia non obediẽs fuiſti ori Domini, & non cuſtodiſti mandatũ quod præcepit tibi Dominus Deus tuus: & reuerſus es, & comediſti panem, & bibiſti aquã in loco in quo præcepit tibi ne comederes panem, neq; biberes aquã, non inferetur cadauer tuũ in ſepulchrũ patrum tuorũ. Cumq; comediſſet & bibiſſet, ſtrauit aſinũ ſuum propheta quẽ reduxerat. Qui cũ abiiſſet, inuenit eum leo in via, & occîdit, & erat cadauer eius proiectũ in itinere: aſinus autẽ ſtabat iuxta illũ, & leo ſtabat iuxta cadauer. Et ecce, viri trãſeuntes viderũt cadauer proiectũ in via, & leonẽ ſtãtem iuxta cadauer. Et venerũt, & diuulgauerunt in ciuitate in qua prophetes ille ſenex habitabat. Quod cum audiſſet propheta ille qui reduxerat eum de via, ait, Vir Dei eſt, qui inobediens fuit ori Domini, & tradidit eũ Dominus leoni, & cõfregit eum, & occîdit iuxta verbũ Domini quod locutus eſt ei. Dixitq; ad filios ſuos, Sternite mihi aſinũ. Qui cum ſtrauiſſent, & ille abiiſſet, inuenit cadauer eius proiectũ in via, & aſinũ & leonem ſtantes iuxta cadauer: non comedit leo de cadauere, nec læſit aſinum. Tulit quoq; propheten cadauer viri Dei, & poſuit illud ſuper aſinũ, & reuerſus intulit in ciuitatem propheten ſenex, vt plãgerẽt eũ. Et poſuit cadauer eius in ſepulchro ſuo: & planxerunt eũ, Heu mi frater. Cumq; planxiſſent eũ, dixit ad filios ſuos, Cum mortuus fuero, ſepelite me in ſepulchro in quo vir Dei ſepultus eſt: iuxta oſſa eius ponite oſſa mea. Profectò enim veniet ſermo quem prædixit in ſermone Domini contra altare quod eſt in Bethel, & contra omnia phana excelſorum quæ ſunt in vrbibus Samariæ. Poſt verba hæc non eſt reuerſus Ieroboam de via ſua peſſima, ſed econtrariò fecit de nouiſſimis populis ſacerdotes excelſorũ: quicunq; volebat, implebat manum ſuam, & fiebat ſacerdos excelſorum. Et propter hanc cauſam peccauit domus Ieroboã, & euerſa eſt, & deleta de ſuperficie terræ.

Occiditur à leone.

Pecunia creantur ſacerdotes etiã infimi.



S. PROPHETIA Ahiæ ſuper morte Ieroboam, & Ahiæ filij eius, regnum Iuda ob idololatriam prædæ exponitur.

CAPVT XIIII.

A IN tẽpore illo ægrotauit Abia filius Ieroboã. Dixitq; Ieroboam vxori ſuæ, Surge, & commuta habitum, ne cognoſcaris quòd ſis vxor Ieroboam, & vade in Silo, vbi eſt Ahias propheta qui locutus eſt mihi quòd regnaturus eſſem ſuper populũ hunc. Tolle quoq; in manu tua decẽ panes, & cruſtulã, & vas mellis, & vade ad illũ: ipſe enim indicabit tibi quid euenturum ſit puero huic. Fecit vt dixerat, vxor Ieroboã, & cõſurgens abijt in Silo, & venit in domum Ahiæ: at ille

Supra 11 f

at ille non poterat videre, quia caligauerant oculi eius præ se-
B nectute. Dixit autem Dominus ad Ahiam, Ecce vxor Iero-
boam ingreditur, vt consulat te super filio suo qui ægrotat:
hæc & hæc loquêris ei. Cum ergo illa intraret, & dissimularet
se esse quæ erat, audiuit Ahias sonitũ pedum eius introeun-
tis per ostium, & ait, Ingredere vxor Ieroboam, quare aliam
te esse simulas? ego autem missus sum ad te durus nũtius. Va-
de, & dic Ieroboam, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Quia
exaltaui te de medio populi, & dedi te ducem super populũ
meum Israel: & scidi regnum domus Dauid, & dedi illud ti-
bi, & non fuisti sicut seruus meus Dauid, qui custodiuit man
data mea, & secutus est me in toto corde suo, faciẽs quod pla-
Laus Dauid. C citum esset in conspectu meo: sed operatus es male super o-
mnes qui fuerunt ante te, & fecisti tibi deos alienos, & confla-
tiles, vt me ad iracundiam prouocares, me autem proiecisti
post tergum tuum: Idcirco ecce ego inducam mala super do-
mum Ieroboam, & percutiam de Ieroboam mingentem ad
parietẽ, & clausum, & nouissimum in Israel: & mundabo re-
liquias domus Ieroboam, sicut mundari solet fimus vsque ad
purum. Qui mortui fuerint de Ieroboam in ciuitate, comed-
ent eos canes: qui autem mortui fuerint in agro, vorabũt eos
aues cœli: quia Dominus locutus est. Tu igitur surge, & va-
de in domũ tuam: & in ipso introitu pedum tuorũ in vrbem,
morietur puer, & planget eum omnis Israel, & sepeliet: iste
D enim solus inferetur de Ieroboam in sepulchrũ, quia inuen-
tus est super eo sermo bonus à Domino Deo Israel in domo
Ieroboam. Constituet autem sibi Dominus regem super Is-
rael, qui percutiet domũ Ieroboam in hac die, & in hoc tem-
pore: & percutiet Dominus Deus Israel, sicut moueri solet
arundo in aqua: & euellet Israel de terra bonã hac, quam de-
dit patribus eorum, & ventilabit eos trans flumen: quia fece-
runt sibi lucos, vt irritarent Dominũ. Et tradet Dominus Is-
E rael propter peccata Ieroboam, qui peccauit, & peccare fecit
Israel. Surrexit itaq; vxor Ieroboã, & abijt, & venit in Ther-
sa: cumq; illa ingrederetur limen domus, puer mortuus est,
& sepelierunt eum. Et planxit eũ omnis Israel iuxta sermo-
Moritur Ie- nem Domini quem locutus est in manu serui sui Ahiæ pro-
roboam. phetæ. Reliqua autem verborum Ieroboam, quomodo pu-
gnauerit, & quomodo regnauerit, ecce scripta sunt in libro
verborũ dierum regũ Israel. Dies autem quibus regnauit Ie-
F roboam, viginti duo anni sunt: & dormiuit cum patribus suis:
Regnat Nadab. regnauitq; Nadab filius eius pro eo. Porrò Roboã filius Sa-
lomonis regnauit in Iuda: quadraginta & vnius anni erat Ro-
2. Par. 12 d boam, cum regnare cœpisset: decem & septem annos regna-
uit in Ierusalem ciuitate, quam elegit Dominus vt poneret
nomen suum ibi, ex omnibus tribubus Israel. Nomen autem
matris eius Naama Ammanitis. Et fecit Iudas malum coram
Domino, & irritauerunt eum super omnibus quæ fecerant
patres eorum in peccatis suis quæ peccauerunt. Aedificaue-
runt enim & ipsi sibi aras, & statuas, & lucos super omnem
collem excelsum, & subter omnem arborem frondosam: sed
& effœminati fuerunt in terra, feceruntq; omnes abomina-
tiones gentium, quas attriuit Dominus ante faciem filiorum
G Israel. In quinto autem anno regni Roboam, ascendit Sesac
rex Aegypti in Ierusalẽ, & tulit thesauros domus Domini,
& thesauros regios, & vniuersa diripuit: scuta quoq; aurea,
Supra 10 c quæ fecerat Salomon, pro quibus fecit rex Roboam scuta æ-
rea: & tradidit ea in manũ ducum scutariorum, & eorum qui
excubabant ante ostiũ domus regis. Cumq; ingrederetur rex
in domũ Domini, portabant ea qui præeundi habebant offi-
cium: & postea reportabant ad armamentarium scutariorum.
Reliqua autem sermonũ Roboam, & omnia quæ fecit, ecce
scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda. Fuitq;
bellum inter Roboam & Ieroboam cunctis diebus. Dormi-
uitq; Roboam cum patribus suis, & sepultus est cum eis in
ciuitate Dauid: nomen autem matris eius Naama Ammani-
tis: & regnauit Abiam filius eius pro eo.

*S. ABIAE regis Iuda contra Ieroboam, & Asæ contra Baa-
sam prælia. & Iosaphat ac Nadab gesta.*

CAPVT XV.

A IGitur in octauodecimo anno regni Ieroboam
filij Nabat, regnauit Abiam super Iudã. Tribus
annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius
Maacha filia Abessalom. Ambulauitq; in omni-
bus peccatis patris sui, quæ fecerat ante eum: nec erat cor eius
perfectum cum Domino Deo suo, sicut cor Dauid patris
eius. Sed propter Dauid dedit ei Dominus Deus suus lucer-
nam in Ierusalẽ, vt suscitaret filiũ eius post eum, & statueret
Ierusalẽ: eò quòd fecisset Dauid rectum in oculis Domini, &
B nõ declinasset ab omnibus quæ præceperat ei, cunctis diebus
vitæ suæ, excepto sermone Vriæ Hethæi. Attamẽ bellũ fuit
inter Roboam & Ieroboam omni tempore vitæ eius. Reli-
qua autẽ sermonum Abiam, & omnia quæ fecit, nónne hæc
scripta sunt in libro verborũ dierum regũ Iuda? Fuitq; præ-
lium inter Abiam & inter Ieroboam. Et dormiuit Abiam cũ
patribus suis, & sepelierũt eum in ciuitate Dauid: regnauitq;
Asa filius eius pro eo. In anno ergo vicesimo Ieroboam regis
Israel regnauit Asa rex Iuda: & quadraginta & vno anno re-
gnauit in Ierusalẽ. Nomẽ matris eius Maacha, filia Abessalõ.
Et fecit Asa rectũ ante conspectũ Domini, sicut Dauid pater
C eius: & abstulit effœminatos de terra, purgauitq; vniuersas
sordes idolorũ, quæ fecerãt patres eius. Insuper & Maacham
matrẽ suã amouit, ne esset princeps in sacris Priapi, & in luco
eius quẽ cõsecrauerat: subuertitq; specũ eius, & cõfregit simu
lachrũ turpissimũ, & cõbussit in torrẽte Cedron: excelsa au-
tem nõ abstulit. Verũtamen cor Asa perfectũ erat cũ Domi-
no cunctis diebus suis: & intulit ea quæ sanctificauerat pater
suus, & vouerat, in domũ Domini, argentũ, & aurũ, & vasa.
Bellũ autẽ erat inter Asa & Baasa regẽ Israel cunctis diebus
D eorũ. Ascendit quoq; Baasa rex Israel in Iudam, & ædificauit
Rama, vt nõ posset quispiam egredi vel ingredi de parte Asa
regis Iudæ. Tollẽs itaq; Asa omne argentũ & aurũ quod re-
manserat in thesauris domus Domini, & in thesauris domus
regiæ, dedit illud in manus seruorũ suorũ: & misit ad Benadad
filiũ Tabremon filij Hezion regem Syriæ, qui habitabat in
Damasco, dicens, Fœdus est inter me & te, & inter patrem
meũ, & patrem tuũ: ideò misi tibi munera, argentũ & aurũ: &
peto vt venias, & irritũ facias fœdus quod habes cũ Baasa re-
ge Israel, & recedas à me. Acquiescens Benadad regi Asa, mi-
sit principes exercitus sui in ciuitates Israel, & percusserunt
Ahion & Dan. & Abel domum Maacha, & vniuersam Cen-
E neroth, omnem scilicet terram Nephthali. Quod cũ audisset
Baasa, intermisit ædificare Rama, & reuersus est in Thersa.
Rex autem Asa nuntiũ misit in omnem Iudã, dicens, Memo
sit excusatus. Et tulerunt lapides de Rama, & ligna eius, qui-
bus ædificauerat Baasa, & extruxit de eis rex Asa, Gabaa
Beniamin, & Maspha. Reliqua autem omniũ sermonũ Asa,
& vniuersæ fortitudinis eius, & cuncta quæ fecit, & ciuitates
quas extruxit, nónne hæc scripta sunt in libro verborũ dierũ
regum Iuda? Veruntamen in tempore senectutis suæ doluit
pedes. Et dormiuit Asa cũ patribus suis, & sepultus est cum
eis in ciuitate Dauid patris sui. Regnauitque Iosaphat filius
F eius, pro eo. Nadab verò filius Ieroboam regnauit super Is-
rael anno secũdo Asa regis Iuda: regnauitq; super Israel duo-
bus annis. Et fecit quod malum est in conspectu Domini, &
ambulauit in vijs patris sui, & in peccatis eius quibus peccare
fecit Israel. Insidiatus est autem ei Baasa filius Ahiæ de do-
mo Issachar, & percussit eum in Gebbethon, quæ est vrbs
Philisthinorum: siquidem Nadab, & omnis Israel obside-
bant Gebbethon. Interfecit ergo illum Baasa in anno tertio
Asa regis Iuda, & regnauit pro eo. Cumq; regnasset, percus-
sit omnem domum Ieroboam: nõ dimisit nec vnam quidem
G animã de semine eius, donec deleret eum iuxta verbum Do-
mini quod locutus fuerat in manu serui sui Ahiæ Silonitis,

Laus Dauid. 2. Reg. 12 d

2. Par. 13 d

2. Par. 14 d

propter

propter peccata Ieroboam quæ peccauerat,& quibus peccare fecerat Israel:& propter delictũ quo irritauerat Dominũ Deum Israel. Reliqua autem sermonũ Nadab,& omnia quæ operatus est:nónne hæc scripta sunt in Libro verborũ dierũ regũ Israel? Fuitq; bellũ inter Asa & Baasa regẽ Israel cũctis diebus eorũ. Anno tertio Asa regis Iuda regnauit Baasa filius Ahiæ,super omnem Israel in Thersa vigintiquatuor annis. Et fecit malũ coram Domino,ambulauitq; in vijs Ieroboã, & in peccatis eius quibus peccare fecit Israel.

S. MORTVO Baasa succeßit Ela filius eius,quem Zambri occidit,& totam Baasæ domum. Zambri uerò se occîdit,cui succeßit Amri,Ahiel reædificante in malum suum Iericho.

CAPVT XVI.

A FActus est autẽ sermo Domini ad Iehu filiũ Hanani contra Baasa, dicẽs, Pro eo quòd exaltaui te de puluere, & posui te ducem super populũ meũ Israel,tu autẽ ambulasti in via Ieroboã, & peccare fecisti populũ meũ Israel,vt me irritares in peccatis eorũ:
Supra 15 f ecce,ego demetã posteriora Baasa,& posteriora domus eius: & faciam domũ tuam sicut domũ Ieroboam filij Nabat. Qui
B mortuus fuerit de Baasa in ciuitate,comedent eũ canes,& qui mortuus fuerit ex eo in regione,comedent eũ volucres cœli.
2.Par.16 a Reliqua autẽ sermonũ Baasa,& quæcũq; fecit,& prælia eius: nónne hæc scripta sunt in libro verborũ dierum regũ Israel? Dormiuit ergo Baasa cũ patribus suis,sepultusq; est in Thersa:& regnauit Ela filius eius pro eo. Cũ autem in manu Iehu filij Hanani prophetæ verbũ Domini factũ esset cõtra Baasa, & contra domũ eius,& contra omne malũ quod fecerat corã Domino ad irritandũ eum in operibus manuũ suarũ,vt fieret sicut domus Ieroboam:ob hanc causam occîdit eũ,hoc est Ie-
C hu filiũ Hanani,prophetam. Anno vicesimosexto Asa regis Iuda regnauit Ela filius Baasa super Israel in Thersa duobus annis. Et rebellauit cõtra eũ seruus suus Zambri, dux mediæ partis equitũ:erat autem Ela in Thersa bibens,& temulentus
4.Reg.9 g in domo Arsa præfecti Thersa. Irruens ergo Zambri, percussit,& occîdit eũ anno vicesimoseptimo Asa regis Iuda,& regnauit pro eo. Cumq; regnasset,& sedisset super solium eius, percussit omnem domũ Baasa, & non dereliquit ex ea mingentẽ ad parietem, & propinquos & amicos eius. Deleuitq; Zambri omnẽ domũ Baasa iuxta verbũ Domini quod locutus fuerat ad Baasa in manu Iehu prophetæ propter vni-
D uersa peccata Baasa,& peccata Ela filij eius,qui peccauerunt, & peccare fecerunt Israel,prouocantes Dominũ Deũ Israel in vanitatibus suis. Reliqua autem sermonum Ela,& omnia quæ fecit,nónne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel? Anno vicesimo septimo Asa regis Iuda, regnauit Zambri septem diebus in Thersa:porrò exercitus obsidebat Gebbethon vrbem Philisthinorũ. Cumq; audisset rebellasse Zambri,& occidisse regem, fecit sibi regẽ omnis Israel Amri,qui erat princeps militiæ super Israel in die illa in castris. Ascendit ergo Amri,& omnis Israel cum eo de Geb-
Zãbri succendit seipsum. bethon,& obsidebant Thersa. Videns autem Zambri quòd expugnanda esset ciuitas,ingressus est palatium,& succendit se cum domo regia:& mortuus est in peccatis suis quæ peccauerat faciens malum coram Domino, & ambulans in via
E Ieroboam, & in peccato eius, quo fecit peccare Israel. Reliqua autem sermonum Zambri,& insidiarum eius,& tyrannidis,nónne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel? Tunc diuisus est populus Israel in duas partes: media pars populi sequebatur Thebni filium Gineth, vt cõstitueret eũ regem:& media pars, Amri. Præualuit autẽ populus qui erat cum Amri, populo qui sequebatur Thebni filiũ Gineth:mortuusq; est Thebni,& regnauit Amri. Anno tricesimoprimo Asa regis Iuda regnauit Amri super Israel duodecim annis:in Thersa regnauit sex annis. Emitq; montem Samariæ à Semer duobus talentis argenti: & ædificauit eum,& vocauit nomen ciuitatis quã extruxerat, nomine Se-
F mer domini mõtis Samariæ. Fecit autem Amri malũ in conspectu Domini, & operatus est nequiter super omnes qui fuerunt ante eum. Ambulauitq; in omni via Ieroboam filij Nabat,& in peccatis eius quibus peccare fecerat Israel: vt irritaret Dominũ Deum Israel in vanitatibus suis. Reliqua autem sermonum Amri, & prælia eius quæ gessit, nónne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Israel? Dormiuitq; Amri cum patribus suis, & sepultus est in Samaria: regnauitq; Achab filius eius pro eo. Achab verò filius Amri, regnauit super Israel anno tricesimo octauo Asa regis Iuda. Et regnauit Achab filius Amri super Israel in Samaria viginti & duobus annis. Et fecit Achab filius Amri malum in con-
G spectu Domini super omnes qui fuerunt ante eum. Nec sufficit ei vt ambularet in peccatis Ieroboam filij Nabat: insuper duxit vxorem Iezabel filiam Ethbáal regis Sidoniorum: & abijt,& seruiuit Baal,& adorauit eum. Et posuit aram Baal in templo Baal, quod ædificauerat in Samaria, & plantauit lucum: & addidit Achab in opere suo, irritans Dominum Deum Israel super omnes reges Israel, qui fuerũt ante eum. In diebus eius ædificauit Hiel de Bethel, Iericho: in Abiram primitiuo suo fundauit eam,& in Segub nouissimo suo posuit portas eius:iuxta verbum Domini quod locutus fuerat in manu Iosûe filij Nun.

Reædificatur Iericho.
Iosue 6 d

S. ELIAS cœlum claudit tribus annis,& pastus à coruis tandem pascitur à muliere Sarepthana,aucta farina & oleo,filioq; eius tandem suscitato.

CAPVT XVII.

A ET dixit Elias Thesbites de habitatoribus Galaad,ad Achab, Viuit Dominus Deus Israel,in cu-
Eccle.48 c ius conspectu sto,si erit annis his ros & pluuia,
Iacobi 5 d nisi iuxta oris mei verba. Et factum est verbum Domini ad eum,dicens, Recede hinc,& vade contra orientem,& absconde in torrente Carith, qui est contra Iordanem,& ibi de torrente bibes:coruisq; præcepi vt pascant te
Mira Dei prouidẽtia. ibi. Abijt ergo,& fecit iuxta verbũ Domini: cumq; abijsset, sedit in torrente Carith,qui est contra Iordanẽ. Corui quoq; deferebant ei panem & carnes mane, similiter panem & carnes vesperi,& bibebat de torrente. Post dies autem aliquantos siccatus est torrens:nõ enim pluerat super terram. Factus est ergo sermo Domini ad eum,dicens,Surge,& vade in Sa-
Lucæ 4 d reptha Sidoniorum,& manebis ibi:præcepi enim mulieri vi-
B duæ vt pascat te. Surrexit,& abijt in Sareptha:cumq; venisset ad portã ciuitatis,apparuit ei mulier vidua colligens ligna,& vocauit eam,dixitq; ei, Da mihi paululum aquæ in vase, vt bibam. Cumq; illa pergeret,vt afferret,clamauit post tergum eius, dicens, Affer mihi obsecro & buccellam panis in manu tua. Quæ respondit, Viuit Dominus Deus tuus,quia nõ habeo panem,nisi quantũ pugillus capere potest farinæ in hydria,& paululũ olei in lecytho:en colligo duo ligna,vt ingrediar,& faciã illud mihi & filio meo,vt comedamus,& moriamur. Ad quã Elias ait,Noli timere,sed vade,& fac sicut dixisti:veruntamẽ mihi primùm fac de ipsa farinula subcinericiũ panẽ paruulũ,& affer ad me:tibi autẽ,& filio tuo facies post-
C ea. Hæc autẽ dicit Dominus Deus Israel, Hydria farinæ non deficiet,nec lecythus olei minuetur vsq; ad diẽ in qua Dominus daturus est pluuiã super faciem terræ. Quæ abijt, & fecit iuxta verbũ Eliæ:& comedit ipse,& illa,& domus eius:& ex illa die hydria farinæ non defecit,& lecythus olei non est imminutus,iuxta verbum Domini quod locutus fuerat in manu Eliæ. Factum est autem post verba hæc, ægrotauit filius mulieris matrisfamiliâs,& erat languor eius fortissimus, ita vt non remaneret in eo halitus. Dixit ergo ad Eliam, Quid mihi & tibi vir Dei? ingressus es ad me, vt rememorarentur iniquitates meæ,& interficeres filium meum? Et ait ad
D eam,Da mihi filium tuum. Tulitq; eum de sinu eius,& portauit in cœnaculũ vbi ipse manebat,& posuit super lectulum suum,

ſuũ,& clamauit ad Dominũ, & dixit, Domine Deus meus, etiámne viduam apud quam ego vtcunq; ſuſtentor, afflixiſti, vt interficeres filium eius? Et expandit ſe, atq; menſus eſt ſuper puerum tribus vicibus, & clamauit ad Dominũ, & ait, Domine Deus meus reuertatur obſecro anima pueri huius in viſcera eius. Et exaudiuit Dominus vocem Eliæ: & reuerſa eſt anima pueri intra eum, & reuixit. Tulitq; Elias puerũ, & depoſuit eum de cœnaculo in inferiorem domum, & tradidit matri ſuæ, & ait illi, En viuit filius tuus. Dixitq; mulier ad Eliam, Nunc in iſto cognoui quoniam vir Dei es tu, & verbum Domini in ore tuo verum eſt.



S. ELIAS ad Achab pro pluuia miſſus, prophetis Baal in Carmelo occiſis, pluuiam impetrauit.

CAPVT XVIII.

A POſt dies multos factum eſt verbum Domini ad Eliam, in anno tertio, dicens, Vade, & oſtende te Achab, vt dem pluuiam ſuper faciem terræ. Iuit ergo Elias, vt oſtenderet ſe Achab: erat autem fames vehemens in Samaria. Vocauitq; Achab Abdiã diſpenſatorem domus ſuæ: Abdias autem timebat Dominũ Deum valde. Nam cum interficeret Iezabel prophetas Domini, tulit ille centum prophetas, & abſcondit eos quinquagenos & quinquagenos in ſpeluncis, & pauit eos pane & aqua. Dixit ergo Achab ad Abdiam, Vade in terram ad vniuerſos fontes aquarum, & in cunctas valles: ſi fortè poſſimus inuenire herbam, & ſaluare equos & mulos, & non penitus iumẽta interB eant. Diuiſeruntq; ſibi regiones, vt circuirent eas: Achab ibat per viam vnam, & Abdias per viam alteram ſeorſum. Cumq; eſſet Abdias in via, Elias occurrit ei: qui cum cognouiſſet eũ, cecidit ſuper faciem ſuã, & ait, Non tu es, domine mi, Elias? Cui ille reſpõdit, Ego: vade, & dic domino tuo, Adeſt Elias. Et ille, Quid peccaui, inquit, quoniã trades me ſeruũ tuũ in manu Achab, vt interficiat me? Viuit Dominus Deus tuus, quia non eſt gens aut regnum, in quo non miſerit dominus meus te requirens: & reſpõdentibus cunctis, Non eſt hic: adiurauit regna ſingula, & gentes, eo quòd minime reperireris. Et nunc tu dicis mihi, Vade, & dic domino tuo, Adeſt Elias. Cumq; receſſero à te, ſpiritus Domini aſportabit te in locum C quem ego ignoro: & ingreſſus nuntiabo Achab, & nõ inueniens te, interficiet me: ſeruus autem tuus timet Dominũ ab infantia ſua. Nũquid non indicatũ eſt tibi domino meo quid fecerim cũ interficeret Iezabel prophetas Domini, quòd abſconderim de prophetis Domini centũ viros quinquagenos & quinquagenos in ſpelũcis, & pauerim eos pane & aqua? Et nunc tu dicis, Vade, & dic domino tuo, Adeſt Elias: vt interficiat me. Et dixit Elias, Viuit Dominus exercituũ, ante cuius vultum ſto, quia hodie apparebo ei. Abijt ergo Abdias in occurſum Achab, & indicauit ei: venitq; Achab in occurſum Eliæ. Et cum vidiſſet eũ, ait, Túne es ille qui conturbas Iſrael? Et ille ait, Non ego turbaui Iſrael, ſed tu, & domus patris tui, qui dereliquiſtis mãdata Domini, & ſecuti eſtis Baalim. Veruntamen nunc mitte, & congrega ad me vniuerſum Iſrael in monte Carmeli, & prophetas Baal quadringentos quinquaginta, prophetas q; lucorũ quadringẽtos, qui comeD dunt de mẽſa Iezabel. Miſit Achab ad omnes filios Iſrael, & congregauit prophetas in monte Carmeli. Accedens autem Elias ad omnem populũ Iſrael, ait, Vſquequo claudicatis in duas partes? ſi Dominus eſt Deus, ſequimini eũ: ſi autẽ Baal, ſequimini illũ. Et non reſpõdit ei populus verbũ. Et ait rurſus Elias ad populum, Ego remanſi propheta Domini ſolus: prophetæ autẽ Baal, quadringenti & quinquaginta viri ſunt. Dentur nobis duo boues, & illi eligãt ſibi bouẽ vnum, & in fruſta cædẽtes ponant ſuper ligna, ignẽ autẽ non ſupponãt: & ego faciã bouem alterũ, & imponã ſuper ligna, ignẽ autẽ non ſupponã. Inuocate nomina deorũ veſtrorũ, & ego inuocabo nomẽ Domini: & Deus qui exaudierit per ignẽ, ipſe ſit Deus. Reſpondens omnis populus ait, Optima propoſitio. Dixit ergo Elias prophetis Baal, Eligite bouem vnũ, & facite primi, quia vos plures eſtis: & inuocate nomina deorũ veE ſtrorum, ignemq; non ſupponatis. Qui cũ tuliſſent bouem, quem dederat eis, fecerũt: & inuocabãt nomen Baal de mane vſq; ad meridiem, dicẽtes, Baal exaudi nos. Et non erat vox, nec qui reſpõderet: trãſiliebantq; altare quod fecerãt. Cumq; eſſet iam meridies, illudebat illis Elias, dicens, Clamate voce maiore: Deus enim eſt, & forſitan loquitur, aut in diuerſorio eſt, aut in itinere, aut certe dormit, vt excitetur. Clamabãt ergo voce magna, & incidebãt ſe iuxta ritum ſuũ cultris, & lanceolis, donec perfunderẽtur ſanguine. Poſtquã autẽ tranſijt meridies, & illis prophetantibus venerat tẽpus quo ſacrificiũ offerri ſolet, nec audiebatur vox, nec aliquis reſpõdebat, nec attendebat orantes: dixit Elias omni populo, Venite ad me. Et accedente ad ſe populo, curauit altare Domini, quod deſtructum fuerat. Et tulit duodecim lapides iuxta numerũ tribuum filiorum Iacob, ad quem factus eſt ſermo Domini, dicens, Iſrael erit nomen tuũ. Et ædificauit de lapidibus altare F in nomine Domini: fecitq; aquæductum, quaſi per duas aratiunculas in circuitu altaris, & compoſuit ligna: diuiſitq; per mẽbra bouem, & poſuit ſuper ligna, & ait, Implete quatuor hydrias aqua, & fundite ſuper holocauſtũ, & ſuper ligna. Rurſumq; dixit, Etiam ſecundò hoc facite. Qui cum feciſſent ſecundò, ait. Etiam tertiò idipſum facite. Feceruntq; & tertiò, & currebant aquæ circum altare, & foſſa aquæductus repleta eſt. Cumq; iam tempus eſſet vt offerretur holocauſtum, accedens Elias propheta, ait, Domine Deus Abraham, & Iſaac, & Iſrael, oſtende hodie quia tu es Deus Iſrael, & ego ſeruus tuus, & iuxta præceptũ tuum feci omnia verba hæc. Exaudi me Domine, exaudi me: vt diſcat populus iſte quia tu es Dominus Deus, & tu cõuertiſti cor eorũ iterum. Cecidit autem ignis Domini, & vorauit holocauſtum, & ligna, & G lapides, puluerem quoq; & aquam quæ erat in aquæductu lambẽs. Quod cum vidiſſet omnis populus, cecidit in faciem ſuã, & ait, Dominus ipſe eſt Deus, Dominus ipſe eſt Deus. Dixitq; Elias ad eos, Apprehendite prophetas Baal, & ne vnus quidem effugiat ex eis. Quos cum apprehendiſſent, duxit eos Elias ad torrentem Ciſon, & interfecit eos ibi. Et ait Elias ad Achab, Aſcende, comede, & bibe: quia ſonus multæ pluuiæ eſt. Aſcendit Achab, vt comederet & biberet: Elias autem aſcendit in verticem Carmeli, & pronus in terram poſuit faciem ſuam inter genua ſua, & dixit ad puerum ſuum, Aſcende, & proſpice contra mare. Qui cum aſcendiſſet, & contemplatus eſſet, ait, Non eſt quicquam. Et rurſum ait illi, Reuertere ſeptem vicibus. In ſeptima autem vice ecce nubecula parua quaſi veſtigium hominis aſcendebat de mari. Qui ait, Aſcende, & dic Achab, Iunge, & deſcende, ne occupet te pluuia. Cumq; ſe verteret huc atq; illuc, ecce cœli cõtenebrati ſunt, & nubes, & ventus, & facta eſt pluuia grandis. Aſcendens itaque Achab abijt in Iezrahel, & manus Domini facta eſt ſuper Eliam, accinctiſq; lumbis currebat ante Achab, donec veniret in Iezrahel.

Prouidẽtia Dei etiam erga ingratos.

Elias miſſus à Deo, confidenter arguit Achab.

Zelus Eliæ pro Deo.

Irridet Elias Baal.

Geneſ. 32 f

Manifeſto miraculo declaratur Deus Iſrael.

Elias interfecit omnes prophetas Baal.

Impetrat pluuiam.

S. ELIAS *Iezabelem fugiens & in deſerto dormiēs, pane & aqua acceptis ad montem* Horeb *peruenit: unde mittitur ad ungendos Hazaēl ſuper Syriā, Iehu ſuper Iſrael, & Eliſeum in prophetam.*

CAPVT XIX.

A NVntiauit autem Achab Iezabel omnia quæ fecerat Elias, & quomodo occidiſſet vniuerſos prophetas Baal gladio. Miſitq; Iezabel nuntium ad Eliam, dicens, Hæc mihi faciant dij, & hæc addant, niſi hac hora cras poſuero animam tuam ſicut animam vnius ex illis. Timuit ergo Elias, & ſurgens abijt quocunque eum ferebat voluntas: venitq; in Berſabee Iuda, & dimiſit ibi puerum ſuum, & perrexit in deſertū viam vnius diei. Cumq; veniſſet, & ſederet ſubter vnam iuniperū, petiuit animæ ſuæ vt moreretur, & ait, Sufficit mihi Domine, tolle animā meā: neq; enim melior ſum quàm patres mei. Proiecitq; ſe, & obdormiuit in vmbra iuniperi: & ecce angelus tetigit eū, & dixit illi, Surge, & comede. Et reſpexit, & ecce ad caput ſuū ſubcineritius panis, & vas aquæ: comedit ergo, & bibit, & rurſum obdormiuit. Reuerſusq; eſt angelus Domini ſecundò, & tetigit eum, dixitq; illi, Surge, comede: grandis enim tibi reſtat
B via. Qui cū ſurrexiſſet, comedit & bibit, & ambulauit in fortitudine cibi illius quadraginta diebus, & quadraginta noctibus vſq; ad montem Dei Horeb. Cumq; veniſſet illuc, māſit in ſpelunca: & ecce ſermo Domini ad eum, dixitq; illi. Quid hic agis Elia? Et ille reſpondit, Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituum, quia dereliquerunt pactū tuum filij Iſrael: altaria tua deſtruxerunt, & prophetas tuos occiderunt
C gladio, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animā meam vt auferant eam. Et ait ei, Egredere, & ſta in monte corā Domino: & ecce Dominus tranſit, & ſpiritus grandis, & fortis ſubuertens montes, & cōterens petras ante Dominū: non in ſpiritu Dominus, & poſt ſpiritū commotio: nō in commotione Dominus, & poſt cōmotionem ignis: non in igne Dominus, & poſt ignem ſibilus auræ tenuis. Quod cum audiſſet Elias, operuit vultū ſuū pallio, & egreſſus ſtetit in oſtio ſpeluncæ, & ecce vox ad eū, dicens, Quid hic agis Elia? Et ille reſpōdit, Zelo zelatus ſum pro Domino Deo exercituū, quia dereliquerunt pactū tuum filij Iſrael: altaria tua deſtruxerūt, & prophetas tuos occiderūt gladio, & derelictus ſum ego ſolus, & quærunt animā meā vt auferant eam. Et ait Dominus ad eum, Vade, & reuertere in viam tuā per deſertū in Damaſcum: cumq; peruenieris illuc, vnges Hazael regem ſuper Syriam, & Iehu filiū Namſi vnges regem ſuper Iſrael: Eliſeum autem filiū Saphat, qui eſt de Abelmeula, vnges prophetam
D pro te. Et erit, quicūq; fugerit gladiū Hazael, occidet eū Iehu: & quicunq; fugerit gladiū Iehu, interficiet eū Eliſeus. Et derelinquā mihi in Iſrael ſeptem millia virorū, quorum genua nō ſunt incuruata ante Baal, & omne os quod nō adorauit eum oſculans manum. Profectus ergo inde Elias, reperit Eliſeum filium Saphat, arantem in duodecim iugis boum, & ipſe in duodecim iugis boum arantibus vnus erat: cumq; veniſſet Elias ad eum, miſit palliū ſuum ſuper illum. Qui ſtatim relictis bobus cucurrit poſt Eliam, & ait, Oſculer, oro, patrem meum, & matrem meam, & ſic ſequar te. Dixitq; ei, Vade, & reuertere: quod enim meum erat, feci tibi. Reuerſus autem ab eo, tulit par boum, & mactauit illud, & in aratro boum coxit carnes, & dedit populo, & comederunt: conſurgensq; abijt, & ſecutus eſt Eliam, & miniſtrabat ei.

Eliæ iciunium.

Roma. 11 d

Queritur ſe relictum ſolum.

3. Reg. 19 d

Eccle. 48 d

Roma. 11 d

Eliſei vocatio à Deo.

S. SYRI *Samariam obſidentes cæduntur à pueris, & iterum altero anno eorum rege* Benadad *reſeruato, unde* Achab *grauiter à propheta reprehenſus eſt.* CAPVT XX.

A PORrò Benadad rex Syriæ, congregauit omnem exercitum ſuum, & trigintaduos reges ſecum, & equos, & currus: & aſcendens pugnauit contra Samariam, & obſedit eam. Mittensq; nuntios ad Achab regem Iſrael in ciuitatē, ait, Hæc dicit Benadad, Argentum tuum, & aurum tuum meum eſt: vxores tuæ, & filij tui optimi, mei ſunt. Reſponditq; rex Iſrael, iuxta verbum tuum domine mi rex, tuus ſum ego, & omnia mea. Reuertentesq; nuntij, dixerunt: Hæc dicit Benadad, qui miſit nos ad te, Argentum tuum, & aurum tuum, & vxores tuas, & filios tuos dabis mihi. Cras igitur hac eadem hora mittam ſeruos meos ad te, & ſcrutabuntur domū tuam, & domum ſeruorū
B tuorum: & omne quod eis placuerit, ponēt in manibus ſuis, & auferent. Vocauit autem rex Iſrael omnes ſeniores terræ, & ait, Animaduertite & videte quoniā inſidiatur nobis: miſit enim ad me pro vxoribus meis, & filijs, & pro argento & auro, & non abnui. Dixeruntq; omnes maiores natu, & vniuerſus populus ad eum, Non audias, neq; acquieſcas illi. Reſpondit itaq; nuntius Benadad, Dicite domino meo regi, Omnia propter quæ miſiſti ad me ſeruū tuum in initio, faciam: hanc autem rem facere non poſſum. Reuerſiq; nuntij retulerunt ei. Qui remiſit, & ait, Hæc faciant mihi dij, & hæc addant, ſi ſuffecerit puluis Samariæ pugillis omnis populi qui ſequitur me. Et reſpondens rex Iſrael, ait, Dicite ei, Ne glorietur accinctus æque vt diſcinctus. Factū eſt autem cum audiſſet verbū iſtud, bibebat ipſe & reges in vmbraculis, & ait ſeruis ſuis, Circūdate ciuitatē. Et circundederūt eam. Et ecce propheta vnus accedens ad Achab regem Iſrael, ait ei, Hæc
C dicit Dominus, Certè vidiſti omnem multitudinem hanc ingentem? ecce, ego tradam eam in manum tuam hodie, vt ſcias quia ego ſum Dominus. Et ait Achab, Per quem? Dixitq; ei, Hæc dicit Dominus, Per pediſſequos principū prouinciarum. Et ait, Quis incipiet præliari? Et ille dixit, Tu. Recenſuit ergo pueros principum prouinciarū, & reperit numerū ducentorum trigintaduorum: recenſuit poſt eos populum, omnes filios Iſrael ſeptē millia: & egreſſi ſunt meridie. Benadad autem bibebat temulētus in vmbraculo ſuo, & reges trigintaduo cum eo, qui ad auxiliū eius venerant. Egreſſi ſunt autē pueri principū prouinciarū in prima fronte. Miſit itaq; Benadad. Qui nuntiauerunt ei, dicentes, Viri egreſſi ſunt de Samaria, At ille ait, Siue pro pace veniunt, apprehendite eos viuos: ſiue vt prælientur, viuos eos capite. Egreſſi ſunt ergo pueri principū prouinciarū, ac reliquus exercitus ſequebatur
D eos: & percuſſit vnuſquiſq; virum qui contra ſe veniebat: fugeruntq; Syri, & perſecutus eſt eos Iſrael. Fugit quoq; Benadad rex Syriæ in equo cum equitibus ſuis. Necnon egreſſus rex Iſrael percuſſit equos, & currus: & percuſſit Syriam plaga magna nimis. Accedens autem propheta ad regem Iſrael, dixit ei, Vade, & confortare, & ſcito, & vide quid facias: ſequenti enim anno rex Syriæ aſcendet cōtra te. Serui verò regis Syriæ dixerunt ei, Dij montiū ſunt dij eorū, ideò ſuperauerunt nos: ſed melius eſt vt pugnemus contra eos in campeſtribus, & obtinebimus eos. Tu ergo verbū hoc fac, Amoue reges ſingulos ab exercitu tuo, & pone principes pro eis, & inſtaura numerū militum qui ceciderūt de tuis, & equos ſecundum equos priſtinos, & currus ſecundū currus quos antè habuiſti: & pugnabimus contra eos in campeſtribus, & videbis quòd obtinebimus eos. Credidit conſilio eorum, & fecit ita. Igitur poſtquam annus tranſierat, recenſuit Benadad Syros, & aſcendit in Aphec, vt pugnaret contra Iſrael. Porrò filij Iſrael recenſiti ſunt, & acceptis cibarijs profecti ex aduerſo, caſtraq; metati ſunt contra eos, quaſi duo parui greges caprarum: Syri autem repleuerūt terram. (Et accedens vir Dei,
E dixit ad regē Iſrael, Hæc dicit Dominus, Quia dixerunt Syri, Deus montiū eſt Dominus, & non eſt Deus vallium: dabo omnem multitudinē hanc grandem in manu tua, & ſcietis quia ego ſum Dominus.) Dirigebantque ſeptem diebus ex aduerſo hi, atq; illi acies, ſeptima autem die commiſſum eſt bellum: percuſſeruntq; filij Iſrael de Syris centum millia peditum in die vna. Fugerunt autem Syri qui remanſerunt in Aphec, in ciuitatē: & cecidit murus ſuper vigintiſeptē millia hominum

Prophetam mittit Deus ad Achab, in deſperatis rebus promittens ſalutē.

Cadit exercitus Benadad ob blaſphemiam.

hominum qui remanserant. Porrò Benadad fugiens ingressus est ciuitatem, in cubiculum quod erat intra cubiculum, dixerunt q; ei serui sui, Ecce, audiuimus quòd reges domus Israel clementes sint: ponamus itaq; saccos in lumbis nostris, & funiculos in capitibus nostris, & egrediamur ad regem Israel: forsitan saluabit animas nostras. Accinxerunt saccis lumbos suos, & posuerunt funiculos in capitibus suis, veneruntq; ad regem Israel, & dixerunt ei, Seruus tuus Benadad dicit, Viuat, oro te, anima mea. Et ille ait, Si adhuc viuit? frater meus est. Quod acceperũt viri pro omine: & festinantes rapuerunt verbũ ex ore eius, atq; dixerũt, Frater tuus Benadad. Et dixit eis, Ite, & adducite eum ad me. Egressus est ergo ad eũ Benadad, & leuauit eum in currũ suũ. Qui dixit ei, Ciuitates quas tulit pater meus à patre tuo, reddam: & platéas fac tibi in Damasco, sicut fecit pater meus in Samaria, & ego fœderatus recedam à te. Pepigit ergo fœdus, & dimisit eum. Tũc vir quidam de filijs prophetarum dixit ad sociũ suũ in sermone Domini, Percute me. At ille noluit percutere. Cui ait, Quia noluisti audire vocẽ Domini, ecce, recedes à me, & percutiet te leo. Cumq; paululũ recessisset ab eo, inuenit eũ leo, atq; percussit. Sed & alterũ inueniens virũ, dixit ad eum, Percute me. Qui percussit eum, & vulnerauit. Abijt ergo propheta, & occurrit regi in via, & mutauit aspersione pulueris oculos suos. Cumq; rex transisset, clamauit ad regem, & ait, Seruus tuus egressus est ad prælianduũ cominus: cũq; fugisset vir vnus, adduxit eum quidã ad me, & ait, Custodi virũ istũ: qui si lapsus fuerit, erit anima tua pro anima eius, aut talentũ argẽti appendes. Dum autem ego turbatus huc illucq; me verterẽ, subito non comparuit. Et ait rex Israel ad eũ, Hoc est iudiciũ tuum, quod ipse decreuisti. At ille statim abstersit pulueres de facie sua, & cognouit eum rex Israel quòd esset de prophetis. Qui ait ad eum, Hæc dicit Dominus, Quia dimisisti virũ dignum morte de manu tua, erit anima tua pro anima eius, & populus tuus pro populo eius. Reuersus est igitur rex Israel in domũ suam, audire contemnens, & furibundus venit in Samariam.

F Achab non agnoscens Dei victoriam, seruat Benadad contra Dei præceptum.

G

Infra 22.f

S. NABOTH falsis accusatus testibus per Iezabelem ob denegatam uineam lapidatur, unde Achab ab Elia reprehensus pœnitet.

CAPVT XXI.

A POst verba autem hæc, vinea erat Naboth Iezrahelitæ, qui erat in Iezrahel, iuxta palatiũ Achab regis Samariæ. Locutus est ergo Achab ad Naboth, dicens, Da mihi vineam tuam, vt faciã mihi hortum olerum, quia vicina est, & prope domum meam, daboq; tibi pro ea vineam meliorem: aut si commodius tibi putas, argenti pretium quantum digna est, dabo. Cui respondit Naboth, Propitius sit mihi Dominus, ne dem hæreditatem patrum meorum tibi. Venit ergo Achab in domum suam indignans, & frendens super verbo quod locutus fuerat ad eum Naboth Iezrahelites, dicens, Non dabo tibi hæreditatem patrum meorũ. Et proijciẽs se in lectulum suum, auertit faciem suam ad parietem, & non comedit panem. Ingressa est autem ad eũ Iezabel vxor sua, dixitq; ei, Quid est hoc, vnde anima tua contristata est? & quare nõ comedis panem? Qui respõdit ei, Locutus sum Naboth Iezrahelitæ, & dixi ei, Da mihi vineam tuã, accepta pecunia: aut si tibi placet, dabo tibi vineam pro ea. Et ille ait, Non dabo tibi vineam meam. Dixit ergo ad eum Iezabel vxor eius, Grandis authoritatis es, & bene regis regnum Israel: surge, & comede panem, & æquo animo esto, ego dabo tibi vineam Naboth Iezrahelitæ. Scripsit itaque literas ex nomine Achab, & signauit eas annulo eius, & misit ad maiores natu, & optimates qui erant in ciuitate eius, & habitabant cũ Naboth. Literarum autẽ hæc erat sententia, Prædicate ieiuniũ, & sedere facite Naboth inter primos populi: & submittite duos viros filios Belial cõtra eum, & falsum testimonium dicant, Benedixit Deo & regi: & educite eum, & lapidate, sicque moriatur. Fecerunt ergo ciues eius maiores natu, & optimates qui habitabant cum eo in vrbe, sicut præceperat eis Iezabel, & sicut scriptum erat in literis quas miserat ad eos: prædicauerunt ieiuniũ, & sedere fecerunt Naboth inter primos populi. Et adductis duobus viris filijs diaboli, fecerunt eos sedere contra eum: at illi, scilicet vt viri diabolici, dixerunt contra eum testimoniũ coram multitudine, Benedixit Naboth Deo & regi: quam ob rem eduxerunt eũ extra ciuitatem, & lapidibus interfecerunt. Miserunt q; ad Iezabel, dicentes, Lapidatus est Naboth, & mortuus est. Factum est autem, cũ audisset Iezabel lapidatum Naboth, & mortuum, locuta est ad Achab, Surge, posside vineam Naboth Iezrahelitæ, qui noluit tibi acquiescere, & dare eam accepta pecunia: non enim viuit Naboth, sed mortuus est. Quod cum audisset Achab, mortuum videlicet Naboth, surrexit, & descendebat in vineam Naboth Iezrahelitæ, vt possideret eam. Factus est igitur sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens, Surge, & descende in occursum Achab regis Israel, qui est in Samaria: ecce ad vineam Naboth descendit, vt possideat eam: & loquêris ad eum, dicens, Hæc dicit Dominus, Occidisti, insuper & possedisti. Et post hæc addes, Hæc dicit Dominus, In loco hoc in quo linxerũt canes sanguinẽ Naboth, lambent quoq; sanguinem tuum. Et ait Achab ad Eliam, Num inuenisti me inimice mi? Qui dixit, Inueni, eo quòd venúndatus fis, vt faceres malum in conspectu Domini. Ecce ego inducam super te malum, & démetã posteriora tua, & interficiam de Achab mingentem ad parietem, & clausum & vltimum in Israel. Et dabo domum tuam, sicut domum Ieroboam filij Nabat, & sicut domum Baasa filij Ahia: quia egisti, vt me ad iracũdiam prouocares, & peccare fecisti Israel. Sed & de Iezabel locutus est Dominus, dicens, Canes comedent Iezabel. Si mortuus fuerit Achab in ciuitate, comedent eum canes: si autem mortuus fuerit in agro, comedent eum volucres cœli. Igitur non fuit alter talis sicut Achab, qui venúndatus est vt faceret malum in conspectu Domini: concitauit enim eum Iezabel vxor sua, & abominabilis factus est, in tantum vt sequeretur idôla quæ fecerant Amorrhæi, quos consumpsit Dominus à facie filiorum Israel. Itaque cum audisset Achab sermones istos, scidit vestimenta sua, & operuit cilicio carnem suam, ieiunauit q;, & dormiuit in sacco, & ambulauit demisso capite. Et factus est sermo Domini ad Eliam Thesbiten, dicens, Nónne vidisti humiliatum Achab coram me? quia igitur humiliatus est mei causa, nõ inducam malum in diebus eius, sed in diebus filij sui inferam malum domui eius.

B

C Iezabel sub falsis testib. lapidari iubet Naboth.

D

E

F

G

Elias increpat Achab, prædicẽs illi mortem.

4. Reg. 9. b

Supra 15. g

Supra 16. a

Prædicit & mortem Iezabel.

4. Reg. 6. g

Agit pœnitentiam.

4. Reg. 10. c

S. ACHAB ueros abhorrens prophetas, à falsis seductus perit in bello: cui Ochozias succeßit in Israël. & Iosaphat Ioram in Iuda.

CAPVT XXII.

A TRansierunt igitur tres anni absq; bello, inter Syriam & Israel. In anno autẽ tertio, descendit Iosaphat rex Iuda ad regẽ Israel. Dixitq; rex Israel ad seruos suos, Ignoratis quòd nostra sit Ramoth Galaad, & negligimus tollere eã de manu regis Syriæ? Et ait ad Iosaphat, Veniésne mecũ ad prælianduũ in Ramoth Galaad? Dixitq; Iosaphat ad regem Israel, Sicut ego sum, ita & tu: populus meus, & populus tuus vnũ sunt, & equites mei equites tui. Dixitq; Iosaphat ad regẽ Israel, Quære, oro te, hodie sermonẽ Domini. Congregauit ergo rex Israel prophetas quadringentos circiter viros, & ait ad eos, Ire debeo in Ramoth Galaad ad bellandũ, an quiescere? Qui respõderũt, Ascẽde, & dabit eã Dominus in manu regis. Dixit autẽ Iosaphat, Non est hic propheta Domini quispiã, vt interrogemus per eũ? Et ait rex Israel ad Iosaphat, Remansit vir vnus, per quẽ possumus interrogare Dominum: sed ego odi eum, quia non prophetat mihi bonũ, sed malum, Michæas filius Iemla. Cui Iosaphat ait, Ne loquaris sic rex. Vocauit ergo rex Israel eunuchum quendã, & dixit ei, Festina, adducere Michæam filium Iemla. Rex autem Israel, & Iosaphat rex Iuda sedebant vnus-

2. Par. 18. a

cccc. Pseudoprophetæ.

B

Iosaphat rex pius, requirit verbum Dei.

Michæas vnicus Dei propheta.

quisque in solio suo vestiti cultu regio, in area iuxta ostium portæ Samariæ, & vniuersi prophetæ prophetabant in conspectu eorum. Fecit quoq; sibi Sedecias filius Chanaana cornua ferrea, & ait, Hæc dicit Dominus, His ventilabis Syriam, donec deleas eã. Omnesq; prophetæ similiter prophetabãt, dicentes, Ascende in Ramoth Galaad, & vade prosperè, & tradet eã Dominus in manus regis. Nuntius verò qui ierat vt
C vocaret Michæã, locutus est ad eum, dicens, Ecce sermones prophetarum ore vno regi bona prædicant: sit ergo & sermo tuus similis eorum, & loquere bona. Cui Michæas ait, Viuit Dominus, quia quodcunque dixerit mihi Dominus, hoc loquar. Venit itaq; ad regẽ, & ait illi rex, Michæa, ire debemus
Ironia Michææ prophetæ. in Ramoth Galaad ad prælandũ, an cessare? Cui ille respondit, Ascende, & vade prosperè, & tradet Dominus in manus regis. Dixit autẽ rex ad eum, Iterũ atq; iterũ adiuro te, vt nõ loquaris mihi nisi quod verũ est, in nomine Domini. Et ille ait, Vidi cunctũ Israel dispersum in montibus quasi oues nõ habentes pastorẽ: & ait Dominus, Non habẽt isti dominum, reuertatur vnusquisq; in domũ suam in pace. Dixit ergo rex Israel ad Iosaphat, Nũquid non dixi tibi quia non prophetat mihi bonum, sed semper malum? Ille verò addens, ait, Propterea audi sermonẽ Domini, Vidi Dominũ sedẽtem super solium suũ, & omnem exercitum cœli assistentẽ ei à dextris & à sinistris: & ait Dominus, Quis decipiet Achab regem Israel, vt ascendat, & cadat in Ramoth Galaad? Et dixit vnus
D verba huiuscemodi, & alius aliter. Egressus est autẽ spiritus, & stetit corã Domino, & ait, Ego decipiam illum. Cui locutus est Dominus, In quo? Et ille ait, Egrediar, & ero spiritus mendax in ore omnium prophetarũ eius. Et dixit Dominus, Decipies, & prævalebis: egredere, & fac ita. Nunc igitur ecce dedit Dominus spiritũ mendacij in ore omnium prophetarum tuorũ, qui hîc sunt, & Dominus locutus est cõtra te malum. Accessit autẽ Sedecias filius Chanaana, & percussit Mi-
Percutitur Michæas. chæam in maxillã, & dixit, Méne ergo dimisit spiritus Domini, & locutus est tibi? Et ait Michæas, Visurus es in die illa, quando ingrediêris in cubiculũ intra cubiculum, vt abscondaris. Et ait rex Israel, Tollite Michæam, & maneat apud Amon principẽ ciuitatis, & apud Ioas filium Amélech, & dicite eis, Hæc dicit rex, Mittite virum istũ in carcerẽ, & sustenIncarceratur. E tate eum pane tribulationis & aqua angustiæ, donec reuertar in pace. Dixitq; Michæas, Si reuersus fueris in pace, nõ est locutus in me Dominus. Et ait, Audite populi, omnes. Ascendit itaq; rex Israel, & Iosaphat rex Iuda in Ramoth Galaad. Dixit itaq; rex Israel ad Iosaphat, Sume arma, & ingredere prælium, & induere vestibus tuis: porrò rex Israel mutauit habitum suum, & ingressus est bellum. Rex autem Syriæ præceperat principibus curruũ trigintaduobus, dicens, Non pugnabitis contra minorẽ & maiorem quempiam, nisi cõtra regem Israel solum. Cum ergo vidissent principes curruum Iosaphat, suspicati sunt quòd ipse esset rex Israel, & impetu facto pugnabant contra eum: & exclamauit Iosaphat. Intellexeruntq; principes curruum quòd non esset rex Israel, & cessauerunt ab eo. Vir autem quidam tetendit arcũ, in incertum sagittam dirigens, & casu percussit regem Israel inter pulmonem & stomachum. At ille dixit aurigæ suo, Verte manum tuam, & eijce me de exercitu, quia grauiter vulneratus sum. Commissum est ergo prælium in die illa: & rex Israel stabat
F in curru suo cõtra Syros, & mortuus est vespere: fluebat autem sanguis plagæ in sinũ currus, & præco insonuit in vniuerso exercitu antequã sol occumberet, dicẽs, Vnusquisq; reuertatur in ciuitatẽ, & in terrã suã. Mortuus est autẽ rex, & perlatus est in Samariam: sepelierũtq; regem in Samaria, & lauerunt currũ eius in piscina Samariæ, & linxerũt canes sanguinem eius, & habenas lauerũt iuxta verbũ Domini quod locu-
Supra 21. c tus fuerat. Reliqua autem sermonũ Achab, & vniuersa quæ fecit, & domus eburnea quam ædificauit, cunctarumque vrbium quas extruxit, nonne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Dormiuit ergo Achab cum patribus suis, & regnauit Ochozias filius eius pro eo. Iosaphat verò filius Asa regnare cœperat super Iudam, anno quarto Achab regis Israel. Triginta quinq; annorũ erat cum regnare cœpisset, & viginti quinq; annis regnauit in Ierusalẽ: nomen matris eius Azuba filia Salai. Et ambulauit in omni via Asa patris sui, & non declinauit ex ea: fecitq; quod rectum erat in conspectu Domini. Veruntamen excelsa non abstulit: adhuc enim populus sacrificabat, & adolebat incensum in excelsis. Pacemq; habuit Iosaphat cum rege Israel. Reliqua autẽ verborum Iosaphat, & opera eius quæ gessit, & prælia, nónne
G hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? Sed & reliquias effœminatorum, qui remanserant in diebus Asa patris eius, abstulit de terra. Nec erat tunc rex constitutus in Edom. Rex verò Iosaphat fecerat classes in mari, quę nauigarent in Ophir propter aurum: & ire non poterant, quia confractæ sunt in Asiongáber. Tunc ait Ochozias filius Achab ad Iosaphat, Vadant serui mei cum seruis tuis in nauibus. Et noluit Iosaphat. Dormiuitq; Iosaphat cum patribus suis, & sepultus est cum eis in ciuitate Dauid patris sui: regnauitque Ioram filius eius pro eo. Ochozias autẽ filius Achab regnare cœperat super Israel in Samaria, anno septimodecimo Iosaphat regis Iuda, regnauitq; super Israel duobus annis. Et fecit malum in conspectu Domini, & ambulauit in via patris sui & matris suæ, & in via Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel. Seruiuit quoq; Baal, & adorauit eum, & irritauit Dominum Deum Israel, iuxta omnia quæ fecerat pater eius.

FINIS.

Quartus Liber Regum: secundũ Hebræos,

Malachin secundus.

S. AEGROTANS *Ochozias, & Beelzebub consulens, ab Elia increpatur duobus quinquagenarijs eius igne consumptis.*

CAPVT I.

A DRAEVARICATVS est autẽ Moab in Israel, postquã mortuus est Achab: Ceciditque Ochozias per cancellos cœnaculi sui quod habebat in Samaria, & ægrotauit: misitque nuntios, dicens ad eos, Ite, consulite Beelzebub Deum Accaron, vtrum viuere queam de infirmitate mea hac. Angelus autẽ Domini locutus est ad Eliam Thesbiten, dicens, Surge, & ascende in occursum nuntiorum regis Samariæ, & dices ad eos, Nunquid non est Deus in Israel, vt eatis ad consulendum Beelzebub Deum Accaron? Quam ob rem, hæc dicit Dominus, De lectulo super quem ascendisti, non descendes, sed morte moriêris. Et abijt Elias, reuersiq; sunt nuntij ad Ochoziam. Qui dixit eis, Quare reB uersi estis? At illi responderunt ei, Vir occurrit nobis, & dixit ad nos, Ite, & reuertimini ad regem qui misit vos, & dicetis ei, Hæc dicit Dominus, Nunquid quia non erat Deus in Israel, mittis vt cõsulatur Beelzebub Deus Accaron? Idcirco de lectulo super quẽ ascendisti nõ descendes, sed morte moriêris. Qui dixit eis, Cuius figuræ & habitus est vir ille qui occurrit vobis, & locutus est verba hæc? At illi dixerunt, Vir pilosus, & zona pellicea accinctus renibus. Qui ait, Elias Thesbites est. Misitq; ad eum quinquagenarium principem, & quinquaginta qui erant sub eo. Qui ascendit ad eum: sedentiq; in vertice mõtis, ait, Homo Dei, rex præcepit vt descendas. Respõdensq; Elias, dixit quinquagenario, Si homo Dei sum,

Vestitus Elias. Quinquagenarij Eliam cõsumũt igne.

sum, descendat ignis de cœlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Descēdit itaq; ignis de cœlo, & deuorauit eum, & quinquaginta qui erant cū eo. Rursumq; misit ad eum principem quinquagenarium alterū, & quinquaginta cum eo. Qui locutus est illi, Homo Dei, hæc dicit rex, Festina, descende. Respondens Elias, ait, Si homo Dei ego sum, descendat ignis de cœlo, & deuoret te, & quinquaginta tuos. Descendit ergo ignis de cœlo, & deuorauit illū, & quinquaginta eius. Iterum misit principem quinquagenariū tertiū, & quinquaginta qui erant cum eo. Qui cū venisset, curuauit genua contra Eliam, & precatus est eū, & ait Homo Dei, noli despicere animam meam, & animas seruorū tuorum qui mecum sunt. Ecce descendit ignis de cœlo, & deuorauit duos principes quinquagenarios primos, & quinquagenos qui cum eis erant: sed nūc
D obsecro vt miserearis animæ meæ. Locutus est autem angelus Domini ad Eliam, dicens, Descende cum eo, ne timeas. Surrexit igitur, & descendit cum eo ad regem, & locutus est ei, Hæc dicit Dominus. Quia misisti nuntios ad cōsulendum Beelzebub Deum Accaron, quasi non esset Deus in Israel à quo posses interrogare sermonē, ideo de lectulo super quem ascendisti, non descendes, sed morte morieris. Mortuus est autem iuxta sermonem Domini quem locutus est Elias, & regnauit Ioram frater eius pro eo, anno secundo Ioram filij Iosaphat regis Iudæ: nō enim habebat filium. Reliqua autem verborum Ochoziæ quæ operatus est, nónne hæc scripta sunt in Libro sermonum dierum regum Israel?

Elias increpat Ochoziam.



S. ELIAS aquis Iordanis diuisis, in cœlum Eliseo pallium & duplicatum spiritum relinquens rapitur, quæritur nec inuenitur, Eliseus remenso Iordane, sanatis aquis, à pueris ridetur ab ursis laceratis.

CAPVT II.

A FActum est autem: cum leuare vellet Dominus Eliam per turbinē in cœlum, ibant Elias & Eliseus de Galgalis. Dixitq; Elias ad Eliseum, Sede hîc, quia Dominus misit me vsque in Bethel. Cui ait Eliseus, Viuit Dominus, & viuit ànima tua, quia nō derelinquam te. Cumq; descēdissent Bethel, egressi sunt filij prophetarum, qui erāt in Bethel, ad Eliseum, & dixerūt ei, Nunquid nosti quia hodie Dominus tollet dominum tuum à te? Qui respondit, Et ego noui: silete. Dixit autem Elias ad Eliseum, Sede hîc, quia Dominus misit me in Iericho. Et ille ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia non derelinquam te. Cumq; venissent Iericho, accesserunt filij prophetarum qui erant in Iericho, ad Eliseū, & dixerūt ei, Nunquid nosti quia
B Dominus hodie tollet dominū tuum à te? Et ait, Et ego noui: silete. Dixit autem ei Elias, Sede hîc, quia Dominus misit me vsque ad Iordanem. Qui ait, Viuit Dominus, & viuit anima tua, quia nō derelinquā te. Ierūt igitur ambo pariter, & quinquaginta viri de filijs prophetarū secuti sunt eos, qui & steterunt e contrà longe: illi autem ambo stabant super Iordanem. Tulitq; Elias palliū suū, & inuoluit illud, & percussit aquas: quæ diuisæ sunt in vtranq; partem, & transierunt ambo per siccum. Cūq; transissent, Elias dixit ad Eliseū, Postula quod vis vt faciam tibi, antequā tollar à te. Dixitq; Eliseus, Obsecro vt fiat in me duplex spiritus tuus. Qui respōdit, Rem difficilem postulasti: attamen si videris me quādo tollar à te, erit tibi quod petisti: si autem non videris, non erit. Cumq; pergerent, & incedentes sermocinarentur, ecce currus igneus, & equi ignei diuiserunt vtrunq;: & ascendit Elias per turbinem in cœlum, Eliseus autem videbat, & clamabat, Pater mi, pater
C mi, currus Israel & auriga eius. Et non vidit eum amplius: apprehenditq; vestimenta sua, & scidit illa in duas partes. Et leuauit pallium Eliæ, quod ciderat ei: reuersusq; stetit super ripam Iordanis, & pallio Eliæ quod ciderat ei, percussit aquas * & nō sunt diuisæ .. & dixit, Vbi est Deus Eliæ etiam nunc? Percussitq; aquas, & diuisæ sunt huc atq; illuc, & transijt Eliseus. Videntes autem filij prophetarū qui erant in Iericho e contrà, dixerūt, Requieuit spiritus Eliæ super Eliseum. Et venientes in occursum eius, adorauerunt eum proni in terram, dixeruntq; illi, Ecce, cum seruis tuis sunt quinquaginta viri fortes, qui possunt ire, & quærere dominū tuum, ne fortè tulerit eum spiritus Domini, & proiecerit eum in vnum montium, aut in vnam vallium. Qui ait, Nolite mittere. Coegeruntq; eū, donec acquiesceret, & diceret, Mittite. Et miserūt quinquaginta viros: qui cū quæsissent tribus diebus, non inuenerūt. Et reuersi sunt ad eum: at ille habitabat in Iericho,
D & dixit eis, Nunquid non dixi vobis, Nolite mittere? Dixerunt quoq; viri ciuitatis ad Eliseum, Ecce habitatio ciuitatis huius optima est, sicut tuipse domine prospicis, sed aquæ pessimæ sunt, & terra sterilis. At ille ait, Afferte vas nouum, & mittite in illud sal. Quod cum attulissent, egressus ad fontem aquarum, misit in illum sal, & ait, Hęc dicit Dominus, Sanaui aquas has, & non erit vltrà in eis mors, neq; sterilitas. Sanatæ sunt ergo aquæ, vsq; in diem hanc, iuxta verbū Eliśei quod locutus est. Ascendit autem inde Eliseus in Bethel: cūq; ascenderet per viā, pueri parui egressi sunt de ciuitate, & illudebāt ei, dicentes, Ascende calue, ascende calue. Qui cum respexisset, vidit eos, & maledixit eis in nomine Domini: egressiq́ue sunt duo vrsi de saltu, & lacerauerunt ex eis quadragintaduos pueros. Abijt autem inde in montem Carmeli, & inde reuersus est in Samariam.

Petitio Elisei ab Elia.

Rapitur in cœlū Elias. Eccl. 48. a

Aquæ mortiferæ, missō per Eliseum sale, dulcescunt. 1. Mac. 2. f

S. IN Moabitas rebelles arma parant reges Iuda, Israël, & Edom, quibus in uia Eliseus dat aquas, inde uictus rex Moab primogenitum immolat filium. CAPVT III.

A IOram verò filius Achab regnauit super Israel in Samaria anno decimooctauo Iosaphat regis Iudæ. Regnauitq; duodecim annis. Et fecit malum corā Domino, sed non sicut pater suus & mater: tulit enim statuas Baal quas fecerat pater eius. Verūtamen in peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel, adhæsit, nec recessit ab eis. Porrò Mesa rex Moab, nutriebat pecora multa, & soluebat regi Israel centū millia agnorum, & centum millia arietum cum velleribus suis. Cūq; mortuus fuisset
B Achab præuaricatus est fœdus, quod habebat cū rege Israel. Egressus est igitur rex Iorā in die illa de Samaria, & recensuit vniuersum Israel. Misitq; ad Iosaphat regem Iuda, dicēs, rex Moab recessit à me, veni mecum cōtra eum ad prælium. Qui respondit, Ascendam: qui meus est, tuus est: populus meus, populus tuus: & equi mei, equi tui. Dixitq;, Per quam viam ascendemus? At ille respōdit, Per desertū Idumææ. Perrexerunt igitur rex Israel, & rex Iuda, & rex Edom, & circuierūt per viam septē dierū, nec erat aqua exercitui & iumentis quæ sequebātur eos. Dixitq; rex Israel, Heu heu heu, cōgregauit nos Dominus tres reges, vt traderet in manu Moab. Et ait Iosaphat, Est ne hic propheta Domini, vt deprecemur Dominum per eum? Et respondit vnus de seruis regis Israel. Est hîc Eliseus filius Saphat, qui fundebat aquam super manus Eliæ. Et ait Iosaphat, Est apud eum sermo Domini? Descen-

ditq; ad eum rex Iſrael,& Ioſaphat,& rex Edom. Dixit autem Eliſeus ad regẽ Iſrael,Quid mihi & tibi eſt? vade ad prophetas patris tui, & matris tuæ. Et ait illi rex Iſrael, Quare congregauit Dominus tres reges hos,vt traderet eos in manus Moab? Dixitq; ad eum Eliſeus, Viuit Dominus exercituũ,in cuius cõſpectu ſto,quòd ſi nõ vultũ Ioſaphat regis Iudæ erubeſcerẽ,nõ attẽdiſſem quidẽ te,nec reſpexiſſem. Nũc autem adducite mihi pſaltẽ. Cumq; caneret pſaltes, facta eſt ſuper eũ manus Domini,& ait, Hæc dicit Dominus, Facite alueũ torrentis huius foſſas & foſſas. Hæc enim dicit Dominus,Non videbitis ventum,neq; pluuiam:& aluens iſte replebitur aquis,& bibetis vos,& familiæ veſtræ,& iumenta veſtra.Parumq; eſt hoc in conſpectu Domini:inſuper tradet etiam Moab in manus veſtras. Et percutietis omnem ciuitatem munitã, & omnem vrbẽ electam,& vniuerſum lignum fructiferum ſuccidetis,cunctosq; fontes aquarũ obturabitis, & omnem agrum egregiũ operietis lapidibus. Factũ eſt igitur mane,quando ſacrificium offerri ſolet: & ecce,aquæ veniebant per viam Edom:& repleta eſt terra aquis. Vniuerſi autẽ Moabitæ audiẽtes quòd aſcendiſſent regesvt pugnarent aduerſum eos,cõuocauerũt omnes qui accincti erant baltheo déſuper,& ſteterunt in terminis.Primoq; mane ſurgẽtes,& orto iam ſole ex aduerſo aquarũ,viderunt Moabitæ econtra aquas rubras.quaſi ſanguinẽ,dixerũtq;,Sanguis gladij eſt:pugnauerunt reges cõtra ſe,& cæſi ſunt mutuò: nunc perge ad prædã Moab. Perrexerunt q; in caſtra Iſrael:porrò cõſurgẽs Iſrael,percuſſit Moab:at illi fugerũt coram eis. Venerũt igitur qui vicerant,& percuſſerunt Moab, & ciuitates deſtruxerunt:& omnẽ agrum optimũ,mittentes ſinguli lapides,& repleuerunt:& vniuerſos fontes aquarũ obturauerũt:& omnia ligna fructifera ſuccideruũt,ita vt muri tantum fictiles remanerẽt:& circũdata eſt ciuitas à fundibularijs, & magna ex parte percuſſa.Quod cũ vidiſſet rex Moab,præualuiſſe ſcilicet hoſtes,tulit ſecũ ſeptingẽtos viros educentes gladios, vt irrumperent ad regem Edom:& non potuerunt. Arripiẽsq; filium ſuum primogenitum,qui regnaturus erat pro eo,obtulit holocauſtum ſuper murum:& facta eſt indignatio magna in Iſrael,ſtatimq; receſſerunt ab eo,& reuerſi ſunt in terrã ſuam.

Pſalte canẽte,prophetat Eliſæus.

Moabitarũ Rex victus ſacrificat filium ſuum.

S. ELISEVS *mulierem ditat oleo,cui filium impetrat,hunc mortuum ſuſcitat,ac ſanata olla panes multiplicat.*

CAPVT IIII.

MVlier autem quædam de vxoribus prophetarum clamabat ad Eliſeum, dicens, Seruus tuus vir meus mortuus eſt,& tu noſti quia ſeruus tuus fuit,timens Dominum:& ecce creditor venit vt tollat duos filios meos ad ſeruiendum ſibi. Cui dixit Eliſeus, Quid vis vt faciam tibi? Dic mihi, quid habes in domo tua? At illa reſpõdit,Non habeo ancilla tua quicquam in domo mea, niſi parum olei quo vngar. Cui ait, Vade, pete mutuò ab omnibus vicinis tuis vaſa vacua non pauca. Et ingredere, & claude hoſtium tuum,cum intrinſecus fueris tu & filij tui: & mitte inde in omnia vaſa hęc:& cum plena fuerint,tolles. Iuit itaq; mulier,& clauſit oſtium ſuper ſe,& ſuper filios ſuos:illi offerebant vaſa,& illa infundebat. Cumq; plena fuiſſent vaſa, dixit ad filium ſuum, Affer mihi adhuc vas. Et ille reſpondit, Non habeo. Stetitq; oleum. Venit autem illa,& indicauit homini Dei. Et ille, Vade,inquit,vende oleum, & redde creditori tuo:tu autem & filij tui viuite de reliquo. Facta eſt autem quædam dies,& tranſibat Eliſeus per Sunam:erat autem ibi mulier magna quæ tenuit eum vt comederet panem:cumq; frequenter inde tranſiret,diuertebat ad eam vt comederet panem. Quæ dixit ad virum ſuum: Animaduerto quòd vir Dei ſanctus eſt iſte,qui tranſit per nos frequenter. Faciamus ergo ei cœnaculum paruum, & ponamus ei in eo lectulum, & menſam,& ſellam, & candelabrum,vt cum venerit ad nos, maneat ibi. Facta eſt ergo dies quædam,& veniens diuertit in cœnaculum,& requieuit ibi. Dixitq; ad Giezi puerũ ſuum, Voca Sunamitidem iſtam. Qui cum vocaſſet eam, & illa ſtetiſſet coram eo,dixit ad puerum ſuum, Loquere ad eam, Ecce,ſedulè in omnibus miniſtraſti nobis,quid vis vt faciam tibi? nunquid habes negotium,& vis vt loquar regi, ſiue principi militiæ? Quæ reſpondit,In medio populi mei habito. Et ait, Quid ergo vult vt faciam ei? Dixitque Giezi, Ne quæras:filium enim non habet, & vir eius ſenex eſt. Præcepit itaque vt vocaret eam:quæ cum vocata fuiſſet, & ſtetiſſet ante oſtium,dixit ad eam,In tempore iſto, in hac eadem hora,ſi vita comes fuerit,habebis in vtero filium. At illa reſpondit,Noli quæſo domine mi vir Dei,noli mentiri ancillæ tuæ. Et concepit mulier,& peperit filium in tempore, & in hora eadem qua dixerat ei Eliſeus. Creuit autem puer. Et cum eſſet quædam dies,& egreſſus iſſet ad patrem ſuum, ad meſſores,ait patri ſuo,Caput meũ,caput meũ. At ille dixit puero, Tolle,duc eum ad matrem ſuã. Qui cum tuliſſet,& duxiſſet eum ad matrem ſuam,poſuit eum illa ſuper genua ſuaviſq; ad meridiem,& mortuus eſt. Aſcendit autem,& collocauit eum ſuper lectulum hominis Dei,& clauſit oſtium:& egreſſa vocauit virum ſuũ,& ait,Mitte mecum obſecro vnum de pueris,& aſinam,vt excurram vſq; ad hominem Dei,& reuertar. Qui ait illi, Quam ob cauſam vadis ad eum? hodie non ſunt Calendæ,neq; Sabbathum. Quę reſpondit, Vadam. Strauitq; aſinam,& præcepit puero, Mina, & propera,ne mihi moram facias in eundo:& hoc age quod præcipio tibi. Profecta eſt igitur, & venit ad virum Dei in montem Carmeli: cumque vidiſſet eam vir Dei econtra, ait ad Giezi puerum ſuum, Ecce Sunamitis illa. Vade ergo in occurſum eius,& dic ei,Recténe agitur circa te,& circa virum tuum,& circa filium tuum? Quæ reſpondit, Recte. Cumq; veniſſet ad virum Dei in montem,apprehendit pedes eius,& acceſsit Giezi vt amoueret eam. Et ait homo Dei, Dimitte illam:anima enim eius in amaritudine eſt,& Dominus celauit à me, & non indicauit mihi. Quæ dixit illi, Nunquid petiui filium à Domino meo? nunquid non dixi tibi,Ne illudas me? Et ille ait ad Giezi,Accinge lumbos tuos,& tolle baculum meũ in manu tua,& vade. Si occurrerit tibi homo,non ſalutes eum: & ſi ſalutauerit te quiſpiam,non reſpondeas illi: & pones baculum meum ſuper faciem pueri. Porrò mater pueri ait, Viuit Dominus,& viuit anima tua,non dimittam te. Surrexit ergo,& ſecutus eſt eam. Giezi autem præceſſerat ante eos, & poſuerat baculum ſuper faciem pueri:& non erat vox, neq; ſenſus: reuerſusq; eſt in occurſum eius,& nuntiauit ei, dicens, Non ſurrexit puer. Ingreſſus eſt ergo Eliſeus domum, & ecce, puer mortuus iacebat in lectulo eius: ingreſſusque clauſit oſtium ſuper ſe,& ſuper puerum:& orauit ad Dominum. Et aſcendit,& incubuit ſuper puerum:poſuitque os ſuum ſuper os eius,& oculos ſuos ſuper oculos eius, & manus ſuas ſuper manus eius:& incuruauit ſe ſuper eum, & calefacta eſt caro pueri. At ille reuerſus,deambulauit in domo ſemel huc atque illuc:& aſcendit,& incubuit ſuper eum: & oſcitauit puer ſepties,aperuitq; oculos. Et ille vocauit Giezi,& dixit ei, Voca Sunamitidem hanc. Quæ vocata,ingreſſa eſt ad eum. Qui ait, Tolle filium tuum. Venit illa,& corruit ad pedes eius,& adorauit ſuper terram:tulitq; filium ſuum, & egreſſa eſt,& Eliſeus reuerſus eſt in Galgala. Erat autem fames in terra,& filij prophetarũ habitabant coram eo, dixitq; vni de pueris, Pone ollam grandem,& coque pulmentum filijs prophetarum. Et egreſſus eſt vnus in agrum vt colligeret herbas agreſtes: inuenitq; quaſi vitem ſylueſtrem,& collegit ex ea colocynthidas agri,& impleuit palliũ ſuum,& reuerſus conſcidit in ollam pulmenti: neſciebat enim quid eſſet. Infuderunt ergo ſocijs,vt comederent: cumque guſtaſſent de coctione, clamauerunt, dicentes, Mors in olla vir Dei. Et non potuerunt comedere. At ille, Afferte,inquit,farinam. Cumq; tuliſſent,miſit in ollam,& ait, Infunde turbæ, vt comedant. Et non fuit

Neminem per viam ſalutare. Luc.10.

Oratio Dei.

non fuit amplius quicquam amaritudinis in olla. Vir autem quidam venit de Baalsalisa deferens viro Dei panes primitiarum, & viginti panes hordeaceos, & frumentum nouum in pera sua. At ille dixit, Da populo, vt comedat. Respondit que ei minister eius, Quantum est hoc, vt apponam coram centum viris? Rursum ille ait, Da populo, vt comedat: hæc enim dicit dominus, Comedent, & supererit. Posuit itaque coram eis: qui comederunt, & superfuit iuxta verbum Domini.

S. NAAMAN Syrus septies in Iordane Elisei consilio lotus mundatur à lepra, quæ Giezi propter munera ab eo suscepta perpetuò adhæsit. CAPVT V.

A NAaman autem princeps militiæ regis Syriæ, erat vir magnus apud dominum suum, & honoratus: per illum enim dedit Dominus salutē Syriæ: erat autem vir fortis & dives, sed leprosus. Porrò de Syria egressi fuerant latrunculi, & captiuā duxerant de terra Israel puellā paruulā, quæ erat in obsequio vxoris Naaman, quæ ait ad dominam suam, Vtinam fuisset dominus meus ad prophetam qui est in Samaria: profectò curasset eum à lepra quam habet. Ingressus est itaq; Naaman ad dominum suum, & nuntiauit ei, dicens, Sic & sic locuta est puella de terra Israel. Dixit que ei rex Syriæ, Vade, & mittam literas ad regem
B Israel. Qui cum profectus esset, & tulisset secum decem talenta argenti, & sex millia aureos, & decem mutatoria vestimentorum: detulit literas ad regem Israel, in hæc verba, Cum acceperis epistolā hanc, scito quòd miserim ad te Naaman seruum meum, vt cures eum à lepra sua. Cumq; legisset rex Israel literas, scidit vestimēta sua, & ait, Nūquid deus ego sum, vt occidere possim, & viuificare: quia iste misit ad me, vt curem hominem à lepra sua? animaduertite, & videte quòd occa
C siones quærat aduersum me. Quod cum audisset Eliseus vir Dei, scidisse videlicet regē Israel vestimēta sua, misit ad eum, dicēs, Quare scidisti vestimenta tua? veniat ad me, & sciat esse prophetā in Israel. Venit ergo Naaman cū equis & curribus, & stetit ad ostiū domus Elisei, misitq; ad eum Eliseus nūtiū, dicēs, Vade, & lauare septies in Iordane, & recipiet sanitatem caro tua, atq; mundaberis. Iratus Naaman recedebat, dicens, Putabam quòd egrederetur ad me, & stans inuocaret nomen Domini Dei sui, & tangeret manu sua locū lepræ, & curaret
D me. Nunquid non meliores sunt Amana & Pharphat fluuij Damasci omnibus aquis Israel, vt lauer in eis, & mūder? Cum
Luc. 4. e ergo vertisset se, & abiret indignans, accesserunt ad eum serui sui, & locuti sunt ei, Pater, si rem grandem dixisset tibi propheta, certe facere debueras: quanto magis quia nunc dixit tibi, Lauare, & mundaberis? Descendit, & lauit in Iordane septies iuxta sermonem viri Dei: & restituta est caro eius, sicut caro pueri paruuli, & mūdatus est. Reuersus q; ad virum Dei cum vniuerso comitatu suo venit, & stetit coram eo, & ait,
E Verè scio quòd non sit Deus in vniuersa terra, nisi tantum in Israel. Obsecro itaq; vt accipias benedictionem à seruo tuo. At ille respondit, Viuit dominus ante quem sto, quia non accipiam. Cumq; vim faceret, penitus non acquieuit. Dixit que Naaman, Vt vis: sed obsecro concede mihi seruo tuo, vt tollam onus duorū burdonum de terra: non enim faciet vltrà seruus tuus holocaustū, aut victimam dijs alienis, nisi Domino. Hoc autē solū est de quo depreceris dominū pro seruo tuo, Quando ingredietur dominus meus templum Remmon, vt adoret: & illo innitente super manū meā, si adorauero in tem-
F plo Remmon, adorante eo in eodem loco: vt ignoscat mihi
Mēdacium Giezi. Dominus seruo tuo pro hac re. Qui dixit ei, Vade in pace. Abijt ergo ab eo electo terræ tempore. Dixitq; Giezi puer viri Dei, Pepercit Dominus meus Naaman Syro isti, vt non acciperet ab eo quæ attulit: viuit Dominus, quia curram post eum, & accipiam ab eo aliquid. Et secutus est Giezi post tergum Naaman: quem cum vidisset ille currentem ad se, desilijt de curru in occursum eius, & ait, Recténe sunt omnia? Et ille ait, Rectè. dominus meus misit me ad te, dicens, Modo venerunt ad me duo adolescētes de monte Ephraim ex filijs prophetarum: da eis talentum argenti, & vestes mutatorias duplices. Dixit que Naaman, Melius est vt accipias duo talenta. Et
G coegit eum, ligauitq; duo talenta argenti in duobus saccis, & duplicia vestimenta, & imposuit duobus pueris suis, qui & portauerunt coram eo. Cumq; venisset iam vesperi, tulit de manu eorum, & reposuit in domo, dimisitque viros, & abierunt: ipse autem ingressus, stetit coram domino suo. Et dixit Eliseus, Vnde venis Giezi? Qui respondit, Non iuit seruus tuus quôquam. At ille ait, Nónne cor meum in præsenti erat, quando reuersus est homo de curru suo in occursum tui? Nūc igitur accepisti argentum, & accepisti vestes, vt emas oliueta, & vineas & oues & boues & seruos & ancillas. Sed & lepra Naaman adhærebit tibi, & semini tuo vsque in sempiternum. Et egressus est ab eo leprosus quasi nix.

S. FERRVM in aqua sub Eliseo natat, Syri exploratores excæcati ducuntur ab Eliseo in Samariam: Samariæ obsidio fame adeò grauatur, vt matres filios ederent, & Eliseus iuberetur occidi.

CAPVT VI.

A DIxerūt autem filij prophetarū ad Eliseum, Ecce, locus in quo habitamus corā te, angustus est nobis. Eamus vsq; ad Iordanem, & tollāt singuli de sylua materias singulas, vt ædificemus nobis ibi locum ad habitādum. Qui dixit, Ite. Et ait vnus ex illis, Veni ergo & tu cū seruis tuis. Respōdit, Ego veniā. Et abijt cū eis. Cumq; venissent ad Iordanē, cædebāt ligna. Accidit autē, vt cum vnus materiā succidisset, caderet ferrū securis in aquam: exclamauitq; ille, & ait, Heu heu heu dñe mi, & hoc ipsum
B mutuò acceperam. Dixit autem homo dei, Vbi cecidit? At ille monstrauit ei locum: præcidit ergo lignum, & misit illuc: natauitq; ferrū, & ait, Tolle. Qui extēdit manū, & tulit illud. Rex autē Syriæ pugnabat contra Israel, cōsiliumq; inijt cum seruis suis, dicens, In loco illo & illo ponamus insidias. Misit itaq; vir Dei ad regem Israel, dicēs, Caue ne transeas in locum illum: quia ibi Syri in insidijs sunt. Misit itaque rex Israel ad locum quē dixerat ei vir dei, & præoccupauit eū, & obseruauit
C se ibi nō semel neq; bis. Conturbatūq; est cor regis Syriæ pro hac re: & conuocatis seruis suis, ait, Quare non indicatis mihi quis proditor mei sit apud regē Israel? Dixitq; vnus seruorum eius, Nequaquā domine mi rex, sed Eliseus propheta qui est in Israel, indicat regi Israel omnia verba quæcūque locutus fueris in cōclaui tuo. Dixitq; eis, Ite, & videte vbi sit, vt mittam & capiam eum. Annuntiauerunt q; ei, dicētes, Ecce in Dothain. Misit ergo illuc equos & currus, & robur exercitus: qui cum venissent nocte, circundederūt ciuitatē. Consurgēs autē diluculo minister viri Dei, egressus est, viditq; exercitum in circuitu ciuitatis, & equos & currus: nuntiauitq; ei,
D dicēs, Heu heu heu domine mi, quid faciemus? At ille respondit, Noli timere: plures enim nobiscum sunt, quàm cum illis. Cumq; orasset Eliseus, ait, Domine, aperi oculos huius, vt videat. Et aperuit Dominus oculos pueri, & vidit: & ecce mons plenus equorum, & curruū igneorum in circuitu Elisei. Hostes verò descenderunt ad eum: porrò Eliseus orauit ad dominum, dicens, Percute obsecro gentem hanc cæcitate. Percussitq; eos Dominus, ne viderēt, iuxta verbū Elisei. Dixit autē ad eos Eliseus, Nō est hæc via, neq; ista est ciuitas: sequimini me, & ostendā vobis virū quē quæritis. Duxit ergo eos in Sa
E mariam: cumq; ingressi fuissent in Samariā, dixit Eliseus, Domine aperi oculos istorum, vt videant. Aperuitq; Dominus oculos eorū, & viderūt se esse in medio Samariæ. Dixitq; rex Israel ad Eliseū, cum vidisset eos, Nunquid percutiam eos pater mi? Et ille ait, Non percuties: neque enim cepisti eos gladio, & arcu tuo, vt percutias: sed pone panem, & aquā coram eis, vt comedant, & bibāt, & vadant ad dominū suū. Appositaq; est eis ciborū magna præparatio, & comederūt, & bibe-

Eliſei fides. Dominus protector omniū ſperantium in ſe.

runt,& dimiſit eos,abieruntque ad dominum ſuum.Et vltrà non venerunt latrones Syriæ in terrã Iſrael. Factũ eſt autem poſt hæc,cõgregauit Benadad rex Syriæ vniuerſum exercitum ſuũ,& aſcendit & obſidebat Samariã. Factaq; eſt fames magna in Samaria:& tandiu obſeſſa eſt, donec venundaretur caput aſini octoginta argenteis, & quarta pars cabi ſtercoris columbarũ quinq; argẽteis.Cumq; rex Iſrael trãſiret per murum, mulier quædã exclamauit ad eũ,dicẽs,Salua me Domine mi rex.Qui ait,Non:te ſaluet Dominus: vnde te poſſum ſaluare?de area,vel de torcularí? Dixitq; ad eã rex, Quid tibi vis?Quæ reſpõdit, Mulier iſta dixit mihi, Da filiũ tuũ,vt comedamus eum hodie,& filium meũ comedemus cras. Coximus ergo filium meum,& comedimus. Dixiq; ei die altera, Da filiũ tuũ vt comedamus eum. Quæ abſcondit filiũ ſuum.

Fames in Samaria.

F

Caput aſini quanti emptum.

Stercus columbinũ comeditur.

Mulier coquit filium.

G

Quod cum audiſſet rex,ſcidit veſtimẽta ſua, & tranſibat per murum. Viditq; omnis populus ciliciũ,quo veſtitus erat rex ad carnem intrinſecus. Et ait rex,Hæc mihi faciat Deus, & hæc addat,ſi ſteterit caput Eliſei filij Saphat ſuper ipſum hodie. Eliſeus autem ſedebat in domo ſua, & ſenes ſedebãt cum eo. Præmiſit itaq; virum:& antequã veniret nuntius ille,dixit ad ſenes,Nunquid ſcitis quòd miſerit filius homicidæ huc,vt præcidatur caput meum?videte ergo, cum venerit nuntius, claudite oſtium, & non ſinatis eum introire: ecce enim ſonitus pedũ domini eius poſt eum eſt. Adhuc illo loquente eis, apparuit nuntius,qui veniebat ad eum,& ait, Ecce, tantum malum à Domino eſt:quid amplius expectabo à Domino.

S. FVGATOS à Domino Syros ab obſidione Samariæ quatuor leproſi nuntiant,unde prædicente Eliſeo fame periclitantibus uictus copia ſuccurrit. CAPVT VII.

A Dixit autem Eliſeus,Audite verbũ Domini, Hæc dicit Dominus,In tempore hoc cras modius ſimilæ vno ſtatêre erit,& duo modij hordei ſtatêre vno in porta Samariæ. Reſpondens vnus de ducibus,ſuper cuius manũ rex incumbebat, homini Dei ait, Si Dominus fecerit etiã cataractas in cœlo, nunquid poterit eſſe quod loqueris? Qui ait, Videbis oculis tuis,& inde non comedes. Quatuor ergo viri erant leproſi iuxta introitum portæ:qui dixerunt adinuicem, Quid hic eſſe volumus donec moriamur?Siue ingredi voluerimus ciuitatem, fame moriemur:ſiue mãſerimus hic,moriendũ nobis eſt:venite ergo, & tranſfugiamus ad caſtra Syriæ.ſi pepercerint nobis, viuemus:ſi autẽ occidere voluerint,nihil ominus moriemur. Surrexerunt ergo veſperi vt venirent ad caſtra Syriæ.Cumq; veniſſent ad principiũ caſtrorũ Syriæ, nullum ibidẽ repererũt.

B

Sine hominum manu, Dominus à bello & fame liberat Iſraelem.

Siquidẽ Dominus ſonitum audiri fecerat in caſtris Syriæ,curruum,& equorũ,& exercitus plurimi:dixerũtq; adinuicem, Ecce mercede conduxit aduerſum nos rex Iſrael reges Hethæorum,& Aegyptiorũ,& venerũt ſuper nos. Surrexerunt ergo,& fugerũt in tenebris,& dereliquerunt tentoria ſua, & equos & aſinos in caſtris,fugeruntq;,animas tantũ ſuas ſaluare cupientes. Igitur cum veniſſent leproſi illi ad principium caſtrorum:ingreſsi ſuntvnũ tabernaculum,& comederunt & biberunt:tuleruntq; inde argentũ,& aurum,& veſtes,& abierunt,& abſconderunt, & rurſum reuerſi ſunt ad aliud tabernaculum,& inde ſimiliter auferentes abſcõderũt. Dixeruntq; adinuicem, Non rectè facimus: hæc enim dies boni nuntij

C eſt. Si tacuerimus,& noluerimus nuntiare vſq; mane, ſceleris arguemur:venite, eamus,& nuntiemus in aula regis. Cumq; veniſſent ad portam ciuitatis,narrauerunt eis,dicẽtes,Iuimus ad caſtra Syriæ,& nullum ibidem reperimus hominem, niſi equos,& aſinos alligatos,& fixa tentoria. Ierunt ergo portarij,& nuntiauerunt in palatio regis intrinſecus. Qui ſurrexit nocte,& ait ad ſeruos ſuos, Dico vobis quid fecerint nobis Syri, Sciunt quia fame laboramus,& idcirco egreſsi ſunt de caſtris,& latitant in agris,dicentes,Cum egreſsi fuerint de ciuitate,capiemus eos viuos, & tunc ciuitatem ingredi poterimus. Reſpõdit autem vnus ſeruorum eius, Tollamus quinq; equos,qui remanſerunt in vrbe,quia ipſi tantum ſunt in vniuerſa multitudine Iſrael,alij enim conſumpti ſunt:& mittentes,explorare poterimus. Adduxerunt ergo duos equos,miſitq; rex in caſtra Syrorum,dicens, Ite,& videte. Qui abierũt poſt eos vſque ad Iordanem,ecce autem omnis via plena erat veſtibus,& vaſis,quæ proiecerant Syri cum turbarentur: re-

D uerſíque nuntij indicauerunt regi. Et egreſſus populus diripuit caſtra Syriæ:factusq; eſt modius ſimilæ ſtatêre vno,& duo modij hordei ſtatêre vno iuxta verbum Domini. Porrò rex ducem illum,in cuius manu incumbebat, conſtituit ad portam:quem conculcauit turba in introitu portæ, & mortuus eſt, iuxta quod locutus fuerat vir Dei, quando deſcenderat rex ad eum. Factumque eſt ſecundum ſermonem viri Dei,quem dixerat regi,quãdo ait, Duo modij hordei ſtatêre vno erunt,& modius ſimilæ ſtatêre vno, hoc eodem tẽpore cras in porta Samariæ:quando reſponderat dux illeviro Dei, & dixerat, Etiam ſi Dominus fecerit cataractas in cœlo,nunquid poterit fieri quod loqueris? Et dixit ei, Videbis oculis tuis,& inde non comedes. Euenit ergo ei ſicut prædictum erat,& conculcauit eum populus in porta,& mortuus eſt.

Dux quidã verbo Dei incredulus cõculcatur à turba.

S. SEPTENNEM famem Sunamitis Eliſei conſilio fugit:mortuo Benadad ſuccedit Hazael in Syria,& Iehoram Ochozias in Iuda, recedente Edom à Iuda. CAPVT VIII.

A Eliſeus autem locutus eſt ad mulierem cuius viuere fecerat filium,dicens,Surge,& vade,tu & domus tua,& peregrinare vbicunque repereris: vocauit enim Dominus famem,& veniet ſuper terram ſeptem annis. Quæ ſurrexit,& fecit iuxta verbum hominis Dei:& vadens cum domo ſua, peregrinata eſt in terra Philiſthijm diebus multis. Cumq; finiti eſſent anni ſeptem, reuerſa eſt mulier de terra Philiſthijm: & egreſſa eſt vt interpellaret regem pro domo ſua & pro agris ſuis. Rex autem loquebatur cum Giezi puero viri Dei, dicens, Narra mihi

B omnia magnalia quæ fecit Eliſeus. Cumque ille narraret regi quomodo mortuum ſuſcitaſſet,apparuit mulier cuius viuificauerat filium,clamans ad regem pro domo ſua, & pro agris ſuis:dixitq; Giezi,Domine mi rex,hæc eſt mulier,& hic eſt filius eius quem ſuſcitauit Eliſeus. Et interrogauit rex mulierem:quę narrauit ei. Deditq; ei rex eunuchum vnum,dicens, Reſtitue ei omnia quæ ſua ſunt,& vniuerſos reditus agrorum

C à die qua reliquit terram,vſque ad præſens. Venit quoq; Eliſeus Damaſcum,& Benadad rex Syriæ ægrotabat:nuntiauerunt que ei,dicentes,Venit vir Dei huc. Et ait rex ad Hazael, Tolle tecum munera,& vade in occurſum viri Dei,& conſule Dominum per eum,dicens, Si euadere potero de infirmitate mea hac?Iuit igitur Hazael in occurſum eius, habens ſecum munera,& omnia bona Damaſci, onera quadraginta camelorum. Cumque ſtetiſſet coram eo,ait,Filius tuus Benadad rex Syriæ,miſit me ad te,dicens,Si ſanari potero de infirmitate mea hac?Dixitque ei Eliſeus, Vade,dic ei, Sanaberis: porrò oſtendit mihi Dominus quia morte morietur. Ste-

D titq; cum eo,& conturbatus eſt vſque ad ſuffuſionem vultus: fleuitq; vir Dei. Cui Hazael ait, Quare Dominus meus flet? At ille dixit,Quia ſcio quæ facturus ſis filijs Iſrael mala, Ciuitates eorum munitas igne ſuccendes,& iuuenes eorum interficies gladio,& paruulos eorum elides, & prægnantes diuides. Dixitq; Hazael, Quid enim ſum ſeruus tuus canis, vt faciam rem iſtam magnam?Et ait Eliſeus. Oſtendit mihi Dominus te regem Syriæ fore. Qui cum receſsiſſet ab Eliſeo, venit ad dominum ſuum:qui ait ei, Quid dixit tibi Eliſeus? At ille reſpondit, Dixit mihi,Recipies ſanitatem. Cumq; veniſſet dies altera,tulit ſtragulum,& infudit aquam,& expandit ſuper faciem eius:quo mortuo regnauit Hazael pro eo.

E Anno quinto Ioram filij Achab regis Iſrael,regnauit Ioram filius Ioſaphat rex Iuda. Triginta duorũ annorum erat cum regnare

Supra 4. f

Mulier verbo Dei credula, Dei prouidẽtia nutritur in aliena te. ra.

2.Par.21.b regnare cœpisset, & octo annis regnauit in Ierusalem. Ambulauitq; in vijs regum Israel, sicut ambulauerat domus Achab: filia enim Achab erat vxor eius: & fecit quod malum est in conspectu Domini. Noluit autem Dominus disperde-
2.Reg.7.b re Iudam propter Dauid seruum suum, sicut promiserat ei, vt daret illi lucernam, & filijs eius cunctis diebus. In diebus eius recessit Edom, ne esset sub Iuda, & cõstituit sibi regem.
F Venitq; Ioram Seira, & omnis currus cum eo: & surrexit nocte, percussitq; Idumæos qui eum circundederant, & principes curruum, populus autem fugit in tabernacula sua. Recessit ergo Edom, ne esset sub Iuda, vsque ad diem hanc. Tunc recessit & Lobna in tempore illo. Reliqua autem sermonum Ioram, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? Et dormiuit Ioram cum patribus suis, sepultusq; est cum eis in ciuitate Dauid, & regnauit Ochozias filius eius pro eo. Anno duodecimo Ioram filij Achab regis Israel regnauit Ochozias filius Ioram regis Iudæ. Vigintiduorum annorum erat Ochozias, cum regnare cœpisset, & vno anno regnauit in Ierusalem: nomen matris
G eius Athalia filia Amri regis Israel. Et ambulauit in vijs domus Achab: & fecit quod malum est coram Domino, sicut domus Achab: gener enim domus Achab fuit. Abijt quoque cum Ioram filio Achab, ad præliandum cõtra Hazael regem Syriæ in Ramoth Galaad, & vulnerauerunt Syri Ioram. qui reuersus est vt curaretur in Iezrahel: quia vulnerauerant eum Syri in Ramoth præliantem contra Hazael regẽ Syriæ. Porrò Ochozias filius Ioram rex Iuda, descendit inuisere Ioram filium Achab in Iezrahel, quia ægrotabat ibi.

S. IEHV unctus in regem occîdit Ioram regem Israel, & Ochoziam regem Iuda, ac Iezabelem, quam canes comederunt.

CAPVT IX.

A EIsæus autem prophetes vocauit vnum de filijs
1.Reg.19.c prophetarum, & ait illi, Accinge lumbos tuos, & tolle lenticulam olei hanc in manu tua, & vade in Ramoth Galaad. Cumque veneris illuc, videbis Iehu filium Iosaphat filij Namsi: & ingressus suscitabis eum de medio fratrum suorum, & introduces in interius cubiculum. Tenensque lenticulam olei, fundes super caput eius, & dices, Hæc dicit Dominus, Vnxi te regem super Israel. Aperiesque ostium, & fugies, & non ibi subsistes. Abijt ergo adolescens puer prophetæ in Ramoth Galaad, & ingressus est illuc: ecce autem principes exercitus sedebant, & ait, Verbum mihi ad te ô princeps. Dixitq; Iehu, Ad quem ex omnibus
B nobis? At ille dixit, Ad te ô princeps. Et surrexit, & ingressus est cubiculum: at ille fudit oleum super caput eius, & ait, Hęc dicit Dominus Deus Israel, Vnxi te regem super populum Domini Israel, & percuties domum Achab domini tui: & vlciscar sanguinem seruorum meorum prophetarum, & san-
3.Reg.21.f guinem omnium seruorum Domini, de manu Iezabel. Perdamq; omnem domum Achab: & interficiam de domo A-
3.Reg.15.g chab mingentem ad parietem, & clausum, & nouissimum in
3.Reg.16.a Israel. Et dabo domum Achab, sicut domum Ieroboam filij Nabat, & sicut domum Baasa filij Ahia. Iezabel quoq; comedent canes in agro Iezrahel, nec erit qui sepeliat eam. Aperuitque ostium & fugit. Iehu autem egressus est ad seruos domini sui, qui dixerunt ei, Recténe sunt omnia? quid venit in-
C sanus iste ad te? Qui ait eis, Nostis hominem, & quid locutus sit. At illi responderunt, Falsum est, sed magis narra nobis. Qui ait eis, Hæc & hæc locutus est mihi: & ait. Hæc dicit Dominus, Vnxi te regem super Israel. Festinauerunt itaque, & vnusquisque tollens pallium suum posuerunt sub pedibus
Supra 8.g eius, in similitudine tribunalis, & cecinerunt tuba, atque dixerunt, Regnauit Iehu. Coniurauit ergo Iehu filius Iosaphat filij Namsi contra Ioram: porrò Ioram obsederat Ramoth Galaad, ipse & omnis Israel contra Hazael regem Syriæ: & reuersus fuerat, vt curaretur in Iezrahel, propter vulnera, quia percussserant eum Syri, præliantem contra Hazael regem Syriæ. Dixitq; Iehu, Si placet vobis, nemo egrediatur profugus de ciuitate, ne vadat, & nuntiet in Iezrahel. Et ascẽdit, & profectus est in Iezrahel: Ioram enim ægrotabat ibi, & Ocho-
D zias rex Iuda descenderat ad visitandum Ioram. Igitur speculator qui stabat super turrim Iezrahel, vidit globum Iehu venientis, & ait, Video ego globum. Dixitq; Ioram, Tolle curum, & mitte in occursum eorum, & dicat vadens, Recténe sunt omnia? Abijt ergo qui ascenderat currum, in occursum eius, & ait, Hæc dicit rex, Pacatáne sunt omnia? Dixitq; Iehu, Quid tibi & paci? transi, & sequere me. Nuntiauit quoq; speculator, dicens, Venit nuntius ad eos, & non reuertitur. Misit etiam currum equorum secundum: venitque ad eos, & ait, Hæc dicit rex, Nunquid pax est? Et ait Iehu, Quid tibi & paci? transi, & sequere me. Nuntiauit autem speculator, dicẽs, Venit vsq; ad eos, & non reuertitur: est autem incessus quasi
E incessus Iehu filij Namsi, præceps enim graditur. Et ait Ioram, Iunge currum. Iunxitq; currum eius, & egressus est Ioram rex Israel, & Ochozias rex Iuda, singuli in curribus suis, egressiq; sunt in occursum Iehu, & inuenerunt eum in agro Naboth Iezrahelitæ. Cumque vidisset Ioram Iehu, dixit, Pax est Iehu? At ille respondit, Quæ pax? adhuc fornicationes Iezabel matris tuæ, & veneficia eius multa vigent. Conuertit autem Ioram manum suam, & fugiens ait ad Ochoziam, Insidiæ Ochozia. Porrò Iehu tetendit arcum manu, & percussit Ioram inter scapulas: & egressa est sagitta per cor eius, statimque corruit in curru suo. Dixitque Iehu ad Badacer ducem, Tolle, proijce eum in agro Naboth Iezrahelitæ: memini enim quando ego & tu sedentes in curru sequebamur Achab patrem huius, quòd Dominus onus hoc leua-
F uerit super eum, dicens, Si non pro sanguine Naboth, & pro sanguine filiorum eius, quem vidi heri, ait Dominus, reddam tibi in agro isto, dicit Dominus. Nunc ergo tolle, & proijce 3.Reg.21.f
eum in agro iuxta verbum Domini. Ochozias autem rex Iuda videns hoc, fugit per viam domus horti: persecutusque est eum Iehu, & ait, Etiam hunc percutite in curru suo. Et percusserunt eum in ascensu Gur qui est iuxta Ieblaam: qui fugit in Mageddo, & mortuus est ibi. Et imposuerunt eum serui eius super currum suum, & tulerunt in Ierusalem: sepelieruntque eum in sepulchro cum patribus suis in ciuitate Dauid. Anno vndecimo Ioram filij Achab regis Israel, regnauit Ochozias super Iudam, venitque Iehu in Iezrahel. Porrò Iezabel introitu eius audito, depinxit oculos suo stibio, & ornauit caput suum, & respexit per fenestram ingredientem Iehu per portam, & ait, Nunquid pax potest esse Zambri,
G qui interfecit dominum suum? Leuauitque Iehu faciem suam 3.Re.16.c
ad fenestram, & ait, Quæ est ista? Et inclinauerunt se ad eum duo vel tres eunuchi. At ille dixit eis, Præcipitate eam deorsum. Et præcipitauerunt eam, aspersusq; est sanguine paries, & equorum vngulæ conculcauerunt eam. Cumq; introgressus esset vt comederet, biberetque, ait, Ite, & videte maledictam illam, & sepelite eam: quia filia regis est. Cumq; issent vt sepelirent eam, non inuenerunt nisi caluariam, & pedes, & summas manus. Reuersique nuntiauerunt ei. Et ait Iehu, Sermo Domini est, quem locutus est per seruum suum Eliam 3.Reg.21.f
Thesbiten, dicens, In agro Iezrahel comedent canes carnes Iezabel: & erunt carnes Iezabel, sicut stercus super faciem terræ in agro Iezrahel, ita vt prætereuntes dicant, Hæccine est illa Iezabel?

S. IEHV domum Achab delet, & sacerdotes Baal templo eius in cloacam uerso: propter peccatum autem Iehu Hazael percutit Israël.

CAPVT X.

A ERant autem Achab septuaginta filij in Samaria: scripsit ergo Iehu literas, & misit in Samariam, ad optimates ciuitatis, & ad maiores natu, & ad nutritios Achab, dicens, Statim vt acceperitis li-

teras has, qui habetis filios domini veſtri, & currus & equos, & ciuitates firmas, & arma, eligite meliorem: & eum qui vobis placuerit de filijs domini veſtri, & eum ponite ſuper ſolium patris ſui, & pugnate pro domo domini veſtri. Timuerunt illi vehementer, & dixerunt, Ecce duo reges non potuerunt ſtare coram eo, & quomodo nos valebimus reſiſtere? Miſerunt ergo præpoſiti domus, & præfecti ciuitatis, & maiores natu, & nutritij, ad Iehu, dicentes, Serui tui ſumus, quæ-
B cunq; iuſſeris faciemus, nec conſtituemus nobis regem: quæcunque tibi placent, fac. Reſcripſit autem eis literas ſecundò, dicens, Si mei eſtis, & obeditis mihi, tollite capita filiorum domini veſtri, & venite ad me hac eadem hora cras in Iezrahel. Porrò filij regis ſeptuaginta viri apud optimates ciuitatis nutriebantur. Cumque veniſſent literæ ad eos, tulerunt filios regis, & occiderunt ſeptuaginta viros, & poſuerunt capita eorum in cophinis, & miſerunt ad eum in Iezrahel. Venit autem nuntius, & indicauit ei, dicens, Attulerunt capita filiorum regis. Qui reſpondit, Ponite ea ad duos aceruos iuxta introitum portæ vſque mane. Cumque diluxiſſet, egreſſus
C eſt, & ſtans dixit ad omnem populum, Iuſti eſtis: ſi ego coniuraui contra dominum meum, & interfeci eum, quis percuſſit omnes hos? Videte ergo nunc quoniam non cecidit de ſer-
3. Reg. 21. g monibus Domini in terram, quos locutus eſt Dominus ſuper domum Achab, & Dominus fecit quod locutus eſt in manu ſerui ſui Eliæ. Percuſſit igitur Iehu omnes qui reliqui erant de domo Achab in Iezrahel, & vniuerſos optimates eius, & notos & ſacerdotes, donec non remanerent ex eo reliquiæ. Et ſurrexit, & venit in Samariam: cumque veniſſet ad Cameram paſtorum, in via inuenit fratres Ochozię regis Iuda, dixitq; ad eos, Quinam eſtis vos? Qui reſponderunt, Fratres Ochoziæ regis ſumus, & deſcendimus ad ſalutandos filios regis, & filios reginæ. Qui ait, Comprehendite eos viuos. Quos cum comprehendiſſent viuos, iugulauerunt eos in ciſterna iuxta Cameram, quadraginta duos viros, & non reli-
D quit ex eis quenquam. Cumque abijſſet inde, inuenit Ionadab filium Rechab in occurſum ſibi, & benedixit ei. Et ait Iehu ad eum, Nũquid eſt cor tuum rectum cum corde meo, ſicut cor meum cum corde tuo? Et ait Ionadab, Eſt. Si eſt, inquit: da mihi manum tuam. Qui dedit ei manum ſuam. At ille leuauit eum ad ſe in currum, dixitque ad eum, Veni mecum, & vide zelum meum pro Domino. Et impoſitum curru ſuo, duxit in Samariam. Et percuſſit omnes qui reliqui fuerant de Achab in Samaria, vſque ad vnum iuxta verbum Do-
3. Reg. 10. g mini quod locutus eſt per Eliam. Congregauit ergo Iehu omnem populum, & dixit ad eos, Achab coluit Baal parum, ego autem colam eum amplius. Nunc igitur omnes prophetas Baal, & vniuerſos ſeruos eius, & cunctos ſacerdotes ipſius vocate ad me; nullus ſit qui non veniat, ſacrificium enim gran-
E de eſt mihi Baal: quicunque defuerit, non viuet. Porrò Iehu faciebat hoc inſidioſè, vt diſperderet cultores Baal, & dixit, Sanctificate diem ſolennem Baal. Vocauitque, & miſit in vniuerſos terminos Iſrael, & venerunt cuncti ſerui Baal: non fuit reſiduus ne vnus quidem qui non veniret. Et ingreſſi ſunt templum Baal: & repleta eſt domus Baal, à ſummo vſque ad ſummum. Dixitque his qui præerant ſuper veſtes, Proferte veſtimenta vniuerſis ſeruis Baal. Et protulerunt eis veſtes. Ingreſſuſque Iehu, & Ionadab filius Rechab templum Baal, ait cultoribus Baal, Perquirite, & videte ne quis forte vobiſcum ſit de ſeruis Domini, ſed vt ſint ſerui Baal ſoli. Ingreſſi
F ſunt igitur vt facerent victimas & holocauſta: Iehu autẽ præparauerat ſibi foris octoginta viros, & dixerat eis, Quicunq; fugerit de hominibus his quos ego adduxero in manus veſtras, anima eius erit pro anima illius. Factum eſt autem: cum completum eſſet holocauſtum, præcepit Iehu militibus & ducibus ſuis, Ingredimini, & percutite eos, nullus euadat. Percuſſeruntque eos in ore gladij, & proiecerunt milites & duces: & ierunt in ciuitatem templi Baal, & protulerunt ſta-
G tuam de phano Baal, & combuſſerunt, & cõminuerunt eam. Deſtruxerunt quoque ædem Baal, & fecerunt pro ea latrinas vſque in diem hanc. Deleuit itaq; Iehu Baal de Iſrael: veruntamen à peccatis Ieroboam filij Nabat qui peccare fecit Iſrael, non receſſit, nec dereliquit vitulos aureos qui erant in Bethel & in Dan. Dixit autem Dominus ad Iehu, Quia ſtudioſè egiſti quod rectum erat & placebat in oculis meis, & omnia quæ erant in corde meo feciſti contra domum Achab: Infra 15. c filij tui vſque ad quartam generationem ſedebunt ſuper thronum Iſrael. Porrò Iehu non cuſtodiuit vt ambularet in lege Domini Dei Iſrael in toto corde ſuo: non enim receſſit à peccatis Ieroboam, qui peccare fecerat Iſrael. In diebus illis cœpit Dominus tædere ſuper Iſrael: percuſſitq; eos Hazael in vniuerſis finibus Iſrael, à Iordane contra orientalem plagam, omnem terram Galaad & Gad & Ruben & Manaſſe, ab Aroer quæ eſt ſuper Torrentem Arnon, & Galaad & Baſan Reliqua autem verborum Iehu, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo eius, nónne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iſrael? Et dormiuit Iehu cum patribus ſuis, ſepelieruntq; eum in Samaria: & regnauit Ioachaz filius eius pro eo. Dies autem quos regnauit Iehu ſuper Iſrael, viginti & octo anni ſunt in Samaria.



S. ATHALIA omni ſemine regio præter Ioas extincto, per Ioiadam ſacerdotem occiditur, atq; Ioas rex Iuda conſtituitur.

CAPVT XI.

A Athalia verò mater Ochoziæ, videns mortuum filium ſuum, ſurrexit, & interfecit omne ſemen regium. 2. Par. 22. d Tollens autem Ioſaba filia regis Ioram, ſoror Ochoziæ, Ioas filium Ochoziæ, furata eſt eum de medio filiorum regis qui interficiebantur, & nutricem eius de triclinio: & abſcondit eum à facie Athaliæ, vt non interficeretur. Eratq; cum ea ſex annis clàm in domo Domini: porrò Athalia regnauit ſuper terrã. Anno autem ſeptimo 2. Par. 23. d miſit Ioiada, & aſſumẽs centuriones, & milites introduxit ad ſe in templum Domini, pepigitq; cum eis fœdus: & adiurans eos in domo Domini, oſtendit eis filium regis, & præcepit illis, dicens, Iſte eſt ſermo quem facere debetis, Tertia pars veſtrũm, introeat ſabbatho, & obſeruet excubias domus regis. Tertia autem pars ſit ad portam Sur: & tertia pars ſit ad portam quæ eſt poſt habitaculũ ſcutariorũ: & cuſtodietis excu-
B bias domus, meſſa. Duæ verò partes è vobis, omnes egredientes ſabbatho, cuſtodiant excubias domus Domini circa regẽ. Et vallabitis eum, habẽtes arma in manibus veſtris: ſi quis autem ingreſſus fuerit ſeptum templi, interficiatur: eritis q; cum rege introeunte, & egrediente. Et fecerunt centuriones iuxta omnia quæ præceperat eis Ioiada ſacerdos: & aſſumentes ſinguli viros ſuos, qui ingrediebantur ad ſabbathũ, cum his qui egrediebantur è ſabbatho, venerunt ad Ioiadam ſacerdotem.

Qui dedit

Qui dedit eis haſtas, & arma regis Dauid, quæ erant in domo Domini. Et ſteterũt ſinguli habentes arma in manu ſua à parte templi dextera, vſq; ad partem ſiniſtram altaris, & ædis circum regem. Produxitq; filiũ regis, & poſuit ſuper eũ diadema & teſtimonium: feceruntq; eum regem, & vnxerunt, & plaudentes manu, dixerunt, Viuat rex. Audiuit autem Athalia vocem populi currentis: & ingreſſa ad turbas in templum Domini, vidit regem ſtantẽ ſuper tribunal iuxta morem, & cãtores & tubas prope eum, omnemq; populũ terræ lætantẽ & canentẽ tubis: & ſcidit veſtimenta ſua, clamauitq;, Coniuratio, coniuratio. Præcepit autẽ Ioiada ſacerdos cẽturionibus qui erant ſuper exercitum, & ait eis, Educite eam extra ſepta templi, & quicunq; eam ſecutus fuerit, feriatur gladio. Dixerat enim ſacerdos, Non occidatur in templo Domini. Impoſuerũtq; ei manus, & impegerũt eam per viã introitus equorum, iuxta palatium, & interfecta eſt ibi. Pepigit ergo Ioiada fœdus inter Dominũ & regem, & inter populum, vt eſſet populus Domini, & inter regem & populũ. Ingreſſusq; eſt omnis populus terræ templũ Baal, & deſtruxerunt aras eius, & imagines contriuerunt validè: Mathan quoq; ſacerdotem Baal, occiderunt coram altari. Et poſuit ſacerdos cuſtodias in domo Domini, tulitq; centuriones, & Cerethi & Phelethi legiones, & omnem populũ terræ, deduxeruntq; regem de domo domini: & venerunt per viã portæ ſcutariorũ in palatiũ, & ſedit ſuper thronũ regũ. Lætatusq; eſt omnis populus terræ, & ciuitas cõquieuit. Athalia autẽ occiſa eſt gladio in domo regis. Septemq; annorũ erat Ioas, cum regnare cœpiſſet

Mathan ſacerdos Baal, interficitur.

S. IOAS gazophylacij pecuniam in templi ſtructuram expendit, qui recedente Hazael cum muneribus, à duobus ſeruis occiditur, cui ſuccedit Amaſias filius eius.

CAPVT XII.

A 2. Par. 24 a

ANno ſeptimo Iehu regnauit Ioas: quadraginta annis regnauit in Ieruſalẽ. nomẽ matris eius Sebia, de Berſabee. Fecitq; Ioas rectũ corã domino cunctis diebus quibus docuit eũ Ioiada ſacerdos. Veruntamen excelſa non abſtulit: adhuc enim populus immolabat, & adolebat in excelſis incenſum. Dixitq; Ioas ad ſacerdotes, Omnem pecuniã ſancto rum, quæ illata fuerat in templum Domini à prætereũtibus, quæ offertur pro pretio animæ, & quã ſponte & arbitrio cordis ſui inferũt in templũ Domini: accipiant illã ſacerdotes iuxta ordinẽ ſuum, & inſtaurẽt ſartatecta domus, ſi quid neceſſariũ viderint inſtauratione. Igitur vſq; ad viceſimũtertiũ annum regis Ioas, nõ inſtaurauerunt ſacerdotes ſartatecta tẽpli. Vocauitq; rex Ioas Ioiadã pontificẽ & ſacerdotes, dicẽs eis, Quare ſartatecta non inſtauratis templi? nolite ergo amplius accipere pecuniã iuxta ordinem veſtrũ, ſed ad inſtaurationẽ templi reddite eã. Prohibitiq; ſunt ſacerdotes vltrà accipere pecuniam à populo, & inſtaurare ſartatecta domus. Et tulit Ioiada pontifex gazophylaciũ vnũ, aperuitq; foramẽ déſuper, & poſuit illud iuxta altare ad dexteram ingredientiũ domum Domini, mittebantq; in eo ſacerdotes qui cuſtodiebãt oſtia, omnem pecuniã quæ deferebatur ad templũ Domini. Cumq; viderent nimiã pecuniã eſſe in gazophylacio, aſcendebat ſcriba regis & pontifex, effundebantq;, & numerabant pecuniã quæ inueniebatur in domo Domini: & dabant eam iuxta numerũ atq; menſuram in manu eorũ qui præerant cæmentarijs Domus Domini: qui impendebãt eam in fabris lignorum, & in cæmentarijs ijs qui operabantur in domo Domini, & ſartatecta faciebant: & in ijs qui cædebant ſaxa, & vt emerent ligna & lapides qui excidebantur: ita vt impleretur inſtauratio domus Domini in vniuerſis quæ indigebant expenſa ad muniendam domũ. Veruntamen non fiebant ex eadem pecunia hydriæ templi Domini, & fuſcinulæ & thuribula & tubæ, & omne vas aureum & argenteũ, de pecunia quæ inferebatur in templũ Domini. Iis enim qui faciebant opus, dabatur, vt inſtauraretur templũ Domini: & non fiebat ratio his hominibus qui accipiebãt pecuniam vt diſtribuerent eam artificibus, ſed in fide tractabant eam. Pecuniã verò pro delicto, & pecuniam pro peccatis, non inferebãt in templũ Domini: quia ſacerdotũ erat. Tunc aſcendit Hazael rex Syriæ, & pugnabat cõtra Geth, cepitq; eam: & direxit faciem ſuam vt aſcenderet in Ieruſalem. Quam ob rem tulit Ioas rex Iuda omnia ſanctificata, quæ conſecrauerat Ioſaphat, & Ioram, & Ochozias patres eius reges Iuda, & quæ ipſe obtulerat: & vniuerſum aurum quod inueniri potuit in theſauris templi Domini, & in palatio regis: miſitq; Hazaeli regi Syriæ, & receſsit ab Ieruſalem. Reliqua autem ſermonũ Ioas, & vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierũ regum Iuda? Surrexerunt autem ſerui eius, & coniurauerũt inter ſe, percuſſeruntq; Ioas in domo Mello in deſcenſu Sella. Iozachar namq; filius Semaath, & Iozabad filius Somer ſerui eius, percuſſerunt eum & mortuus eſt: & ſepelierunt eum cum patribus ſuis in ciuitate Dauid, regnauitq; Amaſias filius eius pro eo.

S. IOACHAZ rex Iſrael captus à Syris oratione liberatur, cui mortuo ſucceſſit Ioas, & hic Eliſei morientis conſilio ter Syros deuicit: ſepulchro autem Eliſei impoſitus quidam ſuſcitatur.

CAPVT XIII.

ANno viceſimotertio Ioas filij Ochoziæ regis Iudæ, regnauit Ioachaz filius Iehu ſuper Iſrael in Samaria decem & ſeptem annis. Et fecit malum coram Domino, ſecutusq; eſt peccata Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael, & non declinauit ab eis. Iratusq; eſt furor Domini cõtra Iſrael, & tradidit eos in manu Hazael regis Syriæ, & in manu Benadad filij Hazael cunctis diebus. Deprecatus eſt autem Ioachaz faciem Domini, & audiuit eum Dominus: vidit enim anguſtiam Iſrael, quia attriuerat eos rex Syriæ: & dedit Dominus ſaluatorem Iſrael, & liberatus eſt de manu regis Syriæ: habitaueruntq; filij Iſrael in tabernaculis ſuis, ſicut heri & nudiuſtertius. Veruntamen non receſſerunt à peccatis domus Ieroboam, qui peccare fecit Iſrael, ſed in ipſis ambulauerunt: ſi quidem & lucus permanſit in Samaria, & nõ ſunt derelicti Ioachaz de populo, niſi quinquaginta equites, & decẽ currus, & decem millia peditum: interfecerat enim eos rex Syriæ, & redegerat quaſi puluerem in tritura areæ. Reliqua autem ſermonũ Ioachaz, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo eius, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonũ dierum regum Iſrael? Dormiuitq; Ioachaz cum patribus ſuis, & ſepelierũt eum in Samaria: regnauitq; Ioas filius eius pro eo. Anno triceſimoſeptimo Ioas regis Iuda regnauit Ioas filius Ioachaz ſuper Iſrael in Samaria ſedecim annis: & fecit quod malũ eſt in conſpectu Domini: non declinauit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael, ſed in ipſis ambulauit. Reliqua autem ſermonũ Ioas, & vniuerſa quæ fecit, & fortitudo eius quomodo pugnauerit contra Amaſiam regem Iuda, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonũ dierum regum Iſrael? Et dormiuit Ioas cum patribus ſuis: Ieroboam autem ſedit ſuper ſolium eius. Porrò Ioas ſepultus eſt in Samaria cum regibus Iſrael. Eliſeus autem ægrotabat infirmitate, qua & mortuus eſt: deſcẽditq; ad eum Ioas rex Iſrael, & flebat corã eo, dicebatq;, Pater mi, pater mi, currus Iſrael & auriga eius. Et ait illi Eliſeus, Affer arcum & ſagittas. Cumq; attuliſſet ad eum arcum & ſagittas, dixit ad regem Iſrael, Pone manum tuam ſuper arcum. Et cum poſuiſſet ille manũ ſuam, ſuperpoſuit Eliſeus manus ſuas manibus regis, & ait, Aperi feneſtram orientalem. Cumque aperuiſſet, dixit Eliſeus, Iace ſagittam. Et iecit. Et ait Eliſeus, Sagitta ſalutis Domini, & ſagitta ſalutis contra Syriam: percutiesq; Syriam in Aphec, donec conſumas eam. Et ait, Tolle ſagittas. Qui cum tuliſſet, rurſum dixit ei, Percute iaculo terram. Et cum percuſſiſſet

tribus vicibus,& stetisset,iratus est vir Dei cõtra eum, & ait, Si percussisses quinquies,aut sexies,siue septies, percussisses Syriam vsq; ad consummationem:nunc autem tribus vicibus
Moritur Eliseus. percuties eam.Mortuus est ergo Eliseus,& sepelierunt eum. Latrunculi autem de Moab venerunt in terram in ipso anno. Quidam autem sepelientes hominem, viderunt latrunculos,
Eccle.48 b & proiecerunt cadauer in sepulchro Elisei. Quod cum tetigisset ossa Elisei,reuixit homo,& stetit super pedes suos.Igitur Hazael rex Syriæ afflixit Israel cũctis diebus Ioachaz: & misertus est Dominus eorum,& reuersus est ad eos propter pactum suum quod habebat cũ Abraham & Isaac & Iacob: & noluit disperdere eos,neq; proijcere penitus vsq; in præsens tempus.Mortuus est autem Hazael rex Syriæ,& regnauit Benadad filius eius pro eo.Porrò Ioas filius Ioachaz, tulit vrbes de manu Benadad filij Hazael,quas tulerat de manu Ioachaz patris sui iure prælij: tribus vicibus percussit eum Ioas,& reddidit ciuitates Israel.

S. IOAS rex Israel superato Amasia rege Iuda uastat Ierusalem,in qua seditione facta Amasias fugit in Lachis,ubi occisus est,Azaria sibi succedente in Iuda,& Ieroboam Ioas in Israel.

CAPVT XIIII.

A 4.Par.25 a IN anno secũdo Ioas filij Ioachaz regis Israel regnauit Amasias filius Ioas regis Iuda. Viginti quinq; annorũ erat cũ regnare cœpisset: viginti autẽ & nouẽ annis regnauit in Ierusalem: nomẽ matris eius Ioadan de Ierusalẽ. Et fecit rectũ coram Domino, veruntamen non vt Dauid pater eius.Iuxta omnia quæ fecit Ioas pater suus fecit:nisi hoc tantum quòd excelsa nõ abstulit: adhuc enim populus adolebat & immolabat incẽsum in excelsis.Cumq; obtinuisset regnũ,
B percussit seruos suos qui interfecerant regẽ patrem suũ:filios autem eorũ qui occiderãt,non occidit,iuxta quod scriptũ est in libro legis Moysi, sicut præcepit Dominus, dicens, Non
Deut.24 c Ezec.18 e morientur patres pro filijs,neq; filij morientur pro patribus? sed vnusquisq; in peccato suo morietur.Ipse percussit Edom in valle Salinarũ,decem millia,& apprehendit Petrã in prælio,vocauitq; nomen eius Iectehel, vsq; in præsentem diem. Tunc misit Amasias nuntios ad Ioas filiũ Ioachaz, filij Iehu regis Israel,dicẽs, Veni,& videamus nos.Remisitq; Ioas rex Israel ad Amasiam regem Iuda,dicens,Carduus Libani misit ad cedrum,qui est in Libano,dicens,Da filiã tuam filio meo
C vxorem. Transieruntq; bestiæ saltus,quæ sunt in Libano, & conculcauerunt carduũ. Percutiens inualuisti super Edom, & subleuauit te cor tuum:contentus esto gloria,& sede in domo tua: quare prouocas malum, vt cadas tu & Iudas tecum? Et non acquieuit Amasias:ascenditq; Ioas rex Israel,& viderũt se,ipse & Amasias rex Iuda in Bethsámes oppido Iudæ, Percussusq; est Iuda corã Israel,& fugerũt vnusquisq; in tabernacula sua.Amasiã verò regem Iuda filiũ Ioas filij Ochoziæ cepit Ioas rex Israel in Bethsámes,& adduxit eum in Ie-
D rusalem:& interrupit murũ Ierusalem,à porta Ephráim vsq;
Diripitur à Ioa templũ Domini. ad portam anguli,quadringẽtis cubitis. Tulitq; omne aurum & argentum,& vniuersa vasa quæ inuenta sunt in domo Domini,& in thesauris regis,& obsides, & reuersus est in Samariam. Reliqua autem verborũ Ioas quæ fecit,& fortitudo eius qua pugnauit contra Amasiã regem Iuda, nónne hæc scripta sunt in libro sermonũ dierum regũ Israel? Dormiuitq; Ioas
Ioas moritur. cum patribus suis,& sepultus est in Samaria cum regibus Israel:& regnauit Ieroboã filius eius pro eo. Vixit autẽ Amasias filius Ioas rex Iuda,postquã mortuus est Ioas filius Ioachaz regis Israel viginti quinq; annis. Reliqua autẽ sermonũ
E Amasiæ,nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda?Factaq; est contra eum coniuratio in Ierusalẽ:at ille fugit in Lachis.Miseruntq; post eũ in Lachis, & interfecerunt eum ibi.Et asportauerũt in equis,sepultusq; est in Ierusalem cum patribus suis in ciuitate Dauid. Tulit autẽ vniuersus populus Iudæ Azariam annos natũ sedecim, & constituerunt eũ regem pro patre eius Amasia. 2.Par.26 a
F Ipse ædificauit Ailam,& restituit eam Iudæ,postquã dormiuit rex cum patribus suis.Anno quintodecimo Amasiæ filij Ioas regis Iuda,regnauit Ieroboam filius Ioas regis Israel in Samaria quadraginta & vno anno:& fecit quod malũ est coram Domino. Non recessit ab omnibus peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel.Ipse restituit terminos Israel ab introitu Emath, vsq; ad Mare solitudinis, iuxta sermonem Domini Dei Israel,quem locutus est per seruum suum Ionam filium
G Amathi prophetam,qui erat de Geth quæ est in Opher.Vidit enim Dominus afflictionem Israel amarã nimis, & quòd consumpti essent vsq; ad clausos carcere & extremos,& non esset qui auxiliaretur Israel.Nec locutus est Dominus vt deleret nomen Israel de sub cœlo, sed saluauit eos in manu Ieroboam filij Ioas.Reliqua autem sermonũ Ieroboam,& vniuersa quæ fecit,& fortitudo eius qua præliatus est,& quomodo restituit Damascum,& Emath Iudæ in Israel: nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Dormiuitq; Ieroboam cum patribus suis regibus Israel,& regnauit Zacharias filius eius pro eo.

S. AZARIAE leproso succedit in Iuda Ioatham,Ioas interfecto succedit Zacharias, cui Sellum, cui Manahem, cui Phacera,cui Phacee, cui Osee, Ioatham uerò mortuo succesßit Achaz.

CAPVT XV.

A ANno vicesimoseptimo Ieroboam regis Israel regnauit Azarias filius Amasiæ regis Iuda. Sedecim annorũ erat,cum regnare cœpisset,& quinquaginta duobus annis regnauit in Ierusalem:nomen matris eius Iechelia de Ierusalẽ.Fecitq; quod erat placitum coram Domino, iuxta omnia quæ fecit Amasias pater eius.Veruntamen excelsa non est demolitus: adhuc populus sacrificabat,& adolebat incensum in excelsis.Percussit autem 2.Par.26 f
Dominus regem,& fuit leprosus vsq; in diem mortis suæ, & habitabat in domo libera seorsum: Ioatham verò filius regis
B gubernabat palatium,& iudicabat populũ terræ. Reliqua autem sermonum Azariæ, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro verborum dierum regum Iuda? Et dormiuit Azarias cum patribus suis:sepelieruntq; eum cum maioribus suis in ciuitate Dauid, & regnauit Ioatham filius eius pro eo. Anno tricesimooctauo Azariæ regis Iudæ, regnauit Zacharias filius Ieroboam super Israel in Samaria sex mensibus:& fecit quod malum est coram Domino,sicut fecerant patres eius:non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel.Coniurauit autem contra eum Sellum fi-
C lius Iabes:percussitq; eũ palàm, & interfecit,regnauitq; pro eo. Reliqua autem verborum Zachariæ, nónne hæc scripta Supra 10 f
sunt in Libro sermonum dierum regum Israel?Iste est sermo Domini quem locutus est ad Iehu,dicens. Filij tui vsque ad quartam generationem sedebũt de te super thronũ Israel. Factumq; est ita. Sellum filius Iabes regnauit tricesimonono anno Azariæ regis Iudæ:regnauit autem vno mẽse in Samaria.Et ascendit Manahem filius Gadi de Thersa:venitq; in Samariam,& percussit Sellum filiũ Iabes in Samaria,& interfecit eum,regnauitq; pro eo. Reliqua autem verborũ Sellum, & coniuratio eius,per quam tetendit insidias:nónne hæc scri-
D pta sunt in libro sermonum dierum regum Israel? Tunc per- Thapsa ciuitas percutitur.
cussit Manahem Thapsam,& omnes qui erant in ea, & terminos eius de Thersa,noluerant enim aperire ei: & interfecit omnes prægnantes eius, & scidit eas. Anno tricesimonono Azariæ regis Iudæ regnauit Manahem filius Gadi super Israel decem annis in Samaria.Fecitq; quod erat malum coram Domino: non recessit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Israel cunctis diebus eius. Veniebat Phul rex Assyriorum in terram,& dabat Manahem Phul mille talenta argenti, vt esset ei in auxilium, & firmaret regnum eius.

Indixitq;

Indixitq; Manahem argentũ ſuper Iſrael cunctis potẽtibus, & diuitibus, vt daret regi Aſſyriorũ quinquaginta ſiclos, argenti per ſingulos: reuerſusq; eſt rex Aſſyriorum, & non eſt moratus in terra. Reliqua autem ſermonũ Manahem, & vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonũ dierum regum Iſrael? Et dormiuit Manahem cum patribus ſuis: regnauitq; Phaceia filius eius pro eo. Anno quinquageſimo Azariæ regis Iudæ, regnauit Phaceia filius Manahem ſuper Iſrael in Samaria biennio: & fecit quod erat malũ coram Domino: non receſsit à peccatis Ieroboam filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael. Coniurauit autẽ aduerſus eum Phacee filius Romeliæ, dux eius, & percuſsit eum in Samaria, in turre domus regiæ iuxta Argob, & iuxta Arie: & cũ eo quinquaginta viros de filijs Galaaditarũ, & interfecit eũ, regnauitq; pro eo. Reliqua autem ſermonum Phaceia, & vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonũ dierum regũ Iſrael? Anno quinquageſimo ſecundo Azariæ regis Iudæ, regnauit Phacee filius Romeliæ ſuper Iſrael in Samaria viginti annis. Et fecit quod erat malũ coram Domino: non receſsit à peccatis Ieroboã filij Nabat, qui peccare fecit Iſrael. In diebus Phacee regis Iſrael venit Theglathphaláſar rex Aſſur, & cepit Aion, & Abel, domum Maacha, & Ianoe, & Cedes, & Aſor, & Galaad, & Galilæam, & vniuerſam terram Nephthali: & tranſtulit eos in Aſſyrios. Coniurauit autẽ, & tetendit inſidias Oſee filius Ela contra Phacee filiũ Romeliæ, & percuſsit eũ, & interfecit: regnauitq; pro eo viceſimo anno Ioatham filij Oziæ. Reliqua autem ſermonũ Phacee, & vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonũ dierum regum Iſrael? Anno ſecũdo Phacee filij Romeliæ regis Iſrael, regnauit Ioatham filius Oziæ regis Iuda. Vigintiquinq; annorum erat cum regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius, Ieruſa filia Sadoc. Fecitq; quod erat placitum coram Domino: iuxta omnia quæ fecerat Ozias pater ſuus operatus eſt. Veruntamen excelſa nõ abſtulit: adhuc populus immolabat, & adolebat incenſum in excelſis: ipſe ædificauit portam domus Domini ſublimiſsimam. Reliqua autem ſermonum Ioatham, & vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro verborum dierum regum Iuda? In diebus illis cœpit Dominus mittere in Iudam Raſin regem Syriæ, & Phacee filium Romeliæ. Et dormiuit Ioatham cum patribus ſuis, ſepultusq; eſt cum eis in ciuitate Dauid patris ſui, & regnauit Achaz filius eius pro eo.

E

F

4.Par.27 a

G



S. ACHAZ *filio ſuo per ignem conſecrato, Ieruſalem à Syris obſeſſa, ab Aſſyrijs petit auxilium idôlis ſacrificans, cui ſucceſsit Ezechias.* CAPVT XVI.

A 4.Par.28 a

ANno decimoſeptimo Phacee filij Romeliæ, regnauit Achaz filius Ioatham regis Iuda. Viginti annorũ erat Achaz cum regnare cœpiſſet, & ſedecim annis regnauit in Ieruſalem: nõ fecit quod erat placitũ in conſpectu Domini Dei ſui, ſicut Dauid pater eius. Sed ambulauit in via regũ Iſrael: inſuper & filium ſuum conſecrauit, transferens per ignem ſecundũ idôla gentiũ, quæ diſsipauit Dominus coram filijs Iſrael. Immolabat quoq; victimas, & adolebat incenſum in excelſis, & in collibus, & ſub omni ligno frondoſo. Tunc aſcendit Raſin rex Syriæ, & Phacee filius Romeliæ rex Iſrael in Ieruſalẽ ad præliandũ: cumq; obſiderent Achaz, nõ valuerunt ſuperare eum. In tẽpore illo reſtituit Raſin rex Syriæ Ailam Syriæ, & eiecit Iudæos de Aila: & Idumæi venerunt in Ailam, & habitauerunt ibi vſq; in diem hanc. Miſit autem Achaz nuntios ad Theglathphaláſar regem Aſſyriorũ, dicens, Seruus tuus, & filius tuus ego ſum: aſcende, & ſaluũ me fac de manu regis Syriæ, & de manu regis Iſrael, qui conſurrexerunt aduerſum me. Et cũ collegiſſet Achaz argentũ & aurum quod inueniri potuit in domo Domini, & in theſauris regis, miſit regi Aſſyriorũ munera. Qui & acquieuit volũtati eius: aſcendit enim rex Aſſyriorum in Damaſcum, & vaſtauit eam: & tranſtulit habitatores eius Cyrenen, Raſin autem interfecit. Perrexitq; rex Achaz in occurſum Theglathphaláſar regi Aſſyriorũ in Damaſcũ: cumq; vidiſſet altare Damaſci, miſit rex Achaz ad Vriam ſacerdotem exemplar eius, & ſimilitudinem iuxta omne opus eius. Extruxitq; Vrias ſacerdos altare: iuxta omnia quæ præceperat rex Achaz de Damaſco, ita fecit ſacerdos Vrias, donec veniret rex Achaz de Damaſco. Cumq; veniſſet rex de Damaſco, vidit altare, & veneratus eſt illud: aſcenditq;, & immolauit holocauſta, & ſacrificiũ ſuum, & libauit libamina, & fudit ſanguinem pacificorũ, quæ obtulerat ſuper altare. Porrò altare æreum, quod erat coram Domino, tranſtulit de facie templi, & de loco altaris, & de loco templi Domini: poſuitq; illud ex latere altaris ad aquilonẽ. Præcepit quoq; rex Achaz Vriæ ſacerdoti, dicẽs, Super altare maius offer holocauſtum matutinum, & ſacrificiũ veſpertinum, & holocauſtũ regis, & ſacrificiũ eius, & holocauſtum vniuerſi populi terræ, & ſacrificia eorũ, & libamina eorũ: & omnem ſanguinẽ holocauſti, & vniuerſum ſanguinem victimæ ſuper illud effundes: altare verò æreum erit paratum ad voluntatem meam. Fecit igitur Vrias ſacerdos iuxta omnia quæ præceperat rex Achaz. Tulit autẽ rex Achaz celatas baſes, & lutêrem, qui erat déſuper: & mare depoſuit de bobus æreis, qui ſuſtentabant illud, & poſuit ſuper pauimentũ ſtratum lapide. Muſach quoq; ſabbathi, quod ædificauerat in templo: & ingreſſum regis exterius, conuertit in templũ Domini propter regem Aſſyriorũ. Reliqua autem verborum Achaz quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonum dierũ regum Iuda? Dormiuitq; Achaz cum patribus ſuis, & ſepultus eſt cum eis in ciuitate Dauid, & regnauit Ezechias filius eius pro eo.

B

Achaz auxilio Dei ſpreto, confugit ad auxilium hominum.

C

D

S. REGNVM *Iſrael poſt multa facinora in Aſſyrios captiuum ſub Oſee per Salmanaſar abducitur.*

CAPVT XVII.

A

ANno duodecimo Achaz regis Iuda, regnauit Oſee filius Ela in Samaria ſuper Iſrael nouẽ annis. Fecitq; malum coram Domino: ſed non ſicut reges Iſrael qui ante eum fuerunt. Contra hunc aſcendit Salmanáſar rex Aſſyriorũ, & factus eſt ei Oſee ſeruus, reddebatq; illi tributa. Cumq; deprehẽdiſſet rex Aſſyriorum Oſee, quòd rebellare nitẽs, miſiſſet nuntios ad Sua regẽ Aegypti, ne præſtaret tributa regi Aſſyriorum ſicut ſingulis annis ſolitus erat, obſedit eum, & vinctum miſit in carcerem. Peruagatusq; eſt omnẽ terrã: & aſcendens Samariã, obſedit eam tribus annis. Anno autẽ nono Oſee, cepit rex Aſſyriorum Samariam, & tranſtulit Iſrael in Aſſyrios: poſuitq; eos in Hala, & in Habor iuxta fluuiũ Gozan, in ciuitatibus Medorum. Factum eſt enim, cum peccaſſent filij Iſrael Domino Deo ſuo, qui eduxerat eos de terra Aegypti, de manu Pharaonis regis Aegypti, coluerunt deos alienos. Et ambulauerunt iuxta ritum gentiũ quas cõſumpſerat Dominus in conſpectu filiorum Iſrael, & regũ Iſrael: quia ſimiliter fecerant. Et irrita-

Finis regni Iſrael ob peccata.

Infra 18 c

B

Cauſa captiuitatis Iſrael.

Et irritauerunt filij Israel verbis non rectis Dominũ Deum suum: & ædificauerũt sibi excelsa in cũctis vrbibus suis à turre custodum vsq; ad ciuitatem munitam. Feceruntq; sibi statuas & lucos in omni colle sublimi, & subter omne lignũ nemorosum: & adolebant ibi incensum super aras in morem gentiũ quas trãstulerat Dominus à facie eorum: fecerunt́que verba pessima irritantes Dominũ, & coluerunt immunditias de quibus præceperat eis Dominus ne facerent verbum hoc.
Hiere. 25 b Et testificatus est Dominus in Israel & in Iuda per manum omnium Prophetarũ & Videntiũ, dicens, Reuertimini à vijs vestris pessimis, & custodite præcepta mea & ceremonias, iuxta omnem legẽ quã præcepi patribus vestris: & sicut misi ad vos in manu seruorũ meorũ Prophetarum. Qui non audierunt, sed indurauerunt ceruicẽ suam iuxta ceruicẽ patrum suorum qui noluerunt obedire Domino Deo suo. Et abiecerunt
C legitima eius, pactũ quod pepigit cum patribus eorũ, & testificationes quibus testificatus est eos: secutiq; sunt vanitates, & vanè egerunt: & secuti sunt gentes quæ erant per circuitum eorum, super quibus præceperat Dominus eis vt nõ facerent sicut & illæ faciebant. Et dereliquerunt omnia præcepta Domini Dei sui: feceruntq; sibi conflatiles, duos vitulos, & lucos, & adorauerunt vniuersam militiam cœli: seruieruntq; Baal, & cõsecrauerũt filios suos, & filias suas per ignẽ: & diuinationibus inseruiebant & augurijs: & tradiderunt se vt facerent malũ coram Domino, vt irritarent eum. Iratusq; est Dominus vehementer Israeli, & abstulit eos à conspectu suo, & non remansit nisi tribus Iuda tantummodo. Sed nec ipse Iuda custodiuit mandata Domini Dei sui: verùm ambulauit in erroribus Israel, quos operatus fuerat. Proiecitq; Do-
D minus omne semẽ Israel, & afflixit eos, & tradidit eos in manu diripientium, donec proijceret eos à facie sua: ex eo iam
3. Reg. 12 c tempore, quo scissus est Israel à domo Dauid, & cõstituerũt sibi regem Ieroboam filiũ Nabat: separauit enim Ieroboam Israel à Domino, & peccare eos fecit peccatum magnum. Et ambulauerunt filij Israel in vniuersis peccatis Ieroboam quæ fecerat: non recesserunt ab eis, vsquequo Dominus auferret
Hiere. 25 b Israel à facie sua, sicut locutus fuerat in manu omnium seruorum suorũ Prophetarũ: translatusq; est Israel de terra sua in Assyrios vsq; in diem hanc. Adduxit autem rex Assyriorũ de Babylone, & de Cutha, & de Aua, & de Emath, & de Sepharuáim: & collocauit eos in ciuitatibus Samariæ pro filijs Israel:
Leones immittũtur in fidelib. habitantibus terrã promissionis. qui possederunt Samariam, & habitauerunt in vrbibus eius. Cumq; ibi habitare cœpissent, nõ timebant Dominũ: & immisit in eos Dominus leones qui interficiebant eos. Nuntiatumq; est regi Assyriorũ, & dictũ, Gentes quas trãstulisti, &
E habitare fecisti in ciuitatibus Samariæ, ignorãt legitima Dei terræ, & immisit in eos Dominus leones: & ecce, interficiunt eos, eo quòd ignorent ritum Dei terræ. Præcepit autem rex Assyriorũ, dicens. Ducite illuc vnũ de sacerdotibus, quos inde captiuos adduxistis, & vadat, & habitet cum eis: & doceat eos legitima Dei terræ. Igitur cum venisset vnus de sacerdotibus his qui captiui ducti fuerant de Samaria, habitauit in Bethel, & docebat eos quomodo colerent Dominũ. Et vna-
Varij gentium dij. quæq; gens fabricata est deum suum: posueruntq; eos in phanis excelsis quæ fecerant Samaritæ gens & gens in vrbibus suis in quibus habitabant. Viri enim Babylonij fecerunt Socothbenoth: viri autem Cuthæi fecerunt Nergel: & viri de
F Emath fecerunt Asima. Porrò Heuæi fecerunt Nebahaz & Tharthac. Hi autem qui erant de Sepharuáim, comburebant filios suos igni, Adramélech & Anamélech dijs Sepharuáim, & nihilominus colebant Dominũ. Fecerunt autẽ sibi de no-
Deo & dæmonibus seruiunt. uissimis sacerdotes excelsorum, & ponebant eos in phanis sublimibus. Et cum Dominũ colerent, dijs quoq; suis seruiebant iuxta consuetudinem gentiũ, de quibus translati fuerant Samariã, Vsq; in præsentẽ diem morẽ sequũtur antiquũ: non
Gene. 32 f timent Dominũ, neq; custodiunt ceremonias eius, atq; iudicia & legem & mandatũ quod præceperat Dominus filijs Iacob, quem cognominauit Israel: & percusserat cũ eis pactũ,
G & mandauerat eis, dicens, Nolite timere deos alienos, & non adoretis eos, neq; colatis eos, & non immoletis eis. Sed Dominum Deum vestrũ qui eduxit vos de terra Aegypti in fortitudine magna, & in brachio extento: ipsum timete, & illum adorate, & ipsi immolate. Ceremonias quoq;, & iudicia & legem & mandatũ quod scripsi vobis, custodite, vt faciatis cunctis diebus: & non timeatis deos alienos. Et pactũ quod percussit vobiscum, nolite obliuisci: nec colatis deos alienos, sed Dominũ Deum vestrum timete, & ipse eruet vos de manu omnium inimicorum vestrorũ. Illi verò non audierunt, sed iuxta consuetudinẽ suam pristinã perpetrabant. Fuerunt igitur gentes istæ timẽtes quidem Dominũ, sed nihilominus & idõlis suis seruientes: nam filij eorũ, & nepotes, sicut fecerunt patres sui, ita faciunt vsq; in præsentem diem.

S. EZECHIAS pietate sublimis ab Assyrijs pecunia mulctatus obsidetur, & multis blasphemijs ac minis terretur.

CAPVT XVIII.

A ANno tertio Osee filij Ela regis Israel, regnauit Ezechias filius Achaz regis Iuda. Vigintiquinq; annorũ erat, cũ regnare cœpisset: & vigintinouẽ annis regnauit in Ierusalẽ, nomẽ matris eius Abi filia Zachariæ. Fecitq; quod erat bonũ corã Domino, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. Ipse dissipauit excelsa, & cõtriuit statuas, & succidit lucos, cõfregitq; serpẽtẽ æneũ, quẽ fecerat Moyses: siquidẽ vsq; ad illud tẽpus filij Israel adolebãt ei incẽsum: vocauitq; nomẽ eius Nehustã. In Domino
B Deo Israel sperauit: itaq; post eũ non fuit similis ei de cũctis regibus Iuda, sed neq; in his qui ante eũ fuerũt: & adhæsit Domino, & nõ recessit à vestigijs eius, fecitq; mandata eius quæ præceperat Dominus Moysi. Vnde & erat Dominus cũ eo, & in cũctis ad quæ procedebat, sapiẽter se agebat. Rebellauit quoq; contra regẽ Assyriorũ, & nõ seruiuit ei. Ipse percussit Philisthæos vsq; ad Gazã, & omnes terminos eorum, à turre custodum vsq; ad ciuitatem munitã. Anno quarto regis Ezechiæ, qui erat annus septimus Osee filij Ela regis Israel, ascẽ-
C dit Salmanasar rex Assyriorũ in Samariã, & oppugnauit eã, & cepit. Nam post annos tres, anno sexto Ezechiæ, id est nono anno Osee regis Israel, capta est Samaria: & transtulit rex Assyriorũ Israel in Assyrios, collocauitq; eos in Hala, & in Habor fluuijs Gozan, in ciuitatibus Medorũ: quia nõ audierunt vocẽ Domini Dei sui, sed prætergressi sunt pactũ eius: omnia quæ præceperat Moyses seruus Domini, nõ audierũt, neq; fecerũt. Anno quartodecimo regis Ezechiæ, ascẽdit Sẽnacherib rex Assyriorũ, ad vniuersas ciuitates Iuda munitas: & cepit eas. Tunc misit Ezechias rex Iuda, nuntios ad regem
D Assyriorum in Lachis, dicens, Peccaui, recede à me, & omne quod imposueris mihi, ferã. Indixit itaq; rex Assyriorũ Ezechiæ regi Iudæ, trecẽta talenta argẽti, & triginta talenta auri. Deditq; Ezechias omne argentũ quod repertũ fuerat in domo Domini, & in thesauris regis. In tẽpore illo cõfregit Ezechias valuas templi Domini, & laminas auri quas ipse affixerat, & dedit eas regi Assyriorum. Misit autẽ rex Assyriorum Tharthã, & Rabsaris, & Rabsacẽ de Lachis ad regẽ Ezechiã cum manu valida, Ierusalẽ: qui cũ ascẽdissent, venerũt Ierusalẽ, & steterũt iuxta aquæductũ piscinæ superioris, quæ est in via Agri fullonis. Vocauerunt́que regẽ: egressus est autẽ ad eos Eliacim filius Helciæ præpositus domus, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à commẽtarijs. Dixitq; ad eos Rabsaces, Loquimini Ezechiæ, Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorũ,
E Quæ est ista fiducia qua niteris? Forsitan inisti cõsiliũ, vt præpares te ad præliũ: in quo cõfidis, vt audeas rebellare? An speras in baculo arũdineo atq; confracto, Aegypto, super quem si incubuerit homo, comminutus ingredietur manum eius, & perforabit eam? sic est Pharao rex Aegypti, omnibus qui confidunt in se. Quòd si dixeritis mihi, In Domino Deo nostro

2. Par. 29 a

Serpens Moysi æneus cõfringitur, quẽ adorabat populus. Nume. 21 c

Laus Ezechiæ.

Supra 14 a

2. Par. 32 a
Esaiæ 36 a
Eccle. 48 c

Sennacherib minatur Ezechiæ.

Blasphemia.

nostro habemus fiduciam: nónne iste est cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria? & præcepit Iudæ & Ierusalem, Ante altare hoc adorabitis in Ierusalẽ. Nunc igitur transite ad Dominum meum regem Assyriorum, & dabo vobis duo millia equorũ, & videte an habere valeatis ascensores eorũ. Et quomodo potestis resistere ante vnum satrapã de seruis domini mei minimis? An fiduciam habes in Aegypto propter currus & equites? Nunquid sine domini voluntate ascendi ad locum istum, vt demolirer eum? Dominus dixit mihi, Ascende ad
F terram hanc, & demolire eam. Dixerunt autem Eliacim filius Helciæ, & Sobna scriba, & Ioahe, Rabsaci, Precamur vt loquaris nobis seruis tuis Syriacè, siquidem intelligimus hanc linguã: & non loquaris nobis Iudaicè audiẽte populo qui est super murum. Respondit q; eis Rabsaces, dicens, Nunquid ad Dominũ tuum, & ad te misit me Dominus meus, vt loquerer sermones hos, & non potius ad viros qui sedent super murũ, vt comedant stercora sua, & bibant vrinã suam vobiscũ? Stetit itaq; Rabsaces, & exclamauit voce magna Iudaicè, & ait, Audite verba regis magni, regis Assyriorũ. Hæc dicit rex, Non
Sennacherib exprobrat Deum viuentem. vos seducat Ezechias: non enim poterit eruere vos de manu mea. Neq; fiduciã vobis tribuat super Dominũ, dicẽs, Eruens liberabit nos Dominus, & non tradetur ciuitas hæc in manu
G regis Assyriorũ. Nolite audire Ezechiã. Hæc enim dicit rex Assyriorum, Facite mecũ quod vobis est vtile, & egredimini ad me: & comedet vnusquisq; de vinea sua, & de ficu sua: & bibetis aquas de cisternis vestris, donec veniam, & transferam vos in terrã quæ similis est terræ vestræ, in terram fructiferã, & fertilem vini, terrã panis & vinearũ, terram oliuarũ, & olei ac mellis: & viuetis, & nõ moriemini. Nolite audire Ezechiã, qui vos decipit, dicens, Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dij gentiũ terram suam de manu regis Assyriorũ? Vbi est deus Emath, & Arphad? Vbi est deus Sepharuáim, Ana & Aua? nunquid liberauerunt Samariam de manu mea? Quinam illi sunt in vniuersis dijs terrarũ, qui eruerunt regionem suã de manu mea, vt possit eruere Dominus Ierusalem de manu mea? Tacuit itaq; populus, & nõ respondit ei quicquam: si quidem præceptũ regis acceperant vt nõ responderent ei. Venit q; Eliacim filius Helciæ, præpositus domus, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à commentarijs, ad Ezechiam scissis vestibus, & nuntiauerunt ei verba Rabsacis.

S. ANGELVS Domini centum octogintaquinq; millia Assyriorum percutit fugiẽte Sennacherib in templum idolorum suorum, ubi à filijs interficitur. CAPVT XIX.

A QVæ cum audisset Ezechias rex, scidit vestimenta sua, & opertus est sacco, ingressus q; est domum Domini. Et misit Eliacim præpositũ domus, & Sobnam scribam, & senes de sacerdotibus opertos saccis, ad Esaiam prophetam filium Amos. Qui dixerunt
Esaiæ 37 a ei. Hæc dicit Ezechias, Dies tribulationis, & increpationis, & blasphemiæ dies iste: venerunt filij vsq; ad partum, & vires non habet parturiẽs. Si fortè audiat Dominus Deus tuus vniuersa verba Rabsacis, quem misit rex Assyriorum dominus suus, vt exprobraret Deum viuẽtem, & argueret verbis quæ audiuit Dominus Deus tuus: & fac orationem pro reliquijs quæ repertæ sunt. Venerunt ergo serui regis Ezechiæ ad Esaiam. Dixit q; eis Esaias, Hæc dicetis domino vestro, Hæc
B dicit Dominus, Noli timere à facie sermonum quos audisti, quibus blasphemauerũt pueri regis Assyriorũ me. Ecce ego immittam ei spiritũ, & audiet nuntiũ, & reuertetur in terram suam, & deijciam eum gladio in terra sua. Reuersus est ergo Rabsaces, & inuenit regem Assyriorum expugnãtem Lobnam: audierat enim quòd recessisset de Lachis. Cum q; audisset de Tharaca rege Aethiopiæ, dicentes, Ecce, egressus est
Blasphemia Sennacherib. vt pugnet aduersum te: & iret contra eum, misit nuntios ad Ezechiam, dicens, Hæc dicite Ezechiæ regi Iuda, Non te seducat Deus tuus, in quo habes fiduciam: neq; dicas, Non tradetur Ierusalem in manus regis Assyriorũ. Tu enim ipse audisti quæ fecerunt reges Assyriorum vniuersis terris, quomodo vastauerunt eas: tu ergo solus poteris liberari? Nunquid
C liberauerunt dij gentium singulos, quos vastauerunt patres mei, Gozan videlicet, & Harã, & Reseph, & filios Eden, qui erant in Thelassãr? Vbi est rex Emath, & rex Arphad, & rex ciuitatis, Sepharuáim, Ana, & Aua? Itaq; cum accepisset Ezechias literas de manu nuntiorum, & legisset eas, ascendit in domum Domini, & expandit eas coram Domino, & orauit in conspectu eius, dicens, Domine Deus Israel, qui sedes super Cherubim, tu es Deus solus regum omnium terræ: tu fecisti cœlum & terram. Inclina aurem tuam & audi: aperi Domine oculos tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, qui misit vt exprobraret Deum viuentẽ. Verè Domine dis-
D sipauerunt reges Assyriorum gentes, & terras earum. Et miserunt deos eorũ in ignem: non enim erant dij, sed opera manuum hominũ ex ligno & lapide, & perdiderunt eos. Nunc igitur Domine Deus noster, saluos nos fac de manu eius, vt sciant omnia regna terræ quia tu es Dominus Deus solus. Misit autem Esaias filius Amos ad Ezechiam, dicens, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Quæ deprecatus es me super Sennacherib rege Assyriorũ, audiui. Iste est sermo quem locutus est Dominus de eo, Spreuit te, & subsannauit te virgo filia Sion, post tergum tuũ caput mouit filia Ierusalem. Cui exprobrasti, & quem blasphemasti? cõtra quem exaltasti vocem tuam, & eleuasti in excelsum oculos tuos? cõtra sanctum
E Israel. Per manum seruorum tuorum exprobrasti Domino, & dixisti, In multitudine curruum meorum ascendi excelsa montium in summitate Libani, & succidi sublimes cedros eius, & electas abietes illius. Et ingressus sum vsq; ad terminos eius, & saltũ Carmeli eius ego succidi. Et bibi aquas alienas, & siccaui vestigijs pedum meorum omnes aquas clausas. Nunquid audisti quid ab initio fecerim? Ex diebus antiquis plasmaui illud, & nũc adduxi: eruntq; in ruinam colliũ compugnantium ciuitates munitæ. Et qui sedent in eis, humiles manu: contremuerunt & confusi sunt, facti sunt velut fœnum
F agri, & virens herba tectorum, quæ arefacta est antequam veniret ad maturitatem. Habitaculũ tuum, & egressum tuum, & introitũ tuum, & viam tuam ego præsciui, & furorem tuum contra me. Insaniisti in me: & superbia tua ascendit in aures meas: ponam itaq; circulũ in naribus tuis, & camum in labijs tuis, & reducam te in viam per quã venisti. Tibi autem Ezechia hoc erit signum, Comede hoc anno quæ repereris, in secundo autem anno quæ sponte nascuntur: porrò in tertio anno seminate & metite: plantate vineas, & comedite fructum earum. Et quodcunq; reliquũ fuerit de domo Iuda, mittet radicem deorsum, & faciet fructũ sursum. De Ierusalẽ quippe egredientur reliquiæ, & quod saluetur de monte Sion: zelus
G Domini exercituũ faciet hoc. Quam ob rem hæc dicit Dominus de rege Assyriorum, Non ingredietur vrbem hanc, nec mittet in eam sagittam, nec occupabit eam clypeus, nec circundabit eam munitio. Per viam qua vênit, reuertetur: & ciuitatem hanc non ingredietur, dicit Dominus. Protegam q; vrbem hanc, & saluabo eã propter me & propter Dauid seruum meũ. Factum est igitur in nocte illa, venit angelus Domini, & percussit in castris Assyriorum centum octogintaquinq; millia. Cum q; diluculo surrexisset, vidit omnia corpora mortuorum: & recedens abijt, & reuersus est Sennacherib rex Assyriorũ, & mansit in Niniue. Cum q; adoraret in templo Nesroch deum suũ, Adramélech & Sarasar filij eius percusserunt eum gladio, fugeruntq; in terram Armeniorum, & regnauit Asarhaddon filius eius pro eo.

Oratio Ezechiæ.

Esaias cõsolatur Ezechiam, victoriam nuntians.

Signum victoriæ futuræ.

Thob. 1 d
Eccle. 48 d
Esaiæ 37 g
1. Mac. 7 f
2. Mac. 8 e

S. SOL in cœlo pœnitente Ezechia in infirmitate retrocedit. Ab Assyrijs autem muneribus donatus thesauros ostendit ab Esaia taxatus: cui Manasses filius succesit.
CAPVT XX.

A IN diebus illis ægrotauit Ezechias vsq; ad mortẽ: & venit ad eum Esaias filius Amos, propheta, dixitq́e ei, Hæc dicit Dominus, Præcipe domui tuæ: morieris enim tu, & non viues. Qui conuertit faciem suã ad parietem, & orauit Dominũ, dicens, Obsecro Domine, memento quæso quomodo ambulauerim corã te in veritate, & in corde perfecto, & quod placitũ est coram te fecerim. Fleuit itaq; Ezechias fletu magno. Et antequam egrederetur Esaias mediã partem atrij, factus est sermo Domini ad eum, dicens, Reuertere, & dic Ezechiæ duci populi mei, Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, Audiui orationem tuam, vidi lachrymam tuam: ecce, sanaui te, die tertio B ascendes templũ Domini. Et addam diebus tuis quindecim annos, sed & de manu regis Assyriorum liberabo te, & ciuitatem hanc, & protegam vrbem istam propter me, & propter Dauid seruum meum. Dixitq́; Esaias, Afferte massam ficorum. Quam cũ attulissent, & posuissent super vlcus eus, curatus est. Dixerat autem Ezechias ad Esaiam, Quod erit signum quia Dominus me sanabit, & quia ascensurus sum die tertia templũ Domini? Cui ait Esaias, Hoc erit signum à Domino, quòd facturus sit Dominus sermonem quem locutus est: vis vt ascendat vmbra decem lineis, an vt reuertatur totidem gradibus? Et ait Ezechias, Facile est vmbram crescere C decem lineis: nec hoc volo vt fiat, sed vt reuertatur retrorsum decem gradibus. Inuocauit itaq; Esaias propheta Dominum, & reduxit vmbram per lineas, quibus iam descenderat in horologio Achaz, retrorsum decem gradibus. In tempore illo misit Berodach Baladan filius Baladan rex Babyloniorũ, literas, & munera ad Ezechiam, audierat enim quòd ægrotasset Ezechias. Lætatus est autem in aduentu eorum Ezechias, & ostendit eis domum aromatum, & aurum, & argẽtum, & pigmenta varia, vnguenta quoq;, & domum vasorũ suorum, & omnia quæ habere poterat in thesauris suis. Nõ fuit verbum quod non monstraret eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua. Venit autem Esaias propheta ad regem Ezechiam, dixitq́; ei, Quid dixerunt viri isti? aut vnde venerunt ad te? Cui ait Ezechias, De terra longinqua venerunt ad me, de Babylone. At ille respondit, Quid viderunt in domo tua? D Ait Ezechias. Omnia quæcunq; sunt in domo mea, viderũt: nihil est quod non monstrauerim eis in thesauris meis. Dixit itaq; Esaias Ezechiæ, Audi sermonem Domini, Ecce dies venient, & auferẽtur omnia quæ sunt in domo tua, & quæ condiderunt patres tui vsq; in diem hanc, in Babylonem, non remanebit quicquam, ait Dominus. Sed & de filijs tuis qui egredientur ex te, quos generabis, tollent, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. Dixitq́; Ezechias ad Esaiã, Bonus sermo Domini, quẽ locutus es: sit pax & veritas in diebus meis. Reliqua autem sermonum Ezechiæ, & omnis fortitudo eius, & quomodo fecerit piscinam, & aquæductum, & introduxerit aquas in ciuitatem, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regum Iuda? Dormiuitq́; Ezechias cum patribus suis, & regnauit Manasses filius eius pro eo.

Aegrotat Ezechias. 2. Par. 32 f Esaiæ 38 a Eccle. 48 d

Accipit signum sanitatis in horoscopo.

Esaiæ 39 a

S. MANASSES quàm impiè uixerit, cui mortuo successit Amon patrem imitatus, cui per seruos occiso succedit Iosias filius in nullo patrem imitatus. CAPVT XXI.

A DVodecim annorum erat Manasses cum regnare cœpisset, & quinquaginta quinq; annis regnauit in Ierusalẽ: nomen matris eius Haphsiba. Fecitq́; malũ in cõspectu Domini, iuxta idôla gentium, quas deleuit Dominus à facie filiorũ Israel. Conuersusq́; est, & ædificauit excelsa quæ dissipauerat Ezechias pater eius: & erexit aras Baal, & fecit lucos sicut fecerat Achab rex Israel: & adorauit omnem militiam cœli, & coluit eam. Extruxitq́; aras in domo Domini, de qua dixit Dominus, In Ierusalem ponam nomen meũ. Et extruxit altaria vniuersæ militiæ cœli in duobus atrijs tẽpli Domini. Et traduxit filium suum per ignem: & ariolatus est, & obseruauit auguria, & fecit pythones, & aruspices multiplicauit, vt faceret malũ coram Domino, & irritaret eũ. Posuit quoq; idôlum luci, quem fecerat in B tẽplo Domini, super quo locutus est Dominus ad Dauid, & ad Salomonẽ filium eius, In tẽplo hoc & in Ierusalem quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponã nomen meum in sempiternũ. Et vltrà non faciam cõmoueri pedem Israel de terra quam dedi patribus eorum: si tamẽ custodierint opere omnia quæ præcepi eis, & vniuersam legẽ quam mãdauit eis seruus meus Moyses. Illi verò non audierunt: sed seducti sunt à Manasse, vt facerent malũ super gentes quas contriuit Dominus à facie filiorũ Israel. Locutusq́; est Dominus in manu seruorum suorũ prophetarum, dicens, Quia fecit Manasses rex Iu- Hiere. 15 a da abominationes istas pessimas, super omnia quæ fecerunt Amorrhæi ante eum, & peccare fecit etiam Iudã in immun- C ditijs suis: propterea hæc dicit Dominus Deus Israel, Ecce ego inducã mala super Ierusalẽ, & Iudam, vt quicunq; audierit, tinniant ambæ aures eius. Et extendã super Ierusalem funiculum Samariæ, & pondus domus Achab: & delebo Ierusalem, sicut deleri solent tabulæ: delens vertam, & ducam crebrius stylum super faciẽ eius. Dimittã verò reliquias hæreditatis meæ, & tradã eas in manus inimicorũ eius: eruntq́; in vastitatem, & in rapinam cunctis aduersarijs suis: eò quòd fecerint malum corã me, & perseuerauerint irritantes me ex die qua egressi sunt patres eorũ ex Aegypto, vsq; ad hanc diem. Insuper & sanguinẽ innoxium fudit Manasses multũ nimis, donec impleret Ierusalem vsq; ad os: absq; peccatis suis quibus peccare fecit Iudam, vt faceret malum coram Domino. Reliqua autẽ sermonũ Manasse, & vniuersa quæ fecit, & peccatum eius quod peccauit: nónne hæc scripta sunt in libro ser- D monum dierũ regũ Iuda? Dormiuitq́; Manasses cũ patribus suis, & sepultus est in horto domus suæ, in horto Oza: & regnauit Amon filius eius pro eo. Vigintiduorũ annorum erat Amon cũ regnare cœpisset: duobus quoq; annis regnauit in Ierusalẽ. nomen matris eius Messalémeth filia Harus de Iateba. Fecitq́; malũ in cõspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater eius. Et ambulauit in omni via per quam ambulauerat pater eius: seruiuitq́; immunditijs quibus seruierat pater eius, & adorauit eas, & dereliquit Dominũ Deum patrũ suorũ, & nõ ambulauit in via Domini. Tetenderuntq́; ei insidias serui sui, & interfecerunt regẽ in domo sua. Percussit autẽ populus terræ omnes qui coniurauerũt contra regẽ Amon: & constituerunt sibi regem Iosiam filiũ eius pro eo. Reliqua autẽ sermonũ Amon quæ fecit, nónne hæc scripta sunt in libro sermonum dierum regũ Iuda? Sepelieruntq́; eum in sepulchro suo, in horto Oza: & regnauit Iosias filius eius pro eo.

Impius Manasses instaurat idôla. 2. Par. 33 a

2. Reg. 7 b

2. Reg. 7 b 3. Reg. 8 b

S. IOSIAE pietas in templi instauratione, in Deuteronomij lectione, idololatriæ purgatione, Domini consultatione, & eius responsione. CAPVT XXII.

A OCto annorũ erat Iosias cum regnare cœpisset, & triginta vno anno regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Idida, filia Adaia de Besecath. Fecitq́; quod placitũ erat coram Domino, & ambulauit per omnes vias Dauid patris sui: nõ declinauit ad dexteram, siue ad sinistram. Anno autẽ octauodecimo regis Iosiæ, misit rex, Saphan filiũ Asalia, filij Messulam scribã templi Domini, dicens, Vade ad Helciam sacerdotem magnũ, vt confletur pecunia quæ illata est in templũ Domini, quam collegerunt ianitores à populo, deturq́ue fabris per præpositos in domo Domini: qui & distribuant eam his qui operantur in templo Domini, ad instauranda sartatecta templi: tignarijs videlicet B & cæmentarijs, & ijs qui interrupta cõponunt: & vt emantur ligna, & lapides de lapidicinis ad instaurãdum templũ Domini. Veruntamen non supputetur eis argentum quod accipiũt, sed in potestate habeant, & in fide. Dixit autem Helcias pontifex ad Saphan scribam, Librum legis reperi in domo Domini,

2. Par. 34 a

Deuteronomium repe-ritur.

Domini. Deditq; Helcias volumẽ Saphan, qui & legit illud.
Venit quoq; Saphan scriba ad regem, & renuntiauit ei quod
præceperat, & ait, Conflauerunt serui tui pecuniã, quæ reper
ta est in domo Domini: & dederunt vt distribueretur fabris
ac præfectis operũ templi Domini. Narrauit quoq; Saphan
C scriba regi, dicens, Librũ dedit mihi Helcias, sacerdos. Quem
cum legisset Saphan coram rege, & audisset rex verba libri
legis Domini, scidit vestimẽta sua. Et præcepit Helciæ sacer-
doti, & Ahicam filio Saphan, & Achobor filio Michaia, &
Saphan scribæ, & Asaiæ seruo regis, dicens, Ite, & consulite
Dominũ super me, & super populo, & super omni Iuda, de
verbis voluminis istius quod inuentum est: magna enim ira
Domini succensa est contra nos: quia nõ audierunt patres no
stri verba libri huius, vt facerẽt omne quod scriptũ est nobis
Ierunt iaaq; Helcias sacerdos, & Ahicam, & Achobor, & Sa-
phan, & Asaia ad Holdam prophetidem vxorẽ Sellum filij
Iosias cõsu lit Domi nũ per Hol dam pro phetissam. Thecuæ, filij Araas custodis vestiũ, quæ habitabat in Ieruſa-
lem, in Secunda: locutiq; sunt ad eã. Et illa respondit eis, Hæc
D dicit Dominus Deus Israel, Dicite viro qui misit vos ad me,
Hæc dicit Dominus, Ecce, ego adducam mala super locum
istum, & super habitatores eius, omnia verba legis quæ legit
rex Iuda: quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt dijs alie-
nis, irritantes me in cunctis operibus manuũ suarũ: & succen-
detur indignatio mea in loco hoc, & non extinguetur. Regi
autem Iuda qui misit vos vt consuleretis Dominũ, sic dicetis,
Hæc dicit Dominus Deus Israel, Pro eo quòd audisti verba
voluminis, & perterritum est cor tuum, & humiliatus es co-
ram Domino, auditis sermonibus contra locũ istum, & habi-
tatores eius, quòd videlicet fierent in stuporem & in maledi-
ctum, & scidisti vestimenta tua, & fleuisti coram me, & ego
audiui, ait Dominus: idcirco colligã te ad patres tuos, & colli-
gêris ad sepulchrũ tuũ in pace, vt non videant oculi tui omnia
mala quæ inducturus sum super locum istum.



S. IOSIAS *renouato Dei cultu, abiectis prophanis, celebrato pa-*
scha solenni, occiditur in Mageddo, *cui successit Ioachaz, quem*
Aegyptus captiuat, & imposita mulcta in Iuda Ioachim regem
constituit. CAPVT XXIII.

A
Iosias legit Deutero nomiũ cor rã populo. 2.Para.34 f
IT renuntiauerunt regi quod dixerat. Qui misit:
& congregati sunt ad eũ omnes senes Iuda & Ie-
rusalẽ. Ascẽditq; rex templũ Domini, & omnes
viri Iuda, vniuersiq; qui habitabant in Ieruſalem
cum eo sacerdotes & prophetæ, & omnis populus à paruo
vsq; ad magnum: legitq; cunctis audiẽtibus omnia verba libri
fœderis, qui inuẽtus est in domo Domini. Stetitq; rex super
gradũ: & fœdus percusit corã Domino, vt ambularent post
Dominũ, & custodirent præcepta eius, & testimonia, & ce-
remonias in omni corde, & in tota anima, & suscitarent ver-
ba fœderis huius, quæ scripta erant in libro illo: acquieuitq;
Demoli- tur idõla. populus pacto. Et præcepit rex Helciæ pontifici, & sacerdo
tibus secundi ordinis, & ianitoribus, vt proijcerent de tem-
plo Domini omnia vasa quæ facta fuerant Baal, & luco, &
vniuersæ militiæ cœli: & cõbussit ea foris Ieruſalẽ in conual-
B le Cedron, & tulit puluerẽ eorum in Bethel. Et deleuit aru-
spices quos posuerãt reges Iuda ad sacrificandum in excelsis Eccle. 49 d
per ciuitates Iuda, & in circuitu Ieruſalẽ: & eos qui adolebant
incensum Baal, & Soli & Lunæ, & duodecim signis, & omni
militiæ cœli. Et efferri fecit lucũ de domo Domini foras Ie-
ruſalem in cõualle Cedron: & combussit eum ibi, & redegit
in puluerẽ, & proiecit super sepulchra vulgi. Destruxit quo-
que ædiculas effœminatorum, quæ erant in domo Domini,
pro quibus mulieres texebãt quasi domunculas luci. Cõgre-
gauitq; omnes sacerdotes de ciuitatibus Iuda: & contamina-
uit excelsa, vbi sacrificabant sacerdotes, de Gabaa vsq; Bersa-
bee: & destruxit aras portarum in introitu ostij Iosuẽ princi-
pis ciuitatis, quod erat ad sinistram portæ ciuitatis. Veruntamen non ascendebant sacerdotes excelsorũ ad altare Domi-
ni in Ieruſalẽ: sed tantũ comedebant azyma in medio fratrum
C suorum. Contaminauit quoq; Thopheth, quod est in cõual-
le filij Ennom: vt nemo consecraret filium suũ aut filiam per
ignem, Móloch. Abstulit quoq; equos quos dederant reges
Iudæ, Soli, in introitu tẽpli Domini, iuxta exedram Nathan
mélech eunuchi, qui erat in Pharurim: currus autẽ Solis com-
busſit igni. Altaria quoque quæ erant super tecta cœnaculi
Achaz, quæ fecerant reges Iuda, & altaria quæ fecerat Ma-
nasses in duobus atrijs tẽpli Domini destruxit rex: & cucur-
rit inde, & dispersit cinerem eorũ in torrentem Cedron. Ex-
celsa quoq; quæ erant in Ieruſalem ad dexterã partem Mon- 3.Reg.11 b
tis offensionis, quæ ædificauerat Salomon rex Israel Asta-
roth idôlo Sidoniorũ, & Chamos offensioni Moab, & Mel-
chom abominationi filiorũ Ammon, polluit rex. Et contri-
uit statuas, & succîdit lucos: repleuitque loca eorum ossibus
mortuorũ. Insuper & altare quod erat in Bethel, & excelsum 3.Reg.12 g
D quod fecerat Ieroboam filius Nabat, qui peccare fecit Israel:
& altare illud excelsum destruxit atq; combussit, & commi-
nuit in puluerem, succenditq; etiam lucum. Et conuersus Io-
sias, vidit ibi sepulchra quæ erant in monte: misitq;, & tulit
ossa de sepulchris, & combussit ea super altare, & polluit il-
lud iuxta verbũ Domini, quod locutus est vir Dei, qui præ-
dixerat verba hæc. Et ait, Quis est titulus ille quẽ video? Re- 3.Reg.13 d
sponderuntq; ei ciues vrbis illius, Sepulchrum est hominis
Dei, qui venit de Iuda, & prædixit verba hæc quæ fecisti su-
per altare Bethel. Et ait, Dimitte eum, nemo cõmoueat ossa
eius. Et intacta manserunt ossa illius cum ossibus prophetæ
qui venerat de Samaria. Insuper & omnia phana excelsorũ,
quæ erant in ciuitatibus Samariæ, quæ fecerãt reges Israel ad
irritandum Dominum, abstulit Iosias: & fecit eis secundum Occidit o-
omnia opera quæ fecerat in Bethel. Et occidit vniuersos sa- mnes sacer
cerdotes excelsorũ, qui erant ibi, super altaria: & combussit dotes Baal.
E ossa humana super ea: reuersusq; est Ieruſalem. Et præcepit 2.Par.35 a
omni populo, dicẽs, Facite phase Domino Deo vestro, secun 3.Esdr.1 a
dum quod scriptũ est in libro fœderis huius. Nec enim factũ
est phase tale à diebus Iudicum, qui iudicauerunt Israel, &
omniũ dierum regũ Israel, & regũ Iuda, sicut in octauodeci-
mo anno regis Iosiæ factum est phase istud Domino in Ieru
salem. Sed & pythones & ariolos, & figuras idolorum, & im-
munditias, & abominationes quæ fuerant in terra Iuda, & Ie-
ruſalem, abstulit Iosias: vt statueret verba legis, quæ scripta Laus Iosiæ.
sunt in libro quem inuenit Helcias sacerdos in tẽplo Domi-
ni. Similis illi non fuit ante eum rex, qui reuerteretur ad Do-
minum in omni corde suo, & in tota anima sua, & in vniuersa
virtute sua iuxta omnem legem Moysi: neq; post eum surre-
xit similis illi. Veruntamen non est auersus Dominus ab ira
F furoris sui magni, quo iratus est furor eius cõtra Iudam: pro-
pter irritationes quibus prouocauerat eum Manasses. Di- Sententia
xit itaq; Dominus, Etiam Iudam auferam à facie mea, sicut Dei contra
abstuli Israel: & proijciam ciuitatem hanc quam elegi Ieru- Iudam de
ſalem, & domum de qua dixi, Erit nomen meum ibi. Reli- auferendo
qua verò sermonum Iosiæ, & vniuersa quæ fecit, nónne hæc regno.
scripta

2. Par. 35 d scripta ſunt in libro verborũ dierum regum Iuda? In diebus eius aſcendit Pharao Nechao rex Aegypti contra regẽ Aſſyriorum ad flumen Euphráten: & abijt Ioſias rex in occurſum
Occiditur Ioſias. eius: & occiſus eſt in Mageddo cum vidiſſet eum. Et portauerunt eum ſerui ſui mortuũ de Mageddo: & pertulerunt in
2. Par. 36 c Ieruſalem, & ſepelierũt eum in ſepulchro ſuo. Tulitq; populus terræ Ioachaz filiũ Ioſiæ: & vnxerunt eum, & conſtituerunt eum regem pro patre ſuo. Vigintitriũ annorũ erat Ioachaz cũ regnare cœpiſſet, & tribus menſibus regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Amital, filia Ieremiæ de Lobna.
Finis regni Iuda. Et fecit malum corã Domino, iuxta omnia quæ fecerant patres eius. Vinxitq; eũ Pharao Nechao in Reblátha, quæ eſt
G in terra Emath, ne regnaret in Ieruſalẽ: & impoſuit mulctam terræ centum talentis argenti, & talento auri. Regemq; conſtituit Pharao Nechao Eliacim filium Ioſiæ, pro Ioſia patre eius, vertitq; nomen eius Ioacim: porrò Ioachaz tulit, & duxit in Aegyptum. Argentum autem, & aurum dedit Ioacim Pharaoni, cum indixiſſet terræ per ſingulos, vt conferretur iuxta præceptũ Pharaonis: & vnumquenq; iuxta vires ſuas exegit, tam argentum quàm aurum de populo terræ, vt daret Pharaoni Nechao. Vigintiquinq; annorum erat Ioacim cum regnare cœpiſſet: & vndecim annis regnauit in Ieruſalẽ: nomen matris eius Zebda filia Phadaia de Ruma. Et fecit malũ coram Domino iuxta omnia quæ fecerant patres eius.

S. MORTVO Ioacim ſucceßit Ioacim filius, quem cum theſauris Ieruſalem Nabuchodonoſor ducit in Babylonem ſuffecto illi Sedechia. CAPVT XXIIII.

A IN diebus eius aſcẽdit Nabuchodonoſor rex Babylonis, & factus eſt ei Ioacim ſeruus tribus annis: & rurſum rebellauit cõtra eum. Immiſitq; ei Dominus latrunculos Chaldæorum & latrunculos Syriæ, & latrunculos Moab, & latrunculos filiorũ Ammon: & immiſit eos in Iudã, vt diſperderent eũ iuxta verbum Domini quod locutus fuerat per ſeruos ſuos prophetas. Factum eſt autẽ hoc per verbũ Domini contra Iudã, vt auferret eum coram ſe propter peccata Manaſſe vniuerſa quæ fecit: &
B propter ſanguinẽ innoxiũ quem effudit, & impleuit Ieruſalem cruore innocentiũ: & ob hanc rem noluit Dominus propitiari. Reliqua autẽ ſermonũ Ioacim, & vniuerſa quæ fecit, nónne hæc ſcripta ſunt in libro ſermonũ dierum regũ Iuda? Et dormiuit Ioacim cum patribus ſuis: & regnauit Ioacim filius eius pro eo. Et vltrà non addidit rex Aegypti vt egrederetur de terra ſua: tulerat enim rex Babylonis à riuo Aegypti, vſq; ad fluuium Euphráten omnia quæ fuerant regis Aegypti. Decem & octo annorũ erat Ioacim cum regnare cœpiſſet: & tribus mẽſibus regnauit in Ieruſalẽ: nomen matris eius Nohestha filia Elnathã de Ieruſalem. Et fecit malũ corã Do-
C mino, iuxta omnia quæ fecerat pater eius. In tẽpore illo aſcẽ-
Daniel 1 a derunt ſerui Nabuchodonoſor regis Babylonis in Ieruſalẽ, & circúndata eſt vrbs munitionibus. Venitq; Nabuchodonoſor rex Babylonis ad ciuitatẽ, cum ſerui eius oppugnarent eam. Egreſsusq; eſt Ioachin rex Iuda ad regẽ Babylonis, ipſe & mater eius, & ſerui eius, & principes eius, & eunuchi eius: & ſuſcepit eũ rex Babylonis anno octauo regni ſui. Et protulit inde omnes theſauros domus Domini, & theſauros domus regiæ: & concidit vniuerſa vaſa aurea quæ fecerat Salomon rex Iſrael in templo Domini iuxta verbũ Domini. Et tranſtulit omnem Ieruſalẽ, & vniuerſos principes, & omnes fortes exercitus, decem millia in captiuitatem: & omnẽ artificem & incluſorẽ: nihilq; relictũ eſt, exceptis pauperibus populi terræ. Tranſtulit quoq; Ioachin in Babylonẽ, & matrem
D regis, & vxores regis, & eunuchos regis: & iudices terræ du-
Eſth. 2 a xit in captiuitatẽ de Ieruſalẽ in Babylonem. Et omnes viros robuſtos, ſeptẽ millia, & artifices & incluſores mille, omnes
Hiere. 37 a & 52 a viros fortes & bellatores: duxitq; eos rex Babylonis captiuos in Babylonem. Et conſtituit Matthaniam patruum eius pro eo: impoſuitq; nomen ei Sedechiam. Viceſimum & primum annũ ætatis habebat Sedechias cũ regnare cœpiſſet, & vndecim annis regnauit in Ieruſalẽ: nomen matris eius erat Amital, filia Ieremiæ de Lobna. Et fecit malum coram Domino, iuxta omnia quæ fecerat Ioacim. Iraſcebatur enim Dominus contra Ieruſalem & contra Iudam, donec proijceret eos à facie ſua: receſsitq; Sedechias à rege Babylonis.

S. IERVSALEM ſolo æquata, rex filijs coram ſe occiſis cæcatur, & captiuus cum reſiduo populo ducitur.

CAPVT XXV.

A FActum eſt autem anno nono regni eius, menſe Hiere. 39 a decimo, decima die mẽſis, venit Nabuchodono- & 52 a ſor rex Babylonis, ipſe & omnis exercitus eius in Ieruſalem, & circundederunt eam: & extruxerunt in circuitu eius munitiones. Et clauſa eſt ciuitas atq; vallata, vſq; ad vndecimum annũ regis Sedechiæ, nona die menſis, prævaluitq; fames in ciuitate, nec erat panis populo terræ. Et interrupta eſt ciuitas: & omnes viri bellatores nocte fugerunt per viam portæ quæ eſt inter duplicem murum ad
B hortũ regis: porro Chaldæi obſidebãt in circuitu ciuitatem: fugit itaq; Sedechias per viam quæ ducit ad campeſtria ſolitudinis. Et perſecutus eſt exercitus Chaldæorũ regem: comprehenditq; eum in planitie Iericho, & omnes bellatores qui erant cum eo, diſperſi ſunt, & reliquerunt eũ. Apprehenſum ergo regẽ duxerunt ad regem Babylonis in Reblátha: qui locutus eſt cum eo iudiciũ. Filios autem Sedechiæ occîdit corã eo, & oculos eius effodit: vinxitq; eum catenis, & adduxit in Babylonẽ. Menſe quinto, ſeptima die menſis, ipſe eſt annus nonuſdecimus regis Babylonis: venit Nabuzardan princeps exercitus, ſeruus regis Babylonis in Ieruſalẽ. Et ſuccẽdit domum Domini, & domum regis: & omnes domos Ieruſalem,
C omnemq; domũ magnam cõbuſsit igni. Et muros Ieruſalem Succẽditur Ieruſalẽ & templum. in circuitu deſtruxit omnis exercitus Chaldæorum, qui erat cum principe militũ. Reliquam autẽ populi partem, quæ remanſerat in ciuitate, & perfugas qui tranſfugerant ad regem Babylonis, & reliquũ vulgus trãſtulit Naburzadan princeps militiæ. Et de pauperibus terræ reliquit vinitores & agricolas. Columnas autem æreas, quæ erant in templo Domini, & Hiere. 27 d baſes, & mare æreũ quod erat in domo Domini, cõfregerunt Chaldæi, & tranſtulerunt æs omnium in Babylonem. Ollas quoq; æreas, & trullas, & tridẽtes, & ſcyphos, & mortariola,
D & omnia vaſa ærea, in quibus miniſtrabãt, tulerunt. Necnon & thuribula, & phialas: quæ aurea, aurea: & quæ argentea, argentea, tulit princeps militiæ: id eſt, colũnas duas, mare vnũ, & baſes quas fecerat Salomon in templo Domini. non erat pondus æris omniũ vaſorum. Decem & octo cubitos altitudinis habebat columna vna: & capitellũ æreum ſuper ſe altitudinis trium cubitorũ: & retiaculum, & malogranata ſuper capitellum columnæ, omnia ærea: ſimilẽ & columna ſecunda habebat ornatũ. Tulit quoq; princeps militiæ Saraiam ſacerdotem primum: & Sophoniam ſacerdotem ſecũdum, & tres
E ianitores. Et de ciuitate eunuchum vnum qui erat præfectus ſuper bellatores viros: & quinq; viros de his qui ſteterant coram rege, quos reperit in ciuitate: & Sopher principem exercitus, qui probabat tyrones de populo terræ: & ſexaginta viros è vulgo, qui inuenti fuerant in ciuitate. Quos tollens Nabuzardan princeps militum, duxit ad regẽ Babylonis in Reblátha. Percuſsitq; eos rex Babylonis, & interfecit eos in Iuda tranſfertur in Babylonem. Reblátha in terra Emath: & translatus eſt Iuda de terra ſua. Populo autem qui relictus eſt in terra Iuda, quem dimiſerat Na- Hiere. 40 c
F buchodonoſor rex Babylonis, præfecit Godoliam filium Ahicam filij Saphan. Quod cum audiſſent omnes duces militum, ipſi & viri qui erant cum eis, videlicet quòd conſtituiſſet rex Babylonis Godoliam; venerũt ad Godoliam in Maſpha, Iſmahel filius Nathaniæ, & Iohanan filius Carée, & Saraia

raia filius Thanehúmeth Netophathites, & Iezonias filius Maachathi, ipsi & socij eorum. Iurauitq; Godolias ipsis & socijs eorũ, dicẽs, Nolite timere seruire Chaldæis: manete in terra, & seruite regi Babylonis, & bene erit vobis. Factum est autem in mense septimo, venit Ismahel filius Nathaniæ filij Elisama de semine regio, & decem viri cũ eo: percusseruntq; Godoliã, qui & mortuus est: sed & Iudæos & Chaldæos qui
G erant cũ eo in Maspha. Cõsurgensq; omnis populus à paruo vsq; ad magnũ, & principes militũ venerunt in Aegyptũ timentes Chaldæos. Factũ est verò in anno tricesimoseptimo
Exaltatur Ioachin. transmigrationis Ioachin regis Iudæ, mẽse duodecimo, vicesimaseptima die mensis: subleuauit Euilmerodach rex Babylonis anno quo regnare cœperat, caput Ioachin regis Iuda de carcere. Et locutus est ei benignè: & posuit thronũ eius super thronum regũ qui erant cũ eo in Babylone. Et mutauit vestes eius quas habuerat in carcere, & comedebat panem semper in conspectu eius cunctis diebus vitæ suæ. Annonam quoque constituit ei sine intermissione, quæ & dabatur ei à rege per singulos dies omnibus diebus vitæ suæ.

FINIS.

Beati Hieronymi in librum PARALIPOMEnon Præfatio.

SI SEPTVAGINTA *interpretũ, pura, & ut ab eis in Græcum uersa est, editio permaneret, superfluè me, Chromati episcoporũ sanctißime, atq; doctißime impelleres, ut Hebræa tibi uolumina Latino sermone transferrem. Quod enim semel aures hominum occupauerat, & nascentis ecclesiæ roborauerat fidem: iustum erat etiam nostro silentio comprobari. Nunc uerò cum pro uarietate regionum diuersa ferantur exemplaria, & germana illa antiquaq; translatio corrupta sit, atq; uiolata: nostri arbitrij putas, aut è pluribus iudicare quid uerum sit, aut nouum opus in ueteri opere cõdere, illudentibus q; Iudæis, cornicum (ut dicitur) oculos configere. Alexandria & Aegyptus in septuaginta suis Hesychium laudat authorem. Constantinopolis usq; Antiochiam, Luciani martyris exemplaria probat. Mediæ inter has prouinciæ Palæsthinos codices legunt: quos ab Origene elaboratos Eusebius & Pamphilus uulgauerunt. totusq; orbis hac inter se trifaria uarietate compugnat. Et certe Origenes non solum exemplaria composuit quatuor editionum, eregione singula uerba describens, ut unus dissentiens, statim cæteris inter se consentientibus arguatur: sed, quod maioris audaciæ est, in editione septuaginta, Theodotionis editionem miscuit, asteriscis designans quæ minus fuerant, & uirgulis quæ ex superfluo uidebantur apposita. Si igitur alijs licuit non tenere quod semel susceperant: & post septuaginta cellulas, quæ uulgo sine authore iactantur, singulas cellulas aperuere, hocq; in ecclesijs legitur quod septuaginta nescierunt: cur me non suscipiant Latini mei, qui inuiolata editione ueteri ita nouam condidi, ut laborem meum Hebræis, & (quod his maius est) apostolis authoribus comprobem? Scripsi nuper librum de optimo genere interpretandi, ostendens illa de euangelio, Ex Aegypto uocaui filium meum: &, Quoniam Nazaræus uocabitur: &, Videbunt in quem compunxerunt: & illud Apostoli, Quæ oculus non uidit, nec auris audiuit, & nec in cor hominis ascenderunt quæ præparauit Deus diligentibus se: cæteraq; his similia in Hebræorum libris inueniri. Certe Apostoli & Euangelistæ, septuaginta interpretes nouerant: & unde eis hæc quæ in septuaginta interpretibus non habentur? CHRISTVS Dominus noster utriusq; testamenti conditor, in euangelio secundũ Iohannem, Qui credit, inquit, in me, sicut dicit scriptura, flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Vtiq; scriptum est, quod Saluator scriptum esse testatur. Vbi scriptum est? Septuaginta non habent: apocrypha nescit ecclesia. Ad Hebræos igitur reuertendũ est unde & Dominus loquitur, & discipuli exempla præsumunt. Hæc pace ueterum loquor, & obtrectatoribus meis tantum respondeo, qui canino dente me rodunt, in publico detrahentes, & legentes in angulis, ijdem & accusatores & defensores, cũ in alijs probent quod in me reprobant, quasi uirtus & uitium non in rebus sit, sed cum authore mutetur. Cæterum memini editionem septuaginta translatorum, olim de Græco emendatam, tribuisse me nostris: nec inimicum debere, existimari eorum quos in conuentu fratrum semper edissero. Et quòd nunc* DIBRE HAIAMIM, *id est uerba dierum, interpretatus sum: idcirco feci, ut inextricabiles moras, & syluã nominum, quæ scriptorum confusa sunt uitio, sensuumq; barbariem apertius, & per uersuum cola digererem, mihimet ipsi & meis iuxta Ismeniam canens, si aures surdæ sunt cæterorum.*

AD DOMNIONEM et Rogatianum in librum Paralipomenon, Præfatio B. Hieronymi.

QVOMODO *Græcorum historias magis intelligunt qui Athenas uiderint: & tertiũ Virgilij librũ qui à Troade per Leucaten, & Acroceraunia ad Siciliã, & inde ad ostia Tyberis nauigauerint: ita sanctam scripturã lucidius intuebitur qui Iudæã oculis contemplatus sit, & antiquarum urbiũ memorias locorumq; uel eadẽ uocabula, uel mutata cognouerit. Vnde & nobis curæ fuit cum eruditißimis Hebræorũ hunc laborẽ subire: ut circumiremus prouinciam, quam uniuersæ* CHRISTI ecclesiæ *sonant. Fateor enim mi Domnion & Rogatiane charißimi nunquã me in diuinis uoluminibus proprijs uiribus credidisse: nec habuisse opinionẽ meã, sed ea etiã de quibus scire me arbitrabar, interrogare me solitũ. quãtomagis de his super quibus anceps erã? Deniq; cum à me nuper literis flagitassetis, ut uobis Paralipomenon Latino sermone transferrem, de Tyberiade quendam legis doctorẽ, qui apud Hebræos admirationi habebatur, assumpsi: & contuli cũ eo à uertice (ut aiunt) usq; ad extremũ unguem: & sic cõfirmatus, ausus sum facere quod iubebatis. Liberè enim uobis loquor: ita in Græcis & Latinis codicibus hic nominũ liber uitiosus est, ut non tam Hebræa quàm Barbara quædã, & Sarmatica nomina coniecta arbitrandũ sit. Nec hoc* LXX. *interpretibus, qui Spiritu sancto pleni, ea quæ uera fuerunt transtulerũt: sed scriptorũ culpæ ascribendũ, dum de emẽdatis inemendata scriptitant: & sæpe tria nomina, subtractis è medio syllabis, in unũ uocabulũ cogunt: uel eregione unũ nomen, propter latitudinem suam, in duo uel tria uocabula diuidunt. Sed & ipsæ appellationes, non homines, ut pleriq; existimãt: sed urbes, & regiones, & saltus, & prouincias sonãt: & obliquè sub interpretatione & figura eorũ, quædã narrantur historiæ: de quibus in Regnorũ libro dicitur, Nõne ecce hæc scripta sunt in Libro uerborũ dierũ regũ Iuda? Quæ utiq; in nostris codicibus nõ habentur. Hoc primũ sciendũ, quòd apud Hebræos, Paralipomenon liber, unus sit, & apud illos uocatus* DIBRE HAIAMIM, *id est uerba dierũ: qui propter magnitudinem, apud nos diuisus est. quod nõnulli etiam in Bruto Ciceronis dialogo faciũt, ut eũ in tres partes secent, cum unus à suo authore sit editus. Deinde etiã illud attendendũ, quòd frequẽter nomina, nõ uocabula hominũ, sed rerũ (ut dixi) significãtias sonant. Ad extremũ quòd omnis eruditio scripturarum in hoc continetur: & historiæ quæ uel prætermissæ sunt in suis locis, uel perstrictæ leuiter, hic per quædam uerborũ cõpendia explicentur. Orationũ itaq; uestrarũ adiutus auxilio, misi librum beniuolis placiturũ, tamen inuidis displiciturum esse non ambigo. Optima enim quæq; (ut ait Plinius) malunt contemnere pleriq;, quàm discere. Si quis in hac interpretatione uoluerit aliquid reprehendere, interroget Hebræos, suam conscientiam recolat, uideat ordinem textumq; sermonis: & tunc nostro labori, si potuerit, detrahat. Vbicunq; ergo asteriscos, id est, stellas, radiare in hoc uolumine uideritis: ibi sciatis de Hebræo additum, quod in Latinis codicibus non habetur. Vbi uerò obelus, transuersa scilicet uirga præposita est, illic signatur quid septuaginta interpretes addiderint, uel ob decoris gratiam, uel ob Spiritus sancti authoritatem, licet in Hebræis uoluminibus non legatur.*

Liber Paralipome-non primus, Hebraicè

Dibre Haiamim.



S. GENEALOGIA *ab Adam ad Noe & filios eius, ad Abrahã, ad Iacob & Esau.* CAPVT I.

A DAM, Seth, Enos, Cainan, Malaleel, Iared, Enoch, Mathusale, Lamech, Noe, Sem, Cham, & Iapheth. Filij Iapheth: Gómer & Magog & Madái & Iauan, Thubal, Móschoch, Thiras. Porrò filij Gómer: Ascenez & Riphath & Thógorma. Filij autem Iauan: Elisa & Tharsis, Cethim & Dodanim. Filij Cham: Chus & Meráim & Phut & Chanáan. Filij autẽ Chus: Saba & Heuila, Sabatha & Regma & Sabathacha. Porrò filij Regma: Saba & Dadan. Chus autem genuit Nemrod: iste cœpit esse potens in terra. Mesráim verò genuit Ludim & Anamim & Laabim & Nephtuim, Phetrusim quoque, & Chasluim: de quibus egressi sunt Philisthijm & Caphtorim. Chanáan verò genuit Sidônem primogenitũ suũ, Hethæũ quoq;, & Iebusæũ & Amorrhæum & Gergesæũ, Heuæumq;, & Aracæum, & Sinæum, Aradiũ quoq;, & Samaræũ, & Hemathæũ. Filij Sem: Aelam & Assur & Arphaxad & Lud & Arã.* Hi sunt filij Aram.. Hus & Hul & Gether & Mosoch. Arphaxad autem genuit Sale, qui & ipse genuit Heber. Porrò Heber nati sunt duo filij, nomen vni Phaleg, quia in diebus eius diuisa est terra: & nomen fratris eius Iectan. Iectan autẽ genuit Elmodad & Saleph & Asarmoth & Iare, Adoram quoq; & Vzal & Decla, Hebal etiã & Abimáel & Saba, necnon & Ophir & Heuila & Iobab. omnes isti, filij Iectan, Sem, Arphaxad, Sale, Heber, Phaleg, Ragau, Serug, Nachor, Thare, Abram: iste est Abraham. Filij autem Abrahã, Isaac & Ismahel. Et hæ generationes eorum. Primogenitus Ismahelis, Nabaioth & Cedar & Adbeel & Mabsam & Masma & Duma, Massa, Hadad & Thema, Ietur, Naphis, Cedma. hi sunt filij Ismahelis. Filij autem Ceturæ concubinæ Abrahã, quos genuit: Zamran, Iecsan, Madan, Madian, Iesboc, & Sue. Porrò filij Iecsan: Saba, & Dadan.* Filij autem Dadan: Assurim & Latusim & Laomim.. Filij autẽ Madiã: Epha & Epher & Henoch & Abida & Eldaa. omnes hi, filij Ceturæ. Genuit autem Abraham Isaac: cuius fuerũt filij Esau & Israel. Filij Esau: Eliphaz: Rahuel, Iehus, Ihelon & Core. Filij Eliphaz: Theman, Omar, Sephi, Gatham, Cenez, Thamna, Amalec. Filij Rahuel: Nahath, Zara, Samma, Meza. Filij Seir: Lotan, Sobal, Sebeon, Ana, Disón, Eser, Disan. Filij Lotan: Hori, Homam. Soror autem Lotan fuit Thamna. Filij Sóbal: Alian, & Manáhath, & Ebal, Sephi & Onam. Filij Sebeon: Aía & Anã. Filij Ana: Dison. Filij Dison: Hamran, & Eseban & Iethran & Charan. Filij Eser: Balaã & Zauan & Iacan. Filij Dison: Hus & Aran.

D Isti sunt reges qui imperauerunt in terra Edom, antequam esset rex super filios Israel. Bela filius Beor: & nomen ciuitatis eius, Denába. Mortuus est autem Bela, & regnauit pro eo Iobab, filius Zaræ de Bosra. Cumque & Iobab fuisset mortuus, regnauit pro eo Husam de terra Themanorum. Obijt quoq; & Husam, & regnauit pro eo Adad filius Badad, qui percussit Madian in terra Moab: & nomen ciuitatis eius Auith. Cumq; & Adad fuisset mortuus, regnauit pro eo Semla de Masreca. Sed & Semla mortuus est, & regnauit pro eo Saul de Rohoboth, quæ iuxta amnem sita est. Mortuo quoq; Saul, regnauit pro eo Bálanã filius Achobor. Sed & hic mortuus est, & regnauit pro eo Adad: cuiusvrbis nomẽ fuit Phai, & appellata est vxor eius Meetabel, filia Matred, filiæ Meza ab. Adad autem mortuo, duces pro regibus in Edom esse cœperunt: dux Thamna, dux Alua, dux Ietheth, dux Oolibama, dux Ela, dux Phinon, dux Cenez, dux Theman, dux Mabsar, dux Magdiel, dux Hiram. hi duces Edom.

S. GENEALOGIA XII. *filiorum Iacob usq; ad Isai patrem Dauid.* CAPVT II.

[A] ISrael autẽ Israel: Ruben, Simeon, Leui, Iuda, Issachar, & Zabulon, Dan, Ioseph, Bẽiamin, Nepththali, Gad & Aser. Filij Iuda: Her, Onan, & Sela. hi tres, nati sunt ei de filia Sue Chananitidis. Fuit autem Her primogenitus Iuda, malus coram Domino, & occîdit eum. Thamar autem nurus eius peperit ei Phares & Zara. omnes ergo filij Iuda, quinq;. Filij autem Phares: Esron & Hamul. Filij quoq; Zaræ: Zamri & Ethan & Eman, Chalchol quoq;, & Dara, simul quinq;. Filij Charmi: Achar, qui turbauit Israel, & peccauit in furto anathématis. Filij Ethan: Azarias. Filij autem Esron qui nati sunt ei: Ierameel & B Ram & Calubai. Porrò Ram genuit Aminadab. Aminadab autem genuit Naason principem filiorum Iuda. Naason quoq; genuit Salma, de quo ortus est Booz. Booz verò genuit Obed, qui & ipse genuit Isai. Isai autem genuit primogenitum Eliab, secundum Abinadab, tertium Simmaa, quartum Nathanael, quintum Raddái, sextum Ason, septimum Dauid. quorũ sorores fuerunt Saruia & Abigail. Filij Saruiæ: Abisai, Ioab & Asael, tres. Abigáil autem genuit Amasa, cuius pater fuit Iether Ismahelites. Caleb verò filius Esron accepit vxorem nomine Azuba, de qua genuit Ierioth: fueruntq; filij eius Iaser & Sobab & Ardõ. Cumq; mortua fuisset Azu- C ba, accepit vxorẽ Caleb, Ephrata: quæ peperit ei Hur. Porrò Hur genuit Vri: & Vri genuit Beseleel. Post hæc ingressus est Esron ad filiam Machir patris Galaad, & accepit eã cum esset annorum sexaginta: quæ peperit ei Segub. Sed & Segub genuit Iair, & possedit vigintitres ciuitates in terra Galaad. Cepitq; Gessur & Aram oppida Iair, & Canath & viculos eius sexaginta ciuitatum: omnes isti, filij Machir patris Galaad. Cum autem mortuus esset Esron, ingressus est Caleb ad Ephratha. Habuit quoq; Esron vxorem Abia, quæ pe- D perit ei Ashur patrem Thecue. Nati sunt autẽ filij Ierameel primogeniti Esron, Ram primogenitus eius, & Buna & Aran, & Asom & Achia. Duxit quoq; vxorem alteram Ierameel, nomine Atara, quæ fuit mater Onam. Sed & filij Ram primogeniti Ierameel, fuerunt Moos, Iamin & Acar. Onam autem habuit filios Semei & Iada. Filij autem Semei: Nadab & Abisur. Nomen verò vxoris Abisur, Abihail quæ peperit Ahobban, & Molid. Filij autem Nadab fuerũt Saled, & Ap- E phaim. Mortuus est autem Saled absque liberis. Filius verò Apphaim, Iesi: qui Iesi, genuit Sesan. Porrò Sesan genuit Oholai. Filij autem Iada fratris Semei: Iether & Ionathã. Sed & Iether mortuus est absque liberis. Porrò Ionathan genuit Phaleth & Ziza. Isti fuerunt filij Ierameel. Sesan autem non habuit

Gene. 2 b 4 d 5 b Gene. 10 a — Gene. 10 b — Gene. 10 d 11 b — Filij Abraham. Gene. 11 d Gene. 25 b — Gene. 25 a — Gene. 25 c Gene. 36 b — Gene. 29 & 30 d & 35 c d — Gene. 38 a & 46 b Infra 4 a — Gene. 38 g Matth. 1 a — Iosue 7 a — Ruth 4 d — 1. Reg. 16 b & 17 b

habuit filios, ſed filias: & ſeruum Aegyptium, nomine Ieraa. Deditq; ei filiam ſuam vxorem: quæ peperit ei Ethei. Ethei autem genuit Nathan, & Nathã genuit Zabad, Zabad quoq; genuit Ophlal, & Ophlal genuit Obed, Obed genuit Iehu, Iehu genuit Azariam, Azarias genuit Helles, & Helles genuit Elaſa, Elaſa genuit Siſamoi, Siſamoi genuit Sellum, Sellum genuit Icamia, Icamia autem genuit Eliſama. Filij autem
F Caleb fratris Ierameel: Meſa primogenitus eius, ipſe eſt pa-
Filij Caleb. ter Ziph: & filij Mareſa patris Hebron. Porrò filij Hebron, Core & Thaphua & Recem & Samma. Samma autem genuit Raham patrem Iercaã, & Recem genuit Sammái. Filius autem Sammái, Maon: & Maon pater Bethſur. Epha autem concubina Caleb peperit Haran & Moſa & Gezer. Porrò Haran genuit Gezer. Filij autem Iahaddái: Regom & Ioathan & Geſan & Phalet & Epha & Saaph. Concubina Caleb Maacha, peperit Saber & Tharana. Genuit autem Saaph pater Madmena, Sue patrem Machbena, & patrem Gabaa. Filia verò Caleb, fuit Achſa. Hi erant filij Caleb, filij Hur primogeniti Ephrátha, Sobal pater Cariathiarim, Salma pater
G Bethléhem, Hariph pater Bethgader. Fuerunt autem filij Sobal patris Cariathiarim, Qui videbat dimidium requietionũ, & de cognatione Cariathiarim, Iethrei & Phutei & Semathei & Maſerei. Ex his egreſſi ſunt Saraitæ & Eſthaolitæ. Filij Salma: Bethléhẽ, & Netophathi, Coronæ domus Ioab, & dimidium requietionis Sarai. Cognationes quoq; ſcribarum habitantium in Iabes, canentes atq; reſonantes, & in tabernaculis commorantes. Hi ſunt Cinæi, qui venerunt de Calore patris domus Rechab.

S. CATALOGVS *regum Iuda cum filijs & filiabus eorum.*

CAPVT III.

A DAuid verò hos habuit filios, qui ei nati ſunt in He-
Filij Dauid. bron: primogenitũ Amnon ex Achinoam Iezrahelitide: ſecundũ Daniel de Abigáil Carmelitide, tertium Abſalom filium Maacha filiæ Tholmai regis Geſſur, quartũ Adoniam filium Aggith, quintum
2.Reg.3 a Saphatiã ex Abital, ſextũ Iethraham de Egla vxore ſua. Sex ergo nati ſunt ei in Hebron, vbi regnauit ſeptem annis & ſex menſibus. Triginta autem & tribus annis regnauit in Ieruſa-
B lem. Porrò in Ieruſalem nati ſunt ei filij Simmaa & Sobab, &
2.Reg.5 c Nathan & Salomõ, quatuor de Bethſua filia Ammiel. Iebaar quoq; & Eliſama & Eliphalet & Noge & Nepheg & Iaphia, necnon Eliſama & Eliada & Eliphélet, nouẽ. omnes hi, filij Dauid, abſq; filijs concubinarum: habueruntq; ſororem Thamar. Filius autem Salomonis, Roboã: cuius Abia filius, genuit Aſa. De hoc quoq; natus eſt Ioſaphat pater Ioram: qui Ioram, genuit Ochoziam, ex quo ortus eſt Ioas: & huius Amaſias filius, genuit Azariam. Porrò Azariæ filius Ioathã,
C procurauit Achaz patrem Ezechiæ, de quo natus eſt Manaſſes. Sed & Manaſſes genuit Amon patrem Ioſiæ. Filij autem Ioſiæ fuerunt: primogenitus Iohanan, ſecundus Ioacim, tertius Sedechias, quartus Sellum. De Ioacim natus eſt Iecho-
Matth.1 b nias & Sedechias. Filij Iechoniæ fuerunt: Aſir, Salathiel, Melchiram, Phadaia, Senneſer & Iecemia, Hoſama & Nadabia. De Phadaia orti ſunt Zorobabel & Semei. Zorobabel ge-
D nuit Moſollam, Hananiam, & Salomith ſororem eorũ: Haſabam quoq; & Ohol & Barachiam, & Haſadiam, Ioſabhéſed, quinq;. Filius autem Hananiæ Phaltias pater Ieſeiæ, cuius filius Raphaia. huius quoq; filius, Arnan, de quo natus eſt Obdia, cuius filius fuit Sechenias. Filius Secheniæ, Semeia: cuius filij Hattus & Iegaal & Baria & Naaria & Saphat, ſex numero. Filius Naariæ, Elioenái & Ezechias & Ezricam, tres. Filius Elioenái, Oduia & Eliaſub & Pheleia & Accub & Iohanan & Dalaia & Anani, ſeptem.

S. POSTERITAS *Iudæ, & Simeonis, & habitationes eorum.*

CAPVT IIII.

A FIlij Iuda: Phares, Eſron & Charmi & Hur & *Supra 2 4*
Sobal. Raia verò filius Sobal genuit Iahath, de *Gene.38 d*
quo nati ſunt Ahumai & Laad. hæ cognatio- *& 46 b*
nes Sarathi, Iſta quoq; ſtirps Etam: Iezrahel & Ieſema & Iedebos. Nomen quoq; ſororis eorũ, Aſahelphuni. Phanuel autẽ pater Gedor, & Ezer pater Hoſa. iſti ſunt filij Hur primogeniti Ephratha patris Bethléhem. Aſhur verò patris Thecue erãt duæ vxores, Halaa & Náara. Peperit autẽ ei Náara Oozam & Hepher & Themani & Ahaſthari. iſti ſunt filij Náara. Porrò filij Halaa: Séreth,
B & Sahar & Ethnan. Cos autẽ genuit Anob & Soboba, & cognationes Aharchel filij Arum. Fuit autẽ Iabes inclytus præ fratribus ſuis, & mater eius vocauit nomẽ illius Iabes, dicens, Quia peperi eũ in dolore. Inuocauit ergo Iabes Deũ Iſrael, dicẽs, Si benedicẽs benedixeris mihi, & dilataueris terminos meos, & fuerit manus tua mecũ, & feceris me à malitia nõ opprimi. Et præſtitit Deus quæ precatus eſt. Caleb autẽ frater
C Sua, genuit Mahir, qui fuit pater Eſthon. Porrò Eſthon genuit Bethrapha & Pheſſe & Tehinna patrem vrbis Naas. hi ſunt viri Recha. Filij autem Cenez: Othoniel & Saraia. Porrò filij Othoniel, Hathath & Maonathi. Maonathi genuit Ophra. Saraia autẽ genuit Ioab patrẽ vallis artificũ: ibi quippe artifices erant. Filij vero Caleb filij Iephone: Hir & Ela & Naham. Filij quoq; Ela: Cenez. Filij quoq; Ialleleél: Ziph & Zipha, Thiria, & Aſrael. Et filij Ezra: Iether & Méred & Epher & Ialon, genuitq; Mariam & Sammái & Iesba patrem Eſthamo. Vxor quoq; eius Iudaia, peperit Iared patrẽ Gedor, & Heber patrẽ Socho, & Icuthiel patrẽ Zanóe. hi autem filij Bethiæ filiæ Pharaonis, quã accepit Mered, & filij vxoris Odaiæ ſororis Naham patris Ceila, Garmi, & Eſthamo
D qui fuit de Machathi. Filij quoq; Simon: Amnon & Rinna
Gene.38 a filius Hanã, & Thilon. Et filij Ieſi: Zoheth & Benzoheth. Filij Sela, filij Iudæ: Her pater Lecha, & Laada pater Mareſa: & cognationes domus operantium byſſum in domo iuramenti. Et Qui ſtare fecit ſolem, viriq; Mendacij, & Securus & Incendens, qui principes fuerũt in Moab, & Qui reuerſi ſunt in Lahem. hæc autẽ verba vetera. Hi ſunt figuli habitãtes in plãtationibus & in ſepibus apud regẽ in operibus eius, cõmora-
Gene.46 b tiq; ſunt ibi. Filij Simeõ: Namuel & Iamin, Iarib, Zara, Saul.
E Sellum filius eius, Mabſam filius eius, Maſma filius eius. Filij Maſma: Hamuel filius eius, Zachur filius eius, Semei filius eius. Filij Semei ſedecim, & filiæ ſex: fratres autẽ eius non habuerunt filios multos, & vniuerſa cognatio non potuit adæquare ſummã filiorũ Iuda. Habitauerunt autẽ in Berſábee & Molada & Haſarſuhal, & in Bala, & in Aſom, & in Tholad, & in Bathuel, & in Horma, & in Siceleg, & in Bethmachaboth, & in Haſarſuſim, & in Bethberai, & in Saarim. hæ ciuitates eorũ vſq; ad regem Dauid. Villæ quoq; eorum: Etam
F & Aen, Remmon & Thochen & Aſan, ciuitates quinq;. Et vniuerſi viculi eorũ per circuitũ ciuitatũ iſtarũ vſq; ad Baal. hæc eſt habitatio eorũ, & ſediũ diſtributio. Moſobab quoq; & Iemlech, & Ioſa filius Amaſiæ, & Ioel, Iehu filius Ioſabiæ filij Saraiæ filij Aſiel, & Elioenai: & Iacoba & Iſuhaia & Aſaia & Adiel & Iſmiel, & Banaia, Ziza quoq; filius Sephei filij Allon filij Idaia filij Semri filij Samaia. Iſti ſunt nominati principes in cognationibus ſuis, & in domo affinitatũ ſuarum
G multiplicati ſunt vehementer. Et profecti ſunt, vt ingrederentur in Gador vſq; ad orientẽ vallis, & vt quærerẽt paſcua gregibus ſuis. Inuenerunt q; paſcuas vberes & valde bonas, & terram latiſsimã & quietã & fertilẽ, in qua antè habitauerant de ſtirpe Cham. Hi ergo venerunt, quos ſuprà deſcripſimus nominatim, in diebus Ezechiæ regis Iuda: & percuſſerũt tabernacula eorũ, & habitatores qui inuenti fuerant ibi, & deleuerunt eos vſq; in præſentem diem: habitauerũtq; pro eis, quoniam vberrimas paſcuas ibidẽ repererunt. De filijs quoq; Simeon abierũt in montẽ Seir viri quingenti, habentes principes Phaltiã & Naariam & Raphaiam & Oziel filios Ieſi: &

percusserunt reliquias quæ euadere potuerant Amalecitarũ, & habitauerunt ibi pro eis vsq; ad diem hanc.

S. CATALOGVS filiorum Ruben, Gad, & dimidiæ tribus Manassæ, & eorum habitatio, qui percusserũt Agarenos, sed tandem ducti sunt ad Assyrios. CAPVT V.

A Primogenita quare nõ data Rubẽ. *Gene. 35 d & 49 a*

EIlij quoque Ruben primogeniti Israel (ipse quippe fuit primogenitus eius: sed cũ violasset thorũ patris sui, data sunt primogenita eius filijs Ioseph filij Israel, & non est ille reputatus in primogenitũ. Porrò Iudas qui erat fortissimus inter fratres suos, de stirpe eius principes germinati sunt: primogenita autẽ reputata sunt Ioseph) filij ergo Rubẽ primogeniti Israel: Enoch & Phallu, Esron & Charmi. Filij Ioel: Samaria filius eius, Gog filius eius, Semei filius eius, Micha filius eius, Reia filius eius, Baal filius eius, Beera filiꝰ eius, quẽ captiuũ duxit Thelgathphalnásar rex Assyriorũ, & fuit princeps in Tribu Rubẽ. Fratres autẽ eius, & vniuersa cognatio eius quãdo numerabãtur per familias suas, habuerũt principes Iehiel & Zachariã. Porrò Bala filius Azaz, filij Samma, filij Ioel, ipse habitauit in Aroer vsq; ad Nebo & Beelmeon. Cõtra orientalẽ quoq; plagã habitauit vsq; ad introitũ erémi & flumẽ Euphráten. Multũ quippe iumẽtorũ numerũ possidebãt in terra Galaad. In diebus autẽ Saul præliati sunt cõtra Agarenos, & interfecerũt illos, habitauerũtq; pro eis in tabernaculis eorũ in omni plaga quæ respicit ad oriẽtẽ Galaad. Filij vero Gad e regione eorũ habitauerũt in terra Basan vsq; Selcha: Ioel in capite, & Saphã secũdus: Ianai autẽ & Saphat in Basan. Fratres vero eorũ secundũ domos cognationũ suarum, Michael & Mosollam & Sebe & Iorai & Iachan & Zie & Heber, septẽ. Hi filij Abiháil, filij Huri, filij Iara, filij Galaad, filij Michael, filij Iesesi, filij Ieddo, filij Buz. Fratres quoque filij Abdiel, filij Guni, principes domus in familijs suis: & habitauerunt in Galaad & in Basan & in viculis eius, & in

B

C cunctis suburbanis Saron vsq; ad terminos. Omnes hi, numerati sunt in diebus Ioathã regis Iuda, & in diebus Ieroboam regis Israel. Filij Ruben & Gad & dimidiæ tribus Manasse, viri bellatores, scuta portantes, & gladios, & tendentes arcũ, eruditiq; ad prælia, quadraginta quatuor millia, & septingenti sexaginta procedentes ad pugnã, dimicauerũt contra Agarenos. Ituræi verò, & Naphis, & Nodab præbuerunt eis auxilium. Traditiq; sunt in manus eorum Agareni, & vniuersi qui fuerant cum eis, quia Deum inuocauerunt cũ præliarentur: & exaudiuit eos, eo quòd credidissent in eũ. Ceperuntq; omnia quæ possederant, camelorum quinquaginta millia, &

Fide vincũtur Agareni.

D ouium ducenta quinquaginta millia, & asinos duo millia, & animas hominum centum millia. Vulnerati autem multi corruerunt. fuit enim bellum Domini. Habitaueruntq; pro eis vsq; ad transmigrationẽ. Filij quoq; dimidiæ tribus Manasse possederunt terram à finibus Basan vsq; Baal, Hermon & Sanir, & montẽ Hermõ. Ingẽs quippe numerus erat. Et hi fuerunt principes domus cognationis eorũ, Epher, Iesi, & Eliel, & Ezriel, & Ieremia, & Odoia, & Iediel viri fortissimi & potentes, & nominati duces in familijs suis. Reliquerunt autem Deum patrum suorum, & fornicati sunt post deos populorum terræ, quos abstulit Deus corã eis, & suscitauit Deus Israel spiritum Phul regis Assyriorum, & spiritum Thelgathphalnásar regis Assur: & abstulit Ruben & Gad, & dimidiã tribũ Manasse, & adduxit eos in Lahela, & in Habor, & Ara, & fluuium Gozan, vsq; ad diem hanc.

Rubẽ, Gad & dimidia tribus Manasse, trãslati in Assyrios ob idololatriam.

S. GENEALOGIA filiorum Leui & Aaron, cum urbibus eorum, atq; refugij. CAPVT VI.

A *Gene. 46 b Infra 23 b*

EIlij Leui: Gerson, Caath, & Merari. Filij Caath: Amran, Isaar, Hebron, & Oziel. Filij Amram: Aaron, Moyses & Maria. Filij Aaron: Nadab & Abiu, Eleazar & Ithamar. Eleazar genuit Phinees, & Phinees genuit Abisue, Abisue verò genuit Bocci, & Bocci genuit Ozi, Ozi genuit Zarahiam, & Zarahias genuit Meraioth. Porrò Meraioth genuit Amariã, & Amarias genuit Achitob, Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Achimaas, Achimaas genuit Azariam, Azarias genuit Iohanan, Iohanan genuit Azariã. ipse est qui sacerdotio functus est in domo, quam ædificauit Salomon in Ierusalẽ. Genuit autem Azarias Amariã, & Amarias genuit Achitob, Achitob genuit Sadoc, & Sadoc genuit Sellum, Sellum genuit Helciam,

B & Helcias genuit Azariam, Azarias genuit Saraiam, & Saraias genuit Iosedec. Porrò Iosedec egressus est, quando transtulit Dominus Iudam & Ierusalem per manus Nabuchodonosor. Filij ergo Leui: Gerson, Caath, & Merari. Et hæc nomina filiorũ Gerson: Lobni, & Semei. Filij Caath: Amram, & Isaar, & Hebron, & Oziel. Filij Merari: Moholi & Musi. Hæ autẽ generationes Leui secundũ familias eorũ. Gerson, Lobni filius eius, Iáhath filius eius, Zamma filius eius, Ioah filius eius, Addo filius eius, Zara filius eius, Iethrái filius eius. Filij Caath, Aminadab filius eius, Core filius eius, Asir filius eius, Elcana filius eius, Abiasaph filius eius, Asir filius eius, Thábath filius eius, Vriel filius eius, Ozias filius eius, Saul filius eius. Filij Elcana: Amasai, & Achimoth, & Elcana. Filij Elcana, Sophái filius eius, Nahath filius eius, Eliab filius eius,

C Ierohã filius eius, Elcana filius eius. Filij Samuel: primogenitus Vasseni, & Abia. Filij autẽ Merari, Moholi: Lobni filius eius, Semei filius eius, Oza filius eius, Sãmaa filius eius, Haggia filius eius, Asaia filius eius. Isti sunt quos cõstituit Dauid super cãtores domus Domini, ex quo collata est arca: & ministrabant corã tabernaculo testimonij, canentes donec ædificaret Salomon domũ Domini in Ierusalem: stabãt autem iuxta ordinem suũ in ministerio. Hi vero sunt qui assistebant cum filijs suis, de filijs Caath, Hemã cãtor filius Ioel, filij Samuel, filij Elcana, filij Ierohã, filij Eliel, filij Thohu, filij Suph, filij Elcana, filij Mahath, filij Amasai, filij Elcana, filij Ioel, filij Azariæ, filij Sophoniæ, filij Thahath, filij Asir, filij Abiasaph, filij Core, filij Isaar, filij Caath, filij Leui, filij Israel: & fratres eius Asaph, qui stabat à dextris eius, Asaph filius Barachiæ, filij Samaa, filij Michael, filij Basaiæ, filij Melchiæ, filij Athanai, filij Zara, filij Adaia, filij Ethan, filij Zamma, filij

D Semei, filij Ieth, filij Gerson, filij Leui. Filij autẽ Merari fratres eorũ, ad ministrã: Ethã filius Cusi, filij Abdi, filij Maloch, filij Hasabiæ, filij Amasiæ, filij Helciæ, filij Amasai, filij Boni, filij Somer, filij Moholi, filij Musi, filij Merari, filij Leui. Fratres quoq; eorũ Leuitæ, qui ordinati sunt in cunctũ ministerium tabernaculi domus Domini. Aaron verò, & filij eius adolebãt incẽsum super altare holocausti, & super altare thymiamatis in omne opus sancti sanctorũ: & vt precarẽtur pro Israel iuxta omnia quæ præceperat Moyses seruus Dei. Hi autẽ filij Aarõ: Eleazar filius eius, Phinees filius eius, Abisue filius eius, Bocci filius eius, Ozi filiꝰ eius, Zarrahia filius eius, Meraioth filius eius, Amarias filius eius, Achitob filius eius, Sadoc filius eius, Achimaas filius eius. Et hæc habitacula eorũ per vicos atq; confinia, filiorum scilicet Aaron, iuxta cognationes Caathitarũ: ipsis enim sorte contigerãt. Dederũt igitur

E eis Hebrõ in terra Iuda, & suburbana eius per circuitũ: agros autẽ ciuitatis, & villas, Caleb filio Iephone. Porrò filijs Aarõ dederunt ciuitates, ad confugiendum, Hebron & Lobna, & suburbana eius, Iether quoq; & Esthemo cũ suburbanis suis, sed & Helon, & Dabir cum suburbanis suis, Asan quoq; & Bethsémes & suburbana earũ. De tribu autẽ Beniamin: Gábee & suburbana eius, & Almath cum suburbanis suis, Anathoh quoq; cũ suburbanis suis. omnes ciuitates, tredecim per cognationes suas. Filijs autẽ Caath residuis de cognatione sua dederũt ex dimidia tribu Manasse in possessionẽ vrbes decẽ. Porrò filijs Gerson per cognationes suas de tribu Issachar, & de tribu Aser, & de tribu Nephthali, & de tribu Manasse in Basan, vrbes tredecim. Filijs autem Merari per cognationes suas

Exod. 6 a

Ioſue 21 b

nes ſuas de tribu Ruben, & de tribu Gad, & de tribu Zabu-
F lon, dederunt ſorte ciuitates duodecim. Dederunt quoq; filij
Iſrael Leuitis ciuitates, & ſuburbana earum. Dederuntq; per
ſortem, ex tribu filiorũ Iuda, & ex tribu filiorum Simeon, &
ex tribu filiorũ Beniamin, vrbes has quas vocauerunt nomi-
nibus ſuis, & his qui erant de cognatione filiorũ Caath, fue-
runtq; ciuitates in terminis eorum de tribu Ephráim. Dede-
runt ergo eis vrbes, ad confugiendũ, Sichem cum ſuburbanis
Ioſue 21 b ſuis in monte Ephráim: & Gazer cum ſuburbanis ſuis, Iec-
maam quoq; cũ ſuburbanis ſuis, & Bethhoron ſimiliter, nec-
non & Aialon cum ſuburbanis ſuis, & Gethremmon in eun-
dem modũ. Porrò ex dimidia tribu Manaſſe, Aner & ſubur-
bana eius, Balaã & ſuburbana eius: his videlicet qui de cogna-
tione filiorũ Caath reliqui erant. Filijs autẽ Gerſom de co-
gnatione dimidiæ tribus Manaſſe, Gaulõ in Baſan, & ſubur-
G bana eius, & Aſtaroth cũ ſuburbanis ſuis. De tribu Iſſachar,
Cedes & ſuburbana eius, & Dabereth cum ſuburbanis ſuis,
Ramoth quoq; & ſuburbana eius, & Anem cum ſuburbanis
ſuis. De tribu verò Aſer, Maſal cũ ſuburbanis ſuis, & Abdon
ſimiliter, Hacoc quoq; & ſuburbana eius, & Rohob cũ ſub-
urbanis ſuis. Porrò de tribu Nephthali, Cedes in Galilæa &
ſuburbana eius, Hamon cum ſuburbanis ſuis, & Cariathâim,
& ſuburbana eius. Filijs autem Merari reſiduis: de tribu Za-
bulon, Remmono & ſuburbana eius, & Thabor cum ſubur-
banis ſuis. Trans Iordanem quoq; ex aduerſo Iericho contra
orientem Iordanis, de tribu Ruben, Boſor in ſolitudine cum
ſuburbanis ſuis, & Iaſſa cũ ſuburbanis ſuis, Cademoth quoq;
& ſuburbana eius, & Mipháath cũ ſuburbanis ſuis. Necnon
de tribu Gad, Ramoth in Galaad & ſuburbana eius, & Ma-
náim cum ſuburbanis ſuis, ſed & Heſebon cum ſuburbanis
ſuis, & Iezer cum ſuburbanis ſuis.

S. GENEALOGIA *Iſſachar, Beniamin, Nephthali, Manaſſe, Ephraim & Aſer.* CAPVT VII.

A BOrrò filij Iſſachar: Thola, & Phua, Iaſub & Si-
meron, quatuor. Filij Thola: Ozi & Raphaia, &
Ieriel, & Iemái, & Iebſem, & Samuel, principes
per domos cognationũ ſuarum. De ſtirpe Thola
viri fortiſsimi numerati ſunt in diebus Dauid, vigintiduo
millia ſexcenti. Filij Ozi: Izrahia, de quo nati ſunt Michael,
& Obadia, & Ioel, & Ieſia, quinq;: omnes principes. Cum eis
per familias, & populos ſuos, accinẽti ad præliũ, viri fortiſsi-
mi, triginta & ſex millia: multas enim habuerunt vxores, &
B filios. Fratres quoq; eorũ per omnẽ cognationẽ Iſſachar, ro-
buſtiſsimi ad pugnandum octoginta ſeptem millia numerati
Gene. 46 c ſunt. Filij Beniamin: Bela, & Bechor, & Iadihel, tres. Filij Be-
la: Esbon & Ozi & Oziel & Ierimoth & Irai, quinq; princi-
pes familiarũ, & ad pugnandũ robuſtiſsimi: numerus autem
eorum, vigintiduo millia & trigintaquatuor. Porrò filij Be-
chor: Zamira, & Ioas, & Eliézer, & Elioenái, & Amri, & Ieri
moth, & Abia, & Anathoth, & Almath. omnes hi, filij Be-
chor. Numerati ſunt autẽ per familias ſuas principes cogna-
tionũ ſuarũ ad bella fortiſsimi, viginti millia & ducẽti. Porrò
C filij Iadihel: Balan. Filij autem Balan: Iehus, & Beniamin, &
Aod, & Chanaána, & Zethan, & Tharſis, & Ahiſáhar. omnes
hi, filij Iadihel, principes cognationũ ſuarum, viri fortiſsimi,
decem & ſeptẽ millia, & ducẽti ad prælium procedẽtes. Sephã
quoq; & Haphã filij Hir: & Haſim filij Aher. Filij autem
Nephthali: Iaſiel, & Guni, & Ieſer, & Sellum, filij Bala. Por-
rò filius Manaſſe, Eſriel: concubinaq; eius Syra peperit Ma-
chir patrẽ Galaad. Machir autẽ accepit vxorẽ filijs ſuis Hap-
D phim & Saphã: & habuit ſororẽ nomine Maacha: nomen au-
tem ſecundi, Salphaad: nataeq; ſunt Salphaad filiæ. Et peperit
Maacha vxor Machir filiũ, vocauitq; nomẽ eius Phares: por-
rò nomen fratris eius, Sares: & filij eius, Vlam, & Recem. Fi-
lius autem Vlam, Badã. hi ſunt filij Galaad, filij Machir, filij
Manaſſe. Soror autem eius Regina peperit Virũ decôrum, &
Abiézer, & Mohola. Erant autẽ filij Semida, Ahin & Sechẽ,
& Leci, & Aniam. Filij autẽ Ephráim: Suthála, Bared filius
eius, Thâhath filius eius, Elada filius eius, Thâlath filius eius,
E & huius filius Zabad, & huius filius Suthála, & huius filius
Ezer & Elad: occiderunt autem eos viri Geth indigenæ, quia
deſcenderant vt inuaderent poſſeſsiones eorum. Luxit igitur
Ephráim pater eorũ multis diebus, & venerũt fratres eius vt
conſolarentur eũ. Ingreſſuſq; eſt ad vxorẽ ſuam: quæ conce-
pit & peperit filiũ, & vocauit nomen eius Beria, eo quòd in
malis domus eius ortus eſſet: filia autẽ eius fuit Sara, quæ ædi-
ficauit Bethhoron inferiorẽ & ſuperiorem, & Ozenſara. Por
rò filius eius Rapha, & Reſeph, & Thale, de quo natus eſt
F Thaan, qui genuit Laadan: huius quoq; filius Ammiud, qui
genuit Eliſama, de quo ortus eſt Nun, qui habuit filium Io-
ſuè. Poſſeſsio autem eorũ & habitatio, Bethel cũ filiabus ſuis,
& contra orientẽ Noran, ad occidentalẽ plagam Gazer & fi-
liæ eius, Sichem quoq; cum filiabus ſuis, vſq; ad Aia cum fi-
liabus eius. Iuxta filios quoq; Manaſſe, Bethſan & filias eius,
Thanach & filias eius, Mageddo & filias eius, Dor & filias Gene. 46 b
eius: in his habitauerũt filij Ioſeph, filij Iſrael. Filij Aſer: Iem-
G na, & Ieſua, & Ieſſui, & Baria, & Sera ſoror eorũ. Filij autem
Baria: Heber, & Melchiel: ipſe eſt pater Barzaith. Heber au-
tem genuit Iephlat, & Somer, & Hothan, & Suaa ſororem
eorũ. Filij Iephlat, Phoſech, & Bamaal, & Aſoth: hi filij Ie-
phlat. Porrò filij Somer: Ahi, & Roaga, & Haba, & Arã. Fi-
lij autẽ Helẽ fratris eius: Supha, & Iemna, & Selles, & Amal.
Filij Supha: Sue, Harnapher, & Sual, & Beri, & Iamra, Bo-
ſor, & Hod, & Samma, & Saluſa, & Iethran, & Bera. Filij Ie-
ther: Iephonne, & Phaſpha, & Ara. Filij autem Olla: Aree,
& Haniel, & Reſia. Omnes hi, filij Aſer, principes cognatio-
num electi atq; fortiſsimi duces ducum: numerus autem eo-
rum ætatis quæ apta eſſet ad bellum, vigintiſex millia.

S. GENEALOGIA *Beniamin & Saul.* CAPVT VIII.

A BEniamin autẽ genuit Bela primogenitũ ſuũ, Aſ- Gene. 46 c
bel ſecundũ, Ahara tertiũ, Nohaa quartũ, & Ra- Supra 7 b
pha quintũ. Fueruntq; filij Bela: Addar, & Gera,
& Abiud, Abiſue quoq;, & Naamã, & Ahóe, ſed
& Gera, & Sephuphã, & Hurã. Hi ſunt filij Ahod, principes
cognationũ habitantiũ in Gabaa, qui tranſlati ſunt in Manà-
hath. Naaman autẽ & Achia, & Gera ipſe trãſtulit eos, & ge-
nuit Oza & Ahihud. Porrò Saharáim genuit in regione Mo
ab, poſtquam dimiſit Huſim & Bara vxores ſuas. Genuit
autẽ de Hodes vxore ſua, Iobab, & Sebia, & Moſa, & Mol-
chom, Iehus quoque & Sechia, & Marma. hi ſunt filij eius
principes in familijs ſuis. Mehuſim verò genuit Abitob, &
B Elphâal. Porrò filij Elphâal: Heber, & Miſaam, & Samad:
hic ædificauit Ono, & Lod, & filias eius. Baria autem & Sa-
ma principes cognationum habitantiũ in Aialon: hi fugaue-
runt habitatores Geth. Et Ahio, & Seſac, & Ierimoth, & Za-
badia, & Arod, & Heder, Michael quoq; & Ieſpha, & Ioha
filij Baria. Et Zabadia, & Moſollam, & Hezeci, & Heber, &
Ieſamari, & Iezlia, & Iobab filij Elphâal. Et Iacim, & Zechri,
& Zabdi, & Elioenai, & Selethai, & Eliel, & Adaia, & Baraia,
& Samarath filij Semei. Et Ieſphã, & Heber, & Eliel, & Ab-
don, & Zechri, & Hanan, & Hanania, & Aelam, & Anatho-
C thia, & Iephdaia, & Phanuel filij Seſac. Et Samſari, & Soho-
ria, & Otholia, & Ierſia, & Elia, & Zechri, filij Ierohã. hi pa-
triarchæ, & cognationũ principes, qui habitauerunt in Ieru-
ſalem. In Gabaon autẽ habitauerunt Abigabaon, & nomen Infra 9 f
vxoris eius Maacha: filiuſque eius primogenitus Adon, &
Sur, & Cis, & Baal, & Nadab, Gedor quoq; & Ahio, & Za-
cher, & Macelloth: & Macelloth genuit Samaa: habitaue-
runtq; ex aduerſo fratrũ ſuorum in Ieruſalem cum fratribus
ſuis. Ner autẽ Genuit Cis, & Cis genuit Saul. Porrò Saul ge- 1. Reg. 14 g
nuit Ionathan, & Melchiſúa, & Abinadab, & Esbáal. Filius Infra 9 g

autem Ionathan, Meribbáal: & Meribbáal genuit Micha. Filij Micha: Phithon, & Melech, & Tharaa, & Ahaz. Et Ahaz genuit Ioada: & Ioada genuit Alamath, & Azmoth, & Zamri: porrò Zamri, genuit Mosa. Et Mosa genuit Baana, cuius filius fuit Rapha, de quo ortus est Elasa: qui genuit Asel. Porrò Asel sex filij fuerunt, his nominibus, Ezricã, Bochru, Ismahel, Saria, Obdia, & Hanan: omnes hi, filij Asel. Filij autem Esec fratris eius, Vlã primogenitus, & Iehus secũdus, & Eliphálet tertius. Fueruntq; filij Vlã viri robustissimi, & magno robore tendentes arcum: & multos habentes filios ac nepotes vsq; ad centũ quinquaginta. Omnes hi, filij Beniamin.

S. SACERDOTVM & Leuitarum officia, familia Saulis, & filiorum eius. CAPVT IX.

A VNiuersus ergo Israel dinumeratus est: & summa eorum scripta est in libro regum Israel, & Iuda: translatiq; sunt in Babylonem propter delictum suum. Qui autem habitauerunt primi in possessionibus, & in vrbibus suis: Israel, & sacerdotes, & Leuitæ, & Nathinæi. Commorati sunt in Ierusalem de filijs Iuda, & de filijs Beniamin: de filijs quoq; Ephráim, & Manasse. Othei filius Ammiud, filius Amri, filius Omrai, filij Bonni, de filijs Phares filij Iuda. Et de Siloni: Asaia primogenitus, & filij eius. De filijs autem Zara: Iehuel, & fratres eorum sexcenti nonaginta. Porrò de filijs Beniamin: Salo filius Mosollam,
B filij Oduia, filij Asana: & Iobania filius Ieroham: & Ela filius Ozi, filij Mochori: & Mosollã filius Saphatiæ, filij Rahuel, filij Iebaniæ, & fratres eorum per familias suas, nongẽti quinquaginta sex. Omnes hi, principes cognationum per domos patrum suorũ. De sacerdotibus autem: Iedaia, Ioiarib, & Iachin: Azarias quoq; filius Helciæ, filij Mosollam, filij Sadoc, filij Maraioth, filij Achitob, pontifex domus Dei. Porrò Adaias filius Ieroham, filij Phassur. filij Melchiæ: & Maásai, filius Adiel, filij Iezra, filij Mosollam, filij Mosollamith, filij Emmer: fratres quoq; eorũ principes per familias suas, mille
C septingenti sexaginta fortissimi robore ad faciendum opus ministerij in domo Dei. De Leuitis autẽ: Semeia filius Hassub, filij Ezricam, filij Hasebia de filijs Merari. Bacbacar quoq; carpentarius, & Galal, & Mathania filius Micha, filij Zechri, filij Asaph: & Obdia filius Semeiæ filij Galal, filij Idithun: & Barachia filius Asa, filij Elcana, qui habitauit in atrijs Netophati. Ianitores autem: Sellum, & Accub, & Telmon, & Ahiman: & frater eorum Sellum princeps. vsq; ad illud tempus, in porta regis ad orientem, obseruabãt per vices suas de filijs Leui. Sellum verò filius Core, filij Abiasaph, filij Core, cum fratribus suis & domo patris sui, hi sunt Coritæ super opera ministerij, custodes vestibulorum tabernaculi: & familiæ eorum per vices castrorũ Domini custodiẽtes in-
D troitum. Phinees autem filius Eleazari, erat dux eorũ coram Domino. Porrò Zacharias filius Mosollamia, ianitor portæ tabernaculi testimonij. Omnes hi electi in ostiarios per portas, ducẽti duodecim: & descripti in villis proprijs: quos constituerunt Dauid, & Samuel Videns, in fide sua tam ipsos, quàm filios eorum in ostijs domus Domini, & in tabernaculo vicibus suis. Per quatuor ventos erant ostiarij: id est ad orientem, & ad occidentem, & ad aquilonem, & ad austrum. Fratres autem eorum in viculis morabantur, & veniebant in Sabbathis suis de tempore vsq; ad tempus. His quatuor Leui tis creditus erat omnis numerus ianitorum, & erãt super éxe-
E dras, & thesauros domus Domini. Per gyrum quoq; templi Domini morabantur in custodijs suis: vt cum tempus fuisset, ipsi mane aperirent fores. De horum grege erant & super vasa ministerij: ad numerum enim & inferebantur vasa, & efferebantur. De ipsis & qui credita habebant vtensilia sanctuarij, præerant similæ, & vino, & oleo, & thuri, & aromatibus. Filij autem sacerdotũ vnguenta ex aromatibus conficiebant. Et Mathathias Leuites primogenitus Sellum Coritæ, præ-
F fectus erat eorum quæ in sartagine frigebantur. Porrò de filijs Caath fratribus eorum, super panes erant propositionis, vt semper nouos per singula sabbatha præpararent. Hi sunt principes cantorum per familias Leuitarum, qui in éxedris morabantur, ita vt die ac nocte iugiter suo ministerio deseruirent. Capita Leuitarum, per familias suas principes, manse- Supra 8. 4
runt in Ierusalem. In Gabaon autem commorati sunt pater
G Gabaon Iehiel, & nomen vxoris eius Maacha. Filius primogenitus eius Abdon, & Sur, & Cis, & Baal, & Ner, & Nadab, Gedor quoq;, & Ahio, & Zacharias, & Macelloth. Porrò Macelloth genuit Samaam: isti habitauerunt eregione fratrum suorum in Ierusalem cum fratribus suis. Ner autem genuit Cis: & Cis genuit Saul: & Saul genuit Ionathan, & Melchisúa, & Abinadab, & Esbáal. Filius autem Ionathan, Meribbáal: & Meribbáal genuit Micha. Porrò filij Micha, Phiton & Melech, & Tharaa, & Ahaz. Ahaz autem genuit Iara: & Iara genuit Alámat, & Azmoth, & Zamri. Zamri autem genuit Mosa: Mosa vero genuit Banaa: cuius filius Raphaia, genuit Elasa: de quo ortus est Asel. Porrò Asel sex filios habuit his nominibus, Ezricam, Bochru, Ismahel, Saria, Obdia, Hanan. hi sunt filij Asel.



S. SAVL eum filijs suis occiditur à Philistæis propter iniquitates suas, & sepelitur à Galaaditis. CAPVT X.

A PHilisthijm autem pugnabant contra Israel, fugeruntq; viri Israel Palæstinos, & ceciderunt vulnerati in monte Gelbóe. Cumq; appropinquassent Philisthæi persequentes Saul & filios eius, percusserũt Ionathan, & Abinadab, & Melchisúa filios Saul, Et aggrauatum est prælium cõtra Saul, inueneruntq; eum sagittarij, & vulnerauerunt iaculis. Et dixit Saul ad armigerum suum, Euagina gladium tuum, & interfice me: ne fortè veniant incircuncisi isti, & illudant mihi. Noluit autem armiger
B eius hoc facere, timore perterritus: arripuit ergo Saul ensem, & irruit in eum. Quod cum vidisset armiger eius, videlicet mortuum esse Saul, irruit etiam ipse in gladiũ suum, & mortuus est. Interijt ergo Saul, & tres filij eius, & omnis domus illius pariter cóncidit. Quod cum vidissent viri Israel qui habitabant in campestribus, fugerunt, & Saul ac filijs eius mortuis, dereliquerunt vrbes suas, & huc illucq; dispersi sunt: veneruntq; Philisthijm, & habitauerunt in eis. Die igitur altero detrahentes Philisthijm spolia cæsorum, inuenerunt Saul, & filios eius iacẽtes in monte Gelbóe. Cumq; spoliassent eum, & amputassent caput, armisq; nudassent, miserunt in terram suam, vt circunferretur, & ostenderetur idolorum templis & populis: arma autem eius consecrauerunt in phano Dei sui,
D & caput affixerunt in templo Dagon. Hoc cũ audissent viri Iabes Galaad, omnia scilicet quæ Philisthijm fecerant super Saul, consurrexerunt singuli virorum fortium, & tulerunt cadauera Saul & filiorum eius: attuleruntq; ea in Iabes, & sepelierunt ossa eorum subter quercum quæ erat in Iabes, & ieiunauerunt

1. Reg. 31. 1

Philisthijm Saule spoliato, defe. runt caput in terrã suã.

nauerunt ſeptem diebus. Mortuus eſt ergo Saul propter iniquitates ſuas, eo quòd præuaricatus ſit mandatum Domini quod præcepérat, & non cuſtodierit illud: ſed inſuper etiam Pythoniſſam conſuluerit, nec ſperauerit in Domino, propter quod interfecit eum, & tranſtulit regnum eius ad Dauid filium Iſai.

Saul quare mortuus.

S. DAVID *unctus in regem, electis ſtrennuiſq; ſtipatur militibus & principibus.* CAPVT XI.

A 2. Reg. 5 a

COngregatus eſt igitur omnis Iſrael ad Dauid in Hebron, dicens, Os tuũ ſumus & caro tua. Heri quoq; & nudiuſtertius cũ adhuc regnaret Saul, tu eras qui educebas & introducebas Iſrael: tibi enim dixit Dominus Deus tuus, Tu paſces populum meum Iſrael, & tu eris princeps ſuper eum. Venerunt ergo omnes maiores natu Iſrael ad regem in Hebron, & inijt Dauid cũ eis fœdus coram Domino: vnxeruntq; eum regem ſuper Iſrael, iuxta ſermonem Domini quem locutus eſt in manu Samuel. Abijt quoq; Dauid, & omnis Iſrael in Ieruſalem, hæc eſt Iebus, vbi erant Iebuſæi habitatores terræ. Dixeruntq; qui habitabant in Iebus ad Dauid, Non ingredieris huc. Porrò Dauid cepit arcem Sion, quæ eſt ciuitas Dauid, dixitq;, Omnis qui percuſſerit Iebuſæum in primis, erit princeps & dux. Aſcendit igitur primus Ioab filius Saruiæ, & factus eſt princeps. Habitauit autẽ Dauid in arce, & idcirco appellata eſt ciuitas Dauid. Aedificauitq; vrbem in circuitu à Mello, vſq; ad gyrũ: Ioab autẽ reliqua vrbis extruxit. Proficiebatq; Dauid, vadens & creſcens, & Dominus exercituũ erat cũ eo. Hi principes virorũ fortium Dauid, qui adiuuerunt eum vt rex fieret ſuper omnẽ Iſrael, iuxta verbũ Domini quod locutus eſt ad Iſrael. Et iſte numerus robuſtorũ Dauid: Iesbaam filius Hachamoni princeps inter triginta: iſte leuauit haſtam ſuam ſuper trecentos vulneratos vna vice. Et poſt eum Eleazar filius Patrui eius Aohites, qui erat inter tres potẽtes. iſte fuit cum Dauid in Pheſdomim, quãdo Philiſthijm cõgregati ſunt ad locum illũ in prælium, & erat ager regionis illius plenus hordeo, fugeratq; populus à facie Philiſthinorum. Hi ſteterunt in medio agri, & defenderũt eum: cumq; percuſſiſſent Philiſthæos, dedit Dominus ſalutem magnã populo ſuo. Deſcenderunt autem tres de triginta principibus ad petrã, in qua erat Dauid, ad ſpeluncã Odollam, quãdo Philiſthijm fuerant caſtrametati in valle Raphaim. Porrò Dauid erat in præſidio, & ſtatio Philiſthinorũ in Bethlehem. Deſyderauit igitur Dauid, & dixit, O ſi quis daret mihi aquam de ciſterna Bethlehem, quæ eſt in porta. Tres ergo iſti per media caſtra Philiſthinorum perrexerunt, & hauſerunt aquã de ciſterna Bethlehem, quæ erat in porta, & attulerunt ad Dauid vt biberet: qui noluit, ſed magis libauit illam Domino, dicens, Abſit vt in conſpectu Dei mei hoc faciam, & ſanguinem iſtorum virorum bibam: quia in periculo animarũ ſuarũ attulerunt mihi aquã. Et ob hanc cauſam noluit bibere. hæc fecerunt tres robuſtiſsimi. Abiſai quoq; frater Ioab ipſe erat princeps trium, & ipſe leuauit haſtam ſuã contra trecentos vulneratos, & ipſe erat inter tres nominatiſsimus, & inter tres ſecundus, inclytus & princeps eorũ: veruntamen vſq; ad tres primos non peruenerat. Banaias filius Ioiadæ viri robuſtiſsimi, qui multa opera pepetrarat de Cabſeel: ipſe percuſſit duos ariel Moab: & ipſe deſcendit, & interfecit leonem in media ciſterna tempore niuis. Et ipſe percuſſit virũ Aegyptiũ, cuius ſtatura erat quinq; cubitorum, & habebat lanceam vt liciatorium texentium: deſcendit igitur ad eum cũ virga, & rapuit haſtam quã tenebat manu, & interfecit eum haſta ſua. Hæc fecit Banaias filius Ioiadæ, qui erat inter tres robuſtos nominatiſsimus, inter triginta primus, verũtamen ad tres vſq; non peruenerat: poſuit autem eum Dauid ad auriculam ſuam. Porrò fortiſsimi viri in exercitu, Aſahel frater Ioab, & Elchanan filius Patrui eius de Bethléhem, Sammoth Arorites, Helles Phalonites, Ira filius Acces Thecuites, Abiezer Anathothites, Sobbochai Vſathites, Ilai Ahohites, Maharai Netophathites, Heled filius Baana Netophathites, Ethai filius Ribai de Gabaath filiorum Beniamin, Banaia Pharathonites, Hurai de torrente Gaas, Abiel Arbathites, Azmoth Bauramites, Eliaba Salabonites. Filij Aſſem Gezonites, Ionathan filius Sage Ararites, Ahiam filius Sachar Ararites. Eliphal filius Vr, Hepher Mecherathites, Ahia Phelonites, Heſro Carmelites, Naarái filius Azbai, Iohel frater Nathã, Mibahar filius Agarai, Selec Ammonites, Naharâi Berothites armiger Ioab filij Saruiæ, Ira Iethræus, Gareb Iethræus, Vrias Hethæus, Zabad filius Oholi, Adina filius Siza Rubenites princeps Rubenitarum, & cum eo triginta: Hanan filius Maacha, & Ioſaphat Mathanites, Ozia Aſtarothites, Samma & Iehiel filij Hotham Aroritis, Iedihel filius Samri, & Ioha frater eius Thoſaites, Eliel Mahumites, & Ieribai & Ioſaia filij Elnáem, & Iethma Moabites, Eliel & Obed, & Iaſiel de Maſobia.

B Ciuitas Dauid.

Catalogus fortiũ Dauid. 2. Reg. 23 a

C

D

E

F

G

S. SEQVENTES *Dauid fugientem Saul, & qui uenerunt ad eum in Hebron ubi conſtituerunt eum regem.*

CAPVT XII.

A HI quoq; venerunt ad Dauid in Siceleg, cũ adhuc fugeret Saul filiũ Cis, qui erant fortiſsimi & egregij pugnatores, tendentes arcum, & vtraq; manu fundis ſaxa iacientes, & dirigentes ſagittas: de fratribus Saul ex Beniamin. Princeps Ahiezer, & Ioas filij Samaa Gabaathites: & Iaziel & Phallet filij Azmoth, & Baracha & Iehu Anathothites. Samaias quoq; Gabaonites fortiſſimus inter triginta & ſuper triginta. Ieremias & Iehezieł & Iohanan & Iezabad Gaderothites. & Eluzai & Ierimuth, & Baalia & Samaria & Saphatia Haruphites. Elcana & Ieſia & Azareel & Ioézer & Iesbaã de Carehim: Ioela quoq; & Zabadia filij Ieroham de Gedor. Sed & de Gaddi tranſfugerunt ad Dauid, cum lateret in deſerto, viri robuſtiſsimi, & pugnatores optimi, tenentes clypeum & haſtam: facies eorum quaſi facies leonis, & veloces quaſi capreæ in montibus: Ezer princeps, Obdias ſecundus, Eliab tertius, Maſmana quartus, Ieremias quintus, Ethi ſextus, Eliel ſeptimus, Iohanan octauus, Elzebad nonus, Ieremias decimus, Machbanai vndecimus. hi de filijs Gad principes exercitus: nouiſsimus, centum militibus præerat, & maximus mille. Iſti ſunt qui tranſierunt Iordanem menſe primo, quando inundare conſueuit ſupes ripas ſuas: & omnes fugauerũt qui morabantur in vallibus ad orientalem plagam & occidentalem. Venerũt autem & de Beniamin & de Iuda ad præſidiũ in quo morabatur Dauid. Egreſſusq; eſt Dauid obuiam eis, & ait, Si pacificè veniſtis ad me vt auxiliemini mihi, cor meum iungatur vobis: ſi autem inſidiamini mihi pro aduerſarijs meis, cum ego iniquitatẽ in manibus non habeam, videat Deus patrum noſtrorum, & iudicet. Spiritus verò induit Amaſai principem inter triginta, & ait, Tui ſumus ô Dauid, & tecũ fili Iſai, pax, pax tibi, & pax adiutoribus tuis. te enim adiuuat Deus tuus. Suſcepit ergo eos Dauid, & conſtituit principes turmæ. Porrò de Manaſſe tranſfugerunt ad Dauid, quando veniebat cum Philiſthijm aduerſus Saul, vt pugnaret: & nõ dimicauit cum eis, quia inito conſilio remiſerũt eum principes Philiſthinorum, dicentes, Periculo capitis noſtri reuertetur ad Dominũ ſuum Saul. Quando igitur reuerſus eſt in Siceleg, tranſfugerunt ad eum de Manaſſe, Ednas, & Iozabad, & Iedihel, & Michael, & Iobad, & Eliu, & Salathi, principes milium in Manaſſe. hi præbuerunt auxilium Dauid aduerſus latrunculos: omnes enim erant viri fortiſsimi, & facti ſunt principes in exercitu. Sed & per ſingulos dies veniebant ad Dauid, ad auxiliandum ei, vſq; dum fieret grandis numerus quaſi exercitus Dei. Iſte quoq; eſt numerus principum exercitus, qui venerunt ad Dauid, cum eſſet in Hebron, vt transferrent regnum Saul ad eum, iuxta verbum Domini. Filij Iuda portantes clypeum & ha-

B

C

D 2. Reg. 29 a

ſtam,ſex millia octingenti expediti ad prælium. De filijs Simeon virorum fortiſsimorum ad pugnandum,ſeptem millia
E centum. De filijs Leui,quatuor millia ſexcenti. Ioiada quoq; princeps de ſtirpe Aaron, & cum eo tria millia ſeptingenti. Sadoc etiam puer egregiæ indolis,& domus patris eius,principes viginti duo. De filijs autem Beniamin fratribus Saul,tria millia. magna enim pars eorũ adhuc ſequebatur domũ Saul. Porrò de filijs Ephráim viginti millia octingenti, fortiſsimi robore viri nominati in cognationibus ſuis. Et ex dimidia parte tribus Manaſſe,decem & octo millia,ſinguli per nomi-
F na ſua venerunt vt conſtituerent regẽ Dauid. De filijs quoq; Iſſachar viri eruditi, qui nouerant ſingula tempora ad præcipiendum quid facere deberet Iſrael,principes ducenti:omnis autem reliqua tribus,eorum conſilium ſequebatur. Porrò de Zabulon qui egrediebantur ad prælium,& ſtabant in acie inſtructi armis bellicis, quinquaginta millia venerunt in auxilium,non in corde duplici. Et de Nephthali, principes mille: & cum eis inſtructi clypeo & haſta,triginta & ſeptem millia. De Dan etiam præparati ad prælium,vigintiocto millia ſexcenti. Et de Aſer egredientes ad pugnam & in acie prouocan-
G tes,quadraginta millia. Trans Iordanem autem de filijs Ruben,& de Gad,& dimidia parte tribus Manaſſe inſtructi armis bellicis,centum viginti millia. Omnes iſti viri bellatores & expediti ad pugnandum,corde perfecto venerunt in Hebron,vt conſtituerent regem Dauid ſuper vniuerſum Iſrael: ſed & omnes reliqui ex Iſrael, vno corde erant vt rex fieret Dauid. Fueruntq; ibi apud Dauid tribus diebus comedentes & bibẽtes,præparauerãt enim eis fratres ſui. Sed & qui iuxta eos erant,vſq; ad Iſſachar & Zabulon & Nephthali,afferebãt panes in aſinis,& camelis, & mulis,& bobus ad veſcendum: farinam,palathas,vuam paſſam,vinũ,oleum,boues,arietes ad omnem copiam. gaudium quippe erat in Iſrael.

S. Arca Domini reducitur à Cariathiarim cum morte Oza, in domum Obededom.

CAPVT XIII.

A INijt autem conſilium Dauid cum tribunis & centurionibus,& vniuerſis principibus,& ait ad omnem cœtum Iſrael, Si placet vobis, & à Domino Deo noſtro egreditur ſermo quẽ loquor: mittamus ad fratres noſtros reliquos in vniuerſas regiones Iſrael, & ad ſacerdotes & Leuitas qui habitant in ſuburbanis vrbiũ, vt congregentur ad nos, & reducamus arcam Dei noſtri ad
B nos: non enim requiſiuimus eam in diebus Saul. Et reſpondit vniuerſa multitudo vt ita fieret: placuerat enim ſermo omni populo. Congregauit ergo Dauid cunctum Iſrael à Si-
2.Reg.6.4 hor Aegypti, vſq; dum ingrediaris Emath, vt adduceret arcã Dei de Cariathiárim. Et aſcẽdit Dauid & omnis vir Iſrael ad collem Cariathiárim, qui eſt in Iuda, vt afferret inde arcam Domini Dei ſedentis ſuper cherubim,vbi inuocatum eſt nomen eius. Impoſueruntq; arcam Dei ſuper plauſtrũ nouum
C de domo Abinadab: Oza autem,& frater eius minabãt plauſtrum. Porrò Dauid & vniuerſus Iſrael, ludebãt coram Deo omni virtute,in canticis & citharis,& pſalterijs,& tympanis, & cymbalis,& tubis. Cum autem perueniſſent ad arcam Chidon, tetendit Oza manum ſuam, vt ſuſtentaret arcam: bos quippe laſciuiens,paululum inclinauerat eam. Iratus eſt itaq; Dominus contra Ozam,& percuſsit eum, eo quòd tetigiſſet
D arcam: & mortuus eſt ibi coram Deo. Contriſtatus q; eſt Dauid,eo quòd diuiſiſſet Dominus Ozam: vocauitq; locum illum, Diuiſio Ozæ,vſq; in præſentem diem. Et timuit Deum tunc temporis,dicens, Quomodo poſſum ad me introducere arcam Dei? Et ob hanc cauſam non adduxit eam ad ſe, hoc eſt in ciuitatem Dauid, ſed auertit in domum Obededom Gethæi. Manſit ergo arca Dei in domum Obededom tribus mẽſibus: & benedixit Dominus domui eius,& omnibus quæ habebat.

S. David acceptis lignis ab Hiram pro conſtruenda domo, duo bella in Philiſthæos geſsit.

CAPVT XIIII.

A MIſit quoq; Hiram rex Tyri nuntios ad Dauid, & ligna cedrina, & artifices parietum lignorumq;: vt ædificarent ei domum. Cognouitq; Dauid eo quòd confirmaſſet eum Dominus in regem ſuper Iſrael,& ſubleuatum eſt regnũ ſuum ſuper populũ eius Iſrael. Accepit quoq; Dauid alias vxores in Ieruſalem: genuitq; filios & filias. Et hæc nomina eorum qui nati ſunt ei in
B Ieruſalem: Samúa & Sobab, Nathan & Salomon, Iebahar, & Eliſúa,& Eliphálet, Noga quoq;,& Napheg,& Iaphia, Eliſama,& Baliada,& Eliphálet. Audientes autem Philiſthijm eo quòd vnctus eſſet Dauid in regẽ ſuper vniuerſum Iſrael, aſcenderunt omnes vt quærerent eum: quod cũ audiſſet Dauid, egreſſus eſt obuiam eis. Porrò Philiſthijm venientes, diffuſi ſunt in valle Raphaim. Conſuluitq; Dauid Dominum,
C dicens, Si aſcendam ad Philiſthæos, & ſi trades eos in manu mea? Et dixit ei Dominus, Aſcende, & tradam eos in manu tua. Cumq; illi aſcendiſſent in Baalpharaſim, percuſsit eos ibi Dauid,& dixit, Diuiſit Deus inimicos meos per manũ meã, ſicut diuiduntur aquæ. & idcirco vocatum eſt nomen illius loci, Baalpharaſim. Dereliqueruntq; ibi Deos ſuos, quos Dauid iuſsit exuri. Alia etiam vice Philiſthijm irruerunt, & diffuſi ſunt in valle. Conſuluitq; rurſum Dauid Deum: & dixit
D ei Deus, Non aſcendas poſt eos, recede ab eis, & venies contra illos ex aduerſo pyrorum. Cumq; audieris ſonitum gradientis in cacumine pyrorum, tunc egredieris ad bellũ. egreſſus eſt enim Deus ante te, vt percutiat caſtra Philiſthijm. Fecit ergo Dauid, ſicut præceperat ei Deus, & percuſsit caſtra Philiſthinorum, de Gabaon vſq; Gázera. Diuulgatumq; eſt nomen Dauid in vniuerſis regionibus: & Dominus dedit pauorem eius ſuper omnes gentes.

S. Deducitur arca Dei in Ieruſalem cũ triumpho & tripudio, irridente Michol filia Saulis.

CAPVT XV.

A FEcit quoq; ſibi domos in Ciuitate Dauid: & ædificauit locum arcæ Dei, tetenditq; ei tabernaculum. Tunc dixit Dauid, Illicitũ eſt vt à quocunq; portetur arca Dei, niſi à Leuitis: quos elegit Dominus ad portandum eam,& ad miniſtrandũ ſibi vſq; in æternum. Cõgregauitq; vniuerſum Iſrael in Ieruſalẽ, vt afferretur arca Dei in locum ſuũ quem præparauerat ei: necnõ & filios Aaron & Leuitas. de filijs Caath, Vriel princeps fuit: & fratres eius centũ viginti. de filijs Merari, Aſaia princeps: & fratres eius ducenti viginti. de filijs Gerſon, Ioel princeps: & fratres eius centum triginta. de filijs Eliſaphã, Semeias princeps: & fratres eius ducenti. de filijs Hebron, Eliel princeps: &
B fratres eius quadraginta. de filijs Oziel, Aminadab princeps: & fratres eius centum duodecim. Vocauitq; Dauid Sadoc & Abiathar ſacerdotes,& Leuitas, Vriel, Aſaiã, Ioel, Semeiam, Eliel,& Aminadab: & dixit ad eos, Vos qui eſtis principes familiarũ Leuiticarũ, ſanctificamini cũ fratribus veſtris, & affer Supra 13.4
te arcã Domini Dei Iſrael ad locũ qui ei præparatus eſt: ne vt à principio, quia nõ eratis preſentes, percuſsit nos Dominus: ſic & nunc fiat, illicitũ quid nobis agentibus. Sanctificati ſunt ergo ſacerdotes & Leuitæ, vt portarent arcam Domini Dei Iſrael. Et tulerũt filij Leui arcã Dei, ſicut præceperat Moyſes iuxta verbũ Domini, humeris ſuis, in vectibus. Dixitq; Dauid principibus Leuitarũ, vt cõſtituerent de fratribus ſuis cantores in organis muſicorũ, nablis videlicet, & lyris & cymbalis, vt reſonaret in excelſis ſonitus lætitiæ. Cõſtituerunt q; Leuitas: Heman filiũ Ioel,& de fratribus eius Aſaph filiũ Barachiæ. de filijs verò Merari, fratribus eorũ: Ethan filiũ Caſaiæ.
C Et cũ eis fratres eorum, in ſecundo ordine, Zachariam & Ben & Iaziel & Semiramoth,& Iahiel,& Ani, Eliab & Banaiam & Maaſiam, & Mathathiam & Eliphalu & Maceniam &

Obededom

Obededom & Iehiel, ianitores. Porrò cantores, Heman, Asaph, & Ethan: in cymbalis æneis concrepantes. Zacharias autem & Oziel, & Semiramoth & Iahiel & Ani & Eliab & Maasias & Banaias in nablis arcana cantabant. Porrò Mathathias & Eliphalu & Macenias & Obededō & Iehiel & Ozaziu: in citharis pro octaua canebant epinicion. Chonenias autem princeps Leuitarum, prophetiæ præerat,* & ad præcinendam melodiam .. erat quippe valde sapiens. Et Barachias & Elcana: ianitores, arcæ. Porrò Sebenias & Iosaphat & Nathanael & Amasai & Zacharias & Banaias & Eliézer sacerdotes, clangebant tubis coram arca Dei: & Obededom
D & Iehias erant ianitores arcæ. Igitur Dauid & maiores natu
Israel, & tribuni, ierunt ad deportandam arcam fœderis Do-
1.Reg.6.c mini de domo Obededom cū lætitia. Cumq; adiuuisset Deus Leuitas qui portabant arcā fœderis Domini, immolabantur septem tauri & septē arietes. Porrò Dauid erat indutus stola byssina, & vniuersi Leuitæ qui portabant arcam, cantoresq;, & Chonenias princeps prophetiæ inter cantores: Dauid autem indutus erat ephod lineo. Vniuersusq; Israel deducebāt arcam fœderis Domini in iubilo, & sonitu buccinæ, & tubis, & cymbalis, & nablis & citharis concrepantes. Cumq; perue nisset arca fœderis Domini vsq; ad ciuitatem Dauid: Michol filia Saul prospiciens per fenestram, vidit regem Dauid saltantem atque ludentem, & despexit eum in corde suo.



S. CONSTITVTA *arca in tabernaculo fœderis, constituuntur ministri, & coram arca confitentur Domino.*

CAPVT XVI.

A Attulerunt igitur arcam Dei, & constituerūt eam
1.Reg.6.d in medio tabernaculi, quod tetenderat ei Dauid: & obtulerunt holocausta & pacifica corā Deo. Cumq; complesset Dauid offerēs holocausta & pacifica, benedixit populo in nomine Domini. Et diuisit vniuersis per singulos à viro vsq; ad mulierem tortam panis, & partem assæ carnis bubalæ, & frixam oleo similā. Cōstituitq; coram arca Domini de Leuitis, qui ministrarent: & recordarentur operum eius, & glorificarent, atq; laudarēt Dominum Deum Israel: Asaph principem, & secundū eius Zachariam. Porrò Iahiel & Semiramoth & Iehiel & Mathathiā & Eliab & Banaiam & Obededom, & Iehiel super organa psalterij et lyras: Asaph autem, vt cymbalis personaret. Banaiam verò & Iaziel sacerdotes, canere tuba iugiter coram arca fœderis Dei.
B In illo die fecit Dauid principem ad confitendum Domino,
Psal.104.b Asaph, & fratres eius. Confitemini Domino, & inuocate nomen eius: notas facite in populis adinuentiones eius. Cantate
Esaiæ 12.a ei, & psallite ei, & narrate omnia mirabilia eius. Laudate nomen sanctum eius: lætetur cor quærentium Dominum. Quærite Dominum, & virtutem eius: quærite faciem eius semper. Recordamini mirabiliū eius quæ fecit: signorū illius, & iudiciorū oris eius. Semen Israel serui eius: filij Iacob electi eius. Ipse Dominus Deus noster: in vniuersa terra iudicia eius. Recordamini in sempiternū pacti eius: sermonis quem præcepit in mille generationes. Quē pepigit cū Abraham: & iuramenti illius cum Isaac. Et constituit illud Iacob in præceptum: & Israel in pactū sempiternū, dicens, Tibi dabo terrā Chanáan, funiculum hæreditatis vestræ. Cum essent pauci numero, pauci & coloni eius. Et transierūt de gente in gētem, & de regno ad populū alterū. Non dimisit quenquam calumniari eos: sed Psal.104.b
C increpauit pro eis reges. Nolite tangere Christos meos: & in Psal.95.a prophetis meis nolite malignari. Cātate Domino omnis terra: annuntiate ex die in diem salutare eius. Narrate in gētibus gloriam eius: in cunctis populis mirabilia eius. Quia magnus Dominus, & laudabilis nimis: et horribilis super omnes deos. Omnes enim dij populorū, idōla: Dñs autē cœlos fecit. Confessio & magnificentia coram eo: fortitudo & gaudiū in loco eius. Afferte Domino familiæ populorum: afferte Domino gloriam & imperiū. Date Domino gloriā, nomini eius, leuate sacrificiū, & venite in cōspectu eius: & adorate Dominum in decōre sancto. Commoueatur à facie eius omnis terra: ipse enim fundauit orbem immobilē. Lætētur cœli & exultet terra: & dicant in nationibus, Dominus regnauit. Tonet mare, & plenitudo eius: exultēt agri, & omnia quæ in eis sunt. Tūc laudabunt ligna saltus coram Domino: quia venit iudicare terram. Confitemini Domino, quoniam bonus: quoniā in æternum misericordia eius. Et dicite, Salua nos Deus saluator noster: & congrega nos, & erue de gentibus, vt confiteamur nomini sancto tuo, & exultemus in carminibus tuis. Benedi-
D ctus Dominus Deus Israel ab æterno, & vsq; in æternum: & dicat omnis populus, Amen, & hymnum Domino. Dereliquit itaque ibi coram arca fœderis Domini Asaph & fratres eius: vt ministrarent in conspectu arcæ iugiter per singulos dies, & vices suas. Porrò Obededom, & fratres eius sexaginta octo: & Obededom filium Idithun, & Hosa cōstituit ianitores. Sadoc autem sacerdotem, & fratres eius sacerdotes, coram tabernaculo Domini in excelso, quod erat in Gabaon: vt offerrent holocausta Domino super altare holocaustomatis iugiter, mane & vespere, iuxta omnia quæ scripta sunt in lege Domini, quam præcepit Israeli. Et post eum Hemā & Idithun, & reliquos electos, vnumquenque vocabulo suo, ad confitendum Domino, Quoniā in æternū misericordia eius. Heman quoq; & Idithun canentes tubā, & quatientes cymbala: & omnia musicorū organa ad canendū Deo: filios autem Idithun fecit esse portarios. Reuersusque est omnis populus in domum suam: & Dauid, vt benediceret etiam domui suæ.

S. PROHIBETVR *Dauid construere templum Domino per Nathan prophetam.*

CAPVT XVII.

A Cum autē habitaret Dauid in domo sua, dixit ad
2.Reg.7.a Nathan prophetam, Ecce ego habito in domo cedrina: arca autem fœderis Domini sub pellibus est. Et ait Nathan ad Dauid, Omnia quæ in corde tuo sunt, fac, Deus enim tecum est. Igitur nocte illa factus est sermo Dei ad Nathan, dicens, Vade, & loquere Dauid seruo meo: Hæc dicit Dominus, Non ædificabis tu mihi domum ad habitandū. Neq; enim mansi in domo ex eo tempore quo eduxi Israel vsq; ad diem hanc: sed fui semper mutans loca tabernaculi, & in tentorio manens cum omni Israel. Nūquid locutus sum saltem vni iudicum Israel, quibus præceperam vt pascerent populum meum, & dixi, Quare non ædificastis mihi domum cedrinam? Nunc itaq; sic loquēris ad seruum meum Dauid: Hæc dicit Dominus exercituum, Ego
B tuli te, cum in pascuis sequereris gregem: vt esses dux populi mei Israel. Et fui tecum quocunque perrexisti: & interfeci omnes inimicos tuos coram te, feciq; tibi nomen quasi vnius magnorum qui celebrantur in terra. Et dedi locum populo meo Israel: plantabitur, & habitabit in eo, & vltrà non cōmouebitur: nec filij iniquitatis atterent eos, sicut à principio, ex diebus quibus dedi iudices populo meo Israel, & humiliaui vniuersos inimicos tuos. Annuntio ergo tibi, quòd

ædificaturus sit tibi Dominus domum. Cumque impleueris dies tuos vt vadas ad patres tuos, suscitabo semen tuum post te, quod erit de filijs tuis: & stabiliam regnũ eius. Ipse ędificabit mihi domũ, & firmabo solium eius vsq; in æternum. EGO ERO EI IN PATREM, & ipse erit mihi in filium: & misericordiam meam non auferã ab eo, sicut abstuli ab eo qui ante te fuit. Et statuam eum in domo mea, & in regno meo vsque in sempiternũ: & thronus eius erit firmissimus in perpetuũ. Iuxta omnia verba hæc, & iuxta vniuersam visionem istam, sic locutus est Nathan ad Dauid. Cumq; venisset rex Dauid, & sedisset coram Domino, dixit, Quis ego sum Domine Deus, & quæ domus mea, vt præstares mihi talia? Sed & hoc parũ visum est in conspectu tuo, ideoq; locutus es super domum serui tui etiam in futurũ: & fecisti me spectabilẽ super omnes homines Domine Deus. Quid vltrà addere potest Dauid cum ita glorificaueris seruum tuum, & cognoueris eum? Domine propter famulum tuum iuxta cor tuum fecisti omnem magnificentiam hanc, & nota esse voluisti vniuersa magnalia. Domine non est similis tui: & non est alius Deus absque te ex omnibus quos audiuimus auribus nostris. Quis enim est alius, vt populus tuus Israel, gens vna in terra, ad quam perrexit Deus, vt liberaret, & faceret populum sibi, & magnitudine sua, atque terroribus ejiceret nationes à facie eius, quem de Aegypto liberarat? Et posuisti populum tuum Israel tibi in populum vsque in æternum, & tu Domine factus es Deus eius: Nunc igitur Domine, sermo quem locutus es famulo tuo, & super domum eius, confirmetur in perpetuum, & fac sicut locutus es. Permaneatq́ue, & magnificetur nomen tuum vsq; in sempiternum: & dicatur, Dominus exercituum Deus Israel, & domus Dauid serui eius permanens coram eo. Tu enim Domine Deus meus reuelasti auriculam serui tui, vt ædificares ei domum: idcirco inuenit seruus tuus fiduciam, vt oret coram te. Nunc ergo Domine tu es Deus: & locutus es ad seruum tuum tanta beneficia. Et cœpisti benedicere domui serui tui, vt sit semper corã te: te enim Domine benedicente benedicta erit in perpetuum.

Promittitur CHRISTVS.

S. PRAELIA Dauid, & tributa in gentes, atque officiarij eius.

CAPVT XVIII.

FActum est autẽ post hęc, vt percuteret Dauid Philisthijm, et humiliaret eos, et tolleret Geth & filias ei⁹ de manu Philisthijm: percuteretq́; Moab, & fierẽt Moabitæ serui Dauid, offerẽtes ei munera. Eo tẽpore percussit Dauid etiã Adarézer regem Soba regionis Hemat, quando perrexit vt dilataret imperium suum vsq; ad flumen Euphráten. Cepit ergo Dauid mille quadrigas eius, & septẽ millia equitum, ac viginti millia virorũ peditũ: subneruauitq́; omnes equos curruũ, exceptis cẽtũ quadrigis quas reseruauit sibi. Superuenit autẽ & Syrus Darmascenus, vt auxilium præberet Adarézer regi Soba: sed & huius percussit Dauid vigintiduo millia virorum. Et posuit milites in Darmasco, vt Syria quoq; seruiret sibi, & offerret munera. Adiuuitq́; eum Dominus in cunctis ad quæ perrexerat. Tulit quoq; Dauid pharetras aureas, quas habuerant serui Adarézer: & attulit eas in Ierusalẽ. Necnon de Tebath & Chun vrbibus Adarézer æris plurimũ, de quo fecit Salomon mare æneum, & columnas, & vasa ænea. Quod cum audisset Thou rex Hemath, percussisse videlicet Dauid omnẽ exercitũ Adarézer regis Soba: misit Adorã filium suũ ad regẽ Dauid, vt postularet ab eo pacẽ, & congratularetur ei eo quòd percussisset, & expugnasset Adarézer: aduersarius quippe erat Thou Adarézer. Sed & omnia vasa aurea, & argentea, & ænea consecrauit Dauid rex Domino cum argento & auro quod tulerat ex vniuersis gentibus, tam de Idumæa & Moab, & filijs Ammon, quàm de Philisthijm & Amalec. Abisai verò filius Saruiæ percussit Edom in Valle salinarũ, decem & octo millia: & constituit in Edom præsidium, vt seruiret Idumæa Dauid: saluauitq́; Dominus Dauid in cunctis ad quæ perrexerat. Regnauit ergo Dauid supervniuersum Israel, & faciebat iudicium atq; iustitiã cuncto populo suo. Porrò Ioab filius Saruiæ erat super exercitũ: & Iosaphat filius Ahilud à commentarijs. Sadoc autem filius Achitob, & Achiméleth filius Abiathar, sacerdotes: & Susa, scriba. Banaias quoque filius Ioiadæ super legiones Cerethi & Phelethi: porrò filij Dauid, primi ad manum regis.

Præliatur Dauid contra Philisthæos. 2. Reg. 8. a

Dauid instituit officia rios.

S. HANON Ammonita seruis Dauid contumelia affectis à Dauide inuaditur, & cum auxiliaribus suis uincitur.

CAPVT XIX.

ACcidit autem, vt moreretur Naas rex filiorũ Ammon, & regnaret filius eius pro eo. Dixitq́; Dauid, Faciã misericordiam cum Hanon filio Naas: præstitit enim mihi pater eius gratiam. Misitq́ue Dauid nuntios ad consolandum eum super morte patris sui. Qui cum peruenissent in terram filiorum Ammon, vt consolarentur Hanon, dixerunt principes filiorũ Ammon ad Hanon, Tu forsitan putas quòd Dauid honoris causa in patrem tuum, miserit qui consolarentur te: neq; animaduertis quòd vt explorent, & inuestigent, & scrutẽtur terrã tuam venerint ad te serui eius. Igitur Hanon pueros Dauid decaluauit & rasit, & præcidit tunicas eorum à natibus vsq; ad pedes, & dimisit eos. Qui cum abijssent, & hoc mandassent Dauid, misit in occursum eorum (grandem enim contumeliam sustinuerant) & præcepit vt manerent in Iericho, donec cresceret barba eorum, & tunc reuerterentur. Videntes autẽ filij Ammon quòd iniuriam fecissent Dauid, tam Hanon quàm reliquus populus, miserũt mille talẽta argenti, vt conducerẽt sibi de Mesopotamia, & de Syria Maacha, & de Soba currus & equites. Conduxerũtq́; triginta duo millia curruũ, & regem Maacha cum populo eius. Qui cum venissent, castrametati sunt ex regione Medaba. Filij quoq; Ammon congregati de vrbibus suis, venerunt ad bellum. Quod cum audisset Dauid, misit Ioab & omnem exercitum virorum fortium: egressiq́ue filij Ammon, direxerunt aciem iuxta portam ciuitatis: reges autem qui ad auxiliũ eius venerant, seorsum in agro steterunt. Igitur Ioab intelligens bellũ ex aduerso, & post tergum contra se fieri, elegit viros fortissimos de vniuerso Israel, & perrexit contra Syrum, reliquam autem partẽ populi dedit sub manu Abisai fratris sui: & perrexerunt cõtra filios Ammon. Dixitq́;, Si vicerit me Syrus, auxilio eris mihi: si autem superauerint te filij Ammon, ero tibi in præsidium. Confortare, & agamus viriliter pro populo nostro, & pro vrbibus Dei nostri: Dominus autem quod in conspectu suo bonum est, faciat. Perrexit ergo Ioab, & populus qui cum eo erat, contra Syrum ad prælium: & fugauit eos. Porrò filij Ammon, videntes quòd fugisset Syrus, ipsi quoque fugerunt Abisai fratrem eius, & ingressi sunt ciuitatem: reuersusque est etiam Ioab in Ierusalem. Videns autem Syrus quòd cecidisset coram Israel, misit nuntios, & adduxit Syrum qui erat trans fluuium: Sophach autem princeps militiæ Adarézer, erat dux eorum. Quod cum annuntiatum esset Dauid, congregauit vniuersum Israel, & transiuit Iordanem, irruitq́; in eos, & direxit ex aduerso aciem, illis contrà pugnantibus. Fugit autem Syrus Israel: & interfecit Dauid de Syris septem millia curruum, & quadraginta millia peditum, & Sophach exercitus principem. Videntes autem serui Adarézer se ab Israel esse superatos, transfugerunt ad Dauid, & seruierunt ei: noluitq́ue vltrà Syria auxilium præbere filijs Ammon.

2. Reg. 10. a

S. DAVID contra Ammon & Philisthæos.

CAPVT XX.

FActum est autẽ post anni circulum, eo tempore quo solent reges ad bella procedere, congregauit Ioab exercitum & robur militiæ, & vastauit terram filiorum Ammon: perrexitq́;, & obsedit Rabba:

Rabba: porrò Dauid manebat in Ieruſalem, quãdo Ioab percuſsit Rabba, & deſtruxit eam. Tulit autem Dauid coronam
B Melchom de capite eius, & inuenit in ea auri pondo talentum, & pretioſiſsimas gemmas: fecitq; ſibi inde diadema: manubias quoq; vrbis plurimas tulit. Populum autem, qui erat in ea, eduxit: & fecit ſuper eos tribulas, & trahas, & ferrata carpenta tranſire, ita vt diſſecarentur & cõtererentur: ſic fecit Dauid cunctis vrbibus filiorum Ammon: & reuerſus eſt
C cum omni populo ſuo in Ieruſalem. Poſt hęc initum eſt bellum in Gazer aduerſum Philiſthæos: in quo percuſsit Sobochai Huſathites, Saphái de genere Raphaim, & humiliauit
1.Re.21.d eos. Aliud quoque bellum geſtum eſt aduerſus Philiſthæos, in quo percuſsit Adeodatus filius Saltus Bethlehemites fratrem Goliath Gethæi, cuius haſtæ lignum erat quaſi liciatorium texentium. Sed & aliud bellum accidit in Geth, in quo
D fuit homo longiſsimus ſenos habens digitos, id eſt ſimul vigintiquatuor: qui & ipſe de Rapha fuerat ſtirpe generatus.
Homo ſenos habens digitos percutitur à Ionatha. Hic blaſphemauit Iſrael: & percuſsit eum Ionathan filius Samaa fratris Dauid. Hi ſunt filij Rapha in Geth, qui ceciderũt de manu Dauid & ſeruorum eius.

S. DAVID populum numerando Deum offendens percutitur peſte, donec Deum placaret oratione, & altare erigeret in area Ornan Iebuſæi. CAPVT XXI.

A ONſurrexit autem ſatan cõtra Iſrael: & incitauit Dauid vt numeraret Iſrael. Dixitq́ue Dauid ad
1.Re.24.a Ioab, & ad principes populi, Ite, & numerate Iſrael à Berſabee, vſq; Dan, & afferte mihi numerum, vt ſciam. Reſpõditq́; Ioab, Augeat Dominus populum ſuum centuplũ, quàm ſunt: nónne domine mi rex, omnes ſerui tui ſunt? quare hoc quærit dominus meus, quod in peccatũ reputetur Iſraeli? Sed ſermo regis magis prævaluit: egreſſusq́; eſt Ioab, & circuiuit vniuerſum Iſrael, & reuerſus eſt Ieruſalem. Deditq́; Dauid numerũ eorũ quos circuierat: & inuentus eſt omnis numerus Iſrael mille millia, & centũ millia virorum educentiũ gladium: de Iuda autem quadringenta ſeptuaginta millia bellatorũ. Nam Leui & Beniamin non numerauit: eo quòd Ioab inuitus exequeretur regis imperium. Diſplicuit autem Deo quod iuſſum erat: & percuſsit Iſrael. Dixitq́; Dauid ad Deum, Peccaui nimis vt hoc facerẽ: obſecro auferiniquitatẽ ſerui tui, quia inſipienter egi. Et locutus eſt Dominus ad Gad Videntẽ Dauidis, dicẽs, Vade & loque
B re ad Dauid, & dic ei, Hęc dicit Dominus, Trium tibi optionem do: vnum quod volueris elige, & faciã tibi. Cumq́; veniſſet Gad ad Dauid, dixit ei, Hæc dicit Dominus, Elige quod
Tria pœna rum genera Dauid proponuntur. volueris: aut tribus annis peſtilentiam famis: aut tribus menſibus te fugere hoſtes tuos, & gladiũ eorum non poſſe euadere: aut tribus diebus gladiũ Domini, & mortem verſari in terra, & angelum Domini interficere in vniuerſis finibus Iſrael: nunc igitur vide quid reſpondeam ei qui miſit me. Et dixit Dauid ad Gad, Ex omni parte me anguſtiæ premũt: ſed melius mihi eſt vt incidam in manus Domini, quia multæ ſunt
Septuaginta millia virorum cadunt peſte. miſerationes eius, quàm in manus hominum. Miſit ergo Dominus peſtilentiã in Iſrael: & ceciderunt de Iſrael ſeptuaginta millia virorũ. Miſit quoq; angelũ in Ieruſalem, vt percuteret eam: cumq́; percuteretur, vidit Dominus, & miſertus eſt ſuper magnitudine mali: & imperauit angelo qui percutie-
C bat, Sufficit, iam ceſſet manus tua. Porrò angelus Domini ſtabat iuxta aream Ornam Iebuſæi. Leuansq́; Dauid oculos ſuos, vidit angelũ Domini ſtantẽ inter cœlũ & terrã, & euaginatum gladiũ in manu eius, & verſum cõtra Ieruſalẽ: & ceciderunt tam ipſe, quàm maiores natu veſtiti cilicijs proni in
Dolet Dauid populũ ſibi percuſſum ipſe qui peccauit. terram. Dixitq́ue Dauid ad Deum, Nónne ego ſum qui iuſsi vt numeraretur populus? Ego qui peccaui, ego qui malũ feci: iſte grex quid cõmeruit? Domine Deus meus vertatur obſecro manus tua in me, & in domũ patris mei: populus autem tuus nõ percutiatur. Angelus autem Domini præcepit Gad, vt diceret Dauid vt aſcenderet, extrueretq́ue altare Domino Deo in area Ornan Iebuſæi. Aſcendit ergo Dauid iuxta ſermonẽ Gad, quem locutus ei fuerat ex nomine Domini. Porrò Ornã cum ſuſpexiſſet, & vidiſſet angelum, quatuorq́; filij eius cum eo, abſconderunt ſe: nã eo tẽpore terebat in area triticum. Igitur cum veniret Dauid ad Ornan, conſpexit eum Ornan, & proceſsit ei obuiã de area, & adorauit eum pronus in terram. Dixitq́; ei Dauid, Da mihi locũ areæ tuæ, vt ædificem in ea altare Domino: ita vt quantum valet argenti acci-
Ceſſat peſtis oblatione Dauid. D pias, & ceſſet plaga à populo. Dixit autem Ornan ad Dauid, Tolle, & faciat Dominus meus rex quodcũq; ei placet: ſed & boues do in holocauſtũ, & tribulas in ligna, & triticum in ſacrificium, omnia libens præbebo. Dixitq́; ei rex Dauid, Nequaquã ita fiet, ſed argentũ dabo quantum valet: neq; enim tibi auferre debeo, & ſic offerre Domino holocauſta gratuita. Dedit ergo Dauid Ornan, pro loco, ſiclos auri iuſtiſsimi ponderis ſexcentos. Et ædificauit ibi altare Domino: obtulitq́; holocauſta, & pacifica: & inuocauit Dominum, & exaudiuit eũ in igne de cœlo ſuper altare holocauſti. Præcepitq́; Dominus angelo: & conuertit gladiũ ſuum in vaginã. Protinus ergo Dauid, videns quòd exaudiſſet eum Dominus in area Ornan Iebuſæi, immolauit ibi victimas. Tabernaculum autem Domini, quod fecerat Moyſes in deſerto, & altare holocauſtorum, ea tempeſtate erat in excelſo Gabaon. Et non prævaluit Dauid ire ad altare, vt ibi obſecraret Deum: nimio enim fuerat timore perterritus, videns gladiũ angeli Domini.

S. MATERIA ad conſtructionem templi quæritur, quod iniunxit Dauid Salomoni, principes hortando in adiutorium eius.

CAPVT XXII.

A DIxitq́; Dauid, Hæc eſt domus Dei, & hoc altare in holocauſtũ Iſrael. Et præcepit vt congregarentur omnes proſelyti de terra Iſrael, & conſtituit ex eis latomos ad cædendos lapides & poliẽdos, vt ædificaretur domus Dei. Ferrũ quoq; plurimum ad clauos ianuarũ, & ad cõmiſſuras atq; iũcturas præparauit Dauid: & æris pondus innumerabile. Ligna quoq; cedrina non poterãt æſtimari, quæ Sydonij & Tyrij deportauerant ad Dauid. Et dixit Dauid, Salomõ filius meus puer paruulus eſt & delicatus: domus autẽ quã ædificare volo Domino, talis eſſe debet vt in cunctis regionibus nominetur: præparabo ergo ei neceſ
B ſaria. Et ob hanc cauſam, ante mortẽ ſuam omnes præparauit impẽſas. Vocauitq́; Salomonẽ filiũ ſuũ: & præcepit ei vt ædificaret domum Domino Deo Iſrael. Dixitq́; Dauid ad Salomonẽ, Fili mi, volũtatis meæ fuit vt ædificarẽ domũ nomini Dei mei. Sed factus eſt ſermo Domini ad me, dicẽs, Multum ſanguinẽ effudiſti, & plurima bella bellaſti: non poteris ædificare domũ nomini meo, tanto effuſo ſanguine corã me. filius
Quare Salomõ dicatur Pacificus. qui naſcetur tibi, erit vir quietiſsimus: faciã enim eum requieſcere ab omnibus inimicis ſuis per circuitum: & ob hanc cauſam Pacificus vocabitur: & pacem, & otiũ dabo in Iſrael cun-
C ctis diebus eius. Ipſe ædificabit domum nomini meo: & ipſe erit mihi in filiũ, & ego ero illi in patrẽ: firmaboq́; ſoliũ regni eius ſuper Iſrael in æternũ. Nũc ergo fili mi, ſit Dominus tecum & proſperare, & ædifica domũ Domino Deo tuo, ſicut locutus eſt de te. Det quoq; tibi Dominus prudentiam & ſenſum, vt regere poſsis Iſrael, & cuſtodire legem Dñi Dei tui.
2.Reg.7.b 3.Reg.5.a Tũc enim proficere poteris, ſi cuſtodieris mandata, & iudicia quæ præcepit Dominus Moyſi vt doceret Iſrael: confortare, & viriliter age, ne timeas, neq; paueas. Ecce ego in paupertate mea præparaui impẽſas domus Domini, auri talenta centum millia, & argẽti mille millia talentorũ: æris verò, & ferri nõ eſt
D põdus: vincitur enim numerus magnitudine: ligna & lapides præparaui ad vniuerſa impendia. Habes quoq; plurimos artifices latomos, & cæmentarios, artifices q́; lignorũ: & omnium artiũ ad faciendum opus prudentiſsimos in auro & argẽto & ære & ferro, cuius nõ eſt numerus. Surge igitur, & fac, & erit

Dominus

Dominus tecum. Præcepit quoq; Dauid cũctis principibus Iſrael, vt adiuuarent Salomonem filium ſuum, Cernitis, inquiens, quòd Dominus Deus veſter vobiſcum ſit, & dederit vobis requiem per circuitum, & tradiderit omnes in manus veſtras, & ſubiecta ſit terra coram Domino, & corã populo eius. Præbete igitur corda veſtra & animas veſtras, vt quæratis Dominũ Deũ veſtrũ: & cõſurgite & ædificate ſanctuariũ Domino Deo: vt introducatur arca fœderis Domini, & vaſa Deo conſecrata in domum quæ ædificatur nomini Domini.

S. DAVID ſenex, Salomone rege deſignato, Leuitas & eorum offi-cia ſtatuit.

CAPVT XXIII.

A IGitur Dauid ſenex & plenus dierũ, regem conſtituit Salomonem filium ſuum ſuper Iſrael. Et congregauit omnes principes Iſrael, & ſacerdotes atq; Leuitas. Numeratiq; ſunt Leuitę à trigin ta annis, & ſupra: & inuenta ſunt trigintaocto milliavirorum. Ex his electi ſunt, & diſtributi in miniſteriũ domus Domini vigintiquatuor milia: præpoſitorum autem & iudicum, ſex millia. Porrò quatuor millia ianitores: & totidem pſaltes canentes Domino in organis quæ fecerat ad canendũ. Et diſtri-*Supra 6.a* buit eos Dauid per vices filiorum Leui, Gerſon, videlicet, & Caath, & Merari. Filij Gerſon: Leedã, & Semei. Filij Leedan principis: Iahiel, & Zethã, & Ioel, tres. Filij Semei: Salomith & Hoziel & Aran, tres: iſti principes familiarũ Leedan. Por-B rò filij Semei: Ieheth, & Zina, & Iaus, et Baria: iſti filij Semei, quatuor. Erat autẽ Ieheth prior, Zina ſecundus: porrò Iaus & Baria non habuerunt plurimos filios, & idcirco in vna familia vnaq; domo computati ſunt. Filij Caath: Amram & Iſaar, Hebron & Oziel, quatuor. Filij Amram: Aaron, & Moyſes. *Exod.2.a* Separatusque eſt Aaron, vt miniſtraret in Sanctoſanctorum, *& 6.c* ipſe, & filij eius in ſempiternũ, & adoleret incenſum Domi-*Hebr.5.b* no ſecundum ritum ſuum, ac benediceret nomini eius in ſempiternum. Moyſi quoque hominis Dei filij annumerati ſunt in tribu Leui. Filij Moyſi: Gerſom & Eliezer. Filij Gerſom: *Exod.2.d* Subuel primus. Fuerunt autẽ filij Eliézer: Rohobia primus: & non erant Eliézer filij alij. porrò filij Rohobia multiplicati ſunt nimis. Filij Iſaar: Salomith primus. Filij Hebron: Ie-C riáu primus, Amarias ſecundus. Iahaziel tertius, Iecmaam quartus. Filij Oziel: Micha primus, Ieſia ſecundus. Filij Merari: Moholi & Muſi. Filij Moholi: Eleázar & Cis. Mortuus eſt autem Eleázar, & non habuit filios, ſed filias: acceperũtq; eas filij Cis fratres earum. Filij Muſi: Moholi & Eder & Ierimoth, tres. Hi filij Leui in cognationibus & familijs ſuis, principes per vices, & numerum capitum ſingulorum qui faciebant opera miniſterij domus Domini à viginti annis, & ſuprà. Dixit enim Dauid, Requiem dedit Dominus Deus Iſrael populo ſuo, & habitationem Ieruſalem vſq; in æternum. Nec erit officij Leuitarum vt vltrà portent tabernaculum, & omnia vaſa eius ad miniſtrandum. Iuxta præcepta quoque D Dauid nouiſsima ſupputabitur numerus filiorum Leui à viginti annis & ſuprá. Et erunt ſub manu filiorum Aaron in cultum domus Domini, in veſtibulis & in exedris, & in loco purificationis, & in ſanctuario, & in vniuerſis operibus miniſterij templi Dei. Sacerdotes autem ſuper panes propoſitionis, & ad ſimilæ ſacrificium, & ad lagana & azyma & ſartaginem, & ad torrendum, & ſuper omne pondus atq; menſuram. Leuitæ verò, vt ſtent mane ad confitendum, & canendum Domino: ſimiliterque ad veſperam, tam in oblatione holocauſtorum Domini, quàm in Sabbathis & Calendis & ſolennitatibus reliquis iuxta numerum & ceremonias vniuſcuiuſq; rei iugiter coram Domino. Et cuſtodiant obſeruationes tabernaculi fœderis, & ritũ ſanctuarij, & obſeruationem filiorũ Aaron fratrũ ſuorũ, vt miniſtrent in domo Domini.

S. ELEAZAR & Ithamar, familiæ & uices eorum.

CAPVT XXIIII.

A POrrò filijs Aaron hæ partitiones erant. Filij Aaron: Nadab & Abiu & Eleázar & Ithamar. Mortui ſunt autem Nadab & Abiu ante patrẽ ſuum abſq; liberis: ſacerdotioq; funcțus eſt Eleázar & Ithamar. Et diuiſit eos Dauid & Sadoc de filijs Eleazari, & Abimélech de filijs Ithamar ſecundum vices ſuas & miniſterium. Inuẽtiq; ſunt multò plures filij Eleázar in principibus viris, quàm filij Ithamar. Diuiſit autem eis, hoc eſt filijs Eleázar principes per familias ſedecim: & filijs Ithamar per familias & domos ſuas octo. Porrò diuiſit vtraſque inter ſe familias ſortibus: erãt enim principes ſanctuarij, & principes Dei B tam de filijs Eleázar, quàm de filijs Ithamar. Deſcripſitque eos Semeias filius Nathanael ſcriba Leuites coram rege & principibus, & Sadoc ſacerdote, & Ahimélech filio Abiathar, principibus quoq; familiarũ ſacerdotalium & Leuiticarum: vnam domum, quæ cæteris præerat, Eleázar: & alteram domum, quæ ſub ſe habebat cæteros, Ithamar. Exiuit autem ſors prima Ioiarib, ſecunda Iedei, tertia Harim, quarta Seorim, quinta Melchia, ſexta Maiman, ſeptima Accos, octaua Abia, nona Ieſua, decima Sechenia, vndecima Eliaſib, duodecima Iacim, tredecima Hoppha, decimaquarta Isbaab, decimaquinta Belga, decimaſexta Emmer, decimaſeptima Hezir, decimaoctaua Aphſes, decimanona Phetheia, viceſima Hezeciel, viceſimaprima Iachin, viceſimaſecunda Gamuel, C viceſimatertia Dalaiáu, viceſimaquarta Maaziáu. Hæ vices eorum ſecundum miniſteria ſua, vt ingrediantur domũ Domini iuxta ritũ ſuũ ſub manu Aaron patris eorũ: ſicut præcepit Dominus Deus Iſrael. Porrò filiorũ Leui, qui reliqui fuerant de filijs Amram, erat Subael: & de filijs Subael, Iehedeia. De filijs quoque Rohobiæ princeps Ieſias. Iſaari verò filius Salemoth: filiusq; Salemoth Iahath: filiusque eius Ieriáu primus, Amarias ſecundus, Iahaziel tertius, Iecmãam quartus. D Filius Oziel, Micha: filius Micha, Samir. Frater Micha, Ieſia: filiusq; Ieſiæ, Zacharias. Filij Merari, Moholi & Muſi. Filius Oziáu, Benno. Filius quoq; Merari, Oziáu & Soam & Zacchur & Hebri. Porrò Moholi filius, Eleázar: qui nõ habebat liberos. Filius verò Cis, Ierameel. Filij Muſi, Moholi, Eder & Ierimoth. iſti filij Leui ſecũdum domos familiarum ſuarum. Miſeruntq; & ipſi ſortes contra fratres ſuos filios Aaron coram Dauid rege, & Sadoc, & Abimélech, & principibus familiarum ſacerdotalium & Leuiticarum, tam maiores, quàm minores. omnes ſors æqualiter diuidebat.

S. CANTORES, pſaltes, & citharœdi, ac uices & ſortes eorum.

CAPVT XXV.

A IGitur Dauid & magiſtratus exercitus ſegregauerũt in miniſterium filios Aſaph & Heman & Idithun: qui prophetarent in citharis, & pſalterijs, & cymbalis ſecundum numerum ſuum dedicato ſibi officio ſeruiẽtes. De filijs Aſaph: Zacchur & Ioſeph & Nathania & Aſarela, filij Aſaph: ſub manu Aſaph prophetantes iuxta regem. Porrò Idithun: filij Idithun, Godolias, Sori, Ieſeias, & Haſabias, & Mathathias, ſex, ſub manu patris ſui Idithun, qui in cithara prophetabat ſuper confitentes & laudantes Dominum. Heman quoq;: filij Heman, Bocciáu, B Mathaniáu, Oziel, Subuel, & Ierimoth, Hananias, Hanani, Eliatha, Geddelthi, & Romemthiézer, Iesbacaſſa, Mellóthi, Othir, Mahazioth: omnes iſti filij Heman Videntes regis in ſermonibus Dei, vt exaltaret cornu, deditque Deus Heman filios quatuordecim, & filias tres. Vniuerſi ſub manu patris ſui ad cantandum in templo Domini diſtributi erant in cymbalis, & pſalterijs, & citharis, in miniſteria domus Dei iuxta regem: Aſaph videlicet, & Idithun & Heman. Fuit autem numerus eorum cum fratribus ſuis, qui erudiebant can-C ticum Domini, cuncti doctores ducenti octogintaocto. Miſeruntque ſortes per vices ſuas, ex æquo tam maior quàm minor, doctus pariter & indoctus. Egreſſaque eſt ſors

Leuit.10.a

prima

prima Ioseph, qui erat de Asaph. Secũda Godoliæ, ipsi & filijs eius, & fratribus eius duodecim. Tertia Zachur, filijs & fratribus eius duodecim. Quarta Isari, filijs & fratribus eius duodecim: quinta Nathaniæ, filijs & fratribus eius duodecim. Sexta Bocciáu, filijs & fratribus eius duodecim. Septima Israela, filijs & fratribus eius duodecim. Octaua Iesaiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Nona Mathaniæ, filijs & fratribus eius duodecim. Decima Semeiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Vndecima Azareel, filijs & fratribus eius duodecim. Duodecima Hasabiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Tertiadecima Subael, filijs & fratribus eius duodecim. Quartadecima Mathathiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Quintadecima Ierimoth, filijs & fratribus eius duodecim. Sextadecima Hananiæ, filijs & fratribus eius duodecim. Septimadecima Iesbacassæ, filijs & fratribus eius duodecim. Octauadecima Hanani, filijs & fratribus eius duodecim. Nonadecima Mellóthi, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesima Eliátha, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesimaprima Othir, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesimasecunda Geddelthi, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesimatertia Mahazioth, filijs & fratribus eius duodecim. Vicesimaquarta Romemthiézer, filijs & fratribus eius duodecim.

S. IANITORVM *templi, & præfectorum thesaurorum officia.* CAPVT XXVI.

A DIuisiones autem ianitorũ. de Coritis Meselemia, filius Core, de filijs Asaph. Filij Meselemiæ: Zacharias primogenitus, Iadihel secundus, Zabadias tertius, Iathanael quartus, Aelam quintus, Iohanan sextus, Elioenai septimus. Filij autẽ Obededom: Semeias primogenitus, Iozabad secundus, Ioaha tertius, Sachar quartus, Nathanael quintus, Ammiel sextus, Issachar septimus, Phollathi octauus, quia benedixit illi Dominus. Semeię autem filio eius nati sunt filij, præfecti familiarum suarum: erant enim viri fortissimi. filij ergo Semeiæ: Othni, & Raphael, & Obed, Elzabad, & fratres eius viri fortissimi: Eliu quoq;, & Samachias. omnes hi, de filijs Obededom: ipsi & filij, & fratres eorũ fortissimi ad ministrandũ, sexagintaduo de
B Obededom. Porrò Meselemiæ filij, & fratres eorũ robustissimi, decẽ & octo. De Hosa autẽ, id est de filijs Merari: Semri princeps, (non enim habuerat primogenitũ, & idcirco posuerat eum pater eius in principẽ:) Helcias secundus, Tabelias tertius, Zacharias quartus: omnes hi filij, & fratres Hosæ, tredecim. Hi diuisi sunt in ianitores, vt semper principes custodiarum, sicut & fratres eorũ ministrarent in domo Domini. Missæ sunt ergo sortes ex æquo, & paruis & magnis per familias suas in vnamquanq; portarũ. Cecidit ergo sors orien
C talis, Selemiæ. Porrò Zachariæ filio eius, viro prudentissimo, & erudito, sortitò obtigit plaga septentrionalis. Obededom verò, & filijs eius, ad austrum: in qua parte domus, erat seniorum conciliũ. Sephim, & Hosa ad occidentem, iuxta portam quæ ducit ad viam ascensionis: custodia contra custodiam. Ad orientem verò, Leuitæ sex: & ad aquilonem, quatuor per diẽ: atq; ad meridiẽ similiter in die, quatuor: & vbi erat conciliũ, bini & bini. In cellulis quoq; ianitorũ ad occidentẽ, quatuor in via: biniq; per cellulas. hæ sunt diuisiones ianitorum
D filiorum Core, & Merari. Porrò Achias erat super thesauros domus Dei, & vasa sanctorũ. Filij quoq; Ledan, filij Gersonni: de Ledan principes familiarũ, Ledan & Gersonni, Iehieli. Filij Iehieli: Zathã, et Ioel: fratres eius super thesauros domus Domini. Amramitis, & Issaaritis, & Hebronitis & Oziheli-tis. Subael autem filius Gersom, filij Moysi, præpositus thesauris. Fratres quoq; eius Eliézer, cuius filius Rahabia, & hujus filius Esaias, & huius filius Ioram, huius quoq; filius Zechri, & huius filius Selemith. ipse Selemith, & fratres eius super thesauros sanctorũ, quæ sanctificauit Dauid rex, & principes familiarũ, & tribuni, & centuriones, & duces exercitus,
E de bellis, & manubijs præliorũ quæ consecrauerant ad instaurationem & supellectilem templi Domini. Hæc autem vniuersa sanctificauit Samuel Vidẽs, & Saul filius Cis, & Abner filius Ner, & Ioab filius Saruiæ: omnes qui sanctificauerãt ea per manũ Selemith, & fratrũ eius. Isaaritis verò præerat Chonenias, & filijs eius ad opera forinsecus super Israel ad docendum, & iudicandum eos. Porrò de Hebronitis Hasabias, & fratres eius viri fortissimi, mille septingenti præerant Israeli trans Iordanem contra occidentem, in cunctis operibus Domini, & in ministerium regis. Hebronitarũ autem princeps fuit Ieria secundum familias & cognationes eorum. Quadragesimo anno regni Dauid recensiti sunt: & inuenti sunt viri fortissimi in Iazer Galaad, fratres qúe eius robustioris ætatis, duo millia septingenti principes familiarum. Præposuit autem eos Dauid rex Rubenitis & Gadditis, & dimidiæ tribui Manasse, in omne ministerium Dei & regis.

S. PRAEFECTI *principes regi ministrantes, officiarij atq; præfecti substantiæ eius.* CAPVT XXVII.

A FIlij autem Israel secundũ numerum suum, principes familiarũ, tribuni & centuriones, & præfecti, qui ministrabant regi iuxta turmas suas, ingredientes & egredientes per singulos menses in anno: vigintiquatuor millibus singuli præerãt. Primæ turmæ in primo mense Iesboam præerat filius Zabdiel: & sub eo vigintiquatuor millia. De filijs Phares, princeps cunctorũ principum exercitus mense primo. Secundi mensis habebat turmã Dudia Ahohites, & post se alter nomine Macelloth, qui regebat partem exercitus vigintiquatuor milliũ. Dux quoq; turmæ tertiæ in mense tertio, erat Banaias filius Ioiadæ sacerdos: & in diuisione sua vigintiquatuor millia. Ipse est Banaias fortissimus inter triginta, & super triginta. præerat autem tur
B mę ipsius Amizabad filius eius. Quartus mense quarto, Azahel frater Ioab, & Zabadias filius eius post eum: & in turma eius vigintiquatuor millia. Quintus, mense quinto, princeps Samaoth Iezerites: & in turma eius vigintiquatuor millia. Sextus, mense sexto, Hira filius Acces Thecuites: & in turma eius vigintiquatuor millia. Septimus, mẽse septimo, Helles Phallonites de filijs Ephráim: & in turma eius vigintiquatuor millia. Octauus, mense octauo, Sobochai Husathites de stirpe Zarahi: & in turma eius vigintiquatuor millia. Nonus, mense nono, Abiezer Anathothites de filijs Iemini: & in turma eius vigintiquatuor millia. Decimus, mense decimo, Marai, & ipse Netophathites de stirpe Zarahi: & in turma eius vigintiquatuor millia. Vndecimus, mense vndecimo, Banaias Pharathonites de filijs Ephráim: & in turma eius vigintiqua-
C tuor millia. Duodecimus, mense duodecimo, Holdai Netophathites de stirpe Gothoniel: & in turma eius vigintiquatuor millia. Porrò tribubus præerant in Israel, Rubenitis, dux Eliézer filius Zechri: Simeonitis, dux Saphatias filius Maacha: Leuitis, Hasabias filius Camuel: Aaronitis, Sadoc: Iudaitis, Eliu frater Dauid: Issacharitis, Amri filius Michael: Zabulonitis Iesmaias filius Abdiæ: Nephthalitibus, Ierimoth filius Oziel: filijs Ephráim, Osée filius Oziu: dimidiæ tribui Manasse, Ioel filius Phadaiæ: & dimidiæ tribui Manasse in Galaad, Iaddo filius Zachariæ: Beniamin autem, Iasiel filius Abner: Dan verò, Ezriel filius Ieroham. hi princi pes filiorũ Israel. Noluit autem Dauid numerare eos à viginti annis inferius: quia dixerat Dominus vt multiplicaret Israel quasi stellas cœli. Ioab filius Saruiæ cœperat numerare, nec compleuit: quia super hoc ira irruerat in Israel: & idcirco numerus eorum qui fuerant recensiti, non est relatus in fastos regis Dauid. Super thesauros autem regis fuit Azmoth filius Adiel. his autem thesauris qui erant in vrbibus, & in
D vicis, & in turribus præsidebat Ionathan filius Oziæ. Operi autem rustico, & agricolis qui exercebant terram, præerat Ezri filius Chelub. Vinearumque cultoribus, Semeias Ramathites:

Ramathites:cellis autem vinarijs, Zabdias Saphomites. Nam ſuper oliueta & ficeta, quæ erant in cāpeſtribus, Balanan Gederites: ſuper apothecas autem olei, Ioas. Porrò armentis quę paſcebantur in Saron, præpoſitus fuit Setrái Saronites: & ſuper boues in vallibus, Saphat filius Adli: ſuper camelos verò, Vbil Iſmaelites: & ſuper aſinos, Iadias Meronathites: ſuper oues quoq; Iaziz Agarenus. omnes hi, principes ſubſtantiæ regis Dauid. Ionathan autem patruus Dauid conſiliarius, vir prudens & literatus: ipſe & Iahiel filius Hachamoni, erant cū filijs regis. Achitophel etiā conſiliarius regis, & Chuſai Arachites amicus regis. Poſt Achitophel fuit Ioiada filius Banaiæ, & Abiathar. Princeps autem exercitus regis erat Ioab.

S. EXHORTATIO *Dauidis ad Salomonem & populum pro conſtruendo templo.* CAPVT XXVIII.

A COnuocauit igitur Dauid omnes principes Iſrael, duces tribuū, & præpoſitos turmarū, qui miniſtrabant regi: tribunos quoque & centuriones, & qui præerant ſubſtantiæ, & poſſeſsionibus regis: filioſq; ſuos cum eunuchis, & potentes, & robuſtiſsimos quoſq; in exercitu Ieruſalē. Cumq; ſurrexiſſet rex, & ſtetiſſet, ait, Audite me fratres mei, & populus meus: Cogitaui vt ædificarem domum in qua requieſceret arca fœderis Domini, & ſcabellū pedum Dei noſtri: & ad ædificandum, omnia
2.Reg.7.b præparaui. Deus autem dixit mihi, Non ædificabis domum nomini meo: eo quòd ſis vir bellator, & ſanguinem fuderis. Sed & elegit Dominus Deus Iſrael me de vniuerſa domo patris mei, vt eſſem rex ſuper Iſrael in ſempiternum: de Iuda enim elegit principes: porrò de domo Iuda, domum patris mei: & de filijs patris mei, placuit ei vt me eligeret regem ſu-
B per cunctum Iſrael. Sed & de filijs meis (filios enim mihi mul-
Sapien.9.b tos dedit Dominus) elegit Salomonem filium meum, vt ſederet in throno regni Domini ſuper Iſrael, dixitq; mihi, Salomon filius tuus ædificabit domū meam, & atria mea: ipſum enim elegi mihi in filium, & ego ero ei in patrem. Et firmabo regnum eius vſque in æternum, ſi perſeuerauerit facere præcepta mea & iudicia, ſicut & hodie. Nunc ergo coram vniuerſo cœtu Iſrael audiente Deo noſtro, cuſtodite & perquirite cuncta mandata Domini Dei veſtri: vt poſſideatis terram bonam, & relinquatis eam filijs veſtris poſt vos vſque in ſempiternum. Tu autem Salomon fili mi, ſcito Deum patris
Deo corde ꝑfecto ſeruiendū, nā cordiū ſcrutator eſt. Pſal.7. tui, & ſerui ei corde perfecto, & animo voluntario: Omnia enim corda ſcrutatur Dominus, & vniuerſas mentium cogitationes intelligit. Si quæſieris eum, inuenies: ſi autem dereliqueris eum, proijciet te in æternum. Nunc ergo quia elegit te Dominus vt ædificares domum ſanctuarij, confortare &
C perfice. Dedit autem Dauid Salomō filio ſuo deſcriptionem porticus, & templi, & cellariorum, & cœnaculi, & cubiculorum in adytis, & domus propitiationis, necnon & omnium quæ cogitauerat atriorum & exedrarum per circuitum in theſauros domus Dei & in theſauros ſanctorum: diuiſionumq; ſacerdotalium & Leuiticarum in omnia opera domus Domini, & in vniuerſa vaſa miniſterij templi Domini. Aurum in pondere per ſingula vaſa miniſterij. Argenti quoque pondus pro vaſorum & operum diuerſitate. Sed & ad candelabra aurea, & ad lucernas eorum, aurum pro menſura vniuſcuiuſq; candelabri & lucernarum. Similiter & in candelabra argētea, & in lucernas eorum, pro diuerſitate menſuræ, pondus argenti tradidit. Aurum quoque dedit in menſas propoſitionis pro
D diuerſitate menſarum: ſimiliter & argentum in alias menſas argenteas. Ad fuſcinulas quoque, & phialas, & thuribula ex auro puriſsimo, & leunculos aureos pro qualitate menſuræ pondus diſtribuit in leunculum & leunculum. Similiter & in leones argenteos diuerſum argenti pondus ſeparauit. Altari autem in quo adoletur incenſum, aurum puriſsimum dedit: & vt ex ipſo fieret ſimilitudo quadrigæ cherubim extendentium alas, & velantium arcam fœderis Domini. Omnia (inquit) venerunt ſcripta manu Domini ad me, vt intelligerem vniuerſa opera exemplaris. Dixit quoque Dauid Salomoni filio ſuo, Viriliter age, & confortare, & fac: ne timeas & ne paueas. Dominus enim Deus meus tecum erit, & non dimittet te, nec derelinquet, donec perficias omne opus miniſterij domus Domini. Ecce diuiſiones ſacerdotum & Leuitarum, in omne miniſterium domus Dei aſsiſtunt tibi, & parati ſunt, & nouerunt tam principes quàm populus facere omnia præcepta tua.

Exemplar templi accepit à Deo Dauid.

S. IMPENSAE *domus Domini à Dauid præparatæ, quibus populus donaria adijcit, ungitq; ſecundò Salomonem, & Dauid moritur.*

CAPVT XXIX.

A LOcutusque eſt Dauid rex ad omnem eccleſiam, Salomonem filium meum vnum elegit Deus, adhuc puerum & tenellum: opus enim grande eſt, neque enim homini præparatur habitatio, ſed Deo. Ego autē totis viribus meis præparaui impenſas domus Dei mei. Aurum ad vaſa aurea, & argentum in argentea, æs in ænea, ferrum in ferrea, ligna ad lignea: & lapides onychinos, & quaſi ſtibinos, & diuerſorū colorū, omnemque pretioſum lapidem, & marmor parium abundantiſsime. & ſuper hæc quæ obtuli in domum Dei mei, de peculio meo aurum & argentum do in templū Dei mei, exceptis his quæ præparaui
A in ædem ſanctam. Tria millia talenta auri de auro Ophir: & ſeptem millia talentorum argenti probatiſsimi, ad deauran-
B dos parietes templi. Et vbicunq; opus eſt aurum, de auro, & vbicunq; opus eſt argentum de argento, opera fiant per manus artificum: & ſi quis ſponte offert, impleat manum ſuam hodie, & offerat quod voluerit Domino. Polliciti ſunt itaque principes familiarum, & proceres tribuū Iſrael, tribuni quoque & centuriones, & principes poſſeſsionum regis. Dederuntq; in opera domus Dei auri talenta quinq; millia, & ſolidos decem millia: argenti talenta decem millia, & æris talenta decem & octo millia: ferri quoque centum millia talentorum. Et apud quemcunque inuenti ſunt lapides, dederunt in
C theſauros domus Domini per manum Iahiel Gerſonitis. Lętatusq; eſt populus, cum vota ſponte promitterent: quia corde toto offerebant ea Domino: ſed & Dauid rex lætatus eſt gaudio magno. Et benedixit Domino coram vniuerſa multitudine: & ait, Benedictus es Domine Deus Iſrael patris noſtri ab æterno in æternum. Tua eſt Domine magnificentia, & potentia, & gloria, atque victoria, & tibi laus: cuncta enim quæ in cœlo ſunt, & in terra, tua ſunt, tuū Domine regnum, & tu es ſuper omnes principes. Tuæ diuitiæ, & tua eſt gloria: tu dominaris omnium, in manu tua virtus & potentia, in
D manu tua magnitudo & imperiū omniū. Nunc igitur Deus noſter confitemur tibi, & laudamus nomen tuum inclytum. Quis ego, & quis populus meus, vt poſsimus hæc tibi vniuerſa promittere? tua ſunt omnia, & quæ de manu tua accepimus, dedimus tibi. Peregrini enim ſumus coram te & aduenæ, ſicut omnes patres noſtri. Dies noſtri quaſi vmbra ſuper terram, & nulla eſt mora. Domine Deus noſter, omnis hæc copia quam parauimus vt ædificaretur domus nomini ſancto tuo, de manu tua eſt, & tua ſunt omnia. Scio Deus meus, quòd probes corda, & ſimplicitatem diligas, vnde & ego in ſimplicitate cordis mei lætus obtuli vniuerſa hæc: & populum tuum, qui hic repertus eſt, vidi cum ingenti gau-
E dio tibi offerre donaria. Domine Deus Abraham, & Iſaac, & Iſrael patrum noſtrorum, cuſtodi in æternum hanc voluntatem cordis eorum, & ſemper in veneratione tui mens iſta permaneat. Salomoni quoque filio meo da cor perfectum, vt cuſtodiat mandata tua, teſtimonia tua, & ceremonias tuas, & faciat vniuerſa: & ædificet ædem, cuius impenſas parauī. Præcepit autem Dauid vniuerſæ eccleſiæ, Benedicite Domino Deo veſtro. Et benedixit omnis eccleſia Domino Deo patrum ſuorum, & inclinauerunt ſe, &

Dauid laudat Dominum.

Nihil Deo dam̄ quod ab eo prius non acceperimus. Sapien.ab

se,& adorauerunt Dominum,& deinde regem. Immolauerunt
F que victimas Domino:& obtulerunt holocausta die sequenti tauros mille,arietes mille, agnos mille cum libaminibus suis,& vniuerso ritu abundantissime in omnem Israel. Et
Secũdò vngitur Salomon. comederunt,& biberunt coram Domino in die illo cũ grandi lætitia:& vnxerunt secundò Salomonem filium Dauid.
3. Reg. 1. e Vnxerunt autem eum Domino in principem, & Sadoc in põtificem. Seditq; Salomon super solium Domini in regem pro Dauid patre suo,& cunctis placuit: & paruit illi omnis Israel. Sed & vniuersi principes & potentes,& cuncti filij re-
G gis Dauid dederũt manum,& subiecti fuerunt Salomoni regi. Magnificauit ergo Dominus Salomonem super omnem
Tempus regni Dauid. 3. Reg. 2. c Israel:& dedit illi gloriam regni,qualem nullus habuit ante eum rex Israel. Igitur Dauid filius Isai regnauit super vniuersum Israel. Et dies quibus regnauit super Israel,fuerunt quadraginta anni:in Hebron regnauit septem annis,& in Ierusalem annis triginta tribus. Et mortuus est in senectute bona,
Moritur Dauid: cui succedit Salomon. plenus dierum,& diuitijs,& gloria. Et regnauit Salomon filius eius pro eo. Gesta autem Dauid regis priora & nouissima scripta sunt in libro Samuelis Videtis,& in libro Nathan prophetæ,atq; in volumine Gad Videntis: vniuersiq; regni eius & fortitudinis,& temporum quæ transierunt sub eo, siue in Israel,siue in cunctis regnis terrarum.

FINIS.

Secundus Liber Paralipomenon, Hebraicè

Dibre Haiamim.



S. OBLATIS *hostijs à Salomone in Gabaon, Dominus illi nocte apparens, dat illi petitam sapientiam, inde currus & equites congregat.*

CAPVT I.

A ONFORTATVS est ergo Salomon filius Dauid in regno suo, & Dominus Deus erat cum eo, & magnificauit eum
1. Reg. 3. a in excelsum. Præcepitq; Salomon vniuerso Israeli,tribunis,& centurionibus, & ducibus,& iudicibus omnis Israel,& principibus familiarũ:& abijt cum vniuersa multitudine in excelsum Gabaon,vbi erat tabernaculum fœderis Dei,quod fecit Moyses famulus Dei in solitudine. Arcam autem Dei adduxerat Dauid de Cariathiarim in
Exod. 38. a locum quem præparauerat ei,& vbi fixerat illi tabernaculũ, hoc est in Ierusalẽ. Altare quoq; æneum,quod fabricatus fuerat Beseleel filius Vri filij Hur,ibi erat corã tabernaculo Do-
B mini:quod & requisiuit Salomon, & omnis ecclesia. Ascenditque Salomon ad altare æneum coram tabernaculo fœderis Domini,& obtulit in eo mille hostias. Ecce autem in ipsa nocte apparuit ei Deus,dicẽs, Postula quod vis,vt dem tibi. Dixitq; Salomõ Deo, Tu fecisti cum Dauid patre meo misericordiam magnã:& cõstituisti me regẽ pro eo. Nũc ergo Domine Deus impleatur sermo tuus, quem pollicitus es Dauid
C patri meo:tu enim me fecisti regẽ super populũ tuũ multũ, qui tam innumerabilis est,quàm puluis terræ. Da mihi sapiẽ- 1. Par. 28. b
tiam & intelligentiã,vt ingrediar & egrediar coram populo tuo:quis enim potest hũc populũ tuum dignè,qui tam grandis est,iudicare? Dixit autem Deus ad Salomonem, Quia hoc magis placuit cordi tuo,& non postulasti diuitias,& substan- Sapien. 9. b
tiam,& gloriã,neq; animas eorũ qui te oderunt, sed nec dies vitæ plurimos:petisti autem sapientiã & scientiã,vt iudicare possis populũ meum,super quem cõstitui te regem, Sapientia & scientia data sunt tibi:diuitias autẽ,& substantiã,& gloriam dabo tibi,ita vt nullus in regibus nec ante te, nec post te
D fuerit similis tui. Venit ergo Salomon ab excelso Gabaon in Ierusalẽ coram tabernaculo fœderis:& regnauit super Israel. Numerus curruum & equitum Salomonis.
Cõgregauitq; sibi currus & equites:& facti sunt ei mille quadringẽti currus,& duodecim millia equitũ:& fecit eos esse in vrbibus quadrigarũ,& cũ rege in Ierusalẽ. Præbuitq; rex argentũ & aurũ in Ierusalẽ quasi lapides, & cedros quasi sycomoros,quæ nascũtur in cãpestribus multitudine magna. Adducebãtur autẽ ei equi de Aegypto,& de Coa à negotiatoribus regis,qui ibãt,& emebãt pretio quadrigã equorũ sexcentis argẽteis,& equũ centũ quinquaginta: similiter de vniuersis regnis Cethæorum,& à regibus Syriæ emptio celebrabatur.

S. CONDVCTIS *operarijs mittit Salomon ad Hiram pro lignis ad templi structuram mittendis.*

CAPVT II.

A DECREVIT autem Salomon ædificare domũ nomini Domini,& palatium sibi. Et numerauit septuaginta millia virorũ portantium humeris,& octoginta millia qui cæderent lapides in montibus, præpositosq; eorũ tria millia sexcentos. Misit quoq; ad Hirã
3. Reg. 5. a regẽ Tyri,dicens, Sicut egisti cum Dauid patre meo,& misisti ei ligna cedrina,vt ędificaret sibi domum,in qua & habitauit:sic fac mecum vt ædificẽ domũ nomini Domini Dei mei, vt consecrẽ eam ad adolendum incensum coram illo,& fumiganda aromata,& ad propositionẽ panum sempiternã, & ad holocaustomata mane & vespere,sabbathis quoque, & neomenijs,& solẽnitatibus Domini Dei nostri in sempiternum,
B quæ mandata sunt Israeli. Domus enim quã ædificare cupio, magna est:magnus est enim Deus noster super omnes deos. Quis ergo poterit prævalere,vt ædificet ei dignã domum? si cœlũ,& cœli cœlorũ capere eum nequeunt:quãtus ego sum, vt possim ædificare ei domum? sed ad hoc tantum, vt adoleatur incensum coram illo. Mitte ergo mihi virum eruditum, qui nouerit operari in auro & argento,ære & ferro,purpura, coccino,& hyacintho,& qui sciat sculpere cælaturas cum his artificibus quos mecum habeo in Iudæa & Ierusalem, quos præparauit Dauid pater meus. Sed & ligna cedrina mitte mihi,& arceuthina,& pinea de Libano:scio enim quòd serui tui nouerint cædere ligna de Libano,& erunt serui mei cũ seruis
C tuis,vt parentur mihi ligna plurima. Domus enim quam cupio ædificare,magna est nimis & inclyta. Præterea operarijs qui cæsuri sunt ligna seruis tuis dabo in cibaria tritici coros viginti millia, & hordei coros totidem,& vini viginti millia metretas,oleiq́ue sata viginti millia. Dixit autem Hiram rex Tyri per literas,quas miserat Salomoni, Quia dilexit Dominus populum suum, idcirco te regnare fecit super eum. Et Diligens Dominus populũ, cõstituit super eum regem sapientem.
addidit, dicens, Benedictus Dominus Deus Israel,qui fecit cœlũ & terram, qui dedit Dauid regi filiũ sapiẽtem & eruditum & sensatũ atq; prudentẽ,vt ædificaret domum Domino, & palatium sibi. Misi ergo tibi virũ prudentem, & scientissimum

mum Hiram patrem meum, filium mulieris de filiabus Dan: cuius pater fuit Tyrius, qui nouerit operari in auro & argento, ære & ferro, & marmore, & lignis, in purpura quoque & hyacintho, &. byſſo & coccino: & qui ſciat cælare omnem ſculpturam, & adinuenire prudenter quodcunq; in opere neceſſarium eſt cum artificibus tuis, & cum artificibus domini
D mei Dauid patris tui. Triticum ergo, & hordeum, & oleum, & vinum, quæ pollicitus es domine mi, mitte ſeruis tuis. Nos autem cædemus ligna de Libano, quot neceſſaria habueris, & applicabimus ea ratibus per mare in Ioppe: tuum autem
Numerus artificum. erit transferre ea in Ieruſalem. Numerauit igitur Salomon omnes viros proſelytos qui erant in terra Iſrael, poſt dinumerationem quam dinumerauit Dauid pater eius: & inuenti ſunt centum quinquaginta tria millia & ſexcenti. Fecitq; ex eis ſeptuaginta millia, qui humeris onera portarent, & octoginta millia qui lapides de montibus cæderent: tria autem millia, & ſexcentos præpoſitos operum populi.

S. TEMPLVM extruitur cum porticu, uelo, & duabus columnis.

CAPVT III.

A ET cœpit Salomon ædificare domum Domini in Ieruſalem, in monte Moria, qui demonſtratus fuerat Dauid patri eius, in loco quem parauerat Dauid in Area Ornam Iebuſæi. Cœpit autẽ ædi
3. Reg. 6. a ficare menſe ſecundo, anno quarto regni ſui. Et hæc ſunt fundamenta quæ iecit Salomon, vt ædificaret domum Dei, longitudinis cubitos in menſura prima ſexaginta, latitudinis cubitos viginti. Porticum verò ante frontem, quæ tendebatur in longum iuxta menſurã latitudinis domus cubitorum viginti: porrò altitudo centum viginti cubitorum erat: & deaura-
B uit eam intrinſecus auro mundiſſimo. Domum quoq; maiorem texit tabulis ligneis abiegnis, & laminas auri obrizi affixit per totũ: ſculpſitq; in ea palmas, & quaſi catenulas ſe inuicem complectentes. Strauit quoq; pauimentũ templi pretioſiſſimo marmore, decõre multo. Porrò aurum erat probatiſſimum, de cuius laminis texit domum, & trabes eius, & poſtes, & parietes, & oſtia: & cælauit cherubim in parietibus. Fecit quoq; domũ Sanctiſanctorũ: longitudinẽ iuxta latitudinem domus, cubitorum viginti: & latitudinem ſimiliter viginti cubitorũ, & laminis aureis texit eam, quaſi talentis ſexcentis. Sed & clauos fecit aureos, ita vt ſinguli claui ſiclos quinquagenos appenderent: cœnacula quoq; texit auro. Fe-
C cit etiam in domo Sanctiſanctorũ cherubim duos, opere ſtatuario: & texit eos auro. Alæ cherubim viginti cubitis extendebantur, ita vt vna ala haberet cubitos quinque, & tangeret parietem domus; & altera quinq; cubitos habens, alam tangeret alterius cherub. Similiter cherub alterius ala, quinque habebat cubitos, & tãgebat parietem: & ala eius altera quinque cubitorũ, alam cherub alterius cõtingebat. Igitur alæ vtriuſq; cherubim expanſæ erant, & extendebantur per cubitos viginti: ipſi autem ſtabãt erectis pedibus, & facies eorum erant
D verſæ ad exteriorẽ domum. Fecit quoq; velum ex hyacintho, purpura, cocco, & byſſo: & intexuit ei cherubim. Ante fores etiam templi duas columnas, quæ triginta & quinq; cubitos habebant altitudinis: porrò capitella earũ quinq; cubitorum. Necnon & quaſi catenulas in oraculo, & ſuperpoſuit eas capitibus columnarũ: malogranata etiam centum, quæ catenulis interpoſuit. Ipſas quoque columnas poſuit in veſtibulo templi, vnam à dextris, & alterã à ſiniſtris: eam quæ à dextris erat, vocauit Iachin: & quæ ad læuam, vocauit Booz.

S. CONSTRVCTIO altaris æneiꝫ maris, candelabrorum, & menſæ ad panes propoſitionis. CAPVT IIII.

A FEcit quoq; altare æneum viginti cubitorũ longitudinis, & viginti cubitorum latitudinis, & decem cubitorum altitudinis. Mare etiam fuſile decem cubitis à labio vſq; ad labium, rotundum per circuitum: quinq; cubitos habebat altitudinis, & funiculus triginta cubitorum ambiebat gyrum eius. Similitudo quoque boum erat ſubter illud: & decem cubitis quędam extrinſecus cælaturæ, quaſi duobus verſibus labium maris circuibant. Boues autem erant fuſiles: & ipſum mare ſuper duodecim boues impoſitum erat, quorum tres reſpiciebant ad aquilonem, & alij tres ad occidentẽ, porrò tres alij meridiem, & tres qui
B reliqui erant, orientem, habentes mare ſuperpoſitũ: poſteriora autem boum erant intrinſecus ſub mari. Porrò vaſtitas eius habebat menſuram palmi, & labiũ illius erat quaſi labium calicis, vel repandi lilij: capiebatq; tria millia metretas. Fecit quoque conchas decem: & poſuit quinq; à dextris, & quinq; à ſiniſtris, vt lauarent in eis omnia quæ in holocauſtum oblaturi erant: porrò in mari ſacerdotes lauabantur. Fecit autem & candelabra aurea decem ſecundum ſpeciem qua iuſſa erant fieri: & poſuit ea in templo, quinq; à dextris, & quinq; à ſiniſtris. Necnon & menſas decem: & poſuit eas in tẽplo, quinq; à dextris, & quinq; à ſiniſtris. Phialas quoq; aureas centum. Fecit etiam atrium ſacerdotũ, & baſilicam grandem: & oſtia
C in baſilica, quæ texit ære. Porrò mare poſuit in latere dextro contra orientem ad meridiem. Fecit autem Hiram lebetes, & creagras, & phialas: & compleuit omne opus regis in domo Dei: Hoc eſt, columnas duas: & epiſtylia, & capita, & quaſi quædam retiacula, quæ capita tegerẽt ſuper epiſtylia. Malogranata quoq; quadringenta, & retiacula duo, ita vt bini ordines malogranatorum ſingulis retiaculis iungerẽtur, quæ protegerent epiſtylia, & capita columnarum. Baſes etiam fecit, & cõchas, quas ſuperpoſuit baſibus: mare vnum, boues quoque duodecim ſub mari. Et lebetes, & creagras, & phialas.
D Omnia vaſa fecit Salomoni Hiram pater eius in domo Domini ex ære mundiſſimo. In regione Iordanis fudit ea rex in argilloſa terra, inter Socoth & Saredátha. Erat autem multitudo vaſorum innumerabilis, ita vt ignoraretur pondus æris. Fecitque Salomon omnia vaſa domus Dei, & altare aureum: & menſas, & ſuper eas panes propoſitionis. Candelabra quoque cum lucernis ſuis vt lucerent ante oraculum iuxta ritum, ex auro puriſſimo: & florentia quædam, & lucernas, & forcipes aureos. omnia de auro mundiſſimo facta ſunt. Thymiateria quoque, & thuribula, & phialas, & mortariola ex auro puriſſimo. Et oſtia cælauit templi interioris, id eſt in Sancta ſanctorum: & oſtia templi forinſecus aurea. Sicq; cõpletum eſt omne opus quod fecit Salomon in domo Domini.

S. DONARIIS non paucis oblatis, arca in oraculum inducitur, unde gloria Domini impleuit domum. CAPVT V.

A NTulit igitur Salomon omnia quæ vouerat Dauid pater ſuus, argentum, & aurum, & vniuerſa vaſa poſuit in theſauris domus Dei. Poſt quæ cõgregauit maiores natu Iſrael, & cunctos prin-
Salomõ fert quæ uouerat pater in templum Dei.
3. Reg. 8
3. Reg. 8. a
cipes tribuum, & capita familiarum de filijs Iſrael, in Ieruſalem: vt adducerent arcam fœderis Domini de ciuitate Dauid, quæ eſt Sion. Venerunt itaque ad regem omnes viri Iſrael in die ſolenni menſis ſeptimi. Cumq; veniſſent cuncti ſeniorum Iſrael, portauerũt Leuitæ arcam, & intulerũt eam, & omnem
B paraturam tabernaculi. Porrò vaſa ſanctuarij, quæ erant in tabernaculo, portauerunt ſacerdotes cum Leuitis. Rex autem Salomon, & vniuerſus cœtus Iſrael, & omnes qui fuerũt congregati ante arcam, immolabant arietes & boues abſque vllo numero. tanta enim erat multitudo victimarum. Et intulerũt ſacerdotes arcam fœderis Domini in locum ſuum, id eſt ad oraculum templi in Sanctaſanctorũ ſubter alas cherubim: ita vt cherubim expanderent alas ſuas ſuper locum in quo poſita erat arca, & ipſam arcam tegerent cum vectibus eius. Ve-
C ctium autem quibus portabatur arca, quia paululum longiores erant, capita parebant ante oraculũ: ſi verò quis paululum fuiſſet extrinſecus, eos videre non poterat. Fuit itaq; arca ibi vſque in præſentem diem. Nihil q; erat aliud in arca niſi duæ tabulæ

tabulæ lapideæ quas posuerat Moyses in Horeb, quando legem dedit Dominus filijs Israel egredientibus ex Aegypto.
Egressis autem sacerdotibus de sanctuario (omnes enim sacerdotes qui ibi potuerant inueniri, sanctificati sunt: nec ad-
huc in illo tempore vices, & ministeriorũ ordo inter eos diui
D sus erat) tam Leuitæ, quàm cantores, id est & qui sub Asaph erãt, & qui sub Heman, & qui sub Idithun, filij, & fratres eorum vestiti byssinis, cymbalis, & psalterijs, & citharis concrepabant, stantes ad orientalem plagam altaris, & cum eis sacerdotes centum viginti canentes tubis. Igitur cunctis pariter, & tubis, & voce, & cymbalis, & organis, & diuersi generis musicorum concinentibus, & vocem in sublime tollentibus, longe sonitus audiebatur: ita vt cum Dominum laudare cœpissent, & dicere, Confitemini Domino quoniam bonus, quoniam
in æternum misericordia eius: impleretur domus Domini
Gloria Domini templũ replet. nube, ne possent sacerdotes stare & ministrare propter caliginem. Compleuerat enim gloria Domini domum Dei.



S. SALOMONIS exhortatio ad populum, & oratio ad Deum.

CAPVT VI.

A Salomõ benedicit congregationi. 1. Reg. 8. b

TVnc Salomon ait, Dominus pollicitus est vt habitaret in caligine: ego autem ædificaui domum nomini eius, vt habitaret ibi in perpetuũ. Et conuertit rex faciem suã, & benedixit vniuersæ multitudini Israel (nã omnis turba stabat intenta) & ait, Benedictus Dominus Deus Israel, qui quod locutus est Dauid patri meo, opere cõpleuit, dicens, A die qua eduxi populũ meum de terra Aegypti, nõ elegi ciuitatẽ de cunctis tribubus Israel vt ædificaretur in ea domus nomini meo: neque elegi quenquam alium virum, vt esset dux in populo meo Israel: sed elegi Ierusalem vt sit nomen meum in ea, & elegi Dauid, vt constituerem eum super populum meum Israel. Cumq; fuisset voluntatis Dauid patris mei, vt ædificaret domũ nomini Domini Dei Israel, dixit Dominus ad eum, Quia hæc fuit voluntas tua, vt ædificares domum nomini meo, bene quidem fecisti huiusce modi habere voluntatem: sed non tu ædificabis mihi domum, veruntamen filius tuus, qui egredietur de lumbis
B tuis, ipse ædificabit domum nomini meo. Cõpleuit ergo Dominus sermonem suum, quem locutus fuerat: & ego surrexi pro patre meo Dauid, & sedi super thronum Israel, sicut locutus est Dominus: & ædificaui domũ nomini Domini Dei Israel. Et posui in ea arcam, in qua est pactum Domini quod pepigit cum filijs Israel. Stetit ergo coram altari Domini ex aduerso vniuersæ multitudinis Israel, & extendit manus suas. Siquidem fecerat Salomon basim æneam, & posuerat eam in medio basilicæ, habentem quinque cubitos longitudinis, &
Oratio Salomonis vt exaudiãtur orantes in templo. 2. Mac. 2. b quinque latitudinis, & tres cubitos altitudinis: stetitq; super eam, & deinde flexis genibus cõtra vniuersam multitudinem
Israel, & palmis in cœlum leuatis, ait, Domine Deus Israel,
non est similis tui Deus in cœlo & in terra: qui custodis pactum & misericordiam cum seruis tuis qui ambulant coram
C te in toto corde suo. Qui præstitisti seruo tuo Dauid patri meo quæcunq; locutus fueras ei: & quæ ore promiseras, opere complesti, sicut & præsens tempus probat. Nũc ergo Domine Deus Israel imple seruo tuo patri meo Dauid quæcũq; locutus es, dicens, Non deficiet ex te vir coram me, qui sedeat super thronum Israel: ita tamen si custodierint filij tui viam suam, & ambulauerint in lege mea, sicut & tu ambulasti coram me. Et nunc Domine Deus Israel firmetur sermo tuus quem locutus es seruo tuo Dauid. Ergón e credibile est vt habitet Deus cum hominibus super terram? Si cœlum & cœli cœlorum non te capiunt: quanto magis domus ista quam ædificaui? Sed ad hoc tantum facta est, vt respicias orationem serui tui, & obsecrationem eius Domine Deus meus: & audias
D preces quas fundit famulus tuus coram te: vt aperias oculos tuos super domum istam diebus ac noctibus, super locum in quo pollicitus es vt inuocetur nomen tuum: & exaudires orationem quam seruus tuus orat in eo, & exaudias preces famuli tui, & populi tui Israel. Quicũq; orauerit in loco isto, exaudi de habitaculo tuo, id est de cœlis, & propitiare. Si peccauerit quispiam in proximum suum, & iurare contra eum paratus venerit, seq; maledicto cõstrinxerit coram altari in domo ista: tu audies de cœlo, & facies iudicium seruorum tuorum, ita vt reddas iniquo viam suam in caput proprium, & vlciscaris iustum, retribuens ei secundum iustitiam suam. Si superatus fuerit populus tuus Israel ab inimicis (peccabunt enim tibi) & cõuersi egerint pœnitentiã, & obsecrauerint nomen tuum, & fuerint deprecati te in loco isto, tu exaudies de cœlo, & propitiare peccato populi tui Israel, & reduc eos in ter-
E ram quam dedisti eis, & patribus eorũ. Si clauso cœlo pluuia non fluxerit propter peccata populi tui, & deprecati te fuerint in loco isto, & confessi nomini tuo, & conuersi à peccatis suis, cum eos afflixeris: exaudi de cœlo Domine, & dimitte peccata seruis tuis & populi tui Israel, & doce eos viã bonam per quam ingrediãtur, & da pluuiã terræ quam dedisti populo tuo ad possidendũ. Fames si orta fuerit in terra, & pestilen- *Infra 20. b*
tia, & ęrugo, & locusta, & bruchus, & hostes vastatis regionibus, portas obsederint ciuitatis, omnisq; plaga, & infirmitas presserit: si quis de populo tuo Israel fuerit deprecatus, cognoscens plagã, & infirmitatẽ suã, & expanderit manus suas
in domo hac: tu exaudies de cœlo, de sublimi scilicet habitaculo tuo, & propitiare, & redde vnicuiq; secundum vias suas
F quas nosti eũ habere in corde suo: tu enim solus nosti corda filiorum hominũ. Vt timeant te, & ambulent in vijs tuis cunctis diebus quibus viuunt super faciẽ terræ quã dedisti patribus nostris. Externũ quoq; qui nõ est de populo tuo Israel, si venerit de terra lõginqua, propter nomen tuum magnũ, & propter manũ tuam robustã, & brachiũ tuũ extentũ, & adorauerit in loco isto: tu exaudies de cœlo firmissimo habitaculo tuo, & facies cuncta pro quibus inuocauerit te ille peregrinus: vt sciant omnes populi terræ nomen tuum: & timeant te sicut populus tuus Israel, & cognoscant quia nomẽ tuum inuocatũ est super domũ hanc quam ædificauit. Si egressus fuerit populus tuus ad bellum contra aduersarios suos per viam in qua miseris eos, adorabũt te cõtra viam in qua ciuitas hæc est quam elegisti, & domus quam ædificaui nomini tuo: &
G exaudies de cœlo preces eorũ, & obsecrationẽ, & vlciscaris. Si autẽ peccauerint tibi (neq; enim est homo qui nõ peccet) *3. Reg. 8. c*
& iratus fueris eis, & tradideris hostibus, & captiuos duxe- *Eccle. 7. c*
rint eos in terram longinquam, vel certe quæ iuxtà est: & con- *1. Ioan. 1. d*
uersi in corde suo in terra ad quam captiui ducti fuerant, egerint pœnitentiam, & deprecati te fuerint in terra captiuitatis suæ, dicẽtes, Peccauimus, iniquè fecimus, iniuste egimus: & reuersi fuerint ad te in toto corde suo, & in tota anima sua, in terra captiuitatis suæ ad quam ducti sunt, adorabunt te contra viam terræ suæ quam dedisti patribus eorũ, & vrbis quam elegisti, & domus quam ædificaui nomini tuo: tu exaudies de cœlo, hoc est de firmo habitaculo tuo preces eorum, & facias iudicium, & dimittas populo tuo quamuis peccatori. Tu es enim Deus meus, aperiantur quæso oculi tui, & aures tuæ

Psal.131.c intẽtæ ſunt ad orationẽ quæ fit in loco iſto. Nunc igitur conſurge Domine Deus in requiem tuam, tu & arca fortitudinis tuæ: Sacerdotes tui Domine Deus induantur ſalutẽ, & ſancti tui lętentur in bonis. Domine Deus meus ne auerſeris faciem Chriſti tui: memento miſericordiarum Dauid ſerui tui.

S. DOMINI maiestas apparens Salomonis preces admisit.

CAPVT VII.

A Ignis deuorat ſacrificium. 2.Mac.2.c

CVmq; compleſſet Salomon fundẽs preces, ignis deſcendit de cœlo, & deuorauit holocauſta & victimas: & maieſtas Domini impleuit domum. Nec poterant ſacerdotes ingredi templũ Domini, eo quòd impleſſet maieſtas Domini templũ Domini. Sed & omnes filij Iſrael videbãt deſcẽdentẽ ignem, & gloria Domini ſuper domum: & corruentes proni in terrã ſuper pauimentũ ſtratũ lapide, adorauerunt: & laudauerũt Dominum, quoniã bonus, quoniã in ſeculũ miſericordia eius. Rex autẽ,

B & omnis populus immolabant victimas corã Domino. Mactauit igitur rex Salomon hoſtias, boum viginti duo millia, arietũ centũ viginti millia: & dedicauit domũ Dei rex & vniuerſus populus. Sacerdotes autẽ ſtabãt in officijs ſuis: & Leuitæ in organis carminum Domini, quæ fecit Dauid rex ad laudandũ Dominum, Quoniã in æternum miſericordia eius, hymnos Dauid canentes per manus ſuas: porrò ſacerdotes canebant tubis ante eos, cunctusq; Iſrael ſtabat. Sanctificauit quoq; Salomon mediũ atrij ante templũ Domini: obtulerat enim ibi holocauſta & adipes pacificorũ: quia altare æneum quod fecerat, non poterat ſuſtinere holocauſta & ſacrificia & adipes. Fecit ergo Salomon ſolennitatem in tempore illo ſe-

Fit ingens ſolennitas.

C ptem diebus, & omnis Iſrael cum eo, eccleſia magna valde, ab introitu Emath vſq; ad torrentem Aegypti. Fecitq; die octauo collectam, eo quòd dedicaſſet altare ſeptem diebus, & ſolennitatẽ celebraſſet diebus ſeptem. Igitur in die viceſimo tertio menſis ſeptimi dimiſit populos ad tabernacula ſua lætantes atq; gaudẽtes ſuper bono quod fecerat Dominus Dauid,

3.Reg.9.a & Salomoni, & Iſraeli populo ſuo. Cõpleuitq; Salomon domum Domini, & domum regis, & omnia quæ diſpoſuerat in corde ſuo vt faceret in domo Domini, & in domo ſua, & proſperatus eſt. Apparuit autẽ ei Dominus nocte, & ait, Audiui

Dominus exaudit orationẽ Salomonis.

orationẽ tuam, & elegi locum iſtum mihi in domũ ſacrificij. Si clauſero cœlũ, & pluuia non fluxerit, & mãdauero & præcepero locuſtæ vt deuoret terram, & miſero peſtilẽtiã in populũ meũ: conuerſus autẽ populus meus, ſuper quos inuocatũ eſt nomẽ meũ, deprecatus me fuerit, & exquiſierit faciem meã, & egerit pœnitentiã à vijs ſuis peſsimis: & ego exaudiã

D de cœlo, & propitius ero peccatis eorũ, & ſanabo terram eorum. Oculi quoq; mei erũt aperti, & aures meæ erectæ ad orationem eius qui in loco iſto orauerit. Elegi enim, & ſanctificaui locũ iſtũ, vt ſit nomen meũ ibi in ſempiternũ, & permaneant oculi mei, & cor meum ibi cunctis diebus. Tu quoq; ſi ambulaueris coram me, ſicut ambulauit Dauid pater tuus, & feceris iuxta omnia quæ præcepi tibi, & iuſtitias meas, iudiciaq; ſeruaueris: ſuſcitabo thronum regni tui, ſicut pollicitus ſum Dauid patri tuo, dicens, Non auferetur de ſtirpe tua vir, qui non ſit princeps in Iſrael. Si autẽ auerſi fueritis, & dereliqueritis iuſtitias meas, & præcepta mea quæ propoſui vobis, & abeũtes ſerui eritis dijs alienis, & adoraueritis eos: euellam vos de terra mea quã dedi vobis, & domũ hãc quã ſanctificaui nomini meo, proijciã à facie mea, & tradam eam in parabolã, & in exemplũ cũctis populis. Et domus iſta erit in prouerbiũ vniuerſis trãſeũtibus: & dicent ſtupẽtes, Quare fecit Dominus ſic terræ huic, & domui huic? Reſpõdebũtq;, Quia dereliquerunt Dominũ Deũ patrũ ſuorũ, qui eduxit eos de terra Aegypti, & apprehenderunt deos alienos, & adorauerunt eos, & coluerũt: idcirco venerũt ſuper eos vniuerſa hæc mala.

S. INSTAVRAT Salomon ciuitates quas Hiram ſibi donauit.

CAPVT VIII.

A EXpletis autem viginti annis poſtquam ædificauit Salomon domũ Domini & domum ſuam: ciuitates quas dederat Hiram Salomoni, ædificauit, & habitare ibi fecit filios Iſrael. Abijt quoque in Emath Suba, & obtinuit eam. Et ędificauit Palmirã in deſerto, & alias ciuitates munitiſsimas ædificauit in Emath. Extruxitq; Bethhoron ſuperiorẽ, & Bethhoron inferiorem, ciuitates muratas habentes portas & vectes & ſeras. Balaath etiã & omnes vrbes firmiſsimas, quæ fuerunt Salomonis, cunctasq; vrbes quadrigarũ, & vrbes equitũ. Omnia quæcunq; voluit,

3.Reg.9.b

B fecit rex Salomon atq; diſpoſuit: ædificauit in Ieruſalẽ & in Libano, & in vniuerſa terra poteſtatis ſuæ. Omnẽ populum qui derelictus fuerat de Hethęis, & Amorrhęis, et Pherezęis, & Heuęis, & Iebuſęis, qui nõ erãt de ſtirpe Iſrael, de filijs eorũ. Et de poſteris quos nõ interfecerant filij Iſrael, ſubiugauit Salomon in tributarios, vſq; in diem hanc. Porrò de filijs Iſrael non poſuit vt ſeruirent operibus regis: ipſi enim erant viri bellatores, & duces primi & principes quadrigarum & equitũ eius. Omnes autẽ principes exercitus regis Salomonis fuerũt ducẽti quinquaginta, qui erudiebãt populũ. Filiam verò Pharaonis tranſtulit de ciuitate Dauid in domum quam

Populi ſancti Salomoni tributarij.

C ædificauerat ei. Dixit enim, Non habitabit vxor mea in domo Dauid regis Iſrael, eo quòd ſanctificata ſit: quia ingreſſa eſt in eam arca Domini. Tunc obtulit Salomon holocauſta Domino ſuper altare Domini, quod extruxerat ante porticum, vt per ſingulos dies offerretur in eo iuxta præceptum Moyſi, in ſabbathis & in calendis, & in feſtis diebus ter per annũ, id eſt in Solennitate azymorũ, & Solẽnitate hebdomadarum, & in Solennitate tabernaculorũ. Et cõſtituit iuxta diſpoſitionẽ Dauid patris ſui officia ſacerdotum in miniſterijs ſuis: & Leuitas in ordine ſuo, vt laudarent, & miniſtrarent coram ſacerdotibus iuxta ritum vniuſcuiuſq; diei: & ianitores in diuiſionibus ſuis per portã & portã: ſic enim præceperat

D Dauid homo Dei. Nec prætergreſsi ſunt de mandatis regis tam ſacerdotes, quàm Leuitæ, ex omnibus quæ præceperat. Et in cuſtodijs theſaurorum omnes impenſas præparatas habuit Salomon, ex eo die quo fundauit domum Domini, vſq; in diem quo perfecit eam. Tunc abijt Salomon in Aſiongaber, & in Ailath ad oram Maris rubri, quæ eſt in terra Edom. Miſit ergo ei Hiram per manus ſeruorum ſuorum naues, & nautas gnaros maris, & abierunt cum ſeruis Salomonis in Ophir: tuleruntque inde quadringenta quinquaginta talenta auri, & attulerunt ad regem Salomonem.

S. REGINA Saba datis ſuſceptiſq; muneribus' diſceſsit. Salomon ſcuta aurea & argentea, & alia uaſa, ſoliumq; conſtruxit, & tandem moritur.

CAPVT IX.

A REgina quoq; Saba cum audiſſet famam Salomonis, vẽnit vt tentaret eum in ænigmatibus in Ieruſalem: cum magnis opibus & camelis, qui portabant aromata & auri plurimũ, gemmasq; pretioſas. Cumq; veniſſet ad Salomonẽ, locuta eſt ei quæcũq; erant in corde ſuo. Et expoſuit ei Salomon omnia quæ propoſuerat: nec quicquam fuit quod non perſpicuum ei fecerit. Quæ poſtquam vidit, ſapientiã ſcilicet Salomonis, & domũ quam ædificauerat, necnon & cibaria menſæ eius, & habitacula ſeruorum, & officiũ miniſtrorũ eius & veſtimenta eorũ, pincernas quoq; & veſtes eorum, & victimas quas immolabat in do-

3.Reg.10 Mat.12.d Luc.11.d

B mo Domini: nõ erat præ ſtupore vltrà in ea ſpiritus. Dixitq; ad regẽ, Verus eſt ſermo quẽ audierã in terra mea de virtutibus & ſapiẽtia tua. Non credebã narrãtibus, donec ipſa veniſſem, & vidiſſent oculi mei: & probaſſem vix medietatem ſapientiæ tuæ mihi fuiſſe narratã: viciſti famam virtutibus tuis. Beati viri tui, & beati ſerui tui, hi qui aſsiſtunt coram te omni tempore, & audiũt ſapiẽtiã tuã. Sit Dominus Deus tuus benedictus, qui voluit te ordinare ſuper thronũ ſuũ regem Domini

mini Dei tui. Quia diligit Deus Israel, & vult seruare eum in
aternum: idcirco posuit te super eum regem, vt facias iudi-
C cia atq; iustitiam. Dedit autem regi centumviginti talenta au-
ri, & aromata multa nimis, & gemmas pretiosissimas: nō fue-
runt aromata talia, vt hæc quæ dedit regina Saba regi Salo-
moni. Sed & serui Hiram cū seruis Salomonis attulerunt au-
rū de Ophir, & ligna Thyina, & gemmas pretiosissimas. De
quibus fecit rex, de lignis scilicet Thyinis, gradus in domo
Domini & in domo regia: citharas quoq; & psalteria canto-
ribus: nunquā visa sunt in terra Iuda ligna talia. Rex autē Sa-
lomon dedit reginæ Saba cūcta quæ voluit, & quæ postula-
uit, & multo plura quàm attulerat ad eum: quæ reuersa, abijt
in terram suam cum seruis suis. Erat autem pondus auri quod
D afferebatur Salomoni per singulos annos, sexcenta sexagin-
ta sex talenta auri: excepta ea summa quam legati diuersarum
gentium, & negotiatores afferre cōsueuerant, omnesq; reges
Arabiæ, & satrapæ terrarum, qui comportabant aurum & ar-
gentum Salomoni. Fecit igitur rex Salomon ducentas hastas
aureas de summa sexcentorum aureorum, qui in singulis ha-
stis expendebantur. Trecenta quoq; scuta aurea trecentorum
aureorum quibus tegebantur singula scuta: posuitq; ea rex in
armamētario, quod erat consitū nemore. Fecit quoq; rex so-
E lium eburneū grande: & vestiuit illud auro mundissimo. Sex
quoq; gradus, quibus ascendebatur ad soliū, & scabellum au-
reum, & brachiola duo altrinsecus, & duos leones stantes
iuxta brachiola: sed & alios duodecim leunculos stantes su-
per sex gradus ex vtraq; parte. non fuit tale soliū in vniuersis
regnis. Omnia quoq; vasa conuiuij regis erant aurea: & vasa
domus saltus Libani ex auro purissimo. Argentum enim in
diebus illis pro nihilo reputabatur. Siquidē naues regis ibant
in Tharsis cum seruis Hiram, semel in annis tribus: & defere-
bant inde aurum & argentū, & ebur, & simias, & pauos. Ma-
gnificatus est igitur Salomon super omnes reges terræ præ
F diuitijs, & gloria. Omnesq; reges terrarum desyderabant vi-
dere faciem Salomonis: vt audirent sapientiam quam dederat
Deus in corde eius. Et deferebant ei munera, vasa argentea &
aurea, & vestes, & arma, & aromata, equos & mulos, per sin-
gulos annos. Habuit quoque Salomon quadraginta millia
equorum in stabulis, & curruum equitumq; duodecim mil-
lia: constituitq; eos in vrbibus quadrigarum, & vbi erat rex
in Ierusalem. Exercuit etiam potestatem super cunctos re-
ges à flumine Euphrate vsque ad terram Philisthinorum, &
G vsq; ad terminos Aegypti. Tantamq; copiam prębuit argen-
ti in Ierusalem quasi lapidum: & cedrorum tantam multitu-
dinem velut sycomororum quæ gignuntur in campestribus.
Adducebantur autem ei equi de Aegypto, cunctisq; regio-
nibus. Reliqua autem opera Salomonis priorum & nouissi-
morum scripta sunt in verbis Nathan prophetæ, & in libris
Ahiæ Silonitis, in visione quoque Addo Videntis, contra Ie-
roboam filium Nabat. Regnauit autem Salomon in Ieruſa-
lem super omnem Israel quadraginta annis. Dormiuitq; cum
patribus suis: & sepelierunt eum in ciuitate Dauid: regna-
uitque Roboam filius eius pro eo.

Confusus an-nuis pecu-niæ Salo-monis.

Trecenta scuta aurea.

Argentū tē pore Salo-monis ni-hili fiebat.

Quadra-ginta mil-lia equitū.

Moritur Sa lomon, cui succedit Ro boam.

S. ROBOAM *seniorum spreto consilio, regnum in duo scidit, Iero-boam in alteram partem uocato.* CAPVT X.

A PRofectus est autem Roboam in Sichem: illuc
enim cunctus Israel conuenerat, vt constituere
eum regem. Quod cum audisset Ieroboam filius
Nabat, qui erat in Aegypto (fugerat quippe il-
luc ante Salomonem) statim reuersus est. Vocauerūtq; eum,
& vēnit cum vniuerso Israel, & locuti sunt ad Roboam, di-
centes, Pater tuus durissimo iugo nos pressit: tu leuiora im-
pera patre tuo, qui nobis imposuit grauē seruitutem, *& pau
lulum de onere subleua, .. vt seruiamus tibi. Qui ait, Post
tres dies reuertimini ad me. Cumq; abijsset populus, inijt con
silium cum senibus, qui steterant coram patre eius Salomo-

Venit popu-lus à Ro-boam leua-ri iugo. 3. Reg. 12. e

Consilium senum.

B ne, dum adhuc viueret, dicens, Quod datis consilium, vt re-
spondeā populo? Qui dixerunt ei, Si placueris populo huic,
& linieris eos verbis clementibus, seruient tibi omni tempo-
re. At ille reliquit consilium senum, & cum iuuenibus tracta- Consilium iuuenum.
re cœpit, qui cum eo nutriti fuerant, & erant in comitatu il-
lius. Dixitq; ad eos, Quid vobis videtur? vel quid respondere
debeo populo huic, qui dixit mihi, Subleua iugum, quod im-
posuit nobis pater tuus? At illi responderunt vt iuuenes, &
nutriti cum eo *in delicijs, .. atq; dixerunt, Sic loquēris po-
pulo qui dixit tibi, Pater tuus aggrauauit iugum nostrum,
C tu subleua: & sic respōdebis eis, Minimus digitus meus gros-
sior est lumbis patris mei. Pater meus imposuit vobis graue
iugum, & ego maius pondus apponam: pater meus cecidit
vos flagellis, ego verò cædam vos scorpionibus. Vēnit ergo
Ieroboam, & vniuersus populus ad Roboam die tertio, sicut
præceperat eis. Respondit q; rex dura, derelicto consilio se-
niorum, locutusq; est iuxta iuuenum voluntatē, Pater meus
graue vobis imposuit iugum, quod ego grauius faciam: pater
D meus cecidit vos flagellis, ego verò cædam vos scorpionibus.
Et non acquieuit populi precibus: erat enim voluntatis Dei,
vt compleretur sermo eius, quem locutus fuerat per manum
Ahiæ Silonitis ad Ieroboam filium Nabat. Populus autem
vniuersus rege duriora dicente, sic locutus est ad eum, Non
est nobis pars in Dauid, neque hæreditas in filio Isai. Reuer-
tere in tabernacula tua Israel, tu autem pasce domum tuam
Dauid. Et abijt Israel in tabernacula sua. Super filios autem
Israel, qui habitabant in ciuitatibus Iuda, regnauit Roboam.
Misitq; rex Roboam Aduram, qui præerat tributis, & lapi-
dauerunt eum filij Israel, & mortuus est: porrò rex Roboam
currum festinauit ascendere, & fugit in Ierusalem. Recessitq;
Israel à domo Dauid vsque ad diem hanc.

S. DISSVADETVR *Roboam bellare contra Israel, qui multis urbi-bus instauratis multas duxit uxores & concubinas.*

CAPVT XI.

A VEnit autem Roboam in Ierusalem, & conuoca- 3. Reg. 12. e
uit vniuersam domum Iuda & Beniamin centum
octoginta millia electorum, atque bellantium, vt
dimicaret contra Israel, & conuerteret ad se re-
gnum suum. Factusq; est sermo Domini ad Semeiam homi-
nem Dei, dicens, Loquere ad Roboam filium Salomonis re-
gem Iuda, & ad vniuersum Israel qui est in Iuda & Bēiamin,
Hæc dicit Dominus, Non ascendetis, neq; pugnabitis contra
fratres vestros: reuertatur vnusquisq; in domum suam, quia
mea hoc gestum est voluntate. Qui cum audissent sermonem Voluntate Dei diui-sum est re-gnum.
Domini, reuersi sunt, nec perrexerunt contra Ieroboam. Ha
B bitauit autem Roboam in Ierusalem, & ædificauit ciuitates
muratas in Iuda. Extruxitq; Bethlehē, & Etam, & Thecue,
Bethsur quoq;, & Socho, & Odollā, necnon & Geth, & Ma-
resa, & Ziph: sed & Aduram, & Lachis, & Azeca: Saraa quo-
que, & Aialon, & Hebron, quæ erant in Iuda, & Beniamin ci
uitates munitissimas. Cumq; clausisset eas muris, posuit in eis
principes, ciborumq; horrea, hoc est olei, & vini. Sed & in sin
gulis vrbibus fecit armamentaria scutorum, & hastarum: fir-
mauitq; eas summa diligentia, & imperauit super Iudam, &
C Beniamin. Sacerdotes autem, & Leuitæ qui erant in vniuerso
Israel, venerunt ad eū de cūctis sedibus suis, relinquētes sub-
urbana, & possessiones suas, & trāseuntes ad Iudā, & Ieruſa-
lem: eo quòd abiecisset eos Ieroboā, & posteri eius, ne sacer-
dotio Domini fungerentur. Qui cōstituit sibi sacerdotes ex- Ieroboā cō stituit sacer dotes dæ-moniorum, reiectis sa-cerdotibus Domini.
celsorū, & dæmoniorū, vitulorumq; quos fecerat. Sed & de
cunctis tribubus Israel, quicunq; dederant cor suū vt quære-
rent Dominū Deum Israel, venerūt in Ierusalē ad immolan-
dum victimas suas coram Domino Deo patrū suorū. Et ro-
borauerunt regnū Iuda: & confirmauerunt Roboā filiū Salo
monis per tres annos: ambulauerunt enim in vijs Dauid, &
D Salomonis annis tantū tribus. Duxit autē Roboam vxorem Vxores Ro boam.

D Mahalath, filiam Ierimoth filij Dauid: Abihâil quoq; filiam Eliab filij Isai, quæ peperit ei filios Ieus, & Somoriã, & Zoom. Post hanc quoq; accepit Maacha filiã Absalom, quæ peperit ei Abia, & Ethai, & Ziza, & Salomith. Amauit autem Roboam Maacha filiam Absalom super omnes vxores suas, & concubinas: nam vxores decem & octo duxerat, concubinas autem sexaginta: & genuit vigintiocto filios, & sexaginta filias. Constituit verò in capite, Abiam filium Maacha ducem super omnes fratres suos: ipsum enim regem facere cogitabat, quia sapientior fuit, & potentior super omnes filios eius, & in cunctis finibus Iuda, & Beniamin, & in vniuersis ciuitatibus muratis: præbuitq; eis escas plurimas, & multas petiuit vxores.

Filij & filiæ eius.



S. REX Aegypti Ierusalem spoliata aurea & argentea scuta Salomonis aufert, pro quibus Roboam ænea construxit.

CAPVT XII.

A Vmq; roboratum fuisset regnũ Roboam, & confortatum, dereliquit legem Domini, & omnis Israel cum eo. Anno autem quinto regni Roboam ascendit Sesac rex Aegypti in Ierusalem (quia peccauerant Domino) cum mille ducẽtis curribus, & sexaginta millibus equitum: nec erat numerus vulgi quod venerat cum eo ex Aegypto, Libyes scilicet, & Troglodytæ, & Aethiopes. Cepitq; ciuitates munitissimas in Iuda, & venit vsq; in Ierusalem. Semeias autẽ propheta ingressus est ad Roboam, & principes Iuda, qui congregati fuerãt in Ierusalem, fugientes Sesac: dixitq; ad eos, Hæc dicit Dominus, Vos reliqui stis me, & ego reliqui vos in manu Sesac. Consternatiq; principes Israel, & rex, dixerũt, Iustus est Dominus. Cumq; vidisset Dominus quòd humiliati essent, factus est sermo Domini ad Semeiam, dicens, Quia humiliati sunt, non disperdam eos: daboq; eis pauxillũ auxilij, & nõ stillabit furor meus super Ierusalem per manũ Sesac. Veruntamen seruient ei: vt sciant distantiam seruitutis meæ, & seruitutis regni terarum. Recessit itaq; Sesac rex Aegypti ab Ierusalem, sublatis thesauris domus Domini, & domus regis, omniaq; secum tulit: & clypeos aureos quos fecerat Salomon: pro quibus fecit rex æneos, & tradidit illos principibus scutariorum qui custodiebant vestibulum palatij. Cumq; introiret rex domum Domini, veniebant scutarij, & tollebant eos: iterumq; referebant eos ad armamentarium suum. Veruntamen quia humiliati sunt, auersa est ab eis ira Domini, nec deleti sunt penitus: siquidem in Iuda inuenta sunt opera bona. Confortatus est ergo rex Roboam in Ierusalem, atque regnauit: quadraginta autem & vnius anni erat cum regnare cœpisset: & decem & septem annis regnauit in Ierusalem vrbe quam elegit Dominus vt confirmaret nomen suum ibi de cunctis tribubus Israel: nomen autem matris eius Naama Ammanitis. Fecitq; malum, & non præparauit cor suum vt quæreret Dominum. Opera verò Roboã prima & nouissima scripta sunt in libris Semeiæ pphetæ, & Addo Videtis, & diligẽter exposita: pugnauerũtq; aduersum se Roboã & Ieroboã cunctis diebus. Et dormiuit Roboã cum patribus suis, sepultus q; est in ciuitate Dauid. Et regnauit Abia filius eius pro eo.

Semeias cõ monefacit populũ pec cati.

Humiliatio populi auertit irã Dei.

D

3.Reg.14.f

S. ABIA patri succedens in Iuda, expugnato Ieroboam ex multis uxoribus plurimos accepit filios & filias.

CAPVT XIII.

A Anno octauodecimo regis Ieroboam, regnauit Abia super Iudam. Tribus annis regnauit in Ierusalem: nomenq; matris eius Michaia, filia Vriel de Gabaa: & erat bellũ inter Abia & Ieroboam. Cumq; iniisset Abia certamen, & haberet bellicosissimos viros, & electorum quadringenta millia: Ieroboam instruxit econtra aciem octingenta millia virorum, qui & ipsi electi erant, & ad bella fortissimi. Stetit ergo Abia super montem Semeron, qui erat in Ephraim, & ait, Audi Ieroboam, & omnis Israel, Num ignoratis quòd Dominus Deus Israel dederit regnum Dauid super Israel in sempiternũ, ipsi & filijs eius in pactũ salis? (Et surrexit Ieroboam filius Nabat, seruus Salomonis filij Dauid: & rebellauit contra dominũ suũ. Con-

3.Reg.14.g

B gregatiq; sunt ad eum viri vanissimi, & filij Belial: & præualuerunt contra Roboam filiũ Salomonis: porrò Roboam erat rudis, & corde pauido, nec potuit resistere eis.) Nunc ergo vos dicitis quòd resistere possitis regno Domini, quod possidet per filios Dauid: habetisq; grandẽ populi multitudinẽ, atq; vitulos aureos quos fecit vobis Ieroboam in deos. Et eiecistis sacerdotes Domini, filios Aaron, atq; Leuitas: & feci-

3.Reg.12.g

stis vobis sacerdotes, sicut omnes populi terrarum: quicunq; venerit, & initiauerit manũ suam in tauro de bobus, & in arietibus septẽ, fit sacerdos eorum qui nõ sunt dij. Noster autẽ

C Dominus Deus est, quẽ non relinquimus: sacerdotesq; ministrant Domino de filijs Aaron: & Leuitæ sunt in ordine suo. Holocausta quoq; offerunt Domino per singulos dies mane & vespere: & thymiama iuxta legis præcepta confectum, & proponũtur panes in mensa mũdissima, estq; apud nos candelabrum aureũ, & lucernæ eius, vt accendantur semper ad vesperam: nos quippe custodimus præcepta Domini Dei nostri, quem vos reliquistis. Ergo in exercitu nostro dux Deus est, & sacerdotes eius q clangunt turbis, & resonãt contra vos: filij Israel nolite pugnare cõtra Dominũ Deum patrum vestrorum, quia nõ vobis expedit. Hæc illo loquẽte, Ieroboam retro moliebatur insidias. Cumq; ex aduerso hostium staret, ignorantẽ Iudam suo ambiebat exercitu. Respiciensq; Iudas, vidit instare bellũ ex aduerso & post tergum, & clamauit ad Dominum: ac sacerdotes tubis canere cœpe-

Abia gloriatur fore ducẽtis exercitus Deum.

D runt. Omnesq; viri Iuda vociferati sunt: Et ecce, illis clamantibus perterruit Deus Ieroboam, & omnem Israel qui stabat ex aduerso Abia & Iuda. Fugeruntq; filij Israel Iudam, & tradidit eos Deus in manu eorum. Percussit ergo eos Abia, & populus eius plaga magna: & corruerunt vulnerati ex Israel quingenta millia virorum fortium. Humiliatiq; sunt filij Israel in tempore illo: & vehementissime confortati filij Iuda, eo quòd sperassent in Domino Deo patrũ suorum. Persecutus est autẽ Abia fugientem Ieroboam: & cepit ciuitates eius, Bethel & filias eius: & Iesana cum filiabus suis: Ephron quoq; & filias eius. Nec valuit vltrà resistere Ieroboam in diebus Abia: quem percussit Dominus, & mortuus est. Igitur Abia, confortato imperio suo, accepit vxores quatuordecim: procreauitq; vigintiduos filios, & sedecim filias. Reliqua autem sermonum Abia, viarumq; & operum eius, scripta sunt diligentissime in libro Addo prophetæ.

Abia spem in Domino victor ostendit.

S. MORTVO Abiæ successit Asa filius eius, qui pugnauit contra Aethiopes. CAPVT XIIII.

3.Reg.15.b

A Dormiuit autem Abia cum patribus suis, & sepelierũt eum in ciuitate Dauid: regnauitq; Asa filius eius pro eo, in cuius diebus quieuit terra annis decem. Fecit ergo Asa quod bonum & placitum

Asa subuertit excelsa: præcipiens Iudæ vt quæreret Dominum.

citum erat in conspectu Dei sui,& subuertit altaria peregri-
ni cultus,& excelsa,& confregit statuas, lucosq; succidit.Et
præcepit Iudæ vt quæreret Dominũ Deum patrũ suorũ,&
faceret legem,& vniuersa mãdata. Et abstulit de cunctis vrbi-
B bus Iuda aras & phana,& regnauit in pace.Aedificauit quo-
que vrbes munitas in Iuda,quia quietus erat,& nulla tempo-
ribus eius bella surrexerãt,pacẽ Domino largiente.Dixit au
tem Iudæ,Aedificemus ciuitates istas,& vallemus muris, &
roboremus turribus,& portis,& seris: donec à bellis quieta
sunt omnia,eo quòd quæsierimus Dominũ Deũ patrum no-
strorũ,& dederit nobis pacem per gyrũ.Aedificauerunt igi-
tur,& nullũ in extruendo impedimentũ fuit.Habuit autẽ A-
sa in exercitu suo portantium scuta & hastas,de Iuda trecenta
C millia:de Beniamin verò scutariorũ,& sagittariorum ducenta
octoginta millia: omnesq; isti viri fortissimi. Egressus est
autem cõtra eos Zara Aethiops cũ exercitu suo decies cen-
tena millia,& curribus trecentis:& venit vsq; Maresa.Porrò
Asa perrexit obuiã ei,& instruxit aciem ad bellũ in valle Se-
Oratio Asa plena fiduciæ. phátha,quæ est iuxta Maresa.Et inuocauit Dominũ Deũ,& ait,Domine nõ est apud te vlla distãtia,vtrũ in paucis auxilie
1.Reg.14.a ris,an in pluribus:adiuua nos Domine Deus noster, in te e-
nim,& in tuo nomine habentes fiduciam venimus contra
hanc multitudinem.Domine Deus noster tu es,non præua-
Domino præliante vincit Aethiopes. leat contra te homo. Exterruit itaque Dominus Aethiopes
coram Asa & Iuda: fugeruntq; Aethiopes.Et persecutus est
eos Asa,& populus qui cum eo erat, vsq; Gérara:& ruerunt
D Aethiopes vsq; ad internecionẽ,quia Domino cædente con-
triti sunt,& exercitu illius præliante:tulerũt ergo spolia mul
ta.Et percusserunt ciuitates omnes per circuitum Géraræ:
grandis quippe cunctos terror inuaserat: & diripuerunt vr-
bes,& multam prædam asportauerunt.Sed & caulas ouium
destruentes, tulerunt pecorum infinitam multitudinem, &
camelorum:reuersiq; sunt in Ierusalem.

S. REX & populus Iuda commendantur ob uitæ integritatem, quòd toto corde quærant Dominum. CAPVT XV.

A AZarias autem filius Obed facto in se Spiritu Dei,
egressus est in occursum Asa, & dixit ei,Audite
me Asa,& omnis Iuda & Beniamin, Dominus
vobiscum,quia fuistis cum eo.Si quæsieritis eum,
inuenietis:si autẽ dereliqueritis,derelinquet vos.Transibunt
autem multi dies in Israel absq; Deo vero,& absq; sacerdote
doctore,& absq; lege.Cũq; reuersi fuerint in angustia sua ad
Dominũ Deũ Israel,& quæsierint eũ,reperiẽt eum.In tem-
pore illo nõ erit pax egredienti, & ingredienti: sed terrores
B vndiq; in cũctis habitatoribus terrarum.Pugnabit enim gens
contra gentẽ,& ciuitas cõtra ciuitatẽ:quia Dominus contur-
babit eos in omni angustia.Vos ergo cõfortamini,& nõ dis-
soluãtur manus vestræ:erit enim merces operi vestro.Quod
Asa auferi idôla. cum audisset Asa,verba scilicet, & prophetiam Azariæ filij
Obed prophetæ,cõfortatus est,& abstulit idôla de omni ter-
ra Iuda, & de Beniamin,& ex vrbibus quas ceperat montis
Ephráim: & dedicauit altare Domini,quod erat ante porti-
C cum Domini. Congregauitq; vniuersum Iudam, & Benia-
min,& aduenas cũ eis de Ephráim, & de Manasse,& de Si-
meon: plures enim ad eũ cõfugerant ex Israel,videntes quòd
Dominus Deus illius esset cũ eo.Cumq; venissent in Ieruſa-
lem mense tertio,anno decimo quinto regni Asa,immolaue-
runt Domino in die illa de manubijs & præda quam adduxe
rant,boues septingentos,& arietes septẽ millia.Et intrauit ex
more ad corroborandũ fœdus, vt quærerent Dominũ Deum
patrũ suorũ in toto corde,& in tota anima sua. Si quis autem,
Iurat populus se Deũ quæsiturũ ex toto corde. inquit,nõ quæsierit Dominum Deũ Israel,moriatur,à mini-
mo vsq; ad maximũ,à viro vsq; ad mulierẽ.Iurauerũtq; Do-
mino voce magna in iubilo,& in clangore tubæ,& in sonitu
buccinarum omnes qui erant in Iuda cum execratione: in
omni enim corde suo iurauerũt,& in tota voluntate quæsie-
D runt eum, & inuenerunt: præstititq; eis Dominus requiem
per circuitũ.Sed & Maachã matrẽ Asa regis ex augusto de-
posuit imperio, eo quòd feciſſet in luco simulachrũ Priapi:
quod omne contriuit, & in frusta cõminuens combusit in
torrente Cedron.Excelsa autem derelicta sunt in Israel:attա-
men cor Asa erat perfectũ cunctis diebus eius.Eaq; quæ vo-
uerat pater suus,& ipse intulit in domum Domini:argentum
& aurum,vasorumq; diuersam supellectilẽ.Bellum verò non
fuit vsq; ad tricesimumquintum annum regni Asa.

S. PVGNANTE Baasa rege Israel contra Asa regem Iuda, uocauit Asa Benadad regem Syriæ adiutorẽ, & Hanani prophetam ipsum increpantem in neruum coniecit. CAPVT XVI.

A ANno autem tricesimosexto regni eius ascendit
Baasa rex Israel in Iudam, & muro circundabat
Rama,vt nullus tutè posset egredi, & ingredi de
regno Asa.Protulit autẽ Asa argentum & aurum
de thesauris domus Domini, & de thesauris regijs: misitq;
ad Benadad regem Syriæ,qui habitabat in Darmasco,dicens,
Fœdus inter me & te est,pater quoq; meus & pater tuus ha-
buere concordiam:quam ob rem misi tibi argentũ & aurum,
vt rupto fœdere quod habes cum Baasa rege Israel, facias
B eum à me recedere.Quo comperto Benadad misit princi-
pes exercituũ suorũ ad vrbes Israel:qui percusserunt Ahion,
& Dan, & Abelmaim, & vniuersas vrbes Nephthali mura-
tas.Quod cum audisset Baasa, desijt ædificare Rama, & in-
termisit opus suum.Porrò Asa rex assumpsit vniuersum Iu-
dam,& tulerunt lapides de Rama,& ligna quæ ædificationi
præparauerat Baasa: ædificauitq; ex eis Gabaa, & Maspha.
C In tempore illo venit Hanani propheta ad Asa regem Iu-
da,& dixit ei, quia habuisti fiduciam in rege Syriæ, & non
in Domino Deo tuo: idcirco euasit Syriæ regis exercitus
de manu tua. Nónne Aethiopes & Libyes multò plures erãt
quadrigis & equitibus, & multitudine nimia:quos cum Do-
mino credidisses,tradidit in manu tua?Oculi enim Domini
contemplantur vniuersam terram, & præbent fortitudinem
his qui corde perfecto credunt in eum.Stultè igitur egisti,&
propter hoc ex præsenti tempore aduersum te bella consur-
gent.Iratusq; Asa aduersus Videntem,iussit eum mitti in ner-
uum:valde quippe super hoc fuerat indignatus: & interfe-
D cit de populo in tempore illo plurimos.Opera autem Asa
prima & nouissima scripta sunt in libro regum Iuda & Isra-
el.Aegrotauit etiam Asa anno tricesimonono regni sui, do-
lore pedum vehementissimo,& nec in infirmitate sua quæ-
siuit Dominum, sed magis in medicorum arte confisus est.
Dormiuitq; cum patribus suis: & mortuus est anno quadra-
gesimoprimo regni sui.Et sepelierunt eum in sepulchro suo
quod foderat sibi in ciuitate Dauid: posueruntq; eum super
lectum suum plenum aromatibus,& vnguentis meretricijs,
quæ erant pigmentatoriorum arte confecta,& combusserunt
super eum ambitione nimia.

Arguitur Asa, quòd humano auxilio magis confisus sit quàm diuino. 2.Mach.9.d Ioan.7.f

S. IOSAPHAT patri mortuo succedens pius erga Deũ fuit, diuitijs potens & armis. CAPVT XVII.

A REgnauit autem Iosaphat filius eius pro eo, & in-
ualuit contra Israel. Constituitq; militum nume-
ros in cunctis vrbibus Iuda, quæ erant vallatæ
muris. Præsidiaq; disposuit in terra Iuda, & in
ciuitatibus Ephráim quas ceperat Asa pater eius. Et fuit
Dominus cum Iosaphat, quia ambulauit in vijs Dauid pa-
tris sui primis: & non sperauit in Baalim, sed in Deo patris
sui,& perrexit in præceptis illius,& non iuxta peccata Israel.
Confirmauitq; Dominus regnum in manu eius: & dedit o-
B mnis Iuda munera Iosaphat:factæq; sunt ei infinitæ diuitiæ,
& multa gloria. Cumq; sumpsisset cor eius audaciam prop-
ter vias Domini,etiã excelsa & lucos de Iuda abstulit.Ter-
tio autem anno regni sui misit de principibus suis Benhail,

Ioſaphat mittit prædicatores p vniuerſum Iudã, habẽtes librum legis.

& Obdiam,& Zachariam,& Nathanel,& Michęam,vt docerent in ciuitatibus Iuda:& cum eis Leuitas,Semeiã,& Nathaniam,& Zabadiã, Aſahel quoq; & Semiramoth & Ionathan, Adoniamq́; & Tobiã & Thobadoniã Leuitas:& cum eis Eliſama & Ioram ſacerdotes : docebantq́; populũ in Iuda,habentes librum legis Domini:& circuibant cunctas vrbes Iuda,atq; erudiebant populũ.Itaq; factus eſt pauor Domini ſuper omnia regna terrarum quæ erant per gyrum Iuda : nec audebant bellare contra Ioſaphat.Sed & Philiſthæi, Ioſaphat munera deferebant, & vectigal argenti: Arabes quoq; adducebant pecora arietum ſeptẽ millia ſeptingentos, & hircos totidem.Creuit ergo Ioſaphat, & magnificatus eſt vſq; in ſublime : atq; ædificauit in Iuda domos ad inſtar turrium, vrbesq́; muratas. Et multa opera patrauit in vrbibus Iuda : viri quoque bellatores, & robuſti erant in Ieruſalem, quorũ iſte numerus per domos atq; familias ſingulorum.In Iuda principes exercitus Ednas dux,& cum eo robuſtiſsimi viri trecẽta millia.Poſt hunc,Iohanan princeps, & cũ eo ducenta octoginta millia.Poſt iſtum quoq; Amaſias filius Zechri, conſecratus Domino, & cum eo ducenta millia virorum fortium. Hunc ſequebatur robuſtus ad prælia Eliada, & cum eo tenentiũ arcum & clypeum ducenta millia. Poſt iſtum etiam,Iozabad:& cum eo centum octoginta millia expeditorũ militum.Hi omnes erant ad manum regis,exceptis aliis quos poſuerat in vrbibus muratis,& in vniuerſo Iuda.

S. Impio Achab pius Ioſaphat fert auxiliũ in bello, quo ipſe Achab Michæa incarcerato cecidit. caput XVIII.

3.Re.22.a

EVit ergo Ioſaphat dives & inclytus multum,& affinitate cõiunctus eſt Achab. Deſcenditq́; poſt annos ad eum in Samariam: ad cuius aduentum mactauit Achab arietes, & boues plurimos ipſi & populo qui venerat cum eo : perſuaſitq́; illi vt aſcenderet in Ramoth Galaad. Dixitq́; Achab rex Iſrael ad Ioſaphat regem Iuda, Veni mecum in Ramoth Galaad.Cui ille reſpondit,Vt ego, & tu:ſicut populus tuus,ſic & populus meus:tecumq́; erimus in bello.Dixit Ioſaphat ad regem Iſrael,Conſule obſecro impræſentiarum ſermonẽ Domini. Congregauit igitur rex Iſrael prophetarum quadringentos viros,& dixit ad eos,In Ramoth Galaad ad bellandum ire debemus,an quieſcere?At illi, Aſcende, inquiunt, & tradet Deus in manum regis.Dixitq́; Ioſaphat, Nunquid non eſt hic prophetes Domini,vt ab illo etiam requiramus?Et ait rex Iſrael ad Ioſaphat,Eſt vir vnus à quo poſſumus quærere Domini voluntatem: ſed ego odi eum,quia non prophetat mihi bonũ, ſed malum omni tempore: eſt autem Michæas filius Iemla. Dixitq́; Ioſaphat,Ne loquaris rex hoc modo.Vocauit ergo rex Iſrael vnũ de eunuchis,& dixit ei, Voca cito Michæam filium Iemla.Porrò rex Iſrael,& Ioſaphat rex Iuda,vterque ſedebant in ſolio ſuo, veſtiti cultu regio. ſedebant autem in area iuxta portam Samariæ,omnesq́; prophetæ vaticinabantur coram eis. Sedecias verò filius Chanaána fecit ſibi cornua ferrea,& ait,Hæc dicit Dominus,His ventilabis Syriam, donec conteras eam.Omnesq́; prophetæ ſimiliter prophetabant,atq; dicebãt,Aſcende in Ramoth Galaad, & proſperaberis,& tradet eos Dominus in manu regis.Nuntius autem qui ierat ad vocandum Michæam, ait illi, Ecce, verba omnium prophetarum vno ore bona regi annuntiant:quæſo ergo te, vt & ſermo tuus ab eis non diſſentiat, loquarisq́; proſpera. Cui reſpondit Michæas, Viuit Dominus, quia quodcũq; dixerit mihi Deus meus, hoc loquar. Venit ergo ad regem.Cui rex ait, Michæa,ire debemus in Ramoth Galaad ad bellandum,an quieſcere?Cui ille reſpondit,Aſcendite:cuncta enim proſpera euenient, & tradentur hoſtes in manus veſtras. Dixitq́; rex,Iterum atq; iterum te adiuro, vt mihi non loquaris, niſi quod verum eſt in nomine Domini.At ille ait,Vidi vniuerſum Iſrael diſperſum in montibus,ſicut oues abſq; paſtore : & dixit Dominus, Non habent iſti dominos, reuertatur vnuſquiſq; in domũ ſuam in pace.Et ait rex Iſrael ad Ioſaphat,Nonne dixi tibi quòd non prophetaret iſte mihi quicquam boni,ſed ea quæ mala ſunt? At ille,Idcirco, ait, audite verbum Domini, Vidi Dominũ ſedentem in ſolio ſuo,& omnem exercitum cœli aſsiſtentẽ ei à dextris & à ſiniſtris.Et dixit Dominus, Quis decipiet Achab regem Iſrael,vt aſcendat & corruat in Ramoth Galaad? Cumq́; diceret vnus hoc modo,& alter alio : proceſsit ſpiritus, & ſtetit coram Domino,& ait,Ego decipiam eum. Cui Dominus, In quo,inquit,decipies?At ille reſpõdit,Egrediar,& ero ſpiritus mendax in ore omniũ prophetarũ eius.Dixitq́; Dominus,Decipies,& prævalebis : egredere & fac ita.Nunc igitur ecce Dominus dedit ſpiritum mendacij in ore omniũ prophetarum tuorum : & Dominus locutus eſt de te mala.Acceſsit autem Sedecias filius Chanaána,& percuſsit Michææ maxillam,& ait,Per quam viam tranſiuit ſpiritus Domini à me,vt loqueretur tibi?Dixitq́; Michæas,Tu ipſe videbis in die illo,quando ingreſſus fueris cubiculũ de cubiculo,vt abſcondaris. Præcepit autẽ rex Iſrael,dicens,Tollite Michæam,& ducite eum ad Amon principẽ ciuitatis,ad Ioas filium Amélech. Et dicetis,Hæc dicit rex,Mittite hunc in carcerem, & date ei panis modicum,& aquæ pauxillũ,donec reuertar in pace.Dixitq́; Michæas,Si reuerſus fueris in pace,nõ eſt locutus Dominus in me.Et ait,Audite omnes populi.Igitur aſcenderũt rex Iſrael,& Ioſaphat rex Iuda in Ramoth Galaad.Dixitq́; rex Iſrael ad Ioſaphat,Mutabo habitũ,& ſic ad pugnam vadam:tu autem induere veſtibus tuis.Mutatoq́; rex Iſrael habitu, venit ad bellum.Rex autem Syriæ præceperat ducibus equitatus ſui,dicens,Ne pugnetis contra minimũ,aut contra maximum,niſi contra ſolũ regẽ Iſrael.Itaq; cũ vidiſſent principes equitatus Ioſaphat, dixerũt,Rex Iſrael eſt iſte.Et circũdederũt eũ dimicantes:at ille clamauit ad Dominum,& auxiliatus eſt ei,atq; auertit eos ab illo.Cum enim vidiſſent duces equitatus quòd nõ eſſet rex Iſrael,reliquerunt eũ. Accidit autẽ vt vnus è populo ſagittã in incertũ iaceret, & percuteret regem Iſrael inter ceruicẽ,& ſcapulas:at ille aurigæ ſuo ait,Conuerte manũ tuã,& educ me de acie,quia vulneratus ſum.Et finita eſt pugna in die illo : porrò rex Iſrael ſtabat in curru ſuo contra Syros vſq; ad veſperã,& mortuus eſt occidente ſole.

Quadringenti pſeudoprophetæ.

Ioſaphat requirit verbum Dei.

Michæas ſolus dei propheta acceſſitur.

Ironia Michææ prophetæ.

Michæas incarceratur.

Ioſaphat clamat ad Dominum,qui ab illo hoſtes auertit.

S. Ioſaphat à Iehu propheta correptus bonos iudices populo præficit. caput XIX.

REuerſus eſt autem Ioſaphat rex Iuda in domum ſuam pacificè in Ieruſalem.Cui occurrit Iehu filius Hanani Videns,& ait ad eum,Impio præbes auxilium,& his qui oderunt Dominum amicitia iungeris:& idcirco irã quidem Domini merebaris : ſed bona opera inuenta ſunt in te,eo quòd abſtuleris lucos de terra Iuda,& præparaueris cor tuũ vt requireres Deũ.Habitauit ergo Ioſaphat in Ieruſalem:rurſumq́; egreſſus eſt ad populum de Berſabee vſq; ad montem Ephraim, & reuocauit eos ad Dominum Deum patrũ ſuorum.Conſtituitq́; iudices terræ in cunctis ciuitatibus Iuda munitis per ſingula loca,& præcipiens iudicibus, Videte,ait,quid faciatis : non enim hominis exercetis iudicium,ſed Domini:& quodcunq; iudicaueritis,in vos redundabit.Sit timor Domini vobiſcum : & cum diligentia cuncta facite:non eſt enim apud Dominum Deum noſtrum iniquitas,nec perſonarũ acceptio,nec cupîdo munerum.In Ieruſalẽ quoq; conſtituit Ioſaphat Leuitas, & ſacerdotes,& principes familiarũ ex Iſrael,vt iudicium & cauſam Domini iudicarẽt habitatoribus eius.Præcepitq́; eis,dicens,Sic agetis in timore Domini fideliter, & corde perfecto. Omnem cauſam quæ venerit ad vos fratrum veſtrorum qui habitant in vrbibus ſuis, inter cognationem & cognationem,vbicunq; quæſtio eſt de lege,de mandato, de cerimonijs,de iuſtificationibus : oſtendite eis,vt nõ peccent in Dominum,

Exhortatio Ioſaphat ad iudices.

Deut.10.d
Roma.2.b
Gal.2.b
Ephe.6.b
Coloſ.3.d
Actu.10.e
1.Pet.1.e

minum,& nè veniat ira ſuper vos & ſuper fratres veſtros: ſic ergo agentes non peccabitis. Amarias autem ſacerdos & pontifex veſter, in his quæ ad Deum pertinent, præſidebit: porrò Zabadias filius Iſmahel, qui eſt dux in domo Iuda, ſuper ea opera erit quæ ad regis officium pertinent: habetisq; magiſtros Leuitas coram vobis, confortamini,& agite diligenter:& erit Dominus cum bonis.

S. AMMONITAE, Moabitæ, & Syri orante Ioſaphat & Iahaziel propheta ſe mutuò cædunt: uerum Ioſaphat inito fœdere cum Ochozia, corripitur ab Eliezer propheta.

CAPVT XX.

A POſt hæc congregati ſunt filij Moab,& filij Ammon, & cum eis de Ammonitis, ad Ioſaphat, vt pugnarent contra eum. Veneruntq; nuntij,& indicauerunt Ioſaphat, dicentes, Venit contra te multitudo magna de his locis quæ trans mare ſunt, & de Syria,& ecce cõſiſtunt in Aſaſonthamar, quæ eſt Engaddi. Ioſaphat autẽ timore perterritus, totũ ſe contulit ad rogandum Dominum: & prædicauit ieiuniũ vniuerſo Iuda. Congregatusq; eſt Iudas ad deprecandũ Dominũ: ſed & omnes de vrbibus ſuis venerũt ad obſecrandũ eum. Cumq; ſtetiſſet Ioſa-

Ioſaphat implorat auxiliũ dei

B phat in medio cœtu Iudæ,& Ieruſalẽ, in domo Domini ante atriũ nouũ, ait, Domine Deus patrũ noſtrorũ, tu es Deus in cœlo,& dominaris cunctis regnis gẽtium: in manu tua eſt fortitudo,& potẽtia, nec quiſquã tibi poteſt reſiſtere. Nónne tu Deus noſter interfeciſti omnes habitatores terræ huius coram populo tuo Iſrael,& dediſti eam ſemini Abraham amici tui in ſempiternũ? Habitaueruntq; in ea,& extruxerũt in illa ſanctuariũ nomini tuo, dicentes, Si irruerint ſuper nos mala, gladius iudicij, peſtilentia,& fames, ſtabimus corã domo hac in conſpectu tuo, in qua inuocatũ eſt nomẽ tuum:& clamabimus ad te in tribulationibus noſtris,& exaudies nos, ſaluosq; facies. Nunc igitur ecce filij Ammon, & Moab, & mons Seir, per quos non conceſiſti filijs Iſrael vt tranſirent quando egrediebãtur de Aegypto, ſed declinauerũt ab eis,& non interfecerunt illos: econtrario agunt, & nituntur eijcere nos de poſſeſsione quam tradidiſti nobis. Deus noſter, ergo non iudicabis eos? In nobis quidẽ non eſt tanta fortitudo, vt

Oratio Ioſaphat.

Supra.6.e

Deu.2.a

C poſsimus huic multitudini reſiſtere, quæ irruit ſuper nos. Sed cũ ignoremus quid agere debeamus, hoc ſolum habemus reſidui, vt oculos noſtros dirigamus ad te. Omnis vero Iuda ſtabat corã Domino cũ paruulis,& vxoribus,& liberis ſuis. Erat autem Iahaziel filius Zachariæ, filij Banaiæ, filij Iehiel, filij Mathániæ, Leuites de filijs Aſaph, ſuper quem factus eſt ſpiritus Domini in medio turbæ,& ait, Attendite omnis Iuda,& qui habitatis in Ieruſalem,& tu rex Ioſaphat: hæc dicit Dominus vobis, Nolite timere, nec paueatis hanc multitudinem: non eſt enim veſtra pugna, ſed Dei. Cras deſcẽdetis contra eos: aſcẽſuri enim ſunt per cliuũ nomine Zis,& inuenietis

Ioſaphat propriè vir tuti diffidẽs, ad Deũ ſolum refugit.

D illos in ſummitate torrentis, qui eſt contra ſolitudinẽ Ieruel. Non enim eritis vos qui dimicabitis, ſed tantũmodo cõfidẽter ſtate,& videbitis auxiliũ Domini ſuper vos, ô Iuda,& Ieruſalem: nolite timere, nec paueatis: cras egredimini contra eos,& Dominus erit vobiſcum. Ioſaphat ergo,& Iuda,& omnes habitatores Ieruſalẽ ceciderũt proni in terrã corã Domino,& adorauerunt eum. Porrò Leuitæ de filijs Caath, & de filijs Core laudabant Dominũ Deũ Iſrael voce magna in excelſum. Cumq; mane ſurrexiſſent egreſsi ſunt per deſertũ

Dei promiſſionib⁹ credendũ.

Thecua: profectiſq; eis, ſtãs Ioſaphat in medio eorum, dixit, Audite me viri Iuda,& omnes habitatores Ieruſalem: credite in Domino Deo veſtro,& ſecuri eritis: credite prophetis

E eius,& cũcta eueniẽt proſpera. Deditq; cõſiliũ populo,& ſtatuit cantores Domini, vt laudarẽt Deũ in turmis ſuis, & antecederent exercitum, ac voce conſona dicerent, Confitemini Domino quoniam in æternũ miſericordia eius. Cumq; cœpiſſent laudes canere, vertit Dominus inſidias eorũ in ſemetipſos, filiorum ſcilicet Ammon,& Moab,& montis Seir: qui egreſsi fuerant vt pugnarent contra Iudam,& percuſsi ſunt. nanq; filij Ammon,& Moab conſurrexerũt aduerſum habitatores montis Seir, vt interficerẽt,& delerẽt eos: cumq; hoc opere perpetraſſent, etiã in ſemetipſos verſi, mutuis concidẽ re vulneribus. Porrò Iuda cũ veniſſet ad ſpeculam quæ reſpicit ſolitudinẽ, vidit procul omnẽ latè regionem plenam cadaueribus, nec ſupereſſe quẽquã, qui necem potuiſſet euadere.

F Venit ergo Ioſaphat,& omnis populus cũ eo ad detrahenda ſpolia mortuorũ: inueneruntq; inter cadauera variã ſupellectilem, veſtes quoq;,& vaſa pretioſiſsima:& diripuerunt, ita vt omnia portare non poſſent, nec per tres dies ſpolia auferre præ prædæ magnitudine. Die autẽ quarto congregati ſunt in Valle benedictionis: etenim quoniã ibi benedixerant Domino, vocauerunt locũ illũ Vallis benedictionis, vſq; in præſentem diẽ. Reuerſusq; eſt omnis vir Iuda,& habitatores Ieruſalẽ,& Ioſaphat ante eos in Ieruſalem cum lætitia magna, eo quòd dediſſet eis Dominus gaudium de inimicis ſuis. Ingreſsiq; ſunt in Ieruſalẽ cum pſalterijs,& citharis,& tubis in domum Domini. Irruit autem pauor Dei ſuper vniuerſa regna terrarũ, cum audiſſent quòd pugnaſſet Dominus contra inimicos Iſrael. Quieuitque regnum Ioſaphat,& præbuit ei

G Deus pacẽ per circuitum. Regnauit igitur Ioſaphat ſuper Iudam,& erat trigintaquinq; annorũ cum regnare cœpiſſet: viginti autẽ & quinq; annis regnauit in Ieruſalem:& nomẽ matris eius Azuba filia Selahi. Et ambulauit in via patris ſui Aſa, nec declinauit ab ea, faciẽs quæ placita erant coram Domino. Veruntamẽ excelſa nõ abſtulit,& adhuc populus nõ direxerat cor ſuũ ad Deũ patrũ ſuorũ. Reliqua autẽ geſtorũ Ioſaphat priorum & nouiſsimorũ ſcripta ſunt in verbis Iehu filij Hanani, quæ digeſsit in libro regũ Iſrael. Poſt hæc inijt amicitias Ioſaphat rex Iuda cũ Ochozia rege Iſrael, cuius opera fuerũt impijſsima. Et particeps fuit vt faceret naues quæ irẽt in Tharſis: feceruntq; claſſem in Aſiongaber. Prophetauit autem Eliezer filius Dodau de Mareſa ad Ioſaphat, dicens. Quia habuiſti fœdus cum Ochozia, percuſsit Dominus opera tua, contritæq; ſunt naues, nec potuerunt ire in Tharſis.

S. MORTVO Ioſaphat, ſucceßit Ioramfilius eius impius in Deum & in proximum, ambulansq; per uias Achab, cui per literas Elias aduerſa & mortem comminatus eſt. CAPVT XXI.

A DOrmiuit autẽ Ioſaphat cum patribus ſuis,& ſepultus eſt cum eis in ciuitate Dauid: regnauitq; Ioram filius eius pro eo. Qui habuit fratres filios Ioſaphat, Azariam,& Iahiel,& Zachariã & Azariam,& Michael,& Saphatiam: omnes hi, filij Ioſaphat regis Iuda. Deditq; eis pater ſuus multa munera argenti,& auri, & penſationes cum ciuitatibus munitiſsimis in Iuda, regnum autẽ tradidit Ioram, eo quòd eſſet primogenitus. Surrexit autem Ioram ſuper regnum patris ſui: cumq; ſe confirmaſſet, occidit omnes fratres ſuos gladio, & quoſdam de

B principibus Iſrael. Trigintaduorũ annorum erat Ioram cum regnare cœpiſſet: & octo annis regnauit in Ieruſalem. Ambulauitq; in vijs regum Iſrael, ſicut egerat domus Achab: filia quippe Achab erat vxor eius: & fecit malum in conſpectu Domini. Noluit autem Dominus diſperdere Domũ Dauid propter pactũ quod inierat cum eo: & quia promiſerat vt daret ei lucernam,& filijs eius omni tempore. In diebus illius rebellauit Edom, ne eſſet ſubditus Iudæ,& conſtituit ſibi regem. Cumq; tranſiret Ioram cũ principibus ſuis,& cuncto equitatu qui erat ſecũ, ſurrexit nocte, & percuſsit Edom

2.Re.7.b

C qui ſe circũdederat,& omnes duces equitatus eius. Attamen rebellauit Edom, ne eſſet ſub ditione Iuda vſq; ad hanc diẽ: eo tempore & Lobna receſsit, ne eſſet ſub manu illius. Dereliquerat enim Dominũ Deum patrũ ſuorũ, inſuper & excelſa fabricatus eſt in vrbibus Iuda,& fornicari fecit habitatores Ieruſalem,& præuaricari Iudam. Allatæ ſunt autẽ ei lite-

ræ ab Elia propheta,in quibus ſcriptum erat,Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui, Quoniam non ambulaſti in vijs Ioſaphat patris tui,& in vijs Aſa regis Iuda,ſed inceſiſti per iter regũ Iſrael,& fornicari feciſti Iudam,& habitatores Ieruſalem, imitatus fornicationem domus Achab: inſuper & fratres tuos domum patris tui meliores te occidiſti:ecce Dominus percutiet te plaga magna cum populo tuo,& filijs,& vxoribus tuis,vniuerſaq; ſubſtantia tua.tu autẽ ægrotabis peſsimo languore vteri tui, donec egrediantur vitalia
D tua paulatim per ſingulos dies.Suſcitauit ergo Dominus cõtra Ioram ſpiritũ Philiſtinorum,& Arabum, qui confines ſunt Aethiopibus,& aſcenderunt in terrã Iuda,& vaſtauerũt eam:diripuerunt q; cunctã ſubſtantiã quæ inuenta eſt in domo regis,inſuper & filios eius,& vxores: nec remanſit ei filius, niſi Ioachaz, qui minimus natu erat. Et ſuper hæc o-
Ioram alui lãguore in terit. mnia percuſsit eũ Dominus alui languore inſanabili.Cumq; diei ſuccederet dies,& tẽporũ ſpatia voluerẽtur,duorũ anno rũ expletus eſt circulus:& ſic longa cõſumptus eſt tabe,ita vt egereret etiã viſcera ſua,languore pariter,& vita caruit.Mortuusq; eſt in infirmitate peſsima,& nõ fecit ei populus ſecun dũ morẽ cõbuſtionis exequias,ſicut fecerat maioribus eius. Triginta duorũ annorum fuit,cum regnare cœpiſſet:& octo annis regnauit in Ieruſalẽ.Ambulauitq; non recte,& ſepelierunt eũ in ciuitate Dauid:veruntamẽ non in ſepulchro regũ,

S. IORAM *mortuo regnauit Ochozias filius eius,quem Iehu cum Ioram rege Iſrael occidit.* CAPVT XXII.

A
4.Re.8 f
CONſtituerunt autẽ habitatores Ieruſalem Ochoziam filium eius minimum regem pro eo:omnes enim maiores natu, qui ante eum fuerant, interfecerunt latrones Arabum, qui irruerant in caſtra: regnauitq; Ochozias filius Ioram regis Iuda.Quadraginta duorum annorum erat Ochozias cum regnare cœpiſſet,& vno anno regnauit in Ieruſalem,& nomen matris eius Athalia filia Amri. Sed & ipſe ingreſſus eſt per vias domus
B Achab: mater enim eius impulit eum vt impiè ageret.Fecit igitur malum in conſpectu Domini, ſicut domus Achab: ipſi enim fuerunt ei conſiliarij poſt mortem patris ſui in interitum eius.Ambulauitque in conſilijs eorum. Et perrexit cum Ioram filio Achab rege Iſrael in bellum contra Hazael regem Syriæ in Ramoth Galaad: vulneraueruntq; Syri Ioram.Qui reuerſus eſt vt curaretur, in Iezrahel: multas enim
C plagas acceperat in ſupradicto certamine. Igitur Ochozias
Voluntate Dei viſitat Ochozias Ioram vt occidatur. filius Ioram rex Iuda deſcendit vt inuiſeret Ioram filium Achab in Iezrahel ægrotantem.Voluntatis quippe fuit Dei aduerſus Ochoziam vt veniret ad Ioram: & cum veniſſet, egrederetur cum eo aduerſum Iehu filium Namſi, quem vnxit Dominus vt deleret domum Achab.Cum ergo euerteret Iehu domum Achab, inuenit principes Iuda, & filios fratrum Ochoziæ, qui miniſtrabant ei, & interfecit illos. Ipſum quoq; perquirens Ochoziam,comprehendit latitantem in Samaria: adductumque ad ſe, occidit, & ſepelierunt eum: eo quòd eſſet filius Ioſaphat, qui quæſierat Domi-
D num in toto corde ſuo.nec erat vltra ſpes aliqua vt de ſtirpe quis regnaret Ochoziæ.ſiquidem Athalia mater eius videns quòd mortuus eſſet filius ſuus,ſurrexit,& interfecit omnem ſtirpem regiam domus Iuda. Porrò Ioſabeth filia regis tulit
4.Re.11 d Ioas filius Ochoziæ abſcõditur Ioas filium Ochoziæ, & furata eſt eum de medio filiorum regis, cum interficerentur: abſconditque eum cum nutrice ſua in cubiculo lectulorum: Ioſabeth autẽ quæ abſconderat eum, erat filia regis Ioram, vxor Ioiadæ pontificis, ſoror Ochoziæ,& idcirco Athalia non interfecit eum. Fuit ergo cum eis in domo Dei abſconditus ſex annis quibus regnauit Athalia ſuper terram.

S. VNCTO *Ioas in regem, à Ioiada pontifice Athalia occiditur.* CAPVT XXIII.

A
4.Re.11 c
ANno autẽ ſeptimo confortatus Ioiada, aſſumpſit centuriones,Azariã videlicet filium Ieroham, & Iſmahel filiũ Iohanan,Azariã quoq; filiũ Obed, & Maaſiã filiũ Adaiæ, & Eliſaphat filiũ Zechri: & inijt cũ eis fœdus.Qui circũeuntes Iudã,cõgregauerũt Leuitas de cũctis vrbibus Iuda,& principes familiarũ Iſrael:veneruntq; in Ieruſalẽ.Inijt ergo omnis multitudo pactum in domo Domini cũ rege:dixitq; ad eos Ioiada, Ecce filius regis regnabit, ſicut locutus eſt Dominus ſuper filios Dauid. Iſte eſt ergo ſermo quẽ facietis: Tertia pars veſtrũ qui veniũt ad ſabbathum,ſacerdotũ,& Leuitarũ,& ianitorũ erit in portis:tertia verò pars ad domũ regis:& tertia ad portã quæ appellatur Fundamenti:omne verò reliquum vulgus ſit in atrijs domus Domini.Nec quiſpiam alius ingrediatur domum Domini, niſi ſacerdotes, & qui miniſtrant de Leuitis: ipſi tantummodo ingrediantur, quia ſanctificati ſunt:& omne reli-
B quũ vulgus obſeruet cuſtodias Domini.Leuitæ autẽ circundent regẽ,habẽtes ſinguli arma ſua:(& ſi quis alius ingreſſus fuerit tẽplũ,interficiatur)ſintq; cũ rege & intrãte & egrediẽte.Fecerũt ergo Leuitæ, & vniuerſus Iuda iuxta omnia quæ præceperat Ioiada pontifex:& aſſumpſerũt ſinguli viros qui ſub ſe erant,& veniebãt per ordinẽ ſabbathi,cũ his qui impleuerant ſabbathũ,& egreſſuri erãt.ſiquidẽ Ioiada põtifex non dimiſerat abire turmas quæ ſibi per ſingulas hebdomadas ſuccedere cõſueuerãt.Deditq; Ioiada ſacerdos centurionibus lanceas, clypeos q; & peltas regis Dauid,quas conſecrauerat in domo Dei.Conſtituitq; omnẽ populũ tenentiũ pugiones à parte tẽpli dextra,vſq; ad partẽ templi ſiniſtrã,coram altari & templo,per circuitũ regis.Et eduxerũt filiũ regis,& impoſuerũt ei diadema,& teſtimoniũ*dederũtq; in manu eius te-
C nendã legẽ .. & conſtituerũt eũ regẽ:vnxit quoq; illũ Ioiada pontifex,& filij eius:imprecatiq; ſunt ei,atq; dixerũt,Viuat rex. Quod cũ audiſſet Athalia,vocẽ ſcilicet currentium atq; laudantiũ regem,ingreſſa eſt ad populũ in templũ Domini. Cumq; vidiſſet regẽ ſtantẽ ſuper gradũ in introitu, & principes,turmas q; circa eũ,omnemq; populũ terræ gaudentem, atq; clangentẽ tubis,& diuerſi generis organis concinentem, vocemq; laudantium,ſcidit veſtimenta ſua,& ait,Inſidiæ,inſidiæ.Egreſſus autem Ioiada pontifex ad centuriones & principes exercitus,dixit eis,Educite illam extra ſepta tẽpli,& interficiatur foris gladio. Præcepitq; ſacerdos ne occideretur in domo Domini. Et impoſuerunt ceruicibus eius manus: cumq; intraſſet portam equorum domus regis, interfecerũt
D eam ibi.Pepigit autem Ioiada fœdus inter ſe, vniuerſumq; populum & regem,vt eſſet populus Domini.Itaq; ingreſſus eſt omnis populus domũ Baal,& deſtruxerunt eam: & altaria ac ſimulachra illius confregerunt:Mathan quoq; ſacerdotem Baal interfecerunt ante aras.Conſtituit autẽ Ioiada præpoſitos in domo Domini,ſub manibus ſacerdotum & Leuitarum, quos diſtribuit Dauid in domo Domini: vt offerrent holocauſta Domino,ſicut ſcriptum eſt in lege Moyſi,in gaudio & canticis,iuxta diſpoſitionẽ Dauid.Cõſtituit quoque ianitores in portis domus Domini,vt non ingrederetur eam immundus in omni re.Aſſumpſitq; centuriones & fortiſsimos viros ac principes populi,& omne vulgus terræ,& fecerunt deſcendere regem de domo Domini, & introire per medium portæ ſuperioris in domum regis,& collocauerunt eum in ſolio regali.Lætatusq; eſt omnis populus terræ, & vrbs quieuit:porrò Athalia interfecta eſt gladio.

S. IOAS *uiuente Ioiada bonus,mortuo autem malus,Zachariam Ioiadæ filium occidit,à ſeruis uerò ſuis tandem occiſus.* CAPVT XXIIII.

4.Re.12 a
A
SEptem annorum erat Ioas cum regnare cœpiſſet: & quadraginta annis regnauit in Ieruſalem: nomen matris eius Sebia de Berſabee.
Fecitq; quod bonum eſt coram Domino cun-
ctis

ctis diebus Ioiadæ sacerdotis. Accepit autẽ ei Ioiada vxores duas, è quibus genuit filios & filias. Post quæ placuit Ioas vt instauraret domũ Domini. Congregauitq́; sacerdotes & Leuitas, & dixit eis, Egredimini ad ciuitates Iuda, & colligite de vniuerso Israel pecuniam ad sartatecta templi Dei vestri per singulos annos, festinatoq́; hoc facite: porrò Leuitæ egêre negligẽtius. Vocauitq́; rex Ioiadã principẽ, & dixit ei, Quare tibi non fuit curæ vt cogeres Leuitas inferre de Iuda & de Ierusalẽ pecuniã quæ constituta est à Moyse seruo Domini, vt inferret eam omnis multitudo Israel in tabernaculũ testimonij? Athalia enim impijssima, & filij eius destruxerunt domum Dei, & de vniuersis quæ sanctificata fuerant in templo Domini, ornauerũt phanũ Baalim. Præcepit ergo rex, & fecerunt arcam: posueruntq́; eam iuxta portã Domini forinsecus. Et prædicatũ est in Iuda & Ierusalem vt deferrent singuli pretium Domino, quod constituit Moyses seruus Dei super omnem Israel in deserto. Lætatiq́; sunt cuncti principes, & omnis populus: & ingressi contulerũt in arcam Domini, atq; miserũt, ita vt impleretur. Cumq́; tẽpus esset vt deferrẽt arcã coram rege per manus Leuitarũ (videbant enim multã pecuniam) ingrediebatur scriba regis, & quẽ primus sacerdos constituerat: effundebantq́; pecuniã quæ erat in arca: porrò arcã reportabant ad locum suũ: sicq́; faciebant per singulos dies, & congregata est infinita pecunia. Quam dederunt rex & Ioiada his qui præerant operibus domus Domini: at illi conducebant ex ea cæsores lapidum, & artifices operum singulorum, vt instaurarent domum Domini: fabros quoq; ferri & æris: vt quod cadere cœperat, fulciretur. Egeruntq́; hi qui operabantur industriè, & obducebatur parietũ cicatrix per manus eorum: ac suscitauerunt domũ Domini in statum pristinum, & firmiter eam stare fecerunt. Cumq́; complessent omnia opera, detulerunt coram rege & Ioiada reliquam partẽ pecuniæ: de qua facta sunt vasa tẽpli in ministeriũ ad holocausta, phialæ quoq;, & cætera vasa aurea & argẽtea: & offerebantur holocausta in domo Domini iugiter cunctis diebus Ioiadæ. Senuit autem Ioiada plenus dierum, & mortuus est cum esset centum triginta annorum: sepelieruntq́; eum in ciuitate Dauid cum regibus, eo quòd fecisset bonum cum Israel, & cum domo eius. Postquam autẽ obijt Ioiada, ingressi sunt principes Iuda, & adorauerũt regem: qui delinitus obsequijs eorũ, acquieuit eis. Et dereliquerunt templũ Domini Dei patrum suorum, seruieruntq́; lucis & sculptilibus, & facta est ira contra Iudam & Ierusalem propter hoc peccatũ. Mittebatq́; eis prophetas, vt reuerterentur ad Dominũ: quos protestãtes illi audire nolebant. Spiritus itaq; Dei induit Zachariam filium Ioiadæ sacerdotem, & stetit in conspectu populi, & dixit eis, Hæc dixit Dominus Deus, Quare transgredimini præceptũ Domini, quod vobis non proderit: & dereliquistis Dominũ, vt derelinqueret vos? Qui congregati aduersus eum, miserunt lapides iuxta regis imperiũ, in atrio domus Domini. Et non est recordatus Ioas rex, misericordiæ quam fecerat Ioiada pater illius secum, sed interfecit filiũ eius. Qui cum moreretur, ait, Videat Dominus, & requirat. Cumq́; euolutus esset annus, ascendit cõtra eum exercitus Syriæ: venitq́; in Iudam & Ierusalem, & interfecit cunctos principes populi, atq; vniuersam prædam miserunt regi in Darmascum. Et certe cum permodicus venisset numerus Syrorum, tradidit Dominus in manibus eorum infinitam multitudinem: eo quòd dereliquissent Dominum Deum patrum suorum: in Ioas quoq; ignominiosa exercuêre iudicia. Et abeuntes dimiserunt eum in languoribus magnis: surrexerunt autem contra eum serui sui in vltionem sanguinis filij Ioiadæ sacerdotis, & occiderunt eum in lectulo suo, & mortuus est: sepelieruntq́; eum in ciuitate Dauid, sed non in sepulchris regum. Insidiati verò sunt ei Zabad filius Semaath Ammonitidis, & Iozabad filius Semarith Moabitidis. Porrò filij eius, ac summa pecuniæ quæ adunata fuerat sub eo, & instauratio domus Dei scripta sunt diligentius in libro regum: regnauit autem Amasias filius eius pro eo.

Ioas instaurat templũ Domini.

Syri numero pauci vincũt Iudæi, eo quòd Dominum reliquisset.

S. AMASIAS post felicem pugnam in Idumæos, adorauit deos illorum, illiq́; in Lachis occiso, succedit Ozias filius eius.

CAPVT XXV.

A VIginti quinq; annorũ erat Amasias, cum regnare cœpisset, & vigintinouẽ annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Ioadan de Ierusalem. Fecitq́; bonum in conspectu Domini, veruntamen non in corde perfecto. Cumq́; roboratum sibi videret imperium, iugulauit seruos qui occiderant regem patrem suũ. Sed filios eorũ non interfecit, sicut scriptũ est in libro legis Moysi, vbi præcepit Dominus, dicens, Non occidẽtur patres pro filijs, neq; filij pro patribus suis: sed vnusquisq; in suo peccato morietur. Congregauit igitur Amasias Iudam, & constituit eos per familias, tribunosq́; & cẽturiones in vniuerso Iuda & Beniamin: & recensuit à viginti annis sursum, inuenitq́; triginta millia iuuenũ qui egrederẽtur ad pugnam, & tenerẽt hastam & clypeum. Mercede quoq; cõduxit de Israel cẽtum millia robustorũ centum talentis argenti. Venit autem homo Dei ad illũ, & ait, O rex, ne egrediatur tecũ exercitus Israel: non est enim Dominus cum Israel, & cunctis filijs Ephraim. Quòd si putas in robore exercitus bella consistere, superari te faciet Deus ab hostibus: Dei quippe est & adiuuare, & in fugam conuertere. Dixitq́; Amasias ad hominem Dei, Quid ergo fiet centũ talentis quæ dedi militibus Israel? Et respõdit ei homo Dei, Habet Dominus vnde tibi dare possit multò his plura. Separauit itaque Amasias exercitum qui venerat ad eum ex Ephraim, vt reuerteretur in locum suum: at illi contra Iudam vehementer irati, reuersi sunt in regionẽ suam. Porrò Amasias confidenter eduxit populũ suum, & abijt in vallem Salinarum, percussitq́; filios Seir decem millia. Et alia decem millia virorum ceperunt filij Iuda, & adduxerunt ad præruptum cuiusdam petræ, præcipitaueruntq́; eos de summo in præceps, qui vniuersi crepuerũt. At ille exercitus quem remiserat Amasias, ne secum iret ad prælium, diffusus est in ciuitatibus Iuda, à Samaria vsq; ad Bethhoron, & interfectis tribus millibus, diripuit prædam magnã. Amasias verò post cædem Idumæorum, & allatos deos filiorũ Seir, statuit illos in deos sibi, & adorabat eos, & illis adolebat incẽsum. Quam ob rem iratus Dominus contra Amasiam, misit ad illũ prophetam, qui diceret ei, Cur adorasti deos qui non liberauerunt populũ suũ de manu tua? Cumq́; hæc ille loqueretur, respõdit ei, Num consiliarius regis es? quiesce, ne interficiam te. Discedensq́; propheta, Scio, inquit, quòd cogitauerit Deus occidere te, quia feciſti hoc malum, & insuper non acquieuisti consilio meo. Igitur Amasias rex Iuda inito pessimo consilio, misit ad Ioas filiũ Ioachaz filij Iehu regem Israel, dicens, Veni, videamus nos mutuo. At ille remisit nuntios, dicens, Carduus qui est in Libano misit ad cedrum Libani, dicens, Da filiam tuam filio meo vxorem: & ecce, bestiæ quæ erant in sylua Libani transierunt, & conculcauerunt carduum. Dixisti, Percussi Edom: & idcirco erigitur cor tuum in superbiam: sede in domo tua, cur malum aduersum te prouocas, vt cadas & tu & Iudas tecum? Noluit autem audire Amasias, eo quòd Domini esset voluntas vt traderetur in manus hostiũ propter deos Edom. Ascendit igitur Ioas rex Israel, & mutuos sibi præbuere conspectus: Amasias autẽ rex Iuda erat in Bethsames Iudæ. Corruitq́; Iudas coram Israel, & fugit in tabernacula sua. Porrò Amasiam regem Iuda filium Ioas filij Ioachaz cepit Ioas rex Israel in Bethsames, & adduxit in Ierusalem: destruxitq́; murum eius à porta Ephraim vsq; ad portam anguli quadringentis cubitis. Omne quoq; aurum, & argentum, & vniuersa vasa quæ repererat in domo Dei, & apud Obededom, in thesauris etiam domus regiæ, necnon & filios obsidum reduxit in Samariam. Vixit

4.Reg.14 a

Deut.24 c
4.Reg.4.b
Ezech.18 e

Monetur Amasias, ne viribus humanis fidat.

Voluntate Dei traditur Amasias in manus hostiũ.

autem Amasias filius Ioas rex Iuda, postquam mortuus est Ioas filius Ioachaz rex Israel quindecim annis. Reliqua autẽ sermonũ Amasiæ priorum & nouissimorum scripta sunt in libro regum Iuda & Israel. Qui postquam recessit à Domino, tetenderunt ei insidias in Ierusalẽ. Cumq; fugisset Lachis, miserunt, & interfecerũt eum ibi. Reportãtesq; super equos, sepelierunt eum cum patribus suis in ciuitate Dauid.

S. OZIAS *multa potitus uictoria insolescit, qui cum adolere præsumeret, lepra percussus interijt.* CAPVT XXVI.

A OMnis autẽ populus Iuda filium eius Oziam annorum sedecim constituit regẽ pro Amasia patre suo. Ipse ædificauit Ailath, & restituit eam ditioni Iudæ, postquam dormiuit rex cum patribus suis. Sedecim annorũ erat Ozias cum regnare cœpisset, & quinquaginta duobus annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Iechelia de Ierusalẽ. Fecitq; quod erat rectum in oculis Domini, iuxta omnia quæ fecerat Amasias pater eius. Et exquisiuit Deum in diebus Zachariæ intelligentis & videntis Deũ: cumq; requireret Dominũ, direxit eũ in omnibus. Deniq; egressus est, & pugnauit contra Philisthijm, & destruxit murũ Geth, & murũ Iabnæ, murumq; Azoti: ædificauit quoq; oppida in Azoto, & in Philisthijm. Et adiuuit
B eum Deus contra Philisthijm, & contra Arabes qui habitabant in Gurbáal, & cõtra Ammonitas. Appẽdebantq; Ammonitæ munera Oziæ: & diuulgatum est nomẽ eius vsq; ad introitum Aegypti propter crebras victorias. Aedificauitq; Ozias turres in Ierusalẽ super portã anguli, & super portam vallis, & reliquas in eodẽ muri látere, firmauitq; eas. Extruxit etiã turres in solitudine, & effodit cisternas plurimas, eo quòd haberet multa pecora tam in cãpestribus, quàm in eremi vastitate: vineas quoq; habuit, & vinitores in mõtibus, & in Carmelo, erat quippe homo agriculturæ deditus. Fuit autem exercitus bellatorum eius, qui procedebãt ad prælia sub manu Iehiel scribæ, Maasiæq; doctoris, & sub manu Hananiæ qui erat de ducibus regis. Omnisq; numerus principum per familias virorũ fortium duorum millium sexcentorũ. Et sub eis vniuersus exercitus trecentorũ, & septem milliũ quin
C gentorum: qui erant apti ad bella, & pro rege contra aduersarios dimicabant. Præparauit quoq; eis Ozias, id est cuncto exercitui clypeos & hastas & galeas & loricas, arcusq;, & fundas ad iaciendos lapides. Et fecit in Ierusalem diuersi generis machinas, quas in turribus collocauit, & in angulis murorum, vt mitterent sagittas, & saxa grandia: egressumq; est nomen eius procul, eo quòd auxiliaretur ei Dominus, & corroborasset illũ. Sed cum corroboratus esset, eleuatũ est cor eius in interitũ suum, & neglexit Dominũ Deum suum: ingressusq; templum Domini, adolere voluit incensum super altare thymiamatis. Statimq; ingressus post eum Azarias sacerdos, & cum eo sacerdotes Domini octoginta viri fortissimi, restiterunt regi, atq; dixerunt, Non est tui officij Ozia, vt adoleas incensum Domino: sed sacerdotum, hoc est filiorum Aaron, qui consecrati sunt ad huiuscemodi ministerium: egredere de sanctuario, ne cõtempseris: quia non reputabitur tibi in glo-
D riam hoc à Domino Deo. Iratusq; Ozias, & tenens in manu thuribulum vt adoleret incensum, minabatur sacerdotibus. Statimq; orta est lepra in fronte eius coram sacerdotibus in domo Domini super altare thymiamatis. Cumq; respexisset eũ Azarias pontifex, & omnes reliqui sacerdotes, viderunt lepram in fronte eius, & festinatò expulerũt eum. Sed & ipse pertérritus accelerauit egredi, eo quòd sensisset illico plagam Domini. Fuit igitur Ozias rex leprosus vsq; ad diẽ mortis suæ, & habitauit in domo separata plenus lepra, ob quam iectus fuerat de domo Domini. Porrò Ioatham filius eius rexit domũ regis, & iudicabat populũ terræ. Reliqua autem sermonum Oziæ priorum & nouissimorũ scripsit Isaias filius Amos, propheta. Dormiuitq; Ozias cum patribus suis,

Ozias agri culturæ deditus.

4. Re. 15 a

& sepelierunt eum in agro regalium sepulchrorum, eo quòd esset leprosus: regnauitq; Ioatham filius eius pro eo.

S. IOATHAM *Oziæ patri succedens regem Ammon deuicit, & huic morienti succedit Achaz.* CAPVT XXVII.

A VIgintiquinq; annorũ erat Ioatham cũ regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalẽ: nomẽ matris eius Ieruſa filia Sadoc. Fecitq; quod rectum erat corã Domino iuxta omnia quæ fecerat Ozias pater suus: excepto quòd
B nõ est ingressus templũ Domini: & adhuc populus delinquebat. Ipse ædificauit portã domus Domini excelsam, & in muro Ophel multa cõstruxit. Vrbes quoq; ædificauit in montibus Iuda: & in saltibus castella, & turres. Ipse pugnauit cõtra regẽ filiorũ Ammon, & vicit eos: dederuntq; ei filij Ammon
C in tẽpore illo centũ talenta argenti, & decem millia coros tritici, ac totidẽ coros hordei. Hæc ei præbuerunt filij Ammon in anno secundo & tertio. Corroboratusq; est Ioatham, eo quòd direxisset vias suas coram Domino Deo suo. Reliqua
D autem sermonum Ioatham, & omnes pugnæ eius, & opera, scripta sunt in libro regum Israel & Iuda. Vigintiquinq; annorum erat cum regnare cœpisset, & sedecim annis regnauit in Ierusalẽ. Dormiuitq; Ioatham cũ patribus suis, & sepelierũt eũ in ciuitate Dauid: & regnauit Achaz filius eius pro eo.

Regnat Ioatham filius Oziæ. 4. Re. 15 g

S. PRO *sceleribus Achaz spoliata est domus Domini in Ierusalem ab Assyrijs, & cum dijs alienis sacrificasset, interijt miserrimus.*

CAPVT XXVIII.

A VIginti annorum erat Achaz cum regnare cœpisset: & sedecim annis regnauit in Ierusalem. Non fecit rectum in conspectu Domini sicut Dauid pater eius, sed ambulauit in vijs regum Israel, insuper & statuas fudit Baalim. Ipse est qui adoleuit incensum in valle Benennom: & lustrauit filios suos in igne iuxta ritũ gentium quas interfecit Dominus in aduentu filiorum Israel. Sacrificabat quoq;, & thymiama succendebat in excelsis, & in collibus, & sub omni ligno frondoso. Tradiditq; eum Dominus Deus eius in manu regis Syriæ, qui percussit eum, magnamq; prædam cepit de eius imperio, & adduxit in Darma scũ: manibus quoq; regis Israel traditus est, & percussus plaga grandi. Occiditq; Phacee filius Romeliæ, de Iuda centum viginti millia in die vno, omnes viros bellatores, eo quòd reliquissent Dominum Deum patrum suorũ. Eodem tempore
B occidit Zechri vir potẽs ex Ephráim Maasiam filiũ regis, & Ezricam ducem domus eius, Elcanam quoq; secundũ à rege. Ceperuntq; filij Israel de fratribus suis ducenta millia mulierum, puerorũ, & puellarum, & infinita prædam: pertulerũtq; eam in Samariã. Ea tempestate erat ibi propheta Domini, nomine Obed: qui egressus obuiam exercitui venienti in Samariam, dixit eis, Ecce, iratus Dominus Deus patrum vestrorũ contra Iudam, tradidit eos in manibus vestris, & occidistis eos atrociter, ita vt ad cœlum pertingeret vestra crudelitas. Insuper filios Iuda, & Ierusalem vultis vobis subijcere in seruos, & ancillas: quod nequaquã facto opus est. peccastis enim super hoc Domino Deo vestro. Sed audite consilium meum, & reducite captiuos quos adduxistis de fratribus vestris: quia magnus furor Domini imminet vobis. Steterunt itaq; viri de principibus filiorum Ephráim, Azarias filius Iohanan, Barachias filius Mosollamoth, Ezechias filius Sellũ, & Amasa filius Hadali, contra eos qui veniebant de prælio, & dixerunt eis, Non introducetis huc captiuos, ne peccemus Domino. Quare vultis adijcere super peccata nostra, & vetera cumulare delicta? grande quippe peccatum est, & ira furoris Domini imminet super Israel. Dimiseruntq; viri bellatores prædam, & vniuersa quæ ceperant, coram principibus & omni
C multitudine. Steteruntque viri quos suprà memorauimus:

& apprehen-

& apprehendentes captiuos, omnesq; qui nudi erant, vestierunt de spolijs: cumq; vestissent eos, & calceassent, & refecissent cibo ac potu, vnxissentq; propter laborem, & adhibuissent eis curam: quicunq; ambulare non poterant, & erant imbecillo corpore, imposuerunt eos iumentis, & adduxerũt Iericho Ciuitatem palmarũ ad fratres eorum, ipsiq; reuersi sunt in Samariam. Tempore illo misit rex Achaz ad regem Assyriorum, postulans auxilium. Veneruntq; Idumæi, & percusserunt multos ex Iuda, & cœperunt prædam magnam. Philisthijm quoq; diffusi sunt per vrbes cãpestres, & ad meridiẽ Iudæ: ceperuntq; Bethsames, & Aialon, & Gaderoth, Socho quoq;, & Thamnam, & Gamzo cum viculis suis: & habitauerunt in eis. Humiliauerat enim Dominus Iudam propter Achaz regem Iuda, eo quòd nudasset eum auxilio, & cõtemptui habuisset Dominũ. Adduxitq; cõtra eũ Thelgathphalnasar regem Assyrirorũ, qui & afflixit eum, & nullo resistente vastauit. Igitur Achaz spoliata domo Domini, & domo regum, ac principum, dedit regi Assyriorum munera: & tamen nihil ei profuit. Insuper & tempore angustiæ suæ auxit contemptum in Dominũ, ipse per se rex Achaz. Immolauit dijs Damasci victimas, percussoribus suis, & dixit, Dij regũ Syriæ auxiliãtur eis, quos ego placabo hostijs, & aderunt mihi: cum econtrario ipsi fuerint ruinæ ei, & vniuerso Israel. Direptis itaq; Achaz omnibus vasis domus Dei, atq; cõfractis, clausit ianuas templi Dei: & fecit sibi altaria in vniuersis angulis Ierusalem. In omnibus quoq; vrbibus Iuda extruxit aras ad cremandum thus, atq; ad iracundiam prouocauit Dominũ Deum patrum suorum. Reliqua autem sermonum eius, & omnium operum suorum priorum, & nouissimorum scripta sunt in Libro regum Iuda & Israel. Dormiuitq; Achaz cum patribus suis, & sepelierunt eum in ciuitate Ierusalem: neque enim receperunt eum in sepulchra regum Israel. Regnauitq; Ezechias filius eius pro eo.

S. IMPIO patri pius succedens Ezechias, abolitum Dei cultum aperto Dei templo & restitutis sacerdotibus instaurauit.

CAPVT XXIX.

A 4. Reg. 18 IGitur Ezechias regnare cœpit cũ viginti quinq; esset annorũ, & vigintinouẽ annis regnauit in Ierusalem: nomen matris eius Abia, filia Zachariæ. Fecitq; quod erat placitũ in conspectu Domini, iuxta omnia quæ fecerat Dauid pater eius. In ipso anno, & mense primo regni sui aperuit valuas domus Domini, & instaurauit eas. Adduxitq; sacerdotes, atq; Leuitas, & congregauit eos in plateam orientalem. Dixitq; ad eos, Audite me Leuitæ, & sanctificamini, mũdate domum Domini Dei patrum vestrorũ, & auferte omnem immunditiã de sanctuario. Peccauerunt patres nostri, & fecerunt malum in conspectu Domini Dei nostri, derelinquentes eũ: auerterunt facies suas à tabernaculo Domini, & præbuerunt dorsum. Clauserunt B ostia quæ erant in porticu, & extinxerũt lucernas: incẽsumq; non adoleuerunt, & holocausta non obtulerunt in sanctuario Deo Israel. Concitatus est itaq; furor Domini super Iudam & Ierusalẽ: tradiditq; eos in commotionẽ, & in interitum, & in sibilũ, sicut ipsi cernitis oculis vestris. En, corruerũt patres nostri gladijs: filij nostri, & filiæ nostræ, & coniuges captiuæ ductæ sunt propter hoc scelus. Nunc ergo placet mihi vt iniamus fœdus cũ Domino Deo Israel, & auertet à nobis furorem iræ suæ. Filij mei nolite negligere: vos elegit Dominus vt stetis coram eo, & ministretis illi, colatisq; eum, & cremetis ei incensum. Surrexerũt ergo Leuitæ: Mahath filius Amasai, & Ioel filius Azariæ, de filijs Caath. Porrò de filijs Merari: Cis filius Abdi, & Azarias filius Ialaleel, De filijs autẽ Gerson: Ioah filius Zemma, & Eden filius Ioah. At verò de filijs Elisaphan: Samri & Iahiel. De filijs quoq; Asaph: Zacharias & Mathanias. Necnon de filijs Heman, Iahiel & Semei: sed & de filijs Idithun, Semeias & Oziel. Congregaueruntq; fratres suos, & sanctificati sunt, & ingressi iuxta mandatum regis & imperiũ Domini, vt expiarent domum Dei. Sacerdotes quoq; ingressi templum Domini vt sanctificarent illud, extulerunt omnem immunditiam, quam intro repererant in D vestibulo domus Domini: quam tulerunt Leuitæ, & asportauerunt ad torrentem Cedron foras. Cœperũt autem prima die mensis primi mundare, & in die octauo eiusdem mensis ingressi sunt porticũ templi Domini: expiaueruntq; templũ diebus octo, & in die sextadecima mensis eiusdẽ, quod cœperant, impleuerũt. Ingressi quoq; sunt ad Ezechiam regem, & dixerũt ei, Sanctificauimus omnem domũ Domini, & altare holocausti, vasaq; eius, necnõ & mensam propositionis cum omnibus vasis suis, cunctamq; tẽpli supellectilẽ quã polluerat rex Achaz in regno suo, postquã prætiaricatus est: & ecce exposita sunt omnia corã altari Domini. Consurgens q; diluculo Ezechias rex, adunauit omnes principes ciuitatis, & ascẽdit in domũ Domini: obtuleruntq; simul tauros septẽ, & arietes septẽ, agnos septem, & hircos septem pro peccato, pro E regno, pro sanctuario, pro Iuda: dixitq; sacerdotibus filijs Aaron vt offerrẽt super altare Domini. Mactauerunt igitur tauros, & susceperunt sanguinẽ sacerdotes, & fuderũt illũ super altare: mactauerunt etiã arietes, & illorũ sanguinẽ super altare fuderunt: immolauerunt agnos, & fuderunt super altare sanguinẽ. Applicuerunt hircos pro peccato coram rege, & vniuersa multitudine: imposueruntq; manus suas super eos. Et immolauerunt illos sacerdotes, & asperserunt sanguinẽ eorũ altari pro piaculo vniuersi Israelis: pro omni quippe Israel præceperat rex vt holocaustũ fieret & pro peccato. Cõstituit quoq; Leuitas in domo Domini cũ cymbalis, & psalterijs, & citharis secundũ dispositionẽ Dauid regis, & Gad Videntis, & Nathan prophetæ: siquidem Domini præceptum fuit per F manum prophetarũ eius. Steteruntq; Leuitæ tenẽtes organa Dauid, & sacerdotes tubas. Et iussit Ezechias vt offerrent holocausta super altare: cumq; offerrentur holocausta, cœperũt laudes canere Domino, & clangere tubis, atq; in diuersis organis quæ Dauid rex Israel repererat, cõcrepare. Omni autẽ turba adorante, cantores, & ij qui tenebant tubas, erant in officio suo, donec cõpleretur holocaustũ. Cumq; finita esset oblatio, incuruatus est rex, & omnes qui erant cũ eo, & adorauerunt. Præcepitq; Ezechias, & principes Leuitis vt laudarent Dominũ sermonibus Dauid & Asaph Videntis: qui laudauerunt Deum magna lætitia, & incuruato genu adorauerunt. Ezechias autem etiam hæc addidit, Implestis manus vestras Domino, accedite, & offerte victimas, & laudes in domo Do- G mini. Obtulit ergo vniuersa multitudo hostias, & laudes, & holocausta mente deuota. Porro numerus holocaustorũ quæ obtulit multitudo, hic fuit, Tauros septuaginta, arietes centũ, agnos ducentos. Sanctificaueruntq; Domino boues sexcentos, & oues tria millia. Sacerdotes verò pauci erant: nec poterant sufficere vt pelles holocaustorũ detraherent: vnde & Leuitæ fratres eorum adiuuerunt eos, donec impleretur opus, & sanctificarentur antistites: Leuitæ quippe faciliori ritu sanctificantur, quàm sacerdotes. Fuerunt ergo holocausta plurima, adipes pacificorũ, & libamina holocaustorum: & completus est cultus domus Domini. Lætatusq; est Ezechias, & omnis populus, eo quòd ministerium Domini esset expletũ. derepente quippe hoc fieri placuerat.

Sermo Ezechiæ ad Leuitas.

S. EZECHIAS per totum regnum mandat solenne Pascha celebrari, atq; ipse celebrat. CAPVT XXX.

A MIsit quoque Ezechias ad omnem Israel & Iudam: scripsitq; epistolas ad Ephraim & Manasse vt venirent ad domum Domini in Ierusalem, & facerent phase Domino Deo Israel. Inito ergo consilio regis, & principum, & vniuersi cœtus in Ierusalem, decreuerunt vt facerent phase mense secundo. Non enim occurrerant facere in tempore suo: quia sacerdotes qui possent

qui posſent ſufficere, ſanctificati non fuerãt, & populus nec-
dum congregatus erat in Ieruſalem. Placuitq; ſermo regi, &
omni multitudini. Et decreuerũt vt mitterent nuntios in vni-
uerſum Iſrael de Berſabee vſq; Dan, vt venirẽt & facerẽt pha
ſe Domino Deo Iſrael in Ieruſalem: multi enim nõ fecerant
ſicut lege præſcriptũ eſt. Perrexeruntq; curſores cũ epiſto-
lis ex regis imperio, & principũ eius, in vniuerſum Iſrael &
Iudã iuxta id quod rex iuſſerat, prædicãtes, Filij Iſrael reuer-
B timini ad Dominũ Deũ Abrahã, & Iſaac, & Iſrael: & reuer-
tetur ad reliquias quæ effugerũt manus regis Aſſyriorũ. No-
lite fieri ſicut patres veſtri & fratres qui receſſerunt à Domi-
no Deo patrũ ſuorum, & tradidit eos in interitum, vt ipſi cer-
nitis. Nolite indurare ceruices veſtras, ſicut patres veſtri: tra-
dite manus Domino, & venite ad ſanctuariũ eius quod ſan-
ctificauit in æternũ: ſeruite Domino Deo patrũ veſtrorũ, &
auertetur à vobis ira furoris eius. Si enim vos reuerſi fueritis
ad Dominũ, fratres veſtri, & filij habebũt miſericordiam co-
ram Dominis ſuis qui illos duxerũt captiuos, & reuertentur
in terram hanc: pius enim & clemens eſt Dominus Deus ve-
ſter, & non auertet faciem ſuam à vobis, ſi reuerſi fueritis ad
eum. Igitur curſores pergebãt velociter de ciuitate in ciuita-
tem per terram Ephráim & Manaſſæ, vſq; ad Zabulon, illis
irridentibus & ſubſannantibus eos. Attamen quidam viri ex
Aſer & Manaſſe & Zabulon acquieſcẽtes conſilio, venerunt
Ieruſalem. In Iuda verò facta eſt manus Domini, vt daret eis
cor vnum, vt facerẽt iuxta præceptũ regis & principum ver-
bum Domini. Cõgregatiq; ſunt in Ieruſalem populi multi,
C vt facerent ſolennitatẽ azymorũ in menſe ſecũdo. Et ſurgen-
Congregãtur populi multi ad celebrandum Phaſe. tes deſtruxerũt altaria quæ erãt in Ieruſalem: atq; vniuerſa in
quibus idôlis adolebatur incenſum, ſubuertentes, proiece-
runt in torrentẽ Cedron. Immolauerunt autem phaſe quar-
tadecima die menſis ſecundi. Sacerdotes quoq;, atq; Leuitæ
tandem ſanctificati obtulerunt holocauſta in domo Domini.
Steteruntq; in ordine ſuo iuxta diſpoſitionẽ & legem Moyſi
hominis Dei: ſacerdotes verò ſuſcipiebant effundendum ſan-
guinẽ de manibus Leuitarũ, eo quòd multa turba ſanctifica-
ta non eſſet: & idcirco immolarent Leuitæ phaſe his qui non
occurrerent ſanctificari Domino. Magna etiam pars populi
de Ephráim & Manaſſæ & Iſſachar & Zabulon, quæ ſancti-
ficata non fuerat, comẽdit phaſe, non iuxta quod ſcriptũ eſt:
Ezechias orat p populo non ſanctificato. & orauit pro eis Ezechias, dicens, Dominus bonus propitia-
bitur cunctis qui in toto corde requirunt Dominum Deum
patrum ſuorũ: & non imputabit eis quòd minus ſanctificati
ſunt. Quem exaudiuit Dominus, & placatus eſt populo. Fe-
D ceruntq; filij Iſrael qui inuenti ſunt in Ieruſalẽ, ſolennitatem
azymorũ ſeptem diebus in lætitia magna, laudantes Dominũ
per ſingulos dies, Leuitæ quoq; & ſacerdotes per organa,
quæ ſuo officio congruebant. Et locutus eſt Ezechias ad cor
omniũ Leuitarũ qui habebãt intelligentiã bonam ſuper Do-
mino: & comederunt ſeptem diebus ſolennitatis immolantes
victimas pacificorum, & laudantes Dominum Deum patrũ
ſuorum. Placuitq; vniuerſæ multitudini, vt celebrarent etiam
alios dies ſeptem: quod & fecerunt cum ingenti gaudio. Eze-
chias autem rex Iuda præbuerat multitudini mille tauros, &
ſeptem millia ouium: principes verò dederant populo tauros
mille, & oues decem millia: ſanctificata eſt ergo ſacerdotum
plurima multitudo. Et hilaritate perfuſa omnis turba Iuda
tam ſacerdotũ & Leuitarum quàm vniuerſæ frequentiæ quæ
venerat ex Iſrael: proſelytorum quoq; de terra Iſrael, & habi-
tantium in Iuda. Factaq; eſt grandis celebritas in Ieruſalem,
qualis à diebus Salomonis filij Dauid regis Iſrael in ea vrbe
non fuerat. Surrexerunt autem ſacerdotes atq; Leuitæ bene-
dicentes populo: & exaudita eſt vox eorum, peruenitq; ora-
tio in habitaculum ſanctum cœli.

S. SACERDOTIBVS ad ſua reſtitutis officia populus largus eſt ad offerendum. CAPVT XXXI.

A Vmq; hæc fuiſſent ritè celebrata, egreſſus eſt o-
mnis Iſrael, qui inuẽtus fuerat in vrbibus Iudæ, &
fregerũt ſimulachra, ſuccideruntq; lucos, demo-
liti ſunt excelſa, & altaria deſtruxerũt: non ſolum
de vniuerſo Iuda & Beniamin, ſed & de Ephráim quoq; &
Manaſſe, donec penitus euerterent: reuerſiq; ſunt omnes fi-
lij Iſrael in poſſeſsiones & ciuitates ſuas. Ezechias autẽ cõſti-
tuit turmas ſacerdotales, & Leuiticas per diuiſiones ſuas, vnũ-
quenq; in officio proprio, tam ſacerdotũ videlicet, quàm Le-
uitarum, ad holocauſta, & pacifica, vt miniſtrarent & confite-
rentur, canerentq; in portis caſtrorũ Domini. Pars autem re-
B gis erat, vt de propria eius ſubſtantia offerretur holocauſtum
mane ſemper, & veſpere, ſabbathis quoq; & calẽdis, & ſolen- Sacerdotibus Ezechias dari iubet decimas, vt verbo Dei liberius vacent.
nitatibus cæteris, ſicut ſcriptũ eſt in lege Domini. Præcepit
etiã populo habitantiũ Ieruſalẽ, vt darẽt partes ſacerdotibus
& Leuitis, vt poſſent vacare legi Domini. Quod cum percre-
buiſſet in auribus multitudinis, plurimas obtulêre primitias
filij Iſrael, frumenti, vini, & olei: mellis quoq;, & omniũ quæ
gignit humus decimas obtulerunt. Sed & filij Iſrael & Iuda,
qui habitabant in vrbibus Iuda, obtulerunt decimas boum &
ouium, decimas q; ſanctorũ quæ vouerãt Domino Deo ſuo:
atq; vniuerſa portantes, fecerũt aceruos plurimos. Menſe ter-
tio cœperũt aceruorũ iácere fundamenta, & menſe ſeptimo
cõpleuerunt eos. Cumq; ingreſsi fuiſſent Ezechias & princi-
pes eius, viderunt aceruos, & benedixerũt Domino ac popu-
lo Iſrael. Interrogauitq; Ezechias ſacerdotes & Leuitas, cur
ita iacérent acerui. Reſpondit illi Azarias ſacerdos primus de
C ſtirpe Sadoc, dicens, Ex quo cœperũt offerri primitiæ in do-
mo Domini, comedimus, & ſaturati ſumus, & remanſerunt
plurima: eo quòd benedixerit Dominus populo ſuo. reliquia
rum autẽ copia eſt iſta, quã cernis. Præcepit igitur Ezechias
vt præpararent horrea in domo Domini. Quod cũ feciſſent,
intulerunt tam primitias quàm decimas, & quæcunq; voue-
rant, fideliter. Fuit autẽ præfectus eorũ Chonenias Leuita, &
Semei frater eius ſecundus: poſt quem Iahiel, & Azazias, &
Nahath, & Aſael, & Ierimoth, Iozabad quoq; & Eliel, & Ieſ
machias, & Mahath, & Banaias, præpoſiti ſub manibus Cho-
neniæ & Semei fratris eius, ex imperio Ezechiæ regis & Aza
riæ pontificis domus Dei, * ad quos omnia pertinebãt .. Co-
re verò filius Iemna Leuites, & ianitor orientalis portæ, præ
poſitus erat ijs quæ ſponte offebantur Deo, primitijsq; &
D cõſecratis in Sãcta ſanctorũ. Et ſub cura eius Eden & Benia-
min, Ieſue & Semias, Amarias quoq; & Sechenias, in ciuita-
tibus ſacerdotũ: vt fideliter diſtribuerent fratribus ſuis partes
minoribus atq; maioribus: exceptis maribus ab annis tribus
& ſuprà, cũctisq; qui ingrediebãtur tẽplum Dñi. Et quicquid
per ſingulos dies conducebat in miniſterio atq; obſeruationi
bus iuxta diuiſiones ſuas, ſacerdotibus per familias, & Leui-
tis à viceſimo anno & ſuprà per ordines & turmas ſuas, vni-
uerſæq; multitudini tam vxoribus quàm liberis eorũ vtriuſ-
q; ſexus, fideliter cibi de his quæ ſanctificata fuerant præbe-
bãtur. Sed & filiorũ Aarõ per agros, & ſuburbana vrbiũ ſin-
gularũ diſpoſiti erant viri, qui partes diſtribuerent vniuerſo
ſexui maſculino, de ſacerdotibus & Leuitis. Fecit ergo Eze-
chias vniuerſa quę diximus in omni iuda: operatusq; eſt bo-
nũ & rectũ, & verũ coram Dño Deo ſuo, in vniuerſa cultu-
ra miniſterij domus Dñi, iuxta legẽ & ceremonias, volẽs re-
quirere Deũ ſuũ i toto corde ſuo: fecitq;, & proſperatus eſt.

S. ASSYRIORVM exercitu ab angelo una nocte deleto, Sennacherib fugiens, in templo dei ſui à filijs ſuis occiſus eſt: unde exaltatus Ezechias, à Domino humiliatus eſt.

CAPVT XXXII.

A Poſt quæ & huiuſcemodi veritatem, venit Senna 4. Reg. 18.
cherib rex Aſſyriorum, & ingreſſus Iudã, obſedit Eſaiæ 36.
ciuitates munitas, volens eas capere. Quod cum
vidiſſet Ezechias, veniſſe ſcilicet Sennacherib,
& totum



& totum belli impetum verti cõtra Ierusalẽ: inito cum principibus consilio, virisq; fortissimis, vt obturarent capita fontium qui erant extra vrbem: & hoc omnium decernente sententia, congregauit plurimã multitudinem, & obturauerunt cunctos fontes, & riuum qui fluebat in medio terræ, dicentes, Ne veniant reges Assyriorũ, & inueniant aquarum abundantiam. Aedificauit quoq; agens industriè omnem murum qui fuerat dissipatus, & extruxit turres désuper, & forinsecus al-
B terum murum: instaurauit q; Mello in ciuitate Dauid, & fecit
Cõcio Ezechiæ adhortãtis populũ ad fiduciã in Deũ. vniuersi generis armaturam, & clypeos. Constituitq; principes bellatorũ in exercitu. Et conuocauit vniuersos in platea portæ ciuitatis, ac locutus est ad cor eorum, dicens, Viriliter agite, & confortamini, nolite timere nec paueatis regẽ Assyriorum, & vniuersam multitudinem quæ est cum eo: multò enim plures nobiscum sunt, quàm cum illo. Cum illo enim est brachium carneum, nobiscũ Dominus Deus noster qui auxiliator est noster, pugnatq; pro nobis. Confortatusq; est populus huiusce modi verbis Ezechiæ regis Iuda. Quæ postquam gesta sunt, misit Sennacherib rex Assyriorum seruos
C suos, in Ierusalem (ipse enim cũ vniuerso exercitu obsidebat Lachis) ad Ezechiam regem Iuda, & ad omnem populũ qui erat in vrbe, dicens, Hæc dicit Sennacherib rex Assyriorum, In quo habentes fiduciam, sedetis obsessi in Ierusalem? Num Ezechias decepit vos, vt tradat morti in fame & siti, affirmans quòd Dominus Deus vester liberet vos de manu regis Assyriorum? Nunquid non iste est Ezechias qui destruxit excelsa illius, & altaria, & præcepit Iudæ & Ierusalem, dicens, Coram altari vno adorabitis, & in ipso comburetis incẽsum? An ignoratis quæ ego fecerim, & patres mei cunctis terrarum populis? nunquid prævaluerũt dij gẽtium, omniumq; terrarum liberare regionem suam de manu mea? Quis est de vniuersis
D dijs gentium, quas vastauerunt patres mei, qui potuerit eruere populum suum de manu mea, vt possit etiam Deus vester
Blasphemia Sẽnacherib. eruere vos de hac manu? Non vos ergo decipiat Ezechias, nec vana persuasione deludat, neq; credatis ei. Si enim nullus potuit deus cunctarum gentium atq; regnorum liberare populum suum de manu mea, & de manu patrum meorum, consequenter nec Deus vester poterit eruere vos de manu mea. Sed & alia multa locuti sunt serui eius contra Dominũ Deum, & contra Ezechiam seruũ eius. Epistolas quoq; scripsit plenas blasphemiæ in Dominũ Deum Israel, & locutus est aduersum eum, Sicut dij gentium cæterarũ non potuerunt liberare populũ suum de manu mea, sic & Deus Ezechiæ eruere non poterit populũ suum de manu ista. Insuper & clamore magno lingua Iudaica contra populũ qui sedebat in muris Ieru-
E salem, personabat, vt terreret eos, & caperet ciuitatem. Locu-
Oratio Ezechiæ & Esaiæ. tusq; est contra Deum Ierusalem, sicut aduersum deos populorum terræ opera manuum hominũ. Orauerunt igitur Ezechias rex, & Esaias filius Amos prophetes aduersum hanc blasphemiam, ac vociferati sunt vsq; in cœlum. Et misit Dominus angelũ qui percussit omnem virũ robustum, & bellatorem, & principem exercitus regis Assyriorum. Reuersusq; est cum ignominia in terrã suam. Cumq; ingressus esset domum dei sui, filij qui egressi fuerãt de vtero eius, interfecerũt eum gladio. Saluauitq; Dominus Ezechiam, & habitatores Ierusalem, de manu Sennacherib regis Assyriorũ, & de manu omnium, & præstitit ei quiẽtem per circuitum. Multi etiam deferebant hostias, & sacrificia Domino in Ierusalem, & mu-
F nera Ezechiæ regi Iuda: qui exaltatus est post hæc corã cunctis gentibus. In diebus illis ægrotauit Ezechias vsq; ad mortem, & orauit Dominũ: exaudiuitq; eum, & dedit ei signum. 4.Re.20 a
Esaiæ 38 a
Sed non iuxta beneficia quæ acceperat, retribuit, quia elevatum est cor eius: & facta est contra eum ira, & contra Iudam & Ierusalem. Humiliatusq; est postea, eo quòd exaltatum fuisset cor eius, tam ipse, quàm habitatores Ierusalẽ: & idcirco non venit super eos ira Domini in diebus Ezechiæ. Fuit autem Ezechias diues, & inclytus valde, & thesauros sibi plurimos congregauit, argenti & auri, & lapidis pretiosi, aromatum, & armorũ vniuersi generis, & vasorũ magni pretij. Apothécas quoq; frumẽti, vini, & olei, & præsepia omniũ iumentorum, caulasq; pecorũ, & vrbes ædificauit sibi: habebat quippe greges ouium & armẽtorum innumerabiles, eo quòd dedisset ei Dominus substantiam multam nimis. Ipse est Eze-
G chias qui obturauit superiorẽ fontem aquarũ Gihon, & aretit eas subter ad occidentẽ vrbis Dauid: in omnibus operibus Quare derelinquitur Ezechias à Domino. suis fecit prosperè quæ voluit. Attamen in legatione principum Babylonis, qui missi fuerant ad eum, vt interrogarent de portento quod acciderat super terram, dereliquit eũ Deus vt tentaretur, & nota fierent omnia quæ erant in corde eius. Reliqua autem sermonũ Ezechiæ & misericordiarũ eius scripta sunt in visione Esaiæ filij Amos prophetæ, & in libro regum Iuda & Israel. Dormiuitq; Ezechias cum patribus suis, & sepelierunt eum super sepulchra filiorum Dauid: & celebrauit eius exequias vniuersus Iuda, & omnes habitatores Ierusalẽ: regnauitq; Manasses filius eius pro eo.

S. IMPIVS *Manasses per flagella ad pietatem reductus agit pœnitentiam.* CAPVT XXXIII.

A DVodecim annorum erat Manasses, cum regnare cœpisset: & quinquagintaquinq; annis regnauit 4.Reg.21 a
in Ierusalem. Fecit autem malum coram Domino, iuxta abominationes gentium quas subuertit Dominus coram filijs Israel. Et conuersus, instaurauit excelsa quæ demolitus fuerat Ezechias pater eius: constituitq; aras Baalim, & fecit lucos: & adorauit omnem militiam cœli, & coluit eam. Aedificauit quoq; altaria in domo Domini, 2.Reg.7 b
de qua dixerat Dominus, In Ierusalem erit nomen meum in æternum. Aedificauit autẽ ea cuncto exercitui cœli, in duobus atrijs domus Domini. Transireq; fecit filios suos per ignem, in valle Benennom: obseruabat somnia, sectabatur au-
B guria, maleficis artibus inseruiebat: habebat secum magos, & incantatores: multaq; mala operatus est coram Domino, vt irritaret eum. Sculptile quoq;, & conflatile signum posuit in domo Dei de qua locutus est Dominus ad Dauid, & ad Salomonem filium eius, dicens, In domo hac, & in Ieruſa- 2.Reg.7 b
lem quam elegi de cunctis tribubus Israel, ponam nomen 3.Reg.8 b
meum in sempiternum. Et mouere non faciam pedem Israel, de terra quam tradidi patribus eorum: ita dũntaxat, si custodierint facere quæ præcepi eis, cunctamq; legem, & ceremonias atq; iudicia quæ mãdaui per manum Moysi. Igitur Manasses seduxit Iudam & habitatores Ierusalem, vt facerent malum super omnes gentes quas subuerterat Dominus à facie filiorum Israel. Locutusq; est Dominus ad eum, & ad po-
C pulum illius: & attendere noluerunt. Idcirco superinduxit eis principes exercitus regis Assyriorum: ceperuntq; Manassen, & vinctũ catenis, atq; compedibus duxerunt in Babylonem. Qui postquam coangustatus est, orauit Dominum Deum suum: & egit pœnitentiam valde coram Deo patrũ suorum. Deprecatusque est eum, & obsecrauit intentè: & exaudiuit orationem

orationẽ eius, reduxitq; eum Ierusalẽ in regnum suum. & cognouit Manasses quòd Dominus, ipse esset Deus. Post hæc ædificauit murũ extra ciuitatẽ Dauid, ad occidentem Gihon, in cõualle: ab introitu portæ piscium per circuitũ vsq; ad Ophel, & exaltauit illũ vehemẽter: constituitq; principes exercitus in cũctis ciuitatibus Iuda munitis. Et abstulit deos alienos, & simulachrũ de domo Domini: aras quoq; quas fecerat in monte domus Domini, & in Ierusalem: & proiecit omnia extra vrbem. Porrò instaurauit altare Domini, & immolauit super illud victimas, & pacifica, & laudẽ: præcepitq; Iudæ vt seruiret Domino Deo Israel. Attamẽ adhuc populus immolabat in excelsis Domino deo suo. Reliqua autẽ gestorũ Manasse: & obsecratio eius ad Deũ suum: verba quoq; Videntiũ qui loquebãtur ad eũ in nomine Domini Dei Israel, cõtinen
D tur in sermonibus regũ Israel. Oratio quoq; eius & exaudi-
tio, & cuncta peccata, atq; contẽptus, loca etiã in quibus ædificauit excelsa, & fecit lucos, & statuas antequã ageret pœnitentiã, scripta sunt in sermonibus Hozái. Dormiuit ergo Manasses cũ patribus suis, & sepelierũt eum in domo sua: regnauitq; pro eo filius eius Amon. Viginti duorũ annorũ erat Amon, cũ regnare cœpisset: & duobus annis regnauit in Ierusalem. Fecitq; malũ in cõspectu Domini, sicut fecerat Manasses pater eius: & cunctis idõlis quæ Manasses fuerat fabricatus, immolauit, atq; seruiuit. Et nõ est reueritus faciẽ Domini, sicut reueritus est Manasses pater eius: & multò maiora deliquit. Cumq; cõiurassent aduersus eũ serui sui, interfecerunt eũ in domo sua. Porrò reliqua populi multitudo, cæsis ijs qui Amon percusserant, constituit regẽ Iosiam filiũ eius pro eo.

S. IOSIAS *templum instaurans reperto legis libro fœdera cum Domino percußit.* CAPVT XXXIIII.

A OCto annorũ erat Iosias cum regnare cœpisset: &
triginta & vno anno regnauit in Ierusalẽ. Fecitq;
4. Reg. 22. 4 quod erat rectũ in conspectu Domini, & ambulauit in vijs Dauid patris sui: non declinauit neq; ad dexteram, neq; ad sinistrã. Octauo autem anno regni sui, cum adhuc esset puer, cœpit quærere Deũ patris sui Dauid: & duodecimo anno postquã cœperat, mundauit Iudã & Ierusalẽ ab excelsis, & lucis, simulachris q;, & sculptilibus. De-
Iosias idola subuertit. struxeruntq; corã eo aras Baalim: & simulachra quæ superposita fuerant, demoliti sunt: lucos etiã, & sculptilia succidit atq; cõminuit: & super tumulos eorũ qui eis immolare consueuerant, fragmẽta dispersit. Ossa præterea sacerdotũ combussit in altaribus idolorũ, mundauitq; Iudã & Ierusalẽ. Sed
B & in vrbibus Manassæ, & Ephráim, & Simeõ vsq; Nephthali cuncta subuertit. Cumq; altaria dissipasset, & lucos, & sculptilia contriuisset in frusta, cunctaq; delubra demolitus esset de vniuersa terra Israel, reuersus est in Ierusalem. Igitur anno octauodecimo regni sui, mundata iam terra, & templo Domini, misit Saphan filiũ Eseliæ, & Mahasiam principẽ ciuitatis, & Ioha filiũ Ioachas à commentarijs: vt instaurarent domum Domini Dei sui. Quj venerũt ad Helciam sacerdotem magnũ: acceptamq; ab eo pecuniam, quæ illata fuerat in domum Domini, & quam congregauerant Leuitæ, & ianitores de Manasse, & Ephráim, & vniuersis reliquijs Israel, ab omni quoq; Iuda, & Beniamin, & habitatoribus Ierusalem: tradiderunt in manibus eorũ qui præerant operarijs in domo Do-
C mini vt instaurarent templum, & infirma quæq; sarcirent. At illi dederunt eam artificibus, & cæmentarijs, vt emerent lapides de lapidicinis, & ligna ad commissuras ædificij, & ad contignationem domorũ quas destruxerãt reges Iuda. Qui fideliter cuncta faciebant. Erant autẽ præpositi operantium: Iahath & Abdias de filijs Merari: Zacharias & Mosollam de filijs Caath, qui vrgebant opus: omnes Leuitæ scientes organis canere. Super eos verò, qui ad diuersos vsus onera portabant, erant scribæ, & magistri de Leuitis, ianitores. Cumque efferẽt pecuniam quæ illata fuerat in templum Domini, reperit Helcias sacerdos librum legis Domini, qui datus fuerat per manum Moysi. Et ait ad Saphan scribam, Librum legis inueni in domo Domini. Et tradidit ei. At ille intulit volumẽ ad regem, & nuntiauit ei, dicens, Omnia quæ dedisti in manu
D seruorum tuorum, ecce complentur. Argentum quod repertum est in domo Domini, conflauerunt: datumq; est præfectis artificum, & diuersa opera fabricantium. Præterea tradidit mihi Helcias sacerdos hunc librũ. Quem cum rege præsente recitasset, audissetq; ille verba legis, scidit vestimẽta sua: & præcepit Helciæ, & Ahicam filio Saphan, & Abdon filio Micha, Saphan quoque scribæ, & Asaiæ seruo regis, dicens, Ite, & orate Dominum pro me, & pro reliquijs Israel & Iuda, super vniuersis sermonibus libri istius qui repertus est: magnus enim furor Domini stillauit super nos, eo quòd non custodierint patres nostri verba Domini, vt facerent omnia
E quæ scripta sunt in isto volumine. Abijt ergo Helcias, & hi qui simul à rege missi fuerãt, ad Oldam prophetidẽ, vxorem Sellum filij Thecuath, filij Hásra custodis vestium: qui habitabat in Ierusalẽ in Secunda: & locuti sunt ei verba quæ suprà narrauimus. At illa respondit eis, Hæc dicit Dominus Deus Israel: dicite viro qui misit vos ad me, Hæc dicit Dominus, Ecce ego inducam mala super locum istum, & super habitatores eius: cunctaq; maledicta quæ scripta sunt in libro hoc, quem legerunt coram rege Iuda: quia dereliquerunt me, & sacrificauerunt dijs alienis, vt me ad iracundiam prouocarent in cunctis operibus manuũ suarum: idcirco stillabit furor meus
F super locũ istum, & non extinguetur. Ad regẽ autem Iuda, qui misit vos pro Domino deprecando, sic loquimini, Hæc dicit Dominus Deus Israel. Quoniã audisti verba voluminis, atq; emollitũ est cor tuum: & humiliatus es in conspectu Dei super his quæ dicta sunt contra locũ hunc, & habitatores Ierusalem: reuerituſq; faciem meam, scidisti vestimenta tua, & fleuisti corã me: ego quoq; exaudiui te, dicit Dominus. Iam enim colligã te ad patres tuos, & inferéris in sepulchrũ tuum in pace: nec videbunt oculi tui omne malum quod ego inducturus sum super locũ istum, & super habitatores eius. Retu- 4. Reg. 23.
lerunt itaq; regi cuncta quæ dixerat. At ille cõuocatis vniuersis maioribus natu Iuda, & Ierusalem, ascẽdit in domum Domini, vnaq; omnes viri Iuda & habitatores Ierusalem, sacerdo
G tes & Leuitæ, & cunctus populus à minimo vsq; ad maximum. Quibus audiẽtibus in domo Domini, legit rex omnia verba voluminis. Et stans in tribunali suo, percussit fœdus coram Domino, vt ambularet post eum, & custodiret præcepta, & testimonia, & iustificationes eius in toto corde suo, & in tota anima sua, faceretq; quæ scripta sunt in volumine illo quod legerat. Adiurauit quoq; super hoc omnes qui reperti fuerant in Ierusalem & Beniamin, & fecerunt habitatores Ierusalem iuxta pactum Domini Dei patrum suorũ. Abstulit ergo Iosias cunctas abominationes de vniuersis regionibus filiorum Israel: & fecit omnes qui residui erant in Israel, seruire Domino Deo suo. Cunctis diebus vitæ eius non recesserunt à Domino Deo patrum suorum.

S. IOSIAS *Paſcha ſolenni celebrato perijt in bello, multum à plebe deploratus.* CAPVT XXXV.

A ECit autem Iosias, in Ierusalem phase Domino, 4. Reg. 23.
quod immolatũ est quartadecima die mensis pri- 2. Esdr. 1.
mi. Et constituit sacerdotes in officijs suis: hortatusq; est eos vt ministrarẽt in domo Domini. Leuitis quoq;, ad quorũ eruditionẽ omnis Israel sanctificabatur Domino, locutus est, Ponite arcã in sanctuario templi quod ædificauit Salomõ filius Dauid, rex Israel: nequaquã enim eã vltra portabitis: nũc ergo ministrate Domino Deo vestro, & populo eius Israel. Et præparate vos per domos & cognationes vestras in diuisionibus singulorum, sicut præcepit Dauid rex Israel, & descripsit Salomon filius eius. Et ministrate in sanctuario eius per familias turmasq; Leuiticas, & sanctificati

immola

immolate phase: fratres etiam vestros, vt possint iuxtà verba quæ locutus est Dominus in manu Moysi facere, præparate. Dedit præterea Iosias omni populo qui ibi fuerat inuētus in solennitate phase, agnos & hœdos de gregibus, & reliqui pecoris triginta millia, boum quoq; tria millia. hæc de regis vniB uersa substantia. Duces quoq; eius spōte quod vouerūt, obtulerūt, tam populo, quàm sacerdotibus & Leuitis. Porrò Helcias & Zacharias & Iahiel principes domus Domini dederūt sacerdotibus ad faciendū phase pecora cōmixtim duo millia sexcenta, & boues trecentos. Chonenias autē, & Semeias, etiā & Nathanael fratres eius: necnō Hasabias, & Iehiel, & Iozabad principes Leuitarū, dederunt cæteris Leuitis ad celebrandum phase quinq; millia pecorū, & boues quingētos. Præparatumq; est ministeriū, & steterunt sacerdotes in officio suo: Leuitæ quoq; in turmis iuxta regis imperiū. Et immolatū est phase: asperserunt q; sacerdotes manu sua sanguinē: & Leuitæ detraxerunt pelles holocaustorum. Et separauerunt ea vt darent per domos & familias singulorū, & offerrentur Domino, sicut scriptum est in libro Moysi. de bobus quoq; fecerunt similiter. Et assauerūt phase super ignem, iuxta quod in lege præceptū est: pacificas verò hostias coxerunt in lebetibus, & cacabis, & ollis: & festinatò distribuerūt vniuersæ plebi. Sibi autem, & sacerdotibus postea parauerūt. nam in oblaC tione holocaustorum & adipum, vsq; ad noctem sacerdotes fuerunt occupati: vnde Leuitæ sibi, & sacerdotibus filijs Aaron parauerunt nouissimis. Porrò cantores filij Asaph stabāt in ordine suo, iuxta præceptum Dauid, & Asaph, & Eman, & Idithun prophetæ regis Dauid. Ianitores verò per portas singulas obseruabant, ita vt nec puncto quidem discederent à ministerio: quam ob rem & fratres eorum Leuitæ parauerūt eis cibos. Omnis igitur cultura Domini rite completa est in die illa, vt facerent phase, & offerrent holocausta super altare Domini, iuxta præceptum regis Iosiæ. Fecerūt q; filij Israel, qui reperti fuerant ibi, phase in tempore illo, & solennitatem azymorum septem diebus. Non fuit phase simile huic in Israel, à diebus Samuelis prophetæ: sed nec quisquam de cunctis regibus Israel fecit phase sicut Iosias sacerdotibus, & Leuitis, & omni Iudæ, & Israel qui repertus fuerat, & habitātiD bus in Ierusalē. Octauodecimo anno regni Iosiæ, hoc phase celebratū est. Post quā instaurauerat Iosias templū, ascendit Nechao rex Aegypti ad pugnandū in Charcamis iuxta Euphráten: & processit in occursum eius Iosias. At ille missis ad eum nuntijs, ait, Quid mihi & tibi est rex Iuda? nō aduersum te hodie venio, sed contra aliam pugno domum, ad quam me Deus festinatò ire præcepit: desine aduersum Deum facere, qui mecū est, ne interficiat te. Noluit Iosias reuerti, sed præparauit contra eum bellū: nec acquieuit sermonibus Nechao ex ore Dei: verum perrexit vt dimicaret in campo Mageddo. Ibiq; vulneratus à sagittarijs, dixit pueris suis, Educite me de prælio, quia oppidò vulneratus sum. Qui transtulerunt eū de curru in alterum currū, qui sequebatur eum more regio: & asportauerūt eum in Ierusalem, mortuusq; est: & sepultus in mausoleo patrum suorum: & vniuersus Iuda & Ierusalem luxerunt eum, Hieremias maxime: cuius omnes cātores atq; cantatrices vsq; in præsentem diem lamentationes super Iosiam replicant, & quasi lex obtinuit in Israel: Ecce scriptum fertur in lamentationibus. Reliqua autem sermonum Iosiæ & misericordiarū eius, quæ lege præcepta sunt Domini, opera quoque illius prima & nouissima, scripta sunt in Libro regum Iuda & Israel.

Iosias nolens acquiescere Nechao regi verba Dei loquenti, vulneratus interit. 4.Re.23 f

Ioseph.11 d

S. REX Babylonis urbe Ierosolyma spoliata, templū urbemq; incendit, & populum ducit captiuum. CAPVT XXXVI.

A 4.Re.23 f

IVlit ergo populus terræ Ioachaz filium Iosiæ: & constituit regem pro patre suo in Ierusalē. Vigintitrium annorum erat Ioachaz cum regnare cœpisset: & tribus mensibus regnauit in Ierusalem. Amouit autem eum rex Aegypti cum venisset in Ierusalem, & condemnauit terram centum talentis argenti, & talento auri. Constituit q; pro eo regem, Eliacim fratrē eius, super Iudam & Ierusalem: & vertit nomē eius Ioacim. ipsum verò Ioachaz tulit secum, & abduxit in Aegyptum. Viginti quinq; annorū erat Ioacim cū regnare cœpisset, & vndecim annis regnauit in Ierusalem: fecitq; malū corā Domino Deo Matth.1 b
B suo. Contra hunc ascendit Nabuchodonosor rex Chaldæorum: & vinctum catenis duxit in Babylonem. Ad quā & vasa Domini transtulit, & posuit ea in templo suo. Reliqua autem verborum Ioacim, & abominationū eius quas operatus est, & quæ inuentæ sunt in eo, continentur in Libro regum Iuda & Israel. Regnauit autem Ioachin filius eius pro eo. Octo annorum erat Ioachin cū regnare cœpisset: & tribus mensibus, ac decem diebus regnauit in Ierusalem: fecitq; malum in conspectu Domini. Cumq; anni circulus volueretur, misit Nabuchodonosor rex nuntios, qui & adduxerunt eū in Babylonem, & asportatis simul pretiosissimis vasis domus Domini. Regem verò constituit Sedechiam patruum eius su- 4.Reg.24 d
per Iudam & Ierusalem. Viginti & vnius anni erat Sedechias Hiere.37 a
cum regnare cœpisset: & vndecim annis regnauit in Ierusalē. Fecitq; malum in oculis Domini Dei sui: nec erubuit faciem Hiere.38 a
C Hieremiæ prophetæ loquentis ad se ex ore Domini. A rege quoque Nabuchodonosor recessit, qui adiurauerat eum per Deum: & indurauit ceruicem suam & cor, vt nō reuerteretur ad Dominū Deum Israel. Sed & vniuersi principes sacerdotum & populus, prævaricati sunt inique iuxta vniuersas abominationes gentiū: & polluerunt domū Domini, quam sanctificauerat sibi in Ierusalem. Mittebat autē Dominus Deus patrum suorū ad illos per manum nuntiorū suorum, de nocte consurgens, & quotidie commonens: eo quòd parceret populo & habitaculo suo. At illi subsannabant nūtios Dei, & parCura De erga populum.
uipendebant sermones eius, illudebantq; prophetis: donec Contēptus populi in Deum.
ascenderet furor Domini in populum eius, & esset nulla euratio. Adduxit enim super eos regem Chaldæorū, & interfecit iuuenes eorū gladio in domo sanctuarij sui: non est misertus adolescētis, & virginis, & senis, nec decrepiti quidem: sed omnes tradidit in manibus eius. Vniuersaq; vasa domus Domini tam maiora, quàm minora, & thesauros templi, & regis & principū transtulit in Babylonem. Incenderūt hostes doD mum Dei, destruxerunt q; murū Ierusalem: vniuersas turres combusserunt, & quicquid pretiosum fuerat, demoliti sunt. Si quis euaserat gladium, ductus in Babylonem seruiuit regi & filijs eius, donec imperaret rex Persarum. Vt compleretur sermo Domini ex ore Hieremiæ: & celebraret terra sabbatha sua: cunctis enim diebus desolationis egit sabbathū, vsq; dum complerentur septuaginta anni. Anno autem primo Cyri re- Cyrus remittit populū in Ierusalem. Hiere.25 c & 29 c 1.Esdr.1 a
gis Persarum, ad explendum sermonem Domini, quem locutus fuerat per os Hieremiæ, suscitauit Dominus spiritū Cyri regis Persarum: qui iussit prædicari in vniuerso regno suo, etiam per scripturam, dicēs, Hæc dicit Cyrus rex Persarum, Omnia regna terræ dedit mihi Dominus Deus cœli: & ipse præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ierusalem, quæ est in Iudæa: quis ex vobis est in omni populo eius? sit Dominus Deus suus cum eo, & ascendat.

Oratio Manassæ regis Iuda, cum captus teneretur in Babylone.

DOMINE Deus omnipotens patrū nostrorum Abraham, Isaac, & Iacob, & seminis eorū iusti, qui fecisti cœlum & terram cum omni ornatu eorum, qui signasti mare verbo præcepti tui, qui conclusisti abyssum, & signasti terribili & laudabili nomine tuo: quem omnia pauent & tremunt à vultu virtutis tuæ: quia insustentabilis est ira comminationis tuæ


super

ſuper peccatores: immẽſa verò & inueſtigabilis miſericordia promiſsionis tuæ: quoniã tu es Dominus Deus altiſsimus ſuper omnem terram, longanimis, & multũ miſericors, & pœnitens ſuper malitiam hominũ. Tu autem Domine ſecũdum bonitatem tuã promiſisti pœnitentiã remiſsionis peccatorũ: & tu Deus iuſtorum nõ poſuiſti pœnitentiã iuſtis, Abrahã, Iſaac, & Iacob, ijs qui tibi non peccauerunt: quoniã peccaui ſuper numerum arenæ maris. multiplicatæ ſunt iniquitates meæ, incuruatus ſum multo vinculo ferri, & non eſt reſpiratio mihi, quia excitaui iracundiam tuam, & malũ coram te feci, ſtatuens abominationes, & multiplicans offenſiones. Et nunc flecto genua cordis mei, precans à te bonitatem Domine. Peccaui Domine, peccaui, & iniquitatem meã agnoſco. Peto rogans te Domine, remitte mihi, remitte mihi: ne ſimul perdas me cum iniquitatibus meis, neq; in æternum iratus reſerues mala mihi, quia indignum ſaluabis me ſecundũ magnã miſericordiam tuam, & laudabo te ſemper, omnibus diebus vitæ meæ: quoniã te laudat omnis virtus cœlorum, & tibi eſt gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

Hieronymus ad Domnionem et Rogatianum, in Eſdram & Nehemiam Præfatio.

VTRVM *difficilius ſit, facere quod poſcitis, an negare, necdum ſtatui. Nam neq; uobis aliquid imperantibus abnuere, ſententiæ eſt: & magnitudo oneris impoſiti ita cerulces premit, ut ante ſub faſce ruendum ſit, quàm leuandum. Accedunt ad hoc inuidorũ ſtudia, qui omne quod ſcribimus reprehendendum putant: & interdum contra ſe conſcientia repugnante, publice lacerant quæ occulte legunt, intantum ut clamare compellar, & dicere, Domine libera animam meam à labijs iniquis, & à lingua doloſa. Tertius annus eſt quòd ſemper, ſcribitis atq; reſcribitis ut Eſdræ librum, & Eſther uobis de Hebræo transferam, quaſi non habeatis Græca & Latina uolumina: aut quicquid illud eſt quod à nobis uertitur, non ſtatim ab omnibus conſpuendũ ſit. Fruſtra autem (ut ait quidam) niti, neq; aliud fatigando niſi odium quærere, extremæ dementiæ eſt. Itaq; obſecro uos mi Domnion & Rogatiane chariſsimi, ut priuata lectione contenti, librum non efferatis in publicum, nec faſtidioſis cibos ingeratis: uitetisq; eorum ſuperciliũ qui iudicare tantum de alijs, & ipſi facere nihil nouerunt. Si qui autem fratrum ſunt quibus noſtra nõ diſplicent, his tribuatis exemplar: admonentes ut Hebræa nomina, quorum grandis in hoc uolumine copia eſt diſtincte & per interualla tranſcribant. Nihil enim proderit emendaſſe librum, niſi emendatio, librariorum diligentia conſeruetur. Nec quenquã moueat quòd unus à nobis liber editus eſt: nec apocryphorum tertij & quarti libri ſomnijs delectetur: quia & apud Hebræos Eſdræ Nehemiæq; ſermones in unum uolumen coartantur: & quæ non habentur apud illos, nec de uigintiquatuor ſenibus ſunt, procul abijcienda. Si quis autem ſeptuaginta uobis oppoſuerit interpretes, quorum exemplaria uarietas ipſa lacerata & inuerſa demonſtrat: nec poteſt utiq; uerum aſſeri quod diuerſum eſt: mittite eum ad euangelia in quibus multa ponuntur quaſi de ueteri teſtamento, quæ apud ſeptuaginta interpretes non habentur. uelut illud, Quoniã Nazaræus uocabitur: &, Ex Aegypto uocaui filium meum: &, Videbunt in quem compunxerunt: multaq; alia, quæ latiori operi reſeruamus: & quærite ab eo ubi ſcripta ſunt. Cumq; proferre non potuerit, uos legite de his exemplaribus quæ nuper à nobis edita, maledicorum quotidie linguis confodiuntur. Sed ut ad compendium ueniam, certè quod illaturus ſum, æquiſsimum eſt. Edidi aliquid quod non habetur in Græco, aut aliter habetur quàm à me uerſum eſt. Quid interpretem aniant? Interrogent Hebræos: & ipſis authoribus, tranſlationi meæ uel arrogent uel derogent fidem. Porrò aliud eſt ſi clauſis (quod dicitur) oculis mihi uolunt maledicere, & non imitantur Græcorum ſtudium & beneuolentiã, qui poſt ſeptuaginta tranſlatores, iam* CHRISTI *euangelio coruſcante, Iudæos & Hebionitas legis ueteris interpretes, Aquilam uidelicet, & Symmachum, & Theodotionem, & curioſe legunt, & per Origenis laborem in hexaplis, eccleſijs dedicarunt. Quanto magis Latini grati eſſe deberent, quòd exultantem cernerent Græciam à ſe aliquid mutuari? Primum enim magnorum ſumptuum eſt & infinitæ difficultatis, exemplaria poſſe habere omnia: deinde etiam qui habuerint, & Hebræi, ſermonis ignari ſunt, magis errabunt, ignorantes quis è multis uerius dixerit. Quod etiam ſapientiſsimo cuidam nuper apud Græcos accidit, ut interdum ſcripturæ ſenſum relinquens, uniuſcuiuslibet interpretis ſequeretur errorem. Nos autem qui Hebrææ linguæ ſaltem paruam habemus ſcientiam, & Latinus nobis utcunq; ſermo non deeſt, & de alijs magis poſſumus iudicare, & ea quæ ipſi intelligimus, in noſtra lingua promere. Itaq; licet hydra ſibilet, uictorq; Simon incendia iactet: nunquam meum, iuuante* CHRISTO, *ſilebit eloquium: etiam præciſa lingua balbutiet. Legant qui uolunt: qui nolunt abijciant. Euentilent apices: literas calumnientur. Magis ueſtra charitate prouocabor ad ſtudium, quàm illorum detractione & odio deterrebor.*

Eſdræ Liber Primus.



S. CYRVS *diuinitus inſpiratus redditis uaſis templi Salomonis, captiuitatem relaxat Iſraelitis.*

CAPVT I.

A IN ANNO primo Cyri regis Perſarum, vt compleretur verbum Domini ex ore Hieremiæ, ſuſcitauit Dominus ſpiritum Cyri regis Perſarum, & traduxit vocem in omni regno ſuo, etiã per ſcripturam, dicẽs, Hæc dixit Cyrus rex Perſarũ, Omnia regna terræ dedit mi- B hi Dominus Deus cœli, & ipſe præcepit mihi vt ædificarem ei domum in Ieruſalẽ, quæ eſt in Iudæa. Quis eſt in vobis de vniuerſo populo eius? Sit Deus illius cum ipſo. Aſcendat in Ieruſalẽ quæ eſt in Iudæa, & ædificet domum Domini Dei Iſrael, ipſe eſt Deus qui eſt in Ieruſalem. Et omnes reliqui in cunctis locis vbicunq; habitant, adiuuent eũ viri de loco ſuo, argento & auro, & ſubſtãtia, & pecoribus, excepto quod vo- C luntariè offerunt templo Dei, quod eſt in Ieruſalẽ. Et ſurrexerunt principes patrum de Iuda & Beniamin, & ſacerdotes & Leuitæ, & omnis cuius Deus ſuſcitauit ſpiritũ, vt aſcenderet ad ædificandum templum Domini, quod erat in Ieruſalem. Vniuerſiq; qui erant in circuitu, adiuuerunt manus eorum in vaſis argenteis & aureis, in ſubſtantia & iumentis, in ſupelle-

Hier. 25 & 29
2. Par. 36
1. Eſdr. 1

Aſcendunt ad ædificationẽ templi, quam Deus coronat miracu-

supellectili, exceptis his quæ sponte obtulerant. Rex quoq; Cyrus protulit vasa templi Domini, quæ tulerat Nabuchodonosor de Ierusalem, et posuerat ea in templo Dei sui. Protulit autem ea Cyrus rex Persarum per manum Mithridatis filij Gazabar, & annumerauit ea Sassabasar principi Iudæ. Et hic est numerus eorum, Phialæ aureæ triginta, phialæ argenteæ mille, cultri viginti nouem, scyphi aurei triginta, scyphi argentei secundi, quadringenti decem: vasa alia mille. Omnia vasa aurea & argentea, quinque millia quadringenta: vniuersa tulit Sassabasar cum his qui ascendebant de transmigratione Babylonis in Ierusalem.

S. NVMERVS *reuertentium è captiuitate Babyloniæ in Ierusalem.*

CAPVT II.

A 3. Esd. 5 4 HI sunt autem prouinciæ filij, qui ascenderunt de captiuitate quam transtulerat Nabuchodonosor rex Babylonis in Babylonem, & reuersi sunt in Ierusalem & Iudæam vnusquisque in ciuitatem suam. Qui venerunt cum Zorobabel, Iesua, Nehemia, Saraia, Rahelaia, Mardochai, Belsan, Mesphar, Beguai, Rehum, Baana. Numerus virorum populi Israel: Filij Pharos duo millia centum septuagintaduo. Filij Sephatia, trecenti septuagintaduo. Filij Area, septingenti septuagintaquinq;. filij Phahathmoab, filiorũ Iosue Ioab duo millia octingenti duodecim. filij Aelam, mille ducenti quinquagintaquatuor. filij Zethua, nongenti quadragintaquinq;. filij Zacchai, septingenti sexaginta. filij Bani, sexcenti quadragintaduo. filij Bebai, sexcenti vigintitres. filij Azgad, mille ducenti vigintiduo. filij Adónicam, sexcenti sexagintasex. filij Beguai, duo millia quinqua-
B gintasex. filij Adin, quadringenti quinquagintaquatuor. filij Ater, qui erant ex Ezechia, nonagintaocto. filij Besai, trecenti vigintitres. filij Iora, centum duodecim. filij Hasum, ducenti viginti tres. filij Gebbar, nonagintaquinq;. filij Bethléhem, centũ vigintitres. Viri Netupha, quinquagintasex. viri Anathoth, centum vigintiocto. filij Azmaueth, quadragintaduo. filij Cariathiarim, Cephira, & Beroth, septenginti quadragintatres. filij Rama & Gabaa, sexcenti viginti vnus. viri Machmas, centum vigintiduo. viri Bethel & Hai, ducenti vigintitres. filij Nebo, quinquagintaduo. filij Megbis, centum quinquagintasex. filij Aelam alterius, mille ducẽti quinquagintaquatuor. filij Harim, trecenti viginti. filij Lodhadid & Ono, septingenti vigintiquinq;. filij Iericho, trecenti quadragintaquinque. filij Senaa, tria millia sexcenti triginta. Sacerdotes: Filij Iadaia in domo Iesue, nongenti septuagintatres. Filij Emmer, mille quinquagintaduo. filij Pheshur, mille ducenti quadragintasептem. filij Harim, mille decẽ & septẽ. Leuitæ: Filij Iesue & Cedmiel filiorũ Odouiæ septuagintaquatuor.
C Cantores: Filij Asaph, centũ vigintiocto. Filij Ianitorum: filij Sellum, filij Ater, filij Telmon, filij Accub, filij Hatita, filij Sobai: vniuersi centum trigintanouem. Nathinæi: filij Siha, filij Hasupha, filij Tabbaoth, filij Ceros, filij Siaa, filij Phadon, filij Lebana, filij Hagaba, filij Accub, filij Hagab, filij Semlai, filij Hanan, filij Gaddel, filij Gaher, filij Raaia, filij Rasin, filij Necoda, filij Gazam, filij Aza, filij Phasea, filij Besee, filij Asena, filij Munim, filij Nephusim, filij Bacbuc, filij Hacupha, filij Harhur, filij Besluth, filij Mahida, filij Harsa, filij Bercos, filij Sisara, filij Thema, filij Nasia, filij Hatipha, filij seruorum Salomonis, filij Sotai, filij Sophéreth, filij Pharuda, filij Iala, filij Dercon, filij Geddel, filij Saphatia, filij Hatil, filij Phochereth, qui erãt de Asebaim, filij Ami. omnes Nathinæi, & filij seruorum Salomonis, trecenti nonagintaduo. Et hi qui ascenderunt de Thelmela, Thelharsa, Cherub, & Adon, & Emer: & non potuerunt indicare domum patrum suorum & semen suũ, vtrum ex Israel essent. Filij Dalaia, filij Tobia, filij Necoda, sexcenti quinquagintaduo. Et
D de filijs sacerdotum: Filij Hobia, filij Accos, filij Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis vxorem, & vocatus est nomine eorum. hi quæsierunt scripturam genealogiæ suæ, & non inuenerunt, & eiecti sunt de sacerdotio. Et dixit Atherfatha eis vt non comederent de Sanctosanctorum, donec surgeret sacerdos doctus atq; perfectus. Omnis multitudo quasi vir vnus quadragintaduo millia trecenti sexaginta: exceptis seruis eorum & ancillis, qui erant septem millia trecenti trigintaseptem: & in ipsis cantores atque cantatrices ducenti. Equi eorum septingenti trigintasex. muli eorum, ducenti quadragintaquinque. cameli eorum, quadringenti trigintaquinque. asini eorum, sex millia septingenti viginti. Et de principibus patrum cum ingrederentur templum Domini quod est in Ierusalem, sponte obtulerunt in domum Dei ad extruendam eam in loco suo. Secundum vires suas dederunt in impensas operis, auri solidos sexaginta millia & mille, argenti mnas quinq; millia, & vestes sacerdotales centum. Habitauerunt ergo sacerdotes, & Leuitæ, & de populo, & cantores, & ianitores, & Nathinæi in vrbibus suis, vniuersusq; Israel in ciuitatibus suis.

S. VNANIMES *Israëlitæ templum erigunt, & festos dies celebrant.*

CAPVT III.

A 3. Esd. 5 e AMq; venerat mensis septimus, & erant filij Israel in ciuitatibus suis: congregatus est ergo populus quasi vir vnus in Ierusalem. Et surrexit Iosûe filius Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & fratres eius: & ædificauerunt altare Dei Israel, vt offerrent in eo holocaustomata, sicut scriptum est in lege Moysi viri Dei. Collocauerunt autem altare Dei super bases suas, deterrentibus eos per circuitum populis terrarum: & obtulerunt super illud holocaustum Domi-
B no mane & vespere. Fecerunt q; Solennitatem tabernaculorum, sicut scriptum est: & holocaustum diebus singulis per ordinem secundum præceptum, opus diei in die suo. Et post hæc holocaustum iuge tam in Calendis quàm in vniuersis solennitatibus Domini quæ erant consecratæ, & in omnibus in quibus vltrò offerebatur munus Domino. A primo die mensis septimi cœperunt offerre holocaustum Domino: porrò templum Dei nondum fundatum erat. Dederunt autem pecunias latomis, & cæmentarijs: cibum quoque, & potum, & oleum Sidonijs, Tyrijsq; vt deferrent ligna cedrina de Libano ad mare Ioppen, iuxta quod præceperat Cyrus
C rex Persarum eis. Anno autem secundo aduentus eorum ad templum Dei in Ierusalem, mense secundo, cœperunt Zorobabel filius Salathiel, & Iosûe filius Iosedec, & reliqui de fratribus eorum sacerdotes, & Leuitæ, & omnes qui venerant de captiuitate in Ierusalem: & constituerunt Leuitas à viginti annis, & suprà, vt vrgerent opus Domini. Stetitque Iosûe & filij eius & fratres eius, Cedmihel & filij eius, & filij Iuda, quasi vir vnus, vt instarent super eos qui faciebant opus in templo Dei: filij Henadad, & filij eorum, & fratres eorum Leuitæ. Fundato igitur à cæmentarijs templo Domini, steterunt sacerdotes in ornatu suo cum tubis: & Leuitæ filij Asaph in cymbalis, vt laudarent Deum per manus Dauid regis
D Israel. Et concinebant in hymnis, & confessione Domino, Quoniam bonus, quoniam in æternum misericordia eius super Israel. Omnis quoque populus vociferabatur clamore magno in laudando Dominum, eo quòd fundatum esset templum Domini. Plurimi etiam de sacerdotibus & Leuitis & principes patrum, & seniores qui viderant templum prius cum fundatum esset, & hoc templum in oculis eorum, flebãt voce magna: & multi vociferantes in lætitia, eleuabant vocem. Nec poterat quisquam agnoscere vocem clamoris lætantium, & vocem fletus populi: commixtim enim populus vociferabatur clamore magno, & vox audiebatur procul.

S. ISRAELIS *hostes, templi & urbis instaurationem impedire nituntur.* CAPVT IIII.

A AVdierunt autem hostes Iudæ & Beniamin quia
3.Esd.5.g filij captiuitatis ædificarẽt templũ Domino Deo
Israel. Et accedentes ad Zorobabel,& ad princi-
pes patrum,dixerũt eis, Aedificemus vobiscum,
quia ita vt vos,quærimus Deum vestrum:ecce nos immolauimus victimas à diebus Asorhaddan regis Assur,qui adduxit nos huc.Et dixit eis Zorobabel,& Iosûe,& reliqui principes patrum Israel,Non est nobis & vobis vt ædificemus domũ Deo nostro:sed nosipsi soli ædificabimus Domino Deo nostro Israel,sicut præcepit nobis Cyrus rex Persarum. Factum est igitur vt populus terræ impediret manus populi Iudæ,& turbaret eos in ædificando.Conduxerunt quoq; aduersus eos consiliatores, vt destruerent consiliũ eorum omnibus diebus Cyri regis Persarũ, & vsq; ad regnũ Darij regis Per-
3.Esd.4.d sarũ.In regno autẽ Assueri in principio regni eius,scripserũt accusationem aduersus habitatores Iudæ & Ierusalem. Et in
B diebus Artaxerxis scripsit beselam Mithridates, & Tabeel, & reliqui qui erant in consilio eorũ , ad Artaxerxem regem Persarũ:epistola autẽ accusationis scripta erat Syriace,& legebatur sermone Syro.Reũ Beelteẽ,& Samsai scriba scripserũt
Reũ Beelteem,& Sãsai epistola ad regẽ Artaxerxem. epistolã vnã de Ierusalẽ Artaxerxi regi,huiuscemodi, REVM BEELTEEM,& Samsai scriba,& reliqui consiliatores eorum, Dinæi,& Apharsathachæi, Terphalæi, Arphasæi, Erchuæi, Babylonij, Susanechæi, Dieuæi,& Aelamitæ:& cæteri de gentibus quas transtulit Asenaphar magnus & glorioſus : & habitare eas fecit in ciuitatibus Samariæ,& in reliquis regioni-
C bus trans flumen in pace:(Hoc est exemplar epistolæ,quam miserunt ad eum) Artaxerxi regi,serui tui viri qui sunt trans fluuiũ,salutẽ dicunt. Notũ sit regi quia Iudæi qui ascenderũt à te ad nos , venerũt in Ierusalẽ ciuitatem rebellẽ & pessimã, quam ædificant extruentes muros eius,& parietes cõponentes.Nũc igitur notũ sit regi quia si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri eius instaurati,tributũ,& vectigal, & annuos reditus nõ dabũt,& vsq; ad reges hæc noxa perueniet.Nos autẽ memores salis quod in palatio comedimus , & quia læsiones regis videre nefas ducimus:idcirco misimus & nuntiauimus regi vt recẽseas in libris historiarũ patrũ tuorũ,& inuenias scriptũ in cõmentarijs:& scies quoniã vrbs illa, vrbs rebellis est, & nocens regibus,& prouincijs,& bella concitantur in ea ex diebus antiquis,quã ob rem & ciuitas ipsa destructa est.Nun
D tiamus nos regi quoniã si ciuitas illa ædificata fuerit, & muri ipsius instaurati, possessionẽ trans fluuiũ non habebis. Verbum misit rex ad Reum Beelteẽ,& Samsai scribam,& ad reliquos qui erant in consilio eorũ habitatores Samariæ,& cæteris trans fluuiũ,salutẽ dicẽs & pacẽ. ACCVSATIONEM quam misistis ad nos,manifestè lecta est corã me.& à me præceptũ est:& recensuerunt,inueneruntq; quoniã ciuitas illa à diebus antiquis aduersum reges rebellat,& seditiones & prælia concitantur in ea.Nam & reges fortissimi fuerunt in Ierusalem: qui & dominati sunt omni regioni quæ trans fluuiũ est.Tributum quoq;,& vectigal, & reditus accipiebant, Nunc ergo audite sententiam,Prohibeatis viros illos,vt vrbs illa nõ ædificetur donec si forte à me iussum fuerit.Videte ne negligenter hoc impleatis,& paulatim crescat malũ contra reges.Itaq; exemplum edicti Artaxerxis regis lectum est corã in Reum & Samsai scriba , & consiliarijs eorum, & abierunt festini in Ierusalẽ ad Iudæos,& prohibuerunt eos in brachio & robore.Tũc intermissum est opus domus Dei in Ierusalẽ , & non fiebat vsq; ad annum secundum regni Darij regis Persarum.

§. AGGAEI & Zachariæ exhortatione, templi ædificatio repetitur, hoc conantibus impedire principibus Assyriorum.

CAPVT V.

A PRophetauerunt autẽ Aggæus propheta , & Za-
3.Esd.6.a charias filius Addo, prophetantes ad Iudæos qui erant in Iuda & Ierusalem,in nomine Dei Israel. Tunc surrexerunt Zorobabel filius Salathiel , & Iosûe filius Iosedec:& cœperunt ædificare templum Dei in Ierusalem, & cum eis prophetæ Dei adiuuantes eos: In ipso autem tempore venit ad eos Thathanái qui erat dux trãs flumen,& Stharbuzanái, & consiliarij eorũ : sicq; dixerunt eis, Quis dedit vobis consilium vt domum hanc ædificaretis, &
B muros eius instauraretis?Ad quod respondimus eis, quæ essent nomina hominum authorũ ædificationis illius. Oculus autem Dei eorum factus est super senes Iudæorum, & non potuerunt inhibere eos. Placuit q; vt res ad Darium referretur,& tunc satisfacerent aduersus accusationem illam.Exemplar epistolæ quam misit Thathanái dux regionis trans flumen,& Starbuzanái, & consiliatores eius Arphasachæi qui erant trans flumen,ad Darium regem. Sermo quem miserãt ei, sic scriptus erat, DARIO REGI pax omnis. Notum sit
Epistola Thathanai ad Darium regem: qua eum cõsulit super ædificatione templi. regi esse nos ad Iudæam prouinciam,ad domum Dei magni, quæ ædificatur lapide impolito,& ligna ponuntur in parietibus:opus q; illud diligenter extruitur,& crescit in manibus
C eorum. Interrogauimus ergo senes illos , & ita diximus eis, Quis dedit vobis potestatem vt domum hanc ædificaretis,& muros hos instauraretis?Sed & nomina eorum quæsiuimus ab eis,vt nuntiaremus tibi:scripsimus q; nomina eorum virorum qui sunt principes in eis. Huiuscemodi autem sermonem responderunt nobis,dicentes,Nos sumus serui Dei cœli & terræ,& ædificamus templum quod erat extructum ante hos annos multos:quod q; rex Israel magnus ædificauerat & extruxerat. Postquam autem ad iracundiam prouocauerunt patres nostri Deum cœli , tradidit eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis, Chaldæi:domum quoque hanc destruxit , & populum eius transtulit in Babylonem. Anno autem primo Cyri regis Babylonis, Cyrus rex proposuit edi
D ctum vt domus Dei ædificaretur. Nam & vasa templi Dei aurea & argentea, quæ Nabuchodonosor tulerat de templo quod erat in Ierusalem,& asportauerat ea in templum Babylonis:protulit Cyrus rex de templo Babylonis , & data sunt Sassabasar vocabulo,quem & principem constituit , dixit q; ei, Hæc vasa tolle,& vade:& pone ea in templo quod est in Ierusalem, & domus Dei ædificetur in loco suo. Tunc ita q; Sassabasar ille venit,& posuit fundamenta templi Dei in Ierusalem,& ex eo tempore vsque nunc ædificatur,& necdum completum est.Nunc ergo si videtur regi bonum , recensẽat in bibliotheca regis,quæ est in Babylone,vtrumnam à Cyro rege iussum fuerit,vt ædificaretur domus Dei in Ierusalem, & voluntatem regis super hac re mittat ad nos.

§. DARIVS euolutis bibliothecis templum extrui mandat, & cœptum opus consummari, quod consummatum dedicauerunt, & pascha celebrarunt. CAPVT VI.

A TVnc Darius rex præcepit: & recensuerunt in bi-
3.Esd.6.c bliotheca librorum,qui erant repositi in Babylone,& inuentum est in Ecbatanis, quod est castrũ in Medena prouincia,volumen vnum,talis q; scriptus erat in eo commentarius, ANNO PRIMO Cyri regis, Cyrus rex decreuit vt domus Dei ædificaretur, quæ est in Ierusalem,in loco vbi immolant hostias,& vt ponant fundamenta supportantia altitudinẽ cubitorũ sexaginta,& latitudinem cubitorũ sexaginta,ordines de lapidibus impolitis tres, & sic ordines de lignis nouis:sumptus autem, de domo regis dabuntur.Sed & vasa templi Dei aurea & argentea,quæ Nabuchodonosor tulerat de templo Ierusalem,& attulerat ea in Babylonẽ,reddãtur,& referãtur in templũ Ierusalẽ in locum
B suũ,quæ & posita sunt in tẽplo Dei. Nunc ergo Thathanái dux regionis quæ est trans flumen,Stharbuzanái,& consiliarij vestri Apharsachæi,qui estis trans flumen,procul recedite ab illis,& dimittite fieri tẽplũ Dei illud à duce Iudæorum & à senioribus eorũ,& domũ Dei illã ædificent in loco suo.Sed & à me præceptũ est quid oporteat fieri à presbyteris Iudeorum illis,vt ædificetur domus Dei , scilicet vt de arca regis, id est

id est de tributis quæ dantur de regione trans flumẽ, studiosè
sumptus dentur viris illis, ne impediatur opus. Quod si ne-
cesse fuerit, & vitulos, & agnos, & hœdos in holocaustũ Deo
cœli, frumentũ, sal, vinũ, & oleũ, secundũ ritũ sacerdotũ qui
sunt in Ierusalem, detur eis per singulos dies: ne sit in aliquo
querimonia. Et offerant oblationes Deo cœli, orentque pro
vita regis, & filiorũ eius. A me ergo positum est decretũ, Vt
omnis homo qui hãc mutauerit iussionẽ, tollatur lignum de
domo ipsius, & erigatur, & cõfigatur in eo, domus autẽ eius
C publicetur. Deus autẽ qui habitare fecit nomen suũ ibi, dissi-
pet omnia regna, & populũ qui extenderit manum suam vt
repugnet, & dissipet domũ Dei illã quæ est in Ierusalẽ. Ego
Darius statui decretum, quod studiosè impleri volo. Igitur
1.Esd.7.a Thathanái dux regionis trans flumẽ, & Stharbuzanái, & con
siliarij eius, secundũ quod præceperat Darius rex, sic diligen
ter executi sunt. Seniores autẽ Iudæorũ ædificabant, & pro-
sperabantur iuxta prophetiã Aggæi prophetæ, & Zachariæ
filij Addo: & ædificauerũt & construxerũt iubente Deo Is-
rael, & iubente Cyro & Dario, & Artaxerxe regibus Persa-
rum: & cõpleuerunt domũ Dei istã, vsq; ad diẽ tertiũ mensis
D Adar, qui est annus sextus regni Darij regis. Fecerunt autem
filij Israel sacerdotes & Leuitæ, & reliqui filiorũ transmigra-
tionis dedicationem domus Dei in gaudio: & obtulerunt in
dedicatione domus Dei, vitulos centum, arietes ducentos,
agnos quadringentos, hircos caprarũ pro peccato totius Is-
rael duodecim, iuxta numerũ tribuũ Israel. Et statuerunt sa-
cerdotes in ordinibus suis, & Leuitas in vicibus suis super
opera Dei in Ierusalẽ, sicut scriptũ est in libro Moysi. Fece-
runt autem filij Israel transmigrationis pascha, quartadecima
die mensis primi. Purificati enim fuerant sacerdotes & Leui-
tæ quasi vnus: omnes mundi ad immolandũ pascha vniuersis
filijs trãsmigrationis, & fratribus suis sacerdotibus, & sibi. Et
comederũt filij Israel qui reuersi fuerãt de trãsmigratione, &
omnes qui se separauerant à coinquinatione gentiũ terræ ad
eos, vt quærerent Dominũ Deũ Israel. Et fecerũt Solẽnitatẽ
azymorum septem diebus in lætitia, quoniam lætificauerat
eos Dominus, & conuerterat cor regis Assur ad eos, vt adiu-
uaret manus eorum in opere domus Domini Dei Israel.

S. ARTAXERXES *misit Esdram Ierosolymã cum literis edicti sui super templi & ministrorum libertate.* CAPVT VII.

A 2.Esd.8.a POst hæc autem verba in regno Artaxerxis regis
Persarum, Esdras filius Saraiæ, filij Azariæ, filij
Helciæ, filij Sellum, filij Sadoc, filij Achitob, fi-
lij Amariæ, filij Azariæ, filij Maraioth, filij Za-
rahiæ, filij Ozi, filij Bocci, filij Abisuæ, filij Phinees, filij Elea
zar, filij Aaron sacerdotis ab initio. Ipse Esdras ascendit de
Babylone, & ipse scriba velox in lege Moysi, quam Domi-
nus Deus dedit Israel: & dedit ei rex secundũ manum Domi
ni Dei eius super eum, omnem petitionem eius. Et ascende-
runt de filijs Israel, & de filijs sacerdotum, & de filijs Leuita-
rum, & de cantoribus, & de ianitoribus, & de Nathinæis in
Ierusalẽ anno septimo Artaxerxis regis. Et venerunt in Ieru
salẽ mense quinto, ipse est annus septimus regis. Quia in pri-
mo die mensis primi cœpit ascendere de Babylone, & in pri-
B mo die mensis quinti venit in Ierusalẽ, iuxta manum Dei sui
bonam super se. Esdras autẽ parauit cor suũ, vt inuestigaret
Edictũ Ar- legem Domini, & faceret & doceret in Israel præceptũ & iu-
taxerxis. diciũ. Hoc est autẽ exemplar epistolæ edicti, quod dedit rex
Artaxerxes Esdræ sacerdoti, scribæ erudito in sermonibus
& præceptis Domini, & ceremonijs eius in Israel. ARTA-
XERXES rex regum Esdræ sacerdoti, scribæ legis Dei cœli
doctissimo, salutẽ. A me decretũ est, vt cuicunq; placuerit in
regno meo de populo Israel, & de sacerdotibus eius, & de Le
uitis ire in Ierusalem, tecum vadat. A facie enim regis, & sep-
tem consiliatorum eius missus es, vt visites Iudæam & Ieru-
salem in lege Dei tui, quæ est in manu tua, & vt feras argen-
tum & aurum quod rex & consiliatores eius sponte obtule-
runt Deo Israel, cuius in Ierusalem tabernaculũ est. Et omne
argentum & aurũ quodcunq; inueneris in vniuersa proui-
C cia Babylonis, & populus offerre voluerit, & de sacerdotibus
qui sponte obtulerint domui Dei sui, quæ est in Ierusalem,
liberè accipe, & studiosè eme de hac pecunia vitulos, arietes,
agnos, & sacrificia & libamina eorum, & offer ea super altare
templi Dei vestri quod est in Ierusalem. Sed & si quid tibi
& fratribus tuis placuerit de reliquo argento & auro vt facia-
tis, iuxta voluntatem Dei vestri facite. Vasa quoq; quæ dan-
tur tibi in ministeriũ domus Dei tui, trade in conspectu Dei
tui in Ierusalem. Sed & cætera quibus opus fuerit in domo
Dei tui quantumcũq; necesse est vt expẽdas, dabis de thesau-
ro, & de fisco regis, & à me. Ego Artaxerxes rex statui atque
decreui omnibus custodibus arcæ publicæ, qui sunt trans flu
men, vt quodcunq; petierit à vobis Esdras sacerdos, scriba le-
gis Dei cœli, absq; mora detis, vsq; ad argenti talenta centum,
& vsq; ad frumenti coros centũ, & vsq; ad vini batos centum,
D & vsq; ad batos olei centum, sal verò absque mensura. Omne
quod ad ritum Dei cæli pertinet, tribuatur diligenter in do-
mo Dei cœli: ne fortè irascatur contra regnum regis, & filio-
rum eius. Vobis quoq; notum facimus de vniuersis sacerdo-
tibus, & Leuitis, & cantoribus, & ianitoribus, Nathinæis, &
ministris domus Dei huius, vt vectigal, & tributũ, & anno-
nas non habeatis potestatẽ imponendi super eos. Tu autem
Esdra secundũ sapientiã Dei tui, quæ est in manu tua, cõsti-
tue iudices & præsides, vt iudicent omni populo qui est trãs
flumẽ, his videlicet qui nouerũt legẽ Dei tui, sed & imperitos
docete liberè. Et omnis qui nõ fecerit legẽ Dei tui, & legem
regis diligẽter, iudiciũ erit de eo, siue in mortẽ siue in exiliũ,
siue in condemnationẽ substãtiæ eius, vel certe in carcerem.
Benedictus Dominus Deus patrum nostrorũ, qui dedit hoc
in corde regis vt glorificaret domũ Domini quæ est in Ieru-
salem, & in me inclinauit misericordiam suam coram rege &
consiliatoribus eius, & vniuersis principibus regis potenti-
bus: & ego confortatus manu Domini Dei mei quæ erat in
me, congregaui de Israel principes, qui ascenderent mecum.

S. ESDRAS *cum multis captiuis Ierusalem reuertitur plurima secum dona afferens & uasa.* CAPVT VIII.

A HI sunt ergo principes familiarũ & genealogia eo- 2.Esd.8.a
rum qui ascenderunt mecũ in regno Artaxerxis
regis de Babylone. De filijs Phinees, Gersom.
De filijs Ithamar, Daniel. De filijs Dauid, Hat-
tus. De filijs Secheniæ, & de filijs Pharos, Zacharias: & cum
eo numerati sunt viri cẽtũ quinquaginta. De filijs Phahath-
moab, Elioenai filius Zarehe: & cũ eo ducenti viri. De filijs
B Secheniæ, filius Ezechiel: & cũ eo trecẽti viri. De filijs Adã,
Abed filius Ionathan: & cum eo quinquaginta viri. De filijs
Alam, Esaias filius Athaliæ: & cũ eo septuaginta viri. De fi-
lijs Saphatiæ, Zebedia filius Michael: & cum eo octoginta
viri. De filijs Ioab, Obedia filius Iahiel: & cũ eo ducenti de-
cem & octo viri. De filijs Selomith, filius Iosphiæ: & cum eo
centum sexaginta viri. De filijs Bebai, Zacharias filius Be-
bai: & cum eo vigintioctо viri. De filijs Azgad, Iohanan fi-
lius Eccetan: & cum eo centũ & decem viri. De filijs Adoni-
cam, qui erant nouissimi, & hæc nomina eorũ, Eliphélet, &
Iehiel, & Samaias: & cum eis sexaginta viri. De filijs Begui,
Vthai, & Zachur: & cum eis septuaginta viri. Congregaui au
tem eos ad fluuiũ qui decurrit ad Ahaua, & mansimus ibi tri-
bus diebus: quæsiuiq; in populo, & in sacerdotibus de filijs
C Leui, & non inueni ibi. Itaq; misi Eliézer, & Ariel, & Seme-
iam, & Elnathan, & Iarib, & alterum Elnathan, & Nathan, &
Zachariam, & Mosollam principes: & Ioiarib, & Elnathan
sapientes. Et misi eos ad Eddo, qui est primus in Chasphiæ
loco: & posui in ore eorum verba quæ loquerentur ad Eddo,
& ad fratres eius Nathinæos in loco Casphiæ, vt adducerent

nobis ministros domus Dei nostri. Et adduxerunt nobis per manum Dei nostri bonã super nos, virũ doctissimũ de filijs Moholi filij Leui filij Israel, & Sarabiam & filios eius, & fratres eius decẽ & octo: & Hasabiam, & cum eo Isaiam de filijs
D Merari, fratres q́; eius, & filios eius viginti. Et de Nathinæis quos dederat Dauid, & principes ad ministeria Leuitarũ Nathinæos ducentos viginti. omnes hi suis nominibus vocabantur. Et prædicaui ibi ieiuniũ iuxta fluuiũ Ahaua, vt affligeremur coram Domino Deo nostro, & peteremus ab eo viam rectam nobis & filijs nostris, vniuersæq́; substantiæ nostræ. Erubui enim petere à rege auxilium & equites, qui defenderent nos ab inimico in via. quia dixeramus regi, Manus Dei nostri est super omnes qui quærunt eum in bonitate: & imperium eius & fortitudo eius, & furor super omnes qui derelinquunt eum. Ieiunauimus autem, & rogauimus Deum no-
E stru pro hoc: & euenit nobis prospere. Et superaui de principibus sacerdotũ duodecim, Sarabiã, & Hasabiã, & cũ eis de fratribus eorũ decem: appendiq́; eis argentũ & aurũ, & vasa consecrata domus Dei nostri, quæ obtulerat rex & consiliatores eius, & principes eius, vniuersus q́; Israel eorum qui inuenti fuerant. & appendi in manibus eorum argenti talenta sexcenta quinquaginta, & vasa argentea centũ, auri centũ talenta: & cratéres aureos viginti, qui habebant solidos mille-
F nos, & vasa æris fulgentis optimi duo pulchra, vt aurum. Et dixi eis, Vos sancti Domini, & vasa sancta, & argentũ & aurum quod sponte oblatũ est Domino Deo patrũ vestrorum, vigilate & custodite, donec appẽdatis corã principibus sacerdotum, & Leuitarũ, & ducibus familiarũ Israel in Ierusalẽ, & thesaurum domus Domini. Susceperunt autẽ sacerdotes & Leuitæ pondus argenti, & auri, & vasorũ, vt deferrent Ierusalẽ in domũ Dei nostri. Promouimus ergo à flumine Ahaua duodecimo die mensis primi vt pergeremus Ierusalẽ: & manus Dei nostri fuit super nos, & liberauit nos de manu ini-
G mici & insidiatoris in via. Et venimus Ierusalẽ, & mansimus ibi tribus diebus. Die autem quarta, appensum est argentum, & aurum, & vasa in domo Dei nostri per manũ Meremoth filij Vriæ sacerdotis, & cũ eo Eleazar filius Phinees, & cum eis Iozabed filius Iosûe, & Noadaia filius Bennoi Leuitæ, iuxta numerum & pondus omniũ. Descriptumq́; est omne pondus in tempore illo. Sed & qui venerant de captiuitate filij transmigrationis, obtulerũt holocautomata Deo Israel, vitulos duodecim pro omni populo Israel, arietes nonaginta sex, agnos septuaginta septem, hircos pro peccato duodecim. omnia in holocaustum Domino. Dederunt autem edicta regis satrapis qui erant de conspectu regis & ducibus trãs flumen, & eleuauerunt populum & domum Dei.

S. CONQVERITVR Esdras Iudæos cum gentibus contraxisse matrimonia. CAPVT IX.

A POstquam autem hæc completa sunt, accesserunt ad me principes, dicentes, Non est separatus populus Israel & sacerdotes & Leuitæ à populis terrarum, & de abominationibus eorum, Chananæi videlicet, & Hethæi, & Pherezæi, & Iebusæi, & Ammonitarum, & Moabitarum, & Aegyptiorũ, & Amorrhæorũ. tulerunt enim de filiabus eorũ sibi, & filijs suis, & cõmiscuerũt semen sanctũ cum populis terrarũ. Manus etiã principum & magistratuum fuit in transgressione hac prima. Cumq́; audissem sermonẽ istum, scidi pallium meum & tunicã, & euelli capillos capitis mei & barbæ, & sedi mœrens. Conuenerũt autem ad me omnes qui timebãt verbum Dei Israel, pro transgressione eorũ qui de captiuitate venerãt: & ego sedebã tri-
B stis, vsq; ad sacrificiũ vespertinum. Et in sacrificio vespertino surrexi de afflictione mea, & scisso pallio & tunica, curuaui genua mea, & expandi manus meas ad Dominũ Deũ meũ, & dixi, Deus meus cõfundor & erubesco leuare faciẽ meam ad te, quoniã iniquitates nostræ multiplicatæ sunt super caput nostrum, & delicta nostra creuerunt vsq; ad cœlũ, à diebus patrum nostrorum. Sed & nos ipsi peccauimus grauiter vsque ad diem hanc, & in iniquitatibus nostris traditi sumus ipsi & reges nostri & sacerdotes nostri in manum regum terrarum, & in gladium, in captiuitatem, & rapinam, & confusionẽ vultus, sicut & die hac. Et nunc quasi parum & ad momentum facta est deprecatio nostra ad Dominũ Deum nostrum, vt dimitterentur nobis reliquiæ, & daretur paxillus in
C loco sancto eius, & illuminaret oculos nostros Deus noster, & daret nobis vitam modicam in seruitute nostra, quia serui sumus, & in seruitute nostra nõ dereliquit nos Deus noster: & inclinauit super nos misericordiam coram rege Persarũ, vt daret nobis vitam, & sublimaret domũ Dei nostri, & extrueret solitudines eius, & daret nobis sepẽ in Iuda & Ierusalem. Et nũc quid dicemus Domine Deus noster post hæc? quia dereliquimus mandata tua quæ præcepisti in manu ser- Deut. 7. 4
uorum tuorũ prophetarũ, dicens, Terra ad quam vos ingredimini vt possideatis eam, terra immunda est iuxta immunditiã populorũ, cæterarũq́; terrarũ, abominationibus eorum qui repleuerunt eam ab ore vsque ad os coinquinatione sua.
D Nunc ergo filias vestras ne detis filijs eorum, & filias eorum ne accipiatis filijs vestris: & nõ quæratis pacem eorũ, & prosperitatẽ eorũ vsq; in æternũ, vt confortemini, & comedatis quæ bona sunt terræ, & hæredes habeatis filios vestros vsq; in seculum. Et post omnia quæ venerunt super nos in operibus nostris pessimis, & in delicto nostro magno, quia tu Deus noster liberasti nos de iniquitate nostra, & dedisti nobis salutẽ sicut est hodie, vt non conuerteremur, & irrita faceremus mandata tua, neq; matrimonia iungeremus cum populis abominationum istarum. Nunquid iratus es nobis vsq; ad consummationem, ne dimitteres nobis reliquias ad salutem? Domine Deus Israel iustus es tu: quoniam derelicti sumus, qui saluaremur sicut die hac. Ecce coram te sumus in delicto nostro. Non enim stari potest coram te super hoc.

S. ISRAELITAE pœnitentia ducti alienigenas repudiant uxores, & filios earum. CAPVT X.

A SIc ergo orante Esdra, & implorãte eo, & flente, 3. Esd. 9
& iacente ante templũ Dei, collectus est ad eum de Israel cœtus grandis nimis virorũ & mulierũ & puerorũ: & fleuit populus fletu multo. Et respondit Sechenias filius Iahiel de filijs Aelã, & dixit Esdræ, Nos preuaricati sumus in Deum nostrũ, & duximus vxores alienigenas de populis terræ: & nũc si est pœnitẽtia in Israel super hoc, percutiamus fœdus cum Deo nostro, vt proijciamus vniuersas vxores, & eos qui de his nati sunt, iuxta voluntatẽ Domini, & eorũ qui timent præceptũ Dei nostri: fiat secundũ legem. Surge, tuũ est discernere, nosq́; erimus tecum: cõfortare, & fac. Surrexit ergo Esdras, & adiurauit principes sacerdotum & Leuitarum, & omnem Israel, vt facerent 3. Esd. 10
secundũ verbũ hoc: & iurauerunt. Et surrexit Esdras ante domum Dei, & abijt ad cubiculũ Iohanã filij Eliasib, & ingressus est illuc: panẽ nõ comedit, & aquã nõ bibit: lugebat enim
B transgressionẽ eorũ qui venerant de captiuitate. Et missa est vox in Iuda, & in Ierusalẽ omnibus filijs trãsmigrationis vt cõgregarentur in Ierusalẽ: & omnis qui non venerit in tribus diebus iuxta consiliũ principũ & seniorũ, auferetur vniuersa substãtia eius, & ipse abijcietur de cœtu trãsmigrationis. Cõuenerunt igitur omnes viri Iuda & Beniamin in Ierusalẽ tribus diebus, ipse est mẽsis nonus, vicesima die mensis: & sedit omnis populus in platea domus Dei, trementes pro peccato & pluuijs. Et surrexit Esdras sacerdos, & dixit ad eos, Vos trãsgressi estis, & duxistis vxores alienigenas, vt adderetis super delictũ Israel. Et nũc date confessionẽ Domino Deo patrum vestrorũ, & facite placitũ eius: & separamini à populis terræ, & ab vxoribus alienigenis. Et respondit vniuersa multitudo, dixitq́; voce magna, Iuxta verbũ tuum ad nos sic fiat.

Verumtamen


Veruntamen quia populus multus est,& tempus pluuiæ,& non sustinemus stare foris,& opus nō est diei vnius vel duorum(vehementer quippe peccauimus in sermone isto) con-
C stituantur principes in vniuersa multitudine:& omnes in ciuitatibus nostris qui duxerunt vxores alienigenas, veniāt in temporibus statutis, & cū his seniores per ciuitatē & ciuitatem,& iudices eius, donec auertatur ira Dei nostri à nobis super peccato hoc. Igitur Ionathan filius Azahel,& Iaazia filius Thecuæ steterunt super hoc,& Mesollā & Sebethai Leuites adiuuerunt eos:feceruntq; sic filij transmigrationis. Et abierunt Esdras sacerdos, & viri principes familiarum in domos patrum suorum, & omnes per nomina suà: & sederunt in die primo mensis decimi, vt quærerent rem. Et consummati sunt omnes viri qui duxerunt vxores alienigenas, vsque ad diem primam mensis primi. Et inuenti sunt de filijs sacerdotum, qui duxerant vxores alienigenas. De filijs Iosûe filij Iosedec,& fratres eius, Maasia & Eliézer & Iarib & Godolia. Et dederunt manus suas vt eijcerent vxores suas,& pro
D delicto suo arietem de ouibus offerrent. Et de filijs Emmer, Hanani & Zebedia. Et de filijs Harim, Maasia & Elia & Semeia,& Iehiel & Ozias. Et de filijs Pheshur, Elioenai, Maasia, Ismahel, Nathanael, Iozabed & Elasa. Et de filijs Leuitarum, Iozabed & Semei & Celaia: ipse est Calita. Phathaia, Iuda & Eliézer. Et de cantoribus, Eliasib. Et de ianitoribus, Sellū & Telem & Vri. Et ex Israel, de filijs Pharos, Remeia & Iezia & Melchia & Miamin & Eliézer & Melchia & Banea. Et de filijs Aelā, Mathania, Zacharias & Iehiel & Abdi & Ierimoth & Eia. Et de filijs Zethua, Elioenai, Eliasib, Mathania & Ierimuth & Zabad & Aziza. Et de filijs Bebai, Iohanan, Hanania, Zabbai, Athalai. Et de filijs Bani, Mosollam & Melluch & Adaia, Iasub & Saal & Ramoth. Et de filijs Phahathmoab, Edna & Chalal, Banaias & Maasias, Mathanias, Beseleel, Bennui & Manasse. Et de filijs Herem, Eliézer, Iesue, Melchias, Semeias, Simeon, Beniamin, Maloch, Samarias. Et de filijs Hasom, Mathanai, Mathatha, Zabad, Eliphelet, Iermai, Manasse, Semei. De filijs Bani, Maaddi, Amrā & Vel, Baneas & Badaias, Cheliau, Vania, Marimuth & Eliasib, Mathanias, Mathanai,& Iasi & Bani & Bennui, Semei & Salmias & Nathan & Adaias, Mechnedebai, Sisai, Sarai, Ezrel & Selemiáu. Semeria, Sellum, Amaria, Ioseph. De filijs Nebo, Iehiel, Mathathias, Zabad, Zabina, Ieddu & Ioel & Banaia. Omnes hi acceperant vxores alienigenas, & fuerunt ex eis mulieres quæ pepererant filios.

Liber Nehemiæ, qui & Esdræ secundus dicitur.

S. NEHEMIAS *audita Iudæorum qui à captiuitate residui erant, afflictione, affligitur & ipse, & cum abstinentia misericordiam à Deo petit.*

CAPVT I.

A VERBA Nehemiæ filij Hecheliæ. Et factum est mense Casleu, anno vicesimo, & ego eram in Susis castro. Et venit Hanani vnus de fratribus meis, ipse & viri ex Iuda: & interrogaui eos de Iudæis qui remanserant, & supererant de captiuitate, & Ierusalem. Et dixerunt mihi, Qui remanserunt, & derelicti sunt de captiuitate ibi in prouincia: in afflictione magna sunt, & in opprobrio: & murus Ierusalem dissipatus est, & portæ eius combustæ
B igni. Cumq; audissem verba huiuscemodi, sedi, & fleui, & luxi diebus multis, & ieiunabam, & orabam ante faciem Dei cœli. Et dixi, Quæso Domine Deus cœli fortis, magne atq; Danie. 9. A
terribilis, qui custodis pactum, & misericordiam cum his qui te diligunt, & custodiunt mandata tua: fiant aures tuæ auscul-
C tantes, & oculi tui aperti, vt audias orationem serui tui, quam ego oro coram te hodie, nocte & die pro filijs Israel seruis tuis: & confiteor pro peccatis filiorum Israel, quibus peccauerunt tibi: & ego, & domus patris mei peccauimus, vanitate seducti sumus, & non custodiuimus mandatum, & ceremonias, & iudicia quæ præcepisti Moysi famulo tuo. Memento
D verbi quod mandasti Moysi seruo tuo, dicens, Cum transgressi fueritis, ego disperdam vos in populos. Et si reuertamini ad me, & custodiatis præcepta mea, & faciatis ea: etiam si abducti fueritis ad extrema cœli, inde congregabo vos, & reducam in locum quem elegi vt habitaret nomen meum ibi. Et ipsi serui tui, & populus tuus, quos redemisti in fortitudine tua magna, & in manu tua valida. Obsecro Domine, fit auris tua attendens ad orationem serui tui, & ad orationem seruorum tuorum qui volunt timere nomen tuum: & dirige seruum tuum hodie, & da ei misericordiam ante virum hunc. Ego enim eram pincerna regis.



S. NEHEMIAS *impetratis à rege literis uenit Ieroſolymam, atq; ad murorum inſtaurationem hortatur.*

CAPVT II.

A BActum est autem in mense Nisan, anno vicesimo Artaxerxis regis, & vinum erat ante eum: leuaui vinum, & dedi regi: & eram quasi languidus ante faciem eius. Dixitq; mihi rex, Quare vultus tuus tristis est, cum te ægrotum non videam? Non est hoc frustrà, sed malum nescio quod in corde tuo est. Et timui valde, ac nimis, & dixi regi, Rex in æternum viue: quare non mœreat vultus meus, quia ciuitas domus sepulchrorū patris mei deserta est, & portæ eius combustæ sunt igni? Et ait mihi rex, Pro qua re postulas? Et oraui Deum cœli: & dixi ad regem, Si videtur regi bonū, & si placet seruus tuus ante faciē tuam, vt mittas me in Iudæam ad ciuitatem sepulchri patris mei, &
B ædificabo eā. Dixitq; mihi rex, & regina quæ sedebat iuxta eum, Vsq; ad quod tempus erit iter tuū, & quādo reuerteris? Et placuit ante vultum regis, & misit me: & constitui ei tempus. Et dixi regi, Si regi videtur bonum, epistolas det mihi ad duces regionis trans flumen, vt traducant me, donec veniam in Iudæam: & epistolam ad Asaph custodē saltus regis, vt det mihi ligna, vt tegere possim portas templi, turres domus, & muros ciuitatis, & domū quam ingressus fuero. Et dedit mihi rex iuxta manū Dei mei bonam mecum. Et veni ad duces regionis trans flumen, dediq; eis epistolas regis. Miserat au-
C tem rex mecum principes militū, & equites. Et audierunt Sanaballat Horonites, & Tobias seruus Ammanites, & contristati sunt afflictione magna, quòd venisset homo qui quæreret prosperitatem filiorum Israel. Et veni Ierusalē, & erā ibi tribus diebus: & surrexi nocte ego, & viri pauci mecum, & non indicaui cuiquā quid Deus meus dedisset in corde meo vt facerem in Ierusalem: & iumentū non erat mecū, nisi ani-

mal cui insidebã. Et egressus sum per portam vallis nocte,& ante fontem draconis,& ad portã stercoris:& considerabam murum Ierusalem disipatũ,& portas eius consumptas igni. Et transiui ad portam fontis,& ad aquæductum regis,& non erat locus iumento cui sedebam,vt transiret. Et ascendi per torrentem nocte,& consyderabam murum: & reuersus veni ad portam vallis,& redij. Magistratus autem nesciebant quò abijssem,aut quid ego facerem: sed & Iudæis, sacerdotibus, D & optimatibus, & magistratibus, & reliquis qui faciebant opus,vsq; ad id loci nihil indicauerã. Et dixi eis, Vos nostis afflictionem in qua sumus,quia Ierusalẽ deserta est, & portę eius consumptæ sunt igni:venite, & ædificemus muros Ierusalem,& non simus vltra opprobrium. Et indicaui eis manum Dei mei quòd esset bona mecũ,& verba regis quæ locutus esset mihi,& aio,Surgamus, & ædificemus. Et confortatæ sunt manus eorum in bono. Audierunt autem Sanaballat Horonites,& Tobias seruus Ammanites,& Gosem Arabs: & subsannauerunt nos,& despexerunt,dixeruntq;,Quæ est hæc res quam facitis? nunquid contra regem vos rebellatis? Et reddidi eis sermonem, dixiq; ad eos, Deus cœli ipse nos iuuat:& nos serui eius sumus,surgamus, & ædificemus: vobis autem non est pars,& iustitia,& memoria in Ierusalem.

S. IERVSALEM *in muris,turribus & portis ædificatur à multis uiris fide dignissimis,& nomine.* CAPVT III.

A Catalogus eorum qui muros ædificarunt.

ET surrexit Eliasib sacerdos magnus, & fratres eius sacerdotes:& ædificauerunt portam gregis: ipsi sanctificauerunt eã,& statuerunt valuas eius, & vsq; ad turrim centum cubitorum sanctificauerunt eam,vsq; ad turrim Hananeel. Et iuxta eũ ædificauerunt viri Iericho,& iuxta eũ ædificauit Zacchur filius Amri. Portam autem piscium ædificauerunt filij Asnaa: ipsi texerunt eã,& statuerunt valuas eius,& seras,& vectes. Et iuxta eos ædificauit Marimuth filius Vriæ, filij Accus. Et iuxta eos ædificauit Mosollam filius Barachiæ, filij Mesezebel:& B iuxta eos ædificauit Sadoc filius Baana. Et iuxta eos ædificauerunt Thecueni: optimates autem eorum non suppossuerunt colla sua in opere Domini sui. Et portam veterẽ ædificauerunt Ioiada filius Phasea,& Mosollã filius Besodia:ipsi texuerunt eam,& statuerunt valuas eius,& seras &vectes. Et iuxta eos ædificauerũt Meltias Gabaonites,& Iadon Meronathites,viri de Gabaon,& Maspha:pro duce qui erat in regione trans flumẽ. Et iuxta eum ædificauit Eziel filius Araia aurifex:& iuxta eum ædificauit Ananias filius pigmentarij: & dimiserunt Ierusalem vsq; ad murum plateæ latioris. Et C iuxta eos ædificauit Raphaia filius Hur princeps vici Ierusalẽ. Et iuxta eos ædificauit Iedaia filius Haromaph contra domum suam:& iuxta eũ ædificauit Hattus filius Hasebonię. Mediam partem vici ædificauit Melchias filius Herem,& Hasub filius Phahathmoab,& turrim furnorũ. Et iuxta eum ædificauit Sellũ filius Alohes,princeps mediæ partis vici Ierusalem,ipse & filiæ eius. Et portam vallis ædificauit Hanun, & habitatores Zanoe:ipsi ædificauerunt eã,& statuerũt valuas eius,& seras,& vectes,& mille cubitos in muro,vsque ad portã sterquilinij. Et portã sterquilinij ædificauit Melchias D filius Rechab,princeps vici Bethacarem:ipse ædificauit eam, & statuit valuas eius,& seras & vectes. Et portã fontis ædificauit Sellũ filius Cholhoza,princeps pagi Maspha:ipse ædificauit eam,& texit,& statuit valuas eius,& seras,&vectes,& muros piscinæ Siloe in hortum regis,& vsque ad gradus,qui descendunt de ciuitate Dauid. Post eum ædificauit Nehemias filius Azboc,princeps dimidiæ partis vici Bethsur,vsq; contra sepulchrũ Dauid,& vsq; ad piscinã quæ grandi opere constructa est,& vsq; domũ fortium. Post eum ædificauerunt Leuitæ,Rehum filius Benni. Post eum ædificauit Hasebias princeps dimidiæ partis vici Ceilæ in vico suo. Post E eum ædificauerunt fratres eorũ Banai filius Henadad, princeps dimidiæ partis Ceilæ. Et ædificauit iuxta eum Azer filius Iosue, princeps Maspha mensuram secundam, contra ascensum firmissimi anguli. Post eum in monte ædificauit Baruch filius Zachai mensuram secundam, ab angulo vsque ad portam domus Eliasib sacerdotis magni. Post eum ædificauit Merimuth filius Vriæ filij Haccus mensuram secũdam F à porta domus Eliasib, donec extenderetur domus Eliasib. Et post eum ædificauerunt sacerdotes viri de campestribus Iordanis. Post eos ædificauit Beniamin & Hasub contra domum suam,& post eum ædificauit Azarias filius Maasiæ filij Ananiæ contra domum suã. Post eum ædificauit Benuui filius Henadad mensuram secundam, à domo Azariæ vsque ad flexurã,& vsq; ad angulũ. Post eũ ædificauit Phalel filius Ozi contra flexurã & turrim quæ eminet de domo regis excelsa,id est in atrio carceris. Post eum Phadaia filius Pharos. Nathinæi autẽ habitabant in Ophel,vsq; cõtra portã aquarum ad orientẽ,& turrim quæ prominebat. Post eum ædifi- G cauerũt Thecueni mensurã secundam eregione,à turre magna & eminẽti vsq; ad murũ templi. Sursum autẽ ad portam equorũ ædificauerũt sacerdotes,vnusquisq; contra domum suam. Post eos ædificauit Sadoc filius Emmer cõtra domum suam. Et post eum ædificauit Semaia filius Secheniæ, custos portæ orientalis. Post eũ ædificauit Hanania filius Selemiæ, & Hanun filius Seleph sextus mensurã secũdam. Post eum ædificauit Mosollam filius Barachiæ,contra gazophylacium suum. Post eũ ædificauit Melchias filius aurificis, vsq; ad domum Nathinæorũ,& scruta vendentiũ contra portam iudicialem,& vsq; ad cœnaculũ anguli. Et inter cœnaculũ anguli in porta gregis ædificauerunt artifices & negotiatores.

S. SANABALLAT *& Tobia inuitis,Iudæi altera manu ædificant, altera gladium tenent.* CAPVT IIII.

A EActum est autem,cum audisset Sanaballat quòd ædificaremus murum, iratus est valde: & motus nimis subsannauit Iudæos,& dixit coram fratribus suis,& frequentia Samaritanorum, Quid Iudæi faciunt imbecilles? num dimittẽt eos gentes? Num sacrificabunt,& complebunt in vna die? Nunquid ædificare poterunt lapides de aceruis pulueris, qui cõbusti sunt? Sed & Tobias Ammanites proximus eius,ait, Aedificent:si ascenderit vulpes transiliet murum, eorum lapideum. Audi Deus noster,quia facti sumus despectui:conuerte opprobrium super caput eorum,& da eos in despectionem in terra captiuitatis. Ne operias iniquitatem eorum, & peccatum eorum coram facie tua non deleatur:quia irriserunt ædificantes. Itaq; ædificauimus murum, & coniunximus totum vsq; ad partem di- B midiam:& prouocatum est cor populi ad operandum. Factum est autem,cum audisset Sanaballat, & Tobias, & Arabes, & Ammanitæ, & Azotij,quòd obducta esset cicatrix muri Ierusalem,& quòd cœpissent interrupta concludi:irati sunt nimis. Et congregati sunt omnes pariter, vt venirent & pugnarent contra Ierusalem,& molirentur insidias. Et orauimus Deum nostrum,& posuimus custodes super murum die ac nocte contra eos. Dixit autẽ Iudas, Debilitata est fortitudo portantis,& humus nimia est, & nos non poterimus ædificare murũ. Et dixerunt hostes nostri, Nesciant & ignorent, donec veniamus in mediũ eorum, & interficiamus eos, C & cessare faciamus opus. Factum est autem venientibus Iudæis qui habitabant iuxta eos,& dicentibus nobis per decem vices,ex omnibus locis quibus venerant ad nos,statui in loco post murum per circuitum populũ in ordinem cum gladijs suis,& lanceis,& arcubus. Et perspexi atque surrexi:& aio ad optimates & magistratus,& ad reliquam partẽ vulgi, Nolite timere à facie eorum. Domini magni & terribilis mementote,& pugnate pro fratribus vestris, filijs vestris, & filiabus vestris & vxoribus vestris & domibus vestris. Factum est autem,cum audissent inimici nostri nũtiatum esse nobis, disipauit

dissipauit Deus consilium eorum. Et reuersi sumus omnes ad muros, vnusquisq; ad opus suum. Et factum est à die illa, media pars iuuenum eorum faciebat opus, & media parata erat ad bellum, & lanceæ, & scuta, & arcus, & loricæ, & principes post eos in omni domo Iuda ædificantium in muro, & portantium onera, & imponentium: vna manu sua faciebat opus, & altera tenebat gladium. ædificantiũ enim vnusquisq; D gladio erat accinctus renes. Et ædificabant, & clãgebãt buccina iuxta me. Et dixi ad optimates, & ad magistratus, & ad reliquam partẽ vulgi, Opus grãde est & latum, & nos separati sumus in muro procul alter ab altero: in loco quocunque audieritis clangorem tubæ, illuc concurrite ad nos. Deus noster pugnabit pro nobis. Et nosipsi faciamus opus: & media pars nostrum teneat lanceas ab ascensu auroræ, donec egrediantur astra. In tẽpore quoq; illo dixi populo, Vnusquisq; cũ puero suo maneat in medio Ierusalẽ, & sint nobis vices per noctem & diem ad operandũ. Ego autem & fratres mei & pueri mei, & custodes qui erant post me, non deponebamus vestimenta nostra: vnusquisq; tãtum nudabatur ad baptismum.

S. NEHEMIAS *tempore famis usuras prohibet, sua indigentibus liberè largiens.* CAPVT V.

A ET factus est clamor populi, & vxorum eius magnus aduersus fratres suos Iudæos. Et erant qui dicerent, Filij nostri & filiæ nostræ multæ sunt nimis: accipiamus pro pretio eorum frumentum, & comedamus, & viuamus. Et erant qui dicerent, Agros nostros, & vineas, & domos nostras opponamus: & accipiamus frumentum in fame. Et alij dicebant, Mutuo sumamus pecunias in tributa regis, demusq; agros nostros & vineas, & nunc sicut carnes fratrum nostrorum, sic carnes nostræ sunt: & sicut filij eorum, ita & filij nostri. ecce nos subiugamus filios nostros, & filias nostras in seruitutem, & de filiabus nostris sunt famulæ, nec habemus vnde possint redimi, & agros no-
B stros & vineas nostras alij possidẽt. Et iratus sum nimis, cum audissem clamorem eorum secundum verba hæc, cogitauitq; cor meum, & increpaui optimates & magistratus, & dixi eis, Vsuráſne singuli à fratribus vestris exigitis? Et congregaui aduersum eos concionem magnam, & dixi eis, Nos, vt scitis, redemimus fratres nostros Iudæos qui venditi fuerant gentibus, secundum possibilitatem nostram: & vos igitur vendetis fratres nostros, & redimemus eos? Et siluerunt, nec inuenerunt quid responderent. Dixiq; ad eos, Non est bona res, quam facitis: quare non in timore Dei nostri ambulatis, ne exprobretur nobis à gentibus inimicis nostris? Et ego & fra-
C tres mei & pueri mei, commodauimus plurimis pecuniam et frumentum: non repetamus in commune istud. æs alienum concedamus quod debetur nobis. Reddite eis hodie agros suos, & vineas suas & oliueta sua, & domos suas: quin potius & centesimam pecuniæ, frumenti, vini & olei, quam exigere soletis ab eis, date pro illis. Et dixerunt, Reddemus, & ab eis nihil quæremus: sicq; faciemus vt loqueris. Et vocaui sacerdotes, & adiuraui eos vt facerent iuxta quod dixeram. Insuper excussi sinum meum, & dixi, Sic excutiat Deus omnem virum qui non compleuerit verbum istud, de domo sua & de laboribus suis: sic excutiatur, & vacuus fiat. Et dixit vniuersa multitudo, Amen: Et laudauerunt Dominum. Fecit ergo populus sicut erat dictum. A die autem illa qua præceperat rex mihi vt essem dux in terra Iuda, ab anno vicesimo, vsq;
ad annum tricesimum secundum Artaxerxis regis, per annos
D duodecim, ego & fratres mei annonas quę ducibus debebantur, non comedimus. Duces autem primi, qui fuerant ante me, grauauerunt populum, & acceperunt ab eis in pane, & vino, & pecunia quotidie siclos quadraginta: sed & ministri eorum deprimebant populum. Ego autem non feci ita, propter timorem Dei: quin potius in opere muri ædificaui, & agrum non emi, & omnes pueri mei congregati ad opus erant. Iudæi quoq; & magistratus centum quinquaginta viri, & qui veniebant ad nos de gentibus quæ in circuitu nostro sunt, in mensa mea erant. Parabatur autem mihi per dies singulos bos vnus, arietes sex electi, exceptis volatilibus, & inter dies decem vina diuersa, & alia multa tribuebam: insuper & annonas ducatus mei non quæsiui. valde enim attenuatus erat populus. Memento mei Deus meus in bonum secundum omnia quæ feci populo huic.

S. SANABALLAT *cum socijs Iudæos insidiosis literis ad fœdus incitans, ac ædificationem impedire tentans, nõ terret* Nehemiam.

CAPVT VI.

A FActum est autem, cum audissent Sanaballat, & Tobias, & Gosem Arabs, & cæteri inimici nostri, quòd ædificassem ego murum, & nõ esset in ipso residua interruptio (vsq; ad tempus autem illud valuas non posueram in portis) miserunt Sanaballat, & Gosem ad me, dicẽtes, Veni, & percutiamus fœdus pariter in viculis in campo Ono. Ipsi autem cogitabant vt facerent mihi malum. Misi ergo ad eos nuntios, dicens, Opus grande ego facio, & non possum descendere: ne fortè negligatur, cum venero, & descendero ad vos. Miserunt autem ad me secũdum verbum hoc, per quatuor vices: & respondi eis iuxta sermo-
B nem priorem. Et misit ad me Sanaballat iuxta verbum prius quinta vice puerum suum, & epistolam habebat in manu sua scriptam hoc modo, IN GENTIBVS auditum est, & Gosem dixit quòd tu, & Iudæi cogitetis rebellare, & propterea ædifices murum, & leuare te velis super eos regẽ: propter quam causam & prophetas posueris qui prædicent de te in Ierusalem, dicentes, Rex in Iudæa est. Auditurus est rex verba hęc: idcirco nunc veni, vt ineamus consilium pariter. Et misi ad eos, dicens, Non est factum secundum verba hæc quæ tu loqueris. de corde enim tuo tu componis hæc. Omnes enim hi terrebant nos, cogitantes quòd cessarent manus nostræ ab
C opere, & quiescerem us. Quam ob causam magis confortaui manus meas: & ingressus sum domum Semaiæ filij Dalaiæ filij Metabeel secretò. Qui ait, Tractemus nobiscũ in domo Dei in medio templi, & claudamus portas ædis: quia venturi sunt vt interficiant te, & nocte venturi sunt ad occidendum te. Et dixi, Num quisquam similis mei fugit? & quis vt ego, ingredietur templum, & viuet? Non ingrediar. Et intellexi quòd Deus non misisset eum, sed quasi vaticinans locutus esset ad me, & Tobias & Sanaballat conduxissent eum. acceperat enim pretium, vt territus facerem, & peccarem, & haberent malum quod exprobrarent mihi. Memento mei Deus pro Tobia & Sanaballat, iuxta opera eorũ talia: sed & Noadiæ prophetæ, & cæterorum prophetarum qui terrebãt me.
D Completus est autẽ murus vicesimoquinto die mensis Elul, quinquagintaduobus diebus. Factum est ergo cum audissent omnes inimici nostri, vt timerent vniuersæ gentes quæ erant in circuitu nostro, & concideret intra semetipsos, & scirent quòd à Deo factum esset opus hoc. Sed & in diebus illis multæ optimatum Iudæorum epistolæ mittebantur ad Tobiam, & à Tobia veniebant ad eos. Multi enim erant in Iudæa habentes iuramentum eius, quia gener erat Secheniæ filij Aréa, & Iohanan filius eius acceperat filiam Mosollam filij Barachiæ. sed & laudabant eum coram me, & verba mea nuntiabant ei: & Tobias mittebat epistolas vt terreret me.

Epistola Sanaballat ad Nehemiã.

Responsio Nehemiæ.

S. CONSVMMATVM *dedicauerũt templum, & azymorum festum celebrauerunt.* CAPVT VII.

A POstquam autem ædificatus est murus, & posui valuas, & recensui ianitores, & cantores, & Leuitas: præcepi Hanani fratri meo, & Hananiæ principi domus de Ierusalẽ. Ipse enim quasi vir verax & timens Deum plus cæteris videbatur. Et dixi eis, Non aperiantur portæ Ierusalem vsque ad calorem solis. Cumq;

Eccl. 49 d

adhuc aſsiſterent, clauſæ portæ ſunt, & oppilatæ: & poſui cuſtodes de habitatoribus Ieruſalem, ſingulos per vices ſuas, & vnumquenq; contra domum ſuam. Ciuitas autem erat lata nimis & grandis, & populus paruus in medio eius, & non
1. Eſd. 2 a erant domus ædificatæ. Deus autem dedit in corde meo, & congregaui optimates, & magiſtratus & vulgus, vt recenſerem eos: & inueni librum cenſus eorum qui aſcenderant primum, & inuentum eſt ſcriptum in eo, Iſti filij prouinciæ, qui aſcenderunt de captiuitate migrantium, quos tranſtulerat Nabuchodonoſor rex Babylonis, & reuerſi ſunt in Ieruſalem, & in Iudæam, vnuſquiſq; in ciuitatem ſuam. Qui venerunt cum Zorobabel, Iosûe, Nehemias, Azarias, Raamias, Nahamani, Mardochæus, Belſan, Meſpharath, Begoai, Nahum, Baana. Numerus virorum populi Iſrael, Filij Pharos, duo millia centum ſeptuagintaduo. Filij Saphatia, trecenti ſeptuagintaduo. Filij Area, ſexcenti quinquagintaduo. Filij Phahathmoab filiorum Iosûe & Ioab, duo millia octingenti decem & octo. Filij Aelam, mille ducenti quinquagintaquatuor. Filij Zethua, octingenti quadragintaquinque. Filij Zachai, ſeptingenti ſexaginta. Filij Bannui, ſexcenti quadragintaocto. Filij Bebai, ſexcenti vigintiocto. Filij Azgad, duo millia trecenti vigintiduo. Filij Adonicam, ſexcenti ſexagintaſeptem. Filij Beguai, duo millia ſexagintaſeptẽ. Filij Adin, ſexcenti quinquagintaquinq;. Filij Ater, filij Hezechiæ, nonagintaocto. Filij Haſem, trecenti vigintiocto. Filij Beſai, trecenti vigintiquatuor. Filij Hareph, centum duodecim. Filij Gabaon, nonagintaquinque. Filij Bethléhem & Netupha, centum octogintaocto. Viri Anathoth, centum viginti octo. Viri Bethazmoth, quadragintaduo. Viri Cariathiarim, Cephira, & Beroth, ſeptingenti quadragintatres. Viri Rama & Géba, ſexcenti viginti vnus. Viri Machmas, centum viginti duo. Viri Bethel, & Hai, centum vigintitres. Viri Nebo alterius quinquagintaduo. Viri Aelam alterius, mille ducenti quinquagintaquatuor. Filij Harem, trecenti viginti. Filij Iericho, trecenti quadragintaquinque. Filij Lodhadid & Ono, ſeptingenti viginti vnus. Filij Senaa, tria millia nongentitriginta. Sacerdotes: Filij Idaia in domo Ieſua, nongenti ſeptuagintatres. Filij Emmer, mille quinquagintaduo. Filij Phaſhur, mille ducenti quadragintaſeptem. Filij Arem, mille decem & ſeptem. Leuitæ: Filij Iosûe & Cedmiel filiorum Oduiæ, ſeptuagintaquatuor. Cantores: Filij Aſaph, centum quadragintaocto. Ianitores: Filij Sellum, filij Ater, filij Telmon, filij Accub, filij Hatita, filij Sobai: centum trigintaocto. Nathinæi: Filij Soha, filij Haſupha, filij Tebbaoth, filij Ceros, filij Siaa, filij Phadon, filij Lebana, filij Hagaba, filij Selmon, filij Hanan, filij Geddel, filij Gaher, filij Raaia, filij Raſin, filij Necoda, filij Gezẽ, filij Aza, filij Phaſea, filij Beſai, filij Munim, filij Nephuſsim, filij Bacbuc, filij Hacupha, filij Harhur, filij Beſloth, filij Mahida, filij Harſa, filij Bercos, filij Siſara, filij Thema, filij Naſia, filij Hatipha, filij ſeruorum Salomonis, filij Sotái, filij Sophéreth, filij Pharida, filij Iahala, filij Darcon, filij Ieddel, filij Saphatia, filij Hatil, filij Phochereth, qui erat ortus ex Sabaim filio Amon. Omnes Nathinæi, & filij ſeruorum Salomonis, trecenti nonagintaduo. Hi ſunt autem qui aſcenderunt de Thelméla, Thelharſa, Cherub, Addon, & Emmer: & non potuerunt indicare domum patrum ſuorum, & ſemen ſuum, vtrum ex Iſrael eſſent. Filij Dalaia, filij Tobia, filij Necoda ſexcenti quadragintaduo. Et de ſacerdotibus filij Habia, filij Accos, filij Berzellai, qui accepit de filiabus Berzellai Galaaditis vxorem: & vocatus eſt nomine eorum. hi quæſierunt ſcripturam ſuam in cenſu, & non inuenerunt: & eiecti ſunt de ſacerdotio. Dixitq; Athersátha eis, vt non manducarent de ſanctis ſanctorum, donec ſtaret ſacerdos doctus & eruditus. Omnis multitudo quaſi vir vnus quadragintaduo millia trecenti ſexaginta: abſq; ſeruis & ancillis eorum, qui erant ſeptem millia trecenti trigintaſeptẽ: & inter eos cãtores, & cantatrices ducẽtæ quadragintaquinq;. Equi eorum, ſeptingenti trigintaſeptem. muli eorum, ducenti quadragintaquinq;. cameli eorum, quadringenti trigintaquinq;. aſini, ſex millia ſeptingenti viginti.

Hucuſque refertur quid in commentario ſcriptum fuerit: exin Nehemiæ hiſtoria texitur.

Nonnulli autem de principibus familiarũ dederunt in opus. Atherſátha dedit in theſaurum auri drachmas mille, phialas quinquaginta, tunicas ſacerdotales quinquagintatriginta. Et de principibus familiarum dederũt in theſaurum operis auri drachmas viginti millia, & argenti minas duo millia ducentas. Et quod dedit reliquus populus, auri drachmas viginti millia, & argenti minas duo millia, & tunicas ſacerdotales ſexagintaſeptem. Habitauerunt autem ſacerdotes, & Leuitæ, & ianitores, & cantores, & reliquum vulgus, & Nathinæi, & omnis Iſrael in ciuitatibus ſuis.

S. ESDRAS *cum plurimis aſcendens à Babylone legem Dei explicat & populum ad pœnitentiam commonefacit.* CAP. VIII.

ET venerat menſis ſeptimus: filij autẽ Iſrael erant in ciuitatibus ſuis. Congregatusq; eſt omnis populus quaſi vir vnus ad platéam quæ eſt ante portam aquarum: & dixerũt Eſdræ ſcribe vt afferret librum legis Moyſi, quam præceperat Dominus Iſraeli. Attulit ergo Eſdras ſacerdos legẽ coram multitudine virorum & mulierum, cunctisq; qui poterant intelligere, in die prima menſis ſeptimi. Et legit in eo apertè in platéa quæ erat ante portam aquarum, de mane vſq; ad mediam diem in cõſpectu virorum, & mulierum, & ſapientium: & aures omnis populi erant erectæ ad librũ. Stetit autẽ Eſdras ſcriba ſuper gradum ligneum, quem fecerat ad loquendum: & ſteterũt iuxta eum Mathathias, & Semeia, & Ania, & Vria, & Helcia, & Maaſia, ad dexterã eius: & ad ſiniſtram, Phadaia, Miſael, & Melchia, & Haſum, & Hasbadána, Zacharia, & Moſollã. Et aperuit Eſdras librũ corã omni populo: ſupervniuerſum quippe populũ eminebat. Et cum aperuiſſet eum, ſtetit omnis populus. Et benedixit Eſdras Domino Deo magno: & reſpondit omnis populus, Amen, amen: eleuãs manus ſuas. & incuruati ſunt, & adorauerunt Deum proni in terram. Porrò Iosûe, & Bani & Serebia, Iamin, Accub, Sebthái, Odia, Maaſia. Celita, Azarias, Iozabed, Hanan, Phalaia, Leuitæ, ſilentium faciebant in populo ad audiendam legem: populus autem ſtabat in gradu ſuo. Et legerunt in libro legis Dei diſtinctè, & appoſitè ad intelligendũ: & intellexerunt cum legeretur. Dixit autem Nehemias (ipſe eſt Atherſatha) & Eſdras ſacerdos & ſcriba, & Leuitæ interpretantes vniuerſo populo, Dies ſanctificatus eſt Domino Deo veſtro, nolite lugere, & nolite flere. Flebat enim omnis populus, cũ audiret verba legis. Et dixit eis, Ite, comedite pinguia, & bibite mulſum, & mittite partes his qui non præparauerunt ſibi, quia ſanctus dies Domini eſt, & nolite cõtriſtari. gaudiũ etenim Domini eſt, fortitudo veſtra. Leuitæ autem ſilentium faciebant in omni populo, dicentes, Tacete: quia dies ſanctus eſt, & nolite dolere. Abijt itaq; omnis populus, vt comederet, & biberet, & mitteret partes, & faceret lætitiam magnam: quia intellexerant verba quæ docuerat eos. Et in die ſecundo congregati ſunt principes familiarum vniuerſi populi, ſacerdotes & Leuitæ ad Eſdram ſcribam, vt interpretaretur eis verba legis. Et inuenerunt ſcriptum in lege, præcepiſſe Dominum in manu Moyſi, vt habitent filij Iſrael in tabernaculis, in die ſolenni, menſe ſeptimo: & vt prædicent, & diuulgent vocem in vniuerſis vrbibus ſuis, & in Ieruſalem, dicentes, Egredimini in montem, & afferte frondes oliuæ, & frondes ligni pulcherrimi, frondes myrti, & ramos palmarum, & frondes ligni nemoroſi, vt fiant tabernacula, ſicut ſcriptum eſt. Et egreſſus eſt populus, & attulerunt. Feceruntq; ſibi tabernacula vnuſquiſq; in domate ſuo, & in atrijs ſuis, & in atrijs domus Dei, & in platéa portæ aquarum, & in platéa portæ Ephraim.

Cõtriſtati populũ ob auditã legẽ conſolatur Nehemias.

Fecit

Fecit ergo vniuerſa eccleſia eorum qui redierant de captiuitate, tabernacula, & habitauerunt in tabernaculis: non enim fecerant à diebus Iosûe filij Nun taliter filij Iſrael vſque ad diem illum. Et fuit lætitia magna nimis. Legit autem in libro legis Dei per dies ſingulos, à die primo vſque ad diem nouiſsimum, & fecerunt ſolennitatem ſeptem diebus, & in die octauo collectam iuxta ritum.

S. ALIENIGENIS expulſis uxoribus & filijs, enarrat Eſdras Dei beneficia, principũ ſcelera, & cum Domino fœdus ineunt.

CAPVT IX.

A IN die autẽ viceſimoquarto menſis huius conuenerũt filij Iſrael in ieiunio, & in ſaccis, & humus ſuper eos. Et ſeparatũ eſt ſemen filiorũ Iſrael ab omni filio alienigena: & ſteterunt, & confitebantur peccata ſua, & iniquitates patrum ſuorũ. Et conſurrexerunt ad ſtandũ: & legerũt in volumine legis domini Dei ſui, quater in die, & quater confitebantur, & adorabant Dominũ Deum ſuũ. Surrexerũt autẽ ſuper gradũ Leuitarũ Iosûe, & Bani, & Cedmiel, Sabania, Bonni, Sarebias, Bani, & Chanáni: & clamauerunt voce magna ad Dominũ Deum ſuum. Et dixerunt Leuitæ Iosûe, & Cedmiel, Bonni, Haſebnia, Serebia, Odaia, Sebnia, Phathahaia: Surgite, benedicite Domino Deo veſtro ab æterno vſq; in æternũ: & benedicant nomini gloriæ tuæ excelſo in omni benedictione & laude. Tu ipſe Domine ſolus, tu feciſti cœlũ, & cœlum cœlorũ, & omnem exercitũ eorum: terram, & vniuerſa quæ in ea ſunt: maria, & B omnia quæ in eis ſunt: & tu viuificas omnia hæc, & exercitus cœli te adorat. Tu ipſe Domine Deus, qui elegiſti Abrã, & eduxiſti eum de igne Chaldæorũ: & poſuiſti nomen eius Abraham. Et inueniſti cor eius fidele coram te: & percuſsiſti cum eo fœdus, vt dares ei terrã Chananæi, Hethæi, & Amorrhæi, & Pherezæi, & Iebuſæi, & Gerſæi, vt dares ſemini eius: & impleſti verba tua, quoniam iuſtus es. Et vidiſti afflictionem patrũ noſtrorũ in Aegypto: clamoremq; eorũ audiſti ſuper Mare rubrũ. Et dediſti ſigna atq; portenta in Pharaone, & in vniuerſis ſeruis eius, & in omni populo terræ illius: cognouiſti enim quia ſuperbè egerant cõtra eos: & feciſti tibi nomen, ſicut & in hac die. Et mare diuiſiſti ante eos, & tranſierũt per mediũ maris in ſicco: perſecutores autẽ eorum proieciſti in profundum, quaſi lapidẽ in aquas validas. Et in colũna nubis ductor eorum fuiſti per diem: & in colũC na ignis per noctem: vt appareret eis via per quam ingrediebantur. Ad montẽ quoq; Sinai deſcendiſti, & locutus es cum eis de cœlo: & dediſti eis iudicia recta, & legem veritatis, ceremonias, & præcepta bona. Et ſabbathũ ſanctificatũ tuum oſtendiſti eis, & mãdata, & ceremonias, & legem præcepiſti eis in manu Moyſi ſerui tui. Panẽ quoq; de cœlo dediſti eis in fame eorũ, & aquã de petra eduxiſti eis ſitientibus: & dixiſti eis vt ingrederẽtur & poſſiderent terrã ſuper quam leuaſti manum tuam, vt traderes eis. Ipſi verò, & patres noſtri ſuperbè egerunt, & indurauerunt ceruices ſuas, & non audierunt mandata tua. Et noluerunt audire: & non ſunt recordati mirabiliũ tuorum, quæ feceras eis. Et indurauerunt ceruices ſuas, & dederũt caput vt conuerterentur ad ſeruitutem ſuam quaſi per contentionem. Tu autẽ Deus propitius, clemens, & miſericors, longanimis, & multæ miſerationis non dereliquiſti eos, & quidem cum feciſſent ſibi vitulum cõflatilem, & dixiſſent, Iſte eſt Deus tuus, qui eduxit te de Aegypto: Feceruntq; blaſphemias magnas, Tu autẽ in miſericordijs tuis D multis non dimiſiſti eos in deſerto: colũna nubis non receſsit ab eis per diem, vt duceret eos in viam: & columna ignis per noctem, vt oſtenderet eis iter per quod ingrederẽtur. Et ſpiritum tuum bonum dediſti qui doceret eos, & manna tuum non prohibuiſti ab ore eorũ, & aquã dediſti eis in ſiti. Quadraginta annis pauiſti eos in deſerto, nihilq; eis defuit: veſtimenta eorũ non inueterauerunt, & pedes eorũ nõ ſunt attriti. Et dediſti eis regna & populos, & partitus es eis ſortes: & poſſederũt terram Seon, & terram regis Heſebon, & terram Og regis Baſan. Et multiplicaſti filios eorũ ſicut ſtellas cœli, & adduxiſti eos ad terram de qua dixeras patribus eorum vt ingrederentur & poſsiderent. Et venerunt filij, & poſſederũt terrã, & humiliaſti coram eis habitatores terræ Chananæos, & dediſti eos in manu eorum, & reges eorũ, & populos terE ræ, vt facerẽt eis ſicut placebat illis. Ceperunt itaq; vrbes munitas & humum pinguem, & poſſederũt domos plenas cunctis bonis: ciſternas ab eis fabricatas, vineas, & oliueta, & ligna pomifera multa: & comederũt, & ſaturati ſunt, & impinguati ſunt, & abundauerunt delicijs in bonitate tua magna. Prouocauerunt autem te ad iracundiã, & receſſerunt à te, & proiecerũt legem tuã poſt terga ſua: & prophetas tuos occiderunt, qui cõteſtabantur eos vt reuerterẽtur ad te: fecerũtq; blaſphemias grandes. Et dediſti eos in manum hoſtium ſuorum, & afflixerunt eos. Et in tempore tribulationis ſuæ clamauerunt ad te, & tu de cœlo audiſti, & ſecundũ miſerationes tuas multas dediſti eis ſaluatores qui ſaluarent eos de manu hoſtium ſuorum. Cumq; requieuiſſent, reuerſi ſunt, vt facerent malum in conſpectu tuo: & dereliquiſti eos in manu inimicorum ſuorum, & poſſederunt eos. Conuerſiq; ſunt, & F clamauerũt ad te: tu autem de cœlo exaudiſti, & liberaſti eos in miſericordijs tuis multis tẽporibus. Et conteſtatus es eos vt reuerterentur ad legem tuam. Ipſi verò ſuperbè egerunt, & non audierunt mandata tua, & in iudicijs tuis peccauerũt, quæ faciet homo, & viuet in eis: & dederunt humerum recedentem, & ceruicem ſuam indurauerunt, nec audierunt. Et protraxiſti ſuper eos annos multos, & conteſtatus es eos in ſpiritu tuo per manum prophetarum tuorum: & non audierunt: & tradidiſti eos in manum populorũ terrarum. In miſericordijs autem tuis plurimis non feciſti eos in conſumptionem, nec dereliquiſti eos: quoniã Deus miſerationum, & clemens es tu. Nunc itaq; Deus noſter magne, fortis & terribilis, cuſtodiens pactum & miſericordiam, ne auertas à G facie tua omnem laborem qui inuenit nos, reges noſtros, & principes noſtros, & ſacerdotes noſtros, & prophetas noſtros, & patres noſtros, & omnem populum tuum à diebus regis Aſſur, vſque in diem hanc. Et tu iuſtus es in omnibus quæ venerunt ſuper nos: quia veritatem feciſti nobis, nos autem impiè egimus. Reges noſtri, principes noſtri, ſacerdotes noſtri, & patres noſtri non fecerunt legem tuam, & non attenderunt mandata tua, & teſtimonia tua quæ teſtificatus es in eis. Et ipſi in regnis ſuis bonis, & in bonitate tua multa quam dederas eis, & in terra latiſsima & pingui quam tradideras in conſpectu eorum, non ſeruierunt tibi, nec reuerſi ſunt à ſtudijs ſuis peſsimis. Ecce noſipſi hodie ſerui ſumus: & terra quam dediſti patribus noſtris vt comederent panem eius, & quæ bona ſunt eius, & noſipſi ſerui ſumus in ea. Et fruges eius multiplicantur regibus quos poſuiſti ſuper nos propter peccata noſtra, & corporibus noſtris dominãtur, & iumentis noſtris ſecundum voluntatẽ ſuam, & in tribulatione magna ſumus. Super omnibus ergo his noſipſi percutimus fœdus, & ſcribimus, & ſignant principes noſtri, Leuitæ noſtri, & ſacerdotes noſtri.

S. IVRANTES Hebræi ſe legem Domini ſeruaturos, primitias & decimas de terris & operibus ſuis Domino offerunt.

CAPVT X.

A SIgnatores autẽ fuerunt, Nehemias, Athersáta filius Hachelai, & Sedecias, Saraias, Azarias, Ieremias, Pheshur, Amarias, Melchias, Hattus, Sebenia, Melluch, Harẽ, Metimuth, Obdias, Daniel, Genthon, Baruch, Moſollã, Abia, Miamin, Maazia, Belgai, Semeia: hi ſacerdotes. Porrò Leuitæ, Iosûe filius Azaniæ, Benni de filijs Henadad, Cedmiel: & fratres eorum, Sebenia, Odaia, Celita, Phalaia, Hanan, Micha, Rohob, Haſebia, Signatores fœderis.

Zachur, Serebia, Sabania, Odaia, Bani, Baninu. Capita populi, Pharot, Phahathmoab, Aelam, Zethu, Bani, Bonni, Azgad, Bebai, Adonia, Begoai, Adin, Ater, Hezecia, Azur, Odaia, Hasum, Besai, Hareph, Anathoth, Nebái, Megphias, Mosollam, Hazir, Mesizabel, Sadoc, Ieddua, Pheltia, Hanan, Anaia, Osee, Hanania, Hasub, Alohes, Phalea, Sobec, Rehum, Maasia, Echaia, Hanan, Anan, Melluch, Harã, Baana: & reliqui de populo sacerdotes, Leuitæ, ianitores, & cantores, Nathinæi, & omnes qui se separauerũt de populis terrarum ad legem Dei, vxores eorũ, filij eorum, & filiæ eorũ, omnes qui poterãt sapere spondentes pro fratribus suis, optimates eorũ, & qui veniebãt ad pollicendum & iurandum vt ambularent in lege Dei, quam dederat in manu Moysi serui sui, vt facerẽt & custodirent vniuersa mandata Domini Dei nostri, & iudicia eius & ceremonias eius, & vt non daremus filias nostras populo terræ, & filias eorum non acciperemus filijs nostris. Populi quoq; terræ, qui important venalia, & omnia ad vsum per diem sabbathi vt vendant, nõ accipiemus ab eis in sabbatho & in die sanctificato. Et dimittemus annũ septimum, & exactionem vniuersæ manus. Et statuemus super nos præcepta, vt demus tertiam partem sicli per annum ad opus domus Dei nostri, ad panes propositionis, & ad sacrificium sempiternum, & in holocaustum sempiternum in sabbathis, in calendis, in solennitatibus, & in sanctificatis, & pro peccato: vt exoretur pro Israel, & in omnem vsum domus Dei nostri. Sortes ergo misimus super oblationẽ lignorum inter sacerdotes, Leuitas, & populũ, vt inferrentur in domum Dei nostri per domos patrum nostrorum, per tempora, à temporibus anni vsq; ad annum: vt arderent super altare domini Dei nostri, sicut scriptũ est in lege Moysi, & vt afferremus primogenita terræ nostræ, & primitiua vniuersi fructus omnis ligni ab anno in annum, in domo Domini, & primitiua filiorum nostrorum, & pecorum nostrorũ sicut scriptum est in lege, & primitiua boum nostrorũ, & ouium nostrarum, vt offerrentur in domo Dei nostri sacerdotibus qui ministrant in domo Dei nostri. Et primitias ciborũ nostrorum, & libaminum nostrorum, & poma omnis ligni, vindemiæ quoq;, & olei afferemus sacerdotibus ad gazophylaciũ Dei nostri, & decimã partem terræ nostræ Leuitis. Ipsi Leuitæ decimas accipient ex omnibus ciuitatibus operum nostrorũ. Erit autem sacerdos filius Aaron cum Leuitis in decimis Leuitarum, & Leuitæ offerent decimam partem decimæ suæ in domo Dei nostri, ad gazophylaciũ in domo thesauri. Ad gazophylacium enim deportabunt filij Israel, & filij Leui primitias frumenti, vini, & olei: & ibi erunt vasa sanctificata, & sacerdotes, & cantores, & ianitores, & ministri, & non dimittemus domum Dei nostri.

S. INCOLAE *Ierusalem & ciuitatum Iuda post instaurationem.* CAPVT XI.

HAbitauerunt autẽ principes populi in Ierusalẽ: reliqua verò plebs misit sortem, vt tolleret vnam partẽ de decem, qui habitaturi essent in Ierusalẽ ciuitate sancta, nouem verò partes in ciuitatibus. Benedixit autem populus omnibus viris qui se sponte obtulerant vt habitarẽt in Ierusalem. Hi sunt itaq; principes prouinciæ qui habitauerunt in Ierusalem, & in ciuitatibus Iuda. Habitauit autẽ vnusquisq; in possessione sua, in vrbibus suis Israel, sacerdotes, Leuitæ, Nathinæi, & filij seruorũ Salomonis. Et in Ierusalẽ habitauerũt de filijs Iuda, & de filijs Beniamin: de filijs Iuda, Athaias filius Aziam, filij Zachariæ, filij Amariæ, filij Saphatiæ, filij Malaleel. de filijs Phares, Maasia filius Baruch, filius Cholhoza, filius Hazia, filius Adaia, filius Ioiarib, filius Zachariæ, filius Silonites. omnes hi, filij Phares, qui habitauerũt in Ierusalẽ, quadringenti sexaginta octo viri fortes. Hi sunt autẽ filij Beniamin: Sellu filius Mosollam, filius Ioed, filius Phadaia, filius Colaia, filius Masia, filius Etheel, filius Isaias, & post eum Gebbai, Sellái: nongenti vigintiocto, & Ioel filius Zechri præpositus eorum, & Iudas filius Senua super ciuitatẽ secundus. Et de sacerdotibus, Idaia filius Ioartis, Iachim, Saraia filius Helciæ, filius Mosollam, filius Sadoc, filius Meraioth, filius Achitob princeps domus Dei, & fratres eorum facientes opera templi: octingenti vigintiduo. Et Adaia filius Ierohã, filius Phelelia, filius Amsi, filius Zachariæ, filius Pheshur, filius Melchiæ, & fratres eius principes patrum: ducenti quadragintaduo. Et Amassai filius Azreel, filius Ahazi, filius Mosollamoth, filius Emmer, & fratres eorum potentes nimis: centum vigintiocto, & præpositus eorum Zabdiel filius potentium. Et de Leuitis Semeia filius Hasub, filius Azaricam, filius Hasabia, filius Boni, & Sabathái, & Iozabed, super omnia opera quæ erant forinsecus in domo Dei à principibus Leuitarũ. Et Mathania filius Micha, filius Zebedei, filius Asaph princeps ad laudandum, & ad confitendũ in oratione, & Becbecia secundus de fratribus eius, & Abda filius Sammúa, filius Galal, filius Idithun, omnes Leuitæ in ciuitate sancta, ducẽti octogintaquatuor. Et ianitores, Accub, Telmon, & fratres eorũ, qui custodiebant ostia: centũ septuagintaduo. Et reliqui ex Israel sacerdotes & Leuitæ in vniuersis ciuitatibus Iuda, vnusquisq; in possessione sua. Et Nathinæi qui habitabant in Ophel, & Siha, & Gaspha de Nathinæis. Et episcopus Leuitarũ in Ierusalem, Azzi filius Bani, filius Hasabiæ, filius Mathaniæ, filius Michæ. De filijs Asaph, cantores in ministerio domus Dei. Præceptum quippe regis super eos erat, & ordo in cantoribus per dies singulos, & Phathahia filius Mesezebel de filijs Zara filij Iuda in manu regis, iuxta omne verbum populi, & in domibus per omnes regiones eorũ. De filijs Iuda habitauerunt in Cariatharbe & in filiabus eius, & in Dibon & in filiabus eius, & in Cabseel, & in viculis eius, & in Iesue, & in Molada, & in Bethphalet, & in Hasersual, & in Bersabee, & in filiabus eius, & in Siceleg, & in Mochona. & in filiabus eius, & in Remmõ, & in Saraa, & in Ierimuth, Zanóa, Odollam, & in villis earũ, Lachis & in regionibus eius, Azeca & in filiabus eius. Et manserunt in Bersabee vsq; ad vallem Ennom. Filij autem Beniamin, à Geba. Mechmas, & Hai, & Bethel, & filiabus eius: Anathoth, Nob, Anania, Asor, Rama, Gethaim, Hadid, Seboim, & Neballat, Lod, & Ono valle artificum, & de Leuiris portiones Iudæ & Beniamin.

S. SACERDOTVM *& Leuitarum nomina & officia, atq; custodum thesaurorum.* CAPVT XII.

HI sunt autem sacerdotes & Leuitæ qui ascenderunt cum Zorobabel filio Salathiel, & Iosue: Saraia, Ieremias, Esdras, Amaria, Melluch, Hattus, Sebenias, Rehum, Merimuth, Addo, Genthon, Abia, Miamin, Madia, Belga, Semeia, & Ioiarib, Idaia, Sellum, Amoc, Helcias, Idaia. Isti principes sacerdotum, & fratres eorum in diebus Iosue. Porrò Leuitæ, Iesua, Bennui, Cedmiel, Sarebia, Iuda, Mathanias, super hymnos ipse, & fratres eius: & Becbecia atq; Hanni, & fratres eorum vnusquisque in officio suo. Iosue autem genuit Ioacim, & Ioacim genuit Eliasib, & Eliasib genuit Ioiada, & Ioiada genuit Ionathan, & Ionathan genuit Ieddoa. In diebus autem Ioacim erant sacerdotes, & principes familiarum: Saraiæ, Maraia: Ieremiæ, Hanania: Esdræ, Mosollam: Amariæ, Iohanan: Melicho, Ionathan: Sebeneiæ, Ioseph: Harã, Edna: Maraioth, Helci: Adaiæ, Zacharia: Genthon, Mosollam: Abiæ, Zechri: Miamin & Moadiæ, Phelti: Belgæ, Sãmúa: Semaiæ, Ionathan: Ioiarib, Mathanai: Iodaiæ, Azzi: Sellai, Celai: Amoc, Heber: Helcię, Hasebia: Idaię, Nathanael, Lenitę in diebus Eliasib, & Ioiada, & Iohanan, & Ieddoa scripti principes familiarũ, & sacerdotes in regno Darij Persæ. Filij Leui principes familiarũ, scripti in libro verborũ dierũ, & vsq; ad dies Ionathã filij Eliasib. Et principes Leuitarum, Hasebia, Serebia, &

bia,& Iesue filius Cedmiel:& fratres eorum per vices suas,vt laudarent,& cõfiterentur iuxta præceptũ Dauid viri Dei,& obseruarent æquè per ordinem.Mathania,& Becbecia,Obedia,Mosollam, Telmon,Accub custodes portarum,& vestibulorũ ante portas.Hi in diebus Ioacim filij Iosue,filij Iosedec, & in diebus Nehemiæ ducis, & Esdræ sacerdotis scribæq;.In dedicatione autem muri Ierusalem requisierunt Leuitas de omnibus locis suis,vt adducerẽt eos in Ierusalem,& facerẽt dedicationem,& lætitiam in actione gratiarũ,& cantico,& in cymbalis,psalterijs,& citharis. Cõgregati sunt autem filij cantorũ, de cãpestribus circa Ierusalem, & de villis Netuphati, & de domo Galgal, & de regionibus Geba,& Azmaueth: quoniã villas ædificauerunt sibi cantores in circuitu Ierusalem. Et mundati sunt sacerdotes, & Leuitæ,& mundauerunt populum,& portas,& murũ. Ascendere autem feci principes Iuda super murũ, & statui duos magnos
C choros laudantium.Et ierunt ad dexteram super murum ad portam sterquilinij. Et iuit post eos Osaias ,& media pars principum Iudæ,& Azarias,Esdras,& Mosollam, Iuda, & Beniamin,& Semeia,& Ieremias. Et de filijs sacerdotum in tubis Zacharias filius Ionathan,filius Semeiæ, filius Mathaniæ,filius Michaiæ,filius Zechur,filius Asaph,& fratres eius Semeia & Azareel.Malalai, Galalai,Maai,Nathanael,& Iuda,& Hanani,in vasis cantici Dauid viri Dei, & Esdras scriba ante eos in porta fontis.Et contra eos ascenderunt in gradibus ciuitatis Dauid in ascensu muri super domum Dauid, & vsq; ad portam aquarum ad orientem. Et chorus secundus gratias referentium ibat ex aduerso,& ego post eum, & media pars populi super murum,& super turrim furnorum, & vsque ad murum latissimum, & super portam Ephráim, & super portam antiquam,& super portam piscium,& turrim Hananeel,& turrim Emath,& vsq; ad portam gregis:&
D steterunt in porta custodiæ.steteruntq; duo chori laudantiũ in domo Dei,& ego,& dimidia pars magistratuum mecum. Et sacerdotes Eliacim,Maasia, Miamin, Michéa, Elioenai, Zacharia,Hanania in tubis,& Maasia,& Semeia,& Eleazar, & Azzi,& Iohanan,& Melchia,& Aelam,& Ezer. Et clarè cecinerunt cantores,& Iezraia præpositus:& immolauerunt in die illa victimas magnas,& lætati sunt: Deus enim lætificauerat eos lætitia magna.Sed & vxores eorum & liberi gaudisi sunt,& audita est lætitia Ierusalem procul. Recensuerũt quoq; in die illa viros super gazophylacia thesauri ad libamina,& ad primitias,& ad decimas,vt introferrent per eos principes ciuitatis in decôre gratiarũ actiones,sacerdotes & Leuitas : quia lætificatus est Iuda in sacerdotibus ,& Leuitis astantibus.Et custodierunt obseruationem Dei sui,& obseruationem expiationis,& cantores,& ianitores iuxta præceptum Dauid,& Salomonis filij eius:quia in diebus Dauid & Asaph ab exordio erant principes constituti cantorũ in carmine laudantium,& confitentium Deo. Et omnis Israel in diebus Zorobabel,& in diebus Nehemiæ dabant partes cantoribus,& ianitoribus per dies singulos,& sanctificabãt Leuitas,& Leuitæ sanctificabant filios Aaron.

Recensentur custodes thesaurorũ.

S. LECTO Deuteronomio eijciuntur alienigenæ, partes Leuitis assignantur, & sabbathi uiolatores puniuntur.

CAPVT XIII.

A


Deut.23.a

N die autem illo lectum est in volumine Moysi audiente populo: & inuentũ est scriptum in eo, quòd nõ debeant introire Ammonites & Moabites in ecclesiam Dei,vsq; in æternum: eo quòd non occurrerint filijs Israel cum pane & aqua,& conduxerint aduersum eos Balaam ad maledicendum eis: & conuertit Deus noster maledictionem in benedictionem. Factum est autem,cum audissent legem,separauerunt omnem alienigenam ab Israel.Et super hoc erat Eliasib sacerdos qui fuerat præpositus in gazophylacio domus Dei nostri,& proximus Tobiæ. Fecit ergo sibi gazophylacium grande, & ibi erant ante eum reponentes munera,& thus, & vasa, & decimam frumenti,vini & olei, partes Leuitarum, & cantorum, & ianitorũ,& primitias sacerdotales. In omnibus autem his non fui in Ierusalem,quia anno triceſimosecũdo Artaxerxis regis Babylonis veni ad regem:& in fine dierũ rogaui regem. Et veni in Ierusalem,& intellexi malum quod fecerat Eliasib Tobiæ,vt faceret ei thesaurum in vestibulis domus Dei.
B Et malũ mihi visum est valde. Et proieci vasa domus Tobiæ foras de gazophylacio. Præcepiq;,& emundauerunt gazophylacium:& retuli ibi vasa domus Dei,sacrificium, & thus. Et cognoui quòd partes Leuitarum non fuissent datæ: & fugisset vnusquisq; in regionem suam de Leuitis, & cãtoribus, & de his qui ministrabant:& egi causam aduersum magistratus,& dixi, Quare dereliquimus domum Dei? Et congregaui eos:& feci stare in stationibus suis. Et omnis Iuda apportabat decimam frumenti,vini & olei in horrea. Et constituimus super horrea Selemiam sacerdotem, & Sadoc scribã, & Phadaiam de Leuitis, & iuxta eos Hanan filium Zachur, filium Mathaniæ:quoniã fideles comprobati sunt,& ipsis creditæ sunt partes fratrũ suorũ.Memento mei Deus meus pro hoc, & ne deleas miserationes meas quas feci in domo Dei mei,& in ceremonijs eius.In diebus illis vidi in Iuda calcãtes torcularia in sabbatho,portantes aceruos,& onerantes super asinos vinum,& vuas,& ficus,& omne onus: & inferentes in Ierusalem die sabbathi.Et cõtestatus sum vt in die qua venderet liceret,venderent.Et Tyrij habitauerũt in ea, inferentes
C pisces,& omnia venalia:& vendebant in sabbathis filijs Iuda & Ierusalem:& obiurgaui optimates Iuda,& dixi eis, Quæ est hæc res mala quã vos facitis, & prophanatis diem sabbathi?Nunquid nõ hæc fecerũt patres nostri,& adduxit Deus noster super nos omne malũ hoc,& super ciuitatem hanc?Et vos additis iracundiã super Israel violando sabbathũ.Factum est autem,cum quieuissent portæ Ierusalem in die sabbathi, dixi,& clauserunt ianuas,& præcepi vt nõ aperirent eas vsq; post sabbathum:& de pueris meis constitui super portas, vt nullus inferret onus in die sabbathi.Et mansерunt negotiatores,& vendẽtes vniuersa venalia foris Ierusalem semel & bis. Et contestatus sum eos,& dixi eis,Quare manetis ex aduerso muri?si secundò hoc feceritis,manum mittam in vos.Itaq; ex tempore illo non venerunt in sabbatho. Dixi quoq; Leuitis vt mundarentur, & venirent ad custodiendas portas, & sanctificãdam diem sabbathi:& pro hoc ergo memento mei Deus meus,& parce mihi secundum multitudinem miserationum tuarũ.Sed & in diebus illis vidi Iudæos ducẽtes vxores Azotidas,Ammonitidas,& Moabitidas. Et filij corũ ex
D media parte loquebantur Azoticè,& nesciebãt loqui Iudaicè,& loquebantur iuxta linguam populi & populi.Et obiurgaui eos,& maledixi.Et cecidi ex eis viros.& decaluaui eos, & adiuraui in Deo vt nõ darent filias suas filijs eorum,& non acciperent de filiabus eorum filijs suis, & sibimetipsis, dicẽs, Nunquid non in huiusce modi peccauit Salomon rex Israel? 3.Reg.b
& certe in gentibus multis non erat rex similis ei:& dilectus Deo suo erat,& posuit eum Deus regem super omnẽ Israel: & ipsum ergo duxerunt ad peccatum mulieres alienigenæ. 3.Reg.11.a
Nunquid & nos inobedientes faciemus omne malũ grande hoc,vt præuaricemur in Deo nostro,& ducamus vxores peregrinas?De filijs autem Ioiada filij Eliasib sacerdotis magni, gener erat Sanaballat Horonites, quem fugaui à me. Recordare Domine Deus meus aduersum eos qui polluunt sacerdotium,ius q; sacerdotale,& Leuiticum.Igitur mundaui eos ab omnibus alienigenis:& constitui ordines sacerdotum,& Leuitarum,vnumquenq; in ministerio suo: & in oblatione lignorum in temporibus constitutis,& in primitijs:memento mei Deus meus in bonum. Amen.

Nehemias reprehendit transgressores sabbathi.

FINIS.

Liber Esdræ Tertius, qui inter apocrypha ponitur.



S. GESTA Iosiæ, Iechoniæ, Ioachim, & Sedechiæ, regum Iuda, eorumq; & populi captiuitas, urbisq; subuersio.

CAPVT I.

A 4. Reg. 23 e 2. Par. 35 a

ET FECIT Iosias pascha in Ierosolymis Domino, & immolauit phase quartadecima luna primi mẽsis, statuẽs sacerdotes per vices dierum stolis amictos in tẽplo Domini: & dixit Leuitis sacris seruis Israel, vt sanctificarent se Domino in positione sanctæ arcæ Domini, in domo quã ædificauit Salomon filius Dauid rex. Nõ erit vobis tollere super humeros eam. Et nunc deseruite Domino vestro, & curã agite gentis illius Israel, ex parte secundum pagos & tribus vestras, secundũ scripturã Dauid regis Israel, & secundũ magnificentiã Salomonis filij eius, omnes in templo, & secundũ particulam principatus paternam vestram eorum, qui stant in conspectu fratrum filiorum Israel. Immolate pascha, & sacrificia parate fratribus vestris, & facite secundũ præceptum Domini, quod datum est Moysi. Et donauit Iosias in plebem quæ inuenta est, ouium, agnorum, & hœdorum & caprarum triginta millia, vitulos tria millia. B hæc de regalibus data sunt secundũ promissionem populo: & sacerdotibus in pascha, oues numero duo millia, ac vituli centũ. Et Iechonias, & Semeias, & Nathanael fratres, & Hasabias, & Oziel, & Coraba in Phase, oues quinq; millia, vitulos quingentos. Et hæc cum fierent eleganter, steterũt sacerdotes, & Leuitæ, habẽtes azyma per tribus. Et secundũ partes principatus patrũ, in conspectu populi offerebant Domino, secundum ea quæ in libro Moysi scripta sunt: & assauerunt phase igni, prout oportebat: & hostias coxerũt in emolis, & in ollis cum beneuolentia: & attulerunt omnibus qui erant ex plebe: & post hæc parauerunt sibi, & sacerdotibus. Sacerdotes enim offerebant adipes, vsq; dum finita esset hora: & Leuitæ parauerunt sibi, & fratribus suis filijs Aaron. Et sacri cantores filij Asaph erant per ordinẽ secundum præceptum Dauid, & Asaph, & Zacharias, & Ieddimus, qui erat à rege. Et ostiarij per singulas iunuas, ita vt non præuaricarentur vnusquisq; suam: fratres enim illorum parauerunt illis. Et C consummata sunt quæ pertinebant ad sacrificiũ Domini. In illa die egerunt phase, & offerebant hostias super Domini sacrificium, secundum præceptum regis Iosiæ. Et egerunt filij Israel, qui inuenti sunt in tempore illo, phase: & diem festum azymorũ per dies septem: & non est celebratũ phase tale in Israel, à tẽporibus Samuel prophetæ: & omnes reges Israel non celebrauerũt tale pascha, quale egit Iosias, & sacerdotes, & Leuitæ, & Iudæi, & omnis Israel, qui inuẽti sunt in commoratione Ierosolymis. Octauodecimo anno, regnãte Iosia, celebratũ est phase. Et directa sunt opera Iosiæ in conspectu Domini sui in corde pleno metuentia: & quæ circa illũ quidem conscripta sunt in pristinis tẽporibus de eis qui peccauerunt, quiq; irreligiosi fuerunt in Dominũ præ omni gẽte, & qui non quæsierunt verba Domini super Israel. Et post omnem actum hũc Iosiæ, ascendit Pharao rex Aegypti, veniens in Charcamis ab itinere super Euphratẽ, & exijt obuiam illi Iosias. Et misit rex Aegypti ad Iosiam, dicẽs, Quid mihi & tibi est rex Iudæ? Non sum missus à Domino vt pu- D gnem contra te: super Euphratẽ enim bellũ meum est, festinans descende. Et nõ est reuersus Iosias super currum: sed expugnare eum conabatur, non attendens verbũ prophetæ ex ore Domini: sed constituit ad eum bellum in campo Mageddo. Et descenderũt principes ad regem Iosiam. Et dixit rex pueris suis, Amouete me à prælio, infirmatus sum enim valde. Et statim amouerũt eum pueri ipsius de acie. Et ascendit super currum secundariũ suũ: & perueniens Ierosolymã, vita functus est, & sepultus est in paterno sepulchro. Et in tota Iudæa lugebant Iosiam: & qui præsidebant, cum vxoribus lamentabantur eum vsq; in hunc diem. Et datũ est hoc fieri semper in omne genus Israel. Hæc autem præscripta sunt in libro historiarũ regum Iudæ: & singula gesta actus Iosiæ, & eius gloria, & intellectus eius in lege Domini: quæq; gesta E sunt ab eo, & quæ nõ scripta sunt in libro regũ Israel, & Iudæ. Et assumentes, qui erant ex gente Iechoniam filiũ Iosiæ, constituerũt regem pro Iosia patre suo, cum esset annorum trigintatrium. Et regnauit super Israel mensibus tribus. Et amouit eũ rex Aegypti, ne regnaret in Ierosolymis: & mulctauit gentem argenti talenta centũ, & auri talentum vnum. Et constituit rex Aegypti Ioacim fratrem ipsius, regẽ Iudæ & Ierusalem: & alligauit magistratus Ioacim, & Zaracelem fratrem suum, & apprehendens reduxit in Aegyptum. Annorum erat Ioacim vigintiquinq;, cum regnare cœpisset in terra Iuda & Ierusalem: & fecit malũ in conspectu Domini. Post hunc autem ascendit Nabuchodonosor rex Babylonis, & alligans eum in æreo vinculo, perduxit in Babyloniam: & sacra vasa Domini accepit Nabuchodonosor, & tulit, & consecrauit in templo suo in Babylonia. Nam de immunditia illius, & irreligiositate scriptum est in libro temporũ regum. F Et regnauit Ioachin filius eius pro eo. Cum autem constitutus esset rex, erat annorum decem & octo. Regnauit autem menses tres, & dies decem in Ierusalem, & fecit malum in conspectu Domini: & post annum mittens Nabuchodonosor, transmigrauit eum in Babyloniam simul cũ sacris vasis Domini. Et constituit Sedeciam regem Iuda, & Ierusalem, cum esset annorum viginti vnius. Regnauit autem annis vndecim. Et fecit malum in conspectu Domini, & non est veritus à verbis quæ dicta sunt ab Ieremia propheta ex Hiere. 38 ore Domini, & adiuratus à rege Nabuchodonosor, periurãs discesit: & indurata ceruice sua, & corde suo, transgressus est legitima Domini Dei Israel. Et duces populi Domini multa inique gesserunt, & impiè egerunt super omnes immunditias gentium: & polluerunt templum Domini, quod sanctum erat in Ierosolymis. Et misit Deus patrum ipsorum per angelum suum reuocare eos, propter quod parceret illis, & tabernaculo suo. Ipsi verò subsannabant in an- G gelis suis: & qua die locutus est Dominus, erant illudentes prophetis eius. Qui vsque ad iracundiam concitatus est super gentem suam, propter irreligiositatem suam, & præcepit ascendere reges Chaldæorum. Hi occiderunt iuuenes eorum in gladio, in circuitu sancti templi eorum, & non pepercerunt iuueni, & seni, & virgini, & adolescenti: sed omnes traditi sunt in manus ipsorum, & omnia sacra vasa Domini,

Domini,& regales apothecas resumentes tulerunt in Babyloniam,& incenderunt domũ Domini,& demolierunt muros Ierusalem:& turres eius incenderunt igne,& consumma uerunt omnia honorifica eius, & ad nihilum redegerunt,& reliquos à gladio duxerunt in Babylonem. Et erant serui illius vsque dum regnarent Persæ in repletione verbi Domini in ore Ieremiæ, quousque benigne ageret terra sabbatha sua,omni tempore desertionis suæ sabbathizauit in applicatione annorum septuagintaseptem.

Hiere.25.c
& 29.c

S. CYRVS Iudæos in Babylone captiuos in terram suam remittit.

CAPVT II.

A REgnante Cyro rege Persarũ in consummatione verbi Domini in ore Ieremiæ, suscitauit Dominus spiritũ Cyri regis Persarũ, & prædicauit in toto regno suo simul per scripturã, dicens: Hæc dicit Cyrus rex Persarũ,Me constituit regem orbi terrarum Dominus Israel,Dominus excelsus,& significauit mihi ædificare domũ sibi in Ierusalẽ,quæ est in Iudæa. Si quis est ex genere vestro,dominus ipsius ascendat cum eo in Ierusalẽ. Quotquot ergo circa loca habitant,adiuuent eos qui sunt in loco ipso,in auro,& argento,in dationibus cum equis & iumentis,cumq; alijs quæ secundũ vota apponuntur in ædem Domini quæ est in Ierusalẽ.Et stantes principes tribuũ, pagorũ,& Iudææ ex tribu Beniamin,& sacerdotes,& Leuitæ, quos excitauit Dominus ascẽdere,& ædificare domum Domini,quæ est in Ierusalẽ,& qui erant in circuitu eorũ, adiuuerunt in omni auro & argẽto eius,& iumẽtis,& votis compluribus multi quorũ sensus excitatus est.Et Cyrus rex protulit vasa sacra Domini, quæ trãstulit Nabuchodonosor rex Babylonis ex Ierusalẽ,& consecrauit ea idôlo suo, & proferens ea Cyrus rex Persarũ, tradidit Mithridato, qui erat super thesauros ipsius.Per hunc autem tradita sunt Salmanasaro præsidi Iudææ.Horũ autẽ hic numerus:Libatoria argentea duo millia quadringenta,athiscæ argenteæ triginta:phialæ aureæ triginta,item argẽteæ,duo millia quadringentæ, & alia vasa mille.omnia autẽ vasa aurea & argentea, quinq; millia octingenta sexaginta.Et enumerata sunt Salmanasaro simul cũ his qui ex captiuitate Babyloniæ venerãt in Ierosolymã.In Artaxerxis autẽ regis Persarũ tẽporibus scripserũt ei de his qui inhabitabant in Iudæa & Ierusalẽ, Balsamus, & Mithridatus, & Sabellius, & Rathimus, Balthemus , Samelius scriba,& reliqui inhabitãtes in Samaria, & cæteris locis, subiectã epistolã regi Artaxerxi. DOMINE, pueri tui Rathimus ab accidentibus,& Sabellius scriba , & reliqui curiæ tuæ iudices in Cœlesyria & Phœnice.Et nunc notum sit domino regi quoniã Iudæi qui ascenderunt à vobis ad nos, venientes in Ierusalẽ ciuitatem refugam & pessimã, ædificant furnos eius,& statuunt muros,& templũ suscitant. Quòd si ciuitas ista,& muri cõsummati fuerint,non tantũ tributa nõ sustinebunt pendere,sed etiã regibus resistent.Et quia id agitur circa templũ, rectè haberi arbitrati sumus non despicere hoc ipsum:sed notũ facere domino regi, vt si videbitur, rex, quæratur in libris patrũ tuorũ, & inuenies in admonitionibus scripta de his,& scies quoniã ciuitas ista fuit refuga,& reges & ciuitates cõcutiens,& Iudæi refugæ,& prælia cõmittentes in ea ab æterno, ob quam causam ciuitas ista deserta est.Nunc ergo notũ facimus domine rex, quoniam si ciuitas hæc ædificata fuerit, & huius muri erecti fuerint, descensus tibi non erit in Cœlesyriam & Phœnicem.Tunc scripsit rex Rathimo, qui scribebat accidentia, & Balthemo, & Sabellio scribæ, & cæteris constitutis, & habitantibus in Syria, & Phœnice, ea quæ subiecta sunt. LEGI epistolã quã misistis mihi. Præcepi ergo inquiri, & inuentũ est quoniã ciuitas illa est ab æuo regibus resistẽs,& homines refugæ,& prælia in ea efficientes,& reges fortissimi erant in Ierusalem dominantes,& tributa exigentes à Cœlesyria & Phœnice.Nũc ergo præcepi prohibere homines illos ædificare ciuitatem, & prohibere nequid vltra hæc fiat:sed nec procedant in plurimum,ex quo sunt malitiæ, ita vt regibus molestia importetur. Tunc recitatis his quæ à rege Artaxerxe scripta fuerant,Rathimus,& Sabellius scriba,& qui cum his constituti erant iungentes festinanter venerunt in Ierusalem cum equitatu,& turba,& agmine:cœperuntq; ædificantes prohibere, & vacabant ab ædificatione templi in Ierusalem,vsq; secundo anno regni Darij regis Persarum.

1.Par.36.d
1.Esdr.1.a

1.Esdr.4.a

S. DARIO splendida cœna celebrata dormiẽte, tres corporis eius custodes problema mouerunt, num uinum, mulier, Rex, ueritas, præstent. CAPVT III.

A REx Darius fecit cœnam magnã omnibus vernaculis suis, & omnibus magistratibus Mediæ,& Persidis,& omnibus purpuratis, & prætoribus, & consulibus,& præfectis sub illo ab India vsq; Aethiopiam,centũ vigintiseptẽ prouincijs.Et cum manducassent & bibissent,& satiati reuerterentur, tunc Darius rex ascendit in cubiculo suo, & dormiuit, & expergefactus est. Tunc illi tres iuuenes corporis custodes, qui custodiebant
B corpus regis,dixerũt alter alteri, Dicamus vnusquisq; nostrũ sermonem qui præcellat,& cuiuscunq; apparuerit sermo sapientior alterius,dabit illi rex Darius dona magna, purpura cooperiri,& in auro bibere,& super aurũ dormire, & currũ aureo freno,& cydarim byssinã,& torquem circa collum: & secundo loco sedebit à Dario propter sapientiã suam, & cognatus Darij vocabitur. Tunc scribentes singuli suum verbũ signauerunt,& posuerunt subtus cerucal Darij regis, & dixerunt,Cumq; surrexerit rex, dabimus illi scripta nostra:& quodcunq; iudicauerit rex è tribus,& magistratus Persidis,
C quoniã verbum eius sapiẽtius est,ipsi dabitur victoria sicut scriptũ est.Vnus scripsit,Forte est vinũ, Alius scripsit, Fortior est rex. Tertius scripsit, Fortiores sunt mulieres, super omnia autẽ vincit veritas.Et cum surrexisset rex, acceperunt scripta sua,& dederũt illi,& legit. Et mittens vocauit omnes magistratus Persarũ,& Medos, & purpuratos,& prætores, & præfectos:& sederunt in cõcilio:& lecta sunt scripta corã ipsis.Et dixit,Vocate adolescentes,& ipsi indicabunt verba sua.Et vocati sunt,& introierunt. Et dixit illis, Indicate nobis de his quæ scripta sunt.Et cœpit prior,qui dixerat de for
D titudine vini,& dixit,Viri,quàm præualet vinũ omnibus hominibus qui bibunt illud?Seducit mentẽ.Itemq; regis & orphani facit mentem vanam. Item serui ac liberi, pauperis ac diuitis,& omnem mentem conuertit in securitatẽ, & iucunditatem, & non meminit omnem tristitiam, & debitum,& omnia præcordia facit honesta,& non meminit regẽ,nec magistratum,& omnia per talenta loqui facit. Et non meminerunt cum biberunt,amicitiam,nec fraternitatẽ: sed non multum pòst sumunt gladios: & cum à vino merserint, & surrexerint,non meminerunt quæ gesserunt.O viri,num præcellit vinum?quis sic cogitat facere?Et tacuit hoc dicto.

S. PALMAM obtinuit qui Veritatem præstare monstrauit.

CAPVT IIII.

A INchoauit sequẽs dicere,qui dixit de fortitudine regis. O viri,num præcellũt homines,qui terram & mare obtinent, & omnia quæ in eis sunt? Rex autem super omnia præcellit,& dominatur eorũ:& omne quodcũq; dixerit illis,faciũt. Et si miserit illos ad bellatores,vadũt,& demoliũt montes,& muros,& turres. Iugulãtur,& iugulant,& regis verbũ non prætereunt.nam si vicerint,afferunt regi omnia quæcũq; prædati fuerint. Similiter & alij omnes,& quotquot nõ militant,nec pugnant,sed colunt terrã:rursum cũ fuerint metẽtes, afferũt tributa regi: & ipse vnus solus si dixerit,occidite,occidũt:dixerit,remittite,remittũt:dixerit,percutite,percutiũt:dixerit,exterminate,

extermi-

exterminant:dixerit ædificate,ædificãt:dixerit excidite, excidunt:dixerit plantate,plantant: & omnis plebs, & virtutes eum obaudiunt,& ſuper hoc ipſe recumbit,& bibit, & dor-
B mit. Hi autem cuſtodiunt in circuitu eum,& nõ poſſunt ire ſinguli,& facere opera ſua,ſed in dicto obaudiẽtes ſunt ei. Viri,quomodo non præcellit rex,qui ſic diffamatur? Et tacuit. Tertius qui dixerat de mulieribus & veritate,hic eſt Zoroba bel,cœpit loqui. Viri,nõ magnus rex,& multi homines,nec vinum præcellit. Quis eſt ergo,qui dominatur eorũ? Nónne mulieres genuerũt regẽ,& omnem populũ, qui dominatur mari & terræ:& ex illis nati ſunt,& ipſæ educauerũt eos qui plantauerũt vineas,ex quibus vinum fit? Et ipſæ faciunt ſtolas omnium hominũ,& ipſæ faciunt gloriam hominibus,& non poſſunt homines ſeparari à mulieribus. Si congregauerint aurum & argentũ,& omnem rem ſpecioſam,& viderint mulierẽ vnam bono habitu,& bona ſpecie,omnia hæc relinquentes in eam intendunt,& aperto ore conſpiciunt, & eam alliciunt magis,quàm aurum & argentũ,& omnem rem pre-
C tioſam. Homo patrẽ ſuum relinquit,qui enutrijt illũ, & ſuã regionem,& ad mulierem ſe coniungit. Et cum muliere remittit animam:& neq; patrem meminit,neq; matrem neque regionẽ. Et hinc oportet vos ſcire,quoniam mulieres dominantur veſtri. Nónne doletis? Et accipit homo gladiũ ſuum, & vadit in viam facere furta,& homicidia,& mare nauigare, & flumina,& leonem videt,& in tenebris ingreditur:& cum furtũ fecerit,& fraudes,& rapinas,amabili ſuæ affert. Et iterum,diligit homo vxorem ſuam magis,quàm patrẽ aut matrem. Et multi demẽtes facti ſunt propter vxores ſuas:& ſerui facti ſunt propter illas,& multi perierunt & iugulati ſunt, & peccauerunt propter mulieres. Et nunc credite mihi,quia magnus eſt rex in poteſtate ſua:quoniã omnes regiones verentur tangere eum. Videbam tamen Apemen filiam Bezacis,mirifici concubinam regis ſedentẽ iuxta regem ad dexteram,& auferentẽ diadema de capite eius, & imponentẽ ſibi,
& palmis cædebat regẽ de ſiniſtra manu. Et ſuper hæc aper-
D to ore intuebatur eam:& ſi arriſerit ei, ridet. nam ſi indignata ei fuerit,blanditur,donec reconcilietur in gratiam. O viri, cur nõ ſunt fortiores mulieres? Magna eſt terra, & excelſum eſt cœlum:quis iſta agit? Et tunc rex,& purpurati intuebantur in alterutrum. Et inchoauit loqui de veritate. O viri,nónne fortes ſunt mulieres? Magna eſt terra,& excelſum eſt cœlum: & velox curſus ſolis conuertit in gyro cœlũ in locum ſuum in vna die. Nónne magnificus eſt,qui hæc facit? Et veritas magna,& fortior præ omnibus. Omnis terra veritatem inuocat,cœlum etiã ipſam benedicit,& omnia opera mouẽtur & tremunt eam,& non eſt cum ea quicquam iniquũ. Vinum iniquũ,iniquus rex, iniquæ mulieres, iniqui omnes filij hominũ,& iniqua illorum omnia opera,& non eſt in ipſis
E veritas,& in ſua iniquitate peribũt:& veritas manet, & inualeſcit in æternũ,& viuit,& obtinet in ſecula ſeculorũ. Nec eſt apud eam accipere perſonas,neq; differentias: ſed quæ iuſta ſunt facit omnibus,iniuſtis ac malignis,& omnes benignantur in operibus eius. Et non eſt in iudicio eius iniquum, ſed fortitudo,& regnũ,& poteſtas,& maieſtas omniũ æuorum. Benedictus Deus veritatis. Et deſijt loquẽdo. Et omnes populi clamauerũt,& dixerũt, Magna eſt Veritas,& prævalet. Tunc rex ait illi, Pete,ſi quid vis amplius,quàm quæ ſcripta ſunt,& dabo tibi,ſecundũ quod inuentus es ſapiẽtior proximis,& proximus mihi ſedebis,& cognatus meus vocaberis. Tunc ait regi, Memor eſto voti tui, quod vouiſti, ædificare Ieruſalẽ,in die qua regnũ accepiſti: & omnia vaſa quæ accepta ſunt ex Ieruſalẽ,remittere,quæ ſeparauit Cyrus,quando mactauit Babyloniã,& voluit remittere ea ibi. Et tu vouiſti ædificare templũ,quod incenderũt Idumæi, quando exterminata eſt Iudæa à Chaldæis. Et nunc hoc eſt quod poſtulo domine,& quod peto,hoc eſt maieſtas quod à te poſtulo,vt
F facias votũ quod vouiſti regi cœli ex ore tuo. Tunc ſurgens Darius rex,oſculatus eſt illum:& ſcripſit epiſtolã ad omnes diſpẽſatores,& præfectos,& purpuratos,vt deducerẽt eũ,& eos qui cũ illo erant,omnes aſcendentes ædificare Ieruſalem. Et omnibus præfectis qui erãt in Syria,& Phœnice,& Libano ſcripſit epiſtolas,vt traherẽt ligna cedrina à Libano in Ieruſalem,vt ædificarent cũ eis ciuitatẽ. Et ſcripſit omnibus Iudæis qui aſcendebãt à regno in Iudæã pro libertate, omnem potentẽ,& magiſtratum,& præfectũ non ſuperuenire adianuas ipſorũ,& omnem regionẽ quã obtinuerant immunem eſſe eis,& Idumæi relinquant caſtella quæ obtinẽt Iudæorũ, & inſtructurã templi dare per ſingulos annos talẽta viginti, vſq; dum perædificaretur: & ſuper ſacrariũ holocauſtomata vſtulare quotidie,ſicut habent præceptũ, alia talenta decem offerre per ſingulos annos, & omnibus qui procedunt à Ba-
G bylonia cõdere ciuitatẽ: vt eſſet libertas tam ipſis quàm filijs eorũ,& omnibus ſacerdotibus qui præcedunt. Scripſit autẽ & quantitatẽ,& ſacram ſtolã iuſsit dari in qua deſeruirent.& Leuitis ſcripſit dare præcepta,vſq; in diẽ qua conſummabitur domus,& Ieruſalẽ extruetur: & omnibus cuſtodiẽtibus ciuitatẽ,ſcripſit dari ei ſortes & ſtipendia. Et dimiſit omnia vaſa quæcũq; ſeparauerat Cyrus à Babylonia,& omnia quæcunq; dixit Cyrus,& ipſe præcepit fieri,& mitti Ieruſalẽ. Et cum proceſsiſſet ille adoleſcens,eleuãs faciem in Ieruſalem, benedixit regẽ cœli,& dixit, Abs te eſt victoria,& abs te eſt ſapiẽtia& claritas. Et ego ſeruus tuus ſum. Benedictus es,qui dediſti mihi ſapientiam, & tibi cõfitebor Domine Deus patrum noſtrorũ. Et accepit epiſtolas,& profectus eſt in Babyloniam. Et venit,& nuntiauit fratribus ſuis omnibus qui fuerunt in Babylonia:& benedixerũt Deum patrũ ſuorũ, quoniam dedit illis remiſsionẽ & refrigeriũ,vt aſcẽderent & ædificarent Ieruſalẽ, & templũ vbi nominatũ eſt nomen eius in ipſo,& exultauerunt cum muſicis, & lætitia diebus ſeptem.

5. REDEVNTES *à Babylonica captiuitate in Ieruſalem & Iudam.* CAPVT V.

A POſt hæc autẽ electi ſunt,vt aſcẽderent principes pagorũ per domos,& tribus ſuas,& vxores illorum,& filij & filiæ eorũ,& ſerui & ancillæ ipſorum,& pecora eorũ. Et Darius rex miſit vnà cũ eis equites mille,donec deducerẽt eos in Ieruſalem cũ pace, & cũ muſicis,& cũ tympanis & tibijs:& omnes fratres erant ludentes,& fecit eos aſcẽdere ſimul cum eis. Et hæc ſunt nomina virorũ,qui aſcenderunt per pagos ſuos in tribus, & in partẽ principatus ipſorũ. Sacerdotes: Filij Phinees, filij Aaron, Ieſus filius Joſedec, Ioacim filius Zorobabel filij Salathiel de domo Dauid,ex progenie Phares,de tribu Iuda,qui locutus eſt ſub Dario rege Perſarũ ſermones mirificos in ſecundo anno regni ipſius,menſe Niſan primo. Sunt autem hi, qui aſcenderunt ex Iudæa de captiuitate tranſmigrationis, quos trãſmigrauit Nabuchodonoſor rex Babyloniæ in Babylonẽ,& reuerſus eſt in Ieruſalẽ. Et requiſiuit partẽ Iudææ vnuſquiſq; in ciuitatem ſuam, qui venerũt cũ Zorobabel & Ieſu, Nehemias,Areores, Elimeo, Emmanio, Mardocheo, Beelſuro,Mechpſatochor, Olioro, Emonia vnus de principibus eorũ. Et numerus à gẽtilibus eorũ,ex præpoſitis eorũ filij Phares, duo millia centũ ſeptuagintaduo: filij Ares, tria millia centũ quinquagintaſeptẽ: filij Phemo, centũ quadra-
B gintaduo:in filijs Ieſu & Ioabes,mille trecentiduo: filij Demu,duo millia quadringẽti ſeptuaginta:filij Choraba,ducenti quinq;:filij Banica,centũ ſexagintaocto:filij Bebech, quadringẽti tres:filij Archad,quadringẽti vigintiſeptẽ:filij Chã, trigintaſeptẽ:filij Zoroar,duo millia ſexagintaſeptẽ:filij Adinu,quadringẽti ſexagintavnus:filij Aderecis,centũocto: filij Ciaſo & Zelas,centumſeptem:filij Azoroc,quadringenti trigintanouem:filij Iedarbone, centũ trigintaduo:filij Ananiæ centum triginta:filij Aſoni,nonaginta:filij Marſar,quadringenti vigintiduo: filij Zabarus, nonagintaquinque: filij

Sepole

1. Eſdr. 2.

Sepolemon, centum vigintitres: filij Nepopas, quinquaginta quinq;: filij Hechanatus, centũ quinquagintaocto: filij Cebethamus centum trigintaduo: filij Crearpatros, qui Enocdies, & Modiæ, quadringenti vigintitres: qui ex Gramas & Gabea, centũ vigintivnus: qui ex Besselon, & Ceagge, sexagintaquinq;: qui ex Bastaro, centum vigintiduo. Qui ex Bechenobes, quinquagintaquinq;: filij Liptis, cētũ quinquagintaquinq;: filij Labonni, trecēti quinquagintaseptē: filij Sichē, trecenti septuaginta: filij Suadon, & Cliomus, trecēti septuagintaocto: filij Ericus, duo millia centũ quadragintaquinq;:
C filij Anaas, trecenti septuaginta. Sacerdotes: Filij Ieddus, filij Euther, filij Eliasib, trecēti septuagintaduo: filij Emerus, ducenti quinquagintaduo: filij Phasuri: trecenti quinquagintaseptem: filij Caree, ducenti viginti septē. Leuitæ: Filij Iesu in Cadulhel, & Bamis, & Serebias, & Edias, septuagintaquatuor, omnis numerus à duodecimo anno, triginta millia quadringenti sexagintaduo. Filij, & filiæ, & vxores, omnis cōputatio, quadraginta millia ducēti quadragintaduo. Filij sacerdotum, qui psallebāt in tēplo: filij Asaph, centũ vigintiocto. Ostiarij verò: filij Esmenni, filij Azer, filij Amon, filij Accuba, Topa filij Tobi, omnes centum trigintanouem. Sacerdotes seruientes in templo: filij Sel, filij Gaspha, filij Tobloch, filij Cariæ, filij Su, filij Hellu, filij Labana, filij Armacha, filij Accub, filij Vtha, filij Cetha, filij Aggab, filij Obai, filij Anani, filij Canna, filij Geddu, filij An, filij Radin, filij Desanon, filij Nachoba, filij Caseba, filij Gaze, filij Ozui, filij Sinone, filij Attre, filij Hastem, filij Asiana, filij Manei, filij Nasisim, filij Accusu, filij Agista, filij Azui, filij Fauon, filij Phasalon, filij Meedda, filij Phusa, filij Caree, filij Barcus, filij Saree, filij Coesi, filij Nasith, filij Agisti, filij Pedon. Salomon filij eius filij Asophot, filij Phazida, filij Celi, filij Dedon, filij Gaddahel, filij Sephegi, filij Aggia, filij Sachareth, filij Sabathen, filij Caroneth, filij Malsith, filij Amæ, filij Sasus, filij
D Addus, filij Suba, filij Eura, filij Rabotis, filij Phasphat, filij Malmon. omnes sacro seruientes, & pueri Salomonis, quadringēti octogintaduo. Hi sunt filij qui ascenderunt à Thelmela Thelarsa: principes eorũ, Carmellã, & Careth: & non poterāt edicere ciuitates suas, & progenies suas, quemadmodum sint ex Israel. Filij Dalari, filij Tubal, filij Nechodaici, ex sacerdotibus, qui fungebātur sacerdotio: & nō sunt inuēti filij Obia, filij Achisos, filij Addin, qui accepit vxorem ex filiabus Phargeleu: & vocati sunt nomine eius, & horũ quæsita est generis scripta in pædatura, & nō est inuēta, & prohibiti sunt sacerdotio fungi. Et dixit illis Nehemias, & Astharas, Ne participentur sancta, donec exurgat pontifex doctus in ostensionē, & veritatem. Omnis autē Israel erat, exceptis seruis, & ancillis, quadragintaduo millia trecenti quadraginta. Serui horũ, & ancillæ: septē millia trecenti trigintaseptē. Cantores, & cātatrices: ducēti sexagintaquinq;. Cameli: quadringēti trigintaquinq;. Equi septē millia trigintasex. Muli: ducenta millia quadragintaquinq;. Subiugalia: quinq; millia vigintiquinq;. Et de præpositis ipsis per pagos, dum venirent in templũ Dei, quod erat in Ierusalē, innouare, & suscitare templũ in loco suo, secundũ suã virtutē: & dari in templum thesaurum operũ sacrum auri mnas duodecim millia, & mnas argenti quinq; millia, & stolas sacerdotales centum.
E Et habitauerunt sacerdotes, & Leuitæ, & qui exierāt de plebe in Ierusalem, & in regione, & sacri cantores, & ostiarij, & 1.Esdr.3.c omnis Israel in regionibus suis. Instante autē septimo mense, cumq; essent filij Israel vnusquisq; in suis rebus, conuenerunt vnanimes in atrium, quod erat ante ianuam orientalem. Et stātes Iesus filius Iosedec, & fratres eius sacerdotes, & Zorobabel filius Salathiel, & huius fratres, parauerunt altare, vt offerrent super illud holocaustomata, secundum quod in libro Moysi hominis Dei scripta sunt. Et conuenerunt ibi ex alijs nationibus terræ, & erexerunt sacrarium in loco suo omnes gentes terræ, & offerebāt hostias, & holocauromata Domino matutina. Et egerunt scenopegiam, & diem solennem, sicut præceptum est in lege: & sacrificia quotidie, sicut oportebat: & post hæc oblationes institutas, & hostias sabbathorum, & neomeniarum, & dierum solenniũ omnium sanctificatorum. Et quotquot vouebant Domino à neomenia
F septimi mensis, cœperunt hostias offerre Deo, & templum Domini nondum erat ædificatum. Et dederunt pecuniã lapidarijs & fabris, & potum, & pabula cum gaudio. Et dederunt carra Sidonijs & Tyrijs, vt transucherent illis de Libano trabes cedrinas, & facerent rates in Ioppe portu, secundũ decretum quod scriptum erat eis à Cyro rege Persarum. Et in secundo anno venientes in templum Dei in Ierusalem, mense secundo inchoauit Zorobabel filius Salathiel, & Iosue filius Iosedech, & fratres ipsorũ, & sacerdotes, & Leuitę, & omnes qui venerant de captiuitate in Ierusalē: & fundauerunt templũ Dei nouilunio secundi mensis secundi anni, cũ venissent in Iudæam & Ierusalē. Et statuerunt Leuitas à viginti annis, super opera Domini: & stetit Iesus & filius eius, & fratres, omnes Leuitæ conspirātes, & executores legis, facientes opera in domo Domini. Et steterunt sacerdotes habentes stolas cũ tubis: & Leuitæ filij Asaph, habētes cymbala collaudantes Dominũ, & benedicētes secundũ Dauid regem Israel. Et cantabant canticũ Domino, quoniã dulcedo eius, & honor in secula super omnem Israel. Et omnis populus tuba cecinerunt, & proclamauerunt voce magna, collau-
G dantes Dominũ in susciatione domus Domini. Et venerunt ex sacerdotibus, & Leuitis, & præsidentibus secundũ pagos senioribus, qui viderāt pristinam domum: & ad huius ædificationem cum clamore & planctu magno, & multi cum tubis & gaudio magno: intantum vt populus non audiret tubas propter planctum populi. Turba enim erat tubis canens magnificè, ita vt longe audiretur. Et audierunt inimici tribus 1.Esdr.4.c
Iudæ, & Bēiamin, & venerūt scire quæ esset vox tubarũ. Et cognouerunt. Quoniam qui erant ex captiuitate ædificant templum Domino Deo Israel. Et accedētes ad Zorobabel, & Iesum præpositos pagorum, dixerunt eis, Aedificabimus vnà vobiscum: similiter enim audiuimus Dominũ vestrum, & ipsi pariter incedimus à diebus Asbazareth regis Assyriorum, qui transmigrauit nos huc. Et dixit illis Zorobabel, & Iesus, & principes pagorum Israel, Non est nobis & vobis ædificare domum Dei nostri. nos enim soli ædificabimus Domino Israel secundum ea quæ præcepit nobis Cyrus rex Persarum. Gentes autem terræ incumbentes his qui sunt in Iudæa, & leuantes opus ædificationis, & insidias, & populos adducentes, prohibebant eos ædificare, & aggressuras exercentes impedierunt, ne consummaretur ædificiũ omni tempore vitæ Cyri regis, & protraxerunt structuram per biennium vsq; ad Darii regnum.

S. IVDAE I *annuente Dario templum Dei extruunt in Ierusalem.*

CAPVT VI.

A IN secundo autem anno regni Darii, prophetauit 1.Esdr.5.c
Aggæus, & Zacharias filius Addin prophetæ apud Iudæam & Ierusalē in nomine Dei Israel super eos. Tũc stans Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedec, inchoauerūt ædificare domũ Domini, quæ est in Ierusalē: cum adessent eis prophetæ Domini, & adiuuarēt eos. In ipso tēpore venit ad illos Sisennes subregulus Syrię, & Phœnicis, & Satrabuzanes, & sodales eius, & dixerunt eis, Quo præcipiente vobis domum hanc ædificatis, & tectũ istud, & alia omnia perficitis? Et qui sunt structores qui hæc ædificant? Et habuerunt gratiam visitatione facta super eos, qui erāt ex captiuitate à Domino seniores Iudęorum, & nō sunt impediti ædificare, donec significaretur Dario de omnibus istis, & responsum acciperetur. Exemplum epistolæ quam miserunt Dario. SISENNES subregulus Syriæ, & Phœnicis, & Satrabuzanes, & sodales eius in Syria

Syria & Phœnice præſides, regi Dario ſalutẽ. Omnia nota ſint domino regi, quòd cum veniſſemus in regionẽ Iudææ, & introiſſemus in Ieruſalẽ, inuenimus ædificantes domum Dei magnam:& templum ex lapidibus politis,& magnis & pretioſis materijs in parietibus,& opera illa inſtanter fieri, & ſuffragare,& proſperare in manibus eorũ,& in omni gloria quàm diligẽtiſsime perfici. Tunc interrogauimus ſeniores,dicentes, Quo permittente vobis ædificatis domũ iſtam, & opera hæc fundatis? Ideo autẽ interrogauimus eos, vt notum faceremus tibi: homines & præpoſitos, & nominũ ſcripturam præpoſitorũ poſtulauimus illos. At illi reſponderũt nobis,dicẽtes, Nos ſumus ſerui Domini, qui fecit cœlum & terram,& ædificabatur hæc domus ante annos iſtos multos à rege Iſrael magno & fortiſsimo,& cõſummata eſt. Et quoniam patres noſtri exacerbantes erant,& peccauerũt in Deũ Iſrael, tradidit eos in manus Nabuchodonoſor regis Babyloniæ,regis Chaldæorũ,& domum iſtam demoliẽtes incenderunt,& populum captiuũ duxerunt in Babylonẽ. In primo anno regnãte Cyro rege Babyloniæ, ſcripſit Cyrus rex domum hanc ædificare: & illa ſacra vaſa aurea,& argentea quæ extulerat Nabuchodonoſor de domo quæ eſt in Ieruſalem,& conſecrauerat ea in ſuo tẽplo, rurſus protulit ea Cyrus rex de tẽplo quod erat in Babylonia, & tradita ſunt Zorobabel,& Salmanaſaro ſubregulo,& præceptum eſt eis: vt offerrent hæc vaſa,& reponerẽt in tẽplo, quod erat in Ieruſalem,& ipſum templũ Dei ædificare in loco ſuo. Tunc Salmanaſarus ſubiecit fundamenta domus Domini, quæ eſt in Ieruſalem:& exinde vſq; nunc ædificatur,& nõ accepit conſummationẽ. Nunc ergo ſi iudicatur à te ô rex, perquiratur in regalibus bibliothecis Cyri regis,quæ ſunt in Babylonia: & ſi inuentum fuerit conſilio Cyri regis cœptam eſſe ſtructuram domus Domini,quæ eſt in Ieruſalem,& iudicabitur 3.Eſdræ 4 à domino rege noſtro,ſcribat de his nobis. Tunc Darius rex præcepit inquiri in bibliothecis, & inuentus eſt in Ecbathanis oppido,quod eſt in media regione locus vnus,in quo ſcripta erant iſtã, ANNO PRIMO regnãte Cyro rex Cyrus præcepit domum Domini quæ eſt in Ieruſalẽ ædificare,vbi incendebant igni aſsiduo, cuius altitudo ſit cubitorum decem,& latitudo cubitorũ ſexaginta, quadratũ lapidibus politis tribus,& meniano ligneo eiuſdem regionis,& meniano vno nouo,& impendia dari de domo Cyri regis: & ſacra vaſa domus Domini tam aurea quàm argẽtea,quæ extulit Nabuchodonoſor in domum Domini, quæ eſt in Ieruſalẽ, vbi erant poſita,vt ponãtur illic:& præcepit curam agere Siſennem ſubregulũ Syriæ,& Phœnicis,& Satrabuzanem,& ſodales eius, & qui ordinati erant in Syria & Phœnice præſides,vt abſtinerent ſe ab eodem loco. Et ego quoq; præcepi in totum ædificare:& proſpexi, vt adiuuent eos qui ſunt ex captiuitate Iudæorũ,donec conſummetur templũ ædis Domini:& à vexatione tributorũ Cœleſyriæ & Phœnicis, diligenter quantitatẽ dari his hominibus ad ſacrificiũ Domini, Zorobabel præfecto,ad tauros,& arietes,& agnos,ſimiliter autem & frumentũ, & ſal,& vinũ,& oleum inſtanter per ſingulos annos:prout ſacerdotes qui ſunt in Ieruſalẽ, dictauerunt conſumi quotidie ſine vlla dilatione,vt offerantur libationes ſummo Deo pro rege & pueris eius, & orent pro ipſorum vita: & denuntietur, vt quicunque tranſgreſsi fuerint aliquid ex his quæ ſcripta ſunt,aut ſpreuerint,accipiatur lignum de ſuis proprijs,& ſuſpendantur,& bona ipſorũ regi aſcribantur. Propterea & Dominus, cuius nomẽ inuocatum eſt ibi,exterminet omnem regem & gentẽ,qui manum ſuam extenderit prohibere,aut male tractare domũ Domini illam quæ eſt in Ieruſalem. Ego Darius rex decreui quàm diligentiſsimè ſecundum hæc fieri.

S. DOMVS *Domini extructa dedicatur, & conſecratur, in eaq; feſtum azymorum celebratur.* CAPVT VII.

VNc Siſennes ſubregulus Cœleſyriæ & Phœnicis & Satrabuzanes,& ſodales obſecuti his quæ à Dario rege erant decreta, inſiſtebant ſacroſanctis operibus diligentiſsime,cooperãtes cum ſenioribus Iudæorum principibus Syriæ, & proſperata ſunt ſacroſancta opera,prophetãtibus Aggæo & Zacharia prophetis. Et conſummauerũt omnia per præceptum Domini Dei Iſrael,& ex conſilio Cyri,& Darij,& Artaxerxis regis Perſarum. Et conſummata eſt domus noſtra vſq; ad tertiam & viceſimam diem menſis Adar,ſexto anno Darij regis. Et fecerũt filij Iſrael,& ſacerdotes,& Leuitæ, & cæteri qui erãt ex captiuitate,qui appoſiti ſunt ſecundũ ea quæ ſcripta ſunt in libro Moyſi. Et obtulerunt in dedicationẽ templi Domini,tauros centum,arietes ducentos,agnos quadringentos, & hœdos pro peccatis vniuerſi Iſrael duodecim, ſecundũ numerum tribuũ Iſrael. Et ſteterũt ſacerdotes,& Leuitæ amicti ſtolis per tribus ſuper omnia opera Domini Dei Iſrael ſecundũ librũ Moyſi, & oſtiarij per ſingulas ianuas. Et egerunt filij Iſrael cum his qui erant ex captiuitate illud Phaſe quartadecima luna menſis primi,quando ſanctificati ſunt ſacerdotes & Leuitæ. Omnes filij captiuitatis non ſunt ſimul ſanctificati,quia Leuitę omnes ſimul ſanctificati ſunt. Et immolauerunt phaſe vniuerſi filij captiuitatis,& fratribus ſuis ſacerdotibus,& ſibimetipſis. Et manducauerunt filij Iſrael, qui erant ex captiuitate omnes qui remanſerant ab omnibus execrationibus gentiũ terræ quærentes Dominũ,& celebrauerunt diem feſtũ azymorũ ſeptem diebus epulantes in conſpectu Domini,quoniã cõuertit conſiliũ regis Aſſyriorũ in eos,confortare manus eorum ad opera Domini Dei Iſrael. 1.Eſdr.6.

S. ESDRAS *à Dario Ieroſolymam mittitur cum ſocijs qui populum ad pœnitentiam commouet.* CAPVT VIII.

POſt hunc regnãte Artaxerxe Perſarum rege acceſsit Eſdras filius Azariæ,filij Helciæ,filij Solome, filij Sadoc, filij Achitob, filij Ameri, filij Azahel,filij Bocci,filij Abiſue,filij Phinees,filij Eleazari,filij Aaron primi ſacerdotis: hic Eſdras aſcendit de Babylonia,cũ eſſet ſcriba, & ingenioſus in lege Moyſi, quæ data eſt à Domino Deo Iſrael docere & facere. Et dedit ei rex gloriam quòd inueniſſet gratiã in omni dignitate & deſyderio in conſpectu eius. Et aſcenderunt ſimul cum ipſo ex filijs Iſrael, & ſacerdotibus,& Leuitis,& ſacris cantoribus tẽpli,& oſtiarijs,& ſeruis templi in Ieruſalẽ. Anno ſeptimo regnante Artaxerxe in quinto mẽſe,hic annus ſeptimus eſt regni,exeuntes de Babylonia nouilunio quinti mẽſis, venerunt Ieroſolymam iuxta præceptum illius ſecundũ proſperitatẽ itineris à domino ipſorũ datam eis. In his enim Eſdras magnam diſciplinã obtinebat,ne prætermitteret quicquam eorum,quæ eſſent ex lege Domini & præceptis: & docẽdo vniuerſum Iſrael,omnem iuſtitiam & iudicium. Accedentes autem,qui ſcribebant ſcripta Artaxerxis regis, tradiderunt ſcriptum quod obuenerat ab Artaxerxe rege ad Eſdram ſacerdotem,& lectorẽ legis Domini,cuius exemplũ ſubiectũ eſt. REX Artaxerxes Eſdræ ſacerdoti & lectori legis Domini ſalutẽ. Humanior ego iudicãs in beneficijs præcepi eis qui deſyderant ex gente Iudæorũ ſua ſpõte,& ex ſacerdotibus,& Leuitis,qui ſunt in regno meo,comitari tecum in Ieruſalem. Si qui ergo cupiunt ire tecum, cõueniant, & proficiſcantur ſicut placuit mihi,& ſeptem amicis meis conſiliarijs,vt viſitent ea quæ aguntur ſecundũ Iudæam & Ieruſalẽ, obſeruãtes ſicut habes in lege Domini,& ferãt munera Domino Deo Iſrael,quæ voui ego & amici Ieruſalem: & omne aurum & argentũ,quod inuentum fuerit in regione Babyloniæ Domino in Ieruſalem cũ illo, quod eſt donatũ pro ipſa gente in templo Domini eorũ quod eſt in Ieruſalem:vt colligatur hoc aurum & argentũ ad tauros,& arietes, & agnos, & hœdos,& quæ his ſunt congruẽtia,vt offerãt hoſtias Domino 1.Eſdr.7

mino super altare Domini ipsorum, quod est in Ierusalem. Et omnia quæcunq; volueris cum fratribus tuis facere auro & argento, perfice pro voluntate tua secundũ præceptũ Domini Dei tui: & sacrosancta vasa, quæ data sunt tibi ad opera domus Domini Dei tui, quæ est in Ierusalem: & cætera quæcunq; tibi subuenerint ad opera templi Dei tui, dabis de regali gazophylacio: cum volueris cum fratribus tuis facere auro & argento, perfice secundum voluntatem Domini. Et ego quidẽ rex Artaxerxes præcepi custodibus thesaurorum Syriæ & Phœnicis, vt quæcunq; scripserit Esdras sacerdos, & lector legis Domini, diligenter detur ei vsq; ad argenti talenta centũ, similiter & auri: & vsq; ad frumenti modios centum, & vini amphoras centũ, & alia quæcunq; abundant sine taxatione. Omnia secundum legem Dei fiant Deo altissimo, ne fortè exurgat ira in regno regis, & filij, & filiorũ eius. Vobis autem dicitur, vt omnibus sacerdotibus, & Leuitis, & sacris cantoribus, & seruis templi, & scribis templi huius nullum tributum, neque vlla alia indictio irrogetur, nec habeat
C quisquam potestatem obijcere eis quicquam. Tu autẽ Esdra secundum sapientiam Dei cõstitue iudices, & arbitros in tota Syria & Phœnice: & omnes qui legem Dei tui non nouerunt, doce: vt quotquot transgressi fuerint legem, diligenter plectantur siue morte, siue cruciatu, siue etiam pecuniæ multatione, vel abductione. Et dixit Esdras scriba, Benedictus Deus patrum nostrorum, qui dedit hanc voluntatem in cor regis, clarificare domũ suam quæ est in Ierusalem, & me honorificauit in conspectu regis, & consiliariorum, & amicorum, & purpuratorum eius: & ego cõstans animo factus sum secundum opitulationem Domini Dei mei, & congregaui
1. Esdr. 8 a ex Israel viros, vt simul ascenderent mecum. Et hi sunt præpositi secundum suas patrias, & principatus portionales eorum qui mecum ascenderũt de Babylonia in regno Artaxerxis. Et ex filijs Phares, Gersomus: ex filijs Siemarith, Amenus: filiorum Dauid, Acchus filius Sceciliæ: ex filijs Phares, Zacharias, & cum eo reuersi sunt viri centum quinquaginta: ex filijs ductoris Moabilionis Zaraei, & cum ipso viri ducenti quinquaginta: ex filijs Zachues, Iechonias Zechoeli, & cũ ipso viri ducenti quinquaginta: ex filijs Sala, Maasias Gotholiæ, & cũ ipso viri septuaginta: ex filijs Saphatiæ, Zarias Micheli, & cum ipso viri octoginta: ex filijs Iob, Abdias Ieheli, & cum ipso viri ducenti duodecim: ex filijs Baniæ, Salimoth, filius Iosaphiæ, & cum ipso viri centum sexaginta: ex filijs Beer, Zacharias Behei, & cum ipso viri ducentiocto: ex filijs Ezead, Iohannes Eccetan, & cum ipso viri centum decem: ex filijs Adonicam ipsis postremis, & hæc sunt nomina eorum, Eliphalam, filius Gebel, & Semeias, & cum ipso viri septuaginta. Et congregaui eos ad fluuium qui dicitur Thia, & metati fuimus illic triduo, & recognoui eos. Et ex filijs sacerdotum & Leuitarum non inueni illic. Et misi ad Eleazarum, & Eccelon, & Masman, & Maloban, & Enaathan, & Samea, & Ioribum, Nathan, Enuagan, Zachariam, & Mosolamũ ipsos ductores & peritos: & dixi eis vt venirent ad Loddeum, qui erat apud locũ gazophylacij. Et mandaui eis vt dicerent Loddeo & fratribus eius, & illis qui erãt in gazophylacio, vt mitterent nobis eos qui sacerdotio fungerentur in domo Domini Dei nostri. & adduxerunt nobis secundum manum validam Domini Dei nostri viros peritos: ex filijs Moholi, filij Leui, filij Israel, Sebebian, & filios & fratres, qui erant decem & octo: Asbiam & Amin ex filijs filiorum Chananæi, & filij eorum viri viginti. Et ex his qui templo seruiebant, quos dedit Dauid, & ipsi principes ad operationem Leuitis templo seruientium ducenti viginti. Omnia nomina significata sunt in scripturis. Et voui illic ieiuniũ iuuenibus in cõspectu Dei, vt quærerem ab eo bonum iter nobis, & qui nobiscum erant, & filijs, & pecoribus propter insidias. Erubui enim petere à rege pedites & equites in comitatu, tutelæ gratia contra aduersarios nostros. Diximus enim regi, quoniam virtus Domini erit cum eis qui inquirunt eum in omni affectu. Et iterum deprecati sumus Dominum Deum nostrum secundum hæc: quem & propitium habuimus, & compotes facti sumus Deo nostro. Et separaui ex plebis præpositis, & sacerdotibus templi viros duodecim, & Sedebian, & Asannam, & cum eis ex fratribus eorum viros decem, & appendi eis aurum, & argentum, & vasa sacerdotalia domus Dei nostri, quæ donauerat rex, & cõsiliarij eius, & principes, & omnis Israel. Et cum appendissem, tradidi argenti talenta centum quinquaginta, & vasa argentea talentorum centum, & auri talenta centum, & vasorum aureorum septies viginti, & vasa ærea de bono æramento splendentia, duodecim, auri speciem reddentia: & dixi eis, Et vos sancti estis Domino, & vasa sunt sancta, &
E aurum, & argentum votum est Domino Deo patrum nostrorum. Vigilate, & custodite, donec tradatis ex plebis præpositis, & sacerdotibus, & Leuitis, & principibus ciuitatum Israel in Ierusalem, in pastophorio domus Dei nostri. Et hi qui susceperũt sacerdotes & Leuitæ aurum & argentũ & vasa, intulerunt in Ierusalem in templũ Domini. Et promouimus à fluuio Thia, die duodecima mensis primi, vsquequo introiuimus in Ierusalem. Et cum factus fuisset tertius dies, quarta autẽ die ponderatũ aurum, & argentũ traditum est in domo Domini Dei nostri Marimoth filio Iori sacerdoti: & cum ipso erat Eleazar filius Phinees: & erant cum ipsis Iosadus filius Iesu, & Medias, & Banni filius Leuitæ ad numerũ, & ad pondus vniuersa. Et scriptũ est pondus ipsorum eadem hora. Qui autem venerunt ex captiuitate, obtulerunt sacrificium Domino Deo Israel, tauros duodecim pro omni Israel, arietes octogintasex, agnos septuaginta duos, hircos pro peccato duodecim, & pro salute vaccas duodecim, omnia in sacrificium Domini. Et relegerunt præcepta regis regalibus dispẽsatoribus, & subregulis Cœlesyriæ, & Phœnicis: & honorificauerunt gentem, & templum Domini. Et consumma- 1. Esdr. 9 a
tis his, accesserunt ad me præpositi, dicentes, Non segregauerunt genus Israel, & principes, & sacerdotes, & Leuitæ, & alienigenæ gentes, & nationes terræ immunditias suas à Chananæis & Hethæis & Pherezæis & Iebusæis & Moabitis & Aegyptijs & Idumæis. coniuncti enim sunt filiabus eorum & ipsi, & filij eorũ: & mistum est semen sanctum alienigenis
F gentibus terræ, & participes erant præpositi, & magistratus iniquitatis eius ab initio ipsius regni. Et mox vt audiui ista, conscidi vestimenta, & sacram tunicam: & lacerans capillos capitis, & barbã, sedi dolens & mœstus. Et conuenerunt quotquot tunc mouebãtur in verbo Domini Dei Israel ad me lugentem super iniquitatem istam, & sedebam tristis vsq; ad sacrificiũ vespertinũ. Et consurgens à ieiunio, conscissa habens vestimenta, & sacram tunicã, ingeniculans, & extendens manus ad Dominũ, dicebam, Domine confusus sum, & reueritus sum ante faciem tuam. Peccata enim nostra multiplicata sunt super capita nostra, & iniquitates nostræ exaltatæ sunt vsq; ad cœlũ, quoniam à temporibus patrũ nostrorũ sumus in magno peccato vsq; ad diem hunc. Et propter peccata nostra, & patrum nostrorũ sumus traditi cum fratribus nostris, & cum sacerdotibus nostris regibus terræ in gladiũ & captiuitatem, & deprædationem cum confusione vsq; in hodiernum diem. Et nunc quantũ est hoc quod contigit nobis misericordia abs te Domine Deus, & relinque nobis radicem, & nomen in locum sanctificationis tuæ, detegere luminare nostrum in domo Domini Dei nostri, dare nobis cibũ in omni
G tempore seruitutis nostræ. Et cũ seruiremus, non fuimus derelicti à Domino Deo nostro: sed constituit nos in gratia, ponens nobis reges Persarum dare cibum, & clarificare templũ Domini Dei nostri, & ædificare deserta Sion, dare nobis stabilitatem in Iudæa & Ierusalem. Et nunc quid dicimus Domine habentes hæc? Transgressi enim sumus præcepta tua, quæ dedisti in manus puerorum tuorum prophetarũ, dicens, Quoniam terra, in quã introistis possidere hæreditatem eius,

terra polluta est coinquinationibus alienigenarum terræ, & immunditiæ illorum repleuerunt eam totam immũditia sua. Et nunc filias vestras non cõiungetis filijs eorum, & filias eorum non accipietis filijs vestris, & non inquiretis pacem habere cũ illis omni tempore, vt inualescentes manducetis optima terræ, & hæreditatẽ distribuatis filijs vestris vsq; in æuum. Et quæ contingunt nobis, omnia fiunt propter opera nostra maligna, & magna peccata nostra. Et dedisti nobis talem radicem, & rursum reuersi sumus transgredi legitima tua, vti commisceremur immũditiæ alienigenarũ gentium terræ huius. Nónne irascêris nobis perdere nos, quoad vsq; non relinquatur radix, & nomen nostrum? Domine Deus Israel verax es. Derelicta est enim radix vsq; in hodiernum diem. Ecce, nunc sumus in cõspectu tuo in iniquitatibus nostris. Non est
1.Esdr.10 a enim adhuc stare ante te in his. Et cum adorãdo confiteretur Esdras flens, humi prostratus ante templum, congregati sunt ante eum ex Ierusalem turba magna valde, viri & mulieres & iuuenes & iuuenculæ. Fletus enim erat magnus in ipsa multitudine. Et cum clamasset, Iechonias Iehel ex filijs Israel, dixit Esdræ, Nos in Dominũ peccauimus, quòd collocauimus nobis in matrimonium mulieres alienigenas ex gentibus terræ. Et nunc es super omnem Israel. In his ergo sit iusiurãdum à Domino expellere omnes vxores nostras, quæ ex alienigenis sunt, cum filijs earum. Sicut tibi decretum est à maioribus secundum legem Domini exurgens explica. Ad te enim spectat negotiũ, & nos tecum sumus, viriliter fac. Et exurgẽs Esdras adiurauit principes sacerdotum, & Leuitas, & omnem Israel facere secundum hæc, & iurauerunt.

S. ISRAELITAE *iubentur uxores alienigenas cum filijs repudiare & abijcere.* CAPVT IX.

A 1.Esdr.10 a ET exurgens Esdras ab ante atriũ templi, abijt in pastophoriũ Ionathæ filij Nasabi, & hospitatus illic non gustauit panem, nec aquam bibit super iniquitatem multitudinis. Et facta est prædicatio in omni Iudæa, & in Ierusalem omnibus qui erant ex captiuitate in Ierusalem congregati, vt quicunq; nõ occurrerit biduo vel triduo diei secundum iudiciũ assidentium seniorum, tollerentur facultates suæ, & ipse alienus iudicaretur à multitudine captiuitatis. Et cõgregati sunt omnes qui erant ex tribu Iuda, & Beniamin in tribus diebus in Ierusalem. hic mensis est nonus, dies mensis vicesimus. Et sedit omnis multitudo in area templi trementes propter hyemẽ præsentem. Et exurgens Esdras dixit illis, Vos iniquè fecistis collocantes vobis in matrimoniũ vxores alienigenas, vt adderetis ad peccata Israel. Et nunc date confessionem, & magnificentiam Domino Deo patrum nostrorum: & perficite voluntatem ipsius,
B & discedite à gentibus terræ, & ab vxoribus alienigenis. Et clamauit omnis multitudo, & dixerunt voce magna, Sicut dixisti, faciemus. Sed quoniã multitudo magna est, & tempus hybernum, & non possumus insubsidiati stare: & hoc opus non est nobis vnius diei, neq; bidui, multum enim in his peccauimus: stent præpositi multitudinis, & omnes qui nobiscũ inhabitant, & quotquot habent vxores apud se alienigenas, & assistant accepto tempore ex omni loco presbyteri, & iudices, vsquequo soluãt iram Domini negotij huius. Ionathas autem filius Ezeli, & Ozias Thecam susceperunt secundum hæc: & Bosoramus, & Leuis, & Sabbathæus simul cooperati sunt cum illis. Et steterunt secundum hæc omnia vniuersi qui erant ex captiuitate. Et elegit sibi viros Esdras sacerdos principes magnos de patribus eorum secundum nomina: & consederunt nouilunio mensis decimi examinare negotiũ istud.
C Et determinatum est de viris, qui habebant vxores alienigenas, & vsq; ad neomeniã primi mensis, & inuenti sunt ex sacerdotibus permisti, qui habebant alienigenas vxores. Ex filijs Iesu filij Iosedec, & fratribus eius: Maseas, & Eliozerus, & Ioribus, & Ioadeus, & iniecerunt manus vt expellerent vxores suas: & ad litandũ in exorationem arietem pro ignorantia sua, & ex filijs Semmeri: Maseas & Esses & Ieelech, Azarias. & ex filijs Fosere: Limosias, Hismaenis, & Nathanee, Iusio, Reddus, & Talsas. & ex Leuitis, Iorabdus, & Semeis, & Colnis, & Calitas, & Facteas, & Coluas, & Elionas, & ex sacris cantoribus: Eliasib, Zaccarus. & ex ostiarijs: Salumus, & Tolbanes. & ex Israel: ex filijs Foro, Ozi, & Remias
D & Geddias & Melchias & Michelus, Eleazarus & Iemmebias & Bannas. & ex filijs Iolamam: Chamas & Zacharias & Iezrelus & Iodius & Erimoth & Helias. & ex filijs Zathoim: Eliadas & Liasumus, Zochias & Larimoth & Zabdis & Tebedias. & ex filijs Zebes: Iohannes, & Amanias & Zabdias & Emens. & ex filijs Banni: Olamus & Maluchus & Ieddeus & Iasub & Asabus & Ierimoth. & ex filijs Addin: Naathus & Moosias & Caleus & Raanas, Maaseas, Mathathias & Beseel & Bonnus & Manasses. & ex filijs Nuae: Noneas & Afeas & Melchias & Sameas & Simon, Beniamin & Malchus & Marras. & ex filijs Asom: Carianeus, Mathathias & Bãnus & Eliphalach & Manasses & Semei. & ex filijs Bãni: Ieremias & Moadias & Abramus & Iohel & Baneas & Pelias & Ionas & Marimoth & Eliasib, & Mathaneus & E-
E liasis, & Orizas & Dielus, & Semedius & Zambris & Iosephus. & ex filijs Nobei: Idelus & Mathathias & Sabadus & Zecheda, Sedmi & Iessei, Baneas. omnes isti coniunxerunt sibi vxores alienigenas, & dimiserunt eas cum filijs. Et inhabitauerunt sacerdotes, & Leuitæ: & qui erant ex Israel in Ierusalem, & in tota vna regione nouilunio mensis septimi. Et erant filij Israel in commorationibus suis. Et congregata est omnis multitudo simul in aream, quæ est ab oriẽte portæ sacræ: & dixerunt Esdræ pontifici, & lectori, vt afferret legem Moysi, quæ tradita est à Domino Deo Israel. Et attulit Esdras pontifex legem omni multitudini eorum à viro vsq; ad mulierem, & omnibus sacerdotibus audire legem nouilunio mensis septimi. Et legebat in area, quæ est ante sacram portã templi, à prima luce vsq; ad vesperam coram viris, & mulieribus. Et dederunt omnes sensum ad legem. Et stetit Esdras sa-
F cerdos, & lector legis super ligneum tribunal, quod fabricatũ erat. Et steterũt ad eum Mathathias, & Samus: Ananias, Azarias, Vrias, Ezechias, & Balsamus ad dexteram: & ad sinistrã Faldeus, Misael, Malachias, Abusthas, Sabus, Nabadias, & Zacharias. Et assumpsit Esdras librum coram omni multitudine: præsidebat enim in gloria in conspectu omniũ. Et cum absoluisset legem, omnes erecti steterũt: & benedixit Esdras Dominum Deum altissimum, Deum Sabaoth omnipotentem. Et respondit omnis populus, Amen. Et eleuatis sursum manibus procidentes in terram, adorauerunt Dominũ: Iesus & Banaeus & Sarebias & Iaddimus & Accubus & Sabbathæus & Calithes & Azarias & Iordanus & Ananias & Philias Leuitæ, qui docebant legem Domini, & in multitudine legebant legem Domini, & præferebant singuli eos, qui in-
G telligebant lectionem. Et dixit Atharathes Esdræ pontifici, & lectori, & Leuitis, qui docebant multitudinem, dicẽs, Dies hic sanctus est Domino. Et omnes flebant, cum audissent legem. Et dixit Esdras, Digressi ergo manducate pinguissima quæque, & bibite dulcissima quæque, & mittite munera his qui non habent. Sanctus enim est hic dies Domini, & nolite mœsti esse. Dominus enim clarificabit vos. Et Leuitæ denuntiabant in publico omnibus, dicẽtes: Dies hic sanctus est, nolite mœsti esse. Et abierunt omnes manducare, & bibere, & epulari, & dare munera his qui non habebant, vt epularentur. Magnificè enim sunt exaltati verbis quibus edocti sunt. Et congregati sunt vniuersi in Ierusalem celebrare lætitiam, secundum testamentum Domini Dei Israel.

FINIS.

Liber Eſdræ quartus, qui inter apocrypha ponitur.

S. MITTITVR *Eſdras à Deo multa ingratis Iudæis exprobraturus exhibita beneficia.* CAPVT I.

A 

LIBER Eſdræ prophetæ ſecũdus, filij Sarei, filij Azarei, filij Helciæ, filij Sadaniæ, filij Sadoch, filij Achitob, filij Achiæ, filij Phinees, filij Heli, filij Ameriæ, filij Aſiei, filij Marimoth, filij Arna, filij Oziæ, filij Borith, filij Abiſei, filij Phinees, filij Eleazar, filij Aarõ ex tribu Leui, qui fuit captiuus in regione Medorũ, in regno Artaxerxis regis Perſarũ. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens, Vade, & nuntia populo meo facinora ipſorum, & filijs eorũ iniquitates, quas in me admiſerũt, vt nuntient filijs filiorum, quia peccata parentum ipſorum in illis creuerunt. Obliti enim mei ſacrificauerũt dijs alienis. Nónne ego eduxi eos de terra Aegypti de domo ſeruitutis? Ipſi autem irritauerunt me, & conſilia mea ſpreuerunt. Tu autem excute comã capitis tui, & proijce omnia mala ſuper illos: quoniã non obedierunt legi meæ. Populus autem eſt indiſciplinatus. Vſquequo eos ſuſtinebo, quibus tanta beneficia cõtuli? Reges mul-
B tos propter eos ſubuerti. Pharaonem cũ pueris ſuis, & omnẽ exercitũ eius percuſsi. Omnes gentes à facie eorum perdidi, & in oriente prouinciarum duarum populos Tyri & Sidonis diſsipaui, & omnes aduerſarios eorum interfeci. Tu verò loquere ad eos, dicẽs, Hæc dicit Dominus: Nempe ego vos per mare tranſmeaui, & platéas vobis initio munitas exhibui: ducem vobis dedi Moyſen, & Aaron ſacerdotem: lucem vobis per columnam ignis præſtiti, & magna mirabilia feci in vobis: vos autem mei obliti eſtis, dicit Dominus. Hæc dicit Dominus omnipotens: Coturnix vobis in ſigno fuit, caſtra vobis ad tutelam dedi, & illic murmuraſtis: & non triumphaſtis in nomine meo de perditione inimicorũ veſtrorũ, ſed adhuc nunc vſq; murmuraſtis. Vbi ſunt beneficia, quæ præſtiti vobis? Nónne in deſerto cum eſuriretis, proclamaſtis ad me, dicentes, Vt quid nos in deſertũ iſtud adduxiſti interficere nos? melius nobis fuerat ſeruire Aegyptijs, quàm mori in deſerto hoc. Ego dolui gemitus veſtros, & dedi vobis mãna in eſcam.
C Panem angelorũ manducaſtis. Nónne cum ſitiretis, petram excidi, & fluxerunt aquæ in ſaturitate? Propter æſtus folijs arborum vos texi. Diuiſi vobis terras pingues: Chananæos, & Pherezæos, & Philiſthæos à facie veſtra proieci: quid faciam vobis adhuc, dicit Dominus? Hæc dicit Dominus omnipotens: In deſerto cum eſſetis in flumine Amorrhæo ſitientes, & blaſphemantes nomen meum, non ignem vobis pro blaſphemijs dedi, ſed mittens lignum in aquam, dulce feci flumen. Quid tibi faciam Iacob? Noluiſti obedire Iuda. Transferam me ad alias gentes, & dabo eis nomen meum, vt cuſtodiant legitima mea. Quoniã me dereliquiſtis, & ego vos derelinquam. Petentibus vobis à me miſericordiam, non miſerebor. Quando inuocabitis me, ego nõ exaudiam vos. Maculaſtis enim manus veſtras ſanguine, & pedes veſtri impigri ſunt ad committenda homicidia. Non quaſi me dereliquiſtis, ſed voſipſos, dicit Dominus. Hæc dicit Dominus omnipotens: Nónne ego vos rogaui, vt pater filios, & vt mater filias, & vt nutrix paruulos ſuos, vt eſſetis mihi in populum, & ego vobis in Deum: & vos mihi in filios, & ego vobis in patrem? Ita vos collegi, vt gallina pullos ſuos ſub alas ſuas. Modo au-
D tem quid faciam vobis? Proijciã vos à facie mea. Oblationem cum mihi attuleritis, auertã faciem meam à vobis. Dies enim feſtos veſtros, & neomenias & circunciſiones repudiaui. Ego miſi pueros meos prophetas ad vos, quos acceptos interfeciſtis, & laniaſtis corpora eorum, quorũ ſanguinem exquiram, dicit Dominus. Hæc dicit Dominus omnipotẽs: Domus veſtra deſerta eſt. Proijciam vos ſicut ventus ſtipulam, & filij procreationem non facient: quoniam mandatũ meum neglexerunt, & quod malum eſt corã me fecerunt. Tradam domos veſtras populo venienti, qui me non audientes credunt: quibus ſigna non oſtendi, facient quæ præcepi. Prophetas non viderunt, & memorabuntur iniquitatum eorum. Teſtor populi venientis gratiam, cuius paruuli exultãt cum lætitia, me non videntes oculis carnalibus, ſed ſpiritu credẽtes quæ dixi. Et nunc frater aſpice, quæ gloria: & vide populũ venientem ab oriente, quibus dabo ducatum Abraham, Iſaac, & Iacob, & Oſee, & Amos, & Micheæ, & Ioel, & Abdiæ, & Ionæ, & Naum, & Habacuc, Sophoniæ, Aggæi, Zachariæ, & Malachiæ, qui & angelus Domini vocatus eſt.

S. SYNAGOGA *ſub figura matris auocatur à malo ad bonum.* CAPVT II.

A

HAec dicit Dominus: Ego eduxi populum iſtũ de ſeruitute, quibus mandata dedi per pueros meos prophetas, quos audire noluerunt, ſed irrita fecerunt mea conſilia. Mater quæ eos generauit, dicit illis: Ite filij, quia ego vidua ſum & derelicta. Educaui vos cũ lætitia, & amiſi vos cum luctu & triſtitia, quoniam peccaſtis coram Domino Deo veſtro, & quod malũ eſt coram eo feciſtis. Modo autem quid faciam vobis? Ego vidua ſum, & derelicta: ite filij, & petite à Domino miſericordiã. Ego autem te pater teſtem inuoco ſuper matrem filiorum, qui noluerũt teſtamentum meũ ſeruare, vt des eis confuſionem, & matrem eorum in direptionem, ne generatio eorum fiat. Diſpergãtur in gentes nomina eorum, deleantur à terra: quoniam ſpreuerunt ſacramentum meum. Væ tibi Aſſur, qui abſcondis iniquos penes te. Gens mala, memorare quid fecerim Sodomæ & Gomorrhæ, quorum terra iacet in piceis glebis & aggeribus cinerum. ſic dabo eos, qui me non audierunt, dicit Dominus omnipotẽs. Hæc dicit Dominus ad Eſdram, Nuntia populo meo, quoniam dabo eis regnum Ieruſalem, quod daturus eram Iſrael. Et ſumam mihi gloriam illorum, & dabo eis tabernacula æterna, quæ præparaueram illis. Lignũ vitæ erit illis in odore vnguenti, & nõ laborabunt, neq; fatigabuntur,
B Ite, & accipietis. Rogate vobis dies paucos, vt immorentur. Iam paratũ eſt vobis regnũ: vigilate. Teſtare cœlũ & terram. Contriui enim malum, & creaui bonum, quia viuo ego, dicit Dominus. Mater amplectere filios tuos, educa illos cũ lætitia. Sicut columba confirma pedes eorum: quoniam te elegi, dicit Dominus. Et reſuſcitabo mortuos de locis ſuis, & de monumentis educam illos, quoniam cognoui nomen meum in Iſrael. Noli timere mater filiorum, quoniam te elegi, dicit Dominus. Mittam tibi adiutoriũ pueros meos Iſaiam & Ieremiam, ad quorum conſilium ſanctificaui, & paraui tibi arbores duodecim grauatas varijs fructibus, & totidem fontes fluentes lac & mel: & montes immenſos ſeptem, habẽtes roſam & lilium, in quibus gaudio implebo filios tuos. Viduam iuſtifica, pupillo iudica, egenti da, orphanum tuere, nudum veſti, confractum & debilem cura, claudum irridere noli, tutare mancum, & cæcum ad viſionem claritatis meæ admitte. Senem & iuuenem intra muros tuos ſerua: mortuos vbi inueneris ſignans commenda ſepulchro, & dabo tibi primam ſeſsionem in reſurrectione mea. Pauſa & quieſce populus meus, quia veniet requies tua. Nutrix bona nutri filios tuos, confirma pedes eorum. Seruos quos tibi dedi, nemo ex eis interiet. ego enim eos requiram de numero tuo. Noli fatigari. Cum enim venerit dies preſſuræ & anguſtiæ, alij plorabũt,

& triſtes erũt: tu autem hilaris, & copioſa eris. Zelabunt gentes, & nil aduerſus te poterunt, dicit Dominus. Manus meæ tegent te, ne filij tui gehennam videant. Iucundare mater cum filijs tuis, quia ego te eripiam, dicit Dominus. Filios tuos dormientes memorare, quoniam ego eos educã de lateribus terræ, & miſericordiam cum illis faciam: quoniã miſericors ſum, dicit Dominus omnipotens. Amplectere natos tuos vſquedum venio, & præſtem illis miſericordiam: quoniam exuberant fontes mei, & gratia mea non deficiet. Ego Eſdras præceptum accepi à Domino in monte Oreb, vt irem ad Iſrael: ad quos cum venirem, reprobauerunt me, & reſpuerunt mandatũ Domini. Ideoq; vobis dico gentes, quæ auditis & intelligitis: Expectate paſtorem veſtrum, requiem æternitatis dabit vobis: quoniam in proximo eſt ille, qui in fine ſeculi aduenier. Parati eſtote ad præmia regni, quia lux perpetua lucebit vobis per æternitatem temporis. Fugite vmbram ſeculi huius: accipite iucunditatem gloriæ veſtræ. Ego teſtor palàm ſaluatorem meum. Commendatum donum accipite, & iucundamini, gratias agentes ei, qui vos ad cœleſtia regna vocauit.

D Surgite, & ſtate, & videte numerum ſignatorum in conuiuio Domini. Qui ſe de vmbra ſeculi tranſtulerunt, ſplendidas tunicas à Domino acceperunt. Recipe Sion numerum tuum, & conclude candidatos tuos, qui legem Domini compleuerũt. Filiorum tuorũ quos optabas plenus eſt numerus. Roga imperium Domini, vt ſanctificetur populus tuus, qui vocatus eſt ab initio. Ego Eſdras vidi in mõte Sion turbam magnam, quam numerare non potui, & omnes canticis collaudabant Dominum. Et in medio eorũ erat iuuenis ſtatura celſus, eminentior omnibus illis, & ſingulis eorum capitibus imponebat coronas, & magis exaltabatur. Ego autem miraculo tenebar. Tunc interrogaui angelum, & dixi, Qui ſunt hi Domine? Qui reſpondens, dixit mihi, Hi ſunt, qui mortalem tunicam depoſuerunt, & immortalẽ ſumpſerunt, & confeſsi ſunt nomen Dei. Modo coronantur, & accipiunt palmas. Et dixi angelo, Ille iuuenis quis eſt, qui eis coronas imponit, & palmas in manus tradit? Et reſpondens dixit mihi, Ipſe eſt filius Dei, quem in ſeculo confeſsi ſunt: ego autem magnificare eos cœpi, qui fortiter pro nomine Domini ſteterunt. Tunc dixit mihi angelus, Vade, annuntia populo meo, qualia & quanta mirabilia Domini Dei vidiſti.

S. IN *omnibus poſteris Adæ, & maxime in infidelibus malitia dominatur.* CAPVT III.

A ANno triceſimo ruinæ ciuitatis eram in Babylone, & conturbatus ſum ſuper cubiculo meo recumbens, & cogitationes meæ aſcendebant ſuper cor meum: quoniam vidi deſertionem Sion, & abundantiam eorũ qui habitabant in Babylone. & ventilatus eſt ſpiritus meus valde, & cœpi loqui ad altiſsimũ verba timorata, & dixi, O dominator Domine, tu dixiſti ab initio, quando plantaſti terram, & hoc ſolus, & imperaſti populo, & dediſti Adam corpus mortuum: ſed & ipſum figmentum manuum tuarũ erat, & inſufflaſti in eum ſpiritum vitæ, & factus eſt viuens coram te, & induxiſti eum in paradiſo, quem plantauerat dextera tua antequam terra aduentaret. Et huic mandaſti diligere viam tuam, & præteriuit eam, & ſtatim inſtituiſti in eo mortẽ, & in nationibus eius, & natæ ſunt gentes, & tribus, & populi, & cognationes quarum non eſt numerus. Et ambulauit vnaquæq; gens in voluntate ſua, & mira agebant coram te, & ſpernebant præcepta tua. Iterum autem in tempore induxiſti diluuium ſuper inhabitantes ſeculum, & perdidiſti eos. Et factum eſt in vnoquoq; eorũ, ſicut Adæ mori, ſic his diluuium. Dereliquiſti autem vnum ex his Noe cum domo ſua, & ex eo iuſti omnes. Et factum eſt, cũ cœpiſſent multiplicari, qui habitabant ſuper terrã, & multiplicauerunt filios, & populos, & gentes multas: & cœperunt iteratò impietatem facere plus quàm priores. Et factum eſt, cum iniquitatem facerent coram te, elegiſti tibi virum ex his cui nomen erat Abraham. Et dilexiſti eum, & demonſtraſti ei ſoli voluntatẽ tuam: & diſpoſuiſti ei teſtamentũ æternũ, & dixiſti ei vt non vnquam derelinqueres ſemen eius. Et dediſti ei Iſaac, & Iſaac dediſti Iacob & Eſau. Et ſegregaſti tibi Iacob, Eſau autem ſeparaſti. Et factus eſt Iacob in multitudine magna. Et factum eſt, cũ educeres ſemen eius ex Aegypto, addu

C xiſti ſuper montẽ Sina. Et inclinaſti cœlos, & ſtatuiſti terrã, & commouiſti orbẽ, & tremere feciſti abyſſos, & cõturbaſti ſeculum, & tranſijt gloria tua portas quatuor ignis & terræmotus, & ſpiritus & gelu, vt dares ſemini Iacob legẽ, & genere rationi Iſrael diligentiã. Et non abſtuliſti ab eis cor malignũ, vt faceret lex tua in eis fructum. Cor enim malignũ baiulans primus Adam tranſgreſſus & victus eſt, ſed & omnes qui de eo nati ſunt. Et facta eſt permanẽs infirmitas, & lex cũ corde populi, cum malignitate radicis, & diſceſsit quod bonum eſt, & manſit malignum. Et tranſierũt tempora, & finiti ſunt anni: & ſuſcitaſti tibi ſeruũ nomine Dauid, & dixiſti ei ædificare ciuitatem nominis tui, & offerre tibi in eadẽ thus & oblationes. Et factũ eſt hoc annis multis, & dereliquerunt qui habitabant ciuitatem, in omnibus facientes ſicut fecit Adam & omnes generationes eius, vtebantur enim & ipſi corde maligno. Et tradi diſti ciuitatẽ tuam in manibus inimicorũ tuorũ.

D Nunquid meliora faciunt, qui habitant Babylonem? Et propter hoc dominabitur Sion. Factum eſt, cũ veniſſem huc, & vidiſſem impietates, quarũ non eſt numerus: & delinquentes multos vidit anima mea hoc triceſimo anno, & exceſsit cor meum: quoniam vidi quomodo ſuſtines eos peccantes, & pepercíſti impiè agentibus, & perdiſti populũ tuum, & conſeruaſti inimicos tuos, & nõ ſignificaſti. Nihil memini quomodo debeat derelinqui via hæc. Nũquid meliora facit Babylon, quàm Sion? aut alia gens cognouit te præter Iſrael? Aut quæ tribus crediderunt teſtamẽtis tuis, ſicut Iacob? Quarum merces nõ comparuit, neq; labor fructificauit. Pertranſiens enim pertranſiui in gentibus, & vidi abundantes eas, & nõ memorantes mandatorũ tuorum. Nunc ergo pondera in ſtatêra noſtras iniquitates, & eorũ qui habitant in ſeculo: & nõ inuenietur nomen tuum, niſi in Iſrael. Aut quando non peccauerunt in conſpectu tuo, qui habitant terram? aut quæ gens ſic obſeruauit mandata tua? Hos quidem per nomina inuenies ſeruaſſe mandata tua, gentes autem non inuenies.

S. RETRVDITVR *ſuperbia curioſi ſcrutatoris uarijs adductis ſimilitudinibus.* CAPVT IIII.

A ET reſpondit ad me angelus, qui miſſus eſt ad me, cui nomen Vriel, & dixit mihi, Excedẽs exceſsit cor tuum in ſeculo hoc, & comprehendere cogitas viam altiſsimi. Et dixi, Ita Domine meus. Et reſpondit mihi, & dixit, Tres vias miſſus ſum oſtendere tibi, & tres ſimilitudines proponere corã te: de quibus mihi ſi renuntiaueris vnã ex his, & ego tibi demonſtrabo viam quam deſyderas videre, & docebo te vnde ſit cor malignũ. Et dixi, Loquere Domine meus. Et dixit ad me, Vade, pondera mihi ignis pondus, aut menſura mihi flatum venti, aut reuoca mihi diem quæ præterijt. Et reſpondi, & dixi, Quis natorũ poterit facere, vt me interroges de his? Et dixit ad me, Si eſſem interrogans te, dicens, Quantæ habitationes ſunt in corde maris, aut quantæ venæ ſunt in principio abyſsi, aut quantæ venæ ſunt ſuper firmamentum, aut qui ſunt exitus paradiſi: diceres mihi fortaſsis, In abyſſum non deſcendi, neq; in infernum adhuc, neq; in cœlũ vnquam aſcendi. nunc autẽ non interrogaui te, niſi de igne, & vento, & die, per quam tranſiſti, & à quibus ſeparari non potes: & nõ reſpondiſti mihi de eis. Et dixit mihi, Tu quæ tua ſunt, tecũ coadoleſcentia, nõ potes cognoſcere: & quomodo poterit vas tuum capere altiſsimi viam, & iam exterius corrupto ſeculo, intelligere corruptionem euidentem in facie mea? Et dixi illi, Melius erat nos non eſſe,

quàm

quàm adhuc viuentes viuere in impietatibus, & pati,& non intelligere de qua re. Et reſpõdit ad me,& dixit. Proficiſcens
B profectus ſum ad ſyluam lignorũ campi,& cogitauerunt cogitationem,& dixerũt, Venite,& eamus,& faciamus ad mare bellum,vt recedat coram nobis,& faciamus nobis alias ſyluas. Et ſimiliter fluctus maris,& ipſi cogitauerunt cogitationem, & dixerunt, Venite aſcendentes,debellemus ſyluas campi,vt & ibi cõſummemus nobiſmetipſis aliam regionem. Et factus eſt cogitatus ſyluæ in vanum.venit enim ignis,& conſumpſit eam. Similiter & cogitatus fluctuum maris.ſtetit enim arena, & prohibuit eos. Si enim eſſes iudex horum, quem inciperes iuſtificare,aut quem condemnare? Et reſpondi,& dixi, Vtiq; vanam cogitationem cogitauerũt. Terra enim data eſt ſyluæ, & mari locus portare fluctus ſuos. Et reſpondit ad me, & dixit, Bene tu iudicaſti, & quare non iudicaſti tibimetipſi? Quemadmodum enim terra ſyluæ data eſt, & mare fluctibus ſuis: ſic qui ſuper terram inhabitant,quæ ſunt ſuper terrã intelligere ſolummodo poſſunt:& qui ſuper cœlos, quæ ſuper altitudinem cœlorum. Et reſpondi,& dixi, Deprecor te Domine,vt mihi detur ſenſus intelligendi.non enim volui interrogare de ſuperioribus tuis,ſed de his, quæ pertranſeunt per nos quotidie,propter quid Iſrael datus in opprobrium gentibus:quem dilexiſti populum datus eſt tribubus impijs, & lex patrum noſtrorũ in interitum deducta eſt,& diſpoſitiones ſcriptæ nuſquam ſunt:& pertranſiuimus de ſeculo, vt lo-
C cuſtæ,& vita noſtra ſtupor & pauor,& nec digni ſumus miſericordiam conſequi. Sed quid faciet nomini ſuo quod inuocatum eſt ſuper nos? Et de his interrogaui. Et reſpondit ad me,& dixit, Si fueris plurimum ſcrutatus, frequẽter miraberis:quoniam feſtinans feſtinat ſeculum petranſire, & non capit portare quæ in futuris temporibus iuſtis repromiſſa ſunt: quoniam plenum iniuſtitia eſt ſeculũ hoc, & infirmitatibus. De quibus autem interrogas,dicam: Seminatum enim eſt malum,& necdum venit deſtructio ipſius. Si ergo nõ inuerſum fuerit quod ſeminatum eſt,& diſceſſerit locus vbi ſeminatum eſt malum,non veniet vbi ſeminatũ eſt bonum. Quoniã gramen ſeminis mali ſeminatum eſt in corde Adam ab initio: & quantum impietatis generauit vſq; nunc,& generat vſq; cum veniat area? Aeſtima autẽ apud te gramen mali ſeminis,quantum fructũ impietatis generauit:quãdo ſecatæ fuerint ſpicæ, quarũ non eſt numerus,quàm magnã aream incipient facere? Et reſpondi,& dixi, Quomodo,& quãdo hæc? Quare modici & mali anni noſtri? Et reſpondit ad me,& dixit mihi, Non feſtines tu ſuper altiſsimũ. Tu enim feſtinas inaniter eſſe ſuper ipſum. nã exceſſus tuus multus. Nónne de his interrogauerunt animæ iuſtorũ in promptuarijs ſuis,dicentes, Vſquequo ſpero ſic? & quãdo veniet fructus areæ mercedis noſtræ? Et reſpondit ad ea Ieremiel archangelus,& dixit, Quãdo impletus fuerit numerus ſeminum in vobis, quoniam in ſtatêra ponderauit ſeculũ,& menſura menſurauit tempora,& numero numerauit tempora,& nõ commouit,nec excitauit vſquedum impleatur prædicta menſura? Et reſpondi,& dixi, O do-
D minator Domine, ſed & nos omnes pleni ſumus impietate. Et ne forte propter nos non impleantur iuſtorum areæ,propter peccata inhabitantium ſuper terram. Et reſpõdit ad me, & dixit, Vade & interroga prægnantem,ſi quando impleuerit nouẽ menſes ſuos,adhuc poterit matrix eius retinere partum in ſemetipſa? Et dixi: Non poteſt Domine. Et dixit ad me, In inferno promptuaria animarũ matrici aſſimilata ſunt. Quemadmodum enim illa feſtinat quæ parit, effugere neceſſitatem partus: ſic & hæc feſtinat reddere ea quæ commendata ſunt. Ab initio tibi demonſtrabitur de his quæ concupiſcis videre. Et reſpondi,& dixi, Si inueni gratiã ante oculos tuos, & ſi poſsibile eſt,& ſi idoneus ſum,demonſtra mihi, ſi pluſquam præteritum ſit habet venire, aut plura pertranſierũt ſupra quàm futurum eſt. Quid pertranſiuit,ſcio: quid autem futurum ſit,ignoro. Et dixit ad me, Sta ſuper dexterã partem, & demonſtrabo tibi interpretationem ſimilitudinis. Et ſteti, & vidi:& ecce fornax ardẽs tranſijt coram me,& factum eſt, cum tranſiret flamma,vidi,& ecce ſuperauit fumus. Poſt hæc tranſijt coram me nubes plena aquæ,& immiſit pluuiã impetu multam,& cum tranſiſſet impetus pluuiæ,ſuperauerunt in ea guttæ. Et dixit ad me, Cogita tibi,ſicut creſcit pluuia amplius quàm guttæ, & ignis quàm fumus: ſic ſuperabundauit quæ tranſiuit menſura. Superauerunt autem guttæ,& fumus: & oraui,& dixi, Putas viuo vſq; in diebus illis? vel quid erit in diebus illis? Reſpondit ad me,& dixit, De ſignis,de quibus me interrogas, ex parte poſſum tibi dicere:de vita autem tua non ſum miſſus dicere tibi,ſed neſcio.

5. VARIA *ſigna ſuper rebus futuris oſtenduntur* Eſdræ *per Dei angelum pro captiuorum conſolatione & ſpe.*

CAPVT V.

A DE ſignis autem: ecce dies venient, in quibus apprehendentur qui inhabitant terrã in cenſu multo:& abſcondetur veritatis via:& ſterilis erit à fide regio:& multiplicabitur iniuſtitia ſuper hanc quam ipſe tu vides,& ſuper quam audiſti olim: & erit impoſitio veſtigio quam nunc vides regnare regionem,& videbũt eam deſertam. Si autem tibi dederit Altiſsimus viuere, videbis poſt tertiam tubam,& reluceſcet ſubito ſol noctu,& luna ter in die, & de ligno ſanguis ſtillabit, & lapis dabit vocem ſuam,& populi commouebuntur:& regnabit,quem non ſperant qui inhabitant ſuper terram, & volatilia commigrationem facient:& mare Sodomiticum piſces reijciet, & dabit vocem noctu,quam non nouerant multi, omnes autem audient vocem eius,[illegible] chaos fiet per loca multa, & ignis frequenter remittetur, & beſtiæ agreſtes tranſmigrabunt, & mulieres menſtruatæ parient monſtra,& in dulcibus aquis ſalſæ inuenientur,& amici omnes ſemetipſos expugnabunt:& abſcondetur tunc ſenſus,& intellectus ſeparabitur in promptuariũ ſuum:& quæretur à multis,& non inuenietur:& multiplicabitur iniuſtitia,& incontinẽtia ſuper terram. Et interrogabit regio proximam ſuam,& dicet, Nunquid per te pertranſijt iuſtitia iuſtum faciens? Et hoc negabit. Et erit in illo tempore,& ſperabunt homines,& non impetrabunt:laborabunt,& non dirigentur viæ eorum. Hæc ſigna dicere tibi permiſſum
B eſt mihi:& ſi oraueris iterum,& ploraueris, ſicut & nunc, & ieiunaueris ſeptem diebus,audies iteratò horum maiora. Et euigilaui,& corpus meum horruit valde: & anima mea laborauit,vt deficeret:& tenuit me qui venit angelus, qui loquebatur in me,& confortauit me,& ſtatuit me ſuper pedes. Et factum eſt in nocte ſecunda,& venit ad me Salathiel dux populi,& dixit mihi, Vbi eras? & quare vultus tuus triſtis? An neſcis,quoniam tibi creditus eſt Iſrael in regione tranſmigrationis eorum? Exurge ergo,& guſta panem,& non derelinquas nos,ſicut paſtor gregem ſuum in manibus luporũ malignorum. Et dixi ei, Vade à me, & non appropies ad me. Et audiuit,vt dixi:& receſsit à me,& ego ieiunaui diebus ſeptem vlulans & plorans,ſicut mihi mandauit Vriel angelus. Et factum eſt poſt dies ſeptem,& iterum cogitationes cordis mei moleſtæ erant mihi valde,& reſumpſit anima mea ſpiritum intellectus:& iterum cœpi loqui coram altiſsimo ſermones, & dixi, Dominator Domine ex omni ſylua terræ, & omnibus arboribus eius,elegiſti vineam vnicam: & ex omni terra orbis,elegiſti tibi foueam vnam: & ex omnibus floribus orbis,elegiſti tibi lilium vnum:& ex omnibus abyſsis maris,repleſti tibi riuum vnum:& ex omnibus ædificatis ciuitatibus, ſanctificaſti tibimetipſi Sion: & ex omnibus creatis volatilibus,nominaſti tibi columbam vnam:& ex omnibus plaſmatis pecoribus,prouidiſti tibi ouem vnam:& ex omnibus multiplicatis populis acquiſiuiſti tibi populũ vnum: & ab omnibus probatam legem donaſti huic, quem deſyderaſti populo. Et nunc Domine,vt quid tradidiſti vnũ pluribus? Et præ-

paraſti ſuper vnam radicem alias,& diſperdidiſti vnicũ tuum in multis:& conculcauerunt eum, qui contradicebant ſponſionibus tuis,quiq; tuis teſtamentis nõ credebant. Et ſi odiẽs odiſti populum tuum,tuis manibus debet caſtigari. Et factũ eſt,cum locutus eſſem ſermones,& miſſus eſt angelus ad me, qui antè venerat ad me præterita nocte,& dixit mihi, Audi me,& inſtruam te:& intende mihi,& adijciam coram te. Et dixi,Loquere Domine meus. Et dixit ad me, Valde tu in exceſſũ mentis factus es pro Iſrael:an plus dilexiſti eum, quàm qui eum fecit? Et dixi ad eum,Non Domine,ſed dolens locutus ſum. Torquent enim me renes mei per omnem horam, quærentem apprehendere ſemitam altiſſimi,& inueſtigare partem iudicij eius. Et dixit ad me, Nõ potes. Et dixi, Quare Domine? Ad quid naſcebar,aut quare non fiebat matrix matris meæ mihi ſepulchrum,vt non viderem laborem Iacob, & defatigationem generis Iſrael? Et dixit ad me, Numera mihi quæ necdum venerant,& collige mihi diſperſas guttas, & reuirida mihi aridos flores,& aperi mihi clauſa promptuaria,& produc mihi incluſos in eis flatus, demonſtra mihi vocis imaginem:& tunc oſtendam tibi laborem,quem rogas videre. Et dixi, Dominator Domine, quis enim eſt qui poteſt hæc ſcire,niſi qui cum hominibus habitationem non habet? Ego autem inſipiens:& quomodo potero dicere de his, quibus me interrogaſti? Et dixit ad me, Quomodo non potes facere vnum de his quæ dicta ſunt: ſic non poteris inuenire iudicium meum,aut in fine charitatem,quã populo promiſi.
D Et dixi,Sed ecce Domine,tu prope es his qui in finem ſunt: & quid facient,qui ante me fuerunt,aut nos,aut hi qui poſt nos? Et dixit ad me,Coronæ aſsimilabo iudicium meum. Sicut non nouiſsimorum tarditas,ſic nec priorum velocitas. Et reſpondi,& dixi, Nec poteras facere eos qui facti ſunt,& qui ſunt,& qui futuri ſunt, in vnum, vt celerius iudicium tuum oſtendas? Et reſpondit ad me,& dixit, Non poteſt feſtinare creatura ſuper creatorem,nec ſuſtinere ſeculum eos qui in eo creandi ſunt,in vnum. Et dixi, Quo modo dixiſti ſeruo tuo, quoniam viuificans viuificaſti à te creatam creaturã in vnum, & ſuſtinebat creatura: poterit & nunc portare præſentes in vnum. Et dixit ad me,Interroga matricem mulieris,& dices ad eam,Et ſi paris,quare per tempus? Roga ergo eam, vt det decem in vnum. Et dixi, Non vtiq; poterit,ſed ſecundũ tempus. Et dixit ad me, Et ego dedi matricem terræ his,qui ſeminati ſunt ſuper eam per tempus. Quemadmodũ enim infans non parit ea,quæ ſenum ſunt: ſic ego diſpoſui à me creatum ſeculũ. Et interrogaui,& dixi, Cum iam dederis mihi viam, loquar coram te:nam mater noſtra,de qua dixiſti mihi, Adhuc iuuenis eſt:iam ſenectuti appropinquat. Et reſpondit ad me,& dixit,Interroga eã quæ parit,& dicet tibi. Dices enim ei,Quare quos peperiſti nunc, non ſunt ſimiles his qui ante te,ſed minores ſtatura? Et dicet tibi & ipſa. Alij ſunt qui in iuuentute virtutis nati ſunt:& alij qui ſub tempore ſenectutis deficiente matrice ſunt nati. Conſydera ergo & tu, quoniã minori ſtatura eſtis præ his qui ante vos,& qui poſt vos minori quàm vos,quaſi iam ſeneſcentes creaturæ,& fortitudinem iuuentutis prætereuntes. Et dixi, Rogo Domine,ſi inueni gratiam ante oculos tuos,demõſtra ſeruo tuo per quem viſites creaturam tuam.

S. DEVS omnia nouit antequam fiant,& omnia creauit propter hominem,omniumq; fines conſiderat.

CAPVT VI.

A ET dixit ad me,Initio terreni orbis,& antequam ſtarent exitus ſeculi,& antequam ſpirarent conuentiones ventorum,& antequam ſonarent voces tonitruum,& antequam ſplenderent nitores coruſcationum,& antequam confirmarentur fundamenta paradiſi,& antequam viderentur decori flores,& antequã confirmarentur motæ virtutes,& antequam colligerentur innumerabiles militiæ angelorum,& antequam extollerentur altitudines aeris,& antequam nominarentur menſuræ firmamentorum,& antequã æſtuarent camini in Sion,& antequã inueſtigarentur præſentes anni,& antequam abalienarentur eorum qui nunc peccant adinuentiones,& conſignati eſſent qui fidem theſaurizauerũt:tunc cogitaui,& facta ſunt per me ſolum,& non per alium:& finis per me,& non per alium,& reſpondi,& dixi,Quæ erit ſeparatio temporum? aut quando prioris finis,& ſequentis initium? Et dixit ad me, Ab Abraham vſq; ad Iſaac,quando nati ſunt ab eo Iacob & Eſau, manus Iacob tenebat ab initio calcaneum Eſau: finis enim huius ſeculi Eſau,& principium ſequentis Iacob. Hominis manus inter calcaneum & manum. Aliud noli quærere Eſdra. Et reſpondi,& dixi,O dominator Domine,ſi inueni gratiam ante oculos tuos,oro vt demonſtres ſeruo tuo finem ſignorũ tuorum,quorum partem mihi demonſtraſti nocte præcedenti. Et reſpondit,& dixit ad me,Surge ſuper pedes tuos,& audi vocem pleniſsimã ſonitus. Et erit ſicut commotio, nec commouebitur locus,in quo ſtes ſuper eum. Ideo cum loquitur, tu non expaueas,quoniam de fine verbum & fundamentum terræ intelligitur,quoniã de ipſis ſermo tremeſcit & cõmo-
B uetur. Scit enim quoniam finem eorũ oportet commutari. Et factum eſt,cum audiſſem,ſurrexi ſuper pedes meos,& audiui,& ecce vox loquens,& ſonus eius ſicut ſonus aquarũ multarum,& dixit,Ecce dies veniunt,& erit, quando appropinquare incipiam,vt viſitem habitantes in terra: & quando inquirere incipiam ab eis,qui iniuſtè nocuerunt iniuſtitia ſua, & quando ſuppleta fuerit humilitas Sion,& cũ ſuperſignabitur ſeculum quod incipiet pertranſire, hæc ſigna faciam, Libri aperientur ante faciem firmamenti,& omnes videbunt ſimul,& anniculi infantes loquẽtur vocibus ſuis,& pregnãtes immaturos parient infantes trium & quatuor menſium,& viuent & ſuſcitabũtur. Et ſubito apparebunt ſeminata loca nõ ſeminata,& plena promptuaria ſubito inuenientur vacua: & tuba canet cũ ſono,quam cum omnes audierint,ſubito expauẽſcent. Et erit in illo tempore, debellabunt amici amicos vt inimici,& expaueſcet terra cũ his: & venæ fontiũ ſtabunt,& non decurrẽt in horis tribus. & erit,omnis qui derelictus fuerit ex omnibus iſtis quibus prædixi tibi,ipſe ſaluabitur,& videbit ſalutare meũ,& finẽ ſeculi veſtri. Et videbũt qui recepti ſunt homines,qui mortem nõ guſtauerunt à natiuitate ſua,& mutabitur cor inhabitãtium,& cõuertetur in ſenſum alium. Delebitur enim malũ,& extinguetur dolus. Florebit autẽ fides,& vincetur corruptela,& oſtẽdetur veritas quæ ſine fructu fuit diebus tantis. Et factũ eſt cũ loqueretur mihi,& ecce paulatim intuebar ſuper eũ ante quem ſtabam,& dixit ad me hæc, Veni tibi oſtendere tempus venturæ noctis. Si ergo ite-
C rum rogaueris,& iterũ ieiunaueris ſeptem diebus,iterum tibi renuntiabo horum maiora per diem quam audiui. Audita eſt enim vox tua apud altiſsimũ. Vidit enim fortis directionem tuam,& prouidit pudicitiam,quam à iuuẽtute tua habuiſti: & propter hoc miſit me demonſtrare tibi hæc omnia,& dicere tibi: Confide,& noli timere,& noli feſtinare cum prioribus temporibus cogitare vana,vt non properes à nouiſsimis temporibus. Et factũ eſt poſt hæc,& fleui iterum:& ſimiliter ieiunaui ſeptẽ diebus,vt ſuppleam tres hebdomadas,quæ dictæ ſunt mihi. Et factũ eſt in octaua nocte,& cor meũ turbabatur iteratò in me,& cœpi loqui corã Altiſsimo. Inflammabatur enim ſpiritus meus valde,& anima mea anxiabatur,& dixi,O Domine,loquẽs locutus es ab initio creaturæ in primo die,dicens,Fiat cœlum & terra,& tuum verbũ opus perfectum. Et erat tunc ſpiritus,& tenebræ circumferebantur,& ſilentium,ſonus vocis hominis nondum erat abs te. Tunc dixiſti de theſauris tuis proferri lumen luminoſum, quo appareret opus tuum. Et die ſecũdo creaſti ſpiritum firmamenti, & imperaſti ei vt diuideret & diuiſionem faceret inter aquas, vt pars quædam ſurſum recederet, pars verò deorſum maneret. Et

ret. Et tertia die imperasti aquis congregari in septima parte terræ: sex verò partes siccasti & conseruasti, vt ex his sint coram te ministrãtia seminata à Deo, & culta. Verbũ enim tuũ processit, & opus statim fiebat. Processit enim subito fructus multitudinis immensus, & concupiscentiæ gustus multiformes, & flores colore immutabili, & odores odoramenti inue-
D stigabilis, & die tertia hæc facta sunt. Quarta autem die imperasti fieri solis splendorem, lunæ lumẽ, stellarũ dispositionẽ: & imperasti eis, vt deseruirẽt futuro plasmato homini. Quinto autẽ die dixisti septimæ parti, vbi erat aqua congregata, vt procrearet animalia, & volatilia, & pisces: & ita fiebat. aqua mutata, & sine anima quæ Dei nutu iubebantur, animalia faciebat, vt ex hoc mirabilia tua nationes enarrent. Et tunc conseruasti duas animas, nomẽ vni vocasti Enoch, & nomẽ secũdæ vocasti Leuiathan, & separasti ea ab alterutro. Non enim poterat septima pars, vbi erat aqua congregata, capere ea. Et dedisti Enoc vnã partem quæ siccata est tertio die, vt habitet in ea vbi sunt montes mille. Leuiathã autem dedisti septimã partem humidã, & seruasti eam, vt fiat in deuorationẽ quibus vis, & quãdo vis. Sexto autem die imperasti terræ, vt crearet coram te iumenta, & bestias, & reptilia: & super his Adam, quem constituisti ducem super omnibus factis quæ fecisti, & ex eo educimur nos omnes, quemq; elegisti populum. Hæc autem omnia dixi corã te Domine, quia propter nos creasti seculum. Residuas autẽ gentes ab Adam natas dixisti eas nil esse, & quoniã saliuæ assimilaræ sunt, & quasi stillicidium de vase similasti abundantiã eorum. Et nunc Domine, ecce, istæ gentes quæ in nihilum deputatæ sunt, cœperũt dominari nostri, & deuorare: nos autẽ populus tuus quem vocasti primogenitum vnigenitũ æmulatorem tuum, traditi sumus in manibus eorum: & si propter nos creatũ est seculum, quare non hæreditatem possidemus cum seculo? Vsquequo hæc?

§. ABSQVE *tribulationibus non peruenitur ad immortalẽ uitam.*

CAPVT VII.

A ET factum est, cũ finissem loqui verba hæc, missus est ad me angelus, qui missus fuerat ad me primis noctibus, & dixit ad me, Surge Esdra, & audi sermones quos veni loqui ad te. Et dixi, Loquere Deus meus. Et dixit ad me, Mare positũ est in spatioso loco, vt esset altũ & immensum: erit autem ei introitus in angusto loco positus, vt esset similis fluminibus. Quis enim volens voluerit ingredi mare, & videre eum vel dominari eius: si non transierit angustum, in latitudinem quomodo venire poterit? Item aliud, Ciuitas est ædificata, & posita in loco campestri: est autem plena omniũ bonorum. introitus eius angustus & in præcipiti positus, vt esset à dextris quidem ignis, à sinistris aqua alta: semita autem est vna sola inter eos posita, hoc est inter ignem & aquam, vt nõ capiat semita, nisi solummodo vestigium hominis. Si autẽ dabitur ciuitas homini in hæreditatem, si nunquam antepositũ periculũ pertransierit, quomodo accipiet hæreditatem suam? Et dixi, Sic Domine. Et dixit ad me, Sic est & Israel pars. Propter eos enim feci seculũ: & quãdo transgressus est Adam constitutiones meas, iudicatum est quod factũ est. Et facti sunt introitus huius seculi angusti, & dolentes, & laboriosi: pauci autẽ & mali, & periculorũ pleni, & labore magnopere fulti. nam maioris seculi introitus spatiosi & securi, & facientes immortalitatis fructum. Si ergo ingredientes nõ fuerũt ingressi qui viuũt, angusta & vana hæc: non poterũt recipere quæ sunt reposita. Nunc ergo quare tu conturbaris, cum sis corruptibilis? & quid moueris tu cum sis
B mortalis? Et quare nõ accepisti in corde tuo quod est futurũ, sed quod in præsenti? Respondi & dixi, Dominator Domine, ecce dispositisti lege tua, quoniam iusti hæreditabũt hæc, impij autem peribunt: iusti autẽ ferent angusta, sperãtes spatiosa. qui enim impiè gesserunt, & angusta passi sunt, & spatiosa nõ videbunt. Et dixit ad me, Non est iudex super Deũ,
D neq; intelligẽs super altissimum. Pereunt enim multi præsentes, quia negligitur quæ anteposita est Dei lex. Mandãs enim mandauit Deus venientibus, quando venerũt, quid facientes viuerent, & quid obseruãtes nõ punirentur. Hi autẽ non sunt persuasi, & contradixerũt ei, & constituerunt sibi cogitamen vanitatis, & proposuerũt sibi circũuentiones delictorũ, & superdixerũt altissimo nõ esse, & vias eius non cognouerũt, & legem eius spreuerũt, & sponsiones eius abnegauerunt, & in legitimis eius fidem non habuerũt, & opera eius nõ perfecerunt. propter hoc Esdra vacua vacuis, & plena plenis. Ecce tempus veniet, & erit, quãdo venient signa quæ prædixi tibi, & apparebit spõsa, & appareſcẽs ostẽdetur quæ nunc subducitur terra: & omnis qui liberatus est de prædictis malis, ipse videbit mirabilia mea. Reuelabitur enim filius meus IESVS, cum his qui cum eo sunt: & iucundabũtur qui relicti sunt in annis quadringẽtis. Et erit post annos hos, & morietur filius meus CHRISTVS, & omnes qui spiramentũ habẽt homines: & conuertetur seculũ in antiquũ silentiũ diebus septem, sicut in prioribus iudicijs, ita vt nemo derelinquatur. Et erit post dies septẽ, & excitabitur quod nondũ vigilat seculũ, & morietur corruptum, & terra reddet quæ in ea dormiunt, & puluis qui in eo silẽtio habitant, & promptuaria reddẽt quæ eis commendatæ sunt animæ. Et reuelabitur altissimus super
C sedem iudicij, & pertransibunt miseriæ, & longanimitas congregabitur. Iudiciũ autem solũ remanebit, veritas stabit & fides conualescet, & opus subsequetur, & merces ostẽdetur, & iustitiæ vigilabũt, & iniustitiæ nõ dominabũtur. Et dixi, Primus Abrahã propter Sodomitas orauit, & Moyses pro patribus qui in deserto peccauerunt, & qui post eũ pro Israel in diebus Achaz, & Samuelis, & Dauid pro confractione, & Salomon pro eis qui venerunt in sanctificationem, & Elias pro his qui pluuiam acceperunt, & pro mortuo vt viueret, & Ezechias pro populo in diebus Sennacherib, & multi pro multis. Si ergo modo quãdo corruptibile increuit, & iniustitia multiplicata est, & orauerũt iusti pro impijs: quare & nũc sic nõ erit? Et respondit ad me, & dixit, Præsens seculum non est finis, gloria in eo frequens manet, propter hoc orauerunt pro inualidis. Dies enim iudicij erit finis temporis huius, & initium temporis futuræ immortalitatis, in quo transiuit corruptela: soluta est intemperãtia, abscissa est incredulitas: creuit autem iustitia, orta est veritas. tunc enim nemo poterit saluare eum qui perijt, neq; demergere qui vicit. Et respondi, & dixi, Hic est sermo meus primus & nouissimus, quoniã melius erat nõ dare terram Adam, vel cum iam dedisset, coercere eum, vt non peccaret. Quid enim prodest hominibus in præsenti viuere in tristitia, & mortuos sperare punitionem? O tu quid fecisti Adam? Si enim tu peccasti, non est factus solius tuus casus, sed & noster qui ex te aduenimus. Quid enim prodest nobis si promissum est nobis immortale tẽpus, nos autẽ mortalia opera egimus? Et quoniam prædicta est nobis perennis spes: nos verò pessimi vani facti sumus. Et quoniam
D reposita sunt nobis habitacula sanitatis & securitatis: nos verò male conuersati sumus. Et quoniam reposita est gloria altissimi protegere eos qui tarde conuersati sunt: nos autẽ pessimis vijs ambulauimus. Et quoniam ostendetur paradisus, cuius fructus incorruptus perseuerat, in quo est securitas & medela: nos verò non ingrediemur. in ingratis enim locis conuersati sumus. Et quoniam super stellas fulgebunt facies eorum, qui abstinentiam habuerunt: nostræ autẽ facies super tenebras nigræ. nõ enim cogitauimus viuẽtes quando iniquitatem faciebamus, quòd incipiemus post mortem pati. Et respondit, & dixit, Hoc est cogitamentũ certaminis quod certabit, qui super terram natus est homo, vt si victus fuerit, patiatur quod dixisti: si autem vicerit, recipiet quod dico: quoniam hæc est vita quam Moyses dixit cũ viueret ad populũ, dicens, Elige tibi vitã, vt viuas. Non crediderunt autem ei, sed nec post eũ prophetis: sed nec mihi qui locutus sum ad eos,

quoniam nõ eſſet triſtitia in perditionem eorum, ſicut futurũ eſt gaudium ſuper eos, quibus perſuaſa eſt ſalus. Et reſpõdi, & dixi, Scio Domine, quoniam vocatus eſt altiſsimus miſericors in eo, quòd miſereatur his qui nondum in ſeculo aduenerunt, & quòd miſeretur illis qui cõuerſionem faciũt in lege eius: & longanimis eſt, quoniã longanimitatẽ præſtat his qui peccauerunt quaſi ſuis operibus: & munificus eſt, quoniam quidem donare vult pro exigentijs: & multæ miſericordiæ, quoniam multiplicat magis miſericordias his qui præſentes ſunt, & qui præterierũt, & qui futuri ſunt. Si enim nõ multiplicauerit miſericordias ſuas, nõ viuificabitur ſeculũ cum his qui inhæreditabant in eo. & donat: quoniã ſi nõ donauerit de bonitate ſua, vt alleuientur hi qui iniquitatem fecerũt, de ſuis iniquitatibus, non poterit decies milleſima pars viuificari hominũ. & iudex ſi nõ ignouerit his qui curati ſunt verbo eius, & deleuerit multitudinẽ contentionũ: non fortaſsis derelinquerentur in innumerabili multitudine, niſi pauci valde.

S. ETSI Deus in hoc ſeculo miſericors propter peccatores dicatur, plures tamen damnabuntur quàm ſaluabuntur.

CAPVT VIII.

A ET reſpondit ad me, & dixit, Hoc ſeculũ fecit altiſsimus propter multos, futurũ autem propter paucos. Dicam autẽ corã te ſimilitudinem Eſdra. Quomodo autẽ interrogabis terrã, & dicet tibi, quoniam dabit terram multam magis vnde fiat fictile, paruũ autem puluerem vnde aurum fit: ſic & actus præſentis ſeculi. Multi quidẽ creati ſunt, pauci autẽ ſaluabuntur. Et reſpondi, & dixi, Abſorbe ergo anima ſenſum, & deuora quod ſapit. conueniſti enim obaudire, & prophetare volens. Nec enim tibi datũ eſt ſpatiũ, niſi ſolũmodo viuere. O Domine, ſi non permittes ſeruo tuo, vt oremus coram te, & des nobis ſemen cordi, & ſenſui culturam, vnde fructus fiat, vnde viuere poſsit omnis corruptus, qui portabit locũ hominis? Solus enim es, & vna plaſmatio nos ſumus manuum tuarũ, ſicut locutus es: & quomodo nunc in matrice plaſmatum eſt corpus, & præſtas membra: conſeruatur in igne & aqua tua creatio: & nouem menſibus patitur tua plaſmatio tuam creaturã quæ in ea creata eſt: ipſum autem quod ſeruat, & quod ſeruatur, vtraq; ſeruabuntur: ſeruataq́; quandoq; iterum reddit matrix, quæ in ea creuerunt. Imperaſti enim ex ipſis membris, hoc eſt mammillis præbere lac fructui mammillarum, vt nutriatur id quod plaſmatum eſt vſq; in tempus aliquod, & poſtea diſponas eum tuæ miſericordiæ, enutriſti eum tua iuſtitia, & erudiſti eum in lege tua, & corripuiſti eum tuo intellectu: & mortificabis eum, vt tuam creaturã: & viuificabis eũ, vt opus tuũ.

B Si ergo perdideris eum qui tãtis laboribus plaſmatus eſt: tuo iuſſu facile eſt ordinare, vt & id quod fiebat ſeruaretur. Et nũc Domine dicam: de omni homine tu magis ſcis: de populo autem tuo ob quem doleo: & de hæreditate tua, propter quam lugeo: & propter Iſrael, propter quẽ triſtis ſum: & de Iacob, propter quem doleo: ideo incipiam orare corã te pro me, & pro eis; quoniam video lapſus noſtros, qui inhabitamus terram. Sed audiui celeritatem iudicis, qui futurus eſt. Ideo audi vocem meam, & intellige ſermonem meũ, & loquar corã te. Initium verborũ Eſdræ priuſquam aſſumeretur: & dixi, Domine, qui inhabitas ſeculum, cuius oculi eleuati in ſuperna & aere: & cuius thronus inæſtimabilis, & gloria incomprehenſibilis: cui aſtat exercitus angelorũ cum tremore, quorũ ſeruatio in vento & igni conuertitur: cuius verbũ verũ, & dicta perſeuerantia: cuius iuſsio fortis, & diſpoſitio terribilis: cuius aſpectus arefacit abyſſos, & indignatio tabeſcere facit mõtes, & veritas teſtificatur: exaudi orationem ſerui tui, & auribus percipe precationem figmenti tui. Dũ enim viuo, loquar: & dum ſapio, reſpondebo. Nec reſpicias populi tui delicta, ſed qui tibi in veritate ſeruiunt. Nec intendas impia gentium ſtudia, ſed qui tua teſtimonia cum doloribus cuſtodierunt. Nec cogites qui in conſpectu tuo falsè conuerſati ſunt, ſed memorare qui ex voluntate tua timorem cognouerũt. Neq; volueris perdere, qui pecudum mores habuerunt: ſed reſpicias eos, qui legem tuam ſplendidè docuerunt. Nec indigneris eis, qui beſtijs peiores iudicati ſunt: ſed diligas eos, qui ſemper in tua iuſtitia confidũt, & gloria. Quoniam nos & patres noſtri tali-

C bus morbis languemus: tu autem propter nos peccatores miſericors vocaberis. Si enim deſyderaueris vt noſtri miſerearis, tunc miſericors vocaberis, nobis autem non habentibus opera iuſtitiæ. Iuſti enim quibus ſunt opera multa repoſita, ex proprijs operibus recipient mercedẽ. Quid eſt enim homo, vt ei indigneris: aut genus corruptibile, vt ita amarus ſis de ipſo? In veritate enim nemo de genitis eſt, qui nõ impiè geſſit: & de confitentibus, qui non deliquit. In hoc enim annuntiabitur iuſtitia tua, & bonitas tua Domine, cũ miſertus fueris eis qui non habent ſubſtantiam bonorũ operũ. Et reſpondit ad me, & dixit, Recte locutus es aliqua: & iuxta ſermones tuos, ſic & fiet. quoniam nõ verè cogitabo ſuper plaſma eorũ qui peccauerũt ante mortem, ante iudiciũ, ante perditionem: ſed iucundabor ſuper iuſtorũ figmentum, & memorabor peregrinationis quoq;, & ſaluationis, & mercedis receptionis. Quomodo ergo locutus ſum, ſic & eſt. Sicut enim agricola ſerit ſuper terram ſemina multa, & plantationes multitudinis plantat, ſed nõ in tempore omnia quæ ſeminata ſunt, ſaluantur, ſed nec omnia quæ plantata ſunt, radicabunt: ſic & qui in ſeculo ſeminati ſunt, non omnes ſaluabuntur. Et reſpondi, & dixi, Si inueni gratiam, loquar. Quomodo ſemen agricolæ ſi non aſcenderit, aut non acceperit pluuiam tuam in tempore, aut ſi corruptum fuerit multitudine pluuiæ: ſic perit & ſimiliter homo qui manibus tuis plaſmatus eſt, & tu ei imago nominatus: quoniã ſimilatus es ei, propter quem omnia plaſmaſti, & ſimilaſti ſemini agricolæ. Non iraſcaris ſuper nos, ſed

D parce populo tuo, & miſerere hæreditati tuæ. Tu autem creaturæ tuæ miſereris. Et reſpondit ad me, & dixit, Quæ ſunt præſentia præſentibus, & quæ futura futuris. Multum enim tibi reſtat, vt poſsis diligere meam creaturam ſuper me: tibi autem frequenter & ipſi proximaui, iniuſtis autem nunquã. Sed & in hoc mirabilis es coram altiſsimo, quoniam humiliaſti te ſicut decet te: & non iudicaſti te, vt inter iuſtos plurimũ glorificeris. Propter quod miſeriæ multæ, & miſerabiles efficientur eis, qui habitant ſeculum in nouiſsimis: quia in multa ſuperbia ambulauerunt. Tu autem pro te intellige, & de ſimilibus tuis inquire gloriam. Vobis enim apertus eſt paradiſus, plantata eſt arbor vitæ, præparatum eſt futurũ tempus, præparata eſt abũdantia, ædificata eſt ciuitas, probata eſt requies, perfecta eſt bonitas, & perfecta ſapientia. Radix mali ſignata eſt à vobis: infirmitas & tinea à vobis abſconſa eſt: & infernum fugit corruptio in obliuione. Tranſierunt dolores, & oſtenſus eſt in fine theſaurus immortalitatis. Noli ergo adijcere inquirendo de multitudine eorum qui pereunt. Nam & ipſi accipientes libertatem, ſpreuerunt altiſsimum, & legem eius contempſerunt, & vias eius dereliquerũt. Adhuc autem iuſtos eius conculcauerunt, & dixerunt in corde ſuo non eſſe Deum: & quidem ſcientes quoniam moriuntur. Sicut enim vos ſuſcipiẽt quæ prædicta ſunt: ſic eos ſitis, & cruciatus, quæ præparata ſunt. Non enim voluit hominem diſperdi. Sed & ipſi, qui creati ſunt, coinquinauerũt nomen eius qui fecit eos: & ingrati fuerunt ei qui præparauit eis vitam. Quapropter iudicium meum modo appropinquat. Quæ non omnibus demonſtraui, niſi tibi, & tibi ſimilibus paucis. Et reſpondi, & dixi, Ecce nunc Domine demonſtraſti mihi multitudinem ſignorum, quæ incipies facere in nouiſsimis: ſed non demonſtraſti mihi quo tempore.

S. IVDICIA Dei ſicut & alia eius opera egregia præcedent aliqua ſigna. CAPVT IX.

Et reſpondit

A ET reſpondit ad me,& dixit,Metiens metire tempus in ſemetipſo:& erit,cũ videris,quãdo tranſierit pars quædam ſignorum quæ prædicta ſunt, tunc intelliges quoniã ipſum eſt tempus, in quo incipiet Altiſsimus viſitare ſeculũ quod ab eo factum eſt.Et quãdo videbitur in ſeculo motio locorũ,& populorum turbatio,tunc intelliges quoniam de his erat Altiſsimus locutus à diebus qui fuerũt ante te ab initio.Sicut enim omne quod factum eſt in ſeculo,initium habet,pariter & conſummationem,& conſummatio eſt manifeſta: ſic & altiſsimi tempora initia habẽt manifeſta in prodigijs,& in virtutibus,& cõſummationes in actu & in ſignis.Et erit, omnis qui ſaluus factus fuerit,& qui poterit effugere per opera ſua & per fidem, in qua credidiſtis,relinquetur de prædictis periculis, & videbit ſalutare meum in terra mea,& in finibus meis,quoniã ſanctificaui me à ſeculo.Et tunc miſerebuntur, qui tunc abuſi ſunt vias meas:& in tormentis cõmorabuntur hi qui eas proiecerunt in contemptu.Qui enim non cognouerunt me, viuentes beneficia conſecuti: & qui faſtidierunt legem meam,cum adhuc erant habentes libertatem,& cum adhuc eſſet eis apertus pœnitẽtiæ locus nõ intellexerũt,ſed ſpreuerũt:hos oportet poſt mortẽ in cruciamento cognoſcere. Tu ergo noli ad-
B huc curioſus eſſe, quomodo impij cruciabuntur:ſed inquire quomodo iuſti ſaluabũtur,& quorũ ſeculũ,& propter quos ſeculum,& quãdo.Et reſpõdi,& dixi,Olim locutus ſum,& nunc dico,& poſtea dicam:quoniam plures ſunt qui pereũt, quàm qui ſaluabuntur:ſicut multiplicatur fluctus ſuper guttam.Et reſpõdit ad me,& dixit,Qualis ager,talia & ſemina: & quales flores,tales & tincturæ: & qualis operator, talis & creatio:& qualis agricola,talis cultura:quoniam tempus erat ſeculi.Et nunc cum eſſem parans eis his qui nunc ſunt, antequam fieret ſeculũ,in quo habitarent: & nemo mihi contradixit.tunc enim quiſq;,& nunc creator in mũdo hoc parato, & meſſe indeficienti,& lege inueſtigabili corrupti ſunt mores eorum.Et conſyderaui ſeculũ,& ecce erat periculum propter cogitationes quæ in eo aduenerunt. Et vidi,& peperci ei valde:& ſeruaui mihi acinum de botro,& plantationem de tribu multa.Pereat ergo multitudo,quæ ſine cauſa nata eſt, & ſeruetur acinus meus,& plantatio mea:quia cum multo labore perfeci.Tu autẽ ſi adhuc intromittas ſeptem dies alios, ſed non ieiunabis in eis : ibis in campum florum, vbi domus non eſt ædificata:& manducabis ſolũmodo de floribus campi,& carnem non guſtabis,& vinum non bibes,ſed ſolũmodo flores.deprecare Altiſsimũ ſine intermiſsione,& veniam,
C & loquar tecũ.Et profectus ſum,ſicut dixit mihi in campũ, qui vocatur Ardath,& ſedi ibi in floribus. Et de herbis agri manducaui,& facta eſt eſca earum mihi in ſaturitatem.Et factum eſt poſt dies ſeptem,& ego diſcumbebam ſupra fœnũ, & cor meum iterum turbabatur ſicut ante.Et apertum eſt os meum,& inchoaui dicere coram altiſsimo ,& dixi, O Domine,te nobis oſtendens oſtenſus es patribus noſtris in deſerto, quod non calcatur : & infructuoſo,quando erant exeuntes de Aegypto:& dicens dixiſti, Tu Iſrael audi me,& ſemẽ Iacob intẽde ſermonibus meis. Ecce enim ego ſemino in vobis legem meam,& faciet in vobis fructũ,& glorificabimini in eo per ſeculũ. Nam patres veſtri accipientes legẽ,non ſeruauerunt,& legitima mea non cuſtodierunt,& factus eſt fructus legis non parens : nec enim,poterat,quoniam tuus erat. Nam qui acceperunt,perierunt,non cuſtodiẽtes quod in eis ſeminatum fuerat.Et ecce,conſuetudo eſt , vt cum acceperit terra ſemen,vel nauem mare , vel vas aliquod eſcam vel potum:cum fuerit exterminatũ id,in quo ſeminatum eſt,vel in quod miſſum eſt:ſimul id quod ſeminatum, vel miſſum eſt,
D vel quæ ſuſcepta ſunt,exterminantur,& ſuſcepta iam nõ manent apud nos.Sed nobis ſic non factum eſt.Nos quidem qui legem accepimus peccantes periuimus,& cor noſtrum quod ſuſcepit eam:nam lex non perijt,ſed permanſit in ſuo labore.Et cum loquerer hæc in corde meo , reſpexi oculis meis, & vidi mulierem in dextera parte.& ecce hæc lugebat,& plorabat cum voce magna,& animo dolebat valde,& veſtimenta eius diſciſſa,& cinis ſuper caput eius . Et dimiſi cogitatus, in quibus eram cogitans,& conuerſus ſum ad eam,& dixi ei, Vt quid fles ? & quid doles animo ? Et dixit ad me , Dimitte me Domine meus,vt defleam me,& adijciam dolorem:quoniam valde amaro ſum animo,& humiliata ſum valde . Et dixi ei, Quid paſſa es ? dic mihi.Et dixit ad me, Sterilis fui ego famula tua,& non peperi,habens maritũ annis triginta.Ego enim per ſingulas horas,& per ſingulos dies,& annos hos triginta deprecor Altiſsimum nocte,ac die.Et factum eſt,poſt triginta annos exaudiuit me Deus ancillam tuam,& vidit humilitatem meam,& attendit tribulationi meæ,& dedit mihi filium:& iucundata ſum ſuper eum valde ego,& vir meus,& omnes ciues mei,& honorificabamus valde fortem. Et nutriui eum cum labore multo.Et factum eſt,cum creuiſſet,& veniſſet accipere vxorem,fecit diem epuli.

S. PER mulierem flentem, & rurſus lætantem,figurata eſt Ieruſalem. CAPVT X.

A ET factum eſt,cum introiſſet filius meus in thalamo ſuo,cecidit,& mortuus eſt : & euertimus omnes lumina,& ſurrexerunt omnes ciues mei ad conſolandũ me,& quieui vſq; in alium diem vſq; nocte.Et factũ eſt,cum omnes quieuiſſent vt me cõſolarentur,vt quieſcerem:& ſurrexi nocte,& fugi:& veni ſicut vides in hoc campo:& cogito iam non reuerti in ciuitatem , ſed hic conſiſtere:& neq; manducare,neq; bibere , ſed ſine intermiſſione lugere,& ieiunare vſque dum moriar.Et dereliqui ſermones in quibus eram,& reſpondi cum iracundia ad eam,& dixi,Stulta ſuper omnes mulieres,non vides luctũ noſtrũ,& quæ nobis contingunt ? Quoniam Sion mater noſtra omni triſtitia cõtriſtatur,& humilitate humiliata eſt,& luget validiſsime.Et nunc quoniam omnes lugemus , & triſtes ſumus: quoniam omnes cõtriſtati ſumus,tu autem cõtriſtaris in vno filio:Interroga enim terrã,& dicet tibi:quoniam hæc eſt,quæ debeat lugere caſum tantorũ ſuper eam germinãtium. Et ex ipſa ab initio omnes nati,& alij venient:& ecce,penè omnes in perditionẽ ambulant,& exterminiũ fit multitudo eorum. Et quis ergo debet lugere magis,niſi hæc quæ tam magnam multitudinẽ perdidit,quàm tu,quæ pro vno doles?Si autẽ dicis mihi,Quoniã non eſt planctus meus ſimilis terræ:quoniã fructũ ventris mei perdidi,quem cum mœroribus peperi,& cum doloribus genui: terra autẽ ſecundũ viam terræ, abijtq; in ea multitudo præſens,quo modo euenit : & ego tibi dico, ſicut tu cum labore peperiſti,ſic & terra dat fructũ ſuum homini ab initio ei qui fecit eam.Nunc ergo retine apud temetipſam dolorẽ tuum,& fortiter fer qui tibi contigerunt caſus.
B Si enim iuſtificaueris terminũ Dei,& conſilium ſuum recipies in tempore, & in talibus collaudaberis.Ingredere ergo in ciuitatem ad virum tuum.Et dixit ad me,Non faciam neq; ingrediar ciuitatem,ſed hic moriar.Et appoſui adhuc loqui ad eam,& dixi,Noli facere hunc ſermonem,ſed conſenti per ſuadenti. Quot enim caſus Sion ? Conſolare propter dolorem Ieruſalem. Vides enim quoniã ſanctificatio noſtra deſerta effecta eſt,& altare noſtrũ demolitum eſt,& templum noſtrum deſtructum eſt,& pſalterium noſtrum humiliatũ eſt, & hymnus conticuit,& exultatio noſtra diſſoluta eſt , & lumen candelabri noſtri extinctum eſt , & arca teſtamenti noſtri direpta eſt , & ſancta noſtra contaminata ſunt,& nomen quod inuocatum eſt ſuper nos,penè prophanatũ eſt:& liberi noſtri contumeliam paſsi ſunt,& ſacerdotes noſtri ſuccenſi ſunt,& Leuitæ noſtri in captiuitatem abierunt,& virgines noſtræ coinquinatæ ſunt , & mulieres noſtræ vim paſſæ ſunt,& iuſti noſtri rapti ſunt,& paruuli noſtri perditi ſunt,& iuuenes noſtri ſeruierunt,& fortes noſtri inualidi facti ſunt :

& quod omnium maius ſignaculum Sion, quoniam reſignata eſt de gloria ſua. nam & tradita eſt in manibus eorum qui nos oderunt. Tu ergo excute tuam triſtitiam multam, & depone abs te multitudinẽ dolorum, vt tibi repropitietur fortis, & requiem faciet tibi altiſsimus requietionem laborum. Et factum eſt, cum loquebar ad eam, facies eius fulgebat ſubito & ſpecies, coruſcus fiebat viſus eius, vt eſſem pauens valde ad eam, & cogitarem quid eſſet hoc. Et ecce, ſubitò emiſit ſonitum vocis magnum timore plenum, vt commouerentur terra à mulieris ſono. & vidi: & ecce, amplius mulier non comparebat mihi, ſed ciuitas ædificabatur, & locus demonſtrabatur de fundamentis magnis: & timui, & clamaui voce
C magna, & dixi, Vbi eſt Vriel angelus, qui à principio venit ad me? quoniam ipſe me fecit venire in multitudine in exceſſu mentis huius, & factus eſt finis meus in corruptionem, & oratio mea in improperium. Et cum eſſem loquens ego hæc, ecce venit ad me, & vidit me: & ecce eram poſitus vt mortuus, & intellectus meus alienatus erat, & tenuit dexteram meã, & confortauit me, & ſtatuit me ſuper pedes meos, & dixit mihi, Quid tibi eſt? & quare conturbatus eſt intellectus tuus, & ſenſus cordis tui? & quare conturbaris? Et dixi, Quoniam dereliquiſti me, & ego quidem feci ſecundum ſermones tuos, & exiui in campũ: & ecce vidi & video quod non poſſum enarrare. Et dixit ad me, Sta vt vir, & commouebo te. Et dixi, Loquere Domine meus tu in me, noli me derelinquere, vt non fruſtra moriar: quoniam vidi quæ non ſciebam, & audio quæ non ſcio. Aut nunquid ſenſus meus fallitur, & anima mea ſomniat? Nunc ergo deprecor te, vt demonſtres ſeruo tuo de exceſſu hoc. Et reſpondit ad me, & dixit, Audi me, & doceam te, & dicam tibi de quibus times: quoniam altiſsimus reuelauit tibi myſteria multa. Vidit rectam viam tuam, quoniam ſine intermiſsione contriſtabaris pro populo tuo, & valde lugebas propter Sion. Hic ergo intellectus viſionis quæ tibi apparuit ante paululum. Quam vidiſti lugentem, inchoaſti conſolari eam. Nunc autem iam ſpeciem mulieris non vides, ſed apparuit tibi ciuitas ædificari: & quoniam enarrabat tibi de caſu filij ſui, hæc abſolutio eſt. Hæc mulier quam vidiſti, hæc eſt Sion: & quoniam dixit tibi quam & nunc conſpicies, vt ciuitatem ædificatam. Et
D quoniam dixit tibi, quia ſterilis fuit triginta annis: propter quod erãt anni ſcilicet triginta, quando non erat in ea adhuc oblatio oblata. Et factum eſt poſt annos triginta, ædificauit Salomon ciuitatem, & obtulit oblationes, tunc fuit quando peperit ſterilis filium. Et quod tibi dixit, quoniam nutriuit eum cum labore, hoc erat, habitatio in Ieruſalem. Et quoniam dixit tibi, quòd filius meus veniens in ſuo thalamo mortuus eſſet, & contigiſſet ei caſus, hoc erat quæ facta eſt ruina Ieruſalem. Et ecce, vidiſti ſimilitudinem eius: & quoniam filium lugeret, inchoaſti conſolari eam, & de his quæ contigerunt, hæc erant tibi aperienda. Et nunc videt altiſsimus, quoniam ex animo contriſtatus es, & quoniam ex toto corde pateris pro ea, oſtendit tibi claritatem gloriæ eius, & pulchritudinem decôris eius. Propterea enim dixit tibi, vt maneres in campo vbi domus non eſt ædificata. Sciebam enim ego, quoniam Altiſsimus incipiebat tibi oſtendere hæc: propterea dixi tibi, vt venires in agrum vbi non eſt fundamentum ædificij. Nec enim poterat opus ædificij hominis ſuſtineri in loco, vbi incipiebatur altiſsimi ciuitas oſtendi. Tu ergo noli timere, neq; expaueſcat cor tuum: ſed ingredere, & vide ſplendorem & magnitudinem ædificij, quantum capax eſt tibi viſu oculorum videre: & poſt hæc audies quantum capit auditus aurium tuarum audire. Tu enim beatus es præ multis, & vocatus es apud altiſsimum ſicut & pauci. Nocte autem quæ in craſtinum futura eſt, manebis hic: & oſtendet tibi Altiſsimus has viſiones ſupremorum, quæ faciet Altiſsimus his qui habitant ſuper terram à nouiſsimis diebus. Et dormiui illam noctem & aliam, ſicut dixerat mihi.

S. APPARET *Eſdræ in viſione aquila terribilis uniuerſi principatum uſurpans.* CAPVT XI.

A ET vidi ſomniũ, & ecce aſcendebat de mari aquila, cui erant duodecim alæ pennarum, & capita tria. Et vidi, & ecce expandebat alas ſuas in omnẽ terram, & omnes venti cœli inſufflabant in eam, & colligebantur. Et vidi, & de pennis eius naſcebantur contrariæ pẽnæ, & ipſæ fiebant in pennaculis minutis & modicis. Nam capita eius erant quieſcentia, & dimidium caput erat maius aliorum capitum, ſed ipſa quieſcebat cum eis. Et vidi, & ecce aquila volauit in pennis ſuis, & regnauit ſuper terram, & ſuper eos qui habitant in ea. Et vidi, quoniã ſubiecta erant ei omnia ſub cœlo, & nemo illi contradicebat, neq; vnus de creatura quæ eſt ſuper terram. Et vidi, & ecce ſurrexit aquila ſuper vngues ſuos, & miſit vocem pennis ſuis, dicens, Nolite omnes ſimul vigilare, dormite vnuſquiſq; in loco ſuo, & per tẽpus vigilate. Capita autẽ in nouiſsimo ſeruẽtur. Et vidi, & ecce vox non exibat de capitibus eius, ſed de medietate corporis eius. Et numeraui contrarias pennas eius, & ecce ipſę erant octo. Et vidi, & ecce à dextera parte ſurre-
B xit vna penna, & regnauit ſuper omnem terrã. Et factũ eſt cũ regnaret, venit ei finis, & non apparuit locus eius: & ſequens exurrexit, & regnabat. Ipſa multũ tenuit tẽpus. Et factum eſt cũ regnaret, & veniebat finis eius, vt nõ appareret ſicut prior. Et ecce vox emiſſa eſt illi, dicẽs, Audi tu quæ tanto tempore tenuiſti terrã. hæc annuntio tibi antequam incipias non apparere. Nemo poſt te tenebit tẽpus tuum, ſed nec dimidium eius. Et leuauit tertia, & tenuit principatũ ſicut & priores: & non apparuit & ipſa. Et ſic contingebat & omnibus alijs ſingulatim principatum gerere, & iterũ nuſquam cõparere. Et vidi, & ecce in tempore ſequentes pennæ erigebantur à dextera parte, vt tenerent & ipſæ principatũ: & ex his erant quæ tenebãt, ſed tamen ſtatim non compareſcebant. Nam & aliquæ ex eis erigebantur, ſed non tenebant principatũ. Et vidi poſt hæc, & ecce non comparuerunt duodecim' pennæ, & duo pennacula: & nihil ſupererat in corpore aquilæ, niſi duo capita quieſcentia & ſex pennacula. Et vidi, & ecce ſex pennaculis diuiſæ ſunt duæ, & manſerunt ſub capite, quod eſt ad
C dexteram partẽ. Nam quatuor manſerunt in loco ſuo. Et vidi, & ecce ſubalares cogitabant ſe erigere, & tenere principatus. Et vidi, & ecce vna erecta eſt, ſed ſtatim non cõparuit. Et ſecundæ velocius, quàm priores non comparuerunt. Et vidi, & ecce duæ quæ ſuperauerunt apud ſemetipſas cogitabãt & ipſæ regnare: & in eo cum cogitarent, ecce vnum quieſcentium capitum quod erat medium, euigilabat. hoc enim erat duorum capitum maius. Et vidi quoniam completa ſunt duo capita ſecum, & ecce conuerſum eſt caput cum his qui cum eo erant, & comedit duas ſubalares quæ cogitabant regnare. Hoc etiam caput perconterruit omnem terram, & dominabatur in ea his qui habitant terram cum labore multo, & potentatum tenuit orbis terrarũ ſuper omnes alas quæ fuerunt. Et vidi poſt hæc, & ecce medium caput ſubito non cõparuit, & hoc ſicut alæ. Superauerunt autem duo capita, quæ & ipſa ſimiliter regnauerunt ſuper terram, & ſuper eos qui habitant in ea. Et vidi, & ecce deuorauit caput à dextera parte illud
D quod à læua. Et audiui vocem dicentem mihi, Conſpice contra te, & conſydera quod vides. Et vidi, & ecce ſicut leo concitatus de ſylua rugiens: & vidi quoniam emittebat vocem hominis ad aquilam. Et dixit dicens, Audi tu, & loquar ad te, & dicet Altiſsimus tibi, Nónne tu es qui ſuperaſti de quatuor animalibus, quæ feceram regnare in ſeculo meo, & vt per eos veniret finis temporum eorum? Et quartus veniens deuicit omnia animalia quæ tranſierunt, & potentatu tenuit ſeculum cum tremore multo, & omnem orbem cum labore peſsimo, & inhabitauit tot temporibus orbem terrarum cum dolo. Et iudicaſti terram non cum veritate. Tribulaſti enim manſuetos, & læſiſti quieſcentes, & dilexiſti

dilexisti mẽdaces,& destruxisti habitationes eorũ qui fructificabant:& humiliasti muros eorũ qui te non nocuerunt. Et ascendit cõtumelia tua vsq; ad Altissimum,& superbia tua ad Fortẽ. Et respexit Altissimus superba tempora,& ecce finita sunt,& scelera eius completa sunt. Propterea non appareas tu aquila,& alæ tuæ horribiles, & pennacula tua pessima, & capita tua maligna, & vngues tui pessimi, & omne corpus tuũ vanum,vt refrigeretur omnis terra,& reuertatur liberata de tua vi,& speret iudiciũ & misericordiã eius qui fecit eã.

S. PRIORIS *uisionis explicatio cum membris eius.*

CAPVT XII.

A ET factum est, dum loqueretur leo verba hæc ad aquilam:& vidi,& ecce quod superauerat caput, & non comparuerunt quatuor alæ illæ quæ ad eum trãsierũt,& erectæ sunt vt regnarent: & erat regnũ eorum exile,& tumultu plenũ.Et vidi,& ecce ipsa nõ apparebant,& omne corpus aquilæ incendebatur,& expauescebat terra valde,& ego à tumultu & excessu mentis,& à magno timore vigilaui,& dixi spiritui meo,Ecce tu præstitisti mihi hoc in eo,quòd scrutaris vias Altissimi. Ecce adhuc fatigatus sum animo,& spiritu meo inualidus sum valde,& nec modica est in me virtus à multo timore, quam expaui nocte hac.Nunc ergo orabo Altissimũ,vt me confortet vsq; in finem.Et dixi,Dominator Domine,si inueni gratiã ante oculos tuos,& si iustificatus sum apud te præ multis,& si cerè ascendit deprecatio mea ante faciem tuam,conforta me, & ostẽde seruo tuo mihi interpretationẽ & distinctionem visus horribilis huius,vt plenissime cõsoleris animã meã.Dignum enim me habuisti ostẽdere mihi temporum nouissima.Et dixit ad me,Hæc est interpretatio visionis huius,Aquilã quam vidisti ascendentẽ de mari,hoc est regnum quod visum est in visione Danieli fratri tuo.Sed non est illi interpretatũ, quoniam ego nunc tibi interpretor.Ecce dies veniunt, & exurget regnũ super terrã,& erit timor acrior omnium regnorũ quæ fuerunt ante eum.Regnabunt autem in ea reges duode-
B cim,vnus post vnum.Nam secundus incipiet regnare,& ipse tenebit amplius tempus præ duodecim.Hæc est interpretatio duodecim alarum quas vidisti. Et quam audisti vocem quæ locuta est,non de capitibus eius exeuntem,sed de medio corporis eius,hæc est interpretatio,quoniã post tempus regni illius nascentur cõtentiones non modicæ,& periclitabitur vt cadat:& non cadet tunc,sed iterum constituetur in suũ initiũ.Et quoniam vidisti subalares octo cohærentes alis eius, hæc est interpretatio,exurgent in ipso octo reges, quorum erunt tempora leuia,& anni citati,& duo quidem ex ipsis perient.Appropinquante autẽ tempore medio,quatuor seruabũtur in tempore,cum incipiet appropinquare tempus eius vt finiatur:duæ verò in finem seruabuntur.Et quoniã vidisti tria capita quiescentia, hæc est interpretatio,in nouissimis eius suscitabit Altissimus tria regna,& renouabit in ea multa,& dominabuntur terram,& qui habitant in ea,cum labore multo super omnes qui fuerũt ante hos.propter hoc ipsi vocati sunt capita aquilæ.Isti enim erunt qui recapitulabũt impietates eius,& qui perficiẽt nouissima eius.Et quoniam vidisti caput maius non apparẽs,hæc est interpretatio eius.quo-
C niam vnus ex eis super lectũ suum morietur,& tamen cũ tormentis.Nam duo qui perseuerauerint,gladius eos comedet. Vnius enim gladius comedet qui cum eo:sed tamen hic gladio in nouissimis cadet. Et quoniam vidisti duas subalares traijcientes super caput quod est in dextera parte,hæc est interpretatio.hi sunt quos cõseruauit Altissimus in finẽ suum, hoc est regnũ exile,& turbationis plenũ.Sicut vidisti & leonem,quem vidisti de sylua euigilantẽ,& rugientẽ,& loquentem ad aquilam,& arguentem eam,& iniustias ipsius per omnes sermones eius sicut audisti:hic est ventus quem seruauit Altissimus in finẽ ad eos,& impietates ipsorũ,& arguet illos,& incutiet corã ipsis discerptiones eorum.Statuet enim eos in iudicio viuos:& erit,cum arguerit eos, tunc corripiet eos.nam residuũ populum meum liberabit cum miseria,qui saluati sunt super fines meos,& iucundabit eos quoadusque veniet finis dies iudicij: de quo locutus sum tibi ab initio. Hoc somniũ quod vidisti,& hæ interpretationes.Tu ergo solus dignus fuisti scire Altissimi secretum hoc.Scribe ergo omnia ista in libro quæ vidisti,& pone ea in loco abscondito:
D & docebis ea sapiẽtes de populo tuo,quorũ corda scis posse capere & seruare secreta hæc.Tu autẽ adhuc sustine hic alios dies septem,vt tibi ostendatur quicquid visum fuerit Altissimo ostendere tibi.Et profectus est à me.Et factum est, cũ audisset omnis populus quoniã pertransierunt septem dies, & ego non fuissem reuersus in ciuitatẽ,& congregauit se omnis à minimo vsq; ad maximum:& venit ad me,& dixerũt mihi dicentes,Quid peccauimus tibi,& quid iniustè egimus in te,quoniã derelinquens nos sedisti in loco hoc? Tu enim nobis superes solus ex omnibus populis,sicut botrus de vinea,& sicut lucerna in loco obscuro,& sicut portus & nauis saluata à tempestate.Aut non sufficiunt nobis mala quæ contingunt?Si ergo tu nos dereliqueris, quanto nobis erat melius si essemus succensi & nos cum incendio Sion? Nec enim nos sumus meliores eorum qui ibi mortui sunt. Et ploratuerunt voce magna.Et respondi ad eos,& dixi,Confide Israel, & noli tristari tu domus Iacob.Est enim memoria vestri coram Altissimo,& fortis non est oblitus vestri in tentatione. Ego enim non dereliqui vos, neq; excessi à vobis: sed veni in hunc locum,vt deprecarer pro desolatione Sion, vt quærerem misericordiam pro humilitate sanctificationis vestræ, Et nunc ite vnusquisq; vestrum in domum suam, & ego veniam ad vos post dies istos. Et profectus est populus, sicut dixi ei,in ciuitatem:ego autem sedi in campo septem diebus, sicut mihi mandauit, & manducabam de floribus solummodo agri,de herbis facta est esca mihi in diebus illis.

S. ALTERA *uisio Esdræ ostenditur cum interpretatione eius.*

CAPVT XIII.

A ET factũ est post dies septẽ,& somniaui somnium nocte.Et ecce de mari ventus exurgebat, vt conturbaret omnes fluctus eius. Et vidi,& ecce conualescebat ille homo cũ millibus cœli: & vbi vultũ suum vertebat vt cõsyderaret,tremebãt omnia quæ sub eo videbãtur:& vbicunq; exibat vox de ore eius ardescebant omnes qui audiebãt voces eius,sicut quiescit terra quãdo senserit ignẽ.Et vidi post hæc,& ecce congregabatur multitudo hominũ,quorũ non erat numerus de quatuor ventis cœli, vt debellarent hominem qui ascẽderat de mari. Et vidi,& ecce si bimetipsi sculpserat montẽ magnũ,& volauit super eũ.Egò autem quæsiui videre regionẽ,vel locum vnde sculptus esset mons,& nõ potui.Et post hæc vidi,& ecce,omnes qui cõgregati sunt ad eũ,vt expugnarẽt eum,timebãt valde,tamẽ audebant pugnare. Et ecce,vt vidit impetũ multitudinis venientis non leuauit manũ suam,neq; phramæã tenebat,neq; aliquod vas bellicosum,nisi solũmodo vt vidi,quoniam emisit de ore suo sicut flatum ignis,& de labijs eius spiritus flammæ, & de lingua eius emittebat scintillas, & tempestates, & commista sunt omnia simul,hic flatus ignis,& spiritus flammæ,& multitudo tempestatis:& concidit super multitudinẽ in impetu, quæ præparata erat pugnare,& succẽdit omnes,vt subitò ni-
B hil videretur de innumerabili multitudine, nisi solummodo puluis,& fumi odor:& vidi,& extimui. Et post hæc vidi ipsum hominem descendentem de monte,& vocantem ad se multitudinẽ aliam pacificam,& accedebat ad eum vultus hominum multorũ quorundam gaudentium, quorundam tristantiũ:aliqui verò alligati,aliqui adducentes ex eis qui offerebãtur.& ægrotaui à multitudine pauoris, & expergefactus sum,& dixi, Tu ab initio demonstrasti seruo tuo mirabilia

hæc,&

hæc,& dignũ me habuisti vt susciperes deprecationẽ meam: & nunc demonstra mihi adhuc interpretationem somnij huius. Sicut enim existimo in sensu meo, væ qui derelicti fuerunt in diebus illis:& multo plus væ his qui non sunt derelicti. Qui enim non sunt derelicti, tristes erant. Intelligo nunc quæ sunt reposita in nouissimis diebus, & occurrent eis, sed & his qui derelicti sunt. Propter hoc venerunt enim in pericula magna,& necessitates multas, sicut ostendunt somnia hæc. Attamen facilius est periclitantem venire in hunc, quàm pertransire, sicut nubem à seculo,& nunc videre quæ continguntin nouissimo. Et respondit ad me,& dixit, Et visionis interpretationem dicam tibi:& de quibus locutus es, adaperiam tibi. Quoniã de his dixisti qui derelicti sunt, hæc est interpretatio. Qui aufert periculũ illo tempore, hic se custodiuit. qui in periculo inciderunt, hi sunt, qui habent opera,& fidem ad Fortissimum. Scito ergo quoniam magis beatificati sunt, qui derelicti super eos qui mortui sunt. Hæ interpretationes visionis, quia vidisti virum ascendentem de corde maris, ipse est quem conseruat Altissimus multis tẽporibus, qui per semetipsum liberabit creaturã suam:& ipse disponet, qui derelicti sunt. Et quoniã vidisti de ore eius exire, vt spiritum, & ignem,& tempestatẽ:& quoniã non tenebat phramæam, neq; vas bellicosum: corrupit enim impetus eius multitudinem, quæ venerat expugnare eũ. hæc est interpretatio. Ecce dies veniunt, quando incipiet Altissimus liberare eos qui super terram sunt:& veniet in excessu mẽtis super eos qui inhabitant terram. Et alij alios cogitabunt debellare: ciuitas ciuitatem,& locus locũ,& gens aduersus gentem,& regnum aduersus regnũ. Et erit, cum fient hæc,& contingent signa quæ antè ostendi tibi: & tunc reuelabitur filius meus, quem vidisti, vt virum ascendentẽ. Et erit quando audierint omnes gentes vocem eius:& derelinquet vnusquisq; in regione sua bellum suum, quod habent ad alterutrum:& colligetur in vnum multitudo innumerabilis, sicut volẽtes venire,& expugnare eũ. Ipse autem stabit super cacumen montis Sion. Sion autẽ veniet,& ostendetur omnibus parata, & ædificata: sicut vidisti montem sculpi sine manibus. Ipse autem filius meus arguet, quæ adinuenerunt gentes, impietates eorum has, quæ tempestati appropinquauerunt, propter mala cogitamenta eorum, & cruciamẽta, quibus incipient cruciari: quæ assimilatæ sunt flammæ,& perdet eos sine labore per legem quæ igni assimilata est. Et quoniam vidisti eum colligentẽ ad se aliam multitudinem pacificam, hæ sunt decem tribus, quæ captiuæ factæ sunt de terra sua in diebus Osee regis, quem captiuum duxit Salmanasar rex Assyriorum:& transtulit eos trans flumen,& translati sunt in terram aliam. Ipsi autem sibi dederunt consilium hoc, vt derelinquerent multitudinẽ gentium,& proficiscerentur in vlteriorem regionem, vbi nunquam inhabitauit genus humanum: vel ibi obseruare legitima sua, quæ non fuerant seruantes in regione sua. Per introitus autẽ angustos fluminis Euphrãten introierunt. Fecit enim eis tunc Altissimus signa,& statuit venas fluminis vsquequo transirent. Per eam enim regionem erat via multa itineris, anni vnius & dimidij: nam regio illa vocatur Arsareth. Tunc inhabitauerunt ibi vsque in nouissimo tempore:& nunc iterum cum cœperint venire, iterum Altissimus statuet venas fluminis, vt possint transire: propter hæc vidisti multitudinem cum pace. Sed & qui derelicti sunt de populo tuo, hi sunt qui inueniuntur intra terminum meum. Factum erit ergo, quando incipiet perdere multitudinem earum, quæ collectæ sunt gentes, proteget eos qui superauerunt populum:& tunc ostendet eis multa plurima portenta. Et dixi ego, Dominator Domine, hoc mihi ostende, propter quod vidi virum ascendentẽ de corde maris. Et dixit mihi, Sicut non potes hæc vel scrutari, vel scire quæ sunt in profundo maris: sic non poterit quisque super terram videre filium meum, vel eos qui cum eo sunt, nisi in tempore diei. Hæc est interpretatio somnij, quod vidisti, & propter quod illuminatus est hic solus. Dereliquisti enim tuam,& circa meam vacasti legem, & quæsisti. Vitam enim tuam disposuisti in sapientia, & sensum tuum vocasti matrem:& propter hoc ostendi tibi merces apud Altissimũ. erit enim post alios tres dies, ad te alia loquar,& exponam tibi grauia, & mirabilia. Et profectus sum,& transij in campum, multum glorificans & laudans Altissimum de mirabilibus quæ per tempus faciebat:& quoniam gubernat ipsum,& quæ sunt in temporibus illata,& sedi ibi tribus diebus.

S. APPARET Dominus Esdræ in rubo, & arcana quædam futura reuelat. CAPVT XIIII.

A ET factum est tertio die,& ego sedebam sub quercu. Et ecce, vox exiuit contra me de rubo, & dixit, Esdra Esdra. Et dixi, Ecce ego Domine. Et surrexi super pedes meos. Et dixit ad me, Reuelans reuelatus sum super rubum,& locutus sum Moysi, quando populus meus seruiebat in Aegypto,& misi eum,& eduxi populum meum de Aegypto,& adduxi eum super montem Sina,& detinebam eum apud me diebus multis:& enarraui ei mirabilia multa,& ostendi ei temporum secreta,& finem: & præcepi ei, dicens, Hæc in palàm facies verba,& hæc abscondes. Et nunc tibi dico: signa quæ demonstraui, & somnia quæ vidisti, & interpretationes quas tu vidisti, in corde tuo repone ea: tu enim recipieris ab omnibus, conuerteris residuus cum consilio meo & cum similibus tuis, vsquequo finiantur tempora, quoniam seculum perdidit iuuentutem suam,& tempora appropinquant senescere. Duodecim enim partibus diuisum est seculũ,& trãsierũt eius decima,& dimidium decimæ partis: supersunt autem eius post medium decimæ partis. Nunc ergo, dispone domum tuam, & corripe populum tuum, & consolare humiles eorum,& B renuntia iam corruptelæ,& dimitte abs te mortales cogitationes,& proijce abs te pondera humana,& exue te iam infirmam naturam: & repone in vnam partem molestissima tibi cogitamenta,& festina transmigrare à temporibus his: quæ enim vidisti nunc contigisse mala, iterum horum deteriora facient. quantum enim inualidum fiet seculum à senectute, tantum multiplicabuntur super inhabitantes mala. Prolongauit enim se magis veritas,& appropinquauit mendacium. Iam enim festinat venire, quam vidisti visionem. Et respondi,& dixi corã te Domine, Ecce enim ego abibo, sicut præcepisti mihi,& corripiam præsentem populum. Qui autem iterum nati fuerint, quis commouebit? Positum est ergo seculum in tenebris: & qui inhabitant in eo, sine lumine. Quoniam lex tua incensa est, propter quod nemo scit quæ à te facta sunt, vel quæ incipient opera. Si enim inueni in te gratiam, immite in me spiritum sanctũ,& scribam omne quod factum est in seculo ab initio, quæ erant in lege tua scripta, vt possint homines inuenire semitam:& qui voluerint viuere in nouissimis, viuant. Et respondit ad me,& dixit, Vadens con C grega populũ,& dices ad eos, vt non quærant te diebus quadraginta. Tu autem præpara tibi buxos multos,& accipe tecum Saream, Dabriam, Salemiam, Echanum,& Asiel, quinque hos qui parati sunt ad scribendum velociter:& venias huc,& ego accendam in corde tuo lucernam intellectus, quæ non extinguetur quoadusque finiantur quæ incipies scribere. Et tunc perfectis quædam palàm facies, quædam sapientibus absconse trades. in crastinum enim hac hora incipies scribere. Et profectus sum, sicut mihi præcepit, & congregaui omnem populum, & dixi, Audi Israel verba hæc: Peregrinati sunt patres nostri ab initio in Aegypto,& liberati sunt inde:& acceperunt legem vitæ, quam non custodierunt, quam & vos post eos transgressi estis:& data est vobis terra in sortem,& terra Sion,& patres vestri,& vos iniquitatem fecistis,& non seruastis vias quas præcepit vobis Altissimus:& iustus iudex cum sit, abstulit à

vobis

vobis in tempore quod donauerat. Et nunc vos hîc eſtis, & fratres veſtri introrſum veſtrũ ſunt. Si ergo imperaueritis ſenſui veſtro, & erudieritis cor veſtrum, viui conſeruati eritis, & poſt mortem miſericordiam conſequemini. Iudiciũ enim poſt mortem veniet, quãdo iterum reuiuiſcemus: & tunc iuſtorum nomina parebunt, & impiorũ facta oſtendentur. Ad
D me igitur nemo accedat nunc, neque requirat me vſque dies quadraginta. Et accepi quinque viros, ſicut mandauit mihi, & profecti ſumus in campum, & mãſimus ibi. Et factus ſum in craſtinum, & ecce vox vocauit me, dicens, Eſdra, aperi os tuum, & bibe quo te potauero. Et aperui os meum, & ecce calix plenus porrigebatur mihi. Hoc erat plenum ſicut aqua: color autem eius vt ignis ſimilis. Et accepi, & bibi: & in eo cum bibiſſem, cor meum cruciabatur intellectu, & in pectus meum increſcebat ſapientia. Nam ſpiritus meus conſeruabatur memoria. Et apertum eſt os meum, & non eſt clauſum amplius. Altiſsimus dedit intellectum quinq; viris, & ſcripſerunt quæ dicebantur exceſsiones noctis quas non ſciebant. Nocte autem manducabant panem, ego autem per diem loquebar, & per noctem non tacebam. Scripti ſunt autem per quadraginta dies libri ducenti quatuor. Et factum eſt cum compleuiſſent quadraginta dies, locutus eſt altiſsimus, dicens, Priora quæ ſcripſiſti, in palàm pone, & legant digni & indigni: nouiſsimos autem ſeptuaginta conſeruabis, vt tradas eos ſapientibus de populo tuo. In his enim eſt vena intellectus, & ſapientiæ fons, & ſcientiæ flumen. Et feci ſic.

S. PRAEDICVNTVR *multæ calamitates ſeculo ſuperuenturæ.*

CAPVT XV.

A ECce loquere in aures plebis meæ ſermones prophetiæ, quos immiſero in os tuum, dicit Dominus, & fac vt in charta ſcribantur, quoniam fideles & veri ſunt. Ne timeas à cogitationibus aduerſum te, nec turbent te incredulitates dicentium, Quoniam omnis incredulus in incredulitate ſua morietur. Ecce ego, induco, dicit Dominus, ſuper orbem terrarum mala, gladium, & famem & mortem, & interitũ: propter quod ſuperpolluit iniquitas omnem terram, & adimpleta ſunt opera nociua illorum. Propterea dicit Dominus: Iam non filebo de impietatibus eorũ quæ irreligioſe agunt, nec ſuſtinebo in his quæ iniquè exercẽt: ecce ſanguis innoxius & triſtis clamat ad me, & animæ iuſtorum clamant perſeueranter. Vindicans vindicabo illos, dicit Dominus, & accipiam omnem ſanguinem innoxiũ ex illis ad me. Ecce populus meus quaſi grex ad occiſionẽ ducitur, iam non patiar illum habitare in terra Aegypti: ſed educam eum in manu potenti, & brachio excelſo, & percutiam plaga ſicut prius, & corrumpam omnem terram eius. Lugebit Aegyptus, & fundamenta eius plaga verberata, & caſtigatione quas inducet ei Deus. Lugebunt cultores operantes terram, quoniam deficient ſemina eorum ab vredine & grandine, & à ſydere terribili. Væ ſeculo, & qui habitant in eo: quia appropinquauit gladius & contritio eorum, & exurget gens contra gentem ad pugnam, & rhomphæa in manibus eorum. Erit enim incõſtabilitio hominibus, & alij alijs inualeſcentes non curabunt regem ſuum & principes,
B viæ geſtorum ſuorũ in potentia ſua. Concupiſcet enim homo in ciuitatem ire, & non poterit. Propter ſuperbiã enim eorum ciuitates turbabuntur, domus exterentur, homines metuent. Non miſerebitur homo proximum ſuum ad irritum faciendum domos eorum in gladiũ, ad diripiendas ſubſtantias eorum propter famem panis & tribulationem multam. Ecce ego conuoco, dicit Deus, omnes reges terræ ad me verendũ, qui ſunt ab Oriente, & ab Auſtro, ab Euro, & à Libano, ad cõuertendos ad ſe, & reddere quæ dederunt illis: ſicut faciunt vſque hodie electis meis, ſic faciam & reddam in ſinu eorum. Hæc dicit Dominus Deus, Non parcet dextera mea ſuper peccatores, nec ceſſabit rhomphæa ſuper effundentes ſanguinem innoxium ſuper terram. Exijt ignis ab ira eius, & deuorauit fundamenta terræ, & peccatores quaſi ſtramen incenſum. Væ eis qui peccant, & non obſeruant mandata mea, dicit Dominus. non parcam illis. Diſcedite filij à poteſtate. Nolite contaminare ſanctificationem meam, quoniam nouit Dominus omnes qui delinquunt in illum. propterea tradidit eos in mortem, & in occiſionem. Iam enim venerunt ſuper orbem terrarũ mala, & manebitis in illis. non enim liberabit vos Deus, propter quod peccaſtis in eũ. Ecce viſio horribilis, & facies illius ab oriente. Et exient nationes draconum Arabum in curribus multis, & ſicut flatus eorum numerus fertur ſuper terram, vt iam timeant & trepident omnes qui illos audient carmonij inſanientes in ira, & exient vt apri de ſylua, & aduenient in virtute magna, & conſtabunt in pugnam cum illis, & vaſtabunt portionem terræ Aſſyriorum. Et poſt hæc ſuperaleſcẽt dracones natiuitatis ſuæ memores, & conuuertent ſe conſpirãtes in virtute magna ad perſequendos eos. Iſti turbabuntur & ſilebunt in virtute illorũ, & conuertent pedes ſuos in fugam, & à territorio Aſſyriorum ſubſeſſor obſidebit eos, & cõſumet vnum ex illis, & erit timor & tremor in exercitu illorum, & contentio in reges
C ipſorum. Ecce nubes ab oriente, & à ſeptentrione vſque ad meridianũ, & facies earum horrida valde, plena iræ & procellæ, & collident ſe inuicem, & collident ſydus copioſum ſuper terram, & ſydus illorum, & erit ſanguis à gladio vſque ad ventrem, & fimus hominis vſq; ad ſubſtramen cameli, & erit timor & tremor multus ſuper terram, & horrebũt qui videbunt iram illam, & tremor apprehendet illos: & poſt hæc mouebuntur nimbi copioſi à meridiano, & ſeptentrione, & portio alia ab occidente: & ſuperinualeſcent venti ab oriente, & reludent eam, & nubem quam ſuſcitauit in ira, & ſydus ad faciendam exterritationem ad orientalem ventum & occidentem violabitur: & exaltabuntur nubes magnæ & validæ plenæ iræ, & ſydus, vt exterreant omnem terram, & inhabitantes eam, & infundent ſuper omnem locum altum & eminentem ſydus terribile, ignem & grandinem, & rhomphæas volantes, & aquas multas, vt etiam impleantur omnes campi, & omnes riui plenitudine aquarum multarum, & demolientur ciuitates, & muros, & mõtes, & colles, & ligna ſyluarum, & fœnum pratorum, & frumenta eorum. Et tranſibunt conſtantes vſque Babylonem, & exterent eam: conuenient ad ipſam, & circuibunt eam, & effundent ſydus & omnem iram ſuper eam, & ſubibit puluis & fumus vſque in cælum, & omnes in circuitu lugebunt eam: & qui ſub ea remanſerint, ſeruient his qui exterruerunt. Et tu Aſia concors in ſpem Babylonis, & gloria perſonæ eius: væ tibi miſera propter quod aſsimilaſti ei, & ornaſti filias tuas in fornicatione ad placendum & gloriandum in amatoribus tuis, qui te-
D cum cupierunt ſemper fornicari. Odibilem imitata es in omnibus operibus eius, & in adinuentionibus eius, propterea dicit Deus, Immittam tibi mala, viduitatem, paupertatem, & famem, & gladium, & peſtem, ad deuaſtandas domos tuas à violatione, & morte, & gloria virtutis tuæ. Sicut flos ſiccabitur, cum exurget ardor qui emiſſus eſt ſuper te, infirmaberis vt paupercula plagata & caſtigata à mulieribus, vt non poſsint te ſuſcipere potentes & amatores. Nunquid ego ſic zelabor te, dicit Dominus, niſi occidiſſes electos meos in omni tempore, exaltans percuſsionem manuũ, & dicens ſuper mortem eorum, cum inebriata eſſes, Exorna ſpeciem vultus tui? Merces fornicationis tuæ in ſinu tuo, propter hoc redditionem accipies. Sicut facies electis meis, dicit Dominus: ſic faciet tibi Deus, & tradet te in malum. Et nati tui fame interient: & tu rhomphæa cades, & ciuitates tuæ conterentur, & omnes tui in campo gladio cadent. Et qui ſunt in montibus, fame peribunt, & manducabunt carnes ſuas, & ſanguinẽ bibent à fame panis & ſiti aquæ. Infelix per maria venies, & rurſum accipies mala. Et in tranſitu

allident

allident ciuitatẽ occiſam,& exterent aliquam portionem terræ tuæ,& partem gloriæ tuæ exterminabunt,rurſum reuertẽtes ad Babylonẽ ſubuerſam.Et demolita eris illis pro ſtipula,& ipſi erũt tibi ignis:& deuorabũt te,& ciuitates tuas, terram tuã,& montes tuos,omnes ſyluas tuas,& lignũ fructiferum igni comburent.Filios tuos captiuos ducent,& cenſum tuum in prædã habebunt,& gloriã faciei tuæ exterminabũt.

S.HORRENDA *uniuerſo orbi deſolatio in fine futura.*

CAPVT XVI.

A VAe tibi Babylon & Aſia,væ tibi Aegypte & Syria. Præcingite vos ſaccis & cilicijs,& plangite filios veſtros,& dolete: quoniam appropinquauit contritio veſtra. Immiſſus eſt vobis gladius, & quis eſt qui auertat illũ?Immiſſus eſt in vobis ignis,& quis eſt qui extinguat illum?Immiſſa ſunt vobis mala, & quis eſt qui repellat ea?Nunquid repellet aliquis leonem eſurientem in ſylua,aut extinguet ignem in ſtipula mox quando cœperit ardere?Nunquid repellet aliquis ſagittam à ſagittario forti miſſam?Dominus fortis immittit mala, & quis eſt qui repellet ea?Exijt ignis ex iracũdia eius,& quis eſt q extinguat eum?Coruſcabit,& quis non timebit?Tonabit, & quis non pauebit?Dominus cõminabitur,& quis non funditus conteretur à facie ipſius?Terra tremuit & fundamenta eius, mare fluctuat de profundo,& fluctus eius diſturbabũtur,& piſces eius à facie Domini,& à gloria virtutis eius: quoniam fortis dextera eius quæ arcum tendit: ſagittæ eius acutæ quæ ab ipſo mittuntur,non deficient cum cœperint mitti in fines terræ.Ecce mittuntur mala,& non reuertentur, donec veniant ſuper terrã.Ignis ſuccenditur,& non extinguetur,donec conſumat fundamenta terræ.Quemadmodum non redit ſagitta miſſa à valido ſagittario:ſic non reuertentur mala, quæ miſſa fuerint in terram.Væ mihi,væ mihi: quis me liberabit in illis diebus?Initium dolorum & multi gemitus,initium famis & multi interitus,initium bellorum,& formidabunt poteſtates,initium malorũ,& trepidabunt omnes.In his quid faciam
B cum venerint mala? Ecce fames & plaga,& tribulatio,& anguſtia miſſa ſunt flagella in emendatione,& in his omnibus ſe non conuertent ab iniquitatibus ſuis,neq; flagellorum memores erunt ſemper.Ecce,erit annonæ vilitas ſuper terram, ſic vt putent ſibi eſſe directam pacem,& tunc germinabunt mala ſuper terram,gladius,fames,& magna confuſio. A fame enim plurimi qui inhabitant terram interient, & gladius perdet cæteros,qui ſuperauerint à fame,& mortui ſicut ſtercora proijcientur, & non erit qui conſoletur eos. Derelinquetur enim terra deſerta, & ciuitates eius deijcientur. Non derelinquetur qui colat terram,& qui ſeminet eam.Ligna dabunt fructus, & quis vindemiabit illa? Vua matura fiet, & quis calcabit illam? Erit enim locis magna deſertio. Cupiet enim homo hominem videre, vel vocem eius audire.Relinquentur enim de ciuitate decem,& duo de agro qui abſconderint ſe in denſis nemoribus,& ſciſſuris petrarum. quemadmodum dum derelinquuntur in oliueto,& ſingulis arboribus tres aut quatuor oliuæ: aut ſicut in vinea vindemiata racemi relinquuntur ab his qui diligenter vineam ſcrutantur: ſic relinquẽtur in diebus illis tres aut quatuor ab ſcrutãtibus domos eorum in rhomphæa.Et relinquetur terra deſerta, & agri eius inueterabunt,& viæ eius & omnes ſemitæ eius germinabunt ſpinas, eo quòd non tranſient homines per eam. Lugebunt virgines non habentes ſponſos,lugebũt mulieres non habentes viros, lugebunt filiæ earũ non habentes adiutorium.ſponſi earum in bello conſumentur,& viri earum in fame exterentur.Audite verò iſta,& cognoſcite ea ſerui Domini.Ecce verbum Domini,excipite illud: ne dijs credatis, de quibus dicit Dominus.Ecce appropinquant mala,& non tardant.Quemadmodum prægnans cum parit in nono menſe filium ſuum,appropinquante hora partus eius ante horas duas vel tres,dolores circumeũt ventrẽ eius,& prodeunte infante de ventre non tardabũt vno puncto:ſic non morabuntur mala ad prodeũdũ ſuper terram,& ſeculum gemet,& do-
C lores circum tenebunt illud.Audite verbũ,plebs mea:parate vos in pugnã,& in malis ſic eſtote,quaſi aduenæ terræ. Qui vẽdit,quaſi qui fugiat:& qui emit,quaſi qui perditurus.Qui mercatur,quaſi qui fructũ non capiat: & qui ædificat, quaſi non habitaturus.Qui ſeminat,quaſi qui non metet:ſic & qui vineam putat,quaſi qui non vindemiaturus.Qui nubunt,ſicut quaſi filios non facturi:& qui non nubunt,ſic quaſi vidui. Propter quod qui laborant,ſine cauſa laborant.Fructus enim illorum alienigenæ metent,& ſubſtantiã illorum rapient,& domos euertent,& filios eorum captiuabunt, quia in captiuitate & fame generant natos ſuos.Et qui negotiãtur in rapina,quantũ diu exornãt ciuitates & domos ſuas,& poſſeſſiones & perſonas ſuas,tanto magis adzelabor eos ſuper peccata ſua,dicit Dominus. Quo modo zelatur fornicaria mulierem idoneam & bonam valde,ſic zelabitur iuſtitia iniquitatem cum exornat ſe,& accuſat eam in facie,cum venerit qui defendat exquirentẽ omne peccatum ſuper terrã.Propterea nolite ſimilari ei,nec operibus eius:quoniã adhuc puſillum, & tolletur iniquitas à terra,& iuſtitia regnabit in vos.non dicat peccator ſe non peccaſſe:quoniam carbones ignis comburet ſuper caput eius qui dicit,Non peccaui coram Domino Deo,& gloria ipſius.Ecce Dominus cognoſcet omnia opera hominũ,& adinuentiones illorum, & cogitationes illorũ, & corda illorũ.Dixit enim.Fiat terra,& facta eſt:fiat cœlũ,& factum eſt.Et in verbo illius ſtellæ fundatæ ſunt,& nouit numerum ſtellarũ.Qui ſcrutatur abyſſum,& theſauros illarum: qui menſus eſt mare,& conceptũ eius.Qui concluſit mare in medio aquarũ,& ſuſpendit terrã ſuper aquas verbo ſuo.Qui extẽdit cœlũ quaſi cameram,ſuper aquas fundauit eum.Qui poſuit in deſerto fontes aquarũ,& ſuper verticem montium lacus ad emittendũ flumina ab eminenti petra,vt potaret terram.Qui finxit hominẽ,& poſuit cor ſuum in medio corpo-
D ris,& miſit ei ſpiritũ,vitam,& intellectum, & ſpiramen Dei omnipotentis qui fecit omnia,& ſcrutinat omnia abſconſa in abſconſis terræ.Hic nouit adinuention ẽ veſtram,& quæ cogitatis in cordibus veſtris, peccantes, & volentes occultare peccata veſtra. Propter quod Dominus ſcrutinando ſcrutinauit omnia opera veſtra,& traducet vos omnes,& vos confuſi eritis cum proceſſerint peccata veſtra coram hominibus, & iniquitates erunt quæ accuſatores ſtabunt in die illo. Quid facietis?aut quomodo abſcõdetis peccata veſtra coram Deo, & angelis eius?Ecce iudex Deus,timete eum. Deſinite à peccatis veſtris, & obliuiſcamini iniquitates veſtras iam agere eas in ſempiterno, & Deus educet vos,& liberabit de omni tribulatione.Ecce enim incẽditur ardor ſuper vos turbæ copioſæ,& rapient quoſdam ex vobis,& cibabunt idôlis occiſos:& qui conſenſerint eis,erunt illis in deriſum,& in improperiũ,& in conculcationẽ.erit enim locis locus, & in vicinas ciuitates exurrectio multa ſuper timentes Dominum.Erunt quaſi inſani,nemini parcentes:ad diripiendũ & deuaſtandum adhuc timentes Dominũ,quia deuaſtabunt & diripient ſubſtantias,& de domibus ſuis eos eijcient.Tunc parebit probatio electorum meorũ,vt aurum quod probatur ab igne.Audite dilecti mei,dicit Dominus:Ecce adſunt dies tribulationis,& de his liberabo vos.Ne timeatis,nec hæſitetis:quoniam Deus dux veſter eſt.Et qui ſeruat mandata & præcepta mea, dicit Dominus Deus,ne præponderent vos peccata veſtra, ne ſuperleuent ſe iniquitates veſtræ.Væ qui conſtringuntur à peccatis ſuis,& obteguntur ab iniquitatibus ſuis,quemadmodum ager conſtringitur à ſylua, & ſpinis tegitur ſemita eius,per quam non tranſit homo, & excluditur, & mittitur ad deuorationem ignis.

FINIS.

Hieronymus ad Chromatium et Heliodorum in Tobiam, Præfatio.

MIRARI *non desino exactionis uestræ instantiam. Exigitis enim ut librum Chaldæo sermone conscriptum, ad Latinum stylum trahamus, librum utiq; Tobiæ: quem Hebræi de catalogo diuinarum scripturarum secãtes, his quæ hagiographa memorant, manciparũt. Feci satis desyderio uestro, non tamen meo studio. Arguunt & nos Hebræorum studia: & imputant nobis, contra suum canonem Latinis auribus ista transferre. Sed melius esse iudicans Pharisæorum displicere iudicio, & episcoporum iussionibus deseruire, institi, ut potui. Et quia uicina est Chaldæorum lingua sermoni Hebraico, utriusq; linguæ peritissimum loquacem reperiens, unius diei laborem arripui: & quicquid ille mihi Hebraicis uerbis expressit, hoc ego accito notario sermonibus latinis exposui. Orationibus uestris mercedem huius operis compensabo, cùm gratum uobis didicero me, quod iubere estis dignati, complesse.*

Liber Tobiæ.



S. TOBIAS *in captiuitatem ductus, in Deum pietatem & proximum non deseruit.*

CAPVT I.

A TOBIAS ex tribu & ciuitate Nephthali, quæ est in superioribus Galilææ supra Naasson, post viam quæ ducit ad occidentẽ, in sinistro habens ciuitatem Sephet: cum captus esset in diebus Salmanasar regis Assyriorum, in captiuitate tamen positus, viam veritatis non deseruit ita vt omnia quæ habere poterat, quotidie concaptiuis fratribus, qui erant ex eius genere, impertiret. Cumq; esset iunior omnibus in tribu Nephthali, nihil tamen puerile gessit in opere. Deniq; cum irent omnes ad vitulos aureos, quos Ieroboam fecerat rex Israel, hic solus fugiebat consortia omnium: & pergebat in Ierusalẽ ad templũ Domini, & ibi adorabat Dominum Deum Israel, omnia primitiua sua, & decimas suas fideliter offerens, ita vt in tertio anno proselytis & B aduenis ministraret omnem decimationẽ. Hæc & his similia secundum legem Dei puerulus obseruabat. Cum verò factus fuisset vir, accepit vxorem Annam de tribu sua: genuitq; ex ea filium, nomen suum imponẽs ei, quem ab infantia timere Deum docuit, & abstinere ab omni peccato. Igitur cum per captiuitatẽ deuenisset cum vxore sua & filio in ciuitatem Niniuen, cum omni tribu sua: & cum omnes ederẽt ex cibis gentilium, iste custodiuit animam suam, & nunquam contaminatus est in escis eorum. Et quoniam memor fuit Domini in toto corde suo, dedit illi Deus gratiam in conspectu Salmanasar regis: & dedit illi potestatem quocunq; vellet ire, habens libertatẽ quæcunq; facere voluisset. Pergebat ergo per C omnes qui erant in captiuitate, & monita salutis dabat eis. Cum autem venisset in Rages ciuitatem Medorum, & ex his quibus honoratus fuerat à rege, habuisset decem talenta argenti, & cum in multa turba generis sui Gabelum egentem videret qui erat ex tribu eius, sub chirographo dedit illi memoratum pondus argenti. Post multũ verò temporis mortuo Salmanasar rege, cũ regnaret Sennacherib filius eius pro eo, & filios Israel exosos haberet in conspectu suo, Tobias quotidie pergebat per omnem cognationem suam, & consolabatur eos, diuidebatq; vnicuiq;, prout poterat, de facultatibus suis. esurientes alebat, nudisque vestimenta præbebat, & mortuis atq; occisis sepulturam solicitus exhibebat. Deniq; cum reuersus esset rex Sennacherib fugiens à Iudæa plagam, quam circa eum fecerat Deus propter blasphemiam suam, & iratus multos occideret ex filijs Israel, Tobias sepeliebat corpora eorum. At vbi nuntiatum est regi, iussit eum occidi, & tulit omnem substantiam eius. Tobias verò cum filio suo, & cum vxore fugiens, nudus latuit, quia multi diligebant eum. Post dies verò quadraginta quinque, occiderunt regem filij ipsius, & reuersus est Tobias in domum suam, omnisq; facultas eius restituta est ei.

Tobias fugit idola. 3. Reg. 12 f

Charitas Tobiæ in fratres.

4. Re. 19 g
Eccl. 48 d
Esaiæ 37 g
1. Mac. 7 f
& 2. Macha. 8 e

S. TOBIAS *mortuorum fatigatus sepultura hirundinis stercore iacens excæcatur.* CAPVT II.

A POst hæc verò cum esset dies festus Domini, & factum esset prandium bonum in domo Tobiæ, dixit filio suo, Vade, & adduc aliquos de tribu nostra timentes Deum, vt epulentur nobiscum. Cumq; abijsset, reuersus nuntiauit vnum ex filijs Israel iugulatum iacere in platea. Statimq; exiliens de accubitu suo, relinquens prandiũ, ieiunus peruenit ad corpus: tollensq; illud portauit ad domum suam occultè, vt dum sol occubuisset, cautè sepeliret eum. Cumq; occultasset corpus, manducauit panẽ cum luctu & tremore, memorans illum sermonẽ, quem B dixit Dominus per Amos prophetã, Dies festi vestri conuertentur in lamentationẽ, & luctũ. Cum verò sol occubuisset, abijt, & sepeliuit eum. Arguebãt autem eum omnes proximi eius, dicẽtes, Iam huius rei causa interfici iussus es, & vix effugisti mortis imperium, & iterum sepelis mortuos? Sed Tobias plus timens Deum quàm regem, rapiebat corpora occisorum, & occultabat in domo sua, & medijs noctibus sepeliebat ea. Contigit autem, vt quadam die fatigatus à sepultura, veniens in domum suam, iactasset se iuxta parietem, & obC dormisset: & ex nido hirundinum dormienti illi, calida stercora inciderent super oculos eius, fieretq; cæcus. Hanc autem tentationem ideo permisit Dominus euenire illi, vt posteris daretur exemplum patientiæ eius, sicut & sancti Iob. Nam cum ab infantia sua semper Deum timuerit, & mandata eius custodierit, non est cõtristatus contra Deum quòd plaga cæcitatis euenerit ei: sed immobilis in Dei timore permansit, agens gratias Deo omnibus diebus vitæ suæ. Nam sicut beato Iob insultabant reges: ita isti parentes & cognati eius irridebant vitam eius, dicẽtes, Vbi est spes tua, pro qua eleemosynas, & sepulturas faciebas? Tobias verò increpabat eos, dicens, Nolite ita loqui, quoniam filij sanctorum sumus, & viD tam illam expectamus, quam Deus daturus est his, qui fidem suam nunquam mutant ab eo. Anna verò vxor eius ibat ad opus textrinum quotidie: & de labore manuum suarum victum, quem consequi potuisset, deferebat. Vnde factum est, vt hœdum caprarum accipiens detulisset domi. Cuius cum vocem balantis vir eius audisset, dixit, Videte ne fortè furtiuus sit. reddite eum dominis suis, quia non licet nobis aut edere ex furto aliquid, aut contingere. Ad hæc

Tobias inuitat timentes Deũ ad prandium.

Amos 8 c

Innocentia Tobiæ.

vxor

vxor eius irata respondit, Manifestè vana facta est spes tua, & eleemosynæ tuæ modo apparuerũt. Atque his, & alijs huiuscemodi verbis exprobrabat ei.

S. TOBIAE *patientia, & Saræ septem maritorum orbatio.*

CAPVT III.

A Oratio Tobiæ ad Deum.

VNc Tobias ingemuit, & cæpit orare cum lachrymis, dicens, Iustus es Domine, & omnia iudicia tua vera sunt: & omnes viæ tuæ misericordia, & veritas, & iudicium. Et nunc Domine memor esto mei, & ne vindictam sumas de peccatis meis, neq; reminiscaris delicta mea vel parentũ meorum. Quoniam non obediuimus præceptis tuis, ideo traditi sumus in direptionẽ, & captiuitatem, & mortem, & in fabulam, & in improperiũ omnibus nationibus, in quibus dispersisti nos. Et nunc Domine magna iudicia tua, quia nõ egimus secundum præcepta tua, & non ambulauimus synceriter coram te. Et nunc Domine secundum voluntatem tuam fac mecum, & præcipe in
B pace recipi spiritum meum. Expedit enim mihi mori magis quàm viuere. Eadem itaq; die contigit, vt Sara filia Raguelis in Rages ciuitate Medorum, & ipsa audiret improperium ab vna ex ancillis patris sui, quoniam tradita fuerat septem viris, & dæmonium nomine Asmodæus occiderat eos mox vt ingressi fuissent ad eam. Ergo cum pro culpa sua increparet puellam, respondit ei, dicens, Amplius ex te non videamus filium, aut filiam super terram, interfectrix virorum tuorum. Nunquid & occidere me vis, sicut etiam occidisti septem viros? Ad hanc vocem perrexit in superius cubiculum domus suæ: & tribus diebus, & tribus noctibus non manducauit, ne-

Oratio cũ ieiunio.

C que bibit: sed in oratione persistens cum lachrymis deprecabatur Deum, vt ab isto improperio liberaret eam. Factum est autem die tertia, dum compleret orationem, benedicens Dominum, dixit, Benedictum est nomẽ tuum Deus patrum nostrorum: qui cum iratus fueris, misericordiã facies, & in tempore tribulationis peccata dimittis his qui inuocant te. Ad te Domine faciem meam conuerto, ad te oculos meos dirigo. Peto Domine, vt de vinculo improperij huius absoluas me, aut certè desuper terrã eripias me. Tu scis Domine quia nunquã concupiui virum, & mundam seruaui animã meam ab omni concupiscentia. Nunquam cum ludentibus miscui me: neque cum his qui in leuitate ambulant, participem me præbui. Virum autẽ cum timore tuo, non cum libidine mea
D consensi suscipere. Et aut ego indigna fui illis, aut illi forsitan mihi non fuerunt digni: quia forsitan viro alij conseruasti me. Non est enim in hominis potestate consilium tuum,

Dei cõsiliũ extra hominis potestatem.

Hoc autem pro certo habet omnis qui te colit, quòd vita eius, si in probatione fuerit, coronabitur: si autem in tribulatione fuerit, liberabitur: & si in corruptione fuerit, ad misericordiam tuam venire licebit. Non enim delectaris in perditionibus nostris: quia post tempestatem tranquillum facis, & post lachrymationem & fletum, exultationem infundis. Sit nomen tuum Deus Israel benedictum in secula. In illo tempore exauditæ sunt preces amborũ in conspectu gloriæ summi Dei: & missus est angelus Domini sanctus Raphael, vt curaret eos ambos, quorũ vno tempore sunt orationes in conspectu Domini recitatæ.

S. SENIOR *Tobias iuniori salutis monita conculcat.*

CAPVT IIII.

A Eccl. 7 c

IGitur cum Tobias putaret orationem suam exaudiri, vt mori potuisset, vocauit ad se Tobiam filium suũ, dixitq; ei, Audi fili mi verba oris mei, & ea in corde tuo quasi fundamentum construe. Cum acceperit Deus animam meam, corpus meum sepeli: & honorẽ habebis matri tuæ omnibus diebus vitæ eius. memor enim esse debes, quæ & quãta pericula passa sit propter te in vtero suo. Cum autem & ipsa compleuerit tempus vitæ suæ, sepelias eam circa me. Omnibus autem diebus vitæ tuæ in mente habeto Deũ: & caue ne aliquando peccato con-
B sentias, & prætermitas præcepta Domini Dei nostri. Ex sub stãtia tua fac eleemosynam, & noli auertere faciem tuam ab vllo paupere: ita enim fiet vt nec à te auertatur facies Domini. Quomodo potueris, ita esto misericors. Si multum tibi fuerit, abundãter tribue: si exiguũ tibi fuerit, etiam exiguum libenter impertiri stude. Præmium enim bonum tibi thesaurizas in die necessitatis, quoniam eleemosyna ab omni peccato, & à morte liberat, & non patietur animam ire in tenebras. Fiducia magna erit coram summo Deo, eleemosyna omnibus facientibus eam. Attende tibi fili mi ab omni fornicatione: & præter vxorem tuam nũquam patiaris crimen sci-
C re. Superbiam nunquam in tuo sensu, aut in tuo verbo dominari permittas: in ipsa enim initium sumpsit omnis perditio. Quicunq; tibi aliquid operatus fuerit, statim ei mercedẽ restitue, & merces mercenarij tui apud te omnino non remaneat. Quod ab alio oderis fieri tibi, vide ne tu aliquando alteri facias. Panem tuum cum esurientibus & egenis comede: & de vestimentis tuis nudos tege. Panem tuum, & vinum tuum super sepulturam iusti constitue, & noli ex eo manducare, & bibere cum peccatoribus. Consilium semper à sapien-
D te perquire. Omni tempore benedic Deum: & pete ab eo vt vias tuas dirigat, & omnia consilia tua in ipso permaneant. Indico etiam tibi fili mi dedisse me decem talenta argenti, dum adhuc infantulus esses, Gabelo, in Rages ciuitate Medorum, & chirographum eius apud me habeo: & ideo perquire quomodo ad eum peruenias, & recipias ab eo supra memoratum pondus argenti, & restituas ei chirographum suum. Noli timere fili mi, pauperem quidem vitam gerimus, sed multa bona habebimus, si timuerimus Deum, & recesserimus ab omni peccato, & fecerimus bene.

Luc. 14 c
Prouer. 5 b
Eccle. 44
& 14. b

Eccle. 29 a

Leui. 19 c
Deut. 14 c
Matt. 7 b

S. RAPHAEL *angelus Tobiam iuniorem duxit in Rages ciuitatem Medorum.*

CAPVT V.

A VNc respondit Tobias patri suo, & dixit, Omnia quæcunq; præcepisti mihi faciam pater. Quomodo autem pecuniam hanc requiram, ignoro. Ille me nescit, & ego eum ignoro: quod signum dabo ei? Sed neq; viam, per quam pergatur illuc, aliquando cognoui. Tunc pater suus respondit illi, & dixit, Chirographum quidem illius apud me habeo: quod dum illi ostenderis, statim restituet. Sed perge nunc, & inquire tibi aliquem fidelem virum, qui eat tecum salua mercede sua: dum adhuc viuo, vt recipias eam. Tũc egressus Tobias, inuenit iuuenem splendidum stantem præcinctum, & quasi paratum ad ambulandum. Et ignorans quòd angelus Dei esset, salutauit eum,
B & dixit, Vnde te habemus bone iuuenis? At ille respõdit, Ex filijs Israel. Et Tobias dixit ei, Nosti viam quæ ducit in regionem Medorum? Cui respondit, Noui, & omnia itinera eius frequenter ambulaui, & mansi apud Gabelum fratrem nostrum, qui moratur in Rages ciuitate Medorum, quæ posita est in monte Ecbatanis. Cui Tobias ait, Sustine me obsecro, donec hæc ipsa nuntiem patri meo. Tunc ingressus Tobias, indicauit vniuersa hæc patri suo. Super quæ admiratus pater, rogauit vt introiret ad eum. Ingressus itaque salutauit eum, & dixit, Gaudium tibi sit semper. Et ait Tobias, Quale gaudium mihi erit, qui in tenebris sedeo, & lumen cœli non
C video? Cui ait iuuenis, Forti animo esto, in proximo est vt à Deo cureris. Dixit itaq; illi Tobias, Nunquid poteris perducere filium meum ad Gabelum in Rages ciuitatem Medorum? Et cum redieris, restituam tibi mercedem tuam. Et dixit ei angelus, Ego ducam, & reducam eum ad te. Cui Tobias respondit, Rogo te, indica mihi de qua domo, aut de qua tribu es tu? Cui Raphael angelus dixit, Genus quæris mercenarij, an ipsum mercenarium qui cum filio tuo eat? Sed ne fortè solicitum te reddam, ego sum Azarias Ananiæ magni filius,

gni filius. Et Tobias respondit, Ex magno genere es tu. Sed peto ne iraſcaris, quòd voluerim cognoſcere genus tuum. Dixit autem illi angelus, Ego sanũ ducam, & sanum tibi reducã filium tuũ. Respondens autẽ Tobias, ait, Bene ambuletis, & sit Deus in itinere vestro, & angelus eius comitetur vobiſcum. Tunc paratis omnibus quæ erant in via portanda, fecit
D Tobias vale patri suo & matri suæ, & ambulauerunt ambo simul. Cumq; profecti essent, cœpit mater eius flere, & dicere, Baculum senectutis nostræ tulisti, & transmisisti à nobis. Nunquam fuisset ipsa pecunia, pro qua misisti eum. Sufficiebat enim nobis paupertas nostra, vt diuitias computaremus hoc, quòd videbamus filium nostrũ. Dixitq; ei Tobias, Noli flere, saluus perueniet filius noster, & saluus reuertetur ad nos, & oculi tui videbunt illum. Credo enim quòd angelus Dei bonus comitetur ei, & bene disponat omnia quæ circa eum geruntur, ita vt cum gaudio reuertatur ad nos. Ad hanc vocem cessauit mater eius flere, & tacuit.

S. Angeli consilio exenterat Tobias piscem, unde medicamina tollit. CAPVT VI.

A Profectus est autem Tobias, & canis secutus est eum, & mansit prima mansione iuxta fluuium Tigris. Et exiuit vt lauaret pedes suos, & ecce piscis immanis exiuit ad deuorandum eum. Quem expauescens Tobias, clamauit voce magna, dicens, Domine inuadit me. Et dixit ei angelus, Apprehende branchiã eius, & trahe eum ad te. Quod cum feciſſet, attraxit eum in siccum, & palpitare cœpit ante pedes eius. Tũc dixit ei angelus, Exentera hunc piscem: & cor eius, & fel, & iecur repone tibi.
B sunt enim hæc necessaria ad medicamẽta vtiliter. Quod cum feciſſet, assauit carnes eius, & secum tulerunt in via: cætera salierunt quæ sufficerent eis, quousq; peruenirẽt in Rages ciuitatem Medorum. Tunc interrogauit Tobias angelum, & dixit ei, Obsecro te Azaria frater, vt dicas mihi quod remedium habebunt ista quæ de pisce seruare iussisti? Et respondens angelus, dixit ei, Cordis eius particulam, si super carbones ponas, fumus eius extricat omne genus dæmoniorum, siue à viro, siue à muliere, ita vt vltra non accedat ad eos. Et
C fel valet ad vngendos oculos in quibus fuerit albugo, & sanabuntur. Et dixit ei Tobias, Vbi vis vt maneamus? Respondensq; angelus, ait, Est hic Raguel nomine, vir propinquus de tribu tua, & hic habet filiam nomine Saram: sed neq; masculum, neq; fœminam vllam habet aliam præter eam. Tibi debetur omnis substantia eius, & oportet eã te accipere coniugem. Pete ergo eam à patre eius, & dabit tibi eam in vxorem. Tunc respondit Tobias, & dixit, Audio quia tradita est septem viris, & mortui sunt: sed & hoc audiui, quia dæmonium occîdit illos. Timeo ergo, ne fortè & mihi hæc eueniant: & cũ simvnicus parentibus meis, deponam senectutem
D illorum cum tristitia ad inferos. Tunc angelus Raphael dixit
Sanctitas nuptiarũ. ei, Audi me, & ostendã tibi qui sunt quibus prævalere potest dæmonium. Hi namq; qui coniugiũ ita suscipiunt, vt Deum à se, & à sua mente excludant, & suæ libidini ita vacent, sicut equus & mulus, quibus non est intellectus: habet potestatem dæmonium super eos. Tu autem cum acceperis eam, ingressus cubiculũ, per tres dies continens esto ab ea, & nihil aliud, nisi orationibus vacabis cum ea. Ipsa autẽ nocte, incenso iecore piscis, fugabitur dæmoniũ. Secunda verò nocte, in copulatione sanctorũ patriarcharum admittêris. Tertia autem nocte benedictionem consequêris, vt filij ex vobis procreentur incolumes. Trãsacta autẽ tertia nocte, accipies virginẽ cum timore Domini, amore filiorum magis quàm libidine ductus, vt in semine Abrahæ benedictionem in filijs consequaris.

S. Tobias accepit Saram in uxorem, & nuptijs celebratis præparatum est illis alterum cubiculum.

CAPVT VII.

A Ingressi sunt autem ad Raguelem, & suscepit eos Raguel cũ gaudio. Intuensq; Tobiam Raguel dixit Annæ vxori suæ, Quàm similis est iuuenis iste consobrino meo. Et cum hæc dixisset, ait, Vnde estis iuuenes fratres nostri? At illi dixerunt, Ex tribu Nephthali sumus, ex captiuitate Niniue. Dixitq; illis Raguel, Nostis Tobiã fratrẽ meũ? Qui dixerũt, Nouimus. Cumq; multa bona loqueretur de eo, dixit angelus ad Raguelem, Tobias, de quo interrogas, pater istius est. Et misit se Raguel, & cũ lachrymis osculatus est eũ, & plorans supra collũ eius,
B dixit, Benedictio sit tibi fili mi, quia boni & optimi viri filius es. Et Anna vxor eius, & Sara ipsorum filia lachrymatæ sunt. Postquã autẽ locuti sunt, præcepit Raguel occidi arietem, & parari conuiuiũ. Cumq; hortaretur eos discumbere ad prandium, Tobias dixit, Hic ego hodie nõ mãducabo, neq; bibã, nisi prius petitionem meam cõfirmes, & promittas mihi dare Saram filiam tuam. Quo audito verbo Raguel, expauit sciens
C quid euenerit illis septẽ viris qui ingressi sunt ad eam: & timere cœpit ne fortè & huic similiter contingeret. Et cũ nutaret, & non daret petenti vllũ responsum, dixit ei angelus, Noli timere dare eam isti, quoniã huic timẽti Deũ debetur coniux filia tua: propterea alius non potuit habere illam. Tunc dixit Raguel, Non dubito, quòd Deus preces, & lachrymas meas in conspectu suo admiserit. Et credo, quoniam ideo fecit vos venire ad me, vt & ista coniungeretur cognationi suæ secundum legem Moysi: & nunc noli dubiũ gerere quòd tibi eam *Num. 36 c*
D tradam. Et apprehendẽs dexterã filiæ suæ, dextræ Tobiæ tradidit, dicens, Deus Abrahã, & Deus Isaac, & Deus Iacob vobiscum sit, & ipse coniungat vos, impleatq; benedictionẽ suã in vobis. Et accepta charta, fecerunt conscriptionẽ coniugij. Et post hæc epulati sunt, benedicentes Deũ. Vocauitq; Raguel ad se Annã vxorem suam, & præcepit ei vt præpararet alterum cubiculum. Et introduxit illuc Saram filiam suam, & lachrymata est. Dixitq; ei, Forti animo esto filia mea: Dominus cœli det tibi gaudium pro tædio quod perpessa es.

Benedictio coniugalis.

S. Tobias cum Sara iacens à dæmonio per orationem liberatur illiq; præparato sepulchro dos magna assignatur.

CAPVT VIII.

A Postquam verò cœnauerũt, introduxerunt iuuenem ad eam. Recordatus itaq; Tobias sermonum angeli, protulit de cassidili suo partẽ iecoris, posuitq; eam super carbones viuos. Tunc Raphael angelus apprehẽdit dæmoniũ, & religauit illud in deserto superioris Aegypti. Tunc hortatus est virginẽ Tobias, dixitq; ei, Sara, exurge, & deprecemur Deum hodie, & cras, & secundum cras: quia his tribus noctibus Deo iungimur: tertia autem transacta nocte, in nostro erimus coniugio. Filij quippe sanctorũ sumus, & nõ possumus ita cõiungi, sicut gẽtes quæ ignorant Deũ. Surgentes autẽ pariter, instanter orabant am-
B bo simul, vt sanitas daretur eis. Dixitque Tobias, Domine Deus patrũ nostrorũ, benedicant te cœli & terræ, mareq; & fontes, & flumina, & omnes creaturę tuæ quæ in eis sunt. Tu feciſti Adam de limo terræ, dediſtiq; ei adiutorium Euam. Et nunc Domine tu scis, quia non luxuriæ causa accipio sororem meã coniugẽ, sed sola posteritatis dilectione, in qua benedicatur nomen tuum in secula seculorum. Dixit itaq; Sara, Miserere nobis Domine, miserere nobis, & consenescamus ambo pariter sani. Et factũ est circa pullorũ cantum, accersiri iussit Raguel seruos suos, & abierunt cum eo pariter, vt foderent sepulchrum. Dicebat enim, Ne fortè simili modo euenerit ei, quo & cæteris illis septem viris, qui sunt ingressi ad eã. Cumq; parassent fossam, reuersus Raguel ad vxorẽ suã, dixit
C ei, Mitte vnã ex ancillis tuis, & videat si mortuus est, vt sepeliam eũ, antequã illucescat dies. At illa misit vnam ex ancillis suis. Quæ ingressa cubiculũ, reperit eos saluos & incolumes, secum pariter dormiẽtes. Et reuersa, nuntiauit bonũ nuntiũ,

Tobias hortatur Saram ad orationem.

Oratio Tobiæ.

Gene. 2 b

& benedixerunt Dominum, Raguel videlicet, & Anna vxor eius, & dixerunt, Benedicimus te Domine Deus Israel, quia
D non contigit quemadmodũ putabamus. Feciſti enim nobiſcum miſericordiã tuam, & excluſiſti à nobis inimicum perſequentem nos. Miſertus es autem duobus vnicis. Fac eos Domine plenius benedicere te: & ſacrificium tibi laudis tuæ, & ſuæ ſanitatis offerre, vt cognoſcat vniuerſitas gentiũ quia tu es Deus ſolus in vniuerſa terra. Statimq; præcepit ſeruis ſuis Raguel, vt replerẽt terra foſſam quam fecerant, priuſquã eluceſceret. Vxori autẽ ſuæ dixit vt inſtrueret conuiuiũ, & præpararet omnia quæ in cibos erant iter agentibus neceſſaria. Duas quoq; pingues vaccas, & quatuor arietes occîdit fecit, & parari epulas omnibus vicinis ſuis, cunctiſq; amicis. Et adiurauit Raguel Tobiam, vt duas hebdomadas moraretur apud ſe. De omnibus autẽ quæ poſſidebat Raguel, dimidiam partẽ dedit Tobiæ, & fecit hanc ſcripturam, vt pars dimidia quæ ſupererat poſt obitũ eorum, Tobiæ dominio deueniret.

Gratias agũt Domino Raguel & vxor eius.

S. RAPHAEL petit Rages urbem Medorum, & chirographum reſtituens pecuniam recipit. CAPVT IX.

A TVnc vocauit Tobias angelũ ad ſe, quem quidem hominem exiſtimabat: dixitq; ei, Azaria frater, peto vt auſcultes verba mea: Si meipſum tradam tibi ſeruum, non ero condignus prouidentiæ tuæ. Tamen obſecro te, vt aſſumas tibi animalia ſiue ſeruitia, & vadas ad Gabelũ in Rages ciuitatẽ Medorum: reddas q; ei chirographum ſuũ, & recipies ab eo pecuniã, & roges eum ve-
B nire ad nuptias meas. Scis enim ipſe, quoniam numerat pater meus dies: & ſi tardauero vna die plus, contriſtatur anima eius. Et certè vides quomodo adiurauit me Raguel, cuius adiuramentũ ſpernere non poſſum. Tunc Raphael aſſumens quatuor ex ſeruis Raguelis, & duos camelos, in Rages ciuitatem Medorum perrexit: & iuueniens Gabelum, dedit ei chi-
C rographũ ſuũ, & recepit omnẽ pecuniã. Indicauitq; ei de Tobia filio Tobiæ, omnia quæ geſta ſunt: fecitq; eum ſecum venire ad nuptias. Cumq; ingreſſus eſſet domũ Raguelis, inuenit Tobiam diſcumbentẽ: & exiliens, oſculati ſunt ſeinuicem: & fleuit Gabelus, benedixitq; Deum, & dixit, Benedicat te Deus Iſrael, quia filius es optimi viri, & iuſti, & timẽtis Deũ,
D & eleemoſynas facientis: & dicatur benedictio ſuper vxorem tuam, & ſuper parẽtes veſtros: & videatis filios veſtros, & filios filiorũ veſtrorũ, vſq; in tertiã & quartã generationem: & ſit ſemen veſtrũ benedictũ à Deo Iſrael, qui regnat in ſecula ſeculorũ. Cumq; omnes dixiſſent amen, acceſſerũt ad conuiuiũ: ſed & cũ timore Domini nuptiarũ conuiuiũ exercebãt.

S. PARENTES Tobiæ longam eius moram queruntur. CAPVT X.

A CVm verò moras faceret Tobias, cauſa nuptiarum, ſolicitus erat pater eius Tobias, dicens, Putas quare moratur filius meus, aut quare detentus eſt ibi? Putáſne Gabelus mortuus eſt, & nemo reddet illi pecuniam? Cœpit autẽ contriſtari nimis ipſe & Anna vxor eius cũ eo: & cœperũt ambo ſimul flere, eo quòd die ſtatuto minime reuerteretur filius eorum ad eos. Flebat igitur mater eius irremediabilibus lachrymis, atque dicebat, Heu
B me fili mi, vt quid te miſimus peregrinari lumen oculorũ noſtrorum, baculũ ſenectutis noſtræ, ſolatiũ vitæ noſtræ, ſpem poſteritatis noſtræ? Omnia ſimul in te vno habẽtes, te nõ debuimus dimittere ire à nobis. Cui dicebat Tobias, Tace, & noli turbari, ſanus eſt filius noſter: ſatis fidelis eſt vir ille cum
C quo miſimus eum. Illa autem nullo modo conſolari poterat, ſed quotidie exiliens circũſpiciebat & circuibat vias omnes per quas ſpes remeandi videbatur, vt procul videret eum ſi fieri poſſet venientem. At verò Raguel dicebat ad generum ſuum, Mane hic, & ego mittam nuntium ſalutis de te ad Tobiam patrem tuum. Cui Tobias ait, Ego noui quia pater meus & mater mea modo dies computant, & cruciatur ſpiritus eorum in ipſis. Cumq; verbis multis rogaret Raguel Tobiam, & ille eũ nulla ratione vellet audire, tradidit ei Saram, & dimidiam partẽ omnis ſubſtantiæ ſuæ in pueris, in puellis, in pecudibus, in camelis, & in vaccis, & pecunia multa: & ſaluum atq; gaudentẽ dimiſit eum à ſe, dicens, Angelus Domini ſanctus ſit in itinere veſtro, perducatq; vos incolumes,
D & inueniatis omnia recte circa parentes veſtros, & videant oculi mei filios veſtros priuſquã moriar. Et apprehendentes parentes filiam ſuam, oſculati ſunt eam, & dimiſerunt ire: monentes eam honorare ſoceros, diligere maritum, regere familiã, gubernare domũ, & ſeipſam irreprehẽſibilẽ exhibere.

Parentes Saræ docent eã officiũ vxoris probæ.

S. TOBIAS iunior cum gaudio domum repedans, patri uiſum reſtituit. CAPVT XI.

A CVmq; reuerterentur, peruenerũt ad Charan quæ eſt in medio itinere contra Niniuem, vndecimo die. Dixitq; angelus, Tobia frater, ſcis quemadmodum reliquiſti patrem tuũ. Si placet itaq; tibi, præcedamus, & lento gradu inſequantur iter noſtrũ familiæ, ſimul cum coniuge tua, & cũ animalibus. Cumq; hoc placuiſſet vt irẽt, dixit Raphael ad Tobiam, Tolle tecum ex felle piſcis: erit enim neceſſarium. Tulit itaq; Tobias ex felle illo, &
B abierunt. Anna autẽ ſedebat ſecus viã quotidie in ſupercilio montis, vnde reſpicere poterat de longinquo. Et dum ex eodem loco ſpecularetur aduentum eius, vidit à longe, & illico cognouit venientẽ filiũ ſuũ: currensq; nuntiauit viro ſuo, dicens, Ecce venit filius tuus. Dixitq; Raphael ad Tobiam, At vbi introieris domũ tuã, ſtatim adora Dominũ Deum tuum: & gratias agens ei, accede ad patrem tuũ, & oſculare eum. Statimq; lini ſuper oculos eius ex felle iſto piſcis, quod portas tecum. Scias enim quoniã mox aperientur oculi eius, & videbit pater tuus lumen cœli, & in aſpectu tuo gaudebit. Tunc
C præcucurrit canis, qui ſimul fuerat in via: & quaſi nuntius adueniẽs, blandimẽto ſuæ caudæ gaudebat. Et conſurgẽs cæcus pater eius, cœpit offendens pedibus currere: & data manu puero, occurrit obuiã filio ſuo. Et ſuſcipiens oſculatus eſt eũ cũ vxore ſua, & cœperunt flere præ gaudio. Cũq; adoraſſent Deũ, & gratias egiſſent, conſederunt. Tunc ſumẽs Tobias de felle piſcis, liniuit oculos patris ſui. Et ſuſtinuit quaſi dimidiam ferè horam: & cœpit albugo ex oculis eius, quaſi membrana oui, egredi. Quam apprehẽdens Tobias traxit ab oculis eius, ſtatimq; viſum recepit. Et glorificabant Deum, ipſe videlicet & vxor eius, & omnes qui ſciebant eum. Dicebatq;
D Tobias, Benedico te Domine Deus Iſrael, quia tu caſtigaſti me, & tu ſaluaſti me: & ecce, ego video Tobiam filiũ meum. Ingreſſa eſt etiã poſt ſeptẽ dies Sara vxor filij eius, & omnis familia & pecora ſana, & cameli, & pecunia multa vxoris, ſed & illa pecunia quam receperat à Gabelo: & narrauit parentibus ſuis omnia beneficia Dei quæ feciſſet circa eum per hominẽ qui eũ duxerat. Venerũtq; Achior & Nabath conſobrini Tobiæ, gaudentes ad Tobiã, & congratulantes ei de omnibus bonis quæ circa illum oſtenderat Deus. Et per ſeptem dies epulantes, omnes cum gaudio magno gauiſi ſunt.

Præcurſi canis quaſi nuntius.

S. ANGELVS Raphael ſe ſuamq; conditionem manifeſtat. CAPVT XII.

A TVnc vocauit ad ſe Tobias filiũ ſuum, dixitq; ei, Quid poſſumus dare viro iſti ſancto, qui venit tecũ? Reſpondens Tobias, dixit patri ſuo, Pater, quam mercedẽ dabimus ei? aut quid dignũ poterit eſſe beneficijs eius? Me duxit, & reduxit ſanũ, pecuniam à Gabelo ipſe recepit, vxorem ipſe me habere fecit, & dæmonium ab ea ipſe cõpeſcuit, gaudium parentibus eius fecit, meipſum à deuoratione piſcis eripuit, te quoq; videre fecit lumen cœli, & bonis omnibus per eum repleti ſumus. Quid illi ad hæc poterimus dignũ dare? Sed peto te pater mi, vt roges eum,

eum,si fortè dignabitur medietatem de omnibus quæ allata
sunt,sibi assumere. Et vocãtes eũ,pater scilicet & filius tule-
runt eum in partẽ:& rogare cœperũt,vt dignaretur dimidiam
partem omniũ quæ attulerant,acceptã habere. Tunc dixit eis
occultè,Benedicite Deũ cœli,& corã omnibus viuẽtibus cõ-
fitemini ei,quia fecit vobiscũ misericordiã suam. Etenim sacra
mentũ regis abscõdere,bonum est:opera autem Dei reuelare
& confiteri, honorificum est. Bona est oratio cum ieiunio:
& eleemosyna magis quàm thesauros auri recondere. quo-
C niam eleemosyna à morte liberat,& ipsa est quæ purgat pec-
cata,& facit inuenire vitã æternã. Qui autẽ faciunt peccatum
& iniquitatem,hostes sunt animæ suæ. Manifesto ergo vobis
veritatẽ,& non abscondã à vobis occultũ sermonẽ. Quando
orabas cum lachrymis,& sepeliebas mortuos,& derelinque-
bas prãdiũ tuũ:& mortuos abscondebas per diẽ in domo tua,
& nocte sepeliebas eos,ego obtuli orationẽ tuã Domino. Et
Oportet eũ qui deo gratus est, tentatione probari. quia acceptus eras Deo, necesse fuit vt tentatio probaret te.
Et nũc misit me Dominus vt curarẽ te,& Saram vxorem filij
tui à dæmonio liberarem. Ego enim sum Raphael angelus
vnus ex septẽ,qui astamus ante Dominũ. Cumq; hæc audis-
sent,turbati sunt,& trementes ceciderunt super terrã in faciẽ
D suã. Dixitq; eis angelus,Pax vobis,nolite timere. Etenim cũ
essem vobiscũ,per voluntatẽ Dei eram:ipsum benedicite,&
cantate illi. Videbar quidẽ vobiscũ manducare,& bibere:sed
ego cibo inuisibili,& potu,qui ab hominibus videri non po-
test,vtor. Tempus est ergo,vt reuertar ad eum qui me misit:
vos autẽ benedicite Deũ,& narrate omnia mirabilia eius. Et
cũ hæc dixisset,ab aspectu eorũ ablatus est,& vltrà eũ videre
non potuerũt. Tunc prostrati per horas tres in faciẽ,benedi-
xerunt Deũ:& exurgentes narrauerũt omnia mirabilia eius.

S. TOBIAS *senior benedixit & confitetur* Domino.

CAPVT XIII.

A Deut.32.f 1.Reg.2.a Sap.16.b APeriens autẽ Tobias senior os suum, benedixit
Dominum,& dixit,Magnus es Domine in æter
num,& in omnia secula regnũ tuum:quoniam tu
flagellas,& saluas:deducis ad inferos, & reducis:
& non est qui effugiat manũ tuam. Confitemini Domino fi-
lij Israel,& in conspectu gentium laudate eũ:quoniã ideò di-
sperſit vos inter gentes, quæ ignorant eum,vt vos enarretis
mirabilia eius, & faciatis scire eos quia non est alius Deus
omnipotens præter eũ. Ipse castigauit nos propter iniquita-
tes nostras,& ipse saluabit nos propter misericordiam suam.
B Aspicite ergo quæ fecit nobiscũ,& cum timore confitemini
illi:regemq; seculorũ exaltate in operibus vestris. Ego autem
in terra captiuitatis meæ cõfitebor illi:quoniã ostendit maie-
statem suã in gentẽ peccatricẽ. Conuertimini itaq; peccato-
res,& facite iustitiã coram Deo,credentes quòd faciat vobis-
cum misericordiam suã. Ego autem,& anima mea in eo læta-
Prophetia Ierusalem. bimur. Benedicite Dominum omnes electi eius:agite dies læ
titiæ,& cõfitemini illi. Ierusalẽ ciuitas Dei,castigauit te Do-
C minus in operibus manũ tuarum. Confitere Domino in bo-
nis tuis,& benedic Deũ seculorũ,vt reædificet in te taberna-
culum suum,& reuocet ad te omnes captiuos, & gaudeas in
omnia secula seculorũ. Luce splendida fulgebis,& omnes fi-
nes terræ adorabũt te. Nationes ex longinquo ad te venient:
& munera deferẽtes,adorabũt in te Dominũ,& terrã tuam in
sanctificationẽ habebũt. Nomen enim magnũ inuocabunt in
te. Maledicti erunt qui cõtempserint te,& condemnati erunt
omnes qui blasphemauerint te: benedictiq; erunt,qui ædifi-
D cauerint te. Tu autẽ lætaberis in filijs tuis,quoniã omnes be-
nedicentur,& cõgregabuntur ad Dominũ. Beati omnes qui
diligunt te,& qui gaudẽt super pace tua. Anima mea benedic
Dominũ,quoniã liberauit Ierusalẽ ciuitatẽ suã à cunctis tri-
bulationibus eius Dominus Deus noster. Beatus ero, si fue-
rint reliquiæ seminis mei ad videndã claritatẽ Ierusalẽ. Por-
tæ Ierusalẽ ex sapphiro,& smaragdo ædificabũtur:& ex lapi Apoc.21.
de pretioso omnis circuitus murorum eius. Ex lapide candi-
do,& mundo omnes plateæ eius sternentur:& per vicos eius
halleluia cãtabitur. Benedictus Dominus,qui exaltauit eam,
vt sit regnum eius in secula seculorum super eam. Amen.

S. TOBIAS *senior moriturus filium & nepotes ad pietatem hortatur.*

CAPVT XIIII.

A Aetas Tobię senioris. TEt consummati sunt sermones Tobiæ. Et post-
quam illuminatus est Tobias,vixit annis quadra-
gintaduobus,& vidit filios nepotũ suorũ. Com-
pletis itaq; annis centũ duobus,sepultus est hono
rificè in Niniue. Quinquaginta nanq; & sex annorum lumen
oculorum amisit: sexagenarius verò recepit. Reliquum verò
vitæ suæ in gaudio fuit, & cum bono profectu timoris Dei
B perrexit in pace. In hora autẽ mortis suæ vocauit ad se To-
biam filium suũ,& septẽ iuuenes filios suos nepotes suos,di-
xitq; eis, Prope erit interitus Niniue. non enim excidit ver- Prędicit Tobias Niniue destructionem, & Ierusalẽ restaurationẽ.
bum Domini:& fratres nostri qui dispersi sunt à terra Israel,
reuertentur ad eam. Omnis autẽ deserta terra eius replebitur,
& domus Dei,quæ in ea incensa est, iterum reædificabitur:
ibiq; reuertentur omnes timentes Deum,& relinquent gen-
tes idôla sua,& venient in Ierusalem,& inhabitabunt in ea:&
gaudebunt in ea omnes reges terræ,adorantes Deum Israel.
C Exhortatio Tobię. Audite ergo filij mei patrem vestrum: Seruite Domino in
veritate,& inquirite vt faciatis quæ placita sunt illi: & fi-
lijs vestris mandate vt faciant iustitias, & eleemosynas, vt
sint memores Dei, & benedicant eum in omni tempore in
veritate,& in tota virtute sua. Nunc ergo filij audite me,&
nolite manere hîc: sed quacunq; die sepelieritis matrem ve-
stram circa me in vno sepulchro, ex eo dirigite gressus ve-
stros, vt exeatis hinc. Video enim quia iniquitas eius finem
D dabit ei. Factum est autem post obitum matris suæ, Tobias
abscesit ex Niniue cum vxore sua, & filijs,& filiorum filijs,
& reuersus est ad soceros suos. Inuenitq; eos incolumes in
senectute bona:& curam eorum gessit, & ipse clausit oculos
eorum:& omnem hæreditatem domus Raguelis ipse perce-
pit: viditque quintam generationem, filios filiorum suo-
rum. Et completis annis nonagintanouem in timore Domi-
ni cum gaudio sepelierunt eum. Omnis autem cognatio eius,
& omnis generatio eius in bona vita, & in sancta conuersa-
tione permansit,ita vt accepti essent tam Deo, quàm homi-
nibus,& cunctis habitantibus in terra.

FINIS.

Hieronymi præfatio in librum Iudith.

APVD Hebræos, *liber Iudith inter hagiographa legitur: cuius authoritas ad roboranda illa quæ in contentionem ueniunt, minus idonea iudicatur. Chaldæo tamen sermone conscriptus, inter historias computatur. Sed quia hunc librum synodus Nicena in numero sanctarum scripturarum legitur computasse, acquieui postulationi uestræ, imò exactioni: & sepositis occupationibus quibus uehementer arctabar, huic unam lucubratiunculam dedi, magis sensum è sensu quàm ex uerbo uerbum transferens. Multorum codicum uarietatem uitiosissimã amputaui: sola ea, quæ intelligentia integra in uerbis Chaldæis inuenire potui, Latinis expressi. Accipite Iudith uiduam, castitatis exemplum, & triumphali laude perpetuis eam præconijs declarate. Hanc enim non solum fœminis, sed & uiris imitabilem dedit, qui castitatis eius remunerator, uirtutem ei talem tribuit, ut inuictum omnibus hominibus uinceret, & insuperabilem superaret.*

Liber Iudith.

S. NABVCHODONOSOR *victo rege Medorũ cunctis regnis cupit imperare.* CAPVT I.

A R PHAXAD itaque rex Medorũ subiugauerat multas gẽtes imperio suo, & ipse ædificauit ciuitatem potentissimam, quam appellauit Ecbatanis. Ex lapidibus quadratis & sectis fecit muros eius, in altitudine cubitorum septuaginta, & in latitudine cubitorum triginta: turres verò eius posuit in altitudine cubitorum centum.
B Per quadrum verò earum latus vtrunq; vicenorum pedum spatio tendebatur. posuitq; portas eius in altitudine turrium. Et gloriabatur quasi potens in potentia exercitus sui, & in gloria quadrigarum suarum. Anno igitur duodecimo regni sui, Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui regnabat in Ninive ciuitate magna, pugnauit contra Arphaxad: & obtinuit
C eum in campo magno, qui appellatur Ragau, circa Euphráten, & Tigrin, & Iadason in campo Erioch regis Elicorum. Tunc exaltatũ est regnum Nabuchodonosor, & cor eius eleuatum est: & misit ad omnes qui habitabant in Cilicia, & Damasco, & Libano: & ad gẽtes quæ sunt in Carmelo, & Cedar, & inhabitantes Galilæam in campo magno Esdrelon: &
D ad omnes qui erãt in Samaria & trans flumen Iordanẽ vsque ad Ierusalem, & omnem terram Iesse, quousque perueniatur ad montes Aethiopiæ. Ad hos omnes misit nuntios Nabuchodonosor rex Assyriorum, qui omnes vno animo contradixerunt, & remiserunt eos vacuos, & sine honore abiecerunt. Tunc indignatus Nabuchodonosor rex ad omnem terram illam, iurauit per thronum & regnum suum, quòd defenderet se de omnibus regionibus his.

S. HOLOFERNES *à Nabuchodonosor mittitur omnia regna & populos uastaturus.* CAPVT II.

A Nno tertiodecimo Nabuchodonosor regis, vicesima & secunda die mensis primi, factum est verbum in domo Nabuchodonosor regis Assyriorum, vt defenderet se. Vocauitq; omnes maiores, omnesq; duces, & bellatores suos, & habuit cum eis mysterium consilij sui. Dixitq; cogitationem suam in eo esse, vt omnem terrã suo subiugaret imperio. Quod dictum, cum placuisset omnibus, vocauit Nabuchodonosor rex Holofernem principem militiæ suæ, & dixit ei, Egredere aduersum
B omne regnum occidentis: & contra eos præcipue qui contempserunt imperium meum. Non parcet oculus tuus vllire gno, omnemq; vrbem munitam subiugabis mihi. Tunc Holofernes vocauit duces, & magistratus virtutis Assyriorum: & dinumerauit viros in expeditionem, sicut præcepit ei rex, centum viginti millia peditum pugnatorũ, & equites sagittarios duodecim millia. Omnemq; expeditionem suã fecit præ
ire in multitudine innumerabiliũ camelorũ, cum his quæ exercitibus sufficerent copiose: boum quoq; armenta, gregesq; ouium, quorum non erat numerus. Frumentũ ex omni Syria in transitu suo parari constituit. Aurum verò & argentum, de
C domo regis assumpsit multum nimis. Et profectus est ipse & omnis exercitus, cum quadrigis & equitibus, & sagittarijs, qui cooperuerunt faciẽ terræ, sicut locustæ. Cumq; pertransisset fines Assyriorum, venit ad magnos montes Ange, qui sunt à sinistro Ciliciæ, ascẽditq; omnia castella eorũ, & obtinuit omnẽ munitionẽ. Effregit autem ciuitatem opinatissimam Melothi, prædauitq; omnes filios Tharsis & filios Ismahel, qui erant contra faciem deserti, & ad austrum terræ
D Chellon. Et transiuit Euphráten, & venit Mesopotamiam; & fregit omnes ciuitates excelsas quæ erãt ibi, à torrente Mambre, vsquequo perueniatur ad mare: & occupauit terminos eius, à Cilicia vsq; ad fines Iapheth, qui sunt ad austrum. Adduxitq; omnes filios Madiã, & prædauit omnem locupletationem eorum, omnesq; resistentes sibi occidit in ore gladij. Et post hæc descendit in campos Damasci in diebus messis, & succendit omnia sata, omnesq; arbores & vineas fecit incidi, & cecidit timor illius super omnes inhabitantes terram.

S. HOLOFERNES *sese sponte dedentibus non parcit, nec urbibus ac dijs eorum.* CAPVT III.

A Vnc miserunt legatos suos vniuersarum vrbium, ac prouinciarum reges ac principes, Syriæ scilicet & Mesopotamiæ, & Syriæ Sobal, & Libyæ, atq; Ciliciæ, qui venientes ad Holofernem, dixerunt, Desinat indignatio tua circa nos: Melius est enim, vt viuẽtes seruiamus Nabuchodonosor regi magno, & subditi simus tibi, quàm morientes cũ interitu nostro ipsi seruitutis nostræ damna patiamur. Omnis ciuitas nostra, omnisq;
B possessio, omnes mõtes, & colles, & campi, & armẽta boum, gregesq; ouium & caprarum, equorumq; & camelorum, & vniuersæ facultates nostræ atq; familiæ in cõspectu tuo sunt. sint omnia sub lege tua. Nos etiam & filij nostri, serui tui sumus. Veni nobis pacificus dominus, & vtere seruitio nostro, sicut placuerit tibi. Tunc descendit de montibus cum equi-
C tibus in virtute magna, & obtinuit omnem ciuitatem, & omnem inhabitantẽ terram. De vniuersis autẽ vrbibus, assumpsit sibi auxiliarios viros fortes, & electos ad bellũ. Tantusq; metus prouincijs illis incubuit, vt vniuersarum vrbium habitatores principes, & honorati simul cũ populis exirẽt in obuiam venienti, excipientes eum cum coronis, & lampadibus ducentes choros in tympanis & tibijs. Nec ista tamen facien-
D tes ferocitatem eius pectoris mitigare potuerunt. Nam & ciuitates eorum destruxit, & lucos eorum excidit. Præceperat enim illi Nabuchodonosor rex, vt omnes deos terræ exterminaret, videlicet vt ipse solus diceretur deus ab his nationibus quæ potuissent Holofernis potentia subiugari. Pertransiens autem Syriam Sobal, & omnem Apameam, omnemq; Mesopotamiam, venit ad Idumæos in terram Gabaa, accepitq; ciuitates eorum, & sedit ibi per triginta dies, in quibus diebus adunari præcepit vniuersum exercitum virtutis suæ.

S. FILII *Israel sese muniunt aduersus Holofernem, hortante eos ad hoc Eliachim sacerdote.* CAPVT IIII.

A Vnc audientes hæc filij Israel, qui habitabant in terra Iuda, timuerunt valde à facie eius. Tremor etiã & horror inuasit sensus eorum, ne hoc faceret Ierusalem & templo Domini, quod fecerat cæteris ciuitatibus & templis earum. Et miserunt in omnem Samariam per circuitum vsque Iericho, & præoccupauerunt
B omnes vertices montiũ. Et muris circundederunt vicos suos, & congregauerunt frumenta in præparationẽ pugnæ. Sacerdos etiam Eliachim, scripsit ad vniuersos qui erant contra Esdrelon, quæ est cõtra faciẽ campi magni, iuxta Dothaim, & vniuersis per quos viæ trãsitus esse poterat, vt obtinerent ascensus montium, per quos via esse poterat ad Ierusalem, & illic custodirent vbi angustum iter esse poterat inter montes. Et fecerunt filij Israel secundum quod constituerat eis sacerdos Domini Eliachim. Et clamauit omnis populus ad Do-
C minum instãtia magna, & humiliauerũt animas suas in ieiunijs & orationibus, ipsi & mulieres eorũ. Et induerunt se sacerdotes cilicijs, & infantes prostrauerunt cõtra faciem templi Domini, & altare Domini operuerunt cilicio. Et clamauerunt ad Dominũ Deum Israel vnanimiter, ne darentur in prædam infantes eorum, & vxores eorũ in diuisionem, & ciuitates eorum in exterminiũ, & sancta eorũ in pollutionem, & fierent in opprobrium gentibus. Tunc Eliachim sacerdos Domini

Domini magnus circuiuit omnem Iſrael, allocutusq; eſt eos,
D dicens, Scitote quoniam exaudiet Dominus preces veſtras, ſi
manentes permanſeritis in ieiunijs, & orationibus in conſpe-
ctu Domini. Memores eſtote Moyſi ſerui Domini, qui A-
Exo.17 d malec cõfidentẽ in virtute ſua, & in potẽtia ſua, & in exercitu
ſuo, & in clypeis ſuis, & in curribus ſuis, & in equitibus ſuis,
non ferro pugnando, ſed precibus ſanctis orando deiecit. ſic
erunt vniuerſi hoſtes Iſrael, ſi perſeueraueritis in hoc opere
quod cœpiſtis. Ad hanc igitur exhortationem eius deprecan
tes Dominum, permanebant in conſpectu Domini, ita vt
etiam hi qui offerebant Domino holocauſta, præcincti ci-
licijs offerrent ſacrificia Domino, & erat cinis ſupra capita
eorum. Et ex toto corde ſuo omnes orabant Deum, vt viſi-
taret populum ſuum Iſrael.

S. ACHIOR *monet Holofernem ne contra Iudæos temerè pugnet.*

CAPVT V.

A NVntiatumq; eſt Holoferni principi militiæ Aſſy
riorum, quòd filij Iſrael præpararent ſe ad reſi-
ſtendum, ac montium itinera concluſiſſent: & fu-
rore nimio exarſit in iracundia magna, vocauitq;
omnes principes Moab & duces Ammõ, & dixit eis, Dicite
mihi quis ſit populus iſte, qui montana obſidet: aut quæ, &
quales, & quantæ ſint ciuitates eorum: quæ etiã ſit virtus eo-
rum, aut quæ ſit multitudo eorum, vel quis rex militiæ illorũ:
& quare præ omnibus qui habitãt in oriẽte, iſti cõtemſerũt
nos, & non exierunt in obuiã nobis, vt ſuſciperent nos cũ pa-
ce? Tunc Achior dux omniũ filiorũ Ammon reſpõdens, ait,
Si digneris audire domine mi, dicam veritatem in conſpectu
tuo de populo iſto, qui in mõtanis habitat, & non egredietur
Gene.11 d verbum falſum ex ore meo. Populus iſte ex progenie Chal-
dæorum eſt. hic primũ in Meſopotamia habitauit, quoniam
B noluerunt ſequi deos patrũ ſuorum, qui erant in terra Chal-
dæorum. Deſerentes itaq; ceremonias patrum ſuorũ, quæ in
Gene.12 a multitudine deorum erant, vnum Deum cœli coluerunt, qui
Gen.46 a & præcepit eis vt exirẽt inde, & habitarent in Charã. Cumq;
operuiſſet omnẽ terram fames, deſcenderunt in Aegyptum,
illicq; per quadringentos annos ſic multiplicati ſunt, vt dinu-
merari eorum non poſſet exercitus. Cumq; grauaſſet eos rex
Aegypti, atq; in ædificationibus vrbium ſuarum in luto & la
tere ſubiugaſſet eos, clamauerũt ad Dominum ſuum, & per-
Exo.14 e cuſſit totam terram Aegypti plagis varijs. Cumq; eieciſſent
eos Aegyptij à ſe, & ceſſaſſet plaga ab eis, & iterũ eos vellent
capere, & ad ſuũ ſeruitiũ reuocare, fugientibus his Deus cœ-
li mare aperuit, ita vt hincinde aquæ quaſi murus ſolidaren-
tur, & iſti pede ſicco fundũ maris perambulãdo tranſirẽt. In
quo loco dum innumerabilis exercitus Aegyptiorũ eos per-
ſequeretur, ita aquis coopertus eſt, vt non remaneret vel vnus
Exo.16 a qui factum poſteris nuntiaret. Egreſſus etiam mare rubrum,
C deſerta Sina montis occupauerunt, in quibus nunquã homo
habitare potuit, vel filius hominis requieuit. Illic fontes ama-
ri obdulcati ſunt eis ad bibendum, & per annos quadraginta
annonam de cœlo conſecuti ſunt. Vbicunq; ingreſsi ſunt ſine
arcu & ſagitta, & abſq; ſcuto & gladio, Deus eorum pugna-
uit pro eis, & vicit. Et non fuit qui inſultaret populo iſti, niſi
quando receſsit à cultu Domini Dei ſui. Quotieſcunq; autẽ
præter ipſum Deum ſuũ, alterum coluerũt, dati ſunt in præ-
dam, & in gladium, & in opprobrium. Quotieſcunq; autem
pœnituerũt ſe receſsiſſe à cultura Dei ſui, dedit eis Deus cœ-
li virtutẽ reſiſtẽdi. Deniq; Chananæũ regẽ, & Iebuzæum, &
Pherezæũ, & Hethæũ, & Heuæũ, & Amorrhæũ, & omnes
potentes in Heſebon proſtrauerũt, & terras eorum & ciuita-
tes eorum ipſi poſſederunt: & vſque dum non peccarent in
conſpectu Dei ſui, erant cum illis bona. Deus enim illorum
odit iniquitatem. Nam & ante hos annos cum receſsiſſent à
via quam dederat illis Deus, vt ambularent in ea, extermina
ti ſunt prælijs à multis nationibus, & plurimi eorum captiui
D abducti ſunt in terrã non ſuam. Nuper autem reuerſi ad Do-
minum Deum ſuũ, ex diſperſione qua diſperſi fuerant, aduna-
ti ſunt, & aſcenderũt montana hæc omnia, & iterum poſſi-
dent Ieruſalem, vbi ſunt ſanctaſanctorum. Nunc ergo mi do-
mine, perquire ſi eſt aliqua iniquitas eorũ in conſpectu Dei
eorum: & aſcendemus ad illos, quoniam tradens tradet illos
Deus eorum tibi, & ſubiugati erunt ſub iugo potentiæ tuæ.
Si verò non eſt offenſio populi huius coram Deo ſuo, non
poterimus reſiſtere illis, quoniam Deus eorum defendet il-
los, & erimus in opprobrium vniuerſæ terræ. Et factum eſt
cum ceſſaſſet loqui Achior verba hæc, irati ſunt omnes ma-
gnates Holofernis, & cogitabant interficere eum, dicentes
ad alterutrum, Quis eſt iſte, qui filios Iſrael poſſe dicat reſi-
ſtere regi Nabuchodonoſor & exercitibus eius, homines in-
ermes, & ſine virtute, & ſine peritia artis pugnæ? Vt ergo
agnoſcat Achior quoniam fallit nos, aſcendamus in monta-
na: & cum capti fuerint potentes eorum, tunc cum eiſdẽ gla-
dio tranſuerberabitur: vt ſciat omnis gens quoniam Nabu-
chodonoſor deus terræ eſt, & præter ipſum alius non eſt.

S. ACHIOR *ab Holoferne traditur in manus Iudæorum.*

CAPVT VI.

A FActum eſt autem, cum ceſſaſſent loqui, indigna-
tus Holofernes vehementer, dixit ad Achior,
Quoniã prophetaſti nobis, dicens, quòd gens Iſ-
rael defendatur à Deo ſuo, vt oſtendam tibi quo-
niam non eſt Deus, niſi Nabuchodonoſor, cũ percuſſerimus
eos omnes ſicut hominem vnum, tunc & ipſe cũ illis Aſſyrio-
rum gladio interibis, & omnis Iſrael tecum perditione diſpe-
riet: & probabis quoniam Nabuchodonoſor dominus ſit
vniuerſæ terræ. tuncq; gladius militiæ meæ tranſiet per late-
ra tua, & confixus cades inter vulneratos Iſrael, & nõ reſpira-
bis vltrà, donec exterminẽris cũ illis. Porrò autem ſi prophe-
tiam tuam verã exiſtimas, non cõcidat vultus tuus, & pallor
qui faciem tuã obtinet, abſcedat à te, ſi verba mea hæc putas
B impleri nõ poſſe. Vt autem noueris quia ſimul cum illis hæc
experieris, ecce ex hac hora illorũ populo ſociaberis: vt dum
dignas mei gladij pœnas exceperint, ipſe ſimul vltioni ſubia
ceas. Tunc Holofernes præcepit ſeruis ſuis vt comprehende-
rent Achior, & ducerẽt eum in Bethuliam, & traderent eum
in manus filiorum Iſrael. Et accipientes eum ſerui Holofer-
nis, profecti ſunt per campeſtria: ſed cum appropinquaſſent
ad montana, exierunt contra eos fundibularij. Illi autem di-
uertentes à latere montis, ligauerunt Achior ad arborem ma-
nibus & pedibus, & ſic vinctum de reſtibus dimiſerunt eũ, &
reuerſi ſunt ad dominum ſuum. Porrò filij Iſrael deſcen-
dentes de Bethulia, venerunt ad eum. Quem ſoluentes duxe-
runt ad Bethuliam, atq; in medium populi illum ſtatuentes,
C percũctati ſunt quid rerum eſſet quòd illũ vinctũ Aſſyrij re-
liquiſſent. In diebus illis erãt illic principes, Ozias filius Mi-
cha de tribu Simeon, & Charmi, qui & Gothoniel. In medio
itaq; ſeniorum, & in conſpectu omniũ, Achior dixit omnia
quæ locutus ipſe fuerat ab Holoferne interrogatus: & quali-
ter populus Holofernis voluiſſet propter hoc verbum inter-
ficere eum, & quemadmodum ipſe Holofernes iratus iuſſerit
eum Iſraelitis hac de cauſa tradi: vt dum vinceret filios Iſrael,
tũc & ipſum Achior diuerſis iubeat interire ſupplicijs, pro-
pter hoc quòd dixiſſet, Deus cœli defenſor eorũ eſt. Cumq;
Achior vniuerſa hæc expoſuiſſet, omnis populus cecidit in
faciem, adorantes Dominum, & communi lamentatione &
fletu vnanimes preces ſuas Domino effuderũt, dicentes, Do-
D mine Deus cœli & terræ, intuere ſuperbiam eorum, & reſpi-
ce ad noſtram humilitatẽ, & faciem ſanctorũ tuorum attten-
de, & oſtende quoniam nõ derelinquis præſumentes de te: &
præſumentes de ſe, & de ſua virtute gloriantes, humilias. Fi-
nito itaq; fletu, & per totam diem oratione populorum com
pleta, cõſolati ſunt Achior, dicentes, Deus patrũ noſtrorum,

cuius tu virtutem prædicasti,ipse tibi hanc dabit vicisitudinem,vt eorum magis tu interitum videas.Cum verò Dominus Deus noster dederit hanc libertatem seruis suis,sit & tecum Deus in medio nostri: vt sicut placuerit tibi, ita cum tuis omnibus conuerseris nobiscum.Tunc Ozias,finito cõsilio,suscepit eum in domum suam,& fecit cœnam magnam. Et vocatis omnibus presbyteris,simul expleto ieiunio refecerunt. Postea verò conuocatus est omnis populus, & per totam noctem intra ecclesiam orauerunt, petentes auxilium à Deo Israel.

Orant Iudæi contra potẽtiã Holofernis.

S. HOLOFERNES obsessa Bethulia obsessos siti cruciat obstructo aquæductu illorum. CAPVT VII.

A HOlofernes autem altera die præcepit exercitibus suis vt ascenderent cõtra Bethuliam.Erant autem pedites bellatorum centum viginti millia,& equites viginti duo millia, præter præparationes virorum illorum quos occupauerat captiuitas, & abducti fuerant de prouincijs, & vrbibus vniuersæ iuuentutis. Omnes parauerant se pariter ad pugnam contra filios Israel,& venerunt per crepidinem montis vsq; ad apicem, qui respicit super Dothain, à loco qui dicitur Belma vsq; ad Chelmon, qui est contra Esdrelon. Filij autem Israel,vt viderunt multitudinem illorum,prostrauerunt se super terrã,mittentes cinerem super capita sua,vnanimes orantes vt Deus Israel misericordiam suam ostenderet super populum suum. Et assumentes arma sua bellica,sederũt per loca quæ ad angusti itineris tramitem dirigũt inter montosa,& erant custodientes ea tota die & nocte.Porrò Holofernes, dum circuit per gyrum,reperit quòd fons qui influebat,aquæductum illorum à parte australi extra ciuitatem dirigeret,& incîdi præcepit aquæductum illorum.Erant tamen non longe à muris fontes, ex quibus furtim videbantur haurire aquam ad refocillandum potius,quàm ad potandum.Sed filij Ammon & Moab accesserunt ad Holofernẽ,dicentes,Filij Israel non in lancea, nec in sagitta confidunt,sed montes defendunt illos,& muniunt illos colles in præcipitio constituti.Vt ergo sine congressione pugnæ possis superare eos,pone custodes fontiũ, vt non hauriant aquam ex eis,& sine gladio interficies eos, vel certe fatigati tradent ciuitatẽ suam,quam putant in montibus positam superari non posse. Et placuerunt verba hæc corã Holoferne,& corã satellitibus eius,& cõstituit per gyrum cẽtenarios per singulos fontes. Cumq; ista custodia per dies viginti fuisset expleta,defecerunt cisternæ,& collectiones aquarum omnibus inhabitantibus Bethuliam,ita vt non esset intra ciuitatem vnde satiarentur vel vna die,quoniam ad mensuram dabatur populis aqua quotidie. Tunc ad Oziam congregati omnes viri,fœminæq;,iuuenes,& paruuli,omnes simul vna voce dixerunt,Iudicet Deus inter nos & te, quoniam fecisti in nos mala,nolens loqui pacificè cum Assyrijs, & propter hoc vendidit nos Deus in manibus eorum.Et ideo non est qui adiuuet, cum prosternamur ante oculos eorum in siti & perditione magna. Et nunc congregate vniuersos qui in ciuitate sunt, vt sponte tradamus nos omnes populo Holofernis,Melius est enim,vt captiui benedicamus Dominum viuentes,quàm moriamur,& simus opprobrium omni carni,cum videamus vxores nostras & infantes nostros mori ante oculos nostros.Contestamur hodie cœlum & terram, & Deum patrum nostrorum, qui vlciscitur nos secundum peccata nostra,vt iam tradatis ciuitatem in manu militiæ Holofernis, vt sit finis noster breuis in ore gladij, qui longior efficitur in ariditate sitis.Et cum hæc dixissent,factus est fletus & vlulatus magnus in ecclesia omnibus,& per multas horas vna voce clamauerunt ad Deum, dicentes, Peccauimus cum patribus nostris,iniustè egimus,iniquitatẽ fecimus. Tu quia pius es miserere nostri,& in tuo flagello vindica iniquitates nostras,& noli tradere confitentes te populo qui ignorat te:vt non dicant inter gentes, Vbi est Deus eorum?Et cũ fatigati his clamoribus,& his fletibus lassati siluissent, exurgens Ozias, infusus lachrymis, dixit, Aequo animo estote fratres,& hos quinq; dies expectemus à Domino misericordiam.Forsitan enim indignationem suam abscindet,& dabit gloriam nomini suo. Si autem transactis quinq; diebus non venerit adiutorium,faciemus hæc verba quæ locuti estis.

Filij Israel orant Deũ pro auxilio.

Psal.105.a

S. IVDITH uacillantes & præ timore deditionem cogitantes Iudæos consolatur & firmat. CAPVT VIII.

A ET factum est,cum audisset hæc verba Iudith vidua,quæ erat filia Merari, filij Idox,filij Ioseph, filij Oziæ,filij Elai,filij Iamnor,filij Gedeõ, filij Raphaim,filij Achitob,filij Melchiæ,filij Enan, filij Nathaniæ,filij Salathiel,filij Simeon, filij Ruben: & vir eius fuit Manasses,qui mortuus est in diebus messis hordeaceæ.instabat enim super alligantes manipulos in campo,& venit æstus super caput eius,& mortuus est in Bethulia ciuitate sua,& sepultus est illic cum patribus suis.Erat autem Iudith relicta eius vidua iam annis tribus, & mensibus sex. Et in superioribus domus suæ fecit sibi secretum cubiculum,in quo cum puellis suis clausa morabatur:& habens super lumbos suos cilicium,ieiunabat omnibus diebus vitæ suæ, præter sabbatha,& neomenias,& festa domus Israel.Erat autem eleganti aspectu nimis,cui vir suus reliquerat diuitias multas & familiã copiosam,ac possessiones armentis boum & gregibus ouium plenas. Et erat hæc in omnibus famosissima, quoniam timebat Dominum valde: nec erat qui loqueretur B de illa verbum malum.Hæc itaq; cum audisset quoniã Ozias promisisset, quòd transacto quinto die traderet ciuitatem, misit ad presbyteros Chabri, & Charmi. Et venerunt ad illam, & dixit illis, Quod est hoc verbum, in quo consensit Ozias, vt tradat ciuitatem Assyrijs, si intra quinq; dies non venerit vobis adiutorium?Et qui estis vos,qui tentatis Dominum?Non est iste sermo qui misericordiam prouocet:sed potius qui iram excitet, & furorem accendat. Posuistis vos tempus miserationis Domini,& in arbitrium vestrum diem cõstituistis ei.Sed quia patiens Dominus est,in hoc ipso pœniteamus,& indulgentiam eius fusis lachrymis postulemus. non enim quasi homo, sic Deus comminabitur: neq; sicut filius hominis ad iracundiã inflammabitur. Et ideo humiliemus illi animas nostras:& in spiritu constituti humiliato,seruientes illi dicamus flentes Domino,vt secundũ voluntatem suam sic faciat nobiscum misericordiam suam: vt sicut conturbatum est cor nostrum in superbia eorum, ita etiam de nostra humilitate gloriemur,quoniã non sumus secuti peccata patrum nostrorum, qui dereliquerunt Deum suum, & adorauerunt deos alienos: pro quo scelere dati sunt in gladium,& in rapinam,& in confusionem inimicis suis.nos autem C alterum Deum nescimus præter ipsum.Expectemus humiles consolationem eius, & exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorum nostrorũ:& humiliabit omnes gentes,quæcunque insurgunt contra nos: & faciet illas sine honore Dominus Deus noster.Et nunc fratres quoniam vos estis presbyteri in populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum,ad eloquiũ vestrum corda eorum erigite, vt memores sint quia tentati sunt patres nostri,vt probarẽtur si verè colerent Deum suum.Memores esse debent,quomodo pater noster Abraham tentatus est,& per multas tribulationes probatus,Dei amicus effectus est. Sic Isaac, sic Iacob,sic Moyses: Genes.22 & omnes qui placuerũt Deo,per multas tribulationes trãsierunt fideles. Illi autẽ qui tentationes non susceperunt cum timore Domini,& impatiẽtiã suam,& improperiũ murmurationis suæ cõtra Dominũ protulerũt,exterminati sunt ab exterminatore,& à serpẽtibus perierũt.Et nos ergo nõ vlciscamur nos pro his quæ patimur:sed reputãtes peccatis nostris 1.Cor.10 D hæc ipsa supplicia minora esse flagella Domini,quibus quasi serui

ſerui qui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem noſtrã euenisſe credamus. Et dixerũt illi Ozias & presbyteri, Omnia quæ locuta es, vera ſunt, & non eſt in ſermonibus tuis vlla reprehẽſio. Nunc ergo ora pro nobis, quoniam mulier ſancta es, & timens Deum. Et dixit illis Iudith, Sicut quod potui loqui, Dei eſſe cognoſcitis: ita quod facere diſpoſui, probate ſi ex Deo eſt: & orate, vt firmum faciat Deus conſiliũ meum. Stabitis vos ad portã nocte iſta, & ego exeam cum abra mea: & orate, vt ſicut dixiſtis, in diebus quinq; reſpiciat Dominus populum ſuũ Iſrael. Vos autẽ nolo vt ſcrutemini actum meũ: & vſq; dum renũtiẽ vobis nihil aliud fiat, niſi oratio pro me ad Dominũ Deum noſtrũ. Et dixit ad eam Ozias princeps Iudæ, Vade in pace, & Dominus ſit tecũ in vltionem inimicorum noſtrorum. Et reuertentes abierunt.

Conſilium Iudith in vltionem inimicorũ.

S. IVDITH *oratorium ingreſſa cilicio induta, & caput cinere conſperſa, Deum orat pro populo ſuo proſtrata in terram.*

CAPVT IX.

A QVibus aſcendentibus, Iudith ingreſſa eſt oratoriũ ſuum: & induens ſe cilicio, poſuit cinerem ſuper caput ſuum: & proſternẽs ſe Domino, clamabat ad Dominum, dicens, Domine Deus patris mei Simeõ, qui dediſti illi gaudiũ in defenſionem alienigenarum, qui violatores extiterunt in coinquinatione ſua, & denudauerunt femur virginis in confuſionẽ: & dediſti mulieres illorum in prædam, & filias illorũ in captiuitatem: & omnem prædã in diuiſionem ſeruis tuis, qui zelauerunt zelum tuũ: ſubueni
B quæſo te Domine Deus meus mihi viduæ. Tu enim feciſti priora, & illa, pòſt illa cogitaſti: & hoc factũ eſt quod ipſe voluiſti. Omnes enim viæ tuæ paratæ ſunt, & tua iudicia in tua prouidentia poſuiſti. Reſpice caſtra Aſſyriorum nunc, ſicut tunc caſtra Aegæptiorũ videre dignatus es, quando poſt ſeruos tuo armati currebãt, cõfidentes in quadrigis, & in equitatu ſuo, & in multitudine bellatorum. Sed aſpexiſti ſuper caſtra eorum, & tenebræ fatigauerunt eos. Tenuit pedes eorum
C abyſſus, & aquæ operuerũt eos. Sic fiant & iſti Domine, qui confidũt in multitudine ſua, & in curribus ſuis, & in contis, & in ſcutis, & in ſagittis ſuis, & in lanceis gloriantur, & neſciunt quia tuipſe es Deus noſter, qui conteris bella ab initio, & Dominus nomen eſt tibi. Erige brachium tuum, ſicut ab initio: & allide virtutem illorum in virtute tua: cadat virtus eorum in iracundia tua, qui promittunt ſe violare ſancta tua, & polluere tabernaculum nominis tui, & deijcere gladio ſuo cornu altaris tui. Fac Domine, vt gladio proprio eius ſuperbia amputetur, capiatur laqueo oculorum ſuorum in me,
D & percuties eum ex labijs charitatis meæ. Da mihi in animo conſtantiam, vt contemnam illum: & virtutem, vt euertam illum. Erit enim hoc memoriale nominis tui, cum manus fœminæ deiecerit eum. Non enim in multitudine eſt virtus tua Domine, neque in equorum viribus voluntas tua eſt. Nec ſuperbi ab initio placuerunt tibi: ſed humilium, & manſuetorum ſemper tibi placuit deprecatio. Deus cœlorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturæ, exaudi me miſeram deprecantem, & de tua miſericordia præſumentem. Memento Domine teſtamẽti tui, & da verbum in ore meo, & in corde meo conſilium corrobora, vt domus tua in ſanctificatione tua permaneat: & omnes gentes agnoſcant quia tus es Deus, & non eſt alius ptæter te.

S. IVDITH *ornamentis compta urbem egreditur cum ancilla, quæ ab exploratoribus inuenta ducitur ad Holofernem.*

CAPVT X.

A EActum eſt autem, cum ceſſaſſet clamare ad Dominũ, ſurrexit de loco, in quo iacuerat proſtrata ad Dominum. Vocauitq; abram ſuam, & deſcendens in domum ſuam, abſtulit à ſe cilicium, & exuit ſe veſtimentis viduitatis ſuæ, & lauit corpus ſuum,



& vnxit ſe myrto optimo, & diſcriminauit crinem capitis ſui, & impoſuit mitram ſuper caput ſuum, & induit ſe veſtimentis iucũditatis ſuæ, induitq; ſandalia pedibus ſuis, aſſumpſitq; dextraliola, & lilia, & inaures, & annulos, & omnibus ornamentis ſuis ornauit ſe. Cui etiã Dominus contulit ſplendorem: quoniam omnis iſta compoſitio non ex libidine, ſed ex virtute pendebat: & ideo Dominus hanc in illam pulchri-
B tudinem ampliauit, vt incomparabili decõre omnium oculis appareret. Impoſuit itaq; abræ ſuæ aſcopam vini, & vas olei, & polentam, & lapates, & panes, & caſeum, & profecta eſt. Cumq; veniſſent ad portã ciuitatis, inuenerunt expectantem Oziam, & prebyteros ciuitatis. Qui cum vidiſſent eam, ſtupentes mirati ſunt nimis pulchritudinem eius. Nihil tamen interrogãtes eam dimiſerunt tranſire, dicẽtes, Deus patrum noſtrorũ det tibi gratiam, & omne conſilium tui cordis ſua virtute corroboret, & glorietur ſuper te Ieruſalem, & ſit nomen tuũ in numero ſanctorum, & iuſtorum. Et dixerũt hi
C qui illic erant, omnes vna voce: Fiat fiat. Iudith verò orans Dominum, tranſiuit per portas ipſa & Abra eius. Factum eſt autem, cum deſcenderet montem, circa ortũ diei, occurrerunt ei exploratores Aſſyriorũ, & tenuerunt eam, dicentes, Vnde venis? aut quò vadis? Quæ reſpondit, Filia ſum Hebræorum, ideo ego fugi à facie eorum, quoniam futurum agnoui quòd dentur vobis in deprædationẽ, pro eo quòd cõtemnẽtes vos, noluerunt tradere ſeipſos, vt inuenirẽt miſericordiam in conſpectu veſtro. Hac de cauſa cogitaui mecum, dicens, Vadam ad faciẽ principis Holofernis, vt indicẽ illi ſecreta illorum, & oſtendam illi quo aditu poſsit obtinere eos: ita vt non cadat vir vnus de exercitu eius. Et cum audiſſent viri illi verba eius,
D conſyderabant faciem eius: & erat in oculis eorum ſtupor, quoniam pulchritudinem eius mirabantur nimis. Et dixerũt ad eam, Conſeruaſti animã tuam, eo quòd tale reperiſti conſilium, vt deſcenderes ad Dominũ noſtrum. Hoc autem ſcias, quoniam cum ſteteris in conſpectu eius, bene tibi faciet, & eris gratiſsima in corde eius. Duxeruntq; illam ad tabernaculum Holofernis, annuntiantes eam. Cumq; intraſſet ante faciem eius, ſtatim captus eſt in ſuis oculis Holofernes. Dixeruntq; ad eum ſatellites eius, Quis contemnat populum Hebræorum, qui tam decoras mulieres habẽt, vt non pro his merito pugnare cõtra eos debeamus? Videns itaq; Iudith Holofernem ſedentem in conopœo, quod erat ex purpura, & auro, & ſmaragdo, & lapidibus pretioſis intextum: & cum in faciem eius intendiſſet, adorauit eũ, proſternens ſe ſuper terrã. Et eleuauerunt eam ſerui Holofernis, iubente domino ſuo.

S. INTERROGATA *Iudith ab Holoferne ſuper cauſa fugæ, aſtutè imponit illi cauſam fugæ aperiens.*

CAPVT XI.

A TVnc Holofernes dixit ei, Aequo animo eſto, & noli pauere in corde tuo: quoniam ego nunquam nocui viro qui voluit ſeruire Nabuchodonoſor regi. Populus autem tuus, ſi non contempſiſſet me, non alleuaſſem lanceam meam ſuper eum. Nunc autem

dic mihi, qua ex causa recessisti ab illis, & placuit tibi vt venires ad nos? Et dixit illis Iudith, Sume verba ancillæ tuæ: quoniam si secutus fueris verba ancillæ tuæ, perfectam rem faciet Dominus tecum. Viuit enim Nabuchodonosor rex terræ, & viuit virtus eius quæ est in te ad correptionē omniū animarum errantium: quoniam non solum homines seruiunt
B illi per te, sed & bestiæ agri obtemperant illi. Nuntiatur enim animi tui industria vniuersis gentibus, & indicatū est omni seculo quoniam tu solus bonus & potens es in omni regno eius, & disciplina tua omnibus prouincijs prædicatur. Nec hoc latet, quod locutus est Achior, nec illud ignoratur quod ei iusseris euenire. Constat enim Deum nostrum sic peccatis offensum, vt mandauerit per prophetas suos ad populum, quòd tradat eum pro peccatis suis. Et quoniam sciunt se offendisse Deum suū filij Israel, tremor tuus super ipsos est. Insuper etiā fames inuasit eos, & ab ariditate quæ iam inter mortuos computantur. Deniq; hoc ordinant, vt interficiant
C pecora sua & bibant sanguinem eorū: & sancta Domini Dei sui, quæ præcepit Deus non contingi, in frumento, vino, & oleo, hæc cogitauerūt impendere, & volunt consumere quæ nec manibus deberent contingere. ergo quoniā hæc faciunt, certum est quòd in perditionem dabuntur. Quod ego ancilla tua cognoscens, fugi ab illis, & misit me Dominus hæc ipsa nuntiare tibi. Ego enim ancilla tua Deum colo, etiam nunc apud te: & exiet ancilla tua, & orabo Deum, & dicet mihi quando eis reddat peccatum suū, & veniens nuntiabo tibi, ita vt ego adducam te per mediam Ierusalē, & habebis omnem
D populum Israel, sicut oues quibus non est pastor, & non latrabit vel vnus canis contra te, quoniam hæc mihi dicta sunt per prouidentiam Dei. Et quoniam iratus est illis Deus, hæc ipsa missa sum nuntiare tibi. Placuerunt autem omnia verba hæc coram Holoferne, & coram pueris eius, & mirabantur ad sapientiam eius, & dicebant alter ad alterum, Non est talis mulier super terram in aspectu, in pulchritudine, & in sensu verborum. Et dixit ad illam Holofernes, Benefecit Deus, qui misit te ante populū, vt des illū tu in manibus nostris. & quoniam bona est promissio tua, si fecerit mihi hoc Deus tuus, erit & Deus meus, & tu in domo Nabuchodonosor magna eris, & nomē tuum nominabitur in vniuersa terra.

S. IVDITH in domum thesaurorum introducta proprijs uescendi cibis facultatem obtinet, & nocte egrediendi ad orationem: indu, cta autem coram Holoferne comedit. CAPVT XII.

A VNc iussit eam introire vbi repositi erant thesauri eius, & iussit illic manere eā, & constituit quid daretur illi de cōuiuio suo. Cui respondit Iudith, & dixit. Nunc nō potero manducare ex his quæ mihi præcipis tribui, ne veniat super me offensio: ex his autem quæ mihi detuli, manducabo. Cui Holofernes ait, Si defecerint tibi ista quæ tecum detulisti, quid faciemus tibi? Et dixit Iudith, Viuit anima tua domine meus, quoniam non
B expendet omnia hæc ancilla tua, donec faciat Deus in manu mea hæc quæ cogitaui. Et induxerūt illam serui eius in tabernaculum quod præceperat. Et petijt dum introiret, vt daretur ei copia nocte & ante lucē egrediendi foras ad orationem, & deprecādi Dominum. Et præcepit cubicularijs suis, vt sicut placeret illi, exiret & introiret ad adorandū Deum suum per triduum. Et exibat noctibus in vallem Bethuliæ, & baptizabat se in fonte aquæ. Et vt ascendebat, orabat ad Dominum Deum Israel, vt dirigeret viam eius ad liberationem populi sui. Et introiēs, munda manebat in tabernaculo, vsq; dum
C acciperet escam suam in vespere. Et factū est in quarto die, Holofernes fecit cœnam seruis suis, & dixit ad Vagao eunuchū suum, Vade, & suade Hebræam illā vt sponte cōsentiat habitare mecum. Fœdum est enim apud Assyrios, si fœmina irrideat virum agendo, vt immunis ab eo transeat. Tunc introiuit Vagao ad Iudith, & dixit, Non vereatur bona puella introire ad dominum meum, vt honorificetur ante faciem eius, & manducet cū eo, & bibat vinū in iucunditate. Cui Iudith re-
D spondit, Quæ ego sum, vt contradicam domino meo? Omne quod erit ante oculos eius bonū & optimum, faciam. Quicquid autē illi placuerit, hoc mihi erit optimum omnibus diebus vitæ meæ. Et surrexit, & ornauit se vestimento suo, & ingressa stetit ante faciē eius. Cor autem Holofernis concussum est: erat enim ardēs in cōcupiscentia eius. Et dixit ad eam Holofernes, Bibe nunc, & accumbe in iucūditate: quoniā inuenisti gratiā corā me. Et dixit Iudith, Bibā domine, quoniā magnificata est anima mea hodie præ omnibus diebus meis. Et accepit, & manducauit, & bibit coram ipso, ea quæ parauerat illi ancilla eius. Et iucundus factus est Holofernes ad eam, bibitque vinum multum nimis, quantum nunquam biberat in vita sua.



S. HOLOFERNIS ebrij Iudith caput abscidit, quod ad conciues efferens ad gratiarum hortatur actiones.

CAPVT XIII.

A VT autem sero factum est, festinauerunt serui illius ad hospitia sua, & concluſit Vagao ostia cubiculi, & abijt. erāt autem omnes fatigati à vino. Eratq; Iudith sola in cubiculo. Porrò Holofernes iacebat in lecto, nimia ebrietate sopitus. Dixitq; Iudith puellæ suæ vt staret foris ante cubiculum, & obseruaret. Stetitq; Iudith ante lectū, orans cum lachrymis, & labiorum motu in silentio dicens, Confirma me Domine Deus Israel, & respice in hac hora ad opera manuū mearū, vt sicut promisisti, Ierusalem ciuitatē tuā erigas: & hoc quod credens per te posse fieri cogitaui, perficiam. Et cum hæc dixisset, accessit ad colum
B nam, quæ erat ad caput lectuli eius, & pugionē eius, qui in ea ligatus pēdebat, exoluit. Cumq; euaginasset illū, apprehendit comā capitis eius, & ait, Confirma me Domine Deus in hac hora. & percussit bis in ceruicē eius, & abscidit caput eius, & abstulit conopœum eius à columnis, & euoluit corpus eius truncum. Et post pusillū exiuit, & tradidit caput Holofernis ancillæ suæ, & iussit vt mitteret illud in peram suā. Et exierūt duæ, secundū consuetudinē suā, quasi ad orationē, & transierunt castra: & gyrantes vallem, venerunt ad portam ciuitatis. Et dixit Iudith à longe custodibus murorū, Aperite portas, quoniā nobiscum est Deus, qui fecit virtutem in Israel. Et factum est cū audissent viri vocem eius, vocauerunt presbyteros ciuitatis. Et occurrerunt ad eam omnes, à minimo vsq; ad maximum: quoniā sperabant eam iam non esse venturam. Et accēdentes luminaria congyrauerunt circa eam vniuersi:
C illa autē ascendēs in eminentiorē locum, iussit fieri silentium. Cumq; omnes tacuissent, dixit Iudith, Laudate Dominum Deum nostrū, qui nō deseruit sperantes in se: & in me ancilla sua adimpleuit misericordiam suam, quam promisit domui Israel: & interfecit in manu mea hostē populi sui in hac nocte. Et proferens de pera caput Holofernis, ostendit illis, dicens, Ecce caput Holofernis principis militiæ Assyriorum. Et ecce conopœum illius, in quo recumbebat in ebrietate sua, vbi

ſua, vbi & per manũ fœminæ percuſsit illũ Dominus Deus noſter. Viuit autẽ ipſe Dominus, quoniã cuſtodiuit me angelus eius & hinc euntem, & ibi commorantem, & inde huc reuertentem, & non permiſit me Dominus ancillam ſuã coinquinari, ſed ſine pollutione peccati reuocauit me vobis gaudentem in victoria ſua, in euaſione mea, & in liberatione veſtra. Confitemini illi omnes, quoniã bonus, quoniã in ſeculũ
Pſal. 105 a & 106 a miſericordia eius. Vniuerſi autem adorantes Dominũ, dixerunt ad eam, Benedixit te dominus in virtute ſua, quia per te ad nihilum redegit inimicos noſtros. Porrò Ozias princeps populi Iſrael, dixit ad eam. Benedicta es tu filia à Domino
D Deo excelſo, præ omnibus mulieribus ſuper terram. Benedictus Dominus, qui creauit cœlũ & terrã, qui te direxit in vulnera capitis principis inimicorũ noſtrorũ, quia hodie nomen tuũ ita magnificauit, vt non recedat laus tua de ore hominum qui memores fuerint virtutis Domini in æternũ, pro quibus non pepercisti animæ tuæ propter anguſtias & tribulationẽ generis tui, ſed ſubueniſti ruinæ ante cõſpectũ Dei noſtri. Et dixit omnis populus, Fiat fiat. Porrò Achior vocatus venit, et dixit ei Iudith, Deus Iſrael cui tu teſtimonium dediſti quòd vlciſcatur ſe de inimicis ſuis, ipſe caput omniũ incredulorum incidit in hac nocte in manu mea. Et vt probes quia ita eſt, ecce caput Holofernis, qui in contemptu ſuperbiæ ſuæ Deum Iſrael contempſit, & tibi interitũ minabatur, dicens, Cum captus fuerit populus Iſrael, gladio perforari præcipiam latera tua. Videns autẽ Achior caput Holofernis, anguſtiatus præ pauore cécidit in faciẽ ſuam ſuper terram, & æſtuauit anima eius. Poſtea verò quàm reſumpto ſpiritu recreatus eſt, prócidit ad pedes eius, & adorauit eã, & dixit, Benedicta tu à Deo tuo in omni tabernaculo Iacob, quoniam in omni gente quæ audierit nomen tuum, magnificabitur ſuper te Deus Iſrael.

S. HOLOFERNES capite in muro ſuſpenſo, Achioró; circunciſo, Iudæi irruunt in Aſſyrios, qui cum Holofernem excitarent, illum mortuum inuenerunt.

CAPVT XIIII.

A DIxit autẽ Iudith ad omnem populũ, Audite me fratres: Suſpendite caput hoc ſuper muros noſtros: & erit, cum exierit ſol, accipiat vnuſquiſque arma ſua, & exite cum impetu: non vt deſcendatis deorſum, ſed quaſi impetũ facientes. Tunc exploratores neceſſe erit vt fugiant ad principẽ ſuum excitandũ ad pugnã. Cumq; duces eorũ concurrerint ad tabernaculũ Holofernis, & inuenerint eum truncum in ſuo ſanguine volutatum, décidet ſuper eos timor. Cumq; cognoueritis fugere eos, ite poſt
B illos ſecuri: quoniam Dominus conteret eos ſub pedibus veſtris. Tunc Achior videns virtutẽ quam fecit Deus Iſrael, reAchior reliditu gentilitatis ritu, credidit Deo, & circuncîdit carnẽ præ-
gentilitate, credit Deo, & circũciditur. putij ſui, & appoſitus eſt ad populũ Iſrael, & omnis ſucceſſio generis eius vſq; in hodiernũ diem. Mox autem vt ortus eſt dies, ſuſpẽderũt ſuper muros caput Holofernis, accepitq; vnuſquiſq; vir arma ſua, & egreſsi ſunt cum grandi ſtrepitu & vlulatu. Quod videntes exploratores, ad tabernaculũ Holofernis cucurrerunt. Porrò hi qui in tabernaculo erãt veniẽtes, & ante ingreſſum cubiculi perſtrepẽtes excitandi gratia, inquietudinem arte moliebãtur, vt non ab excitantibus, ſed à
C ſonantibus Holofernes euigilaret. Nullus enim audebat cubiculũ virtutis Aſſyriorũ pulſando aut intrando aperire. Sed cũ veniſſent eius duces ac tribuni, & vniuerſi maiores exercitus regis Aſſyriorum, dixerũt cubicularijs, Intrate, & excitate illũ, quoniam egreſsi mures de cauernis ſuis, auſi ſunt prouocare nos ad præliũ. Tunc ingreſſus Vagao cubiculũ eius, ſtetit ante cortinam, & plauſum fecit manibus ſuis: ſuſpicabatur enim illum cum Iudith dormire. Sed cum nullum motum iacentis ſenſu auriũ caperet, acceſsit proximans ad cor-
D tinam, & eleuans eam, videns q; cadauer abſq; capite Holofernis in ſuo ſanguine tabefactũ iacere ſuper terrã, exclamauit voce magna cum fletu, & ſcidit veſtimenta ſua. Et ingreſſus tabernaculum Iudith, non inuenit eam, & exilijt foras ad populum, & dixit, Vna mulier Hebræa fecit confuſionem in domo regis Nabuchodonoſor. ecce enim Holofernes iacet in terra, & caput eius non eſt in illo. Quod cum audiſſent principes virtutis Aſſyriorum, ſciderunt omnes veſtimenta ſua, & intolerabilis timor & tremor cecidit ſuper eos, & turbati ſunt animi eorum valde. Et factus eſt clamor incomparabilis in medio caſtrorum eorum.

S. FVGIVNT Aſſyrij perſequentes Hebræos, & inde ſpolia colligentes ualde ditati ſunt, unde Iudith à Pontifice & populo benedicitur.

CAPVT XV.

A VMq; omnis exercitus decollatum Holofernem audiſſet, fugit mens & conſiliũ ab eis, & ſolo tremore & metu agitati, fugæ præſidiũ ſumunt, ita vt nullus loqueretur cum proximo ſuo, ſed inclinato capite, relictis omnibus euadere feſtinabant Hebræos, quos armatos ſuper ſe venire audierãt, fugiẽtes per vias camporum & ſemitas collium. Videntes itaq; filij Iſrael fugiẽtes, ſecuti ſunt illos. Deſcenderuntq; clangentes tubis, & vlulantes poſt ipſos. Et quoniã Aſſyrij non adunati in fugam ibant
B præcipites: filij autẽ Iſrael vno agmine perſequentes, debilitabant omnes quos inuenire potuiſſent. Miſitq; Ozias nuntios per omnes ciuitates & regiones Iſrael. Omnis itaq; regio omnisq; vrbs, electam iuuentutẽ armatam miſit poſt eos, & perſecuti ſunt eos in ore gladij, quouſq; peruenirẽt ad extremitatem finium ſuorũ. Reliqui autem qui erant in Bethulia, ingreſsi ſunt caſtra Aſſyriorum, & prædam quam fugientes
C Aſſyrij reliquerãt, abſtulerũt, & onuſtati ſunt valde. Hi verò qui victores reuerſi ſunt ad Bethuliã, omnia quæ erant illorũ abſtulerunt ſecum, ita vt non eſſet numerus in pecoribus, & iumentis, & vniuerſis mobilibus eorum, vt à minimo vſq; ad magnum omnes diuites fierent de prædationibus eorũ. Ioachim autẽ ſummus põtifex de Ieruſalem, venit in Bethuliam cũ vniuerſis presbyteris ſuis, vt videret Iudith. Quæ cũ exiſſet ad illum, benedixerunt eam omnes vna voce, dicentes, Tu gloria Ieruſalem, tu lætitia Iſrael, tu honorificentia populi noſtri, quia feciſti viriliter, & confortatũ eſt cor tuũ, eo quòd ca-
D ſtitatem amaueris, & poſt virũ tuum, alterũ neſcieris: ideò & manus Domini confortauit te, & ideò eris benedicta in æternum. Et dixit omnis populus, Fiat fiat. Per dies autem triginta, vix collecta ſunt ſpolia Aſſyriorũ à populo Iſrael. Porrò autẽ vniuerſa quæ Holofernis peculiaria fuiſſe probata ſunt, dederunt Iudith in auro, & argento, & veſtibus, & gemmis, & omni ſupellectili, & tradita ſunt omnia illi à populo. Et omnes populi gaudebant cum mulieribus, & virginibus, & iuuenibus, in organis, & citharis.

S. CANTICVM Iudith ob uictoriam poſtquã uenit populus Ieruſalem gratias acturus, & tandem Iudith plena dierum moritur.

CAPVT XVI.

A TVnc cantauit canticum hoc Domino Iudith, dicẽs, Incipite Domino in tympanis, cãtate Domino in cymbalis, modulamini illi pſalmum nouum, exultate & inuocate nomen eius. Dominus cõterens bella, Dominus nomẽ eſt illi. Qui poſuit caſtra ſua in medio populi ſui, vt eriperet nos de manu omnium inimicorum noſtrorum. Venit Aſſur ex montibus ab aquilone in multitudine fortitudinis ſuæ. Cuius multitudo obturauit torrentes, & equi eorũ cooperuerunt valles. Dixit ſe incenſurũ fines meos, & iuuenes meos occiſurum gladio, infantes meos dare in prædam, & virgines in captiuitatem. Dominus autem omnipotẽs nocuit eum, & tradidit eum in manus fœmi-
B næ, & confudit eum. Non enim cecidit potens eorum à iuuenibus, nec filij Titan percuſſerũt eum, nec excelſi gigantes impoſuerũt ſe illi, ſed Iudith filia Merari in ſpecie faciei ſuæ

dissoluit eum. Exuit enim se vestimento viduitatis, & induit se vestimẽto lætitiæ in exultatione filiorũ Israel. Vnxit faciẽ suam vnguẽto, & colligauit cincinnos suos mitra, accepit stolam nouam ad decipiendũ illum. Sandalia eius rapuerũt oculos eius, pulchritudo eius captiuam fecit animã eius, amputauit pugione ceruicẽ eius. Horruerunt Persæ constantiã eius, & Medi audaciã eius. Tunc vlulauerunt castra Assyriorum, quando apparuerũt humiles mei, arescentes in siti. Filij puellarum compunxerũt eos, & sicut pueros fugiẽtes occiderunt eos, perierunt in prælio à facie Domini Dei mei. Hymnum cantemus Domino, hymnum nouum cantemus Deo nostro. Adonai Domine magnus es tu, & præclarus in virtute tua, & C quem superare nemo potest. Tibi seruiat omnis creatura tua: Psal. 23 b quia dixisti, & facta sunt: misisti spiritũ tuum, & creata sunt, & non est qui resistat voci tuæ. Montes à fundamentis mouebuntur cum aquis, petræ sicut cera liquescent ante faciem tuam. Qui autẽ timent te, magni erũt apud te per omnia. Væ genti insurgenti super genus meũ. Dominus enim omnipotens vindicabit in eis, in die iudicij visitabit illos. Dabit enim ignem & vermes in carnes eorũ, vt vrantur & sentiant vsq; in sempiternum. Et factum est post hæc, omnis populus post victoriã venit in Ierusalẽ adorare Dominũ: & mox vt purificati sunt, obtulerunt omnes holocausta, & vota, & repromissiones suas. Porrò Iudith vniuersa vasa bellica Holofernis, D quæ dedit illi populus, & conopæũ quod ipsa sustulerat de cubili ipsius, obtulit in anathema obliuionis. Erat autem populus iucundus secundũ faciem sanctorũ, & per tres menses gaudiũ huius victoriæ celebratũ est cũ Iudith. Post dies autẽ illos vnusquisq; redijt in sua, & Iudith magna facta est in Bethulia, & præclarior erat vniuersæ terræ Israel. Erat etiã virtuti castitas adiuncta, ita vt non cognosceret virum omnibus diebus vitæ suæ, ex quo defunctus est Manasses vir eius. Erat autem diebus festis procedens cum magna gloria. Mansit autem in domo viri sui annos centum quinq;, & dimisit Abram suam liberam, & defuncta est ac sepulta cũ viro suo in Bethulia. Luxitq; illam omnis populus diebus septem. In omni autem spatio vitæ eius non fuit qui perturbaret Israel, & post mortem eius annis multis. Dies autem victoriæ huius festiuitatis, ab Hebræis in numero sanctorum dierum accipitur, & colitur à Iudæis ex illo tempore, vsq; in præsentem diem.

Iudith mo-
ritur.

Hieronymi in librum
Esther Præfatio.

LIBRVM *Esther uarijs translatoribus constat esse uitiatum: quem ego de archiuis Hebræorũ releuans, uerbum è uerbo expressius transtuli. Quem librum editio uulgata, lacinioſis hinc inde uerborum fumibus trahit, addens ea quæ ex tempore dici poterãt, & audiri: sicut solitum est scholaribus disciplinis, sumpto themate, excogitare quibus uerbis uti potuit qui iniuriam passus est, uel qui iniuriam fecit. Vos autem ô Paula & Eustochium, quoniam tãtum bibliothecas Hebræorum studuistis intrare, & interpretũ certamina comprobastis, tenentes Esther Hebraicum librum, per singula uerba nostram translationem aspicite: ut positis agnoscere, me nihil etiam augmentasse addendo, sed fideli testimonio simpliciter, sicut in Hebræo habetur, historiã Hebraicam Latinæ linguæ tradidisse. Nec affectamus laudes hominũ, nec uituperationes expauescimus. Deo enim placere curantes, minas hominum penitus nõ timemus: quoniam* Deus *dissipat ossa eorum qui hominibus placere desyderant: & secundum Apostolum, qui eius modi sunt, serui* CHRISTI *esse nõ possunt. Rursum, in libro Esther alphabetum ex minio usq; ad Teth literam fecimus diuersis in locis, uolentes scilicet septuaginta interpretum ordinem per hoc insinuare studioso lectori. Nos enim iuxta morem Hebraicum, ordinem prosequi, etiam in septuaginta editione maluimus.*

Liber Esther.



S. ASSVERO splendidum celebrante conuiuium regina Vasthi marito inobediens repudiatur, promulgato decreto quo uiri uxoribus dominentur.

CAPVT I.

A 

N DIEBVS Assueri, qui regnauit ab India vsq; Aethiopiã super centũ vigintiseptẽ prouincias: quando sedit in solio regni sui, Susan ciuitas regni eius exordiũ fuit. Tertio igitur anno imperij sui fecerat grãde conuiuiũ cunctis principibus, & pueris suis fortissimis Persarum, & Medorum inclytis, & præfectis prouinciarũ coram se, vt ostenderet diuitias gloriæ regni sui, ac magnitudinẽ atq; iactantiã potentiæ suæ multo tempore, centum videlicet & octoginta diebus. Cumq; implerentur dies cõuiuij, inuitauit omnẽ populũ, qui inuẽtus est in Susan à maximo vsq; ad minimũ: & iussit septẽ diebus conuiuiũ præparari in vestibulo horti, & nemoris, quod regio cultu & manu consitũ erat. Et pendebant ex omni parte tentoria ærei coloris, & carbasini, ac hyacinthini, sustentata funibus byssinis, atq; purpureis, qui eburneis circulis inserti erant, & columnis marmoreis fulcie-
B bantur. Lectuli quoq; aurei, & argentei super pauimentum, smaragdino, & pario stratum lapide dispositi erãt: quod mira varietate pictura decorabat. Bibebant autẽ qui inuitati erant, aureis poculis, & alijs atq; alijs vasis cibi inferebantur. Vinum quoq;, vt magnificẽtia regia dignũ erat, abũdans, & præcipuũ ponebatur. Nec erat qui nolentes cogeret ad bibendũ: sed sicut rex statuerat, præponens mensis singulos de principibus suis, vt sumeret vnusquisq; quod vellet. Vasthi quoq; regina fecit conuiuiũ fœminarũ in palatio, vbi rex Assuerus manere cõsueuerat. Itaq; die septimo, cũ rex esset hilarior, & post nimiã potationẽ incaluisset mero, præcepit Mauman & Bazatha & Harbona & Bagatha & Abgatha & Zethar & Charchas septẽ eunuchis, qui in cõspectu eius ministrabãt, vt introducerẽt reginã Vasthi corã rege, posito super caput eius diademate, vt ostẽderet cũctis populis & principibus pulchritu-
C dinem illius: erat enim pulchra valde. Quæ renuit, & ad regis imperiũ, quod per eunuchos mandauerat, venire cõtempsit. Vnde iratus rex, & nimio furore succẽsus, interrogauit sapiẽtes, qui ex more regio semper ei aderant, & illorum faciebat cũcta cõsilio, scientiũ leges, ac iura maiorũ (erãt autem primi & proximi, Charsena & Sethar & Admatha & Tharsis & Mares & Marsana & Mamuchan, septẽ duces Persarũ, atq; Medorũ, qui videbãt faciẽ regis, & primi post eũ residere soliti erant) cui sentẽtiæ Vasthi regina subiaceret, quæ Assueri regis imperiũ, quod per eunuchos mãdauerat, facere noluisset. Respõditq; Mamuchã audiẽte rege, atq; principibus, Nõ

solum

ſolũ regẽ læſit regina Vaſthi, ſed & omnes populos, & principes, qui ſunt in cunctis prouincijs regis Aſſueri. Egredietur enim ſermo reginæ ad omnes mulieres, vt contemnant viros ſuos, & dicant, Rex Aſſuerus iuſsit vt regina Vaſthi intraret
D ad eum, & illa noluit. Atq; hoc exẽplo omnes principũ cõiuges Perſarũ atq; Medorũ, parui pendent imperia maritorum. vnde regis iuſta eſt indignatio. Si ergo tibi placet, egrediatur edictum à facie tua, & ſcribatur iuxta legẽ Perſarũ atq; Medorum, quã præteriri illicitũ eſt, vt nequaquã regina Vaſthi ingrediatur ad regem, ſed regnum illius, altera quæ melior eſt illa, accipiat. Et hoc in omne (quod latiſsimũ eſt) prouinciarum tuarum diuulgetur imperium, vt cunctæ vxores tam maiorum quàm minorum deferant maritis ſuis honorem. Placuit conſiliũ eius regi, & principibus: fecitq; iuxta conſilium Mamuchan, & miſit epiſtolas ad vniuerſas prouincias regni ſui, vt quæq; gens audire & legere poterat, diuerſis linguis & literis, eſſe viros principes ac maiores in domibus ſuis & hoc per cunctos populos diuulgari.

Edictũ regis de dominatione virorum in vxores.

S. PRAE *cæteris uirginibus Aſſuero quæſitis* Eſther *placuit. unde regina facta eſt, Mardochæo accuſante eunuchos regi inſidiãtes.*

CAPVT II.

A HIs itaq; geſtis, poſtquã regis Aſſueri indignatio deferbuerat, recordatus eſt Vaſthi & quæ feciſſet, vel quæ paſſa eſſet: dixeruntq; pueri regis, ac miniſtri eius, Quærantur regi puellæ virgines, ac ſpecioſæ, & mittãtur qui cõſiderent per vniuerſas prouincias puellas ſpecioſas, & virgines: & adducãt eas ad ciuitatem Suſan, & tradant eas in domũ fœminarũ ſub manu Egei eunuchi, qui eſt præpoſitus & cuſtos mulierum regiarum: & accipiant mundũ muliebrẽ, & cætera ad vſus neceſſaria. & quæcunq; inter omnes oculis regis placuerit, ipſa regnet pro Vaſthi. Placuit ſermo regi: & ita vt ſuggeſſerant, iuſsit fieri. Erat vir Iudæus in Suſan ciuitate, vocabulo Mardochæus, filius Iair, filij Semei, filij Cis, de ſtirpe Iemini, qui trãslatus fuerat
4.Reg.24.d de Ieruſalẽ eo tẽpore quo Iechoniã regẽ Iuda, Nabuchodo-
B noſor rex Babylonis trãſtulerat, qui fuit nutritius filiæ fratris ſui Ediſſæ, quæ altero nomine vocabatur Eſther: & vtrunq; parentem amiſerat: pulchra nimis, & decõra facie. Mortuis q; patre eius, ac matre, Mardochæus ſibi eam adoptauit in filiã. Cumq; percrebuiſſet regis imperiũ, & iuxta mandatũ illius multæ pulchræ virgines adducerẽtur Suſan, & Egeo traderẽtur eunucho: Eſther quoq; inter cæteras puellas ei tradita eſt, vt ſeruaretur in numero fœminarũ. Quæ placuit ei, & inuenit gratiam in cõſpectu illius. Et præcepit eunucho vt acceleraret mundũ muliebrem, & traderet ei partes ſuas, & ſeptẽ puellas ſpecioſiſsimas de domo regis, & tam ipſam, quàm pediſequas eius ornaret atq; excoleret. Quæ noluit indicare ei populũ & patriã ſuam. Mardochæus enim præceperat ei, vt de hac re omnino reticeret: qui deambulabat quotidie ante veſtibulum domus, in qua electæ virgines ſeruabantur, curã agens ſalutis Eſther, & ſcire volẽs quid ei accideret. Cum autem veniſſet tẽpus ſingularũ per ordinẽ puellarũ, vt intrarent ad regem, expletis omnibus quæ ad cultũ muliebrem pertinebãt, menſis duodecimus vertebatur: ita dũntaxat, vt ſex menſibus
C oleo vngerentur myrrhino, & alijs ſex quibuſdã pigmẽtis, & aromatibus vterẽtur. Ingrediẽtesq; ad regẽ, quicquid poſtulaſſent ad ornatũ pertinẽs, accipiebãt: & vt eis placuerat, compoſitæ, de triclinio fœminarũ ad regis cubiculũ tranſibant. Et quæ intrauerat veſpere, egrediebatur mane, atq; inde in ſecũdas ædes deducebatur, quæ ſub manu Saſagazi eunuchi erãt, qui concubinis regis præſidebat: nec habebat poteſtatem ad regem vltrà redeũdi, niſi voluiſſet rex, & eam venire iuſsiſſet ex nomine. Euoluto autẽ tempore per ordinẽ, inſtabat dies, quo Eſther filia Abihaíl fratris Mardochæi, quã ſibi adoptauerat in filiam, deberet intrare ad regem. Quæ non quæſiuit muliebrem cultum, ſed quæcũq; voluit Egeus eunuchus cuſtos virginum, hæc ei ad ornatum dedit. Erat enim formoſa valde, & incredibili pulchritudine, omniũ oculis gratioſa & amabilis videbatur. Ducta eſt itaq; ad cubiculũ regis Aſſueri menſe decimo, qui vocatur Tebeth, ſeptimo anno regni eius.
D Et adamauit eam rex plus quàm omnes mulieres, habuitq; gratiam & miſericordiã coram eo ſuper omnes mulieres, & poſuit diadema regni in capite eius, fecitq; eam regnare in loco Vaſthi. Et iuſsit conuiuium præparari permagnificũ cunctis principibus, & ſeruis ſuis pro coniunctione, & nuptijs Eſther. Et dedit requiem vniuerſis prouincijs, ac dona largitus eſt iuxta magnificentiam principalem. Cumq; & ſecũdo quærerentur virgines, & congregarentur, Mardochæus manebat ad ianuam regis. necdum prodiderat Eſther patriam & populũ ſuum, iuxta mandatũ eius. Quicquid enim ille præcipiebat, obſeruabat Eſther: & ita cuncta faciebat, vt eo tempore ſolita erat, quo eam paruulam nutriebat. Eo igitur tempore, quo Mardochæus ad regis ianuã morabatur, irati ſunt Bagathan, & Thares duo eunuchi regis, qui ianitores erant, & in primo Palatij limine præſidebant: voluerunt q; inſurgere in regẽ, & occidere eum. Quod Mardochæũ nõ latuit: ſtatimq; nuntiauit reginæ Eſther: & illa regi ex nomine Mardochæi, qui ad ſe rem detulerat. Quæſitum eſt: & inuentum: & appenſus eſt vterq; eorum in patibulo. Mandatumq; eſt hiſtorijs, & annalibus traditum coram rege.

S. IMPETRAT *impius Aman in malũ ſuum necem Iudæorum, literas ad omnes prouincias mittens.* CAPVT III.

A POſt hæc rex Aſſuerus exaltauit Amã filiũ Amadathi, qui erat de ſtirpe Agag: & poſuit ſoliũ eius ſuper omnes principes quos habebat. Cunctiq; ſerui regis qui in foribus Palatij verſabantur, flectebant genua, & adorabant Aman: ſic enim præceperat eis imperator. ſolus Mardochæus non flectebat genua, neq; adorabat eum. Cui dixerunt pueri regis, qui ad fores Palatij præſidebant, Cur præter cæteros non obſeruas mandatum regis? Cumq; hoc crebrius dicerent, & ille nollet audire, nuntiauerunt Aman, ſcire cupientes vtrũ perſeueraret in ſententia, dixerat enim eis, ſe eſſe Iudæum. Quod cum audiſſet Aman, &
B experimẽto probaſſet, quòd Mardochæus non flecteret ſibi genua, nec ſe adoraret, iratus eſt valde, & pro nihilo duxit in vnũ Mardochæum mittere manus ſuas. audierat enim quòd eſſet gentis Iudææ. magisq; voluit omnẽ Iudæorũ, qui erant in regno Aſſueri, perdere nationem. Menſe primo (cuius vocabulum eſt Niſan) anno duodecimo regni Aſſueri, miſſa eſt ſors in vrnam, quæ Hebraicè dicitur phur, coram Aman, quo die & quo menſe gens Iudæorum deberet interfici: & exiuit menſis duodecimus qui vocatur Adar. Dixitq; Aman regi
C Aſſuero, Eſt populus per omnes prouincias regni tui diſperſus, & à ſe mutuò ſeparatus, nouis vtens legibus & ceremonijs, inſuper & regis ſcita contemnens. Et optimè noſti quòd non expediat regno tuo vt inſoleſcat per licẽtiam. ſi tibi placet, decerne vt pereat, & decem millia talentorũ appendã arcarijs gazæ tuæ. Tulit ergo rex annulũ quo vtebatur, de manu ſua, & dedit eũ Aman filio Amadathi de progenie Agag, hoſti Iudæorũ, dixitq; ad eum, Argentũ quod tu polliceris, tuum ſit: de populo age quod tibi placet. Vocatiq; ſunt ſcribæ regis menſe primo Niſan, tertiadecima die eiuſdem menſis: & ſcriptum eſt, vt iuſſerat Aman, ad omnes ſatrapas regis, & iudices prouinciarũ, diuerſarumq; gentiũ, vt quæque gens legere poterat, & audire pro varietate linguarum, ex nomine regis Aſſueri: & literæ ſignatæ ipſius annulo miſſæ ſunt per curſores regis ad vniuerſas prouincias, vt occiderent atq; delerent omnes Iudæos, à puero vſq; ad ſenẽ, paruulos & mulieres vno die, hoc eſt tertiodecimo menſis duodecimi, qui vocatur Adar, & bona eorum diriperent. Summa autẽ epiſtolarum hæc fuit, vt omnes prouinciæ ſcirent & pararent ſe ad prædictam diem. Feſtinabant curſores qui miſſi erant regis

imperium

imperiũ explere. Statimq; in Susan pependit edictũ, rege & Aman celebrãte conuiuiũ, & cũctis qui in vrbe erãt, flẽtibus.

S. Esther mandato Mardochæi ut Iudæorum neci occurrat, ad regem ingressura pro se iubet orari. CAPVT IIII.

A Luctꝰ Mardochæi, ob iam paratã Iudæorum necem.

QVæ cum audisset Mardochæus, scidit vestimenta sua, & indutus est sacco, spargens cinerẽ capiti: & in platea mediæ ciuitatis, voce magna clamabat, ostendens amaritudinem animi sui, & hoc eiulatu vsq; ad fores Palatij gradiens. Non enim erat licitum, indutum sacco aulam regis intrare. In omnibus quoq; prouincijs, oppidis, ac locis ad quæ crudele regis dogma peruenerat, plãctus ingens erat apud Iudæos, ieiuniũ, vlulatus, & fletus, sacco & cinere multis pro stratu vtentibus. Ingressæ autem sunt
B puellæ Esther & eunuchi, nuntiauerunt q; ei. Quod audiens, consternata est: & vestem misit Mardochæo, vt ablato sacco indueret eam: quam accipere noluit. Accitoq; Athach eunucho, quem rex ministrum ei dederat, præcepit vt iret ad Mardochæũ, & disceret ab eo cur hoc faceret. Egressusq; Athach, iuit ad Mardochæum stantem in platea ciuitatis ante ostium Palatij, qui indicauit ei omnia quæ acciderãt, quomodo Amã promisisset vt in thesauros regis pro Iudæorum nece inferret argentum. exemplar quoq; edicti quod pendebat in Susan, dedit ei vt reginæ ostenderet, & moneret eam vt intraret ad regem, & deprecaretur eum pro populo suo. Regressusque
C Athach, nuntiauit Esther omnia quæ Mardochæus dixerat. Quæ respõdit ei, & iussit vt diceret Mardochæo, Omnes serui regis, & cunctæ quæ sub ditione eius sunt, norunt prouinciæ, quòd siue vir, siue mulier non vocatus, interius atrium regis intrauerit, absq; vlla cunctatione statim interficiatur: nisi fortè rex auream virgã ad eum tetenderit pro signo clementiæ, atq; ita possit viuere. Ego igitur quomodo ad regẽ intrare potero, quæ triginta iam diebus non sum vocata ad eum? Quod cũ audisset Mardochæus, rursum mãdauit Esther, dicens, Ne putes quòd animã tuam tantum liberes, quia in domo regis es præ cunctis Iudæis, si enim nunc silueris, per aliã occasionem liberabuntur Iudæi: & tu, & domus patris tui pe-
D ribitis. Et quis nouit, vtrum idcirco ad regnum veneris, vt in tali tempore parareris? Rursumq; Esther hæc Mardochæo verba mandauit, Vade, & congrega omnes Iudæos, quos in Susan repereris, & orate pro me. Non comedatis, & nõ bibatis tribus diebus, & tribus noctibus: & ego cũ ancillulis meis similiter ieiunabo, & tunc ingrediar ad regem, contra legẽ faciens non vocata, tradensq; me morti & periculo. Iuit itaq; Mardochæus, & fecit omnia quæ ei Esther præceperat.

S. Esther regem & Aman ad conuiuium semel atq; iterum uocat, & crux interea Mardochæo ab Aman paratur. CAPVT V.

A DIe autem tertio, induta est Esther regalibus vestimentis, & stetit in atrio domus regiæ, quod erat interius contra basilicã regis: at ille sedebat super solium suũ in cõsistorio Palatij cõtra ostiũ domus. Cumq; vidisset Esther reginã stantem, placuit oculis eius, & extendit cõtra eam virgã auream, quã tenebat manu. Quæ accedens, osculata est summitatẽ virgæ eius. Dixitq; ad eam rex, Quid vis Esther regina? Quæ est petitio tua? etiã si dimidiã
B partẽ regni petieris, dabitur tibi. At illa respondit, Si regi placet, obsecro vt venias ad me hodie, & Aman tecũ ad conuiuiũ quod paraui. Statimq; rex, Vocate, inquit, citò Aman, vt Esther obediat volũtati. Venerũt itaq; rex & Aman ad cõuiuium, quod eis regina parauerat. Dixitq; ei rex, postquãvinũ biberat abũdanter, Quid petis vt detur tibi? & pro qua re postulas? etiã si dimidiã partem regni mei petieris, impetrabis.
C Cui respõdit Esther, Petitio mea, & preces sunt istæ: Si inueni in cõspectu regis gratiã, & si regi placet, vt det mihi quod postulo, & meã impleat petitionem: veniat rex & Aman ad conuiuiũ quod paraui eis, & cras aperiã regi voluntatẽ meã. Egressus est itaq; illo die Aman lætus & alacer. Cumq; vidisset Mardochæũ sedentem ante fores palatij, & non solũ non assurrexisse sibi, sed nec motũ quidẽ de loco sessionis suæ, indignatus est valde: & dissimulata ira reuersus in domũ suam, cõuocauit ad se amicos suos, & Zares vxorẽ suã, & exposuit illis magnitudinẽ diuitiarũ suarũ, filiorumq; turbã, & quanta eũ gloria super omnes principes & seruos suos rex eleuasset.
D Et post hæc ait, Regina quoq; Esther, nullũ aliũ vocauit ad conuiuiũ cũ rege, præter me: apud quam etiam cras cum rege pransurus sum. Et cũ hæc omnia habeã, nihil me habere puto, quãdiu videro Mardochæũ Iudæum sedentem ante fores regias. Respondẽruntq; ei Zares vxor eius, & cæteri amici, Iube parari excelsam trabem, habentẽ altitudinis quinquaginta cubitos: & dic mane regi, vt appendatur super eam Mardochæus, & sic ibis cum rege lætus ad conuiuium. Placuitq; ei consilium, & iussit excelsam præparari crucem.

S. Rex noctem insomnem ducens, in suis annalibus Mardochæi fidelitatem reperiens, iubet ipsum ut secundum à rege honorari. CAPVT VI.

A NOctem illã duxit rex insomnẽ, iussitq; sibi afferri historias & annales priorũ temporũ. Quæ cum illo præsente legerentur, ventũ est ad illum locũ, vbi scriptum erat, quomodo nuntiasset Mardochæus insidias Bagathan & Thares eunuchorũ, regẽ Assuerũ ingulare cupientiũ. Quod cum audisset rex, ait, Quid pro hac fide honoris ac præmij Mardochæus cõsecutus est? Dixerũt ei serui illius, ac ministri, Nihil omnino mercedis accepit. Statimq; rex, Quis est, inquit, in atrio? Aman quippe interius
B atrium domus regiæ intrauerat, vt suggereret regi, & iuberet Mardochæum affigi patibulo quod ei fuerat præparatũ. Responderunt pueri, Aman stat in atrio. Dixitq; rex, Ingrediatur. Cumq; esset ingressus, ait illi, Quid debet fieri viro, quem rex honorare desyderat? Cogitans autem in corde suo Aman, & reputans quòd nullũ alium rex, nisi se, vellet honorare, respondit, Homo quẽ rex honorare cupit, debet indui vestibus regijs: & imponi super equũ qui de sella regis est, & accipere regiũ diadema super caput suum, & primus de regijs principibus ac tyrannis teneat equum eius: & per platẽam ciuitatis incedens, clamet, & dicat, Sic honorabitur, quemcũq; volue-
C rit rex honorare. Dixitq; ei rex, Festina, & sumpta stola & equo, fac ita vt locutus es, Mardochæo Iudæo qui sedet ante fores Palatij. Caue ne quicquã de his quæ locutus es prætermittas. Tulit itaq; Aman stolã & equum, indutumq; Mardochæum in platea ciuitatis, & impositũ equo præcedebat, atq; clamabat, Hoc honore condignus est, quemcũq; rex voluerit honorare. Reuersusq; est Mardochæus ad ianuam palatij: & Aman festinauit ire in domũ suã, lugẽs & operto capite: narrauitq; Zares vxori suæ, & amicis omnia quæ euenissent sibi.
D Cui respõderũt sapiẽtes quos secũ habebat in cõsilio, & vxor eius, Si de semine Iudæorũ est Mardochæus, ante quẽ cadere cœpisti, non poteris ei resistere, sed cades in conspectu eius. Adhuc illis loquẽtibus, venerunt eunuchi regis, & citò eum ad conuiuium quod regina parauerat, pergere compulerunt.

S. Accusatus Aman ab Esther, suspenditur in patibulo quod Mardochæo parauerat. CAPVT VII.

Esther in conuiuio pro se & populo orat.

A INtrauit itaq; rex & Aman, vt biberent cum regina. Dixitq; ei rex etiam secunda die postquam vino incaluerat, Quæ est petitio tua Esther, vt detur tibi? & quid vis tibi fieri? etiam si dimidiam partem regni mei petieris, impetrabis. Ad quem illa respondit, Si inueni gratiam in oculis tuis ô rex, & si placet, dona mihi animam meam pro qua rogo, & populum meum pro quo obsecro. Traditi enim sumus, ego & populus meus, vt conteramur, iugulemur, & pereamus. Atque vtinam in seruos

seruos & famulas venderemur: esset tolerabile malum, & gemens tacerem. Nunc autem hostis noster est, cuius crudelitas redūdat in regē. Respōdensq; rex Assuerus ait, Quis est iste? & cuius potentiæ, vt hæc audeat facere? Dixitq; Esther, Hostis & inimicus noster pessimus iste est Aman. Quod ille audiens, illico obstupuit, vultum regis ac reginæ ferre non sustinens. Rex autē iratus surrexit, & de loco conuiuij intrauit in hortum arboribus cōsitum. Aman quoq; surrexit, vt rogaret Esther reginā pro anima sua, intellexit enim à rege sibi paratum malū. Qui cum reuersus esset de horto nemoribus cōsito, & intrasset cōuiuij locū, reperit Aman super lectulū corruisse, in quo iacebat Esther, & ait, Etiam reginā vult opprimere me præsente in domo mea. Necdū verbum de ore regis exierat, & statim operuerunt faciem eius. Dixitq; Harbona, vnus de eunuchis qui stabant in ministerio regis: En lignum quod parauerat Mardochæo; qui locutus est pro rege, stat in domo Aman, habens altitudinis quinquaginta cubitos. Cui dixit rex, Appenditē eum in eo. Suspensus est itaq; Aman in patibulo, quod parauerat Mardochæo: & regis ira quieuit.

S. ESTHER Mardochæo exaltato ueteres literas Aman irritans, nouis literis pristinam Iudæis impetrat securitatem.

CAPVT VIII.

DIe illo dedit rex Assuerus Esther reginæ domū Aman aduersarij Iudæorū, & Mardochæus ingressus est ante faciem regis. Confessa est enim ei Esther, quòd esset patruus suus. Tulitq; rex annulum quē ab Aman recipi iusserat, & tradidit Mardochæo. Esther autem constituit Mardochæū super domū suam. Nec his contenta, prócidit ad pedes regis: fleuitq;, & locuta ad eū orauit vt malitiā Aman Agagitæ, & machinationes eius pessimas quas excogitauerat contra Iudæos, iuberet irritas fieri. At ille ex more sceptrū aureum prætēdit manu, quo signum dementiæ monstrabatur. Illaq; cōsurgens stetit ante eum, & ait, Si placet regi, & si inueni gratiā in oculis eius, & deprecatio mea nō ei videtur esse contraria, obsecro vt nouis epistolis veteres Aman literæ insidiatoris & hostis Iudæorum, quibus eos in cunctis regis prouincijs perire præceperat, corrigātur. Quomodo enim potero sustinere necem & interfectionē populi mei? Respondit; rex Assuerus Esther reginæ, & Mardocheo Iudæo, Domū Amā cōcessi Esther reginæ: & ipsum iussi affigi cruci, quia ausus est manū mittere in Iudæos. Scribite ergo Iudæis, sicut vobis placet, ex regis nomine, signātes literas annulo meo. Hæc enim consuetudo erat, vt epistolis quæ ex regis nomine mittebantur, & illius annulo signatæ erant, nemo auderet contradicere. Accitisq; scribis & librarijs regis (erat autē tempus tertij mensis, qui appellatur Siban) vicesima & tertia die illius scriptæ sunt epistolæ vt Mardochæus voluerat, ad Iudæos & ad principes, procuratoresq; & iudices, qui centū vigintiseptem prouincijs ab India vsq; ad Aethiopiam præsidebant, prouinciæ atq; prouinciæ, populo & populo, iuxta linguas & literas suas, & Iudæis, prout legere poterāt, & audire. Ipsæq; epistolæ, quæ ex regis nomine mittebātur, annulo ipsius obsignatæ sunt, & missæ per veredarios: qui per omnes prouincias discurrentes, veteres literas nouis nuntijs præuenirēt. Quibus imperauit rex, vt cōuenirent Iudæos per singulas ciuitates, & in vnū præciperēt congregari, vt starent pro animabus suis, & omnes inimicos suos cum coniugibus ac liberis & vniuersis domibus interficerent atq; delerent. Et constituta est per omnes prouincias vna vltionis dies, id est tertiadecima mensis duodecimi Adar. Summaq; epistolæ hæc fuit, vt in omnibus terris ac populis qui regis Assueri subiacebāt imperio, notū fieret paratos esse Iudæos ad capiendā vindictam de hostibus suis. Egressiq; sunt veredarij celeres nuntia perferentes, & editū regis pependit in Susan. Mardochæus autem de palatio, & de conspectu regis egrediens fulgebat vestibus regijs, hyacinthinis videlicet & aerijs, coronam auream portās in capite, & amictus serico pallio atq; purpureo. Omnisq; ciuitas exultauit, atq; lætata est. Iudæis autē noua lux oriri visa est, gaudiū, honor, & tripudiū. Apud omnes populos, vrbes, atq; prouincias quocūq; regis præcepta veniebāt, mira exultatio, epulæ, atq; cōuiuia, & festus dies: intantum vt plures alterius gentis & sectæ, eorum religioni & ceremonijs iungerentur. Grandis enim cunctos Iudaici nominis terror inuaserat.

S. IVDAEI passim hostes suos trucidant, filios Aman suspendunt, & Phurim diem solennem instituunt.

CAPVT IX.

Interficiūt Iudæi inimicos suos.

IGitur duodecimi mēsis, quem Adar vocari antè iam diximus, tertiadecima die, quādo cunctis Iudæis interfectio parabatur, & hostes eorū inhiabāt sanguini, versa vice Iudæi superiores esse cœperunt, & se de aduersarijs vindicare. Congregatiq; sunt per singulas ciuitates & oppida & loca, vt extenderent manū contra inimicos, & persecutores suos. Nullusq; ausus est resistere, eo quòd omnes populos magnitudinis eorū formido penetraret. Nam & prouinciarum iudices, & duces, & procuratores, omnisq; dignitas quæ singulis locis ac operibus præerat, extollebāt Iudæos timore Mardochæi: quem principem esse palatij, & plurimū posse cognouerāt. fama quoq; nominis eius crescebat quotidie, & per cunctorum ora volitabat. Itaq; percusserūt Iudæi inimicos suos plaga magna, & occiderunt eos, reddētes eis quod sibi parauerāt facere: intantū, vt etiā in Susan quingētos viros interficerēt, extra decem filios Aman Agagitæ hostis Iudæorum: quorū ista sunt nomina, Pharsandatha, & Delphō, & Esphátha, & Phorátha, & Adalia, & Aridatha, & Phermésta, & Arisai & Aridai, & Iezatha. Quos cū occidissent, prædas de substātijs eorū agere noluerunt. Statimq; numerus eorū qui occisi erāt in Susan, ad regē relatus. Qui dixit reginæ, In vrbe Susan interfecerunt Iudæi quingentos viros, & alios decē filios Aman: quantā putas eos exercere cædē in vniuersis prouincijs? Quid vltrà postulas, & quid vis vt fieri iubeam? Cui illa respondit, Si regi placet, detur potestas Iudæis: vt sicut fecerūt hodie in Susan, sic & cras faciāt, & decē filij Amā in patibulis suspendātur. Præcepitq; rex vt ita fieret. Statimq; in Susan pepēdit editū, & decē filij Aman suspēsi sunt. Cōgregatis Iudæis quartadecima die mēsis Adar interfecti sunt in Susan trecēti viri: nec eorum ab illis direpta substātia est. sed & per omnes prouincias quæ ditioni regis subiacebāt, pro animabus suis steterūt Iudæi, interfectis hostibus ac persecutoribus suis: intantū vt septuagintaquinq; millia occisorū implerētur, & nullus de substātijs eorū quicquā contingeret. Dies autē tertiusdecimus mensis Adar vnus apud omnes interfectionis fuit, & quartadecima die cædere desierūt. Quē constituerunt esse solennē, vt in eo omni tēpore deinceps vacarent epulis, gaudio atq; cōuiuijs. At hi qui in vrbe Susan cædē exercuerāt, tertiodecimo & quartodecimo die eiusdē mensis in cæde versati sunt: quintodecimo autem die percutere desierūt. Et idcirco eundē diē constituerūt solēnem, epularū atq; lætitiæ. Hi verò Iudæi qui in oppidis non muratis ac villis morabantur, quartūdecimū diē mensis Adar conuiuiorū, & gaudij decreuerūt, ita vt exultent in eo, & mittant sibi mutuò partes epularū & ciborū. Scripsit itaq; Mardochæus omnia hæc, & literis cōprehensa misit ad Iudæos, qui in omnibus regis prouincijs morabātur, tam in vicino positis quàm procul, vt quartamdecimam & quintamdecimam diem mensis Adar pro festis susciperent, & reuertēte semper anno solenni celebrarent honore: quia in ipsis diebus se vlti sunt Iudæi de inimicis suis, & luctus atq; tristitia in hilaritatem gaudiumq; conuersi sunt, essentq; dies isti epularum atq; lætitiæ, & mitterent sibi inuicem ciborum partes, & pauperibus munuscula largirentur. Susceperuntq; Iudæi in solennem ritum cuncta, quæ eo tempore facere cœperant, & quæ

Decem filij Amā suspē duntur.

Dies celebris instituitur in memoriā liberationis.

Mardochæus literis facienda mandauerat. Aman enim filius Amadathi stirpis Agag, hostis & aduersarius Iudæorũ, cogitauit contra eos malũ, vt occideret illos, atq; deleret: & misit
F phur, quod nostra lingua vertitur in sortẽ. Et postea ingressa est Esther ad regem, obsecrans, vt conatus eius literis regis irriti fierent: & malũ, quod contra Iudæos cogitauerat, reuerteretur in caput eius. Deniq; & ipsum & filios eius affixerũt cruci, atq; ex illo tempore dies isti appellati sunt phurim, id est sortium: eo quòd phur, id est sors in vrnam missa fuerit. Et cuncta quæ gesta sunt, epistolæ, id est libri huius volumine continentur: quæ q; sustinuerunt, & quæ deinceps immutata sunt, susceperunt Iudæi super se, & semen suũ, & super cunctos qui religioni eorũ voluerũt copulari, vt nulli liceat duos hos dies absq; solennitate transigere: quos scriptura testatur, & cætera expetunt tempora annis sibi iugiter succedentibus.
G Isti sunt dies, quos nulla vnquam delebit obliuio: & per singulas generationes cunctæ in toto orbe prouinciæ celebrabunt: nec est vlla ciuitas, in qua dies phurim, id est sortiũ, non obseruẽtur à Iudæis, & ab eorum progeniæ, quæ his ceremonijs obligata est. Scripserunt q; Esther regina filia Abihâil, & Mardochæus Iudæus etiã secundã epistolã, vt omni studio dies ista solennis sanciretur in posterũ, & miserunt ad omnes Iudæos, qui in cẽtũ vigintiseptẽ prouincijs regis Assueri versabãtur, vt haberent pacẽ, & susciperẽt veritatẽ, obseruantes dies sortiũ, & suo tempore cũ gaudio celebrarẽt: sicut constituerant Mardochæus & Esther. Et illi obseruãda susceperũt à se, & à semine suo ieiunia, & clamores, & sortium dies, & omnia quæ libri huius, qui vocatur Esther, historia cõtinẽtur.

S. somniorvm Mardochæi descriptio, redacto populo suo in libertatem. CAPVT X.

A Rex verò Assuerus omnẽ terrã, & cũctas maris insulas fecit tributarias: cuius fortitudo, & imperiũ, & dignitas, atq; sublimitas, qua exaltauit Mardochæũ, scripta sunt in libris Medorum, atq; Persarũ: & quomodo Mardochæus Iudaici generis secũdus à rege Assuero fuerit, & magn⁹ apud Iudæos, & acceptabilis plebi fratrũ suorũ, quærens bona po-
B pulo suo, & loquens ea quæ ad pacẽ seminis sui pertinerent.

Quæ habentur in Hebræo, plena fide expressi. Hæc autẽ quæ sequũtur, scripta reperi in editione vulgata, quæ Græcorũ lingua, & literis continentur: & interim post finem libri hoc capitulũ ferebatur, quod iuxta consuetudinem nostram obelo, id est veru prænotauimus.

* Dixit q; Mardochæus, A Deo facta sunt ista. Recordatus
C sum somnij, quod viderã, hæc eadem significantis: nec eorum quicquã irritum fuit. Paruus fons qui creuit in fluuium, & in lucem, solemq; conuersus est, & in aquas plurimas redundauit: Esther est, quam rex accepit vxorẽ, & voluit esse reginã. Duo autẽ dracones: ego sum, & Aman. Gentes quæ cõuenerant: hi sunt, qui conati sunt delere nomen Iudæorum. Gens autẽ mea, Israel est, quæ clamauit ad Dominũ, & saluũ fecit Dominus populũ suũ: liberauit q; nos ab omnibus malis, & fecit signa magna, atq; portẽta inter gẽtes: & duas sortes esse
D præcepit, vnam populi Dei, & alteram cunctarũ gentiũ. venit q; vtraq; sors in statutũ ex illo iam tẽpore corã Deo vniuersis gentibus: & recordatus est Dominus populi sui, ac misertus est hæreditatis suæ. Et obseruabuntur dies isti in mense Adar quartadecima: & quintadecima die eiusdem mensis, cum omni studio, & gaudio in vnum cœtum populi congregati, in cunctas deinceps generationes populi Israel.

S. somnivm Mardochæi. CAPVT XI.

A Anno quarto regnantibus Ptolemæo, & Cleopatra, attulerunt Dosithæus, qui se sacerdotem, & Leuitici generis ferebat, & Ptolemęus filius eius, hanc epistolam phurim, quam dixerũt interpretatam esse Lysimachum Ptolemæi filium in Ierusalem.

Hoc quoq; principium erat in editione vulgata, quod nec in He-
B bræo, nec apud vllum fertur interpretum.

Anno secundo, regnante Artaxerxe maximo, prima die mensis Nisan, vidit somniũ Mardochæus filius Iaisi, filij Semei, filij Cis de tribu Beniamin: homo Iudæus, qui habitabat in vrbe Susan, vir magnus, & inter primos aulæ regiæ. Erat autem de eo numero captiuorũ, quos transtulerat Nabucho-
C donosor rex Babylonis de Ierusalem cum Iechonia rege Iuda: & hoc eius somniũ fuit, Apparuerunt voces & tumultus, tonitrua & terræmotus, & conturbatio super terram: & ecce duo dracones magni, paratiq; contra se in prælium. Ad quorum clamorem cunctæ concitatæ sunt nationes, vt pugnarent contra gentem iustorum. Fuit q; dies illa tenebrarum & discriminis, tribulationis & angustiæ, & ingens formido super ter-
D ram. Conturbata q; est gens iustorum, timentium mala sua, & præparata ad mortem. Clamauerunt q; ad Deum: & illis vociferantibus, fons paruus creuit in fluuium maximum, & in aquas plurimas redundauit. Lux & sol ortus est, & humiles exaltati sunt, & deuorauerunt inclytos. Quod cum vidisset Mardochæus, & surrexisset de stratu, cogitabat quid Deus facere vellet: & fixum habebat in animo, scire cupiens quid significaret somnium.

S. manifestatio insidiarum in regem à Mardochæo ex secundo capite repetita. CAPVT XII.

A Morabatur autem eo tempore in aula regis, cum Bagatha & Thara eunuchis regis, qui ianitores erãt palatij. Cum q; intellexisset cogitationes eorum, & curas diligẽtius peruidisset, didicit quòd
B conarentur in regem Artaxerxem manus mittere: & nuntiauit super eo regi. Qui de vtroq; habita quæstione, confessos iussit duci ad mortem. Rex autem quod gestum erat, scripsit
C in commentarijs: sed & Mardochæus rei memoriã literis tradidit. Præcepit q; ei rex, vt in aula palatij moraretur, datis ei pro delatione muneribus. Aman verò filius Amadathi Bugæus erat glorioſissimus coram rege, & voluit nocere Mardochæo, & populo eius pro duobus eunuchis regis, qui fuerant interfecti.

Hucusq; procœmium.

Quæ sequuntur, in eo loco posita erant, vbi scriptũ est in volumine, Et diripuerunt bona, vel substantias eorũ. quæ in sola vulgata editione reperimus. Epistolæ autem hoc exemplar fuit quod subijcitur.

S. exemplar epistolæ quam misit Aman ad principes prouinciarum super cæde Iudæorum cum Mardochæi oratione. CAPVT XIII.

A Rex maximus Artaxerxes ab India vsq; Aethiopiam, centũ vigintiseptem prouinciarũ principibus, & ducibus, qui eius imperio subiecti sunt, salutem. Cũ plurimis gẽtibus imperarẽ, & vniuersum orbẽ meæ ditioni subiugassem, volui nequaquam abuti potentiæ magnitudine, sed clementia, & lenitate gubernare subiectos: vt absq; vllo terrore vitã silentio transigentes, optata cunctis mortalibus pace fruerentur. Quærente autẽ me à cõsiliarijs meis quomodo posset hoc impleri, vnus
B qui sapiẽtia, & fide cæteros præcellebat, & erat post regẽ secundus, Amã nomine, indicauit mihi in toto orbe terrarũ populum esse dispersum, qui nouis vteretur legibus, & contra omniũ gentiũ consuetudinẽ faciens regũ iussa contemneret, & vniuersarum concordiam nationũ sua dissensione violaret. Quod cũ didicissemus, videntes vnã gentem rebellẽ aduersus omne hominũ genus peruersis vti legibus, nostris q; iussionibus contraire, & turbare subiectarũ nobis prouinciarum pacem, atq; concordiã: iussimus vt quoscunq; Aman, qui omnibus prouincijs præpositus est, & secundus à rege, & quẽ patris loco colimus, monstrauerit: cum coniugibus ac liberis de-
C leantur ab inimicis suis, nullus q; eorum misereatur quartadecima die duodecimi mensis Adar, anni præsentis: vt nefarij homines

homines vno die ad inferos deſcendentes, reddant imperio noſtro pacem, quam turbauerant.

Hucuſq; exemplar epiſtolæ.

Quæ ſequuntur, poſt eum locũ ſcripta reperi, vbi legitur: Pergẽsq; Mardochæus, fecit omnia quæ ei mandauerat Eſther, Nec tamen habetur in Hebraico, & apud nullum penitus feruntur interpretum.

Oratio Mardochæi. Mardochæus autem deprecatus eſt Dominum memor omniũ operum eius, & dixit, Domine Domine rex omnipotens, in ditione enim tua cuncta ſunt poſita: & nõ eſt qui poſſit tuæ reſiſtere volũtati, ſi decreueris ſaluare Iſrael. Tu feciſti cœlũ & terram, & quicquid cœli ambitu continetur: Dominus omnium es, nec eſt qui reſiſtat maieſtati tuæ. Cuncta noſti, & ſcis quia non pro ſuperbia & contumelia, & aliqua gloriæ cupiditate fecerim hoc, vt nõ adorarem Aman ſuperbiſſimum, libenter enim pro ſalute Iſrael etiam veſtigia pedum eius deoſculari paratus eſſem: ſed timui ne honorẽ Dei mei trãsferrem ad hominem, & ne quenquam adorarem, excepto Deo meo. Et nunc Domine rex Deus Abraham miſerere populi tui, quia volunt nos inimici noſtri perdere, & hæreditatem tuam delere. Ne deſpicias partem tuam quam redemiſti tibi de Aegypto. Exaudi deprecationem meam, & propitius eſto ſorti & funiculo tuo, & conuerte luctum noſtrum in gaudium, vt viuentes laudemus nomen tuum Domine, & ne claudas ora te canentium. Omnis quoq; Iſrael pari mente & obſecratione clamauit ad Dominum, eo quòd eis certa mors impenderet.

S. PLANGIT *Eſther Deum in ſpiritu humilitatis obſecrans.* CAPVT XIIII.

A ESther quoq; regina confugit ad Dominũ, pauens periculum quod imminebat. Cumq; depoſuiſſet veſtes regias, fletibus & luctui apta indumẽta ſuſcepit, & pro vnguentis varijs, cinere & ſtercore impleuit caput, & corpus ſuum humiliauit ieiunijs, omniaq; loca in quibus antea lætari conſueuerat, crinium laceratione compleuit. Et deprecabatur Dominum Deum Iſrael, dicens, Domine mi, qui rex noſter es ſolus adiuua me ſolitariam, & cuius præter te nullus eſt auxiliator alius. Periculum meum in manibus meis eſt. Audiui à patre meo quòd tu Domine tuliſſes Iſrael de cunctis gentibus, & patres noſtros ex omnibus retrò maioribus ſuis, vt poſſideres hæreditatem ſempi-
B ternam, feciſtiq; eis ſicut locutus es. Peccauimus in cõſpectu tuo, & idcirco tradidiſti nos in manu inimicorum noſtrorũ: coluimus enim Deos eorum. Iuſtus es Domine. Et nunc nõ eis ſufficit quòd duriſſima nos opprimunt ſeruitute, ſed robur manuum ſuarum idolorum potentiæ deputantes, volunt tua mutare promiſſa, & delere hæreditatem, & claudere ora laudantium te, atq; extinguere gloriã templi & altaris tui, vt aperiant ora gentium, & laudent idolorum fortitudinem, & prædicent carnalem regem in ſempiternũ. Ne tradas Domine ſceptrum tuum his qui non ſunt, ne rideant ad ruinam noſtram: ſed conuerte conſiliũ eorum ſuper eos, & eum qui in nos cœpit ſæuire, diſperde. Memento Domine, & oſtende te
C nobis in tempore tribulationis noſtræ, & da mihi fiduciam Domine rex Deorum, & vniuerſæ poteſtatis: tribue ſermonem compoſitũ in ore meo in conſpectu leonis, & transfer cor illius in odiũ hoſtis noſtri, vt & ipſe pereat & cæteri qui ei conſentiunt. Nos autẽ libera in manu tua, & adiuua me ancillam tuam, nullũ aliud auxilium habentem, niſi te Domine
D qui habes omnium ſcientiam, & noſti quia oderim gloriã iniquorum, & deteſter cubile incircunciſorũ, & omnis alienigenæ. Tu ſcis neceſsitatem meam quòd abominer ſignũ ſuperbiæ & gloriæ meæ, quod eſt ſuper caput meum in diebus oſtentationis meæ, & deteſter illud quaſi pannum menſtruatæ, & non portem in diebus ſilentij mei, & quòd non comederim in menſa Aman, nec mihi placuerit cõuiuium regis, & non biberim vinum libaminum: & nunquam lætata ſit ancilla tua, ex quo huc translata ſum vſq; in præſentem diem, niſi in te Domine Deus Abraham. Deus fortis ſuper omnes exaudi vocem eorũ qui nullam aliam ſpem habent, & libera nos de manu iniquorum, & erue me à timore meo.

S. MANDANTE *Mardochæo intrat Eſther ad regem uultu eius perterrita.* CAPVT XV.

Hæc quoq; addita reperi in editione vulgata.

A ET mandauit ei (haud dubium quin Eſther Mardochæus) vt ingrederetur ad regẽ, & rogaret pro populo ſuo, & pro patria ſua. Memorare (inquit) dierum humilitatis tuæ, quomodo nutrita ſis in manu mea, quia Aman ſecundus à rege locutus eſt cõtra nos in mortem: & tu inuoca Dominum, & loquere regi pro nobis, & libera nos de morte.

Necnon & iſta quæ ſubdita ſunt, in editione vulgata reperi.

B Die autem tertio depoſuit veſtimenta ornatus ſui, & circundata eſt gloria ſua. Cumq; regio fulgeret habitu, & inuocaſſet omniũ rectorem & ſaluatorem Deũ, aſſumpſit duas famulas: & ſuper vnam quidem innitebatur, quaſi præ delicijs & nimia teneritudine corpus ſuum ferre non ſuſtinens: altera autẽ famularũ ſequebatur dominã, defluẽtia in humum indumenta ſuſtentãs. Ipſa autẽ roſeo colore vultũ perfuſa, & gratis ac nitentibus oculis triſtẽ celabat animũ, & nimio timore contractũ. Ingreſſa igitur cuncta per ordinẽ oſtia, ſtetit cõtra
C regem, vbi ille reſidebat ſuper ſolium regni ſui, indutus veſtibus regijs auroq; fulgens & pretioſis lapidibus, eratq; terribilis aſpectu. Cumq; eleuaſſet faciẽ, & ardentibus oculis furorem pectoris indicaſſet, regina corruit, & in pallorem colore mutato, laſſum ſuper ancillulã reclinauit caput. Conuertitq; Deus ſpiritũ regis in mãſuetudinẽ, & feſtinus ac metuẽs exiliuit de ſolio: & ſuſtentans eam vlnis ſuis, donec rediret ad ſe, his verbis blandiebatur, Quid habes Eſther? Ego ſum frater tuus, noli metuere. Non morieris: non enim pro te, ſed pro omnibus hæc lex conſtituta eſt. Accede igitur, & tange ſce-
D ptrum. Cumq; illa reticeret, tulit aureã virgã, & poſuit ſuper collũ eius, & oſculatus eſt eam, & ait, Cur mihi non loqueris? Quæ reſpondit, Vidi te Domine quaſi angelũ Dei, & cõturbatum eſt cor meũ præ timore gloriæ tuæ. Valde enim mirabilis es Domine, & facies tua plena eſt gratiarum. Cumq; loqueretur, rurſus corruit, & penè exanimata eſt. Rex autẽ turbabatur, & omnes miniſtri eius conſolabantur eam.

Exẽplar epiſtolæ regis Artaxerxis, quam pro Iudæis ad totas regni ſui ꝓuincias miſit, quod & ipſum in Hebraico volumine nõ habetur.

S. ASSVERI *epiſtola pro Iudæorũ ſalute ad ſingulas regni prouincias, epiſtolæ Aman irritatoria.* CAPVT XVI.

A REx magnus Artaxerxes, ab India vſq; Aethiopiam centũ viginti ſeptem prouinciarũ ducibus ac principibus, qui noſtræ iuſsioni obediunt, ſalutem dicit. Multi bonitate principum & honore qui in eos collatus eſt, abuſi ſunt in ſuperbiam: & non ſolum ſubiectos regibus nitũtur opprimere, ſed datam ſibi gloriam non ferentes, in ipſos qui dederunt moliuntur inſidias. Nec cõtenti ſunt gratias non agere beneficijs, & humanitatis in ſe iura violare, ſed Dei quoq; cuncta cernentis arbitrantur ſe poſſe fugere ſententiam. Et in tantũ veſaniæ proruperunt, vt eos qui credita ſibi officia diligenter obſeruãt, & ita cuncta agunt vt omnium laude digni ſint, mẽdaciorum cuniculis co-
B nentur ſubuertere, dum aures principum ſimplices, & ex ſua natura alios æſtimantes, callida fraude decipiunt. Quæ res & ex veteribus probatur hiſtorijs, & ex his quæ geruntur quotidie, quomodo malis quorundam ſuggeſtionibus regum ſtudia deprauentur. Vnde prouidendum eſt paci omnium prouinciarum. Nec putare debetis, ſi diuerſa iubeamus, ex animi noſtri venire leuitate, ſed pro qualitate & neceſsitate temporum, vt reipublicæ poſcit vtilitas, ferre ſententiam. Et vt manifeſtius quod dicimus intelligatis: Aman filius Amadathi,

Amadathi,& animo & gente Macedo,alienusq; à Perſarum ſanguine,& pietatem noſtram ſua crudelitate commaculans, peregrinus à nobis ſuſceptus eſt:& tantam in ſe expertus humanitatem,vt pater noſter vocaretur,& adoraretur ab omnibus,poſt regem ſecundus:qui in tantũ arrogantiæ tumorem ſubleuatus eſt,vt regno priuare nos niteretur & ſpiritu.Nam Mardochæum,cuius fide & beneficijs viuimus,& conſortem regni noſtri Eſther cum omni gente ſua,nouis quibuſdã atq; C inauditis machinis expetiuit in mortem: hoc cogitans vt illis interfectis inſidiaretur noſtræ ſolitudini, & regnum Perſarũ transferret in Macedonas. Nos autem à peſsimo mortalium, Iudæos neci deſtinatos,in nulla penitus culpa reperimus, ſed econtrario iuſtis ytentes legibus,& filios altiſsimi & maximi, ſemperq; viuentis Dei,cuius beneficio & patribus noſtris & nobis regnũ eſt traditũ,& vſq; hodie cuſtoditur.Vnde eas literas quas ſub nomine noſtro ille direxerat,ſciatis eſſe irritas. Pro quo ſcelere ante portas huius vrbis, id eſt Suſis, & ipſe qui machinatus eſt,& omnis cognatio eius pendet in patibulis:non nobis,ſed Deo reddente ei quod meruit. Hoc autem edictum quod nunc mittimus,vrbibus proponatur, vt liceat D Iudæis vti legibus ſuis.Quibus debetis eſſe adminiculo,vt eos qui ſe ad necem eorũ parauerant,poſsint interficere tertiadecima die menſis duodecimi qui vocatur Adar.hãc enim diem, Deus omnipotens mœroris & luctus eis vertit in gaudium. Vnde & vos inter cæteros feſtos dies,hanc habetote diem, & celebrate eam cũ omni lætitia, vt & in poſterũ cognoſcantur omnes qui fideliter Perſis obediũt,dignam pro fide recipere mercedem:qui autem inſidiantur regno eorũ, perire pro ſcelere.Omnis autem prouincia & ciuitas quæ noluerit ſolennitatis huius eſſe particeps,gladio & igne pereat,& ſic deleatur, vt non ſolum hominibus,ſed etiam beſtijs inuia ſit in ſempiternum,pro exemplo contemptus & inobedientiæ.

FINIS.

Hieronymi in librum Iob

PRAEFATIO.

COGOR *per ſingulos ſcripturæ diuinæ libros aduerſariorum reſpondere maledictis: qui interpretationem meam, reprehenſionem ſeptuaginta interpretum criminantur: quaſi non & apud Græcos Aquila,Symmachus,& Theodotio,uel uerbum è uerbo,uel ſenſum è ſenſu,uel ex utroq; commixtum,& mediæ temperatum genus translationis expreſſerint:& omnia ueteris inſtrumenti uolumina Origenes obelis aſteriſciſq; diſtinxerit, quos uel additos, uel de Theodotione ſumptos translationi antiquæ inſeruit,probans defuiſſe quod additũ eſt.Diſcant igitur obtrectatores mei recipere in toto, quod in partibus ſuſceperunt:aut interpretationem meam cum aſteriſcis ſuis radere.Neq; enim fieri poteſt ut quos plura intermiſiſſe ſuſceperint, non eoſdem etiam in quibuſdam erraſſe fateantur,præcipue in Iob: cui ſi ea quæ ſub aſteriſcis addita ſunt.ſubtraxeris,pars maxima detruncabitur,& hoc duntaxat apud Græcos. Cæterum apud Latinos, ante eam translationem quam ſub aſteriſcis & obelis nuper edidimus, ſeptingenti fermè aut octingenti verſus deſunt: ut decurtatus & laceratus,corroſusq; liber fœditatem ſui publice legentibus præbeat. Hæc autem trãslatio nullum de ueteribus ſequitur interpretem:ſed ex ipſo Hebraico, Arabicoq; ſermone, & interdum Syro, nunc uerba, nunc ſenſus,nunc ſimul utrunq; reſonabit.Obliquus enim etiam apud Hebræos totus liber fertur,& lubricus:& quod Græci rhetores uocant ἐσχηματισμένον, dum qui aliud loquitur,aliud agit: ut ſi uelis anguillam uel murenulam ſtrictis tenere manibus,quanto fortius preſſeris,tanto citius elabitur.Memini me ob intelligentiam huius uoluminis,Lydæum quendam præceptorem, qui apud Hebræos primus haberi putabatur,non paruis redemiſſe nummis:cuius doctrina an aliquid profecerim,neſcio.Hoc unum ſcio,non potuiſſe me interpretari,niſi quod ante intellexeram. A principio itaq; uoluminis,uſq; ad uerba Iob,apud Hebræos proſa oratio eſt. Porro à uerbis Iob,in quibus ait,Pereat dies in qua natus ſum,& nox in qua dictum eſt. Conceptus eſt homo:uſq; ad eum locũ ubi ante finem uoluminis ſcriptum eſt,Idcirco ipſe me reprehendo,& ago pœnitentiam in fauilla & cinere:hexametri uerſus ſunt,dactylo,ſpondæoq; currentes:& propter linguæ idioma,crebro recipientes & alios pedes,non earundem ſyllabarum,ſed eorundem temporum. Interdum quoq; rhythmus ipſe dulcis & tinnulus fertur,numeris pedum ſolutis:quod metrici magis, quàm ſimplex lector intelligunt. A ſupradicto autem uerſu uſq; ad finem libri,paruum comma quod remanet,proſa oratione contexitur. Quod ſi cui uidetur incredulum,metra ſcilicet eſſe apud Hebræos: & in morem noſtri Flacci,Græciq; Pindari, & Alcei, & Sapphus uel Pſalterium,uell Lamentationes Ieremiæ,uel omnia fermè ſcripturarum Cantica comprehendi:legat Philonem,Ioſephum, Origenem, Cæarienſem Euſebium,& eorum teſtimonio me uerum dicere comprobabit.Audiant quapropter canes mei,idcirco me in hoc uoluminelaboraſſe,nõ ut interpretationem antiquam reprehenderem,ſed ut ea quæ in illa aut obſcura ſunt,aut omiſſa,aut certe ſcriptorum uitio deprauata, manifeſtiora noſtra interpretatione fierent, qui & Hebræum ſermonem ex parte didicimus,& in Latinis penè ab ipſis cunabulis inter grãmaticos & rhetores & philoſophos detriti ſumus. Quòd ſi apud Græcos poſt ſeptuaginta editionem,iam* CHRISTI *euangelio coruſcante,Iudæus Aquila & Symmachus ac Theodotio, Iudaizantes hæretici ſunt recepti,qui multa myſteria ſaluatoris ſubdola interpretatione celarunt,& tamen in ἑξαπλοῖς habentur apud eccleſias,& explanãtur ab eccleſiaſticis uiris:quantomagis ego Chriſtianus,& de parentibus Chriſtianis natus,& uexillum crucis in mea fronte portans(cuius ſtudium fuit omiſſa repetere, deprauata corrigere,& ſacramenta eccleſiæ puro & fideli aperire ſermone)uel à faſtidioſis,uel à malignis lectoribus non debeo reprobari? Habeant qui uolunt,ueteres libros,uel in membranis purpureis auro argentoq; deſcriptos,uel uncialibus (ut uulgo aiunt) literis,onera magis exarata, quàm codices:dummodo mihi meiſq; permittãt pauperes habere ſchedulas,& non tam pulchros codices quàm emendatos. Vtraq; autem editio,& ſeptuaginta iuxta Græcos,& mea iuxta Hebræos,in Latinum meo labore translata eſt.Eligat unuſquiſq; quod uult:& ſtudioſum me magis,quàm maleuolum probet.*

Alia eiuſdem Præfatio.

SI *aut fiſcellam iunco texerem, aut palmarum folia complicarem, ut in ſudore uultus mei comederem panem, & uentris opus ſolicita mẽte pertractarem,nullus morderet,nemo reprehenderet.Nunc autem quia iuxta ſententiam Saluatoris,uolo operari cibum qui non perit,& antiquam duinorum uoluminum uiam ſentibus uirgultiſq; purgare,error mihi geminus infigitur:corrector uitiorum, falſarius uocor, & errores non auferre, ſed ſerere. Tanta eſt enim uetuſtatis conſuetudo,ut etiam confeſſa pleriſq; uitia placeant:dum magis pulchros habere uolunt codices,quàm emendatos.Quapropterò fratres dilectiſsimi,unicum nobilitatis & humilitatis exemplar,pro flabello, calathis,ſportellisq;,munuſculis monachorum,ſpiritalia hæc & manſura dona ſuſcipite:ac beatum Iob qui, adhuc apud Latinos iacebat in ſtercore,& uermibus ſcatebat errorum,integrum,immaculatumq; gaudete.Quomodo enim poſt probationem atq; victoriam, duplicia ſunt ei uniuerſa reddita: ita ego in lingua noſtra,ut audacter loquar, feci eum habere quæ amiſerat.Igitur & uos,& unumquenq; lectorem ſolita præfatione commoneo,& in principijs librorum eadem ſemper annectens, rogo: ut ubicunq; ſemper præcedentes uirgulas uideritis, ſciatis ea quæ ſubiecta ſunt, in Hebraicis uoluminibus non haberi. Porrò ubi ſtellæ imago præfulſerit,ex Hebræo in ſermone noſtro addita ſunt. Necnon & illa quæ haberi uidebantur, & ita corrupta erant ut ſenſum legentibus tollerent,orantibus uobis magno labore correxi:magis utile quid ex otio meo Eccleſijs*

CHRISTI *uenturum ratus,quàm ex aliorum negotio.*

Argumentum in Librum Iob.

IN TERRA *quidem habitasse Iob Husitidi, in finibus Idumææ & Arabiæ fertur: & erat ei antè nomen Iobab. Et accepit uxorẽ Arabissam: & genuit filium quem uocauit Ennon. Erat autem ipse filius quidem Zaræ, de Esau filijs filius: de matre uero Bosra: ita ut sit quintus ab Abraham. Et hi sunt reges qui regnauerũt in Edom, in qua & ipse regnauit. sed primus in ea regnauit Bela filius Beor: & nomen ciuitatis eiusdem, Denába. Post hunc autem Bela, Iobab, qui uocatur Iob. Post Iob autem, Husam, qui erat dux ex Themanorum regione. Et post illũ regnauit Adad filius Badad, qui excidit Madian in campo Moab: & nomen ciuitatis eius Auith. In hoc uerò libro hæc quæstio tractatur, ánne etiam probis à Deo malum accidat. Hìc firmißime perstat Iob, quòd Deus etiam sine causa solummodo in laudẽ suam puniat probos. Contra hoc opponunt se amici eius, & prolixis sermonibus uolunt conuincere Deum esse iustum, quinõ corripiat ullum probum. Si uero corripiat, necessariò consequi quòd ille peccauerit. Et sic tam carnaliter sentiunt de Deo & iustitia eius, acsi ipse esset omnino quemadmodum homines sunt, & iudicia eius sicut iudicia illorum. Quanquam etiam Iob, ut qui in angustijs mortis decumberet, ex humana fragilitate nimium contra Deum loquitur, & in afflictione peccat, & tamen perstat in eo quòd tales passiones non meritus sit, sicut etiam uerum erat. Tandem Deus iudicat, quòd quæ Iob in afflictione contra Deum locutus est, iniuste locutus sit: quod uerò contra inimicos suos de innocentia sua ante afflictionem tutatus est, rectè locutus sit. Sic liber iste solum Deum iustum pronuntiat, quanuis etiam homo homini iustus sit, etiam corã Deo. In cõsolationem nostri scriptus est hic liber, quòd deus sanctos suos permittit aliquando impingere in aduersitate. nam antequã Iob incidat in angustiã mortis, laudat Deum super deprædatione bonorũ suorum & morte filiorũ suorum. Cum uerò obuersatur ob oculos mors, & subducit se Deus, indicant uerba eius quales cogitationes subeant hominem quantumuis etiã sanctum, cõtra Deum in anxietate mortis: uidelicet homini uidetur Deus non esse Deus, sed solum iudex & iracundus tyrannus qui uim exerceat, & nõ curat cuiuspiã bonam uitã. Hunc librũ intelligũt qui experiuntur & sentiũt quid sit pati irã Dei, & occultatã esse gratiã eius.*

Liber Iob.



S. IOB *sanctitas pro conuiuantibus filijs quotidie Dòmino sacrificat: & sua felicitate in summam uersa miseriam in laudes Dei patienter prorumpit.* CAPAT I.

A VIR erat in terra Hus, nomine Iob: & erat vir ille simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo. Natiq; sunt ei septẽ filij, & tres filiæ. Et fuit possessio eius septẽ millia ouium, & tria millia camelorum, quingenta quoque iuga boum, & quingentæ asinæ, ac familia multa nimis: eratq; vir ille magnus inter omnes orientales. Et ibant filij eius, & faciebãt conuiuia per domos, vnusquisq; in die suo. Et mittentes vocabãt tres sorores suas, vt comederẽt, & biberent cum eis. Cumq; in orbem transissent dies cõuiuij, mittebat ad eos Iob, & sanctificabat illos: consurgens q; diluculo, offerebat holocausta per singulos. Dicebat enim, Ne forte peccauerint filij mei, & benedixerint Deo in cordibus suis.
B Sic faciebat Iob cunctis diebus. Quadã autẽ die, cum venissent filij Dei, & assisterẽt corã Domino, affuit inter eos etiã Satan. Cui dixit Dominus, Vnde venis? Qui respondens, ait, Circuiui terram, & perambulaui eam. Dixitq; Dominus ad eum, Nunquid consyderasti seruum meum Iob, quòd nõ sit ei similis in terra, homo simplex & rectus, ac timens Deum, & recedens à malo? Cui respondens Satan, ait, Nunquid Iob frustra timet Deum? nónne tu vallasti eum, ac domum eius, vniuersamq; substantiã eius per circuitũ: operibus manuum eius benedixisti, & possessio eius creuit in terra? Sed extende paululum manum tuam, & tange cuncta quæ possidet: nisi in
C faciẽ benedixerit tibi. Dixit ergo Dominus ad Satan, Ecce, vniuersa quæ habet, in manu tua sunt: tantũ in eum ne extendas manũ tuam. Egressusq; est Satan à facie Domini. Cũ autem quadam die filij & filiæ eius comederẽt, & biberent vinũ in domo fratris sui primogeniti, nuntius venit ad Iob, qui diceret, Boues arabant, & asinæ pascebantur iuxta eos, & irruerunt Sabæi, tulerũtq; omnia, & pueros percusserũt gladio: & euasi ego solus, vt nuntiarẽ tibi. Cumq; adhuc ille loqueretur, venit alter, & dixit, Ignis Dei cécidit è cœlo, & tactas oues pueros q; cõsumpsit: & effugi ego solus vt nuntiarẽ tibi. Sed
D & adhuc illo loquẽte venit alius, & dixit, Chaldæi fecerũt tres turmas, & inuaserunt camelos, & tulerũt eos, necnon & pueros percusserunt gladio: & ego fugi solus, vt nuntiarem tibi. Adhuc loquebatur ille, & ecce alius intrauit, & dixit, Filijs tuis & filiabus vescentibus & bibẽtibus vinũ in domo fratris sui primogeniti, repentè ventus vehemẽs irruit à regione deserti, & concussit quatuor angulos domus, quæ corruens oppressit liberos tuos, & mortui sunt: & effugi ego solus, vt nuntiarem tibi. Tũc surrexit Iob, & scidit vestimẽta sua, & tonso capite corruens in terram, adorauit, & dixit, Nudus egressus sum de vtero matris meæ, & nudus reuertar illuc. Dominus dedit, Dominus abstulit* sicut Domino placuit, ita factũ est. sit nomen Domini benedictum. In omnibus his nõ peccauit Iob, neq; stultum quid contra Deum locutus est.

S. EXTERNIS *Iob tentatus & filijs, corpore simul à Satan, & animo ab uxore tentatur: à tribus tamen compatientibus amicis uisitatus.* CAPVT II.

A FACTUM est autem, cum quadam die venissent filij Dei, & starent corã Domino, venisset quoq; Satan inter eos, & staret in conspectu eius, vt diceret Dominus ad Satan, Vnde venis? Qui respondens ait, Circuiui terrã, & perambulaui eam. Et dixit Dominus ad Satan, Nunquid consyderasti seruum meũ Iob, quòd non sit ei similis in terra, vir simplex & rectus, ac timẽs Deũ,
B & recedens à malo, & adhuc retinens innocentiam? Tu autem commouisti me aduersus eum, vt affligerem eum frustra. Cui respondens Satan, ait, Pellem pro pelle, & cuncta quæ habet homo, dabit pro anima sua: alioquin mitte manũ tuã, & tange os eius & carnẽ, & tunc videbis quòd in faciẽ benedicat tibi. Dixit ergo Dominus ad Satan, Ecce, in manu tua est, veruntamen animã illius serua. Egressus igitur Satan à facie Domini, percussit Iob vlcere pessimo, à planta pedis vsq; ad verticẽ
C eius, qui testa saniẽ radebat, sedens in sterquilinio. Dixit autẽ illi vxor sua, Adhuc tu permanes in simplicitate tua? benedic Deo, & morere. Qui ait ad illam, Quasi vna de stultis locuta es. si bona suscepimus de manu Dei, mala quare nõ sustineamus? In omnibus his nõ peccauit Iob labijs suis. Igitur audiẽtes tres amici Iob omne malũ quod accidisset ei, venerunt singuli de loco suo, Eliphaz Themanites, & Baldad Suhites, &

Sophar Naamathites. Condixerãt enim vt pariter venientes
D visitarent eũ,& cõsolarẽtur. Cumq; eleuassent procul oculos
suos,nõ cognouerũt eũ. Et exclamãtes plorauerunt, scisisq;
vestibus sparserunt puluerẽ super caput suũ in cœlũ. Et sede-
runt cũ eo in terra,septẽ diebus & septẽ noctibus: & nemo lo
quebatur ei verbũ. Videbant enim dolorẽ esse vehementem.

S. IOB præsentis uitæ pertæsus,felicemq; ducens iustorum exitum, nimia doloris angustia pressus suam tamen fatetur innocentiam.

CAPVT III.

A POst hæc aperuit Iob os suum, & maledixit diei
suo, & locutus est, Pereat dies in qua natus
sum, & nox in qua dictum est, Cõceptus est ho-
mo. Dies ille vertatur in tenebras: nõ requirat
eum Deus,désuper,& nõ illustretur lumine. Obscurent eũ
tenebræ & vmbra mortis: occupet eum caligo, & inuoluatur
amaritudine. Noctem illã tenebrosus turbo possideat: non
computetur in diebus anni,nec numeretur in mensibus. Sit
B nox illa solitaria,nec laude digna: maledicant ei qui maledicũt
diei, qui parati sunt suscitare Leuiathan. Obtenebrentur
stellæ caligine eius: expectet lucem,& non videat,nec ortum
surgentis auroræ. Quia nõ cõclusit ostia ventris qui porta-
uit me,nec abstulit mala ab oculis meis. Quare nõ in vulua
mortuus sum? egressus ex vtero nõ statim perij? Quare ex-
C ceptus genibus? cur lactatus vberibus? Nunc enim dormiẽs
silerẽ,& somno meo requiescerẽ. Cũ regibus & consulibus
terræ,qui ædificãt sibi solitudines: Aut cũ principibus qui
possident aurum, & replent domos suas argẽto: Aut sicut
abortiuũ absconditũ non subsisterẽ,vel qui cõcepti nõ vide-
runt lucẽ. Ibi impij cessauerũt à tumultu,& ibi requieuerũt
fessi robore. Et quondã vincti pariter sine molestia,nõ au-
dierũt vocẽ exactoris. Paruus & magnus ibi sunt,& seruus
D liber à Domino suo. Quare misero data est lux, & vita his
qui in amaritudine animæ sunt? Qui expectãt mortẽ,& nõ
venit,quasi effodiẽtes thesaurũ, Gaudẽtq; vehemẽter cum
inuenerint sepulchrũ? Viro cuius abscondita est via,& cir-
cundedit eũ Deus tenebris? Antequam comedã,suspiro: &
quasi inũdantes aquæ,sic rugitus meus: Quia timor quẽ ti-
mebã euenit mihi: & quod verebar,accidit. Nónne dissimu
laui? nónne silui? nónne quieui? & venit super me indignatio.

S. ELIPHAZ odium uitæ Iob,desperationi: magnitudinem amaritudinis,impatientiæ: ac innocentiæ confessionem, præsumptioni deputat.

CAPVT IIII.

A REspondens autẽ Eliphaz Themanites,dixit, Si
cœperimus loqui tibi, forsitan molestè accipies:
sed cõceptũ sermonẽ tenere quis poterit? Ecce,
docuisti multos,& manus lassas roborasti. Va-
cillantes cõfirmauerunt sermones tui,& genua tremẽtia con-
B fortasti. Nunc autẽ venit super te plaga,& defecisti: tetigit
te,& cõturbatus es. Vbi est timor tuus,fortitudo tua,patiẽ-
tia tua,& perfectio viarũ tuarũ? Recordare obsecro te, quis
vnquã innocẽs perijt? aut quãdo recti deleti sunt? Quin po-
tius vidi eos qui operãtur iniquitatem,& seminãt dolores, &
metũt eos, Flãte Deo perisse,& spiritu iræ eius esse cõsump-
tos. Rugitus leonis & vox leænæ,& dẽtes catulorũ leonũ
C cõtriti sunt. Tigris perijt,eo quòd nõ haberet prædã: & ca-
tuli leonis dissipati sunt. Porrò ad me dictũ est verbũ abs-
conditum, & quasi furtiuè suscepit auris mea venas susurrij
eius. In horrore visionis nocturnæ,quando solet sopor oc-
cupare homines, Pauor tenuit me,& tremor,& omnia ossa
mea perterrita sunt. Et cũ spiritus me præsente trãsiret, in-
horruerũt pili carnis meæ. Stetit quidã, cuius nõ agnosce-
D bam vultũ,imago corã oculis meis,& vocem quasi auræ lenis
2. Pet. 2 a audiui. Nunquid homo,Dei cõparatione iustificabitur,aut
factore suo purior erit vir? Ecce qui seruiũt ei,nõ sunt stabi-
les,& in angelis suis reperit prauitatẽ. Quãto magis hi, qui
habitant domos luteas,qui terrenũ habent fundamentũ, con-
sumentur velut à tinea? De mane vsq; ad vesperã succiden-
tur: & quia nullus intelligit,in æternũ peribũt. Qui autẽ re-
liqui fuerint,auferẽtur ex eis: morientur,& non in sapientia.

S. ADVERSITATES nullum nisi peccatum conscium lædere Eliphaz probare ex diuina in rebus prouidentia nititur.

CAPVT V.

A VOca ergo si est qui tibi respondeat,& ad aliquem
sanctorũ conuertere. Verè stultũ interficit ira-
cũdia,& paruulũ occidit inuidia. Ego vidi stul-
tũ firma radice,& maledixi pulchritudini eius sta
tim. Longe fient filij eius à salute,& cõterentur in porta, &
nõ erit qui eruat. Cuius messẽ famelicus comedet,& ipsum
rapiet armatus,& bibẽt sitiẽtes diuitias eius. Nihil in terra
B sine causa fit,& de humo non egredietur dolor. Homo na-
scitur ad laborẽ,& auis ad volatũ. Quã ob rem ego deprecabor Deũ,& Deũ ponã eloquiũ meum. Qui facit magna,& inscrutabilia,& mirabilia absq; numero. Qui dat pluuiã super faciẽ terræ,& irrigat aquis vniuersa. Qui ponit humiles in sublime, & mœrẽtes erigit sospitate. Qui dissipat cogi-
C tationes malignorum, ne possint implere manus eorũ quod cœperãt. Qui apprehẽdit sapiẽtes in astutia eorũ, & cõsiliũ prauorũ dissipat. Per diẽ incurrẽt tenebras: & quasi in nocte,sic palpabũt in meridie. Porrò saluũ faciet egenũ, à gladio oris eorũ,& de manu violẽti pauperem. Et erit egeno spes,iniquitas autẽ cõtrahet os suũ. Beatus homo qui corripitur à Deo: increpationẽ ergo Domini ne reprobes: Quia ipse vulnerat,& medetur: percutit,& manus eius sanabunt.
D In sex tribulationibus liberabit te,& in septima nõ tanget te malum. In fame,eruet te de morte: & in bello,de manu gladij. A flagello linguæ absconderis: & non timebis calamitatem cum venerit. In vastitate,& fame ridebis: & bestias terræ nõ formidabis. Sed cũ lapidibus regionũ pactum tuum: & bestiæ terræ pacificæ erunt tibi. Et scies quòd pacem habeat tabernaculũ tuum: & visitans speciem tuam, non peccabis. Et scies quoniam multiplex erit semen tuũ,& progenies tua quasi herba terræ. Ingrẽdieris in abundantia sepulchrum,sicut infertur aceruus tritici in tẽpore suo. Ecce,hoc vt inuestigauimus,ita est: quod auditum,mente pertracta.

Argumẽta iustitię dei.

1. Cor. 3 d

Commendatio crucis quę hominẽ beatificat.

Iaco. 1 b

S. IOB suis sceleribus grauiora passus extremam illam miseriam suis peccatis non commeruisse defendit.

CAPVT VI.

A REspondẽs autẽ Iob,dixit, Vtinã appenderẽtur
peccata mea,quibus irã merui: & calamitas quam
patior, in statéra: Quasi arena maris hæc gra-
uior appareret: vnde & verba mea dolore sunt
plena, Quia sagittæ Domini in me sunt, quarũ indignatio
ebibit spiritũ meum,& terrores Domini militant contra me.
Nunquid rugiet onager cũ habuerit herbam? aut mugiet bos,
cũ ante præsepe plenũ steterit? Aut poterit comedi insul-
B sum,quod nõ est sale cõditũ? aut potest aliquis gustare, quod
gustatũ affert mortẽ? Quæ prius nolebat tãgere anima mea,
nunc præ angustia cibi mei sunt. Quis det, vt veniat petitio
mea: & quod expecto, tribuat mihi Deus: Et qui cœpit,
ipse me cõterat: soluat manum suam,& succîdat me? Et hæc
mihi sit cõsolatio,vt affligens me dolore,non parcat: nec con-
tradicã sermonibus sancti? Quæ est enim fortitudo mea, vt
sustineã? aut quis finis meus,vt patienter agã? Nec fortitudo
C lapidũ fortitudo mea,nec caro mea ænea est. Ecce, non est
auxiliũ mihi in me,& necessarij quoq; mei recesserunt à me.
Qui tollit ab amico suo misericordiã, timorẽ Domini dere-
linquit. Fratres mei præterierũt me,sicut torrẽs qui raptim
transit in cõuallibus. Qui timent pruinam,irruet super eos
nix. Tẽpore quo fuerint dissipati,peribũt,& vt incaluerint,
soluentur de loco suo. Inuolutæ sunt semitæ gressuũ eorũ:
ambulabunt

ambulabunt in vacuum, & peribunt. Conſyderate ſemitas Themã, itinera Saba, & expectate pauliſper. Confuſi ſunt, quia ſperaui: venerunt quoq; vſq; ad me, & pudore cooperti ſunt. Nunc veniſtis: & modo videtes plagã meam timetis.
D Nũquid dixi, Afferte mihi, & de ſubſtãtia veſtra donate mihi? Vel liberate me de manu hoſtis, & de manu robuſtorũ eruite me? Docete me, & ego tacebo: & ſi quid fortè ignoraui, inſtruite me. Quare detraxiſtis ſermonibus veritatis, cũ è vobis nullus ſit, qui poſsit arguere me? Ad increpandũ tantũ eloquia concinnatis, & in ventũ verba profertis. Super pupillũ irruitis, & ſubuertere nitimini amicũ veſtrũ. Verumtamen quod cœpiſtis, explete: præbete aurẽ, & videte an mentiar. Reſpõdete obſecro abſq; contentione: & loquentes id quod iuſtum eſt, iudicate: Et non inuenietis in lingua mea iniquitatem, nec in faucibus meis ſtultitia perſonabit.

S. VIVERE *non niſi laborem eſſe, & mortem cito gradu feſtinare, ideo pœnitendum, eſſe de peccatis* Iob *manifeſtat.*

CAPVT VII.

A MIlitia eſt vita hominis ſuper terram: & ſicut dies mercenarij dies eius. Sicut ceruus deſyderat vmbram, & ſicut mercẽnarius præſtolatur finẽ operis ſui: Sic & ego habui mẽſes vacuos, & noctes laborioſas enumeraui mihi. Si dormiero, dicã, quãdo conſurgam? & rurſum expectabo veſperã, & replebor doloribus vſq; ad tenebras. Induta eſt caro mea putredine, & ſordi-
B bus pulueris: cutis mea aruit, & contracta eſt. Dies mei velocius trãſierũt, quàm à texẽte tela ſuccidítur, & cõſumpti ſunt abſq; vlla ſpe. Memẽto quia vẽtus eſt vita mea, & nõ reuertetur oculus meus vt videat bona, Nec aſpiciet me viſus hominis: oculi tui in me, & non ſubſiſtam. Sicut conſumitur nubes, & pertranſit: ſic qui deſcẽderit ad inferos nõ aſcendet, Nec reuertetur vltra in domum ſuã, neq; cognoſcet eum am-
C plius locus eius. Quapropter & ego nõ parcã ori meo, loquar in tribulatione ſpiritus mei: cõfabulabor cũ amaritudine animæ meæ. Nunquid mare ego ſum, aut cetus, quia circundediſti me carcere? Si dixero, Conſolabitur me lectulus meus, & eleuabor loquẽs mecũ in ſtratu meo: Terrebis me
D per ſomnia, & per viſiones horrore cõcuties. Quã obrẽ elegit ſuſpẽdiũ anima mea, & mortẽ oſſa mea. Deſperaui, nequaquam vltra iam viuã: parce mihi, nihil enim ſunt dies mei. Quid eſt homo, quia magnificas eum? aut quid apponis erga eũ cor tuũ? Viſitas eũ diluculo, & ſubitò probas illũ: vſquequo nõ parcis mihi, nec dimittis me vt glutiã ſaliuam meam? Peccaui, quid faciã tibi ô cuſtos hominũ? quare me poſuiſti cõtrariũ tibi, & factus ſum mihimetipſi grauis? Cur nõ tollis peccatũ meũ, & quare nõ aufers iniquitatẽ meã? ecce, nunc in puluere dormiam: & ſi mane me queſieris, non ſubſiſtam.

S. REVOCAT Iob *Baldad Suhites ad peccatorum confeſsionem & reſipiſcentiam ex benedictione reſipiſcentium, & maledictione hypocritarum.*

A CAPVT VIII.

REſpondens autẽ Baldad Subites, dixit, Vſquequo loqueris talia, & ſpiritus multiplex ſermonis oris tui? Nunquid Deus ſupplantat iudicium? aut omnipotẽs ſubuertit quod iuſtũ eſt? Etiam
B ſi filij tui peccauerunt ei, & dimiſit eos in manu iniquitatis ſuæ: Tu tamẽ ſi diluculo cõſurrexeris ad Deũ, & omnipotentẽ fueris deprecatus: Si mundus & rectus inceſſeris, ſtatim euigilabit ad te, & pacatũ reddet habitaculũ iuſtitiæ tuæ, Intantum vt priora tua fuerint parua, & nouiſsima tua multi-
Pſal. 143 a plicentur nimis. Interroga enim generationẽ priſtinã, & diligẽter inueſtiga patrũ memoriã. (Heſterni quippe ſumus, & ignoramus: quoniã ſicut vmbra dies noſtri ſunt ſuper terã.)
C Et ipſi docebũt te: loquẽtur tibi, & de corde ſuo proferent eloquia. Nũquid viuere poteſt ſcirpus abſq; humore? aut creſcere carectum ſine aqua? Cum adhuc ſit in flore, nec carpatur manu, ante omnes herbas areſcit: Sic viæ omnium qui obliuiſcũtur Deũ: & ſpes hypocritæ peribit. Nõ ei placebit vecordia ſua, & ſicut tela aranearũ fiducia eius. Innitetur ſuper domũ ſuã, & non ſtabit: fulciet eã, & non cõſurget. Humectus videtur antequã veniat ſol, & in ortu ſuo germen
D eius egredietur. Super aceruũ petrarũ radices eius denſabũtur, & inter lapides cõmorabitur. Si abſorbuerit eũ de loco ſuo, negabit eum, & dicet, Non noui te. Hæc eſt enim lætitia viæ eius, vt rurſum de terra alij germinentur. Deus non proijciet ſimplicẽ, nec porriget manũ malignis. Donec impleatur riſu os tuũ, & labia tua iubilo. Qui oderũt te, induentur confuſione: & tabernaculum impiorum non ſubſiſtet.

S. IVSTITIAE *Dei cõparata, hominis iuſtitia nulla, utpote cui nemo reſiſtere poteſt.*

CAPVT IX.

A ET reſpondens Iob, ait, Verè ſcio quòd ita ſit, & quod non iuſtificetur homo cõpoſitus Deo. Si voluerit contendere cum eo, nõ poterit ei reſpõdere vnum pro mille. Sapiens corde eſt, & fortis robore: quis reſtitit ei, & pacẽ habuit? Qui trãſtulit montes, & neſcierũt hi quos ſubuertit in furore ſuo. Qui cõmouet terrã de loco ſuo, & colũnæ eius cõcutiuntur. Qui præcipit ſoli, & non oritur: & ſtellas claudit quaſi ſub ſignaculo. Qui extendit cœlos ſolus, & graditur ſuper fluctus maris.
B Qui facit Arcturũ, & Oriona, & Hyadas, & interiora Auſtri. Qui facit magna, & incõprehenſibilia, & mirabilia, quorũ nõ eſt numerus. Si venerit ad me, non videbo eum: ſi abierit, non intelligã. Si repente interroget, quis reſpondebit ei? vel quis dicere ei poteſt, Cur ita facis? Deus cuius iræ nemo reſiſtere poteſt, & ſub quo curuãtur qui portãt orbẽ. Quantus ergo ſum ego, vt reſpondeã ei, & loquar verbis meis cum eo? Qui etiã ſi habuero quippiã iuſtũ, nõ reſpõdebo, ſed meũ iudicẽ deprecabor. Et cũ inuocantẽ exaudierit me, non credo
C quòd audierit vocẽ meam. In turbine enim conteret me, & multiplicabit vulnera mea etiã ſine cauſa. Non concedit requieſcere ſpiritũ meũ, & implet me amaritudinibus. Si fortitudo quæritur, robuſtiſsimus eſt: ſi æquitas iudicij, nemo audet pro me teſtimoniũ dicere. Si iuſtificare me voluero, os meum condemnabit me: ſi innocentem oſtẽdere, prauum me comprobabit. Etiam ſi ſimplex fuero, hoc ipſum ignorabit anima mea, & tædebit me vitæ meæ. Vnum eſt quod locutus ſum, & innocentẽ & impiũ ipſe cõſumit. Si flagellat, occidat ſemel, & nõ de pœnis innocentum rideat. Terra data eſt in manus impij, vultum iudicum eius operit, quòd ſi
D non ille eſt, quis ergo eſt? Dies mei velociores fuerunt curſore: fugerũt, & non viderunt bonum. Pertranſierunt quaſi naues poma portantes, ſicut aquila volans ad eſcam. Cum dixero, Nequaquã ita loquar: cõmuto faciem meã, & dolore torqueor. Verebar omnia opera mea, ſciens quòd nõ parceres delinquenti. Si autẽ & ſic impius ſum, quare fruſtra laboraui? Si locutus fuero quaſi aquis niuis, & fulſerint velut mundiſsimæ manus meæ: Tamen ſordibus intinges me, & abominabũtur me veſtimenta mea. Neq; enim viro qui ſimilis mei eſt reſpondebo: nec qui mecum in iudicio ex æquo poſsit audiri. Non eſt qui vtrunq; valeat arguere, & ponere manum ſuam in ambobus. Auferat à me virgam ſuam, & pauor eius non me terreat. Loquar, & non timebo eum: nec enim poſſum metuens reſpondere.

S. IOB *prænimia aduerſitate Deum fatetur ſuæ pœnæ authorem, an propter peccatum, an propter innocentiã ignorare, unde præoptat fuiſſe abortum.*

CAPVT X.

TAedet animam meam vitæ meæ, dimittam aduerſum me eloquium meum, loquar in amaritudine animæ meæ. Dicam Deo, Noli me condemnare: indica mihi cur me ita iudices. Nunquid bonum tibi videtur, ſi calumnieris me, & opprimas me opus

manuum tuarum,& consilium impiorũ adiuues? Nunquid oculi carnei tibi sunt? aut sicut videt homo, & tu videbis? Nunquid sicut dies hominis dies tui,& anni tui sicut humana
B sunt tempora, Vt quæras iniquitatem meam,& peccatum meum scruteris? Et scias quia nihil impium fecerim, cum sit nemo qui de manu tua possit eruere. Manus tuæ fecerunt me,& plasmauerunt me totum in circuitu:& sic repentè præcipitas me? Memento quæso quòd sicut lutum feceris me,& in puluerem reduces me. Nónne sicut lac mulsisti me,& sicut caseum me coagulasti? Pelle & carnibus vestiisti me,ossibus & neruis compegisti me. Vitam & miseC ricordiam tribuisti mihi,& visitatio tua custodiuit spiritum meum. Licet hæc celes in corde tuo,tamen scio quia vniuersorum memineris. Si peccaui, & ad horam pepercisti mihi, cur ab iniquitate mea mundum me esse non pateris? Et si impius fuero,væ mihi est:& si iustus,non leuabo caput, saturatus afflictione & miseria. Et propter superbiã quasi leænam capies me,reuersus q; mirabiliter me crucias. Instauras testes tuos cõtra me,& multiplicas iram tuam aduersum me,
D & pœnæ militant in me. Quare de vulua eduxisti me? qui vtinam consumptus essem, ne oculus me videret. Fuissem quasi non essem de vtero translatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierum meorũ finietur breui? dimitte ergo me, vt plangam paululũ dolorem meum. Antequam vadam,& non reuertar:ad terrã tenebrosam, & opertam mortis caligine, Terram miseriæ & tenebrarum, vbi vmbra mortis, & nullus ordo,sed sempiternus horror inhabitat.

S. SOPHAR *iniustè asserit ob peccata Iob fuisse percussum, Deũ incomprehensibilem ostendẽs,& tamen pœnitenti misericordem.*

CAPVT XI.

A REspondẽs autem Sophar Naamathites dixit, Nũquid qui multa loquitur,nõ & audiet? aut vir verbosus iustificabitur? Tibi soli tacebũt homines?& cũ cæteros irriseris, à nullo confutaberis? Dixisti enim,Puruse st sermo meus, & mundus sum in cõspectu tuo. Atq; vtinã Deus loqueretur tecũ,& aperiret labia sua tibi, Vt ostenderet tibi secreta sapiẽtię,& quòd multiplex esset lex eius,& intelligeres quòd multò minora exigaris à Deo,quàm meretur iniquitas tua.
B Forsitã vestigia Dei cõprehẽdes, & vsq; ad perfectũ, Omnipotentem reperies? Excelsior cœlo est,& quid facies? profundior inferno,& vnde cognosces? Longior terra mensura eius,& latior mari. Si subuerterit omnia,vel in vnũ coartauerit,quis contradicet ei?* vel quis dicere ei potest, Cur ita facis?.. Ipse enim nouit hominũ vanitatem,& videns iniquitatem nónne consyderat? Vir vanus in superbiam erigitur,
C & tanquã pullũ onagri se liberũ natum putat. Tu autẽ firmasti cor tuum,& expãdisti ad eum manus tuas. Si iniquitatem quæ est in manu tua abstuleris à te,& non manserit in tabernaculo tuo iniustitia, Tunc leuare poteris faciẽ tuam absq; macula,& eris stabilis,& non timebis. Miseriæ quoq; obliuiscêris, & quasi aquarũ quæ præterierunt recordaberis, *Leui.26 d*
D Et quasi meridianus fulgor consurget tibi ad vesperã: & cum te consumptum putaueris,orieris vt lucifer. Et habebis fiduciam proposita tibi spe,& defossus securus dormies. Requiesces,& non erit qui te exterreat:& deprecabũtur faciem tuam plurimi. Oculi autem impiorũ deficient,& effugium peribit ab eis,& spes illorum abominatio animæ.

S. IOB *neminem Dei potẽtiam ignorare ex creaturarum gubernatione narrat,quarũ status uariat pro arbitrio.* CAPVT XII.

A REspondens autem Iob,dixit, Ergo vos estis soli homines, & vobiscũ morietur sapientia? Et mihi est cor sicut & vobis,nec inferior vestri sum: *Prouc.14 a* quis enim hæc quæ nostis ignorat? Qui derideur ab amico suo sicut ego, inuocabit Deum, & exaudiet eum: deridetur enim iusti simplicitas. Lampas contempta apud cogitationes diuitũ,parata ad tẽpus statutũ. Abundãt tabernacula prædonũ,& audacter prouocant Deum, cũ ipse
B dederit omnia in manus eorũ. Nimirum interroga iumẽta, & docebunt te:& volatilia cœli,& indicabunt tibi. Loquere terræ,& respondebit tibi,& narrabũt pisces maris. Quis ignorat quòd omnia hæc manus Domini fecerit? In cuius manu anima omnis viuentis,& spiritus vniuersæ carnis hominis. Nónne auris verba dijudicat: & fauces comedentis, saporem? In antiquis est sapientia,& in multo tempore prudentia. Apud ipsum est sapientia & fortitudo,& ipse habet
C consiliũ & intelligẽtiam. Si destruxerit, nemo est qui ædificet:si incluserit hominẽ,nullus est qui aperiat. Si cõtinuerit aquas,omnia siccabuntur:& si emiserit eas,subuertent terram. Apud ipsum est fortitudo & sapiẽtia:ipse nouit & decipientem,& eũ qui decipitur. Adducit cõsiliarios in stultum finem,& iudices in stupore. Baltheũ regum dissoluit, *Esa.22 f* *Apoc.3 b*
D & præcingit funem renes eorum:ducit sacerdotes inglorios,& optimates supplantat. Commutans labiũ veraciũ,& doctrinam senum auferẽs. Effundit despectionẽ super principes, & eos qui oppressi fuerãt,releuãs. Qui reuelat profunda de tenebris,& producit in lucem vmbram mortis. Qui multiplicat gentes & perdit eas,& subuersas in integrum restituit. Qui immutat cor principum populi terræ,& decipit eos, vt frustra incedant per inuium, Palpabunt quasi in tenebris, & non in luce,& errare eos faciet quasi ebrios.

S. IOB *amicos suos ex eorum uerbis arguit,& hypocritas pœnitentibus salutem promittens damnat.* CAPVT XIII.

A AVdiuit omnia hæc vidit oculus meus, & audiuit auris mea,& intellexi singula. Secundũ scientiam vestrã,& ego noui:nec inferior vestri sum. Sed tamẽ ad Omnipotentẽ loquar, & disputare cum Deo cupio: Prius vos ostendens fabricatores mendacij,& cultores peruersorũ dogmatum. Atq; vtinam taceretis, vt putaremini esse sapientes. Audite ergo correptiones meas, & iudicium labiorũ meorum attendite. Nunquid Deus in-
B diget vestro mendacio,vt pro illo loquamini dolos? Nunquid faciẽ eius accipitis,& pro Deo iudicare nitimini? Aut placebit ei quem celare nihil potest? aut decipietur,vt homo, vestris fraudulentijs? Ipse vos arguet,quoniã in abscondito faciem eius accipitis. Statim vt se cõmouerit, turbabit vos: & terror eius irruet super vos. Memoria vestra comparabitur cineri,& redigẽtur in lutũ ceruices vestræ. Tacete paulisper,vt loquar quodcũq; mihi mens suggesserit. Quare la-
C cero carnes meas dentibus meis,& animã meam porto in manibus meis. Etiam si occiderit me,in ipso sperabo:veruntamen vias meas in conspectu eius arguam, Et ipse erit saluator meus:non enim veniet in cõspectu eius omnis hypocrita. Audite sermonẽ meũ,& ænigmata percipite auribus vestris. Si fuero iudicatus,scio quòd iustus inueniar. Quis est qui iudicetur mecum? veniat:quare tacens cõsumor? Duo tantũ ne facias mihi,& tunc à facie tua non abscondar. Manũ tuã longe fac à me,& formido tua non me terreat. Voca me,&
D ego respondebo tibi:aut certè loquar, & tu responde mihi. Quantas habeo iniquitates & peccata, scelera mea & delicta mea ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis,& arbitraris me inimicũ tuum? Contra foliũ quod vento rapitur,ostendis potentiam tuam,& stipulã siccam persequeris. Scribis enim contra me amaritudines, & consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ. Posuisti in neruo pedem meũ,& obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorũ consyderasti. Qui quasi putredo consumendus sum,& quasi vestimentum quod comeditur à tinea.

S. CONSIDERATA *fragilitate humana admiratur Dei in hominem prouidentiam,quòd post hanc uitam aliam expectent,& resurrectionem.* CAPVT XIIII.

Homo

A HOmo natus de muliere breui viuens tempore, repletur multis miſerijs. Qui quaſi flos egreditur & conteritur, & fugit velut vmbra, & nunquã in eodem ſtatu permanet. Et dignum ducis ſuper huiuſcemodi aperire oculos tuos, & adducere eum tecũ in iudicium? Quis poteſt facere mundũ de immundo conceptũ ſemine? nónne tu qui ſolus es? Breues dies hominis ſunt, numerus menſiũ eius apud te eſt: conſtituiſti terminos eius qui præteriri nõ poterũt. Recede paululũ ab eo vt quieſcat, donec optata veniat, ſicut mercennarij, dies eius. Lignũ habet ſpem: ſi præciſum fuerit, rurſum vireſcit, & rami eius pullulant. Si ſenuerit in terra radix eius, & in puluere emortuus fuerit truncus illius, Ad odorem aquæ germinabit, & faciet comam quaſi cum plantatũ eſt. Homo verò cum mortuus fuerit, & nudatus atq; cõſumptus, vbi quæſo eſt? Quomodo ſi recedãt aquæ de mari, & fluuius vacuefactus areſcat: Sic homo cũ dormierit nõ reſurget, donec atteratur cœlum non euigilabit, nec conſurget de ſomno ſuo. Quis mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me, & abſcondas me, donec pertranſeat furor tuus, & conſtituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Putáſne mortuus homo rurſum viuet? cunctis diebus, quibus nunc milito, expecto donec veniat immutatio mea. Vocabis me, & ego reſpondebo tibi: operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidẽ greſſus meos dinumeraſti, ſed parce peccatis meis. Signaſti quaſi in ſacculo delicta mea, ſed curaſti iniquitatem meam. Mons cadẽs defluit, & ſaxum transfertur de loco ſuo. Lapides excauant aquæ, & alluuione paulatim terra conſumitur, & homines ergo ſimiliter perdes. Roboraſti eum paululũ, vt in perpetuum tranſiret: immutabis faciem eius, & emittes eum. Siue nobiles fuerint filij eius, ſiue ignobiles, non intelliget. Attamen caro eius dum viuet, dolebit, & anima illius ſuper ſemetipſo lugebit.

pſal.50 a

B

C

D

Prouer.5 d



S. ELIPHAZ *Iob ignorantiæ arguit, quo ad ſapientiam & munditiam damnans ſuperbos, iniuſtos, & hypocritas.*

CAPVT XV.

A REſpondens autem Eliphaz Themanites, dixit, Nunquid ſapiens reſpondebit quaſi in ventũ loquens, & implebit ardore ſtomachũ ſuum? Arguis verbis eũ qui nõ eſt æqualis tibi, & loqueris quod tibi nõ expedit. Quantũ in te eſt, euacuaſti timorẽ, & tuliſti preces corã Deo. Docuit enim iniquitas tua os tuũ, & imitaris linguã blaſphemantiũ. Condẽnabit te os tuũ, & nõ ego: & labia tua reſpondebũt tibi. Nunquid primus homo tu natus es, & ante colles formatus? Nunquid conſiliũ Dei audiſti, & inferior te erit eius ſapientia? Quid noſti quod ignoremus? quid intelligis quod neſciamus? Et ſenes & antiqui ſunt in nobis multo vetuſtiores, quàm patres tui. Nunquid grãde eſt, vt conſoletur te Deus? ſed verba tua prauа hoc prohibent. Quid te eleuat cor tuũ, & quaſi magna cogitans, attonitos habes oculos? Quid timet cõtra Deum ſpiritus tuus, vt proferas de ore tuo huiuſcemodi ſermones?

B

Eccle.18 b

Quid eſt homo, vt immaculatus ſit, & vt iuſtus appareat natus de muliere? Ecce inter ſanctos eius nemo immutabilis, & cœli nõ ſunt mũdi in cõſpectu eius: Quanto magis abominabilis & inutilis homo, qui bibit quaſi aquas iniquitatem?

C Oſtendam tibi, audi me: quod vidi, narrabo tibi. Sapientes confitentur, & non abſcondunt patres ſuos, Quibus ſolis data eſt terra, & nõ tranſiuit alienus per eos. Cunctis diebus ſuis impius ſuperbit, & numerus annorũ incertus eſt tyrannidis eius. Sonitus terroris ſemper in auribus illius: & cũ pax ſit, ille inſidias ſuſpicatur. Non credit quòd reuerti poſsit de tenebris, circunſpectans vndiq; gladiũ. Cum ſe mouerit ad quærendũ panem, nouit quòd paratus ſit in manu eius tenebrarum dies. Terrebit eũ tribulatio, & anguſtia vallabit eum ſicut rex qui præparatur ad præliũ. Tetendit enim aduerſus Deum manũ ſuam, & cõtra Omnipotentẽ roboratus eſt. Cucurrit aduerſus eum erecto collo, & pingui ceruice armatus eſt. Operuit faciem eius craſsitudo, & de lateribus

D eius aruina depẽdet. Habitauit in ciuitatibus deſolatis, & in domibus deſertis, quæ in tumulos ſunt redactæ. Nõ ditabitur, nec perſeuerabit ſubſtantia eius, nec mittet in terra radicẽ ſuã. Non recedet de tenebris: ramos eius arefaciet flãma, & auferetur ſpiritu oris ſui. Nõ credet fruſtra errore deceptus quòd aliquo pretio redimendus ſit. Antequã dies eius impleãtur, peribit: & manus eius areſcet. Lædetur quaſi vinea in primo flore botrus eius, & quaſi oliua proijciẽs florẽ ſuũ. Cõgregatio enim hypocritæ ſterilis, & ignis deuorabit taber nacula eorũ qui munera libenter accipiunt. Concepit dolo rem, & peperit iniquitatem, & vterus eius præparat dolos.

Eſa.59 a
Pſal.7 d

S. IOB *amicorum auſteritate commotus dolorem plangit & calumitatem, & ſe pati queritur citra iniquitatem.*

CAPVT XVI.

A REſpondens autem Iob, dixit, Audiui frequẽter talia: cõſolatores oneroſi omnes vos eſtis. Nũquid habebunt finẽ verba ventoſa? aut aliquid tibi moleſtũ eſt ſi loquaris? Poterã & ego ſimilia veſtri loqui: atq; vtinam eſſet anima veſtra pro anima mea, Conſolarer & ego vos ſermonibus, & mouerẽ caput meum ſuper vos. Roborarẽ vos ore meo: & mouerem labia mea,

B quaſi parcens vobis. Sed quid agam? Si locutus fuero, non quieſcet dolor meus: & ſi tacuero, non recedet à me. Nunc autem oppreſsit me dolor meus, & in nihilum redacti ſunt omnes artus mei. Rugæ meæ teſtimoniũ dicũt contra me, & ſuſcitatur falſiloquus aduerſus faciem meam, contradicens mihi. Collegit furorẽ ſuum in me, & cõminans mihi infremuit contra me dentibus: hoſtis meus terribilibus oculis me intuitus eſt. Aperuerũt ſuper me ora ſua, exprobrãtes percuſſerunt maxillam meã, ſatiati ſunt pœnis meis. Concluſit

C me Deus apud iniquum, & manibus impiorum me tradidit. Ego ille quondã opulentus repentè cõtritus ſum: tenuit ceruicẽ meã, cõfregit me, & poſuit me ſibi quaſi in ſignũ. Circundedit me lanceis ſuis, conuulnerauit lumbos meos, & non pepercit, & effudit in terra viſcera mea. Conſcidit me vulnere ſuper vulnus, irruit in me quaſi gigas. Saccum conſui ſuper cutem meam, & operui cinere carnem meam. Facies mea intumuit à fletu, & palpebræ meæ caligauerunt. Hæc paſſus ſum abſq; iniquitate manus meæ, cum haberem mun-

D das ad Deum preces. Terra ne operias ſanguinem meum, neq; inueniat in te locum latendi clamor meus. Ecce enim in cœlo teſtis meus, & conſcius meus in excelſis. Verboſi amici mei, ad Deum ſtillat oculus meus. Atq; vtinam ſic iudicaretur vir cum Deo, quomodo iudicatur filius hominis cum collega ſuo. Ecce enim breues anni tranſeunt: & ſemitam per quam non reuertar, ambulo.

S. PRAETER *peccata ſua Iob ſe flagellatum aſſerens, diutinum patienter præſtolatur auxilium.* CAPVT XVII.

A SPiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabũtur, & solũ mihi supereſt ſepulchrũ. Non peccaui, & in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me, & pone me iuxta te, & cuiuſuis manus pugnet contra me. Cor eorum longe feciſti à diſciplina, propterea non exaltabuntur. Prædam pollicetur ſocijs, &
B oculi filiorum eius deficient. Poſuit me quaſi in prouerbiũ vulgi, & exemplum ſum coram eis. Caligauit ab indignatione oculus meus, & membra mea quaſi in nihilum redacta ſunt. Stupebunt iuſti ſuper hoc, & innocens contra hypo-
C critam ſuſcitabitur. Et tenebit iuſtus viam ſuam, & mundis manibus addet fortitudinem. Igitur omnes vos cõuertimini, & venite, & non inueniã in vobis vllum ſapientem. Dies mei tranſierunt, cogitationes meæ diſſipatæ ſunt torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, & rurſum poſt te-
D nebras ſpero lucem. Si ſuſtinuero, infernus domus mea eſt, in tenebris ſtraui lectulum meum. Putredini dixi, Pater meus es: Mater mea, & ſoror mea, vermibus. Vbi eſt ergo nunc præſtolatio mea, & patientiam meam quis conſyderat? In profundiſsimum infernum deſcendent omnia mea: putáſne ſaltem ibi erit requies mihi.

S. BALDAD *Iob arguens cur non audiat recta monentes, oſtendit quæ & quanta impijs mala immineant.* CAPVT XVIII.

A REſpondens autem Baldad Suhites, dixit, Vſq; ad quem finem verba iactabitis? intelligite prius, & ſic loquamur. Quare reputati ſumus vt iumenta, & ſorduimus coram vobis? Quid perdis animam tuam in furore tuo? nunquid propter te derelinquetur terra, & transferentur montes de loco ſuo? Nónne lux
B impij extinguetur, nec ſplendebit flamma ignis eius? Lux obtenebreſcet in tabernaculo illius: & lucerna quę ſuper eum eſt, extinguetur. Arctabuntur greſſus virtutis eius, & præcipitabit eum conſilium ſuum. Immiſit enim in rete pedes ſuos, & in maculis eius ambulat. Tenebitur planta illius la-
queo, & exardeſcet contra eũ ſitis. Abſcondita eſt in terra
C pedica eius, & decipula illius ſuper ſemitam. Vndiq; terrebũt eũ formidines, & inuoluẽt pedes eius. Attenuetur fame robur eius, & inedia inuadat coſtas illius. Deuoret pulchritudinem cutis eius, cõſumat brachia illius primogenita mors. Auellatur de tabernaculo ſuo fiducia eius, & calcet ſuper eũ, quaſi rex, interitus. Habitent in tabernaculo illius ſocij eius qui non eſt, aſpergatur in tabernaculo eius ſulphur. Deorſum radices eius ſiccẽtur, ſurſum autem atteratur meſsis eius.
D Memoria illius pereat de terra, & nõ celebretur nomen eius
Prouer. 2. in platéis. Expellet eũ de luce in tenebras, & de orbe trãsferet eum. Non erit ſemen eius, neq; progenies in populo ſuo, nec vllæ reliquiæ in regionibus eius. In die eius ſtupebunt nouiſsimi, & primos inuadet horror. Hæc ſunt ergo tabernacula iniqui, & iſte locus eius qui ignorat Deum.

S. IOB *ab omnibus ſe conquerens deſtitutum, ſuper futura conſolatur reſurrectione.* CAPVT XIX.

A REſpondens autem Iob, dixit, Vſquequo affligitis animam meam, & atteritis me ſermonibus? En, decies confunditis me, & non erubeſcitis opprimentes me. Nempe & ſi ignoraui, mecum
Iob flagella ſua deſcribit, paſſionem CHRISTI *figurans.* erit ignorantia mea. At vos contra me erigimini, & arguitis me opprobrijs meis. Saltem nunc intelligite quia Deus non æquo iudicio afflixerit me, & flagellis ſuis me cinxerit. Ecce, clamabo vim patiens, & nemo exaudiet. vociferabor, &
B non eſt qui iudicet. Semitam meam circunſepſit, & tranſire non poſſum, & in calle meo tenebras poſuit. Spoliauit me gloria mea, & abſtulit coronam de capite meo. Deſtruxit me vndiq;, & pereo, & quaſi euulſæ arbori abſtulit ſpem meã. Iratus eſt contra me furor eius, & ſic me habuit quaſi hoſtem ſuum. Simul venerunt latrones eius, & fecerunt ſibi viam per me, & obſederunt in gyro tabernaculũ meum. Fratres meos longe fecit à me, & noti mei quaſi alieni receſſerunt à me. Dereliquerunt me propinqui mei: & qui me nouerant, obliti ſunt mei. Inquilini domus meæ, & ancillæ meæ ſicut alienum habuerunt me, & quaſi peregrinus fui in
C oculis eorum. Seruum meum vocaui, & nõ reſpondit, ore proprio deprecabar illũ. Halitũ meũ exhorruit vxor mea, & orabam filios vteri mei. Stulti quoq; deſpiciebãt me: & cum ab eis receſsiſſem, detrahebant mihi. Abominati ſunt me quondã cõſiliarij mei: & quem maxime diligebã, auerſatus eſt me. Pelli meæ cõſumptis carnibus adhæſit os meũ, & derelicta ſunt tantũmodo labia circa dentes meos. Miſeremini mei, miſeremini mei, ſaltẽ vos amici mei, quia manus
D Domini tetigit me. Quare perſequimini me ſicut Deus, & carnibus meis ſaturamini? Quis mihi tribuat vt ſcribantur ſermones mei? quis mihi det vt exarentur in libro Stylo ferreo, & plũbi lamina, vel certè ſculpãtur in ſilice? Scio enim quòd Redẽptor meus viuit, & in nouiſsimo die de terra ſurrecturus ſum. Et rurſum circũdabor pelle mea, & in carne mea videbo Deũ. Quem viſurus ſum ego ipſe, & oculi mei cõſpecturi ſunt, & nõ alius. repoſita eſt hæc ſpes mea in ſinu meo. Quare ergo nunc dicitis, Perſequamur eũ, & radicem verbi inueniamus cõtra eũ? Fugite ergo à facie gladij, quoniam vltor iniquitatum gladius eſt, & ſcitote eſſe iudicium.

Vaticiniũ Iob de generali reſurrectione.

S. IMPIORVM *felicitas eſt inſtar puncti, eorumq; iniquitates breui ſunt terminandæ.* CAPVT XX.

A REſpondens autem Sophar Naamathites, dixit, Idcirco cogitationes meæ variæ ſuccedunt ſibi, & mens in diuerſa rapitur. Doctrinam qua me arguis audiã, & ſpiritus intelligẽtiæ meæ reſpondebit mihi. Hoc ſcio à principio, ex quo poſitus eſt homo ſuper terrã, quòd laus impiorũ breuis ſit, & gaudiũ hypocritæ ad inſtar puncti. Si aſcẽderit vſq; ad cœlũ ſuperbia eius, & caput eius nubes tetigerit: Quaſi ſterquiliniũ in fine per-
B detur: & qui eum viderãt, dicent, Vbi eſt? Velut ſomnium auolans non inuenietur, tranſiet ſicut viſio nocturna. Oculus qui eum viderat, non videbit: nec vltrà intuebitur eum locus ſuus. Filij eius atterentur egeſtate, & manus illius reddent ei dolorem ſuum. Oſſa eius implebuntur vitijs adoleſcentiæ eius, & cũ eo in puluere dormient. Cũ enim dulce fuerit in ore eius malũ, abſcondet illud ſub lingua ſua. Parcet illi, & nõ derelinquet illud, & celabit in gutture ſuo. Panis eius in vtero illius vertetur in fel aſpidũ intrinſecus. Di-
C uitias quas deuorauit euomet, & de ventre illius extrahet eas Deus. Caput aſpidũ ſuget, occidet eũ lingua viperæ. Non videat riuos fluminis, torrentes mellis, & butyri. Luet quæ fecit omnia, nec tamen conſumetur: iuxta multitudinẽ adinuentionũ ſuarum, ſic & ſuſtinebit: Quoniã cõfringens nudauit pauperes: domũ rapuit, & nõ ædificauit eam. Nec eſt *Eccleſ. 4* ſatiatus venter eius: & cum habuerit quæ concupierat, poſsidere non poterit. Non remanſit de cibo eius, & propterea nihil permanebit de bonis eius. Cũ ſatiatus fuerit, arctabi-
D tur, æſtuabit, & omnis dolor irruet ſuper eum. Vtinam impleatur vẽter eius, & emittat in eum iram furoris ſui, & pluat ſuper illum bellũ ſuum. Fugiet arma ferrea, & irruet in arcum æreum. Eductus, & egrediens de vagina ſua, & fulgurans in amaritudine ſua: vadent, & venient ſuper eum horribiles. Omnes tenebræ abſconditæ ſunt in occultis eius: deuorabit eũ ignis qui non ſuccenditur: affligetur relictus in tabernaculo ſuo. Reuelabunt cœli iniquitatem eius, & terra conſurget aduerſus eum. Apertum erit germen domus illius, detrahetur in die furoris Dei. Hæc eſt pars hominis impij à Deo, & hæreditas verborum eius à Domino.

S. IMPII *in ſuis delicijs Deum non ágnoſcunt, ſed repentinus eos manet interitus.* CAPVT XXI.

Reſpondens

A RESpondens autẽ Iob, dixit, Audite quæſo ſermones meos, & agite pœnitentiam. Suſtinete me, vt ego loquar: & poſt mea, ſi videbitur, verba, ridete. Nunquid contra hominem diſputatio mea eſt, vt merito non debeã contriſtari? Attendite me, & obſtupeſcite, & ſuperponite digitum ori veſtro. Et ego quãdo recordatus fuero, pertimeſco, & concutit carnẽ meam tremor. Quare ergo impij viuunt, ſubleuati ſunt, confortatiq; diuitijs? Semen eorũ permanet coram eis, propinquorũ turba, & nepotũ in conſpectu eorum. Domus eorũ ſecuræ
B ſunt, & pacatæ, & nõ eſt virga Dei ſuper illos. Bos eorum cõcepit, & non abortiuit: vacca peperit, & nõ eſt priuata fœtu ſuo. Egrediuntur quaſi greges paruuli eorũ, & infantes eorũ exultant luſibus. Tenent tympanũ, & citharã, & gaudent ad ſonitũ organi. Ducũt in bonis dies ſuos, & in puncto ad inferna deſcendunt. Qui dixerũt Deo, Recede à nobis, & ſcientiã viarũ tuarũ nolumus. Quis eſt Omnipotẽs, vt ſeruiamus ei? & quid nobis prodeſt, ſi orauerimus illum?
Mala.3 d Veruntamen quia nõ ſunt in manu eorũ bona ſua, conſilium impiorũ lõge ſit à me. Quoties lucerna impiorũ extingue-
C tur, & ſuperueniet eis inũdatio, & dolores diuidet furoris ſui? Erunt ſicut paleæ ante faciẽ venti, & ſicut fauilla quam turbo diſpergit. Deus ſeruabit filijs illius dolorẽ patris: & cũ reddiderit, tunc ſciet. Videbũt oculi eius interfectionẽ ſuã, & de furore Omnipotẽtis bibet. Quid enim ad eum pertinet de domo ſua poſt ſe? & ſi numerus menſium eius dimidietur? Nunquid Deũ docebit quiſpiã ſcientiã, qui excelſos iudicat? Iſte moritur robuſtus & ſanus, diues & felix. Viſcera eius plena ſunt adipe, & medullis oſſa illius irrigãtur. Alius verò moritur in amaritudine animæ abſq; vllis opibus. Et tamen
D ſimul in puluere dormient, & vermes operient eos. Certè noui cogitationes veſtras & ſententias contra me iniquas. Dicitis enim, Vbi eſt domus principis? & vbi tabernacula impiorũ? Interrogate quemlibet de viatoribus, & hæc eadẽ illũ intelligere cognoſcetis. Quia in diẽ perditionis ſeruatur malus, & ad diem furoris ducetur. Quis arguet corã eo viam eius? & quæ fecit, quis reddet illi? Ipſe ad ſepulchra ducetur, & in congerie mortuorum vigilabit. Dulcis fuit glareis Cocyti, & poſt ſe omnem hominẽ trahet, & ante ſe innumerabiles. Quomodo igitur conſolamini me fruſtra, cum reſponſio veſtra repugnare oſtenſa ſit veritati.

S. ELIPHAZ *Iob arguit immiſericordiæ, pauperum oppreßionis, & iudicis contemptu, pœnitenti bona promittens.*

CAPVT XXII.

A RESpondens autem Eliphaz Themanites, dixit, Nunquid Deo poteſt comparari homo, etiam cũ perfectæ fuerit ſcientiæ? Quid prodeſt Deo ſi iuſtus fueris? aut quid ei confers ſi immaculata fuerit via tua? Nunquid timens te, arguet te, & veniet tecũ in iudicium, Et non propter malitiam tuam plurimã, & infinitas iniquitates tuas? Abſtuliſti enim pignus fratrũ tuorum ſine cauſa, & nudos ſpoliaſti veſtibus. Aquã laſſo non
B dediſti, & eſurienti ſubtraxiſti panem. In fortitudine brachij tui poſſidebas terram, & potentiſsimus obtinebas eam. Viduas dimiſiſti vacuas, & lacertos pupillorum comminuiſti. Propterea circundatus es laqueis, & cõturbat te formido ſubita. Et putabas te tenebras non viſurum, & impetu aquarum inundantium non oppreſſum iri. An non cogitas quòd Deus excelſior cœlo ſit, & ſuper ſtellarũ verticẽ ſubli-
C metur? Et dicis, Quid enim nouit Deus? & quaſi per caliginem iudicat. Nubes latibulum eius, nec noſtra conſyderat, & circa cardines cœli perambulat. Nunquid ſemitam ſeculorum cuſtodire cupis, quam calcauerunt viri iniqui? Qui ſublati ſunt ante tempus ſuũ, & fluuius ſubuertit fundamentum eorum, Qui dicebant Deo, Recede à nobis: & quaſi nihil poſſit facere Omnipotens, æſtimabant eum, Cum ille impleſſet domos eorum bonis? quorum ſententia procul ſit à me. Videbunt iuſti & lætabuntur, & innocens ſubſannabit *Pſal.106 d*
eos. Nónne ſucciſa eſt erectio eorum, & reliquias eorũ deuorauit ignis? Acquieſce igitur ei, & habeto pacẽ, & per hęc habebis fructus optimos. Suſcipe ex ore illius legem, & po-
D ne ſermones eius in corde tuo. Si reuerſus fueris ad Omnipotentem, ædificaberis, & longe facies iniquitatem à tabernaculo tuo. Dabit pro terra ſilicem, & pro ſilice torrentes aureos. Eritq; Omnipotens contra hoſtes tuos, & argentum coaceruabitur tibi. Tunc ſuper Omnipotentem delicijs affluës, & eleuabis ad Deum faciem tuam. Rogabis eum, & exaudiet te, & vota tua reddes. Decernes rem, & veniet *Prou.29 d*
tibi, & in vijs tuis ſplendebit lumen. Qui enim humiliatus fuerit, erit in gloria: & qui inclinauerit oculos ſuos, ipſe ſaluabitur. Saluabitur innocens, ſaluabitur autem in munditia manuum ſuarum.

S. IVDICIS *potentiam & ſententiam Iob ſemper ſe uereri reſpondet, & in iuſtitia ſemper ambulaſſe.*

CAPVT XXIII.

A RESpondens autem Iob, ait, Nunc quoq; in amaritudine eſt ſermo meus, & manus plagæ meæ aggrauata eſt ſuper gemitũ meum. Quis mihi tribuat vt cognoſcam & inueniam illũ, & veniam vſq; ad ſoliũ eius? Ponã coram eo iudiciũ, & os meũ repleB bo increpationibus, Vt ſciam verba quæ mihi reſpondeat, & intelligam quid loquatur mihi. Nolo multa fortitudine contendat mecum, nec magnitudinis ſuæ mole me premat. Proponat æquitatem contra me, & perueniat ad victoriã iudicium meũ. Si ad Orientem iero, non apparet: ſi ad Occi-
C dentem, non intelligã eum. Si ad ſiniſtram, quid agam? non apprehendã eum. ſi me vertã ad dexteram, non videbo illum. Ipſe verò ſcit viam meã, & probabit me quaſi aurũ quod per ignem tranſit. Veſtigia eius ſecutus eſt pes meus, viam eius cuſtodiui, & non declinaui ex ea. A mandatis labiorũ eius non receſſi, & in ſinu meo abſcondi verba oris eius. Ipſe
D enim ſolus eſt, & nemo auertere poteſt cogitationem eius: & anima eius quodcunq; voluit, hoc fecit. Cumq; expleuerit in me volũtatem ſuã, & alia multa ſimilia præſto ſunt ei. Et idcirco à facie eius turbatus ſum: & conſyderans eum, timore ſolicitor. Deus molliuit cor meum, & Omnipotens conturbauit me. Non enim perij propter imminẽtes tenebras, nec faciem meam operuit caligo.

S. VIOLENTIA *impiorum in pauperes, & maledictio, & damnatio eorum.* CAPVT XXIIII.

A AB Omnipotente non ſunt abſcondita tempora: qui autem nouerunt eum, ignorant dies illius. Alij terminos tranſtulerunt, diripuerunt greges, & pauerunt eos. Aſinum pupillorum abegerunt, & abſtulerunt pro pignore bouem viduæ. Subuerterunt pauperum viam, & oppreſſerunt pariter manſuetos terræ. Alij quaſi onagri in deſerto egrediuntur ad opus ſuum, vigilantesq; ad prædam, præparant panem liberis. Agrum
B non ſuum demetunt: & vineam eius, quem vi oppreſſerant, vindemiant. Nudos dimittunt homines, indumẽta tollentes, quibus non eſt operimentum in frigore. Quos imbres montium rigant: & non habentes velamen, amplexantur lapides. Vim fecerunt deprædantes pupillos, & vulgũ pauperem ſpoliauerunt. Nudis incedentibus abſq; veſtitu, & eſurientibus tulerunt ſpicas. Inter aceruos eorum meridiati ſunt, qui calcatis torcularibus ſitiunt. De ciuitatibus fecerunt viros gemere, & anima vulneratorum clamauit, & Deus
C inultum abire non patitur. Ipſi fuerũt rebelles lumini, neſcierunt vias eius: nec reuerſi ſunt per ſemitas eius. Mane primo conſurgit homicida, interficiet egenum & pauperem: per noctem verò erit quaſi fur. Oculus adulteri obſeruat

caliginem, dicens, Non me videbit oculus: & operiet vultum ſuum. Perfodit in tenebris domos, ſicut in die condixerant ſibi, & ignorauerunt lucem. Si ſubito apparuerit aurora, arbitrantur vmbram mortis: & ſic in tenebris quaſi in luce ambulant. Leuis eſt ſuper faciem aquæ: maledicta ſit pars eius in terra, nec ambulet per viam vinearũ. Ad nimiũ calorem tranſeat ab aquis niuium, & vſq; ad inferos peccatum illius.
D Obliuiſcatur eius miſericordia: dulcedo illius, vermes: non ſit in recordatione, ſed conteratur quaſi lignum infructuoſum. Pauit enim ſterilem & quæ non parit, & viduæ bene non fecit. Detraxit fortes in fortitudine ſua: & cum ſteterit, non credet vitæ ſuæ. Dedit ei Deus locũ pœnitentiæ, & ille abutitur eo in ſuperbiam: oculi autẽ eius ſunt in vijs illius. Eleuati ſunt ad modicum, & non ſubſiſtent, & humiliabuntur ſicut omnia, & auferentur, & ſicut ſummitates ſpicarum conterentur. Quòd ſi nõ eſt ita, quis me poteſt arguere eſſe mentitum, & ponere ante Deum verba mea?

S. NEMO *Deo comparatus mundus inuenitur.* CAPVT XXV.

A RESpondens autem Baldad Suhites, dixit, Poteſtas & terror apud eum eſt qui facit concordiam in ſublimibus ſuis. Nunquid eſt numerus militum eius? & ſuper quem nõ ſurget lumen illius?
B Nunquid iuſtificari poteſt homo comparatus Deo, aut appa rere mundus natus de muliere? Ecce luna etiam non ſplendet, & ſtellæ non ſunt mundæ in conſpectu eius. Quanto magis homo putredo, & filius hominis vermis?

S. MAGNIFICENTIA *& potentia Dei à nobis explicari nequit.* CAPVT XXVI.

A RESpondens autem Iob, dixit, Cuius adiutor es? nunquid imbecillis? & ſuſtẽtas brachium eius qui non eſt fortis? Cui dediſti conſilium? forſitan illi qui non habet ſapientiam, & prudentiã tuam oſtendiſti plurimam. Quem docere voluiſti? nónne eũ qui
B fecit ſpiramentum? Ecce gigantes gemunt ſub aquis, & qui habitant cum eis. Nudus eſt infernus coram illo, & nullum eſt operimentum perditioni. Qui extendit Aquilonem ſuper vacuum, & appendit terram ſuper nihilum. Qui ligat
C aquas in nubibus ſuis, vt non erũpant pariter deorſum. Qui tenet vultum ſolij ſui, & expandit ſuper illud nebulam ſuam. Terminum circundedit aquis vſq; dum finiantur lux & tenebræ. Columnæ cœli contremiſcunt, & pauent ad nutũ eius.
D In fortitudine illius repentè maria congregata ſunt, & prudentia eius percuſſit ſuperbum. Spiritus eius ornauit cœlos: & obſtetricante manu eius, eductus eſt coluber tortuoſus. Ecce, hæc ex parte dicta ſunt viarum eius: & cum vix paruam ſtillam ſermonis eius audierimus, quis poterit tonitruum magnitudinis illius intueri?

S. NVLLA *uis potuit Iob à ſua conſtantia, iuſtitia & innocentia diuellere, ueluti impios, quos maledictio manet.* CAPVT XXVII.

A ADdidit quoq; Iob, aſſumens parabolam ſuam, & dixit, Viuit Deus, (qui abſtulit iudicium meũ, & Omnipotens qui ad amaritudinem adduxit animam meam,) Quia donec ſupereſt halitus in me, & ſpiritus Dei in naribus meis, Non loquentur labia
B mea iniquitatem, nec lingua mea meditabitur mendacium. Abſit à me, vt iuſtos vos eſſe iudicem: donec deficiã, non recedam ab innocentia mea. Iuſtificationem meã quam cœpi tenere, non deſeram: neq; enim reprehendit me cor meum in omni vita mea. Sit vt impius inimicus meus, & aduerſarius meus quaſi iniquus. Quæ eſt enim ſpes hypocritæ ſi auarè rapiat, & non liberet Deus animam eius? Nunquid Deus audiet clamorem eius, cũ venerit ſuper eum anguſtia?
Aut poterit in Omnipotente delectari, & inuocare Deum omni tempore? Docebo vos per manum Dei quæ Omnipotens habeat, nec abſcondã. Ecce, vos omnes noſtis, & vt
C quid hæc ſine cauſa vana loquimini? Hæc eſt pars hominis impij apud Deũ, & hæreditas violentorũ, quam ab Omnipotente ſuſcipient, Si multiplicati fuerint filij eius, in gladio erũt, & nepotes eius nõ ſaturabũtur pane. Qui reliqui fuerint ex eo, ſepelientur in interitu, & viduæ illius nõ plorabũt. Si comportauerit quaſi terrã argentum, & ſicut lutũ præparauerit veſtimẽta? Præparabit quidem, ſed iuſtus veſtietur
D illis, & argentum innocens diuidet. Aedificauit ſicut tinea domum ſuam, & ſicut cuſtos fecit vmbraculũ. Diues cum dormierit, nihil ſecum auferet: aperiet oculos ſuos, & nihil inueniet. Apprehendet eum quaſi aqua inopia, nocte opprimet eum tempeſtas. Tollet eũ ventus vrens, & auferet, & velut turbo rapiet eum de loco ſuo. Et mittet ſuper eum, & non parcet, de manu eius fugiẽs fugiet. Stringet ſuper eum manus ſuas, & ſibilabit ſuper illum, intuens locum eius. *Pſal. 48.*

S. FERRVM, *aurum, & lapides pretioſi ex terra trahuntur, non autem ſapientia.* CAPVT XXVIII.

A HAbet argentum venarum ſuarũ principia: & auro locus eſt in quo conflatur. Ferrũ de terra tollitur: & lapis ſolutus calore, in æs vertitur. Tempus poſuit tenebris, & vniuerſorum finem ipſe conſyderat, lapidem quoq; caliginis, & vmbrã mortis. Diuidet torrens à populo peregrinante, eos quos oblitus eſt pes
B egentis hominis & inuios. Terra de qua oriebatur panis in loco ſuo, igni ſubuerſa eſt. Locus ſapphiri lapides eius, & glebæ illius aurum. Semitam ignorauit auis, nec intuitus eſt eam oculus vulturis. Non calcauerunt eam filij inſtitorum, nec pertranſiuit per eam leæna. Ad ſilicem extendit manũ ſuam, ſubuertit à radicibus montes. In petris riuos excîdit, & omne pretioſum vidit oculus eius. Profunda quoq; fluuiorum ſcrutatus eſt, & abſcondita in lucem produxit. Sa-
C pientia verò vbi inuenitur? & quis eſt locus intelligentiæ? Neſcit homo pretium eius, nec inuenitur in terra ſuauiter viuentium. Abyſſus dicit, Non eſt in me: & mare loquitur, Non eſt mecum. Non dabitur aurum obrizum pro ea, nec *Supra 4.* appendetur argentum in cõmutatione eius. Non conferetur tinctis Indiæ coloribus, nec lapidi ſardonico pretioſiſsimo, vel ſapphiro. Non adæquabitur ei aurum vel vitrum, nec commutabuntur pro ea vaſa auri. Excelſa & eminẽtia
D non commemorabuntur comparatione eius: trahitur autem ſapientia de occultis. Non adæquabitur ei topazius de Aethiopia, nec tinctura mundiſsimæ componẽtur. Vnde ergo ſapientia venit? & quis eſt locus intelligentiæ? Abſcondita eſt ab oculis omniũ viuentiũ, volucres quoq; cœli latet. Perditio & mors dixerunt, Auribus noſtris audiuimus famã eius. Deus intelligit viam eius, & ipſe nouit locum illius. Ipſe enim fines mundi intuetur: & omnia quæ ſub cœlo ſunt reſpicit. Qui fecit ventis pondus, & aquas appẽdit in menſura. Quando ponebat pluuijs legem, & viam procellis ſonantibus: Tunc vidit illam, & enarrauit, & præparauit, & inueſtigauit. Et dixit homini, Ecce, timor Domini, ipſa eſt ſapientia: & recedere à malo, intelligentia.

S. IOB *præteritam plangens proſperitatem, & pia geſta, amicos arguit calumniæ quòd dicant eum meritò talia pati.* CAPVT XXIX.

A ADdidit quoque Iob, aſſumens parabolam ſuam, & dixit, Quis mihi tribuat, vt ſim iuxta menſes priſtinos, ſecundum dies quibus Deus cuſtodiebat me? Quando ſplendebat lucerna eius ſuper caput meum, & ad lumen eius ambulabam in tenebris? Sicut fui in diebus adoleſcentiæ meæ, quando ſecretò Deus erat in tabernaculo meo? Quando erat Omnipo-
tens

tens mecũ:& in circuitu meo pueri mei? Quãdo lauabã pe
B des meos butyro,& petra fundebat mihi riuos olei? Quan
do procedebã ad portam ciuitatis,& in platea parabãt cathe-
dram mihi? Videbãt me iuuenes,& abscõdebãtur:& senes
assurgentes stabant. Principes cessabant loqui,& digitũ su
perponebant ori suo. Vocẽ suam cohibebant duces,& lin
gua eorum gutturi suo adhærebat. Auris audiens beatifi-
C cabat me,& oculus videns testimoniũ reddebat mihi, Eo
quòd liberassem pauperẽ vociferantẽ,& pupillũ cui nõ esset
adiutor. Benedictio perituri super me veniebat, & cor vi-
duæ consolatus sum. Iustitia indutus sum: & vestiui me
sicut vestimẽto & diademate,iudicio meo. Oculus fui cæ-
co,& pes claudo. Pater erã pauperũ:& causam quã nescie
bam,diligentissimè inuestigabam. Conterebam molas ini-
qui,& de dentibus illius auferebã prædam. Dicebamq;,in
nidulo meo moriar,& sicut palma multiplicabo dies. Ra-
dix mea aperta est secus aquas,& ros morabitur in messione
D mea. Gloria mea semper innouabitur,& arcus meus in ma-
nu mea instaurabitur. Qui me audiebant,expectabant sen-
tentiam,& intẽti tacebant ad consiliũ meum. Verbis meis
addere nihil audebant,& super illos stillabat eloquiũ meum.
Expectabant me sicut pluuiam,& os suum aperiebant quasi
ad imbrem serotinum. Si quando ridebam ad eos,non cre-
debant,& lux vultus mei non cadebat in terram. Si voluis-
sem ire ad eos,sedebam primus:cumq; sederem quasi rex cir-
cunstante exercitu,eram tamen mœrentium consolator.

S. TRIPLICEM *inuit sibi illatam iniuriam,& molestiam: unã à se ipso, alteram ab aduersarijs,& tertiam à Deo.*

CAPVT XXX.

A NVnc autẽ derident me iuniores tẽpore, quorum
non dignabar patres ponere cum canibus gregis
mei: Quorũ virtus manuũ mihi erat pro nihi-
lo,& vita ipsa putabantur indigni. Egestate &
fame steriles, qui rodebãt in solitudine,squallẽtes calamitate
& miseria. Et mãdebãt herbas,& arborũ cortices,& radix
iuniperorũ erat cibus eorũ. Qui de conuallibus ista rapien-
tes,cũ singula reperissent,ad ea cum clamore currebant. In
desertis habitabãt torrẽtiũ,& in cauernis terræ,vel super gla-
B ream. Qui inter huiuscemodi lætabantur,& esse sub senti-
bus delicias cõputabant. Filij stultorũ & ignobilium,& in
terra penitus non parẽtes. Nunc in eorum canticũ versus
sum,& factus sum eis in prouerbium. Abominãtur me,&
longe fugiũt à me,& faciẽ meã cõspuere non verẽtur. Pha-
retrã enim suã aperuit,& afflixit me,& frænum posuit in os
meũ. Ad dexterã oriẽtis calamitatis meæ illico surrexerũt:
pedes meos subuerterũt,& oppresserũt quasi fluctibus,semi
tis suis. Dissipauerũt itinera mea,insidiati sunt mihi:& prę
C ualuerunt,& nõ fuit qui ferret auxiliũ. Quasi rupto muro,
& aperta ianua irruerũt super me,& ad meas miserias deuo-
luti sunt. Redactus sum in nihilũ:abstuliſti quasi vẽtus de
syderiũ meũ:& velut nubes pertrãsijt salus mea. Nunc au-
tem in memetipso marcescit anima mea,& possidẽt me dies
afflictionis. Nocte os meũ perforatur doloribus:& qui me
comedũt,nõ dormiũt. In multitudine eorũ cõsumitur ve-
stimẽtũ meũ,& quasi capitio tunicæ succinxerũt me. Cõ-
paratus sum luto,& assimilatus sum fauillæ & cineri. Cla-
mo ad te,& nõ exaudis me:sto,& respicis me. Mutatus es
mihi in crudelem, & in duritia manus tuæ aduersaris mihi.
Eleuasti me,& quasi super ventũ ponens elisisti me validè.
Scio quia morti trades me, vbi constituta est domus omni
D viuenti. Veruntamẽ nõ ad cõsumptionẽ eorũ emittis ma-
num tuã:& si corruerint,ipse saluabis. Flebã quondam su-
per eo qui afflictus erat,& cõpatiebatur anima mea pauperi.
Expectabã bona,& venerunt mihi mala:præstolabar lucem,
& eruperunt tenebræ. Interiora mea efferbuerũt absq; vlla
requie,præuenerũt me dies afflictionis. Mœrẽs incedebã,
sine furore,consurgens,in turba clamabam. Frater fui dra
conum,& socius struthionum. Cutis mea denigrata est su-
per me,& ossa mea aruerunt præ caumate. Versa est in lu-
ctum cithara mea,& organum meum in vocem flentium.

S. IOB *testem suæ innocentiæ summum iudicem inuocat, aliarum & item uirtutum suarum.* CAPVT XXXI.

A PEpigi fœdus cum oculis meis, vt ne cogitarem
quidẽ de virgine. Quam enim partem haberet
in me Deus désuper,& hæreditatẽ Omnipotens
de excelsis? Nunquid non perditio est iniquo,
& alienatio operãtibus iniustitiam? Nonne ipse cõsyderat
vias meas,& cunctos gressus meos dinumerat? Si ambula-
ui in vanitate,& festinauit in malo pes meus: Appẽdat me
in statéra iusta,& sciat Deus simplicitatẽ meã. Si declinauit
gressus meus de via,& si secutus est oculus meus cor meum,
& si in manibus meis adhæsit macula: Seram, & alius co-
medat,& progenies mea eradicetur. Si deceptum est cor
B meum super muliere:& si ad ostiũ amici mei insidiatus sum:
Scortũ alterius sit vxor mea,& super illã incurruentur alij.
Hoc enim nefas est,& iniquitas maxima. Ignis est vsq; ad
perditionẽ deuorans,& omnia eradicans genimina. Si con
tempsi subire iudiciũ cum seruo meo,& ancilla mea,cum di-
sceptarẽt aduersum me? Quid enim faciam cum surrexerit
ad iudicandum Deus?& cum quæsierit,quid respõdebo illi?
Nunquid non in vtero fecit me,qui & illum operatus est: &
formauit me in vulua vnus? Si negaui quod volebant pau-
peribus,& oculos viduæ expectare feci? Si comedi buccel
lam meam solus,& non comedit pupillus ex ea? (Quia ab
infantia mea creuit mecũ miseratio:& de vtero matris meæ
egressa est mecum) Si despexi prætereuntẽ,eo quòd non
habuerit indumentũ,& absq; operimento pauperẽ? Si nõ
benedixerunt mihi latera eius, & de velleribus ouium mea-
C rum calefactus est? Si leuaui super pupillũ manum meam,
etiã cum viderẽ me in porta superiorẽ? Humerus meus à
iunctura sua cadat,& brachiũ meũ cũ suis ossibus confringa-
tur. Sẽper enim quasi tumẽtes super me fluctus timui Deũ,
& põdus eius ferre nõ potui. Si putaui aurũ robur meũ:&
obrizo dixi,Fiducia mea? Si lætatus sum super multis diui
tijs meis,& quia plurima reperit manus mea? Si vidi solẽ
cũ fulgeret,& lunã incedentẽ clarè: Et lætatũ est in absco
dito cor meũ,& osculatus sum manũ meã ore meo,Quæ est
iniquitas maxima,& negatio cõtra Deũ altissimũ? Si gaui-
sus sum ad ruinam eius qui me oderat:& exultaui quòd inue-
nisset eũ malũ? Non enim dedi ad peccandũ guttur meum,
vt expeterẽ maledicẽs animã eius. Si non dixerunt viri ta-
bernaculi mei,Quis det de carnibus eius,vt saturemur? Fo-
ris non mansit peregrinus, ostium meum viatori patuit. Si
absconди quasi homo peccatum meum,& celaui in sinu meo
D iniquitatẽ meam? Si expaui ad multitudinẽ nimiam,& de
spectio propinquorum terruit me:& non magis tacui, nec
egressus sum ostium? Quis mihi tribuat auditorem,vt de-
syderium meum audiat Omnipotens:& librũ scribat ipse qui
iudicat, Vt in humero meo portem illum,& circundẽ illũ
quasi coronã mihi? Per singulos gradus meos pronuntia-
bo illũ,& quasi principi offerã eum. Si aduersum me terra
mea clamat,& cũ ipsa sulci eius deflent, Si fructus eius co-
medi absq; pecunia,& animam agricolarũ eius afflixi: Pro
frumento oriatur mihi tribulus,& pro hordeo spina.

Finita sunt verba Iob.

S. SILENTIO *amicis suis impositio Iob cũ illis ab* Eliu *arguitur insipientiæ,cũ suam iactet sapientiã.* CAPVT XXXII.

A OMiserũt aũt tres viri isti respondere Iob,eo quòd
iustus sibi videretur. Et iratus, indignatusq;
est Eliu filius Barachel Buzites, de cognatione
Ram:iratus est aũt aduersum Iob,eo quòd iustum

se esse diceret coram Deo. Porrò aduersum amicos eius indignatus est, eo quòd non inuenissent responsionē rationabilem, sed tantummodo condemnassent Iob, Igitur Eliu expectauit Iob loquentē: eo quòd seniores essent, qui loquebantur. Cum autē vidisset quòd tres respondere nō potuissent, iratus est vehementer. Respondensque Eliu filius Barachel Buzites, dixit, Iunior sum tēpore, vos autē antiquiores: idcirco demisso capite veritus sum vobis indicare meam sententiā. Sperabam enim quòd ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapiētiam. Sed vt video, Spiritus est in hominibus, & Inspiratio Omnipotētis dat Intelligentiam. Non sunt longæui sapiētes, nec senes intelligūt iudicium. Ideo dicam, audite me, ostendā vobis etiam ego meam sapientiam. Expectaui enim sermones vestros, audiui prudentiam vestrā, donec disceptaremini sermonibus. Et donec putabam vos aliquid dicere, considerabam: sed vt video, non est qui possit arguere Iob, & respondere ex vobis sermonibus eius. Ne fortè dicatis, Inuenimus sapientiam, Deus proiecit eum, non homo. Nihil locutus est mihi, & ego non secundum sermones vestros respondebo illi. Extimuerunt, nec responderūt vltrà, abstuleruntq; à se eloquia. Quoniam igitur expectaui, & non sunt locuti: steterunt, nec vltrà responderunt: Respōdebo & ego partem meam, & ostendam sciētiam meam. Plenus sum enim sermonibus, & coarctat me spiritus vteri mei. En vēter meus quasi mustum absq; spiraculo, quod lagūculas nouas disrumpit. Loquar, & respirabo paululum: aperiam labia mea, & respondebo. Non accipiam personam viri, & Deum homini non æquabo. Nescio enim quandiu subsistam, & si post modi cum tollat me factor meus.

Docet non ætatem, sed spiritū Dei dare prudētiam.

S. Argvit Eliu Iob ut temerariū qui cōtra Deū cōtenderet, & eius opera curiosius scrutaretur. CAPVT XXXIII.

AVdi igitur Iob eloquia mea, & omnes sermones meos ausculta. Ecce, aperui os meum, loquetur lingua mea in faucibus meis. Simplici corde meo sermones mei, & scientiam puram labia mea loquētur. Spiritus Dei fecit me, & spiraculum Omnipotentis viuificauit me. Si potes, responde mihi, & aduersus faciē meam consiste. Ecce, & me sicut & te fecit Deus, & de eodem luto ego quoq; formatus sum. Veruntamen miraculum meum non te terreat, & eloquentia mea non sit tibi grauis. Dixisti ergo in auribus meis, & vocem verborum tuorū audiui, Mundus sum ego, & absq; delicto: immaculatus, & non est iniquitas in me. Quia querelas in me reperit, ideò arbitratus est me inimicū sibi. Posuit in neruo pedes meos, custodiuit omnes semitas meas. Hoc est ergo, in quo non es iustificatus. respondebo tibi, quia maior sit Deus homine. Aduersus eū contendis, quòd nō ad omnia verba responderit tibi. Semel loquitur Deus, & secundò idipsum non repetit. Per somniū in visione nocturna, quando irruit sopor super homines, & dormiūt in lectulo: Tūc aperit aures virorum, & erudiens eos, instruit disciplina, vt auertat hominem ab his quæ fecit, & liberet eū de superbia. Eruens animā eius à corruptione: & vitam illius, vt non transeat in gladiū. Increpat quoq; per dolorē in lectulo, & omnia ossa eius marcescere facit. Abominabilis ei fit in vita sua panis, & animę illius cibus antè desyderabilis. Tabescet caro eius, & ossa quæ tecta fuerāt, nudabūtur. Appropinquabit corruptioni anima eius, & vita illius mortiferis. Si fuerit pro eo angelus loquens vnus de millibus, vt annuntiet hominis æquitatē, Miserebitur eius, & dicet, Libera eū, vt non descendat in corruptionē; inueni in quo ei propitier. Cōsumpta est caro eius à supplicijs, reuertatur ad dies adolescētiæ suæ. Deprecabitur Deū, & placabilis ei erit: & videbit faciē eius in iubilo, & reddet homini iustitiā suam. Respiciet homines, & dicet, Peccaui, & verè deliqui: & vt eram dignus non recepi. Liberauit animā suam, ne pergeret in interitū, sed viuēs lucē videret. Ecce, hæc omnia operatur Deus tribus vicibus per singulos, Vt reuocet animas eorū à corruptione, & illuminet luce viuentiū. Attēde Iob, & audi me: & tace, dum ego loquor. Si autem habes quid loquaris, responde mihi, loquere: volo enim te apparere iustum. Quòd si non habes, audi me: tace, & docebo te sapientiam.

S. Eliv recto Dei iudicio, & non immerito Iob afflictū contēdit, cū Dei sit regna pro libito mutare. CAP. XXXIIII.

PRonūtians itaq; Eliu, etiā hæc locutus est, Audite sapientes verba mea, & eruditi auscultate me: Auris enim verba probat, & guttur escas gustu dijudicat. Iudiciū eligamus nobis, & inter nos videamus quid sit melius. Quia dixit Iob, Iustus sum, & Deus subuertit iudiciū meum. In iudicando enim me, mendacium est: violēta sagitta mea absq; vllo peccato. Quis est vir vt est Iob, qui bibit subsannationē quasi aquam, Qui graditur cum operātibus iniquitatem, & ambulat cū viris impijs? Dixit enim, Non placebit vir Deo, etiā si cucurrerit cum eo. Ideò viri cordati audite me, absit à Deo impietas, & ab Omnipotēte iniquitas. Opus enim hominis reddet ei, & iuxta vias singulorum restituet eis. Verè enim Deus nō condemnabit frustra, nec Omnipotēs subuertet iudicium. Quem constituit aliū super terrā? aut quem posuit super orbē quē fabricatus est? Si direxerit ad eum cor suū, spiritum illius & flatū ad se trahet: Deficiet omnis caro simul, & homo in cinerem reuertetur. Si habes ergo intellectū, audi quod dicitur, & ausculta vocē eloquij mei. Nunquid qui nō amat iudiciū, sanari potest? & quomodo tu eum qui iustus est, in tantū condemnas? Qui dicit regi, apostata; qui vocat duces impios? Qui non accipit personas principum, nec cognouit tyrannū, cum disceptaret contra pauperem: opus enim manuū eius sunt vniuersi. Subitò morientur. & in media nocte turbabuntur populi, & pertransibunt, & auferēt violentū absq; manu. Oculi enim eius super vias hominū, & omnes gressus eorum considerat. Non sunt tenebræ, & non est vmbra mortis, vt abscondātur ibi qui operātur iniquitatē. Neq; enim vltrà in hominis potestate est, vt veniat ad Deum in iudiciū. Conteret multos innumerabiles, & stare faciet alios pro eis. Nouit enim opera eorum: & idcirco inducet noctem, & conterentur. Quasi impios percussit eos in loco videntium. Qui quasi de industria recesserunt ab eo, & omnes vias eius intelligere noluerūt, Vt peruenire facerent ad eum clamorem egeni, & audiret vocem pauperū. Ipso enim cōcedēte pacē, quis est qui condēnet? ex quo absconderit vultū, quis est qui contēpletur eum & super gentes & super omnes homines? Qui regnare facit hominem hypocritā, propter peccata populi. Quia ergo ego locutus sum ad Deum, te quoq; nō prohibebo. Si errauī, tu doce me: si iniquitatem locutus sum, vltrà non addam. Nunquid à te Deus expētit eam, quia displicuit tibi? tu enim cœpisti loqui, & non ego: quòd si quid nosti melius, loquere. Viri intelligentes loquantur mihi, & vir sapiens audiat me. Iob autem stultè locutus est, & verba illius non sonant disciplinam. Pater mi, probetur Iob vsq; ad finem: ne desinas ab homine iniquitatis. Qui addidit super peccata sua blasphemiam; inter nos interim constringatur, & tunc ad iudicium prouocet sermonibus suis Deum.

Deut.10.d 2.Par.19.c Sapien.6.b Eccli.15.b Roma.2.b Galat.2.b Ephe.6.b Colos.3.d. Actu.10.c 1.Petr.4.c

Malus magistratus malo populo datus.

S. Non Deo sed homini prodest aut obest pietas aut impietas, quoniam recto Dei iudicio interdum uindicta differtur. CAPVT XXXV.

AIGitur Eliu hæc rursum locutus est, Numquid æqua videtur tua cogitatio, vt diceres, Iustior sum Deo? Dixisti enim, Non tibi placet quod rectū est: vel quid tibi proderit, si ego peccauero?

ro? Itaque ego respondebo sermonibus tuis,& amicis tuis
B tecum. Suspice cœlũ & intuere,& cõtẽplare æthera quòd altior te sit. Si peccaueris,quid ei nocebis?& si multiplicatæ fuerint iniquitates tuæ,quid facies cõtra eũ? Porrò si iustè egeris,quid donabis ei,aut quid de manu tua accipiet? Homini qui similis tui est,nocebit impietas tua: & filiũ hominis adiuuabit iustitia tua. Propter multitudinẽ calũniatorum clamabũt:& eiulabunt propter vim brachij tyrannorũ. Et nõ dixit, Vbi est Deus qui fecit me,qui dedit carmina in nocte? Qui docet nos super iumẽta terræ,& super volucres cœli erudit nos. Ibi clamabũt,& non exaudiet,pro
D pter superbiã malorũ. Nõ ergo frustra audiet Deus,& Omnipotens causas singulorũ intuebitur. Etiã cum dixeris, Nõ cõsyderat:iudicare corã illo,& expecta eũ. Nũc enim non infert furorẽ suũ,nec vlciscitur scelus valde. Ergo Iob frustra aperit os suum,& absq; scientia verba multiplicat.

S. DEVS *flagellat ut erudiat,tribulat ut saluet,humiliat ut timeatur,unde æquus iudex ostenditur.* CAPVT XXXVI.

A  Ddens quoque Eliu,hæc locutus est, Sustine me paululum,& indicabo tibi:adhuc enim habeo quod pro Deo loquar. Repetã scientiã meam à principio,& operatorẽ meum probabo iustũ. Verè enim absq; mendacio sermones mei, & perfecta scientia probabitur tibi. Deus potentes non abijcit,cum & ipse sit potens: Sed non saluat impios,& iudiciũ pauperibus tri
B buit. Non auferet à iusto oculos suos,& reges in solio collocat in perpetuũ,& illi eriguntur. Et si fuerint in catenis, & vinciãtur funibus paupertatis, Indicabit eis opera eorũ & scelera eorũ,quia violenti fuerint. Reuelabit quoq; aurẽ eorum,vt corripiat:& loquetur,vt reuertãtur ab iniquitate. Si audierint & obseruauerint,complebũt dies suos in bono, & annos suos in gloria. Si autẽ non audierint,transibũt per gladiũ,& cõsumẽtur in stultitia. Simulatores & callidi pro uocant iram Dei,neq; clamabũt cũ vincti fuerint. Morietur in tẽpestate anima eorũ,& vita eorũ inter effœminatos.

Hypocritæ cũ iudicio, confusio & desperatio.

Eripiet de angustia sua pauperẽ,& reuelabit in tribulatione
C artẽ eius. Igitur saluabit te de ore angusto latissime,& non habente fundamentũ subter se:requies autem mensæ tuæ erit plena pinguedine. Causa tua quasi impij iudicata est, causam iudiciumq; recipies. Non te ergo superet ira,vt aliquẽ opprimas:nec multitudo donorũ inclinet te. Depone magnitudinẽ tuam absq; tribulatione,& omnes robustos fortitudine. Ne protrahas noctẽ,vt ascendãt populi pro eis. Caue ne declines ad iniquitatẽ:hanc enim cœpisti sequi post miseriã. Ecce,Deus excelsus in fortitudine sua,& nullus ei similis in legislatoribus. Quis poterit scrutari vias eius?aut quis audet ei dicere,Operatus es iniquitatẽ? Memẽto quòd
D ignores opus eius,de quo cecinerũt viri. Omnes homines vident eum,vnusquisq; intuetur procul. Ecce Deus magnus vincẽs scientiã nostrã:numerus annorũ eius inæstimabilis. Qui aufert stillas pluuiæ,& effundit imbres ad instar gurgitum Qui de nubibus fluunt,quæ prætexunt cũcta désuper. Si voluerit extendere nubes quasi tentoriũ suum. Et fulgurare lumine suo désuper,cardines quoq; maris operiet. Per hæc enim iudicat populos,& dat escas multis mortalibus. In manibus abscondit lucem,& præcipit ei vt rursus adueniat. Annuntiat de ea amico suo,quòd possessio eius sit,& ad eam possit ascendere.

S. EX *diuinis operibus Eliu Dei sapientiam declarat, & inuestigabile iudicium.* CAPVT XXXVII.

A  Vper hoc expauit cor meum,& emotũ est de loco suo. Audite auditionẽ in terrore vocis eius, & sonum de ore illius procedentem. Subter omnes cœlos ipse consyderat,& lumen illius super terminos terræ. Post eũ rugiet sonitus, tonabit voce magnitudinis suæ,& non inuestigabitur,cum audita fuerit vox eius. Tonabit Deus in voce sua mirabiliter, qui facit magna & inscrutabilia. Qui præcipit niui vt descẽdat super terrã,
B & hyemis pluuijs,& imbri fortitudinis suæ. Qui in manu omniũ hominũ signat,vt nouerint singuli opera sua. Ingredietur bestia latibulũ,& in antro suo morabitur. Ab interioribus egredietur tempestas,& ab Arcturo frigus. Flãte Deo cõcrescit gelu,& rursum latissime fundũtur aquæ. Frumentũ desyderat nubes,& nubes spargunt lumen suũ. Quę lustrant cuncta per circuitũ quocunq; eas voluntas gubernãtis duxerit,ad omne quod præcepit illis super faciẽ orbis terrarum, Siue in vna tribu,siue in terra sua,siue in quocunq;
C loco misericordiæ suæ eas iusserit inueniri. Ausculta hæc Iob:sta,& consydera mirabilia Dei. Nunquid scis quãdo præcepit Deus pluuijs,vt ostẽderent lucẽ nubiũ eius? Nũ quid nosti semitas nubiũ magnas,& perfectas scientias? Nón ne vestimẽta tua calida sunt,cum perflata fuerit terra austro? Tu forsitan cum eo fabricatus es cœlos,qui solidissimi quasi ære fusi,sunt. Ostende nobis quid dicamus illi:nos quippe
D inuoluimur tenebris. Quis narrabit ei quę loquor? etiam si locutus fuerit homo, deuorabitur. At nunc non vident lucem:subitò aer cogetur in nubes,& ventus transiens fugabit eas. Ab Aquilone aurũ venit,& ad Deum formidolosa laudatio. Digne eum inuenire non possumus: magnus fortitudine,& iudicio, & iustitia,& enarrari non potest. Ideò timebunt eum viri,& non audebunt contemplari omnes qui sibi videntur esse sapientes.



S. DEVS *ex creatis admitio ostendit Iob inordinatè loquutum,& Eliu inconuenienter determinasse.*

CAP. XXXVIII.

A  Espondens autẽ Dominus Iob de turbine,dixit, Quis est iste inuoluens sententias sermonibus imperitis? Accinge sicut vir lumbos tuos, interrogabo te,& respõde mihi. Vbi eras quãdo ponebã fundamenta terrę?indica mihi,si habes intelligentiã. Quis posuit mẽsuras eius si nosti?vel quis tetendit super eam lineã? Super quo bases illius solidatæ sunt?aut quis dimisit lapidẽ angularẽ eius, Cũ me laudarẽt simul astra matutina, & iubilarẽt omnes filij Dei? Quis cõclusit ostijs mare,quã do erũpebat quasi de vulua procedẽs, Cũ ponerẽ nubẽ vestimentũ eius,& caligine illud quasi pãnis infantiæ obuoluerem? Circundedi illud terminis meis, & posui vectem & ostia, Et dixi, Vsq; huc venies,& nõ procedes amplius,&
B hic cõfringes tumẽtes fluctus tuos. Nũquid post ortũ tuũ præcepisti diluculo,& ostẽdisti auroræ locũ suum? Et tenuisti concutiẽs extrema terræ,& excussisti impios ex ea? Restituetur vt lutũ signaculũ,& stabit sicut vestimẽtũ. Auferetur ab impijs lux sua,& brachium excelsum confringetur. Nũquid ingressus es profundũ maris,& in nouissimis abyssi deambulasti? Nunquid apertæ sunt tibi portæ mortis, & ostia tenebrosa vidisti? Nunquid consyderasti latitudines terræ?indica mihi,si nosti,omnia, In qua via lux habitet,

habitet,& tenebrarũ quis locus ſit, Vt ducas vnunquodq; C ad terminos ſuos,& intelligas ſemitas domus eius. Sciebas tunc quòd naſciturus eſſes?& numerũ dierum tuorum noueras? Nunquid ingreſſus es theſauros niuis, aut theſauros grandinis aſpexiſti, Quæ præparaui in tẽpus hoſtis,in diẽ pugnę & belli? Per quã viã ſpargitur lux, diuiditur æſtus ſuper terram? Quis dedit vehemẽtiſsimo imbri curſum,& viam ſonantis tonitrui, Vt plueret ſuper terram abſq; homine in deſerto,vbi nullus mortaliũ commoratur, Vt impleret inuiam & deſolatã, & produceret herbas virentes? Quis eſt pluuiæ pater?vel quis genuit ſtillas roris? De cuius vtero egreſſa eſt glacies?& gelu de cælo quis genuit? In ſimilitudinẽ lapidis aquæ durantur,& ſuperficies abyſsi con- D ſtringitur. Nunquid coniungere valebis micantes ſtellas Pleiades,aut gyrũ Arcturi poteris diſsipare? Nũquid producis luciferum in tempore ſuo,& veſperũ ſuper filios terræ conſurgere facis? Nunquid noſti ordinẽ cœli,& pones rationem eius in terra? Nunquid eleuabis ad nebulã vocem tuam,& impetus aquarum operiet te? Nunquid mittes fulgura,& ibunt:& reuertentia dicẽt tibi,Adſumus? Quis poſuit in viſceribus hominis ſapientiam?vel quis dedit gallo intelligentiam? Quis enarrabit cœlorum rationem, & concentum cœli quis dormire faciet? Quando fundabatur puluis in terra,& glebæ compingebantur?

S. MIRABILIA à Deo facta in auibus & animalibus nos docẽt quantum Deo ſidere debeamus. CAPVT XXXIX.

A NVnquid capies leænæ prædam,& animam catulorum eius implebis, Quando cubant in antris,& in ſpecubus inſidiantur? Quis præparat coruo eſcam ſuam,quando pulli eius clamant ad Deum,vagãtes,eo quòd non habeant cibos? Nunquid noſti tẽpus partus ibicum in petris,vel parturientes ceruas obſeruaſti? Dinumeraſti menſes conceptus earũ,& ſciſti tempus partus earum? Incuruantur ad fœtum & pariunt,& rugitus emittunt. Separantur filij earum,pergunt ad paſtũ: egrediuntur,& non reuertuntur ad eas. Quis dimiſit onagrum liberũ,& vincula eius quis ſoluit? Cui dedit in ſolitu- B dine domum,& tabernacula eius in terra ſalſuginis. Contemnit multitudinẽ ciuitatis,clamorẽ exactoris non audit. Circunſpicit montes paſcuæ ſuæ,& virentia quæq; perquirit. Nunquid volet rhinoceros ſeruire tibi, aut morabitur ad præſepe tuũ? Nũquid alligabis rhinocerota ad arandũ, loro tuo?aut confringet glebas valliũ poſt te? Nunquid fiduciam habebis in magna fortitudine eius, & derelinques ei labores tuos? Nunquid credes illi,quoniã ſementẽ reddat tibi,& aream tuam cõgreget? Penna ſtruthionis ſimilis eſt pennis herodij,& accipitris. Quando derelinquit oua ſua in terra, tu forſitan in puluere calefacies ea. Obliuiſcitur C quòd pes cõculcet ea, aut beſtia agri conterat. Duratur ad filios ſuos quaſi non ſint ſui, friuſtra laborauit nullo timore cogente. Priuauit enim eam Deus ſapientia,nec dedit illi intelligentiã. Cum tempus fuerit,in altum alas erigit:deridet equum & aſcenſorẽ eius. Nunquid præbebis equo fortitudinem,aut circũdabis collo eius hinnitũ? Nunquid ſuſcitabis eum quaſi locuſtas?gloria nariũ eius terror. Terrã vngula fodit,exultat audacter:in occurſum pergit armatis. Contemnit pauorẽ,nec cedit gladio. Super ipſum ſonabit pharetra,vibrabit haſta & clypeus. Feruens & fremens ſorbet terrã,nec reputat tubæ ſonare clangorem. Vbi audierit buccinã,dicit,Vah.procul odoratur bellũ,exhortationẽ ducum,& vlulatũ exercitus. D Nunquid per ſapientiã tuam plumeſcit accipiter,expãdẽs alas ſuas ad Auſtrũ? Nunquid ad præceptũ tuum eleuabitur aquila,& in arduis ponet nidum ſuũ? In petris manet,in præruptis ſilicibus commoratur, atq; in inacceſsis rupibus. Inde contemplatur eſcam, & de longe oculi eius proſpiciunt. Pulli eius lambunt ſanguinẽ: & vbicunq; cadauer fuerit,ſtatim adeſt. Et adiecit Dominus,& locutus eſt ad Iob,Nunquid qui contendit cum Deo, tam faciſẽ conquieſcit?vtiq; qui arguit Deum, debet reſpondere ei.Reſpondens autem Iob Domino,dixit, Qui leuiter locutus ſum,reſpondere quid poſſum?manum meam ponam ſuper os meum. Vnum locutus ſum,quod vtinã nõ dixiſſem,& alterum,quibus vltrà non addam.

S. DEVS ex humana imbecillitate,ſuam in Behemoth, & Leuiathan malitiam,oſtendit potentiam. CAPVT XL.

A RESpondens autem Dominus Iob de turbine, dixit,Accinge ſicut vir lumbos tuos:interrogabo te,& indica mihi. Nunquid irritum facies iudicium meum:& condemnabis me, vt tu iuſtificeris? Et ſi habes brachium ſicut Deus, & ſi voce ſimili tonas, Circũda tibi decorẽ,& in ſublime erigere,& eſto glorioſus,& ſpecioſis induere veſtibus. Diſperge ſuperbos furore tuo,& reſpiciens omnem arrogãtem humilia. Reſpi- B ce cunctos ſuperbos & confunde eos, & contere impios in loco ſuo. Abſconde eos in puluere ſimul,& facies eorum demerge in foueam: Et ego cõfitebor quòd ſaluare te poſſit dextera tua. Ecce,Behemoth quem feci tecum,fœnum quaſi bos comedet. Fortitudo eius in lumbis eius,& virtus illius in vmbilico ventris eius. Stringit caudã ſuã quaſi cedrum,nerui teſticulorũ eius perplexi ſunt. Oſſa eius velut C fiſtulæ æris,cartilago illius quaſi laminæ ferreæ. Ipſe eſt principiũ viarum Dei qui fecit eum,applicabit gladiũ eius. Huic montes herbas ferunt:omnes beſtiæ agri ludent ibi. Sub vmbra dormit in ſecreto calami,in locis humentibus. Protegunt vmbræ vmbram eius, circundabunt eum ſalices torrentis. Ecce,abſorbebit fluuiũ,& nõ mirabitur:habet fiduciã,quòd influat Iordanis in os eius. In oculis eius quaſi hamo capiet eũ,& in ſudibus perforabit nares eius. An ex D trahere poteris Leuiathan hamo,& fune ligabis linguã eius? Nunquid pones circulũ in naribus eius,aut armilla perforabis maxillã eius? Nunquid multiplicabit ad te preces,aut loquetur tibi mollia? Nunquid feriet tecũ pactum,& accipies eum ſeruũ ſempiternũ? Nunquid illudes ei quaſi aui? aut ligabis eum ancillis tuis? Concident eũ amici,diuident illum negotiatores. Nunquid implebis ſagenas pelle eius, & gurguſtiũ piſcium capite illius? Pones ſuper eũ manum tuam:memento belli,nec vltrà addas loqui. Ecce,ſpes eius fruſtratur eum,& videntibus cunctis præcipitabitur.

S. BEHEMOTH malitia arguitur iuxta eius membra,duritiã & ſuperbiam. CAPVT XLI.

A NOn quaſi crudelis ſuſcitabo eum:quis enim reſiſtere poteſt vultui meo? Et quis antè dedit mihi,vt reddam ei?omnia quæ ſub cælo ſunt mea ſunt. Non parcam ei,verbis potentibus,& ad deprecandũ compoſitis. Quis reuelabit faciem indumenti eius?& in medium oris eius quis intrabit? Portas vultus eius quis aperiet?per gyrum dentium eius formido. Corpus illius quaſi ſcuta fuſilia,compactum ſquamis ſe prementibus: Vna vni coniungitur,& ne ſpiraculũ quidem incedit B per eas. Vna alteri adhærebit,& tenentes ſe nequaquam ſeparabũtur. Sternutatio eius ſplendor ignis,& oculi eius vt palpebræ diluculi. De ore eius lampades procedunt ſicut tedæ ignis accenſæ. De naribus eius procedit fumus ſicut ollæ ſuccenſæ,atque feruentis. Halitus eius prunas ardere facit,& flamma de ore eius egreditur. In collo eius morabitur fortitudo,& faciẽ eius præcedet egeſtas. Mẽbra carnium eius cohærẽtia ſibi:mittet cõtra eum fulmina,& ad lo- C cum aliũ nõ ferẽtur. Cor eius indurabitur tanquã lapis,& ſtringetur quaſi malleatoris incus. Cũ ſublatus fuerit timebunt angeli,& territi purgabũtur. Cũ apprehẽderit eũ gladius,ſubſiſtere nõ poterit,neq; haſta,neq; thorax.Reputabit enim

enim quasi paleas ferrum,& quasi lignum putridū æs. Non
fugabit eum vir sagittarius,in stipulam versi sunt ei lapides
D fundæ. Quasi stipulam æstimabit malleum,& deridebit vi-
brantē hastam. Sub ipso erunt radij solis,sternet sibi aurum
quasi lutum. Feruescere faciet quasi ollam profundum ma-
ris:& ponet quasi cum vnguēta bulliunt. Post eum lucebit
semita,æstimabit abyssum quasi senescentē. Non est super
terram potestas quæ comparetur ei,qui factus est vt nullum
timeret. Omne sublime videt,ipse est rex super vniuersos
filios superbiæ.

S. IOB amiß is cum fœnore recuperatis,amicis præfertur à Domino,atq; ab eo benedictus tandem cum pace quieuit.

CAPVT XLII.

A RESpondēs autem Iob Domino,dixit, Scio quia
omnia potes,& nulla te latet cogitatio. Quis
est iste qui celat consiliū absq; scientia? ideò insi-
pienter locutus sum,& quæ vltra modū excedūt
scientiā meam. Audi,& ego loquar: interrogabo te,& re-
spōde mihi. Auditu auris audiui te,nunc autē oculus meus
videt te. Idcirco ipse me reprehendo,& ago pœnitentiā in
fauilla & cinere. Postquam autē locutus est Dominus ver-
B ba hæc ad Iob,dixit ad Eliphaz Themanitem, Iratus est fu-
ror meus in te,& in duos amicos tuos,quoniam non estis lo-
cuti coram me rectum,sicut seruus meus Iob. Sumite ergo
vobis septē tauros,& septem arietes,& ite ad seruum meum
Iob,& offerte holocaustum pro vobis: Iob autem seruus
meus orabit pro vobis: faciem eius suscipiam,vt non vo-
bis imputetur stultitia: neque enim locuti estis coram me
Orat Iob pro amicis cuiduplicia restituūtur. rectum,sicut seruus meus Iob. Abierunt ergo Eliphaz The-
manites,& Baldad Suhites,& Sophar Naamathithes: &
C fecerunt sicut locutus fuerat Dominus ad eos,& suscepit
Dominus faciem Iob. Dominus quoque conuersus est ad
pœnitentiam Iob,cum oraret ille pro amicis suis. Et addidit
Dominus omnia quæcunq; fuerant Iob,duplicia. Venerunt
autem ad eum omnes fratres sui,& vniuersæ sorores suæ,&
cuncti qui nouerant eum prius:& comederunt cum eo pa-
nem in domo eius:& mouerunt super eum caput,& conso-
D lati sunt eum super omni malo quod intulerat Dominus su-
per eum. Et dederunt ei vnusquisq; ouem vnam,& inaurem
auream vnam. Dominus autē benedixit nouissimis Iob ma-
gis quàm principio eius. Et facta sunt ei quatuordecim mil-
lia ouium,& sex millia camelorū,& mille iuga boum,& mil
le asinæ: Et fuerunt ei septem filij,& tres filiæ. Et vocauit no-
men vnius Diem,& nomen secundæ Cassiam,& nomen ter-
tiæ Cornustibij. Non sunt autem inuentæ mulieres speciosæ
sicut filiæ Iob in vniuersa terra. Deditq; eis pater suus hære-
Moritur. ditatē inter fratres earum. Vixit autem Iob post flagella hæc,
centum quadraginta annis,& vidit filios suos,& filios filio-
rum suorum,vsq; ad quartam generationem,& mortuus est
senex,& plenus dierum.

F I N I S.

Prologus B. Hieronymi in PSALTERIVM, QVOD *secundum septuaginta editionem correxit.*

PSALTERIVM Romæ dudum positus emendaram: & iuxta septuaginta interpretes,licet cursim,magna tamen ex parte correxeram. Quod quia rursum uidetis ô Paula & Eustochium,scriptorum uitio depraua tum,plusq; antiquū errorem,quàm nouam emendationem ualere: me cogitis ut ueluti quodā nouali,scissum iam aruum exerceam,& obliquis sulcis renascētes spinas eradicē: æquū esse dicētes,ut quod crebrò male pullulat,crebrius succidatur. Vnde cōsueta præfatione commoneo tam uos,quibus fortè labor iste desudat,quàm eos q exēplaria istiusmodi habere uoluerint,ut quæ diligēter emēdaui,cū cura & diligētia trāscribātur. Notet sibi unusquisq; ueli acentē lineā,uel radiātia signa,id est obelos,uel asteriscos. Et ubicūq; uiderit uirgulam præcedētē ab eaūq; ad duo pūcta quæ impreßimus,sciat in septuaginta trāslatoribus plus haberi. Vbi autē perspexerit stellæ similitudinē: de Hebræis uoluminibus additum nouerit æque usq; ad duo pūcta,iuxta Theodotionis duntaxat editionem: qui simplicitate sermonis à septuaginta interpretibus nō discordat. Hæc ergo & uobis & studioso cuiq; feciße me sciens: non ambigo multos fore,qui uel inuidia,uel supercilio malint contemnere uideri præclara,quàm discere: & de turbulento magis riuo,quàm de purißimo fonte potare.

Liber Psalmorum.



S. COMMENDATIO lectionis sacrarum scripturarum & diuinæ legis. Psalmus I.

BEATVS vir qui non abijt in consilio impiorū,& in via peccatorum non stetit,& in cathedra pestilentiæ nō sedit. Beati vir descriptio.
Sed in lege Domini voluntas eius: & in lege eius meditabitur die ac nocte. Ier.17 b Vir beatus cui similis.
Et erit tanquam lignum quod plantatum est secus decursus aquarum: quod fructum suum dabit in tempore suo, Et foliū eius non defluet: & omnia quæcunq; faciet,prosperabuntur. Impij siue infidelis descriptio.
Nō sic impij, non sic: sed tanquam puluis quem proijcit ventus à facie terræ. Ideo non resurgent impij in iudicio: neq; peccatores in consilio iustorum. Quoniam nouit Dominus viam iustorum: & iter impiorum peribit.

S. MONET cunctos homines ne se opponāt regi CHRISTO, uanos enim esse huiusmodi conatus, summoq; cum periculo coniunctos: saluos uerò cunctos fore qui se CHRISTO subdant.

Psalmus II.

QVare fremuerunt gentes: & populi meditati sunt inania? Act.4.e
Astiterunt reges terræ,& principes cō uenerunt in vnum aduersus Dominum & aduersus CHRISTVM eius. Dirumpamus vincula eorū,& proijciamus à nobis iugū ipsorū. Qui habitat in cœlis irridebit eos: & Dominus subsannabit eos.
Tūc loqtur ad eos in ira sua: & in furore suo conturbabit eos.
Ego autē cōstitutus sum rex ab eo super Sion montē sanctū eius,prædicās præceptū eius. Dns dixit ad me, Filius meus es tu,ego hodie genui te. Postula à me,& dabo tibi gētes hæreditatē tuā,& possessionē tuā terminos terræ. Reges eos in virga ferrea,& tanquā vas figuli confringes eos.

Et nunc

Et nunc reges intelligite: erudimini qui iudicatis terram. Seruite Domino in timore: & exultate ei cum tremore. Apprehendite disciplinam, nequando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta. Cum exarserit in breui ira eius, beati omnes qui confidunt in eo.

S. ORATIO *hominis in grauissimo periculo constituti.*

2. Reg. 15 Psalmus Dauid cũ fugeret à facie Absalom filij sui. III.

DOmine quid multiplicati sunt qui tribulant me? multi insurgũt aduersum me. Multi dicunt animæ meæ, Non est salus ipsi in Deo eius. Tu autem Domine susceptor meus es, gloria mea, & Ioan. 2 d exaltãs caput meum. Voce mea ad Dominum clamaui: & exaudiuit me de monte sancto suo. Ego dormiui, & soporatus sum: & exurrexi quia Dominus susceptit me. Non timebo millia populi circundantis me. exurge Domine: saluum me fac Deus meus, Quoniam tu percussisti omnes aduersantes mihi sine causa: dentes peccatorum contriuisti. Domini est salus: & super populum tuum benedictio tua.

S. MIXTA *oratio, orat & implorat. Admonet etiã proceres cum Absalone ut desistant à persequendo, per apostropham ad eos deflectens.*

In finem in carminibus, Psalmus Dauid. IIII.

CVm inuocarẽ exaudiuit me Deus iustitiæ meæ: in tribulatione dilatasti mihi: Miserere mei: & exaudi orationem meam. Filij hominũ, vsque quo graui corde? vt quid diligitis vanitatem, & Ephe. 4 f quæritis mendacium? Et scitote quoniã mirificauit Dominus sanctum suum: Dominus exaudiet me cum clamauero ad eum. Irascimini, & nolite peccare: quæ dicitis in cordibus vestris, & in cubilibus vestris compungimini. Sacrificate sacrificium iustitiæ, & sperate in Domino. multi dicunt, Quis ostendit nobis bona? Signatum est super nos lumen vultus tui Domine: dedisti lætitiam in corde meo. A fructu frumenti, vini, & olei sui multiplicati sunt. In pace in idipsum dormiam & requiescam, Quoniam tu Domine singulariter in spe constituisti me.

S. ORAT *ut in patriam extorris, extinctis hostibus reducatur.*

In finem, pro ea quæ hæreditatem consequitur.

Psalmus Dauid. V.

VErba mea auribus percipe Domine: intellige clamorem meum. Intende voci orationis meæ, rex meus & Deus meus. Quoniã ad te orabo Domine: mane exaudies vocem meam. Mane astabo tibi & videbo: quoniam nõ Deus volens iniquitatem tu es. Neq; habitabit iuxta te malignus: neq; permanebũt iniusti ante oculos tuos. Odisti omnes qui operantur iniquitatem: perdes omnes qui loquũtur mendacium. Virum sanguinũ & dolosum abominabitur Dominus. Ego autem in multitudine misericordæ tuæ introibo in domum tuam: adorabo ad templum sanctum tuum in timore tuo. Domine deduc me in iustitia tua: propter inimicos meos dirige in conspectu tuo viam meam. Quoniam non est in ore eorũ *Infra 13 b* veritas: cor eorum vanum est. Sepulchrum patens est gut- *Rom. 3 b* tur eorum: linguis suis dolose agebant, iudica illos Deus. Decidant à cogitationibus suis: secundũ multitudinem impietatum eorum expelle eos, quoniam irritauerunt te Domine. Et lætẽtur omnes qui sperant in te: in æternum exultabunt, & habitabis in eis. Et gloriabũtur in te omnes qui diligunt nomen tuum: quoniam tu benedices iusto. Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ coronasti nos.

S. PRISTINAE *ualetudini restitui petit: restitutus gratulatur.*

In finem in carminibus, Psalmus Dauid pro octaua. VI.

DOmine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me. Miserere mei Domine, quoniam infirmus sum: sana me Domine, quoniam conturbata sunt ossa mea. Et anima mea turbata est valde: sed tu Domine vsquequo? Conuertere Domine, & eripe animam meam: saluum me fac propter misericordiam tuam, Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autem quis confitebitur tibi? Laboraui in gemitu meo, lauabo per singulas noctes lectum meum, lachrymis meis stratum meum rigabo. Turbatus est à furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos. Discedite à me omnes qui operamini iniquitatem: quoniã exaudiuit Do- *Matt. 7 d* minus vocem fletus mei. Exaudiuit Dominus deprecatio- *25 d* nẽ meã: Dominus orationem meam suscepit. Erubescãt, *Luc. 13 f* & conturbentur vehementer omnes inimici mei: conuertantur & erubescant valde velociter.

S. IMPLORAT *auxilium diuinum, ut ab iniuria Saulis, quem tecte notat, uindicetur.*

Psalmus Dauid quem cantauit Domino pro verbis Chusi filij Iemini. VII.

DOmine Deus meus in te speraui: saluũ me fac ex omnibus persequentibus me, & libera me: Ne quando rapiat vt leo animam meam, dum non est qui redimat, neque qui saluum faciat. Domine Deus meus si feci istud, si est iniquitas in manibus meis, Si reddidi retribuentibus mihi mala: decidam meritò ab inimicis meis inanis. Persequatur inimicus animã meam, & cõprehendat, & cõculcet in terra vitã meam, & gloriã meam in puluerẽ deducat. Exurge Dñe in ira tua: & exaltare in finibus inimicorũ meorũ. Et exurge Dñe Deus meus in præcepto quod mandasti: & synagoga populorũ circundabit te.

Et propter hãc in altũ regredere: Dominus iudicat populos. Iudica me Domine secundũ iustitiã meam, & secundũ *1. Reg. 26 b* innocentiã meam super me. Consumetur nequitia pecca- *1. Par. 28 b* torum, & diriges iustũ, scrutans corda & renes Deus. Iustũ adiutoriũ meum à Domino, qui saluos facit rectos corde, Deus iudex iustus, fortis, & patiens, nũquid irascitur per singulos dies? Nisi conuersi fueritis, gladiũ suum vibrabit, ar- *Esa. 59 d* cum suũ tetendit, & parauit illũ. Et in eo parauit vasa mor- *Iob 15 d* tis: sagittas suas ardentibus effecit. Ecce parturit iniustitiã, concepit dolorẽ: & peperit iniquitatem. Lacum aperuit & effodit eum: & incidit in foueam quam fecit. Conuertetur dolor eius in caput eius: & in verticem ipsius iniquitas eius descendet. Confitebor Domino secundum iustitiam eius: & psallam nomini Domini Altissimi.

S. HYMNVS *quo summa cum admiratione inest imabilem sempiternamq; uirtutem & sapientiam Dei, beneficentiamq; & liberalitatem in humanum genus celebrat.*

In finem pto torcularibus, Psalmus Dauid. VIII.

DOmine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra? Quoniã eleuata est magnificẽtia tua super cælos. Ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem propter inimicos tuos: vt destruas inimicum & vltorẽ. Quoniã videbo cœlos tuos, opera digitorum tuorum: lunam, & stellas quæ tu fundasti. Quid est homo, quòd memor es eius? aut filius hominis, quoniam visitas eum? Minuisti eum paulominus ab angelis: gloria & honore coronasti eum, & constituisti eum super opera manuum tuarum. Omnia subiecisti sub pedibus eius: oues & boues vniuersas: insuper & pecora campi, Volucres cœli, & pisces maris qui perambulant semitas maris. Domine Dominus noster, quàm admirabile est nomen tuum in vniuersa terra?

S. GRA

S. GRATIARVM actio pro inſigni quapiam uictoria præcipuiq; hoſtis.

In finem pro occultis filijs. Pſalmus Dauid. IX.

COnfitebor tibi Domine in toto corde meo: narrabo omnia mirabilia tua. Lætabor & exultabo in te, pſallam nomini tuo Altiſsime. In cõuertendo inimicũ meum retrorſum, infirmabuntur & peribũt à facie tua. Quoniã feciſti iudiciũ meum & cauſam meam: ſediſti ſuper thronũ qui iudicas iuſtitiã. Increpaſti gentes, & perijt impius: nomẽ eorum deleſti in æternum & in ſeculũ ſeculi. Inimici defecerunt phrameæ in finem: & ciuitates, eorũ deſtruxiſti. Perijt memoria eorum cũ ſonitu, & Dominus in æternũ permanet. Parauit in iudicio thronũ ſuum: & ipſe iudicabit orbem terræ in ęquitate, iudicabit populos in iuſtitia. Et factus eſt Dominus refugiũ pauperi: adiutor in opportunitatibus in tribulatione. Et ſperẽt in te qui nouerunt nomẽ tuum: quoniã non dereliquiſti quærentes te Domine. Pſallite Domino qui habitat in Sion: annũtiate inter gentes ſtudia eius. Quoniã requirẽs ſanguinẽ eorũ recordatus eſt: nõ eſt oblitus clamorẽ pauperũ. Miſerere mei Dñe: vide humilitatẽ meã de inimicis meis. Qui exaltas me de portis mortis, vt annuntiẽ omnes laudatiões tuas in portis filię Siõ. Exultabo in ſalutari tuo: infixæ ſunt gẽtes in interitu quẽ fecerunt. In laqueo iſto quẽ abſcõderũt, cõprehenſus eſt pes eorum. Cognoſcetur Dñs iudicia faciẽs: in operib⁹ manuũ ſuarũ cõprehẽſus eſt peccator. Cõuertãtur peccatores in infernũ, omnes gẽtes quæ obliuiſcũtur Deũ. Quoniã non in finẽ obliuio erit pauperis: patiẽtia pauperũ nõ peribit in finẽ. Exurge Domine, nõ cõfortetur homo: iudicẽtur gẽtes in cõſpectu tuo. Cõſtitue Domine legiſlatorẽ ſuper eos: ſciant gẽtes quoniã homines ſunt. Vt quid Domine receſsiſti lõge, deſpicis in oportunitatibus, in tribulatione? Dũ ſuperbit impius, incẽditur pauper: cõprehẽdũtur in cõſilijs quibus cogitãt. Quoniã laudatur peccator in deſyderijs animæ ſuæ, & iniquus benedicitur. Exacerbauit Dñm peccator: ſecundũ multitudinẽ iræ ſuæ nõ quæret. Nõ eſt Deus in cõſpectu eius: inquinatæ ſunt viæ illius in omni tẽpore. Auferũtur iudicia tua à facie eius: omniũ inimicorũ ſuorum dominabitur. Dixit enim in corde ſuo, Nõ mouebor à generatione in generationẽ ſine malo. Cuius maledictiõe os plenũ eſt, & amaritudine, & dolo, ſub lingua eius labor & dolor: Sedet in inſidijs cũ diuitibus: in occultis vt interficiat innocentẽ. Oculi eius in pauperẽ reſpiciũt: inſidiatur in abſcõdito quaſi leo in ſpelũca ſua. Inſidiatur vt rapiat pauperem: rapere pauperẽ dũ attrahit eũ. In laqueo ſuo humiliabit eũ: inclinabit ſe, & cadet cum dominatus fuerit pauperum. Dixit enim in corde ſuo, Oblitus eſt Deus, auertit faciẽ ſuã ne videat in finẽ. Exurge Dñe Deus, exaltetur manus tua: ne obliuiſcaris pauperũ. Propter quid irritauit impius Deũ? dixit enim in corde ſuo, Nõ requiret. Vides, quoniã tu laborẽ & dolorẽ cõſyderas: vt tradas eos in manus tuas. Tibi derelictus eſt pauper orphano tu eris adiutor. Cõtere brachiũ peccatoris & maligni: quæretur peccatũ illius, & nõ inuenietur. Dñs regnabit in æternũ & in ſeculum ſeculi: peribitis gẽtes de terra illius. Deſyderiũ pauperũ exaudiuit Dominus: præparatio nẽ cordis eorũ audiuit auris tua. Iudicare pupillo & humili: vt non apponat vltrà magnificare ſe homo ſuper terram.

Infra 13 b
Rom. 3 b

S. EXPOSTVLAT cum ijs, qui eum negato latitandi loco, ex omni ditione Iſraelis depellebant: ſimulq; prædicat, cum ſuam in Deum fiduciam, tum Dei in bonos & malos iudicium.

In finem Pſalmus Dauid. X.

IN Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ, Trãſmigra in montẽ ſicut paſſer? Quoniã ecce peccatores intenderunt arcũ: parauerunt ſagittas ſuas in pharetra, vt ſagittent in obſcuro rectos corde. Quoniã quæ perfeciſti deſtruxerunt: iuſtus autem quid fecit? Dominus in tẽplo ſancto ſuo: Dominus in cœlo ſedes eius. Oculi eius in pauperẽ reſpiciunt: palpebræ eius interrogant filios hominũ. Dominus interrogat iuſtũ & impiũ: qui autẽ diligit iniquitatẽ, odit animam ſuam. Pluet ſuper peccatores laqueos: ignis, & ſulphur, & ſpiritus procellarũ, pars calicis eorum. Quoniã iuſtus Dominus, & iuſtitias dilexit: æquitatem vidit vultus eius.

Abac. 2 d

S. QVERITVR cõcidiſſe ubiq; iuſtitiã & fidẽ, uerſutos & fraudulẽtos aſſentatores omnia occupare: orat ut Dominus miſertus adflictorum, quos illi diuexant, opem iuxta uerbum ſuum quod fallere non poteſt, ferat, ſuoſq; à perditorum colluuie ſeruet.

In finem pro octaua, Pſalmus Dauid. XI.

SAluum me fac Domine, quoniã defecit ſanctus, quoniã diminutæ ſunt veritates à filijs hominum. Vana locuti ſunt vnuſquiſq; ad proximũ ſuũ: labia doloſa in corde & corde locuti ſunt. Diſperdat Dominus vniuerſa labia doloſa, & linguã magniloquam. Qui dixerunt, Linguam noſtram magnificabimus: labia noſtra à nobis ſunt, quis noſter Dominus eſt? Propter miſeriã inopum, & gemitum pauperũ nunc exurgã, dicit Dominus. Ponam in ſalutari: fiducialiter agã in eo. Eloquia Domini, eloquia caſta: argentum igne examinatum, probatum, terræ purgatũ ſeptuplum. Tu Domine ſeruabis nos: & cuſtodies nos à generatione hac in æternum. In circuitu impij ambulant: ſecundum altitudinem tuam multiplicaſti filios hominum.

S. PETIT fidelis liberari à tentatione, & illuminari.

In finem Pſalmus Dauid. XII.

VSquequo Domine obliuiſceris me in finem? vſquequo auertis faciẽ tuam à me? Quandiu ponam conſilia in anima mea: dolorem in corde meo per diẽ? Vſquequo exaltabitur inimicus meus ſup me? reſpice, & exaudi me Dñe Deus meus. Illumina oculos meos ne vnquã obdormiã in morte: nequãdo dicat inimicus meus, Prævalui aduerſus eum. Qui tribulant me, exultabunt ſi motus fuero, ego autem in miſericordia tua ſperaui. Exultabit cor meũ in ſalutari tuo: cantabo Domino qui bona tribuit mihi: & pſallã nomini Dñi altiſsimi.

S. QVERELA Dauidis, omnia eſſe corruptiſsima, ſimulq; natura impiorum exprimitur, & unde ſit impietas.

In finem Pſalmus Dauid. XIII.

DIxit inſipiẽs in corde ſuo, Non eſt Deus. Corrupti ſunt, & abominabiles facti ſunt in ſtudijs ſuis: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſque ad vnũ. Dominus de cœlo proſpexit ſuper filios hominum: vt videat ſi eſt intelligens aut requirens Deum. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſq; ad vnũ. Sepulchrũ patens eſt gutur eorum: linguis ſuis doloſè agebant, venenum aſpidũ ſub labijs eorũ. Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt: veloces pedes eorum ad effundẽdum ſanguinem. Contritio & infelicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt: non eſt timor Dei ante oculos eorum. Nónne cognoſcent omnes qui operantur iniquitatem, qui deuorant plebem meam ſicut eſcam panis? Dominum non inuocauerunt: illic trepidauerũt timore vbi non erat timor. Quoniam Dominus in generatione iuſta eſt, conſilium inopis confudiſtis: quoniam Dominus ſpes eius eſt. Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? cum auerterit Dominus captiuitatem plebis ſuæ, exultabit Iacob, & lætabitur Iſrael.

Rom. 3 b
Supra 5 c
Rom. 3 b
Supra 9 c
Rom. 3 c
Eſa. 59 b
Roma. 3 e

S. QVIBVS oporteat eſſe moribus præditos ueros cælorũ ciues, & eccleſiæ Dei municipes.

Pſalmus

Psalmus Dauid XIIII.

DOmine quis habitabit in tabernaculo tuo? aut quis requiescet in mõte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula,& operatur iustitiã: Qui loquitur veritatem in corde suo, qui non egit dolũ in lingua sua: Nec fecit proximo suo malum,& opprobrium non accepit aduersus proximos suos: Ad nihilũ deductus est in conspectu eius malignus,timentes autẽ Dominum glorificat: Qui iurat proximo suo,& non decipit,qui pecuniam suam non dedit ad vsuram,& munera super innocentẽ non accepit: Qui facit hęc,nõ mouebitur in æternũ.

S. COMMEMORATIO *summi illius boni,& felicitatis quam homo habere potest in hac terra.*

Tituli inscriptio ipsi Dauid. XV.

COnserua me Domine,quoniam speraui in te.dixi Domino,Deus meus es tu,quoniã bonorum meorũ non eges. Sanctis qui sunt in terra eius mirificauit omnes volũtates meas in eis. Multiplicatæ sunt infirmitates eorũ:postea accelerauerũt. Nõ congregabo conuenticula eorum de sanguinibus:nec memor ero nominũ eorum per labia mea. Dominus,pars hæreditatis meæ & calicis mei,tu es qui restitues hæreditatem meam mihi. Funes ceciderunt mihi in præclaris:etenim hæreditas mea præclara est mihi. Benedicã Dominũ qui tribuit
Act.2 d mihi intellectũ,insuper & vsq; ad noctẽ increpuerunt me renes mei. Prouidebam Dominũ in conspectu meo semper: quoniam à dextris est mihi ne cõmouear. Propter hoc lætatum est cor meum,& exultauit lingua mea:insuper & caro mea requiescet in spe. Quoniam nõ derelinques animam meam in inferno:nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ:adimplebis me lætitia cum vultu tuo:delectationes in dextera tua vsq; in finem.

S. VEHEMENS *& ardens precatio,ut eripiatur à persequutoribus suis.* Oratio Dauid. XVI.

EXaudi Domine iustitiã meam:intende deprecationẽ meam. Auribus percipe orationẽ meam, non in labijs dolosis. De vultu tuo iudicium meum prodeat:oculi tui videant æquitatem. Probasti cor meum,& visitasti nocte:igne me examinasti, & non est inuẽta in me iniquitas. Vt non loquatur os meũ opera hominũ:propter verba labiorum tuorum ego custodiui vias duras. Perfice gressus meos in semitis tuis: vt non moueantur vestigia mea. Ego clamaui quoniam exaudisti me Deus:inclina aurẽ tuam mihi,& exaudi verba mea. Mirifica misericordias tuas,qui saluos facis sperantes in te. A resistentibus dextræ tuæ custodi me vt pupillã oculi. Sub vmbra alarũ tuarum protege me à facie impiorum qui me afflixerunt. Inimici mei animã meã circundederũt,adipem suũ concluserunt,os eorũ locutũ est superbiã. Proijcientes me,nunc circundederunt me: oculos suos statuerunt declinare in terrã. Susceperũt me sicut leo paratus ad prædam,& sicut catulus leonis habitans in abditis. Exurge Domine,præueni eum,& supplanta eum:eripe animã meam ab impio,phrameam tuã ab inimicis manus tuæ. Domine à paucis de terra diuide eos in vita eorum: de absconditis tuis adimpletus est venter eorũ. Saturati sunt filijs:& dimiserũt reliquias suas paruulis suis. Ego autẽ in iustitia apparebo conspectui tuo:satiabor cum apparuerit gloria tua.

S. INSIGNE *epinicion est,quo celebrat victorias,& gratum sese exhibet,ostendit quantis pij sæpe periculis immergantur, quomodo liberentur,quid agant,quomodo grati sint.*

In finẽ puero Domini Dauid,qui locutus est Dño verba cãtici huius,in die qua eripuit eum Dñs de manu omnium inimicorũ eius,& de manu Saul,& dixit, XVII.

A DIligam te Domine fortitudo mea: Dominus firmamentũ meum,& refugiũ meum, & liberator meus. Deus meus adiutor meus: & sperabo in eum: Protector meus,& cornu salutis meæ,& susceptor meus. Laudans inuocabo Dominum: & ab inimicis meis saluus ero. Circundederũt me dolores mortis, & torrentes iniquitatis conturbauerunt me. Dolores inferni circundederunt me:præoccupauerũt me laquei mortis. In tribulatidne mea inuocaui Dominũ, & ad Deum meum clamaui: Et exaudiuit de tẽplo sancto suo vocẽ meam, & clamor meus in cõspectu eius introiuit in aures eius. Commota est & cõtremuit terra:& fundamẽta montium conturbata sunt,& cõmota sunt,quoniã iratus est eis. Ascendit fumus in ira eius:& ignis à facie eius exarsit: carbones succensi sunt ab eo: Inclinauit cœlos,& descẽdit:& caligo sub pedi
B bus eius. Et ascendit super cherubim,& volauit:volauit super pennas vẽtorum. Et posuit tenebras latibulũ suum,in circuitu eius tabernaculum eius: tenebrosa aqua in nubibus aeris. Præfulgore in conspectu eius nubes transierũt,grãdo,& carbones ignis. Et intonuit de cælo Dominus,& altissimus dedit vocẽ suam:grando & carbones ignis. Et misit sagittas suas,& dissipauit eos:fulgura multiplicauit,& cõturbauit eos. Et apparuerũt fontes aquarũ,& reuelata sunt fundamenta orbis terrarũ. Ab increpatione tua Domine, ab inspiratione spiritus iræ tuæ. Misit de summo,& accepit me:& assumpsit me de aquis multis. Eripuit me de inimicis meis fortissimis,& ab his qui oderunt me:quoniã confortati sunt super me. Præuenerunt me in die afflictionis meæ: & factus est Dominus protector meus. Et eduxit me in latitudinẽ:saluũ me fecit,quoniã voluit me. Et retribuet mihi Dñs secundũ iustitiã meam,& secundũ puritatem manuum mearũ retribuet mihi. Quia custodiui vias Domini,nec impiè gessi à Deo meo. Quoniam omnia iudicia
C eius in conspectu meo:& iustitias eius non repuli à me. Et ero immaculatus cum eo: & obseruabo me ab iniquitate mea. Et retribuet mihi Dominus secundũ iustitiã meam: & secundũ puritatem manum mearum in conspectu oculorum eius, Cum sancto sanctus eris: & cum viro innocente innocens eris. Et cum electo electus eris:& cum peruerso peruerteris. Quoniã tu populũ humilem saluum facies:& oculos superborum humiliabis. Quoniã tu illuminas lucernã meã Domine:Deus meus illumina tenebras meas. Quoniam in te eripiar à tentatione:& in Deo meo transgrediar murum. Deus meus impolluta via eius: eloquia Domini igne examinata:protector est omniũ sperantiũ in se. Quoniã quis Deus præter Dominum? aut quis Deus præter Deum nostrum? Deus qui præcinxit me virtute:& posuit immaculatã viam meam. Qui perfecit pedes meos tan quam ceruorum; & super excelsa statuens me: Qui docet 2. Reg. 22
manus meas ad prælium:& posuisti vt arcum æreum brachia mea. Et dedisti mihi protectionem salutis tuæ:& dextera tua suscepit me.* Et disciplina tua correxit me in finem " &
D disciplina tua ipsa me docebit. Dilatasti gressus meos subtus me:& nõ sunt infirmata vestigia mea. Persequar inimicos meos,& cõprehendã illos:& nõ cõuertar donec deficiãt. Cõfringã illos,nec poterunt stare:cadẽt subtus pedes meos. Et præcinxisti me virtute ad bellum:supplantasti insurgẽtes in me subtus me. Et inimicos meos dedisti mihi dorsum: & odiẽtes me disperdidisti. Clamauerunt,nec erat q saluos faceret:ad Dominum,nec exaudiuit eos. Et comminuam eos vt pulueren ante faciem venti:vt lutum platearum delebo eos. Eripies me de cõtradictionibus populi:constitues me in caput Gentium. Populus quem non cognoui seruiuit mihi:in auditu auris obediuit mihi. Filij alieni mentiti sunt mihi,filij alieni inueterati sunt,& claudicauerunt à semitis suis. Viuit Dominus,& bñdictus Deus meus,& exaltetur Deus salutis meæ. Deus qui das vindictas mihi,& subdis

Heb.2 c

Abiectio Iudæorũ

Gentũ electio.

subdis populos sub me, liberator meus de inimicis meis iracundis. Et ab insurgentibus in me exaltabis me: à viro' iniquo eripies me. Propterea confitebor tibi in nationibus Domine: & nomini tuo psalmũ dicam. Magnificans salutes regis eius, & faciẽs misericordiam Christo suo Dauid, & semini eius vsque in seculum.

1.Reg.22 d
Rom.15 b

S. ENCOMIVM *est diuini uerbi, in quo uim & energiam uerbi Dei explicat: stultitia illorum proditur qui oppugnant aut contemnunt uerbum Dei, felicitas illorum quos Deus suo uerbo dignatur, ostenditur.*

In finem, Psalmus Dauid XVIII.

COeli enarrant gloriam Dei, & opera manuum eius annuntiat firmamentũ. Dies, diei eructat verbum: & nox nocti indicat scientiam. Non sunt loquelæ neque sermones, quorum non audiantur voces eorum. In omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. In sole posuit tabernaculum suum: & ipse tanquã sponsus procedens de thalamo suo, Exultauit vt gigas ad currendam viã. à summo cœlo egressio eius, Et occursus eius vsq; ad summum eius: nec est qui se abscondat à calore eius. Lex Domini immaculata, conuertens animas: testimonium Domini, fidele, sapientiam præstans paruulis. Iustitiæ Domini, rectæ, lætificantes corda: præceptum Domini lucidum, illuminans oculos. Timor Domini sanctus permanens in seculum seculi: iudicia Domini, vera, iustificata in semetipsa. Desyderabilia super aurum & lapidẽ pretiosum multum: & dulciora super mel & fauum. Etenim seruus tuus custodit ea: in custodiendis illis retributio multa. Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me: & ab alienis parce seruo tuo. Si mei non fuerint dominati, tunc immaculatus ero, & emundabor à delicto maximo. Et erunt vt complaceant eloquia oris mei: & meditatio cordis mei in cõspectu tuo semper. Domine adiutor meus & redemptor meus.

Rom.10 d
Luc.24 g

S. PRECATIO *est, qua populus salutem regi Dauidi ad bellum difficile & anceps proficiscẽti, orauit, & gratulatio simul de salute & victoria sibi diuinitus donata.*

Psalmus Dauid XIX.

EXaudiat te Dominus in die tribulationis: protegat te nomen Dei Iacob. Mittat tibi auxiliũ de sancto: & de Sion tueatur te. Memor sit omnis sacrificij tui: & holocaustum tuum pingue fiat. Tribuat tibi secundum cor tuum: & omne consilium tuum confirmet. Lætabimur in salutari tuo: & in nomine Dei nostri magnificabimur. Impleat Dominus omnes petitiones tuas: nunc cognoui quoniam saluum fecit Dominus CHRISTVM suum. Exaudiat illum de cœlo sancto suo: in potẽtatibus salus dexteræ eius. Hi in curribus, & hi in equis: nos autẽ in nomine Domini Dei nostri inuocabimus. Ipsi obligati sunt & ceciderunt: nos autem surreximus & erecti sumus. Domine saluum fac regem: & exaudi nos in die qua inuocauerimus te.

S. EPINICION *est, quo de uictoria & reliquis Dei beneficijs, quibus Dauid insigniter cumulatus fuerat, populus gratulari solebat, Deumq; cuius beneuolentiæ omnia ferebat accepta, collaudabat.*

In finem Psalmus Dauid XX.

DOmine in virtute tua lætabitur rex: & super salutare tuum exultabit vehementer: Desyderium cordis eius tribuisti ei: & voluntate labiorum eius non fraudasti eum. Quoniam præuenisti eum in benedictionibus dulcedinis: posuisti in capite eius coronam de lapide pretioso. Vitam petijt à te: & tribuisti ei longitudinem dierum in seculum & in seculum seculi. Magna est gloria eius in salutari tuo: gloriã & magnum decorem impones super eum. Quoniam dabis eũ in benedictionẽ in seculum seculi: lætificabis eum in gaudio cum vultu tuo. Quoniã rex sperat in Domino: & in misericordia altissimi non cõmouebitur. Inueniatur manus tua omnibus inimicis tuis: dextera tua inueniat omnes qui te oderunt. Pones eos vt clibanum ignis in tempore vultus tui; Dominus in ira sua conturbabit eos, & deuorabit eos ignis. Fructum eorum de terra perdes: & semen eorum à filijs hominum. Quoniam declinauerunt in te mala: cogitauerunt consilia quæ non potuerũt stabilire. Quoniã pones eos dorsum: in reliquijs tuis præparabis vultum eorũ. Exaltare Domine in virtute tua: cantabimus & psallemus virtutes tuas.

S. DAVID *Christi se typum apertè admodum hoc Psalmo exhibet. Primum ergo summam eius deiectionem, indè exaltationem, regniq; eius, & ad orbis terminos propagationem, & ad finem usque seculi deductionem, adumbratam in se canit.*

In finem pro susceptione matutina, Psalmus Dauid XXI.

A DEus Deus meus respice in me: quare me dereliquisti? longe à salute mea verba delictorum meorum. Deus meus clamabo per diem, & non exaudies: & nocte, & non ad insipientiam mihi. Tu autem in sancto habitas, laus Israel. In te sperauerunt patres nostri: sperauerunt, & liberasti eos. Ad te clamauerunt, & salui facti sunt: in te sperauerunt, & non sunt confusi. Ego autem sum vermis & non homo: opprobrium hominum & abiectio plebis. Omnes videntes me, deriserunt me: locuti sunt labijs, & mouerunt caput. Sperauit in Do-
B mino, eripiat eum, saluum faciat eum, quoniam vult eum. Quoniam tu es qui extraxisti me de ventre: spes mea ab vberibus matris meæ, in te proiectus sum ex vtero. De ventre matris meæ Deus meus es tu: ne discesseris à me. Quoniã tribulatio proxima est, quoniam non est qui adiuuet. Circundederunt me vituli multi: tauri pingues obsederunt me. Aperuerunt super me os suum: sicut leo rapiens & rugiens. Sicut aqua effusus sum: & dispersa sunt omnia ossa mea. Factum est cor meum tanquam cera liquescens, in medio ventris mei. Aruit tanquam testa virtus mea, & lingua mea adhæsit faucibus meis: & in puluerem mortis deduxisti me.
C Quoniam circundederunt me canes multi: concilium malignantiũ obsedit me. Foderũt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi vero consyderauerunt & inspexerunt me: diuiserunt sibi vestimenta mea, & super vestem meam miserunt sortem. Tu autem Domine ne elongaueris auxilium tuum à me: ad defensionem meam conspice. Erue à phramea animam meam: & de manu canis vnicam meam. Salua me ex ore leonis: & à cornibus vnicornium humilitatem meam. Narrabo nomen tuum fratribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te. Qui timetis Deũ laudate eum: vniuersum semen Iacob glorificate eum. Timeat eum omne semen Israel: quoniam non spreuit neque despexit deprecationem pauperis. Nec auertit faciem suã à me: & cum clamarẽ ad eum, exaudiuit me. Apud te laus
D mea in ecclesia magna: vota mea reddam in conspectu timentium eum. Edent pauperes & saturabuntur; & laudabunt Dominum qui requirunt eum: viuent corda eorum in seculum seculi. Reminiscentur, & conuertentur ad Domi num vniuersi fines terræ, Et adorabunt in conspectu eius vniuersæ familiæ gentium. Quoniam Domini est regnũ: & ipse dominabitur gentium. Mãducauerunt & adorauerunt omnes pingues terræ: in conspectu eius cadent omnes qui descendunt in terram. Et anima mea illi viuet: & semen meum seruiet ipsi. Annũtiabitur Domino generatio ventura: & annuntiabunt cœli iustitiam eius populo qui nascetur, quem fecit Dominus.

Matt.27 c
Mar.15 c
Matt.27 d
Matt.27 d
Ioan.19 e

S. COMMEMORATIO *gratiæ fauoris & beneficiorum* Dei, *sub allegoria pastorali.*

Psalmus Dauid XXII.

Esa.40 Hiere.23 Ezec.24 DOminus regit me, & nihil mihi deerit: in loco pascuæ ibi me collocauit. Super aquam refectionis educauit me: animam meam conuertit. Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suum. Nam & si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala: quoniam tu mecum es. Virga tua & baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mēsam aduersus eos qui tribulāt me. Impinguasti in oleo caput meum: & calix meus inebrians quàm præclarus est? Et misericordia tua subsequetur me omnibus diebus vitæ meæ: Et vt inhabitem in domo Domini, in longitudinem dierum.

S. QVVM *admonitus esset* Dauid, *templum extruendum in monte Moria, incomparabilem* Dei *erga Israelitas bonitatē canit, inter quos sedem sibi peculiarē delegerat, quū omnis terra eius esset. Ostendit præterea quibus uerè in loco sancto* Dei *locus pateat.*

Psalmus Dauid prima sabbathi. XXIII.

1. Cor. 10 f DOmini est terra, & plenitudo eius: orbis terrarum & vniuersi qui habitant in eo. Quia ipse super maria fundauit eum: & super flumina præparauit eum. Quis ascendet in montem Domini? aut quis stabit in loco sancto eius? Innocens manibus & mundo corde, qui non accepit in vano animam suam, nec iurauit in dolo proximo suo. Hic, accipiet benedictionem à Domino, & misericordiam à Deo salutari suo. Hæc est generatio quærentium eum, quærentium faciem Dei Iacob. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus fortis & potens, Dominus potens in prælio. Attollite portas principes vestras, & eleuamini portæ æternales: & introibit rex gloriæ. Quis est iste rex gloriæ? Dominus virtutum ipse est rex gloriæ.

S. ORAT Dominum *ut peccatis se liberet, uias suas doceat, hostiumq; furori eripiat, quod bonitatis suæ propriū sit: orat etiam pro populo* Dei.

Psalmus Dauid XXIIII.

A AD te Domine leuaui animam meam: Deus meus in te confido non erubescam. Neque irrideant me inimici mei: etenim vniuersi qui sustinent te, non confundentur. Confundantur omnes iniqua agentes superuacuè. Vias tuas Domine demonstra mihi: & semitas tuas edoce me. Dirige me in veritate tua, & doce me: quia tu es Deus saluator meus, & te sustinui tota
B die. Reminiscere miserationū tuarū Domine, & misericordiarum tuarū quæ à seculo sunt. Delicta iuuētutis meæ, & ignorantias meas ne memineris. Secundum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam Domine. Dulcis & rectus Dominus: propter hoc legē dabit delinquentibus in via. Diriget mansuetos in iudicio: docebit mites vias suas. Vniuersæ viæ Domini, misericordia & veritas re
C quirentibus testamētum eius, & testimonia eius. Propter nomen tuum Domine propitiaberis peccato meo: multum est enim. Quis est homo qui timet Dominū? legem statuit ei in via quam elegit. Anima eius in bonis demorabitur: & semen eius hæreditabit terram. Firmamentū est Dominus timentibus eum: & testamentum ipsius vt manifestetur illis. Oculi mei semper ad Dominum: quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos. Respice in me & miserere mei: quia vnicus & pauper sum ego. Tribulationes cordis mei multipli
D catæ sunt: de necessitatibus meis erue me. Vide humilitatem meam & laborem meū: & dimitte vniuersa delicta mea. Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, & odio iniquo oderunt me? Custodi animā meam, & erue me: nō erubescam, quoniam speraui in te. Innocentes & recti adhæserunt mihi: quia sustinui te. Libera Deus, Israel, ex omnibus tribulationibus suis.

S. PRECATIO *est corā tribunali* Dei, *ut se uindicet ab hostibus.*

In finem, Psalmus Dauid XXV.

IVdica me Domine, quoniam ego in innocentia mea ingressus sum: & in Domino sperans non infirmabor. Proba me Domine, & tēta me: vrenes meos & cor meum. Quoniā misericordia tua ante oculos meos est: & complacui in veritate tua. Non sedi cum cōcilio vanitatis, & cū iniqua gerentibus non introibo. Odiui ecclesiā malignantiū: & cum impijs nō sedebo. Lauabo inter innocētes manus meas: & circúndabo altare tuum Domine, Vt audiā vocem laudis tuæ, & enarrem vniuersa mirabilia tua. Domine dilexi decorē domus tuæ, & locū habitationis gloriæ tuæ. Ne perdas cū impijs animam meam, & cum viris sanguinum vitam meam: In quorum manibus iniquitates sunt: dextera eorum repleta est muneribus. Ego autem in innocentia mea ingressus sum: redime me, & miserere mei. Pes meus stetit in directo: in ecclesiijs benedicam te Domine.

S. IDEM *cum superiori orat ut ab hostibus liberet, & eum in uia dirigat.*

Psalmus Dauid prius quàm liniretur. XXVI.

A DOminus illuminatio mea, & salus mea: quem timebo? Dominus protector vitæ meæ: à quo trepidabo? Dum appropiant super me nocentes, vt edant carnes meas: Qui tribulāt me inimici mei, ipsi infirmati sunt & ceciderunt. Si cōsistant adB uersum me castra, non timebit cor meū. Si exurgat aduersum me prælium: in hoc ego sperabo. Vnam petij à Domino, hanc requiram, vt inhabitem in domo Domini omnibus diebus vitæ meæ, Vt videam voluntatē Domini, & visitē templum eius. Quoniā abscondit me in tabernaculo suo: in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui. In petra exaltauit me: & nunc exaltauit caput meū super inimicos meos. Circuiui, & immolaui in tabernaculo eius hoC stiam vociferationis: cantabo & psalmum dicam Domino. Exaudi Domine vocē meā qua clamaui ad te: miserere mei, & exaudi me. Tibi dixit cor meū, exquisiuit te facies mea: faciem tuā Domine requirā. Ne auertas faciē tuā à me: ne declines in ira à seruo tuo. Adiutor meus esto: ne derelinD quas me, neq; despicias me Deus salutaris meus. Quoniā pater meus & mater mea dereliquerūt me: Dominus autem assumpsit me. Legem pone mihi Domine in via tua: & dirige me in semita recta propter inimicos meos. Ne tradideris me in animas tribulantium me: quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, & mētita est iniquitas sibi. Credo videre bona Domini in terra viuentium. Expecta Dominum, viriliter age: & confortetur cor tuum, & sustine Dominum.

S. ORAT *opem diuinā, exauditus gratias agit, orat pro populo.*

Huic Dauid, XXVII.

AD te Domine clamabo, Deus meus ne sileas à me: nequando taceas à me, & assimilabor descendentibus in lacum. Exaudi Domine vocē deprecationis meæ dum oro ad te, dum extollo manus meas ad templū sanctum tuū. Ne simul trahas me cum peccatoribus: & cum operantibus iniquitatem ne perdas me: Qui loquuntur pacē cum proximo suo, mala autem in cordibus eorū. Da illis secundū opera eorum, & secundum nequitiam adinuentionum ipsorum: Secundum opera manuum eorum tribue illis: redde retributionem eorum ipsis. Quoniam non intellexerunt opera Domini, & in opera manuum

nuum eius:deſtrues illos & nõ ædificabis eos. Benedictus Dominus: quoniam exaudiuit vocem deprecationis meæ. Dominus adiutor meus & protector meus: & in ipſo ſperauit cor meum,& adiutus ſum. Et refloruit caro mea:& ex voluntate mea confitebor ei. Dominus fortitudo plebis ſuæ:& ptotector ſaluationum chriſti ſui eſt. Saluum fac populum tuum Domine,& benedic hæreditati tuæ: & rege eos & extolle vſque in æternum.

S. HORTATVR *omnes homines ad laudem Dei, deinde celebrat magnificentiam Dei.*

Pſal. Dauid in cõſummatione tabernaculi. XXVIII.

AFferte Domino filij Dei: afferte Domino filios arietum. Afferte Domino gloriã & honorem, afferte Domino gloriam nomini eius: adorate Dominũ in atrio ſancto eius. Vox Domini ſuper aquas, Deus maieſtatis intonuit: Dominus ſuper aquas multas. Vox Domini in virtute: vox Domini in magnificentia. Vox Domini confringentis cedros: & confringet Dominus cedros Libani, Et comminuet eas tanquam vitulum Libani:& dilectus quemadmodum filius vnicornium. Vox Domini intercidentis flammã ignis: vox Domini concutientis deſertum,& commouebit Dominus deſertum Cades. Vox Domini præparantis ceruos,& reuelabit condẽſa:& in templo eius omnes dicẽt gloriam. Dominus diluuium inhabitare facit:& ſedebit Dominus rex in æternũ. Dominus virtutem populo ſuo dabit: Dominus benedicet populo ſuo in pace.

S. GRATIAS *agit Domino, qui ex caſibus difficillimis eum duxerat ad ſtatum feliciorem.*

Pſalmus cantici in dedicatiõe domus Dauid. XXIX.

A EXaltabo te Domine, quoniam ſuſcepiſti me: nec delectaſti inimicos meos ſuper me. Domine Deus meus clamaui ad te:& ſanaſti me. Domine eduxiſti ab inferno animam meam: ſaluaſti me à deſcendentibus in lacum. Pſallite Domino ſancti eius: &
B confitemini memoriæ ſanctitatis eius. Quoniam ira in indignatione eius:& vita in voluntate eius. Ad veſperum demorabitur fletus:& ad matutinum lætitia. Ego autem dixi in abundantia mea, Non mouebor in æternum. Domi-
C ne in voluntate tua præſtitiſti decori meo virtutem. Auertiſti faciem tuam à me, & factus ſum conturbatus. Ad te Domine clamabo,& ad Deum meum deprecabor. Quæ vtilitas in ſanguine meo dum deſcendero in corruptionem?
D Nunquid confitebitur tibi puluis, aut annuntiabit veritatem tuam? Audiuit Dominus,& miſertus eſt mei: Dominus factus eſt adiutor meus. Cõuertiſti planctũ meũ in gaudium mihi: concidiſti ſaccum meum, & circundediſti me lætitia: Vt cantet tibi gloria mea,& non compungar: Domine Deus meus in æternum confitebor tibi.

S. DAVID *typus* CHRISTI *primo refert in quantis periculis fuerit, quid cogitarit, quid orarit, quidq; fecerit quum in deſerto Maon à Saule cingeretur. Secundo quomodo liberatus. Tertio hortatur omnes fideles ad ſtudium Dei qui à ſe pendentes non deſerere poteſt.*

In finem Pſalmus Dauid. XXX.

A IN te Domine ſperaui, non confundar in æternum: in iuſtitia tua libera me. Inclina ad me aurem tuam: accelera vt eruas me. Eſto mihi in Deum protectorem,& in domum refugij: vt ſaluum me facias. Quoniam fortitudo mea & refugium meũ es tu: & propter nomen tuum deduces me, & enutries
e.23.f me: Educes me de laqueo hoc quem abſconderunt mihi: quoniam tu es protector meus. In manus tuas commendo ſpiritũ meum: redemiſti me Domine Deus veritatis. Odi-
B ſti obſeruantes vanitates ſuperuacue. Ego autem in Domino ſperaui: exultabo & lætabor in miſericordia tua, Quoniam reſpexiſti humilitatem meam, ſaluaſti de neceſsitatibus animam meam. Nec cõcluſiſti me in manibus inimici: ſtatuiſti in loco ſpatioſo pedes meos. Miſerere mei Domine quoniam tribulor: conturbatus eſt in ira oculus meus, anima mea,& venter meus: Quoniam defecit in dolore vita mea,& anni mei in gemitibus: Infirmata eſt in paupertate virtus mea,& oſſa mea conturbata ſunt. Super omnes ini-
C micos meos factus ſum opprobrium vicinis meis valde, & timor notis meis. Qui videbant me, foras fugerunt à me: obliuioni datus ſum tanquã mortuus à corde. Factus ſum tanquam vas perditum: quoniam audiui vituperationẽ multorum cõmorantium in circuitu. In eo dum conuenirent ſimul aduerſum me, accipere animam meam conſiliati ſunt, Ego autẽ in te ſperaui Domine: dixi, Deus meus es tu, in manibus tuis ſortes meæ. Eripe me de manu inimicorũ meorum,& à perſequẽtibus me. Illuſtra faciẽ tuam ſuper ſeruũ tuũ, ſaluum me fac in miſericordia tua: Domine non confundar, quoniã inuocaui te. Erubeſcant impij,& deducantur in in
D fernũ: muta fiãt labia doloſa Quæ loquũtur aduerſus iuſtũ iniquitatẽ in ſuperbia & in abuſione. Quàm magna multitudo dulcedinis tuæ Domine, quam abſcõdiſti timẽtibus te. Perfeciſti eis qui ſperant in te, in cõſpectu filiorũ hominum. Abſcõdes eos in abſcondito faciei tuæ à cõturbatione hominũ: Proteges eos in tabernaculo, à cõtradictione linguarũ. Benedictus Dominus: quoniã mirificauit miſericordiã ſuam mihi in ciuitate munita. Ego autem dixi in exceſſu mentis meæ, Proiectus ſum à facie oculorũ tuorũ. Ideo exaudiſti vocẽ orationis meæ, dum clamarẽ ad te. Diligite Dominũ omnes ſancti eius: quoniã veritatẽ requiret Dominus, & retribuet abundanter facientibus ſuperbiã. Viriliter agite,& confortetur cor veſtrum, omnes qui ſperatis in Domino.

S. DOCET *quanta ſit iſtius hominis felicitas, qui aſſequutus ſit* [redacted] *ueniam peccatorum ſuorum.*

Ipſi Dauid intellectus. XXXI.

A BEati quorum remiſſæ ſunt iniquitates, & quorũ tecta ſunt peccata. Beatus vir, cui non imputauit Dominus peccatũ, nec eſt in ſpiritu eius dolus. Quoniam tacui, inueterauerunt oſſa mea, dum clamarẽ tota die. Quoniã die ac nocte grauata eſt ſuper me manus tua: conuerſus ſum in ærumna mea, dum con-
B figitur ſpina. Delictum meum cognitũ tibi feci:& iniuſtitiam meã non abſcõdi. Dixi, Confitebor aduerſum me iniuſtitiam meam Domino:& tu remiſiſti impietatem peccati mei. Pro hac orabit ad te omnis ſanctus in tẽpore opportuno. Verũtamen in diluuio aquarũ multarũ, ad eum nõ ap-
C proximabunt. Tu es refugiũ meum à tribulatione quæ circundedit me: exultatio mea, erue me à circundantibus me. Intellectum tibi dabo,& inſtruam te in via hac qua gradieris: firmabo ſuper te oculos meos. Nolite fieri ſicut equus &
D mulus, quibus non eſt intellectus. In camo & fræno maxillas eorum conſtringe qui non approximant ad te. Multa flagella peccatoris: ſperantem autem in Domino miſericordia circũdabit. Lætamini in Domino & exultate iuſti: & gloriamini omnes recti corde. Deus do[redacted] ſter. [redacted] ditor no-

S. AD *celebrãdum Deum inuitat, omnia eius bonitate plena eſſe prædicat, idcirco ei hærendum & fidendum.*

In finem Pſalmus Dauid. XXXII.

A EXultate iuſti in Domino: rectos decet collaudatio. Confitemini Domino in cithara: in pſalterio decem chordarũ pſallite illi. Cantate ei canticum nouum: bene pſallite ei in vociferatione. Quia rectum eſt verbum Domini,& omnia opera eius in fide. Diligit miſericordiã & iudicium: miſericordia Domi-

B ni plena est terra. Verbo Domini cœli firmati sunt:& spi-
Misericordia Dei. ritu oris eius omnis virtus eorum. Congregans sicut in vtre
aquas maris:ponens in thesauris abyssos. Timeat Dominũ
omnis terra:ab eo autem commoueantur omnes inhabitantes
Iudith 16.c orbem. Quoniam ipse dixit,& facta sunt:ipse mãdauit,&
creata sunt. Dominus dissipat consilia gentiũ:reprobat au
tem cogitationes populorũ,& reprobat consilia principum.
C Consilium autẽ Domini in æternum manet:cogitationes cor
Populus beatus. dis eius in generatione & generationẽ. Beata gẽs cuius est
Dominus Deus eius:populus quem elegit in hæreditatẽ sibi.
De cœlo respexit Dominus, vidit omnes filios hominum.
De præparato habitaculo suo respexit super omnes qui ha-
bitant terram. Qui finxit sigillatim corda eorũ: qui intel-
Homo suis viribus nõ saluatur. ligit omnia opera eorũ. Non saluatur rex per multã virtu-
tem:& gigas nõ saluabitur in multitudine virtutis suæ. Fal
D lax equus ad salutẽ:in abũdantia autẽ virtutis suæ nõ saluabi-
Qui Domino sint curæ. tur. Ecce oculi Domini super metuẽtes eũ,& in eis qui spe
rant super misericordia eius, Vt eruat à morte animas eo-
rũ,& alat eos in fame. Anima nostra sustinet Dominũ: quo-
niam adiutor & protector noster est. Quia in eo lætabitur
cor nostrũ:& in nomine sancto eius sperauimus. Fiat mise
ricordia tua Dñe super nos, quemadmodũ sperauimus in te.

S. DAVID ereptus per Dei bonitatem è periculo mortis, gratias agit. Hortatur omnes homines ut talem Deum obseruent, eiq; spiritu seruiant.

Dauidi cum immutauit vultum suum coram Abimélech,
& dimisit eum,& abijt. XXXIII.

A BEnedicam Dominum in omni tempore: semper
laus eius in ore meo. In Domino laudabitur
anima mea:audiant mansueti,& lætentur. Ma
gnificate Dominum mecũ:& exaltemus nomen
eius in idipsum. Exquisiui Dñm,& exaudiuit me: & ex
omnibus tribulationibus meis eripuit me. Accedite ad eũ,
B & illuminamini:& facies vestræ nõ cõfundẽtur. Iste pau-
per clamauit,& Dñs exaudiuit eum: & ex omnibus tribula-
tionibus eius saluauit eũ. Immittet angelus Domini in cir-
cuitu timentiũ eum:& eripiet eos. Gustate,& videte quo
niam suauis est Dominus:beatus vir qui sperat in eo. Ti-
mete Dominum omnes sancti eius:quoniam non est inopia
timentibus eum. Diuites eguerunt & esurierũt:inquiren-
C tes autẽ Dominũ nõ minuẽtur omni bono. Venite filij,au
1.Pet.3.b dite me:timorẽ Domini docebo vos. Quis est homo qui
vult vitã,diligit dies videre bonos? Prohibe linguã tuam
à malo,& labia tua ne loquãtur dolum. Diuerte à malo &
Eccli.15.d fac bonum,inquire pacẽ & persequere eã. Oculi Domini
Hebr.4.c super iustos:& aures eius in preces eorũ. Vultus autẽ Do
mini super facientes mala: vt perdat de terra memoriam eo
D rum. Clamauerunt iusti,& Dominus exaudiuit eos:& ex
omnibus tribulationibus eorũ liberauit eos. Iuxta est Do
minus ijs qui tribulato sunt corde:& humiles spiritu saluabit.
Multæ tribulationes iustorum: & de omnibus his liberabit
eos Dominus. Custodit Dominus omnia ossa eorũ:vnum
ex his nõ conteretur. Mors peccatorũ pessima:& qui ode
runt iustum delinquent. Redimet Dominus animas seruo
rum suorum:& non delinquent omnes qui sperant in eo.

S. IMPLORAT opem Dei ut iudicis: qui causam suam agat, & eum liberet.

Huic Dauid. XXXIIII.

A IVdica Domine nocentes me: expugna impu-
gnantes me. Apprehende arma & scutum:&
exurge in adiutorium mihi. Effunde phra-
meam,& conclude aduersus eos qui persequun-
tur me:dic animæ meæ,Salus tua ego sum. Confundantur
& reuereantur quærẽtes animã meam. Auertantur retror
sum & cõfundantur cogitantes mihi mala. Fiant tanquam
puluis ante faciem venti,& angelus Domini coarctans eos.
B Fiant viæ illorũ tenebræ & lubricũ:& angelus Domini per-
sequens eos. Quoniã gratis absconderunt mihi interitũ la-
quei sui:superuacuè exprobrauerũt animã meam. Veniat
illi laqueus quẽ ignorat,& captio quam abscondit apprehen
dat eũ:& in laqueũ cadat in ipsum. Anima autẽ mea exul-
tabit in Dño: & delectabitur super salutari suo. Omnia
ossa mea dicent, Domine,quis similis tibi? Eripiens inopẽ
de manu fortiorũ eius:egenum & pauperẽ à diripiẽtibus eũ.
Surgentes testes iniqui, quæ ignorabam interrogabant me.
C Retribuebant mihi mala pro bonis:sterilitatem animæ meæ.
Ego autem cũ mihi molesti essent, induebar cilicio. Humi
liabam in ieiunio animam meam:& oratio mea in sinu meo
cõuertetur. Quasi proximũ,& quasi fratrem nostrum,sic
complacebam: quasi lugens & contristatus sic humiliabar.
Et aduersum me lætati sunt,& conuenerunt:congregata sunt
super me flagella,& ignoraui. Dissipati sunt nec cõpũcti,
tentauerunt me,subsannauerunt me subsannatione:frenduе-
runt super me dẽtibus suis. Domine quãdo respicies? resti
tue animã meam à malignitate eorũ,à leonibus vnicã meam.
Confitebor tibi in ecclesia magna, in populo graui laudabo
te. Non supergaudeãt mihi qui aduersantur mihi inique, qui Ioan.15.d
oderunt me gratis,& annuũt oculis. Quoniã mihi quidem
D pacificè loquebãtur:& in iracundia terræ loquẽtes,dolos co-
gitabant. Et dilatauerũt super me os suum:dixerũt, Euge
euge,viderunt oculi nostri. Vidisti Dñe,ne sileas:Domi-
ne ne discedas à me. Exurge & intende iudicio meo:Deus
meus,& Dominus meus in causam meã. Iudica me secun
dum iustitiam tuã Domine Deus meus:& non supergaudeãt
mihi. Non dicant in cordibus suis,Euge,euge,animæ no-
stræ:nec dicant,Deuorabimus eũ. Erubescant & reuerean
tur simul qui gratulantur malis meis. Induantur confusio-
ne & reuerentia qui maligna loquuntur super me. Exultẽt
& lætentur qui volunt iustitiam meam:& dicant semper,
Magnificetur Dominus, qui volunt pacẽ serui eius. Et lin
gua mea meditabitur iustitiam tuam,tota die laudem tuam.

S. OSTENDIT originem sanctæ & impuræ uitæ, utriusq; exitum: addit preces, ut semper hæreat in parte sanctorum.

In finem seruo Domini Dauid. XXXV.

DIxit iniustus vt delinquat in semetipso, nõ est ti-
mor Dei ante oculos eius. Quoniã dolose egit
in conspectu eius: vt inueniatur iniquitas eius ad
odium. Verba oris eius iniquitas & dolus:no-
luit intelligere vt bene ageret. Iniquitatẽ meditatus est in
cubili suo: astitit omni viæ non bonæ, malitiam autem non
odiuit. Domine in cœlo misericordia tua: & veritas tua
vsque ad nubes. Iustitia tua sicut montes Dei: iudicia tua
abyssus multa. Homines & iumẽta saluabis Domine:quẽ-
admodum multiplicasti misericordiã tuam Deus. Filij au-
tem hominũ in tegmine alarum tuarũ sperabunt. Inebria-
buntur ab vbertate domus tuæ: & torrente voluptatis tuæ
potabis eos. Quoniam apud te est fons vitæ:& in lumine
tuo videbimus lumen. Prætende Domine misericordiam
tuam scientibus te, & iustitiam tuam his qui recto sunt cor-
de. Non veniat mihi pes superbiæ: & manus peccatoris
non moueat me. Ibi ceciderunt omnes qui operantur ini-
quitatem:expulsi sunt,nec potuerunt stare.

S, NE urat bonos malorũ prosperitas, canit timẽtibus Deũ & ex iustitia uiuentibus omnia optime cessura, eosq; uerè felices futuros: impios autẽ, utcũq; ad tẽpus florere uideãtur, tandẽ excindendos.

Ipsi Dauid. XXXVI.

A NOli æmulari in malignantibus, neque zelaueris
facientes iniquitatem, Quoniam tanquam fœ-
num velociter arescent: & quemadmodum ole-
ra herbarum cito decident. Spera in Domine,
& fac

& fac bonitatem, & inhabita terram, & pascêris in diuitijs eius. Delectare in Domino:& dabit tibi petitiones cordis tui. Reuela Domino viam tuã,& spera in eo:& ipse faciet. Et educet quasi lumen iustitiam tuã,& iudicium tuum tanquam meridem:subditus esto Domino,& ora eum. Noli æmulari in eo qui prosperatur in via sua,in homine faciente iniustitias. Desine ab ira,& derelinque furorẽ:noli æmulari vt maligneris. Quoniam qui malignãtur exterminabuntur:sustinentes autẽ Dominũ ipsi hæreditabunt terram. Et
B adhuc pusillũ,& non erit peccator:& quæres locum eius, & Matt.5 a non inuenies. Mansueti autẽ hæreditabunt terram:& delectabuntur in multitudine pacis. Obseruabit peccator iustum:& stridebit super eum dentibus suis. Dominus autem irridebit eum:quoniam prospicit quòd veniet dies eius. Gladium euaginauerũt peccatores,intenderũt arcum suum. Vt decipiant pauperẽ & inopem,vt trucident rectos corde. Gladius eorum intret in corda ipsorum:& arcus eorum con- Cõparatio fideliũ & infidelium. fringatur. Melius est modicũ iusto super diuitias peccatorum multas. Quoniam brachia peccatorũ conterentur:cõfirmat autem iustos Dominus. Nouit Dominus dies immaculatorum:& hæreditas eorũ in æternum erit. Non cõ-
C fundẽtur in tempore malo, & in diebus famis saturabuntur: quia peccatores peribũt. Inimici verò Domini mox vt honorificati fuerint & exaltati: deficientes quemadmodum fumus deficiẽt. Mutuabitur peccator,& nõ soluet:iustus autem miseretur & retribuet. Quia benedicentes ei hæreditabunt terram,maledicentes autẽ ei,disperibunt. Apud Dominum gressus hominis dirigẽtur:& viã eius volet. Cum ceciderit,non collidetur:quia Dominus supponit manũ suã. Iunior fui,etenim senui:& nõ vidi iustum derelictum,nec semen eius quærens panem. Tota die miseretur & commodat:& semen illius in benedictione erit. Declina à malo,& fac bonũ,& inhabita in seculũ seculi. Quia Dominus amat iudicium:& non derelinquet sanctos suos:in æternũ conseruabuntur. Iniusti punientur:& semẽ impiorũ peribit.
Iusti autẽ hæreditabũt terram:& inhabitabunt in seculum se-
D culi super eam. Os iusti meditabitur sapientiam:& lingua Esa.51 c eius loquetur iudiciũ. Lex Dei eius in corde ipsius:& non supplantabũtur gressus eius. Cõsyderat peccator iustũ:& quærit mortificare eũ. Dominus autẽ nõ derelinquet eum in manibus eius:nec damnabit eum cũ iudicabitur illi. Expecta Dominũ,& custodi viam eius:& exaltabit te vt hæreditate capias terram:cum perierint peccatores videbis. Vidi impium superexaltatum,& eleuatum sicut cedros Libani. Et transiui,& ecce non erat:quæsiui eum, & non est inuentus locus eius. Custodi innocentiã,& vide æquitatem:quoniam sunt reliquiæ homini pacifico. Iniusti autem disperibunt:simul reliquiæ impiorũ interibunt. Salus autẽ iustorum à Domino:& protector eorũ in tempore tribulationis.
Et adiuuabit eos Dominus,& liberabit eos:& eruet eos à peccatoribus,& saluabit eos:quia sperauerunt in eo.

S. ORAT *ut remittatur peccatum ob quod morbo correptus erat: deinde ut à morbo liberetur.*

Psalmus in rememoratione,diei sabbathi. XXXVII.

A DOmine,ne in furore tuo arguas me,neq; in ira tua corripias me. Quoniã sagittæ tuæ infixæ sunt mihi,& cõfirmasti super me manũ tuã. Nõ est sanitas in carne mea à facie iræ tuæ: non est pax ossibus meis à facie peccatorũ meorũ. Quoniã iniquitates meæ superegressæ sunt caput meũ:& sicut onus graue grauatæ sunt super me. Putruerunt & corruptæ sunt cicatrices
B meæ à facie insipientiæ meæ. Miser factus sum & curuatus sum vsq; in finẽ:tota die cõtristatus ingrediebar. Quoniã lumbi mei impleti sunt illusionibus:& non est sanitas in carne mea. Afflictus sum & humiliatus sum nimis:rugiebam à gemitu cordis mei. Domine, ante te omne desyderium meum:& gemitus meus à te nõ est absconditus. Cor meũ conturbatum est,dereliquit me virtus mea: & lumen oculorum meorũ & ipsum nõ est mecũ. Amici mei & proximi mei,aduersum me appropinquauerũt & steterunt. Et qui iuxta me erãt de longe steterũt:& vim faciebant qui quære-
C bant animã meã. Et qui inquirebant mala mihi,locuti sunt vanitates,& dolos tota die meditabantur. Ego autem tanquam surdus,nõ audiebã:& sicut mutus non aperiens os suũ. Et factus sum sicut homo non audiens,& non habens in ore suo redargutiones. Quoniã in te Domine speraui,tu exaudies me Domine Deus meus. Quia dixi,Nequãdo supergaudeãt mihi inimici mei:& dum cõmouẽtur pedes mei, super me magna locuti sunt. Quoniã ego in flagella paratus
D sum:& dolor meus in cõspectu meo semper. Quoniã iniquitatẽ meã annũtiabo:& cogitabo pro peccato meo. Inimici autẽ mei viuunt,& cõfirmati sunt super me:& multiplicati sunt qui oderunt me inique. Qui retribuunt mala pro bonis,detrahebant mihi,quoniam sequebar bonitatẽ. Ne derelinquas me Domine Deus meus: ne discesseris à me. Intende in adiutorium meum,Domine Deus salutis meæ.

ARGVMENTVM *idem est cum superiori.*

In finem pro Idithun canticum Dauid. XXXVIII.

DIxi,Custodiã vias meas:vt non delinquam in lingua mea. Posui ori meo custodiã:cũ consisteret peccator aduersum me. Obmutui,& humiliatus sum,& silui à bonis: & dolor meus renouatus est. Concaluit cor meum intra me:& in meditatione mea exardescet ignis. Locutus sum in lingua mea,Notum fac mihi Domine finem meũ, Et numerũ dierum meorum quis est:vt sciã quid desit mihi. Ecce mẽsurabiles posuisti dies meos:& substantia mea tanquam nihilũ ante te. Verũ tamen vniuersa vanitas:omnis homo viuens. Veruntamen in imagine pertransit homo:sed & frustra conturbatur. Thesaurizat:& ignorat cui cõgregabit ea. Et nũc quæ est Tentationibus doctus in solo deo hæret. expectatio mea?nónne Dominus:& substantia mea apud te est. Ab omnibus iniquitatibus meis erue me:opprobrium insipienti dedisti me. Obmutui,& nõ aperui os meũ,quoniam tu fecisti:amoue à me plagas tuas. A fortitudine manus tuæ ego defeci in increpationibus: propter iniquitatem corripuisti hominẽ. Et tabescere fecisti sicut araneã animã eius:veruntamen vanè conturbatur omnis homo. Exaudi orationem meam Domine,& deprecationem meam auribus percipe:lachrymas meas Ne sileas:quoniam aduena ego sum apud te,& peregrinus,sicut omnes patres mei. Remitte mihi,vt refrigerer priusquam abeam,& amplius non ero.

S. FERE *idem cum superioribus. Gratulatur se liberatum à tanto morbo, precans ut à reliquis quoq; liberetur periculis, & à peccatorum mole.*

In finem Psalmus Dauid. XXXIX.

A EXpectans expectaui Dominum:& intẽdit mihi. Et exaudiuit preces meas, & eduxit me de lacu miseriæ,& de luto fæcis. Et statuit supra petrã pedes meos,& direxit gressus meos. Et immisit in os meũ canticũ nouũ,carmẽ Deo nostro. Videbunt multi & timebunt:& sperabunt in Domino. Beatus vir cuius
B est nomen Domini spes eius:& non respexit in vanitates & insanias falsas. Multa fecisti,tu Domine Deus meus mirabilia tua:& cogitationibus tuis nõ est qui similis sit tibi. Annuntiaui & locutus sum: multiplicatæ sunt super numerum. Sacrificiũ & oblationem noluisti:aures autẽ perfecisti mihi. Holocaustũ & pro peccato non postulasti:tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptũ est de me vt facerẽ voluntatẽ
C tuam, Deus meus volui,& legem tuam in medio cordis mei. Annuntiaui iustitiam tuam in ecclesia magna:ecce labia mea non prohibebo,Domine tu scisti. Iustitiam tuam nõ abs-

condi in corde meo: veritatem tuam & salutare tuum dixi. Non abscondi misericordiam tuam & veritatem tuam à concilio multo. Tu autẽ Domine ne longe facias miserationes tuas à me: misericordia tua & veritas tua semper susceperunt me. Quoniã circumdederũt me mala quorũ non est numerus: cõprehenderũt me iniquitates meæ, & non potui vt viderẽ. Multiplicatę sunt super capillos capitis mei: & cor meũ
D derelinquit me. Cõplaceat tibi Domine vt eruas me: Domine ad adiuuandũ me respice. Cõfundãtur & reuereãtur simul, qui quærunt animã meã vt auferant eam. Conuertãtur retrorsum & reuereantur qui volunt mihi mala. Ferãt confestim cõfusionẽ suã, qui dicũt mihi, Euge, euge. Exultent & lætẽtur super te omnes quærẽtes te: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuũ. Ego autẽ mẽdicus sum & pauper: Dñs solicitus est mei. Adiutor meus & protector meus tu es: Deus meus ne tardaueris.

S. IDEM *cum superioribus, orat ut peccatũ auferat & morbum, miscetur interim quid cogitarit in morbo.*

In finem, Psalmus Dauid. XL.

BEatus vir qui intelligit super egenum & pauperem: in die mala liberabit eum Dominus. Dominus cõseruet eum, & viuificet eum, & beatum faciat eum in terra: & non tradat eum in animam inimicorum eius. Dominus opem ferat illi super lectum doloris eius: vniuersum stratum eius versasti in infirmitate eius. Ego dixi, Domine miserere mei: sana animam meam, quia peccaui tibi. Inimici mei dixerunt mala mihi, Quando morietur & peribit nomen eius? Et si ingrediebatur vt videret, vana loquebatur cor eius: congregauit iniquitatem sibi. Egrediebatur foras: & loquebatur in idipsum. Aduersum me susurrabant omnes inimici mei: aduersum me cogitabant mala mihi. Verbum iniquum constituerũt aduersum me, Nunquid qui dormit non adijciet vt resurgat?
Mat.26 b Etenim homo pacis meæ in quo speraui, qui edebat panes
Mar.14 b meos: magnificauit super me supplantationẽ. Tu autẽ Do
Luc.22 b mine miserere mei, & resuscita me: retribuã eis. In hoc co-
Ioan.13 b gnoui quoniam voluisti me: quoniam nõ gaudebit inimicus
Actu.1. c meus super me. Me autem propter innocentiã suscepisti: & cõfirmasti me in cõspectu tuo in æternum. Benedictus Dominus Deus Israel à seculo & vsque in seculum: fiat, fiat.

S. DAVID *regno pulsus à filio dolet se abstentum à sacro cœtu, petitq; in integrum restitui à Deo.*

In finem, intellectus filijs Core. XLI.

QVemadmodum desyderat ceruus ad fontes aquarum: ita desyderat anima mea ad te Deus. Sitiuit anima mea ad Deum fortem, viuum: quando veniam & apparebo ante faciem Dei? Fuerunt mihi lachrymæ meæ panes dies ac nocte: dum dicitur mihi quotidie, Vbi est Deus tuus? Hæc recordatus sum, & effudi in me animam meam: quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad Domum Dei. In voce exultationis & confessionis, sonus epulantis. Quare tristis es anima mea? & quare conturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.
Ad meipsum anima mea conturbata est: propterea memor ero tui de terra Iordanis, & Hermonijm à monte modico. Abyssus abyssum inuocat in voce cataractarum tuarum.
In cõsolatione & tribulatione Deo canendum. Omnia excelsa tua & fluctus tui super me transierunt. In die mandauit Dominus misericordiam suam, & nocte canticum eius. Apud me oratio Deo vitæ meæ: dicam Deo, Susceptor meus es, Quare oblitus es mei? & quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus? Dum confringuntur ossa mea: exprobrauerunt mihi qui tribulant me inimici mei: Dum dicunt mihi per singulos dies, Vbi est Deus tuus? quare tristis es anima mea? & quare cõturbas me? Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

ARG. *idem est cum superiori, sine titulo.* XLII

IVdica me Deus, & discerne causam meam de gente non sancta: ab homine iniquo & doloso erue me, Quia tu es Deus fortitudo mea: quare me repulisti? & quare tristis incedo, dum affligit me inimicus? Emitte lucem tuam, & veritatẽ tuam: ipsa me deduxerunt & adduxerunt in montem sanctũ tuum, & in tabernacula tua. Et introibo ad altare Dei: ad Deũ qui lætificat iuuentem meam. Confitebor tibi in cithara Deus, Deus meus: quare tristis es anima mea? & quare cõturbas me?
Spera in Deo, quoniam adhuc confitebor illi: salutare vultus mei, & Deus meus.

S. QVERITVR *dira nunc pati Israelem propter nomen Dei ueramq; religionem, nec tamen Deum ut olim, illis adesse suis miraculis, & precatur ut uirtutẽ suã tandem exerat, suosq; ab iniurijs impiorum adserat.*

In finem pro filijs Core ad intellectum. XLIII. 1.Reg.17 2.Reg.3
A DEus auribus nostris audiuimus: patres nostri annuntiauerunt nobis Opus quod operatus es in diebus eorũ, in diebus antiquis. Manus tna gentes disperdidit, & plantasti eos: afflixisti populos, & expulisti eos. Nec enim in gladio suo possederunt terram, & brachium eorum non saluauit eos, Sed dextera tua, & brachium tuum, & illuminatio vultus tui: quoniam complacuisti in eis. Tu es ipse rex meus & Deus meus: qui mandas salutes Iacob. In te inimicos nostros vẽtilabimus cornu: & in nomine tuo spernemus insurgẽtes in nos. Nõ enim in arcu meo sperabo: & gladius meus non saluabit me.
B Saluasti enim nos de affligentibus nos: & odientes nos, confudisti. In Deo laudabimur tota die: & in nomine tuo confitebimur in secula: Nunc autẽ repulisti & confudisti nos: & nõ egredieris Deus in virtutibus nostris. Auertisti nos retrorsum post inimicos nostros: & qui oderũt nos diripiebant sibi. Dedisti nos tanquam oues escarum: & in gentibus dispersisti nos. Vẽdidisti populum tuum sine pretio:
C & non fuit multitudo in commutationibus eorum. Posuisti nos opprobrium vicinis nostris, subsannationem & derisum his qui sunt in circuitu nostro. Posuisti nos in similitudinem gentibus: commotionem capitis in populis. Tota die verecundia mea contra me est, & confusio faciei meæ cooperuit me A voce exprobrantis & obloquẽtis, à facie inimici & persequentis. Hæc omnia venerunt super nos, nec obliti sumus te: & iniquè non egimus in testamẽto tuo, Et non recessit retrò cor nostrum: & declinasti semitas nostras à via tua. Quoniam humiliasti nos in loco afflictionis: &
D cooperuit nos vmbra mortis. Si obliti sumus nomen Dei nostri: & si expandimus manus nostras ad Deum alienum, Nónne Deus requiret ista? ipse enim nouit abscõdita cordis. Rom.8 b
Quoniam propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis. Exurge, quare obdormis Domine? exurge, & ne repellas in finem: Quare faciem tuã auertis? obliuisceris inopiæ nostræ, & tribulationis nostræ? Quoniam humiliata est in puluere anima nostra: conglutinatus est in terra venter noster. Exurge Domine adiuua nos: & redime nos propter nomen tuum.

S. LAVDANT *filij Core regem Salomonẽ à dignitate formæ, & gratia eloquentiæ, fortitudine, potentia, splendore & magnificentia, cum in se, tum in coniuge, item à felicitate liberorum. In his autem ut in typo* CHRISTVM *sponsum ecclesiæ, & regni eius cum potentiam tum felicitatem adumbrant.*

In finem, pro ijs qui commutabuntur, filijs Core ad intellectum, canticum pro dilecto. XLIIII.

Eructauit

A ERuctauit cor meum verbum bonum: dico ego opera mea regi. Lingua mea calamus ſcribæ velociter ſcribentis. Speciosus forma præ filijs hominum, diffuſa eſt gratia in labijs tuis: propterea benedixit te Deus in æternũ. Accingere gladio tuo ſuper femur tuum, potentiſsime, Specie tua & pulchritudine tua, B intende proſperè, procede, & regna. Propter veritatem & manſuetudinem & iuſtitiam: & deducet te mirabiliter dextera tua. Sagittæ tuæ acutæ (populi ſub te cadent) in corda inimicorum regis. Sedes tua Deus in ſeculum ſeculi: virga directionis virga regni tui. Dilexiſti iuſtitiã, & odiſti iniquitatem: propterea vnxit te Deus, Deus tuus oleo lætitiæ præ conſortibus tuis. Myrrha & gutta & caſsia à veſtimen C tis tuis, à domibus eburneis, ex quibus delectauerunt te filiæ regum in honore tuo. Aſtitit regina à dextris tuis in veſtitu deaurato, circundata varietate. Audi filia, & vide, & inclina aurem tuam: & obliuiſcere populum tuum, & domum patris tui. Et concupiſcet rex decorem tuũ: quoniam ipſe eſt Dominus Deus tuus, & adorabunt eum. Et filiæ Tyri, in muneribus vultum tuum deprecabũtur, omnes diuites plebis. Omnis gloria eius filiæ regis ab intus, in fimbrijs aureis D circumamicta varietatibus. Adducentur regi virgines poſt eam: proximæ eius afferentur tibi. Afferentur in lætitia & exultatione: adducentur in templum regis. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij: conſtitues eos principes ſuper omnem terram. Memor ero nominis tui Domine in omni generatione & generationẽ. Propterea populi cõfitebuntur tibi in æternum, & in ſeculum ſeculi.

S. GRATVLATIO *eſt pro inſigni aliquo auxilio lato urbi ſanctæ Ieruſalem. Conuenit eccleſiæ quæ Deo præſide ſecura eſt in quibuſuis periculis.*

In finem, filijs Core pro arcanis, Pſalmus. XLV.

DEus noſter refugium & virtus: adiutor in tribulationibus quę inuenerunt nos nimis. Propterea non timebimus dum turbabitur terra, & transferentur mõtes in cor maris. Sonuerũt & turbatæ ſunt aquæ eorũ: conturbati ſunt mõtes in fortitudine eius. Fluminis impetus lætificat ciuitatem Dei: ſanctificauit tabernaculum ſuũ Altiſsimus. Deus in medio eius non cõmouebitur: adiuuabit eã Deus mane diluculo. Cõturbatæ ſunt gentes, & inclinata ſunt regna: dedit vocem ſuam, mota eſt terra. Dominus virtutum nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Iacob. Venite, & videte opera Domini, quæ poſuit prodigia ſuper terrã: auferẽs bella vſq; ad finẽ terræ. Arcũ cõteret, & confringet arma: & ſcuta cõburet igni. Vacate, & videte quoniã ego ſum Deus: exaltabor in gẽtibus, & exaltabor in terra. Dominus virtutũ nobiſcum: ſuſceptor noſter Deus Iacob.

S. CANVNT *hoc Pſalmo filij Core, de diuinæ gloriæ per uniuerſum orbem illuſtratione, conuerſioneq; ad Deum regum ac populorum, quæ facta eſt exaltato* CHRISTO, *ſed his deliniatis ac deumbratis in ampliſsima Dei & populi Iſraelitici gloria, quæ refulſit cum arca fœderis, extructo per Salomonem templo ſplẽdidiſsima pompa ferebatur, plurimiq; reges & populi Deũ Iſraelis agnoſcerent & uenerarentur.*

In finem pro filijs Core, Pſalmus. XLVI.

OMnes gentes plaudite manibus: iubilate Deo in voce exultationis. Quoniam Dominus excelſus, terribilis, rex magnus ſuper omnem terram. Subiecit populos nobis: & gentes ſub pedibus noſtris. Elegit nos hæreditatem ſibi: ſpeciem Iacob quem dilexit. Aſcendit Deus in iubilo: Dominus in voce tubæ. Pſallite Deo noſtro, pſallite: pſallite regi noſtro, pſallite. Quoniam rex omnis terræ Deus: pſallite ſapiẽter. Regnauit Deus ſuper gentes: Deus ſedet ſuper ſedem ſanctam ſuã. Principes populorum congregati ſunt cum Deo Abraham: quoniam dij fortes terræ, vehementer eleuati ſunt.

S. GRATIARVM *actio eſt pro beneficijs Dei, qui liberat eccleſiam ab hoſtibus, tranquillã, pacificam & ſplendidam reddens.*

Pſalmus cantici filijs Core ſecũda ſabbathi. XLVII.

MAgnus Dominus & laudabilis nimis in ciuitate Dei noſtri, in mõte ſancto eius. Fundatur exultatione vniuerſæ terræ: mons Sion, latera aquilonis, ciuitas regis magni. Deus in domibus eius cognoſcetur, cũ ſuſcipiet eã. Quoniã ecce reges terræ cõgregati ſunt: cõuenerũt in vnum. Ipſi vidẽtes, ſic admirati ſunt, cõturbati ſunt, commoti ſunt: tremor apprehendit eos. Ibi dolores vt parturiẽtis: in ſpiritu vehemẽti conteres naues Tharſis. Sicut audiuimus ſic vidimus in ciuitate Domini virtutũ, in ciuitate Dei noſtri: Deus fundauit eã in æternum. Suſcepimus Deus miſericordiã tuã in medio tẽpli tui. Secundũ nomen tuũ Deus, ſic & laus tua in fines terræ: iuſtitia plena eſt dextera tua. Lætetur mons Sion, & exultẽt filiæ Iudæ: propter iudicia tua Domine. Circúndate Sion, & cõplectimini eam: narrate in turribus eius. Ponite corda veſtra in virtute eius: & diſtribuite domos eius, vt enarretis in progenie altera. Quoniã hic eſt Deus, Deus noſter in æternum, & in ſeculum ſeculi: & ipſe reget nos in ſecula.

S. DIVITIAS *contemnendas eſſe, quibus ſtultæ & inſana hominum opinio plurimum tribuit, hic* Pſalmus *docet.*

In finem filijs Core Pſalmus. XLVIII.

A AVdite hæc omnes gentes: auribus percipite omnes qui habitatis orbem, Quiq; terrigenæ & filij hominũ: ſimul in vnũ diues & pauper. Os meum loquetur ſapientiam: & meditatio cordis mei prudentiã. Inclinabo in parabolã aurem meã, aperiam in pſalterio propoſitionẽ meam. Cur timebo in die malã? iniquitas calcanei mei circúndabit me. Qui cõfidunt in vir tute ſua: & in multitudine diuitiarũ ſuarũ gloriantur. Frater B non redimit, redimet homo: nõ dabit Deo placationẽ ſuam. Et pretiũ redemptionis animæ ſuæ: & laborabit in æternum, & viuet adhuc in finẽ. Nõ videbit interitũ, cũ viderit ſapiẽtes moriẽtes: ſimul inſipiẽs & ſtultus peribũt. Et relinquẽt alienis diuitias ſuas: & ſepulchra eorũ domus illorum in æter- C num. Tabernacula eorũ in progenie & progenie, vocauerunt nomina ſua in terris ſuis. Et homo cũ in honore eſſet non intellexit: cõparatus eſt iumentis inſipiẽtibus, & ſimilis factus eſt illis. Hæc via illorũ ſcandalum ipſis: & poſtea in ore ſuo cõplacebũt. Sicut oues in inferno poſiti ſunt: mors depaſcet eos. Et dominabũtur eorũ iuſti in matutino: & auxiliũ eorũ veteraſcet in inferno à gloria eorũ. Veruntamẽ D Deus redimet animam meã de manu inferi cũ acceperit me. Ne timueris cũ diues factus fuerit homo: & cum multiplicata fuerit gloria domus eius. Quoniã cum interierit, nõ ſumet omnia: neq; deſcẽdet cũ eo gloria eius. Quia anima eius in vita ipſius benedicetur: confitebitur tibi cum benefeceris ei. Introbit in progenies patrũ ſuorũ: & vſq; in æternũ non videbit lumẽ. Homo cũ in honore eſſet non intellexit: compar. eſt iumentis inſipientibus, & ſimilis factus eſt illis.

Pſal. 77.

S. QVAE *ſit uera pietas, quibuſq; rationibus poſsimus habere propitium Deum, ſed res per actionem forenſem tractatur. Agitur contra hypocritas qui cultum Dei in externis ponunt ſine fide cordis.*

Pſalmus Aſaph. XLIX.

DEus deorum Dominus locutus eſt: & vocauit terram. A ſolis ortu vſq; ad occaſum: ex Sion ſpecies decoris eius. Deus manifeſtè veniet: Deus noſter, & non ſilebit. Ignis in cõſpectu eius exardeſcet: & in circuitu eius tempeſtas valida. Aduocauit cœlum déſurſum: & terram diſcernere populum ſuum.

Congregate illi ſanctos eius: qui ordinant teſtamentum eius ſuper ſacrificia. Et annuntiabunt cœli iuſtitiam eius: quoniã Deus iudex eſt. Audi populus meus, & loquar: Iſrael, & teſtificabor tibi: Deus Deus tuus ego ſum. Nõ in ſacrifi
B cijs tuis arguam te: holocauſta autem tua in conſpectu meo
Sacrificia veteris legis reijcit Deus. ſunt ſemper. Non accipiam de domo tua vitulos: neq; de gregibus tuis hircos. Quoniã meæ ſunt omnes feræ ſyluarũ, iumenta in mõtibus, & boues. Cognoui omnia volatilia cœli: & pulchritudo agri mecũ eſt. Si eſuriero, non dicam
C tibi: meus eſt enim orbis terræ, & plenitudo eius. Nũquid mãducabo carnes taurorũ? aut ſanguinẽ hircorũ potabo? Immola Deo ſacrificiũ laudis: & redde altiſſimo vota tua. Et inuoca me in die tribulatiõis: eruã te, & honorificabis me.
Sacrificiũ Deo acceptum. Peccatori autem dixit Deus, Quare tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis teſtamentũ meũ per os tuũ? Tu verò odiſti diſciplinam: & proieciſti ſermones meos retrorſum. Si videbas furem, currebas cũ eo, & cũ adulteris portionẽ tuam pone
D bas. Os tuũ abundauit malitia: & lingua tua cõcinnabat dolos. Sedens, aduerſus fratrẽ tuũ loquebaris, & aduerſus filiũ matris tuæ ponebas ſcandalũ: hæc feciſti, & tacui. Exiſtimaſti iniquè quòd ero tui ſimilis: arguã te, & ſtatuam contra faciem tuã. Intelligite hæc qui obliuiſcimini Deũ: nequando rapiat, & non ſit qui eripiat. Sacrificium laudis honorificabit me: & illic iter, quo oſtendam illi ſalutare Dei.

S. PRECATIO *eſt pro peccatorum remiſſione, & pro ſpiritu Dei qui cor renouat, & prauas cupiditates refrenat.*

In finem Pſalmus Dauid, cum venit ad eum Nathan pro-
2. Reg. 12 pheta, quando intrauit ad Bethſabee. L.

A MIſerere mei Deus ſecundum magnam miſericordiam tuam, Et ſecundũ multitudinẽ miſerationum tuarum dele iniquitatem meam. Amplius laua me ab iniquitate mea: & à peccato meo munda me. Quoniã iniquitatẽ meã ego cognoſco: & peccatum meũ cõtra me eſt ſemper. Tibi ſoli peccaui, & malũ corã
B te feci: vt iuſtificeris in ſermonibus tuis, & vincas cum iudicaris. Ecce enim in iniquitatibus conceptus ſum: & in peccatis concepit me mater mea. Ecce enim veritatẽ dilexiſti: incerta & occulta ſapientiæ tuæ manifeſtaſti mihi. Aſperges me hyſſópo, & mũdabor: lauabis me, & ſuper niuem dealbabor. Auditui meo dabis gaudiũ & lætitiã: & exultabũt oſſa humiliata. Auerte faciẽ tuã à peccatis meis: & omnes
C iniquitates meas dele. Cor mũdũ crea in me Deus: & ſpiri-
Cor purificari petit. tum rectum innoua in viſceribus meis. Ne proijcias me à facie tua: & ſpiritum ſanctum tuũ ne auferas à me. Redde mihi lætitiam ſalutaris tui: & ſpiritu principali confirma me. Docebo iniquos vias tuas: & impij ad te conuertentur. Libera me de ſanguinibus Deus, Deus ſalutis meæ: & exultabit
D lingua mea iuſtitiam tuam. Domine, labia mea aperies: & os meum annuntiabit laudem tuam. Quoniam ſi voluiſſes ſacrificium, dediſſem: vtiq; holocauſtis nõ delectaberis. Sacrificium Deo, ſpiritus contribulatus: cor contritum & humiliatũ, Deus, nõ deſpicies. Benignè fac Domine in bona voluntate tua Sion: vt ædificentur muri Ieruſalem. Tunc acceptabis ſacrificium iuſtitiæ, oblationes & holocauſta: tunc imponent ſuper altare tuum vitulos.

S. MEMORAT *peruerſum animũ & ſtudium Doeg, tum exterminium illius, & iuſtorum inde gaudiũ prædicit, ſuamq; qui Deo ſemper nixus fuerit gratulationem promittit.*

In finem, intellectus Dauid, cum venit Doeg Idumæus,
1. Reg. 22 b & annunciauit Saul, & dixit, Venit Dauid in domum Achimélech. LI.

Q Vid gloriaris in malitia, qui potens es in iniqtitate? Tota die iniuſtitiam cogitauit lingua tua: ſicut nouacula acuta feciſti dolum. Dilexiſti malitiam ſuper benignitatem: iniquitatem magis, quàm loqui æquitatem. Dilexiſti omnia verba præcipitationis, lingua doloſa: Propterea Deus deſtruet te in finem: euellet te, & emigrabit te de tabernaculo tuo, & radicẽ tuam de terra viuentiũ. Videbunt iuſti & timebunt, & ſuper eũ ridebunt: & dicent, Ecce homo qui non poſuit Deum adiutorem ſuum, Sed ſperauit in multitudine diuitiarum ſuarum: & prævaluit in vanitate ſua. Ego autem ſicut oliua fructifera in domo Dei, ſperaui in miſericordia Dei in æternum, & in ſeculum ſeculi. Confitebor tibi in ſeculum quia feciſti: & expectabo nomen tuum, quoniam bonum eſt in conſpectu ſanctorum tuorum.

S. IDEM *eſt cum argumento Pſal. XIII. paucis uerbis immutatis.*

In finem, pro Amalech intelligentia Dauid. LII.

D IXit inſipiẽs in corde ſuo, Non eſt Deus. Corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt in iniquitatibus: non eſt qui faciat bonũ. Deus de cælo proſpexit ſuper filios hominum: vt videat ſi eſt intelligens, aut requirens Deum. Omnes declinauerũt, ſimul inutiles facti ſunt: nõ eſt qui faciat bonũ, non eſt vſq; ad vnũ. Nónne ſcient omnes qui operantur iniquitatẽ, qui deuorant plebem meam vt cibum panis? Deũ non inuocauerũt: illic trepidauerunt timore vbi non erat timor, Quoniam Deus diſsipauit oſſa eorum qui hominibus placent: confuſi ſunt, quoniam Deus ſpreuit eos. Quis dabit ex Sion ſalutare Iſrael? cum conuerterit Deus captiuitatem plebis ſuæ, exultabit Iacob, & lætabitur Iſrael. Supra 13 d

S. QVVM *in periculum maximum, proditione Ziphitarum adductus eſſet Dauid, opem Domini implorat, exorat, & pro eo gratias agit.*

In finem, in carminibus intellectus Dauid cum veniſſent Ziphæi, & dixiſſent ad Saul, Nónne Dauid abſconditus eſt apud nos? LIII. 1. Reg. 23 d

D Eus in nomine tuo ſaluum me fac: & in virtute tua iudica me. Deus exaudi orationẽ meã: auribus percipe verba oris mei. Quoniam alieni inſurrexerũt aduerſum me, & fortes quæſierunt animã meã: & nõ propoſuerũt Deũ ante cõſpectũ ſuũ. Ecce enim Deus adiuuat me, & Dominus ſuſceptor eſt animæ meæ. Auerte mala inimicis meis: & in veritate tua diſperde illos. Voluntariè ſacrificabo tibi: & cõfitebor nomini tuo Domine, quoniã bonum eſt. Quoniam ex omni tribulatione eripuiſti me: & ſuper inimicos meos deſpexit oculus meus.

S. A *perditiſſimis & fallaciſſimis hominibus, quos inter primos amicos habuerat, ſe in ſummam angustiam adductum queritur, improbitatem eorum & dolos memorat, & ultionem ipſis imprecatur.*

In finem, in carminibus intellectus Dauid. LIIII.

A EXaudi Deus orationem meã, & ne deſpexeris deprecationem meam: intende mihi, & exaudi me. Cõtriſtatus ſum in exercitatione mea: & conturbatus ſum à voce inimici, & à tribulatione peccatoris. Quoniam declinauerunt in me iniquitates: & in ira moleſti erant mihi. Cor meũ cõturbatũ eſt in me: & formido mortis cécidit ſuper me. Timor & tremor venerunt ſuper me: & cõtexerũt me tenebræ. Et dixi, Quis dabit mihi pẽnas ſicut colũbæ: & volabo, & requieſcã? Ecce elongaui fugiẽs: & mãſi in ſolitudine. Expectabã eũ quaſi ſaluũ me fecit à puſillanimitate ſpiritus, & tẽpeſtate. Præcipita Domine, diuide linguas eorum: quoniam vidi iniquitatẽ & contradictionẽ in ciuitate. Die ac nocte circũndabit eam ſuper muros eius iniquitas: & labor in medio eius, & iniuſtitia. Et non defecit de platéis eius vſura & dolus. Quoniam Et
ſi inimicus meus maledixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtiq; Et ſi is

si is qui oderat me, super me magna locutus fuisset: absq̃ dis-
C sem me forsitan ab eo. Tu verò homo vnanimis, dux meus
& notus meus, Qui simul mecum dulces capiebas cibos: in
domo Dei ambulauimus cũ consensu. Veniat mors super
illos: & descẽdant in infernũ viuentes: Quoniã nequitiæ in
habitaculis eorũ in medio eorũ. Ego autẽ ad Deũ clamaui:
& Dominus saluabit me. Vespere, & mane, & meridie nar-
rabo & annũtiabo, & exaudiet vocẽ meã. Redimet in pace
animã meam ab his qui appropinquant mihi: quoniam inter
D multos erant mecũ. Exaudiet Deus, & humiliabit illos, qui
est ante secula. Non enim est illis cõmutatio, & nõ timue-
runt Deum: extendit manũ suam in retribuẽdo. Contami-
nauerunt testamentũ eius, diuisi sunt ab ira vultus eius: & ap-
Matth. 6 d propinquauit cor illius. Molliti sunt sermones eius super
Luce 12 c oleũ: & ipsi sunt iacula. Iacta super Dñm curã tuã: & ipse te
1 Pet. 5 b enutriet: non dabit in æternũ fluctuationẽ iusto. Tu verò
Deus deduces eos in puteũ interitus. Viri sanguinũ & do-
losi, nõ dimidiabũt dies suos, ego autẽ sperabo in te Domine.

*S. orat ut è periculo præsentißimo liberetur, Saulis & assenta-
torum eius dolos ac uim apud Deum adcusat.*

1. Reg. 21 In finẽ, pro populo qui à sanctis longè factus est, Dauid in ti-
tuli inscriptione, cũ tenuerũt eũ Allophyli in Geth. LV.

MIserere mei Deus, quoniã cõculcauit me homo:
tota die impugnãs tribulauit me. Cõculcauerũt
me inimici mei tota die: quoniã multi bellantes
aduersum me. Ab altitudine diei timebo: ego
verò in te sperabo. In Deo laudabo sermones meos, in Deo
speraui: non timebo quid faciat mihi caro. Tota die verba
mea execrabantur aduersum me: omnes cogitationes eorum
in malum. Inhabitabũt & abscondent: ipsi calcaneũ meum
obseruabunt. Sicut sustinuerunt animam meam, pro nihilo
saluos facies illos: in ira populos confringes. Deus vitam
meam annuntiaui tibi: posuisti lachrymas meas in conspectu
tuo. Sicut & in promissione tua: tunc conuertentur inimici
mei retrorsum. In quacunq; die inuocauero te: ecce cogno-
ui quoniam Deus meus es. In Deo laudabo verbũ, in Do-
mino laudabo sermonẽ: in Deo speraui, non timebo quid fa-
ciat mihi homo. In me sunt Deus vota tua, quæ reddã lau-
dationes tibi. Quoniã eripuisti animã meam de morte, &
pedes meos de lapsu, vt placeã corã Deo in lumine viuentiũ.

*S. canit, ut desidens in specu cum suis, domino se committens,
omne periculum euaserit, & quanto studio ob id Domino gratias
egerit, cum descriptione malitiæ & odij in se hostium suorum.*

1. Reg. 22 In finem, ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione, cum fu-
geret à facie Saul in speluncam. LVI.

MIserere mei Deus, miserere mei: quoniam in te
confidit anima mea. Et in vmbra alarũ tuarum
sperabo: donec transeat iniquitas. Clamabo ad
Deum altissimũ: Deũ qui benefecit mihi. Mi-
sit de cœlo, & liberauit me: dedit in opprobriũ conculcantes
me. Misit Deus misericordiã suam & veritatẽ suam, & eri-
puit animã meam de medio catulorũ leonum: dormiui con-
turbatus. Filij hominũ, dentes eorũ arma & sagittæ: & lin-
gua eorũ, gladius acutus. Exaltare super cœlos Deus: & in
omnẽ terrã gloria tua. Laqueũ parauerũt pedibus meis: &
incuruauerũt animã meã. Foderũt ante faciẽ meã foueã: &
inciderũt in eã. Paratũ cor meũ Deus, paratũ cor meũ: cãta-
bo, & psalmũ dicã. Exurge gloria mea, exurge psalteriũ &
cithara: exurgã diluculo. Confitebor tibi in populis Dñe:
psalmũ dicã tibi in gentibus: Quoniã magnificata est vsq;
ad cœlos misericordia tua, & vsq; ad nubes veritas tua. Ex-
altare super cœlos Deus: & super omnem terram gloria tua.

*S. partim criminatio est Saulis & aulicorum eius qui non ser-
uabant iustitiam: & simul imprecatio, ut Deus eos perdat, qui
toti in hoc erant ut pij opprimerentur, quorum ultione prædicit
iustos mirè exhilarandos.*

In finem, ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione. LVII

SI verè vtiq; iustitiam loquimini: rectè iudicate fi-
lij hominũ. Etenim in corde iniquitates ope-
ramini in terra: iniustitias manus vestræ concin-
nant. Alienati sunt peccatores à vulua: errauc-
runt ab vtero, locuti sunt falsa. Furor illis secundũ similitu-
dinem serpentis: sicut aspidis surdæ, & obturantis aures suas,
Quæ non exaudiet vocem incantantium, & venefici incan-
tantis sapienter. Deus conteret dentes eorum in ore ipso-
rum: molas leonum confringet Dominus. Ad nihilum de-
uenient tanquam aqua decurrens: intendet arcum suum do-
nec infirmentur. Sicut cera quæ fluit auferentur: supercẽci-
dit ignis, & non viderunt solem. Priusquam intelligerent
spinæ vestræ rhamnum: sicut viuentes sic in ira absorbet eos.
Lætabitur iustus cum viderit vindictam: manus suas lauabit
in sanguine peccatoris. Et dicet homo, Si vtiq; est fructus
iusto? vtiq; est Deus iudicans eos in terra.

*S. opem contra hostes implorat, suam iactat innocentiam, mores
illorum describit, & ultionem prædicit.*

In finẽ, ne disperdas, Dauid in tituli inscriptione, quãdo misit 1. Reg. 18
Saul, & custodiuit domũ eius vt interficeret eum. LVIII.

A ERipe me de inimicis meis Deus meus: & ab in-
surgentibus in me libera me. Eripe me de ope-
rantibus iniquitatẽ: & de viris sanguinũ salua me.
Quia ecce ceperũt animam meã: irruerunt in me
fortes. Neq; iniquitas mea, neq; peccatũ meũ Domine: si-
B ne iniquitate cucurri & direxi. Exurge in occursum meũ,
& vide: & tu Domine Deus virtutũ Deus Israel Intende ad
visitandas omnes gentes: nõ miserearis omnibus qui operan-
tur iniquitatẽ. Conuertentur ad vesperã, & famem patien-
tur vt canes: & circuibunt ciuitatem. Ecce loquentur in ore
suo, & gladius in labijs eorum: quoniã quis audiuit? Et tu
Domine deridebis eos: & ad nihilum deduces omnes gentes.
C Fortitudinem meã ad te custodiã, quia Deus susceptor meus
es: Deus meus, misericordia eius præueniet me. Deus ost en
dit mihi super inimicos meos, ne occidas eos: nequando obli-
uiscantur populi mei. Disperge illos in virtute tua: & depo
ne eos protector meus Domine: Delictum oris eorum ser-
monem labiorum ipsorum, & comprehendantur in superbia
D sua. Et de execratione & mendacio annuntiabũtur in con-
summatione: in ira cõsummationis, & non erunt. Et scient
quia Deus dominabitur Iacob, & finiũ terræ. Conuerten-
tur ad vesperam, & famem patientur vt canes: & circuibunt
ciuitatem. Ipsi dispergentur ad manducandum: si verò non
fuerint saturati, & murmurabunt. Ego autem cantabo for-
titudinem tuam, & exultabo mane misericordiam tuam:
Quia factus es susceptor meus, & refugium meum in die tri-
bulationis meæ. Adiutor meus tibi psallam, quia Deus su-
sceptor meus es: Deus meus misericordia mea.

*S. gratiarvm actio est pro uictoria quam contulit ei Do-
minus contra fortißimos hostes Syros.*

In finem, pro ijs qui immutabuntur, in tituli inscriptione 2. Reg. 8
Dauid in doctrinam, cum succendit Mesopotamiam Syriæ 1. Par. 18
& Sobal, & cõuertit Ioab, & percussit Idumæam in valle Sa-
linarum duodecim millia. LIX.

DEus repulisti nos, & destruxisti nos: iratus es, &
misertus es nobis. Commouisti terram, & con-
turbasti eam: sana cõtritiones eius, quia commo-
ta est. Ostendisti populo tuo dura: potasti nos
vino cõpunctionis. Dedisti metuẽtibus te significationẽ: vt
fugiãt à facie arcus: Vt liberẽtur dilecti tui: saluũ fac dexte-
ra tua, & exaudi me. Deus locutus est in sancto suo, Læta-

bor, & partibor Sichimam, & conuallem tabernaculorũ metibor. Meus est Galaad, & meus est Manasses: & Ephráim fortitudo capitis mei. Iuda rex meus: Moab olla spei meæ. In Idumæam extẽdam calceamentũ meum: mihi alienigenæ subditi sunt. Quis deducet me in ciuitatẽ munitã? quis deducet me vsq; in Idumæam? Nónne tu Deus qui repulisti nos: & non egredieris Deus in virtutibus nostris? Da nobis auxilium de tribulatione: quia vana salus hominis. In Deo faciemus virtutẽ: & ipse ad nihilum deducet tribulantes nos.

S. ORATIO est qua petit liberari à grauibus periculis, & se gratum fore pollicetur.

In finem, in hymnis Dauid. LX.

EXaudi Deus deprecationẽ meã: intende orationi meæ. A finibus terræ ad te clamaui, dum anxiaretur cor meum: in petra exaltasti me. Deduxisti me, quia factus es spes mea: turris fortitudinis à facie inimici. Inhabitabo in tabernaculo tuo in secula: protegar in velamento alarum tuarum. Quòniam tu Deus meus exaudisti orationem meã: dedisti hæreditatem timentibus nomẽ tuum. Dies super dies regis adijcies: annos eius vsq; in diẽ generationis & generationis. Permanet in æternum in conspectu Dei: misericordiam & veritatem eius quis requiret? Sic psalmum dicam nomini tuo in seculum seculi: vt reddam vota mea de die in diem.

S. DOCET sui exemplo uni Deo, nullis mortalibus uel mortalium uiribus uel copijs fidere, studiorum humanorum peruersitatẽ & immanitatem cum ultione quæ illam manet diuinitus, exponit.

In finem, pro Idithun, Psalmus Dauid. LXI.

NOnne Deo subiecta erit anima mea? ab ipso enim salutare meum. Nam & ipse Deus meus, & salutaris meus: susceptor meus, non mouebor amplius. Quousq; irruitis in hominem? interficitis vniuersi vos: tanquam parieti inclinato, & maceriæ depulsæ? Veruntamen pretiũ meum cogitauerũt repellere, cucurri in siti: ore suo benedicebãt, & corde suo maledicebãt. Verũtamẽ Deo subiecta esto anima mea: quoniã ab ipso patientia mea. Quia ipse Deus meus & saluator meus: adiutor meus, nõ emigrabo. In Deo salutare meũ, & gloria mea: Deus auxilij mei, & spes mea in Deo est. Sperate in eo omnis congregatio populi, effundite corã illo corda vestra: Deus adiutor noster in æternũ. Veruntamẽ vani filij hominũ, mendaces filij hominum in statéris: vt decipiãt ipsi de vanitate in idipsum. Nolite sperare in iniquitate, & rapinas nolite cõcupi scere: diuitiæ si affluãt, nolite cor apponere. Semel locutus
1.Cor.3 b est Deus, duo hæc audiui, quia potestas Dei est, & tibi Domi
Gala.6 b ne misericordia, quia tu reddes vnicuiq; iuxta opera sua.

S. EXVL Dauid magnum habet desiderium ad sacrum cœtum, quo æstuans petit restitui à Deo. 2. Reg. 23.

Psalmus Dauid cum esset in deserto Idumææ. LXII.
1.Reg.21

DEus, Deus meus ad te de luce vigilo. Sitiuit in te anima mea, quàm multipliciter tibi caro mea. In terra deserta, & inuia, & inaquosa. sic in sancto apparui tibi, vt viderem virtutem tuam & gloriã tuã. Quoniã melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te. Sic benedicam te in vita mea: & in nomine tuo leuabo manus meas. Sicut adipe & pinguedine repleatur anima mea: & labijs exultationis laudabit os meum. Siç memor fui tui super stratum meum, in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus. Et in velamento alarum tuarum exultabo, adhæsit anima mea post te: me suscepit dextera tua. Ipsi verò in vanum quæsierunt animam meam, introibunt in inferiora terræ: tradentur in manus gladij, partes vulpium erunt. Rex verò lætabitur in Deo, laudabuntur omnes qui iurãt in eo, quia obstructũ est os loquẽtiũ iniqua.

S. PRECATIO est contra delatores & sycophantas, quorum ingenium describit, & ultionem prædicit.

In finem, Psalmus Dauid. LXIII.

EXaudi Deus orationẽ meam cum deprecor: à timore inimici eripe animam meam. Protexisti me à conuentu malignantiũ: à multitudine operantium iniquitatem. Quia exacuerunt vt gladium linguas suas, intenderunt arcum rem amaram: vt sagittent in occultis immaculatũ. Subitò sagittabũt eum, & non timebunt: firmauerunt sibi sermonẽ nequam: Narrauerunt vt absconderent laqueos: dixerunt, Quis videbit eos? Scrutati sunt iniquitates: defecerunt scrutantes scrutinio. Accedet homo ad cor altum: & exaltabitur Deus. Sagittæ paruulorum factæ sunt plagæ eorum, & infirmatæ sunt contra eos linguæ eorum. Conturbati sunt omnes qui videbant eos: & timuit omnis homo. Et annuntiauerunt opera Dei: & facta eius intellexerunt. Lætabitur iustus in Domino, & sperabit in eo: & laudabuntur omnes recti corde.

S. GRATIARVM actio est, continet laudes diuinas ob præstita beneficia populo, quum antea fuerat penuria rerum ob peccata. 2. Samue. 21.

In finem, Psalmus Dauid. LXIIII.

TE decet hymnus Deus in Sion: & tibi reddetur votũ in Ierusalẽ. Exaudi orationẽ meam: ad te omnis caro veniet. Verba iniquorũ prævaluerunt super nos: & impietatibus nostris tu propitiaberis. Beatus quem elegisti & assumpsisti: inhabitabit in atrijs tuis. Replebimur in bonis domus tuæ: sanctũ est templum tuũ, mirabile in æquitate. Exaudi nos Deus salutaris noster: spes omniũ finiũ terræ, & in mari longe. Præparans montes in virtute tua, accinctus potẽtia: qui cõturbas profundum maris, sonũ fluctuũ eius. Turbabũtur gẽtes, & timebunt qui habitãt terminos à signis tuis: exitus matutini & vesperæ delectabis. Visitasti terrã & inebriasti eam: multiplicasti locupletare eã. Flumen Dei repletũ est aquis: parasti cibum illorũ: quoniã ita est præparatio eius. Riuos eius inebrians, multiplica genimina eius: in stillicidijs eius lætabitur germinãs. Benedices coronæ anni benignitatis tuæ: & cãpi tui replebũtur vbertate. Pinguescẽt speciosa deserti: & exultatione colles accingẽtur. Induti sunt arietes ouiũ, & valles abundabunt frumento: clamabunt, etenim hymnum dicent.

S. GRATIARVM actio est, qua commemorat beneficia Dei qui ex maximis periculis grauissimorum hostium in statum tranquilliorem & feliciorem reduxerit.

A In finem, Psalmus Dauid. LXV.

IVbilate Deo omnis terra, psalmũ dicite nomini eius: date gloriã laudi eius. Dicite Deo, Quàm terribilia sunt opera tua Domine: in multitudine virtutis tuæ mentiẽtur tibi inimici tui. Omnis terra adoret te, & psallat tibi: psalmum dicat nomini tuo. Venite, & videte opera Dei: terribilis in consilijs super filios
B hominũ. Qui conuertit mare in aridã, in flumine pertrãsibunt pede: ibi lætabimur in ipso. Qui dominatur in virtute sua in æternum, oculi eius super gentes respiciunt: qui exasperant, non exaltantur in semetipsis. Benedicite gentes Deum nostrum, & auditam facite vocem laudis eius. Qui
C posuit animam meam ad vitam: & non dedit in commotionem pedes meos. Quoniam probasti nos Deus: igne nos examinasti, sicut examinatur argentum. Induxisti nos in laqueum, posuisti tribulationes in dorso nostro: imposuisti homines super capita nostra. Trãsiuimus per ignẽ & aquã: & eduxisti nos in refrigerium. Introibo in domũ tuam in holocaustis: reddã tibi vota mea, quæ distinxerunt labia mea, Et locutum est os meum in tribulatione mea. Holocausta

medullata

medullata offeram tibi cum incenſo arietū: offeram tibi bo-
D ues cum hircis. Venite, audite: & narrabo omnes qui time-
tis Deum, quanta fecit animæ meæ. Ad ipſum ore meo cla-
maui, & exaltaui ſub lingua mea. Iniquitatem ſi aſpexi in
corde meo, non exaudiet Dominus. Propterea exaudiuit
Deus, & attēdit voci deprecationis meæ. Benedictus Deus
qui non amouit orationē meā, & miſericordiam ſuam à me.

S. ORAT *totius populi nomine ut regnum Dei quàm latiſſimè inter ipſos propagetur, imò per uniuerſum mundum.*

In finem, in hymnis Pſalmus cantici Dauid. LXVI.

DEus miſereatur noſtri, & benedicat nobis: illumi-
net vultum ſuum ſuper nos, & miſereatur noſtri:
Vt cognoſcamus in terra viam tuam: in omni-
bus gentibus ſalutare tuum. Confiteantur tibi
populi Deus: confiteantur tibi populi omnes. Lætentur
& exultent gentes, quoniam iudicas populos in æquitate, &
gentes in terra dirigis. Confiteātur tibi populi Deus, con-
fiteantur tibi populi omnes: terra dedit fructum ſuum. Be-
nedicat nos Deus Deus noſter, benedicat nos Deus: & me-
tuant eum omnes fines terræ.

S. GRATIARVM *actio pro victorijs quas contulit* Dauidi *contra hoſtes potentiſſimos & ferociſſimos.*

In finem, Pſalmus cantici ipſi Dauid. LXVII.

A EXurgat Deus, & diſſipentur inimici eius: & fu-
giant qui oderunt eum, à facie eius. Sicut defi-
cit fumus, deficiant: ſicut fluit cera à facie ignis, ſic
pereant peccatores à facie Dei. Et iuſti epulen-
tur, & exultent in conſpectu Dei: & delectentur in lætitia.
Cātate Deo, pſalmū dicite nomini eius: iter facite ei qui aſcen
dit ſuper occaſum: Dominus nomē illi. Exultate in conſpe
ctu eius, turbabūtur à facie eius, patris orphanorum, & iudicis
viduarū. Deus in loco ſancto ſuo: Deus qui inhabitare fa-
cit vnius moris in domo: Qui educit vinctos in fortitudi-
ne, ſimiliter eos qui exaſperant, qui habitant in ſepulchris.
Deus cum egredieris in cōſpectu populi tui, cum pertranſie-
ris in deſerto: Terra mota eſt, etenim cœli diſtillauerunt à
B facie Dei Sinai, à facie Dei Iſrael. Pluuiā voluntariā ſegre-
gabis, Deus, hæreditati tuæ: & infirmata eſt, tu verò perfeciſti
eā. Animalia tua habitabūt in ea: paraſti in dulcedine tua pau
peri, Deus. Dominus dabit verbū euāgelizantibus virtute
multa. Rex virtutū dilecti dilecti: & ſpeciei domus diuidere
ſpolia. Si dormiatis inter medios cleros, pennæ columbæ
deargentatæ, & poſteriora dorſi eius in pallore auri. Dum
diſcernit cœleſtis reges ſuper eā, niue dealbabūtur in Selmō:
mons Dei, mons pinguis. Mons coagulatus, mōs pinguis:
vt quid ſuſpicamini montes coagulatos? Mons in quo be-
neplacitum eſt Deo habitare in eo: etenim Dominus habita-
C bit in finē. Currus Dei decē millibus multiplex, millia læ-
tantiū: Dominus in eis in Sinai in ſancto. Aſcēdiſti in altū,
cepiſti captiuitatem: accepiſti dona in hominibus: Etenim
non credētes, inhabitare Dominū Deum. Benedictus Do-
minus die quotidie: proſperum iter faciet nobis, Deus ſalutā-
rium noſtrorū. Deus noſter Deus ſaluos faciēdi: & Domi-
ni Domini exitus mortis. Veruntamen Deus cōfiinget ca-
pita inimicorū ſuorū: verticem capilli perambulantiū in de-
lictis ſuis. Dixit Dominus, Ex Baſan conuertā, conuertam
in profundum maris: Vt intingatur pes tuus in ſanguine:
lingua canum tuorū ex inimicis ab ipſo. Viderunt ingreſ-
ſus tuos Deus, ingreſſus Dei mei, regis mei, qui eſt in ſancto.
Præuenerunt principes coniuncti pſallentibus, in medio iu-
D uencularum tympaniſtriarum. In eccleſijs benedicite Deo
Domino, de fontibus Iſrael. Ibi Beniamin adoleſcentulus
in mentis exceſſu. Principes Iuda, duces eorum: principes
Zabulon, principes Nephthali. Manda Deus virtuti tuæ:
confirma hoc, Deus, quod operatus es in nobis. A templo
tuo in Ieruſalem, tibi offerent reges munera. Increpa feras
arundinis, congregatio taurorū in vaccis populorū: vt exclu-
dant eos qui probati ſunt argento. Diſſipa gentes quæ bel-
la volunt, venient legati ex Aegypto: Aethiopia præueniet
manus eius Deo. Regna terræ cantate Deo: pſallite Domi-
no. Pſallite Deo qui aſcendit ſuper cœlum cœli, ad orien-
tem. Ecce dabit voci ſuæ vocē virtutis, date gloriam Deo,
ſuper Iſrael magnificentia eius, & virtus eius in nubibus.
Mirabilis Deus in ſanctis ſuis, Deus Iſrael ipſe dabit virtu-
tem & fortitudinem plebi ſuæ: benedictus Deus.

ARGVM. *idem eſt cum argumento* XXXIIII. *Pſalmi.*

In finem, pro ijs qui commutabuntur, Dauid. LXVIII.

A SAluum me fac Deus, quoniam intrauerunt aquæ
vſq; ad animā meam. Infixus ſum in limo pro-
fundi: & non eſt ſubſtantia. Vēni in altitudi-
nem maris: & tempeſtas demerſit me. Labora-
ui clamans: raucæ factæ ſunt fauces meæ: defecerūt oculi mei,
dum ſpero in Deum meum. Multiplicati ſunt ſuper capil-
los capitis mei qui oderunt me gratis. Confortati ſunt qui
perſecuti ſunt me inimici mei iniuſtè: quæ nō rapui, tūc exol
uebam. Deus tu ſcis inſipientiā meam: & delicta mea à te
non ſunt abſcōdita. Non erubeſcant in me qui expectāt te
Domine? Domine virtutum, Non confundantur ſuper me
qui quærunt te, Deus Iſrael: Quoniam propter te ſuſtinui
B opprobriū: operuit confuſio faciem meam. Extraneus fa-
ctus ſum fratribus meis: & peregrinus filijs matris meæ.
Quoniā zelus domus tuæ comēdit me: & opprobria expro-
brantium tibi ceciderunt ſuper me. Et operui in ieiunio
animam meam: & factum eſt in opprobriū mihi. Et poſui
veſtimentū meum cilicium: & factus ſum illis in parabolam.
Aduerſum me loquebātur qui ſedebāt in porta: & in me pſal
lebant qui bibebant vinum. Ego verò orationem meam ad
te Domine: tempus beneplaciti Deus. In multitudine mi-
ſericordiæ tuæ exaudi me: in veritate ſalutis tuæ. Eripe me
de luto, vt non infigar: libera me ab his qui oderunt me, & de
profundis aquarū. Non me demergat tēpeſtas aquæ, neq;
abſorbeat me profundum: neque vrgeat ſuper me puteus os
ſuum. Exaudi me Domine quoniā benigna eſt miſericor-
dia tua: ſecundū multitudinem miſerationum tuarum reſpice
in me. Et ne auertas faciē tuam à puero tuo: quoniā tribu-
lor, velociter exaudi me. Intēde animæ meæ, & libera eam:
C propter inimicos meos eripe me. Tu ſcis improperium
meū, & confuſionem meam: & reuerentiā meam: In con-
ſpectu tuo ſunt omnes qui tribulāt me: improperiū expecta-
uit cor meum & miſeriā. Et ſuſtinui qui ſimul contriſtare-
tur, & non fuit: & qui cōſolaretur, & nō inueni. Et dederūt
in eſcam meam fel: & in ſiti mea potauerunt me aceto. Fiat
menſa eorū corā ipſis in laqueū: & in retributiones, & in ſcan
dalum. Obſcurētur oculi eorū ne videāt: & dorſum eorum
ſemper incurua. Effunde ſuper eos iram tuam: & furor iræ
tuæ cōprehendat eos. Fiat habitatio eorū deſerta: & in ta-
D bernaculis eorū non ſit qui inhabitet. Quoniā quē tu per-
cuſiſti, perſecuti ſunt: & ſuper dolorē vulnerū meorū addi-
derunt. Appone iniquitatem ſuper iniquitatem eorum: &
non intrent in iuſtitiam tuam. Deleantur de libro viuen-
tium, & cum iuſtis non ſcribantur. Ego ſum pauper & do-
lens: ſalus tua Deus ſuſcepit me. Laudabo nomen Dei cum
cantico: & magnificabo eum in laude: Et placebit Deo ſu-
per vitulum nouellum cornua producentē & vngulas. Vi-
deant pauperes & lætētur: quærite Deum, & viuet anima ve-
ſtra: Quoniā exaudiuit pauperes Dominus: & vinctos ſuos
non deſpexit. Laudent illum cœli & terra: mare & omnia
reptilia in eis. Quoniam Deus ſaluam faciet Sion: & ædifi-
cabuntur ciuitates Iudæ. Et inhabitabunt ibi, & hæredita-
te acquirent eam. Et ſemen ſeruorum eius poſſidebit eam:
& qui diligunt nomen eius habitabunt in ea.

Dauid typus CHRIST I.

Ioan. 2 d
Roma. 15 d
Actu. 1 d

S. CELEREM *opem sibi orat, ultionem hostibus, gaudiũ ex sua salute sanctis, gratumq; se fore pollicetur. Argumento cohærere uidetur cum sequenti.*

In finem, Psalmus Dauid, in rememoratione, quòd saluum fecerit eum Dominus. LXIX.

DEus in adiutoriũ meum intende: Domine ad adiuuandum me, festina. Confundantur & reuereantur qui quærunt animã meam. Auertantur retrorsum & erubescant qui volunt mihi mala. Auertãtur statim erubescentes: qui dicunt mihi, Euge, euge. Exultent & lætentur in te omnes qui quærunt te: & dicant semper, Magnificetur Dominus, qui diligunt salutare tuum. Ego verò egenus & pauper sum: Deus adiuua me. Adiutor meus & liberator meus es tu: Domine ne moreris.

S. ARGVMENTI *communis est hic Psalmus, opem contra hostes orat à Domino.*

Psalmus Dauid, filiorum Ionadab, & priorum captiuorum. LXX.

A IN te Domine speraui, non confundar in æternũ: in iustitia tua libera me, & eripe me. Inclina ad me aurem tuam: & salua me. Esto mihi in Deum protectorem, & in locum munitũ: vt saluum me facias. Quoniam firmamentum meũ, & refugium meum es tu. Deus meus eripe me de manu peccatoris, & de manu contra legẽ agentis & iniqui: Quoniã tu es patien
B tia mea Domine, Domine spes mea à iuuentute mea. In te confirmatus sum ex vtero: de ventre matris meæ tu es protector meus. In te cãtatio mea semper: tanquam prodigiũ factus sum multis, & tu adiutor fortis. Repleatur os meũ laude: vt cantem gloriã tuam, tota die magnitudinẽ tuam. Ne proijcias me in tẽpore senectutis: cũ defecerit virtus mea, ne derelinquas me: Quia dixerũt inimici mei mihi: & qui cu-
stodiebãt animã meam, consiliũ fecerunt in vnũ, Dicentes, Deus dereliquit eũ: persequimini, & cõprehẽdite eũ: quia nõ
C est qui eripiat. Deus ne elongeris à me: Deus meus in auxilium meũ respice. Confundãtur & deficiãt detrahẽtes animæ meæ: operiantur cõfusione & pudore qui quærunt mala mihi. Ego autẽ semper sperabo: & adijciã super omnẽ laudem tuã. Os meum annuntiabit iustitiã tuam: tota die salutare tuum. Quoniam non cognoui literaturam, introibo in potentias Domini: Domine memorabor iustitiæ tuæ solius. Deus docuisti me à iuuentute mea: & vsq; nunc pronuntiabo
D mirabilia tua Et vsq; in senectã & senium: Deus ne derelinquas me, Donec annuntiem brachiũ tuũ generationi omni quæ vẽtura est: Potentiã tuã & iustitiã tuã Deus vsq; in altissima quæ fecisti magnalia: Deus quis similis tibi? Quantas ostendisti mihi tribulationes multas & malas: & cõuersus viuificasti me: & de abyssis terræ iterũ reduxisti me: Multiplicasti magnificentiã tuam: & conuersus consolatus es me, Nam & ego confitebor tibi in vasis psalmi veritatem tuam, Deus: psallam tibi in cithara sanctus Israel. Exultabunt labia mea cum cantauero tibi: & anima mea quam redemisti. Sed & lingua mea tota die meditabitur iustitiam tuam: cum confusi & reueriti fuerint qui quærunt mala mihi.

S. ORAT *aduenire regnum* Dei per CHRISTVM, *& uaticinatur de regni huius amplitudine, æquitate, felicitate, & diuturnitate: omnia autem sub typo regni Salomonici.*

Psalmus in Salomonem. LXXI.

A DEus iudiciũ tuum regi da: & iustitiam tuam filio regis. Iudicare populũ tuũ in iustitia, & pauperes tuos in iudicio. Suscipiãt montes pacẽ populo: & colles iustitiã. Iudicabit pauperes populi, & saluos faciet filios pauperum: & humiliabit calumniatorẽ. Et permanebit cũ sole & ante lunã in generatione &
B generationẽ. Descendet sicut pluuia in vellus: & sicut stillicidia stillantia super terrã. Orietur in diebus eius iustitia & abundantia pacis: donec auferatur luna. Et dominabitur à mari vsq; ad mare: & à flumine vsq; ad terminos orbis terrarũ. Coram illo procident Aethiopes: & inimici eius terram lingent. Reges Tharsis & insulæ munera offerent: reges Ara-
C bum & Saba dona adducẽt. Et adorabũt eum omnes reges terræ: omnes gẽtes seruient ei. Quia liberabit pauperẽ à potente, & pauperẽ cui nõ erat adiutor. Parcet pauperi & inopi: & animas pauperũ saluas faciet. Ex vsuris & iniquitate redimet animas eorũ: & honorabile nomen eorũ coram illo. Et viuet, & dabitur ei de auro Arabiæ, & adorabunt de ipso
D semper: tota die benedicent ei. Et erit firmamentũ in terra in summis montiũ, superextolletur super Libanum fructus eius: & florebũt de ciuitate sicut fœnũ terræ. Sit nomẽ eius benedictum in secula: ante solem permanet nomen eius. Et benedicentur in ipso omnes tribus terræ: omnes gentes magnificabũt eum. Benedictus Dominus Deus Israel, qui facit mirabilia solus. Et benedictum nomen maiestatis eius in æternũ, & replebitur maiestate eius omnis terra. fiat fiat.

Defecerunt laudes Dauid filij Iesse.

S. CANIT *in consolationem sanctorum, qui felicitate impiorum uruntur & offenduntur, quàm infelicem ea exitũ habeat: & rursus quàm felicem illorum, qui hic uidentur exerceri, infelicitas.*

Psalmus Asaph. LXXII.

A QVàm bonus Israel Deus his qui recto sunt corde. Mei autẽ penè moti sunt pedes: penè effusi sunt gressus mei. Quia zelaui super iniquos, pacem peccatorum videns. Quia nõ est respectus morti eorum: & firmamentũ in plaga eorum. In labore hominum non sunt: & cũ hominibus nõ flagellabuntur. Ideo tenuit eos superbia: operti sunt iniquitate & impietate sua. Prodijt quasi ex adipe iniquitas eorũ: trãsierunt in affectum
B cordis. Cogitauerũt & locuti sunt nequitiã: iniquitatem in excelso locuti sunt. Posuerũt in cœlũ os suũ: & lingua eorũ trãsiuit in terra. Ideo cõuertetur populus meus hic: & dies pleni inueniẽtur in eis. Et dixerũt, Quomodo scit Deus, & si est sciẽtia in excelso? Ecce ipsi peccatores & abundantes in seculo, obtinuerũt diuitias. Et dixi, Ergo sine causa iusti-
ficaui cor meum, & leuaui inter innocẽtes manus meas: Et
C fui flagellatus tota die, & castigatio mea in matutinis. Si dicebam, Narrabo sic: ecce nationem filiorũ tuorũ reprobaui. Existimabã vt cognoscerẽ hoc: labor est ante me, Donec intrẽ in sanctuariũ Dei: & intelligã in nouissimis eorũ. Veruntamẽ propter dolos posuisti eis: deiecisti eos dum alleuarentur. Quomodo facti sunt in desolationẽ, subito defecerũt: perierũt propter iniquitatẽ suã. Velut somniũ surgẽtiũ Domine, in ciuitate tua imaginem ipsorũ ad nihilũ rediges:
D Quia inflammatũ est cor meũ, & renes mei cõmutati sunt: & ego ad nihilũ redactus sum, & nesciui. Vt iumentum factus sum apud te: & ego semper tecũ. Tenuisti manũ dexteram meam: & in volũtate tua deduxisti me, & cũ gloria suscepisti me. Quid enim mihi est in cœlo: & à te quid volui super terram? Defecit caro mea & cor meũ: Deus cordis mei, & pars mea Deus in æternũ. Quia ecce, qui elõgant se à te, peribũt: perdidisti omnes qui fornicantur abs te. Mihi autem adhærere Deo bonũ est: ponere in Domino Deo spem meã. Vt annuntiem omnes prædicationes tuas in portis filiæ Sion.

In deo spes habenda.

S. QVERELA *est populi fidelis apud* Deum *de contumelia nominis diuini: precatur ut asserat suam gloriam, excindat hostes.*

Intellectus Asaph. LXXIII.

A VT quid Deus repulisti in finem: iratus est furor tuus super oues pascuæ tuæ? Memor esto congregationis tuæ, quam possedisti ab initio. Redemisti virgã hæreditatis tuæ: mons Sion in quo habitasti in eo. Leua manus tuas in superbias eorũ in finem:

quanta

quanta malignatus eſt inimicus in ſancto. Et gloriati ſunt qui oderunt te: in medio ſolennitatis tuæ. Poſuerunt ſigna ſua, ſigna: & non cognouerunt ſicut in exitu ſuper ſummum. B Quaſi in ſylua lignorum ſecuribus exciderunt ianuas eius in idipſum: in ſecuri & aſcia deiecerunt eam. Incenderũt igni 4.Reg.25 c ſanctuarium tuum in terra: polluerũt tabernaculum nominis tui. Dixerũt in corde ſuo cognatio eorũ ſimul, Quieſcere faciamus omnes dies feſtos Dei à terra. Signa noſtra non vidimus, iam non eſt propheta: & nos nõ cognoſcet amplius. Vſquequo Deus improperabit inimicus: irritat aduerſarius nomen tuum in finem? Vt quid auertis manum tuam, & dexteram tuam de medio ſinu tuo in finem? Deus autem C rex noſter ante ſecula: operatus eſt ſalutem in medio terræ. Tu confirmaſti in virtute tua mare: contribulaſti capita dra- Exod. 18 conum in aquis. Tu confregiſti capita draconis: dediſti eum eſcam populis Aethiopũ. Tu dirupiſti fontes & torrẽtes: tu ſiccaſti fluuios Ethan. Tuus eſt dies, & tua eſt nox: tu fabricatus es auroram & ſolem. Tu feciſti omnes termi- D nos terræ: æſtatem & ver tu plaſmaſti ea. Memor eſto huius, inimicus improperauit Domino: & populus inſipiẽs incitauit nomen tuum. Ne tradas beſtijs animas confitẽtium tibi: & animas pauperum tuorum ne obliuiſcaris in finem. Reſpice in teſtamentum tuum: quia repleti ſunt, qui obſcurati ſunt terræ domibus iniquitatum. Ne auertatur humilis factus confuſus: pauper & inops laudabunt nomen tuum. Exurge Deus, iudica cauſam tuam: memor eſto improperiorum tuorum, eorum quæ ab inſipiente ſunt tota die. Ne obliuiſcaris voces inimicorum tuorum: ſuperbia eorum qui te oderunt, aſcendit ſemper.

S. CONSOLATVR *populum* Dei *adflictum & oppreſſum, ut certam ſpem concipiant* Deum *adfore: admonet interim hoſtes ne nimium ſuis uiribus fidant.*

In finẽ ne corrũpas, Pſalmus cantici Aſaph. LXXIIII.

CONfitebimur tibi Deus, confitebimur, & inuocabimus nomen tuum. Narrabimus mirabilia tua: cum accepero tempus, ego iuſtitias iudicabo. Liquefacta eſt terra, & omnes qui habitant in ea: ego cõfirmaui columnas eius. Dixi iniquis, Nolite inique agere: & delinquẽtibus, Nolite exaltare cornu: Nolite extollere in altum cornu veſtrum: nolite loqui aduerſus Deum iniquitatem: Quia neq; ab oriente, neq; ab occidente, neq; à deſertis montibus: quoniã Deus iudex eſt. Hunc humiliat, & hũc exaltat: quia calix in manu Domini vini meri plenus miſto: Et inclinauit ex hoc in hoc: veruntamẽ fæx eius non eſt exinanita: bibent omnes peccatores terræ. Ego autem annuntiabo in ſeculum: cantabo Deo Iacob. Et omnia cornua peccatorũ confringam: & exaltabuntur cornua iuſti.

S. OBTENTA *uictoria epinicion canit, celebratq; Deum uictoriæ authorem.*

In finem in laudibus, Pſalmus Aſaph, canticum. LXXV.

NOtus in Iudæa Deus: in Iſrael magnum nomen eius. Et factus eſt in pace locus eius: & habitatio eius in Sion. Ibi confregit potentias, arcum, ſcutum, gladium, & bellum. Illuminans tu mirabiliter à montibus æternis: turbati ſunt omnes inſipientes corde. Dormierunt ſomnũ ſuũ: & nihil inuenerunt omnes viri diuitiarũ in manibus ſuis. Ab increpatione tua Deus Iacob dormitauerũt qui aſcenderũt equos. Tu terribilis es, & quis reſiſtet tibi? ex tũc ira tua. De cœlo auditũ feciſti iudiciũ: terra tremuit & quieuit. Cum exurgeret in iudiciũ Deus, vt ſaluos faceret omnes mãſuetos terræ. Quoniã cogitatio hominis cõfitebitur tibi: & reliquiæ cogitationis diẽ feſtũ agent tibi. Vouete & reddite Dño Deo veſtro omnes qui in circuitu eius affertis munera. Terribili & ei qui aufert ſpiritũ principũ: terribili apud omnes reges terræ.

S. CONQVERITVR *de maxima & grauiſſima adflictione, ſimul tamen diuina bonitate & miſericordia Dei fretus, ſe conſolatur.*

In finem pro Idithun, Pſalmus Aſaph. LXXVI.

A VOce mea ad Dominũ clamaui: voce mea ad Deũ: & intendit mihi. In die tribulationis meæ Deũ exquiſiui, manibus meis nocte contra eũ: & non ſum deceptus. Renuit cõſolari anima mea, memor fui Dei, & delectatus ſum, & exercitatus ſum: & defecit ſpiritus meus. Anticipauerunt vigilias oculi mei: turbatus ſum, & non ſum locutus. Cogitaui dies antiquos: & annos B æternos in mente habui. Et meditatus ſum nocte cũ corde meo: & exercitabar, & ſcopebam ſpiritum meum. Nunquid in æternum proijciet Deus, aut non apponet vt complacitior ſit adhuc? Aut in finem miſericordiam ſuam abſcindet, à generatione in generationẽ? Aut obliuiſcetur miſereri Deus? aut continebit in ira ſua miſericordias ſuas? Et di- C xi, Nunc cœpi: hæc mutatio dexteræ excelſi. Memor fui operum Domini: quia memor ero ab initio mirabilium tuorum. Et meditabor in omnibus operibus tuis: & in adinuẽtionibus tuis exercebor. Deus in ſancto via tua: quis Deus magnus ſicut Deus noſter? tu es Deus qui facis mirabilia. Notam feciſti in populis virtutem tuam: redemiſti in brachio tuo populũ tuum, filios Iacob & Ioſeph. Viderũt te aquæ D Deus, viderunt te aquæ: & timuerunt, & turbatæ ſunt abyſsi. Multitudo ſonitus aquarũ: vocem dederũt nubes. Etenim ſagittæ tuæ tranſeunt: vox tonitrui tui in rota. Illuxerunt coruſcationes tuæ orbi terræ: commota eſt & cõtremuit terra. In mari via tua, & ſemitæ tuæ in aquis multis: & veſti- Exod.14 c gia tua non cognoſcentur. Deduxiſti ſicut oues populum tuum in manu Moyſi & Aaron.

S. CARMEN *eſt hiſtoricum, commemorans opera* Dei, *informans & docens omnes poſteros quid facto ſit opus.*

Intellectus Aſaph. LXXVII.

A ATtendite populе meus legẽ meam: inclinate aurem veſtrã in verba oris mei. Aperiam in parabolis os meum: loquar propoſitiones ab initio. Quanta audiuimus & cognouimus ea: & patres noſtri narrauerunt nobis, Non ſunt occultata à filijs eorũ in generatione altera, Narrantes laudes Domini, & virtutes eius, & mirabilia eius quæ fecit. Et ſuſcitauit teſtimonium in Iacob: & legem poſuit in Iſrael. Quanta mandauit patribus noſtris nota facere ea filijs ſuis, vt cognoſcat generatio altera. Filij qui naſcentur, & exurgent, & narrabunt filijs ſuis, Vt ponant in Deo ſpem ſuam, & non obliuiſcantur operum Dei, & mandata eius exquirant. Ne fiant ſicut patres eorũ, generatio praua & exaſperans. Generatio quæ B non direxit cor ſuum, & non eſt creditus cum Deo ſpiritus eius. Filij Ephrem intendentes & mittẽtes arcum, conuerſi ſunt in die belli. Non cuſtodierunt teſtamentum Dei: & in lege eius noluerunt ambulare. Et obliti ſunt benefactorum eius: & mirabilium eius quæ oſtendit eis. Coram patribus eorum fecit mirabilia in terra Aegypti: in campo Ta- Exod.14 e neos. Interrupit mare, & perduxit eos: & ſtatuit aquas quaſi Exod.15 d in vtre. Et deduxit eos in nube diei: & tota nocte in illumi- 14 e f natione ignis. Interrupit petram in eremo: & adaquauit eos Pſal.104 d velut in abyſſo multa. Et eduxit aquam de petra: & eduxit Exod.17 b tanquam flumina aquas. Et appoſuerunt adhuc peccare ei: in iram excitauerunt excelſum in inaquoſo. Et tentauerunt Deum in cordibus ſuis vt peterent eſcas animabus Nume.11 a ſuis. Et male locuti ſunt de Deo: dixerunt, Nunquid pote- Nume.20 b C rit Deus parare mẽſam in deſerto? Quoniam percuſsit petram, & fluxerunt aquæ, & torrentes inundauerunt: Nunquid & panem poterit dare, aut parare menſam populo ſuo? Nume.11 a Ideo audiuit Dñs, & diſtulit: & ignis accenſus eſt in Iacob, & ira Dei aſcẽdit in Iſrael: Quia non crediderunt in Deo, nec ſpera-

ſperauerunt in ſalutari eius. Et mandauit nubibus déſuper,
Exod.16 c & ianuas cœli aperuit, Et pluit illis manna ad manducan-
Nume.11 b dum,& panem cœli dedit eis. Panem angelorũ mãducauit
Ioan. 6 d homo;cibaria miſit eis in abundantia. Tranſtulit auſtrũ de
1. Cor.10 a cœlo:& induxit in virtute ſua Africum. Et pluit ſuper eos
Nume.11 g ſicut puluerem carnes:& ſicut arenam maris volatilia penna-
ta, Et ceciderunt in medio caſtrorum eorum: circa taber-
D nacula eorum. Et manducauerunt & ſaturati ſunt nimis,&
Nume.11 g deſyderium eorũ attulit eis:non ſunt fraudati à deſyderio ſuo.
Adhuc eſcæ eorum erant in ore ipſorum: & ira Dei aſcendit
ſuper eos. Et occîdit pingues eorum;& electos Iſrael im-
pediuit. In omnibus his peccauerũt adhuc:& non credide-
runt in mirabilibus eius. Et defecerunt in vanitate dies eo-
rum:& anni eorum cum feſtinatione. Cum occideret eos
quærebant eum;& reuertebantur,& diluculo veniebant ad
eum. Et rememorati ſunt quia Deus adiutor eſt eorum: &
Deus excelſus redemptor eorũ eſt. Et dilexerunt eũ in ore
ſuo,& lingua ſua mentiti ſunt ei: Cor autẽ eorum non erat
rectum cum eo: nec fideles habiti ſunt in teſtamento eius.
Ipſe autẽ eſt miſericors,& propitius fiet peccatis eorum: &
non diſperdet eos. Et abundauit vt auerteret iram ſuam:&
E non accendit omnem iram ſuam. Et recordatus eſt quia ca-
ro ſunt:ſpiritus vadens, & non rediens. Quoties exacerba-
uerunt eum in deſerto:in iram cõcitauerunt eum in inaquo-
ſo, Et cõuerſi ſunt,& tentauerũt Deũ: & ſanctũ Iſrael ex-
acerbauerũt, Non ſunt recordati manus eius, die qua rede-
Exod.7 d mit eos de manu tribulantis, Sicut poſuit in Aegypto ſigna
Exod.8 f ſua:& prodigia ſua in cãpo Taneos. Et cõuertit in ſangui-
Exod.8 a nem flumina eorũ:& imbres eorũ,ne biberent. Miſit in eos
Exod.10 c cynomyiã:& comedit eos:& ranam,& diſperdidit eos. Et
Exod.9 a dedit ærugini fructus eorũ:& labores eorũ locuſtæ. Et occî
Exod.9 e dit in grãdine vineas eorũ: & moros eorũ in pruina. Et tra-
didit grãdini iumenta eorũ:& poſſeſsionẽ eorum igni. Mi-
ſit in eos irã indignationis ſuæ: indignationẽ, & iram,& tri-
bulationẽ:immiſsiones per angelos malos. Viam fecit ſe-
F mitæ iræ ſuæ,& non pepercit à morte animabus eorũ: & iu-
Exod.12 d menta eorũ in morte concluſit, Et percuſsit omne primo-
genitũ in terra Aegypti:primitias omnis laboris eorum in ta-
Exod.14 c bernaculis Cham. Et abſtulit ſicut oues populum ſuum:&
perduxit eos tanquã gregem in deſerto. Et deduxit eos in
ſpe,& non timuerũt:& inimicos eorũ operuit mare. Et in-
duxit eos in montẽ ſanctificationis ſuæ, montẽ quem acqui-
Ioſue 13 b ſiuit dextera eius. Et eiecit à facie eorũ gentes:& ſorte diui-
ſit eis terrã in funiculo diſtributionis. Et habitare fecit in ta
bernaculis eorũ tribus Iſrael. Et tentauerunt, & exacerba-
uerunt Deum excelſum:& teſtimonia eius non cuſtodierũt.
Et auerterunt ſe,& non ſeruauerunt pactũ: quemadmodum
patres eorũ,conuerſi ſunt in arcũ prauum. In iram cõcita-
uerunt eum in collibus ſuis: & in ſculptilibus ſuis ad æmula-
tionem eũ prouocauerunt. Audiuit Deus,& ſpreuit: & ad
1.Reg.4 a nihilum redegit valde Iſrael. Et repulit tabernaculũ Silo,
G tabernaculũ ſuum vbi habitauit in hominibus. Et tradidit
in captiuitatẽ virtutem eorũ: & pulchritudinem eorũ in ma-
nus inimici. Et cõcluſit in gladio populũ ſuũ: & hæredita-
tem ſuam ſpreuit. Iuuenes eorũ comedit ignis: & virgines
eorũ non ſunt lamentatæ, Sacerdotes eorũ in gladio ceci-
derunt:& viduæ eorũ non plorabãtur. Et excitatus eſt tan-
quam dormiẽs Dominus:tanquam potens crapulatus à vino:
Et percuſsit inimicos ſuos in poſteriora: opprobriũ ſempi-
ternũ dedit illis. Et repulit tabernaculũ Ioſeph: & tribum
Ephráim non elegit. Sed elegit tribũ Iuda; montem Sion
quem dilexit. Et ædificauit ſicut vnicornium ſanctificium
ſuum in terra quam fundauit in ſecula. Et elegit Dauid ſer-
uum ſuum,& ſuſtulit eum de gregibus ouium,depoſt fœtan
tes accepit eum, Paſcere Iacob ſeruum ſuum,& Iſrael hæ-
reditatem ſuam. Et pauit eos in innocentia cordis ſui: & in
intellectibus manuum ſuarum deduxit eos.

S. CONQVERVNTVR *de tyrannide & iniurijs Iſraeli illatis, meritos peccatis ſe fatentur, ueniam petunt,& ut finem habeat perſequutio. Gratos ſe fore promittunt.*

Pſalmus Aſaph. LXXVIII.

A DEus venerunt gentes in hæreditatẽ tuam, pollue-
runt templũ ſanctũ tuum; poſuerunt Ieruſalem
in pomorum cuſtodiam. Poſuerũt morticina
ſeruorum tuorum eſcas volatilibus cœli: carnes
ſanctorũ tuorum beſtijs terræ. Effuderunt ſanguinem eo-
B rum tanquam in circuitu Ieruſalem:& non erat qui ſepeliret.
Facti ſumus opprobriũ vicinis noſtris: ſubſannatio & illuſio
his qui in circuitu noſtro ſunt. Vſquequo Domine iraſcẽ-
ris in finem,accẽdetur velut ignis zelus tuus? Effunde iram Iere.10 d
tuam in gentes quæ te non nouerunt:& in regna quæ nomen
tuum non inuocauerunt: Quia comederunt Iacob: & locũ
C eius deſolauerunt. Ne memineris iniquitatũ noſtrarũ anti- Eſa.64 d
quarum, cito anticipent nos miſericordiæ tuæ: quia paupe-
res facti ſumus nimis. Adiuua nos Deus ſalutaris noſter:&
propter gloriã nominis tui Domine libera nos, & propitius
eſto peccatis noſtris propter nomen tuum: Ne forte dicant
in gentibus, Vbi eſt Deus eorum?& innoteſcat in nationibus
D coram oculis noſtris. Vltio ſanguinis ſeruorũ tuorum qui
effuſus eſt; introeat in conſpectu tuo gemitus compedito-
rum. Secundum magnitudinem brachij tui poſside filios
mortificatorum. Et redde vicinis noſtris ſeptuplum in ſinu
eorum: improperium ipſorum quod exprobrauerunt tibi
Domine. Nos autẽ populus tuus & oues paſcuæ tuæ con-
fitebimur tibi in ſeculum, In generatione & generationem
annuntiabimus laudem tuam.

S. ARGVMENTI *eiuſdem eſt cuius præcedens. Populus Dei impijs permiſſus, orat ſe uindicari,& priora Dei beneficia, ſub uineæ allegoria præſenti calamitati collata, ad erigendam ſpem memorat.*

In finem, pro ijs qui commutabuntur, teſtimonium
Aſaph, Pſalmus. LXXIX.

A QVi regis Iſrael intende: qui deducis velut ouem,
Ioſeph. Qui ſedes ſuper cherubim,manifeſta-
re corã Ephráim, Beniamin, & Manaſſe. Ex-
cita potentiam tuam,& veni vt ſaluos facias nos.
Deus conuerte nos:& oſtende faciem tuam, & ſalui erimus.
B Domine Deus virtutũ,quouſq; iraſceris ſuper orationẽ ſer-
ui tui? Cibabis nos pane lachrymarũ:& potum dabis nobis
in lachrymis in menſura? Poſuiſti nos in contradictionem
vicinis noſtris:& inimici noſtri ſubſannauerunt nos. Deus
virtutum conuerte nos: & oſtende faciem tuam, & ſalui eri-
mus. Vineam de Aegypto tranſtuliſti: eieciſti gentes, &
plantaſti eam. Dux itineris fuiſti in cõſpectu eius:& plan-
C taſti radices eius,& impleuit terram. Operuit montes vm-
bra eius:& arbuſta eius cedros Dei. Extẽdit palmites ſuos
vſq; ad mare: & vſq; ad flumen propagines eius. Vt quid
deſtruxiſti maceriam eius:& vindemiãt eam omnes qui præ-
tergrediuntur viam? Exterminauit eã aper de ſylua: & ſin-
gularis ferus depaſtus eſt eam. Deus virtutum conuertere:
reſpice de cœlo,& vide,& viſita vineam iſtam. Et perfice
D eam quam plantauit dextera tua:& ſuper filiũ hominis quem
confirmaſti tibi. Incenſa igni & ſuffoſſa ;ab increpatione
vultus tui peribunt. Fiat manus tua ſuper virum dexteræ
tuæ:& ſuper filium hominis quem cõfirmaſti tibi. Et non
diſcedimus à te:viuificabis nos,& nomẽ tuum inuocabimus.
Domine Deus virtutum conuerte nos; & oſtende faciem
tuam,& ſalui erimus.

S. EXHORTATIO *eſt ad gratitudinem pro anni prouentu, ſi-mulq; beneficiorum Dei quæ Iſraeli contulit, commemoratio.*

In finem pro torcularibus, Pſalmus Aſaph,
quinta ſabbathi. LXXX.

A EXultate Deo adiutori noſtro: iubilate Deo Iacob. Sumite pſalmũ,& date tympanum: pſalterium iucundũ cum cithara. Buccinate in Neomenia tuba, in inſigni die ſolennitatis veſtræ,
Quia præceptũ in Iſrael eſt,& iudicium Deo Iacob. Teſti
Gene.41 f monium in Ioſeph poſuit illud, cum exiret de terra Aegypti: linguam quam non nouerat audiuit. Diuertit ab oneribus
B dorſum eius: manus eius in cophino ſeruierunt. In tribulatione inuocaſti me, & liberaui te, exaudiui te in abſcondito tẽpeſtatis: probaui te apud aquã cõtradictionis. Audi populus meus,& cõteſtabor te: Iſrael ſi audieris me nõ erit in te
Exod.17 b Deus recens, neq; adorabis Deum alienum. Ego enim ſum
C Dominus Deus tuus qui eduxi te de terra Aegypti: dilata os
Deut.20 a tuũ,& implebo illud. Et nõ audiuit populus meus vocem
Iſa.14 c meam: & Iſrael non intendit mihi. Et dimiſi eos ſecundum
Ieremi 3 b deſyderia cordis eorũ, ibunt in adinuentionibus ſuis. Si populus meus audiſſet me: Iſrael ſi in vijs meis ambulaſſet: Pro
D nihilo forſitan inimicos eorum humiliaſſem: & ſuper tribulantes eos miſiſſem manum meam. Inimici Domini mentiti ſunt ei: & erit tempus eorũ in ſecula. Et cibauit eos ex adipe frumenti: & de petra melle ſaturauit eos.

S. OBIVRGATIO *prauorum iudicum, quos deterret ab iniuſtitia, minitando pœnam: interim officium eorum deſcribens.*

Pſalmus Aſaph. LXXXI.

A DEus ſtetit in ſynagôga deorum: in medio autem Deos dijudicat. Vſquequo iudicatis iniquitatem: & facies peccatorũ ſumitis? Iudicate egeno & pupillo: humilem & pauperem iuſtificate.
Eripite pauperem: & egenum de manu peccatoris liberate.
Neſcierunt neq; intellexerunt, in tenebris ambulant: mouebuntur omnia fundamenta terræ. Ego dixi, Dij eſtis, & fi-
Ioan.10 g lij excelſi omnes. Vos autem ſicut homines moriemini: &
ſicut vnus de principibus cadetis. Surge Deus, iudica terram: quoniam tu hæreditabis in omnibus gentibus.

S. PRECATIO *eſt, ut* Dominus *ſuccurrat populo contra tot grauiſſimos & potentiſſimos hoſtes.*

Canticum, Pſalmus Aſaph. LXXXII.

A DEus quis ſimilis erit tibi? ne taceas, neq; compeſcaris Deus. Quoniam ecce inimici tui ſonuerunt: & qui oderunt te, extulerunt caput. Super
populum tuum malignauerunt conſilium: & cogitauerũt aduerſus ſanctos tuos. Dixerunt, Venite, & diſperdamus eos de gente: & non memoretur nomen Iſrael vltrà. Quoniam cogitauerunt vnanimiter: ſimul aduerſum te
teſtamentum diſpoſuerunt, tabernacula Idumæorũ & Iſmahelitæ. Moab,& Agareni, Gebal,& Ammon, & Amalec:
alienigenæ cum habitantibus Tyrum. Etenim Aſſur vênit
Iudic.7 f cum illis: facti ſunt in adiutorium filijs Lot. Fac illis ſicut
Iudic.4 d Madian & Siſaræ: ſicut Iabin in torrente Ciſſon. DiſperiC runt in Endor: facti ſunt vt ſtercus terræ. Pone principes
eorũ ſicut Oreb & Zeb: & Zébee,& Salmana. Omnes prin
Iudic.7 g cipes eorum: qui dixerunt, Hæreditate poſsideamus ſanctua
riũ Dei. Deus meus pone illos vt rotam, & ſicut ſtipulam
ante faciem venti. Sicut ignis qui comburit ſyluam, & ſicut flamma comburens montes: Ita perſequêris illos in
D tempeſtate tua, & in ira tua turbabis eos. Imple facies eorum ignominia: & quærent nomen tuum Domine. Erubeſcant & conturbentur in ſeculum ſeculi: & confundantur & pereant. Et cognoſcãt quia nomen tibi Dominus, tu ſolus altiſsimus in omni terra.

S. CONTINET *commendationem ædis dominicæ, quàm tutum ſit degere in tabernaculis* Domini, *& hoc mirè quadrat feſtis tabernaculorum.*

In finem pro torcularibus filijs Core Pſal. LXXXIII.

A QVàm dilecta tabernacula tua Domine virtutum: concupiſcit & deficit anima mea in atria Domini. Cor meũ & caro mea exaltauerunt in Deũ
B viuum. Etenim paſſer inuênit ſibi domum: & turtur nidum ſibi, vbi ponat pullos ſuos, Altaria tua Domine virtutũ, rex meus & Deus meus. Beati qui habitant in domo tua Domine: in ſecula ſeculorum laudabunt te. Bea-
C tus vir cuius eſt auxilium abs te: aſcenſiones in corde ſuo diſpoſuit, in valle lachrymarum in loco quem poſuit. Etenim benedictionem dabit legiſlator, ibunt de virtute in virtutem: videbitur Deus Deorum in Sion. Domine Deus virtutum exaudi orationẽ meã: auribus percipe Deus Iacob. Prote-
D ctor noſter aſpice Deus,& reſpice in faciẽ CHRISTI tui: Quia melior eſt dies vna in atrijs tuis ſuper millia. Elegi abiectus eſſe in domo Dei mei: magis quàm habitare in tabernaculis peccatorũ. Quia miſericordiã & veritatem diligit Deus: gratiam & gloriã dabit Dominus. Non priuabit bonis eos qui ambulant in innocentia: Domine virtutum, beatus homo qui ſperat in te.

S. VATICINIVM *eſt de reſtitutione Iſraelis, adeoq; de regno Chriſti, & pro aduentu eius precatio, cum deſcriptione felicitatis, qua omnia plena ſunt, vbi illud obtinuerit.*

In finem filijs Core Pſalmus. LXXXIIII.

A BEnedixiſti Domine terram tuam: auertiſti captiuitatem Iacob. Remiſiſti iniquitatẽ plebis tuæ: operuiſti omnia peccata eorũ. Mitigaſti omnẽ
iram tuam: auertiſti ab ira indignationis tuæ.
B Conuerte nos Deus ſalutaris noſter: & auerte iram tuam à nobis. Nunquid in æternũ iraſceris nobis? aut extendes iram tuam à generatione in generationem? Deus tu conuerſus viuificabis nos: & plebs tua lætabitur in te. Oſtende nobis
C Domine miſericordiã tuam: & ſalutare tuum da nobis. Audiam quid loquatur in me Dominus Deus: quoniã loquetur pacem in plebem ſuam. Et ſuper ſanctos ſuos,& in eos qui conuertũtur ad cor. Veruntamẽ prope timentes eũ ſalutare
D ipſius: vt inhabitet gloria in terra noſtra. Miſericordia & veritas obuiauerũt ſibi: iuſtitia & pax oſculatæ ſunt. Veritas de terra orta eſt: & iuſtitia de cœlo proſpexit. Etenim Dominus dabit benignitatem: & terra noſtra dabit fructum ſuũ. Iuſtitia ante eum ambulabit: & ponet in via greſſus ſuos.

S. PRECATIO *eſt, qua orat primũ ut innocenter, inde ab hoſtibus tutus uiuat, ſimulq; potentiã Dei & bonitatẽ ampliſſime, cum ſibi tum alijs exhibitam, exhibendamq; memorat. Typus Chriſti.*

Oratio ipſi Dauid. LXXXV.

A INclina Domine aurẽ tuam, & exaudi me: quoniam inops & pauper ſum ego. Cuſtodi animam meã, quoniã ſanctus ſum: ſaluũ fac ſeruum
tuũ Deus meus ſperantem in te. Miſerere mei Domine, quoniã ad te clamaui tota die: lætifica animam ſerui tui, quoniam ad te Domine animam meam leuaui. Quoniam tu Domine ſuauis,& mitis,& multæ miſericordiæ o-
B mnibus inuocantibus te. Auribus percipe Domine orationem meam: & intẽde voci deprecationis meæ. In die tribulationis meæ clamaui ad te: quia exaudiſti me. Non eſt ſimilis tui in dijs Domine: & nõ eſt ſecundũ opera tua. Omnes
gentes quaſcunq; feciſti, venient,& adorabũt corã te Domine: & glorificabũt nomen tuum: Quoniã magnus es tu, &
C faciens mirabilia: tu es Deus ſolus. Deduc me Domine in via tua, & ingrediar in veritate tua: lætetur cor meum vt timeat nomen tuũ. Confitebor tibi Domine Deus meus in toto corde meo,& glorificabo nomen tuũ in æternũ: Quia miſericordia tua magna eſt ſuper me: & eruiſti animã meam ex inferno inferiori. Deus iniqui inſurrexerũt ſuper me,& ſynagôga potentiũ quæſierũt animam meam: & non propo-
D ſuerunt te in cõſpectu ſuo. Et tu Domine Deus miſerator & miſeri-
Ioel 2 c

& misericors, patiens & multæ misericordiæ & verax, Respice in me, & miserere mei, da imperiũ tuum puero tuo: & saluum fac filium ancillæ tuæ. Fac mecum signũ in bonũ, vt videant qui oderunt me, & confundantur: quoniã tu Domine adiuuisti me, & consolatus es me.

S. ENCOMIVM ecclesiæ sub allegoria temporalis Ierusalem.

Filijs Core Psalmus cantici. LXXXVI.

FVndamenta eius in montibus sanctis: diligit Dñs portas Siõ super omnia tabernacula Iacob. Gloriosa dicta sunt de te ciuitas Dei. Memor ero Raab & Babylonis scientium me. Ecce alienigenæ, & Tyrus, & populus Aethiopum, hi fuerunt illic. Nunquid Sion dicet, Homo, & homo natus est in ea: & ipse fundauit eam Altissimus? Dominus narrabit in scripturis populorum, & principum, horum qui fuerunt in ea. Sicut lætantium omnium, habitatio est in te.

S. QVERIMONIA multo uehementiß. qua extremis malis, & ut uidetur, tam difficilis morbi alicuius, quàm persequutionis ab inimicis, adobrutum, ac tantum non extinctum queritur.

Canticum Psalmi filijs Core in finẽ pro Maheleth ad respõdendum, intellectus Eman Ezrahitæ. LXXXVII.

A DOmine Deus salutis meæ, in die clamaui & nocte coram te: Intret in conspectu tuo oratio mea: inclina aurẽ tuam ad precem meam. Quia repleta est malis anima mea: & vita mea inferno appropinquauit. Aestimatus sum cũ descendentibus in lacum: factus sum sicut homo sine adiutorio, inter mortuos liber. Sicut vulnerati dormientes in sepulchris, quorum non
B es memor amplius: & ipsi de manu tua repulsi sunt. Posuerunt me in lacu inferiori: in tenebrosis, & in vmbra mortis. Super me confirmatus est furor tuus: & omnes fluctus tuos induxisti super me. Longe fecisti notos meos à me: posuerunt me abominationem sibi. Traditus sum, & nõ egrediebar: oculi mei languerunt præ inopia. Clamaui ad te Domi-
C ne tota die: expandi ad te manus meas. Nunquid mortuis facies mirabilia: aut medici suscitabũt, & confitebuntur tibi? Nunquid narrabit aliquis in sepulchro misericordiã tuam: & veritatem tuã in perditione? Nunquid cognoscentur in tenebris mirabilia tua: & iustitia tua in terra obliuionis? Et
D ego ad te clamaui: & mane oratio mea præueniet te. Vt quid Domine repellis orationem meam: auertis faciem tuam à me? Pauper sum ego, & in laboribus à iuuentute mea: exaltatus autem, humiliatus sum & conturbatus. In me transierũt iræ tuæ: & terrores tui conturbauerunt me. Circundederũt me sicut aqua: tota die circundederunt me simul. Elongasti à me amicum & proximum: & notos meos à miseria.

S. DOCET omnium seculorum homines, ne in adflictionibus deficiant, sed certa fide fœderi inter Deum & homines icto, tanquam sacræ anchoræ hæreant. Comprehendit promißionem Dauidi factam 2. Reg. 17. Typus Christi.

A Intellectus Ethan Ezrahitæ. LXXXVIII.

MIsericordias Domini in æternum cantabo. In generatione & generationem annuntiabo veritatem tuam in ore meo. Quoniã dixisti, In æternum misericordia ædificabitur in cœlis: præpa-
2. Reg. 7 c rabitur veritas tua in eis. Disposui testamentũ electis meis, iuraui Dauid seruo meo, Vsq; in æternũ præparabo semen tuum. Et ædificabo in generatione & generationem sedem tuam. Confitebũtur cœli mirabilia tua Domine: etenim veritatem tuã in ecclesia sanctorũ. Quoniam quis in nubibus æquabitur Domino, similis erit Deo in filijs Dei? Deus qui glorificatur in concilio sanctorum: magnus & terribilis super
B omnes qui in circuitu eius sunt. Domine Deus virtutum, quis similis tibi? potens es Domine, & veritas tua in circuitu tuo. Tu dominaris potestati maris: motum autem fluctuũ eius tu mitigas. Tu humiliasti sicut vulneratũ, superbum: in brachio virtutis tuæ dispersisti inimicos tuos. Tui sunt cœli, & tua est terra, orbem terræ & plenitudinẽ eius tu fundasti: aquilonem & mare tu creasti. Thabor & Hermon in Gene. 1 e nomine tuo exultabunt: tuum brachiũ cum potentia. Fir-
C metur manus tua, & exaltetur dextera tua: iustitia & iudiciũ præparatio sedis tuæ. Misericordia & veritas præcedent faciem tuam: beatus populus qui scit iubilationẽ. Domine in lumine vultus tui ambulabũt, & in nomine tuo exultabũt tota die, & in iustitia tua exaltabũtur. Quoniã gloria virtutis eorum tu es, & in beneplacito tuo exaltabitur cornu nostrũ. Quia Domini est assumptio nostra, & sancti Israel regis nostri. Tunc locutus es in visione sanctis tuis, & dixisti, Posui adiutorium in potente: & exaltaui electum de plebe mea. Inueni Dauid seruum meũ: oleo sancto meo vnxi eũ. Ma- 1. Reg. 16 c
D nus enim mea auxiliabitur ei: & brachiũ meum confortabit Act. 13 d eum. Nihil proficiet inimicus in eo: & filius iniquitatis non apponet nocere ei. Et concidam à facie ipsius inimicos eius: & odientes eum, in fugã conuertam. Et veritas mea & misericordia mea cum ipso: & in nomine meo exaltabitur cornu eius. Et ponã in mari manũ eius: & in fluminibus dexteram eius. Ipse inuocauit me, Pater meus es tu: Deus meus & susceptor salutis meæ, Et ego primogenitũ ponam illũ:
E excelsum præ regibus terræ. In æternũ seruabo illi misericordiam meam: & testamentũ meum fidele ipsi. Et ponam in seculũ seculi semen eius: & thronũ eius sicut dies cœli. Si autem dereliquerint filij eius legem meam, & in iudicijs meis nõ ambulauerint, Si iustitias meas prophanauerint, & mãdata mea nõ custodierint: Visitabo in virga iniquitates eorũ, & in verberibus peccata eorũ. Misericordiã autẽ meam non dispergam ab eo, neq; nocebo in veritate mea. Neque prophanabo testamentũ meum: & quæ procedunt de labijs 2. Reg. 7 b meis, non faciã irrita. Semel iuraui in sancto meo, si Dauid Ioan. 12 c mentiar, semen eius in æternũ manebit. Et thronus eius si-
F cut sol in conspectu meo, & sicut luna perfecta in æternũ: & testis in cœlo fidelis. Tu verò repulisti & despexisti: distu- Conqueri- listi CHRISTVM tuum. Auertisti testamentũ serui tui: tur ecclesia se abiectã. prophanasti in terra sanctuarium eius. Destruxisti omnes sepes eius: proposuisti firmamẽtũ eius formidinẽ. Diripue runt eũ omnes transeuntes viam: factus est opprobriũ vicinis suis. Exaltasti dexterã deprimentiũ eum: lætificasti omnes inimicos eius. Auertisti adiutoriũ gladij eius: & nõ es auxi-
G liatus ei in bello. Destruxisti eũ ab emundatione: & sedem eius in terra collisisti. Minorasti dies tẽporis eius: perfudisti eũ confusione. Vsquequo Domine auertis in finẽ: exardescet sicut ignis ira tua? Memorare quæ mea substantia: nunquid enim vane cõstituisti omnes filios hominũ? Quis est homo qui viuet, & non videbit mortẽ: eruet animam suam de manu inferi? Vbi sunt misericordiæ tuæ antiquæ Domi- 2. Reg. 7 c ne: sicut iurasti Dauid in veritate tua? Memor esto Domine opprobrij seruorũ tuorũ (quod cõtinui in sinu meo) multarum gentiũ, Quod exprobrauerũt inimici tui Domine, quod exprobrauerunt, commutationem CHRISTI tui. Benedictus Dominus in æternum: fiat fiat.

ARGVMENTVM *in titulo comprehenditur.*

Oratio Moysi hominis Dei. LXXXIX.

A DOmine, refugiũ factus es nobis à generatione in generationẽ. Priusquã mõtes fierẽt, aut formaretur terra, & orbis: à seculo & in seculum tu es Deus. Ne auertas hominẽ in humilitatẽ: & dixisti, Cõuertimini filij hominũ. Quoniã mille anni ante oculos tuos, tanquã dies hesterna quæ præterijt. Et custodia in nocte: quæ pro nihilo habẽtur, eorũ anni erũt. Mane sicut herba transeat, mane floreat & transeat: vespere decidat, indu-
B ret, & arescat. Quia defecimus in ira tua, & in furore tuo turbati

turbati ſumus. Poſuiſti iniquitates noſtras in cõſpectu tuo: ſeculum noſtrũ in illuminatione vultus tui. Quoniã omnes dies noſtri defecerunt: & in ira tua defecimus. Anni noſtri ſicut aranea meditabuntur: dies annorum noſtrorũ in ipſis, ſeptuaginta anni. Si autẽ in potentatibus octoginta anni: & amplius, eorũ labor & dolor. Quoniã ſuperuenit mãſuetudo, & corripiemur. Quis nouit poteſtatem iræ tuæ, & præ timore tuo iram tuam dinumerare? Dexterã tuã ſic notam fac: & eruditos corde in ſapientia. Conuertere Domine, vſquequo? & deprecabilis eſto ſuper ſeruos tuos. Repleti ſumus mane miſericordia tua: & exultauimus & delectati ſumus omnibus diebus noſtris. Lætati ſumus pro diebus quibus nos humiliaſti: annis quibus vidimus mala. Reſpice in ſeruos tuos, & opera tua: & dirige filios eorũ. Et ſit ſplẽdor Domini Dei noſtri ſuper nos, & opera manuum noſtrarum dirige ſuper nos: & opus manuum noſtrarum dirige.

Ecclę. 18 a

[redacted]

S. [redacted] ſolidã fidẽ

Laus cantici Dauid. communis. XC.

A QVi habitat in adiutorio altiſſimi, in protectione Dei cœli commorabitur. Dicet Domino, Suſceptor meus es tu: & refugium meũ Deus meus, ſperabo in eum. Quoniam ipſe liberauit me de laqueo venantiũ, & à verbo aſpero. Scapulis ſuis obumbrabit tibi: & ſub pennis eius ſperabis. Scuto circũdabit te veritas eius: non timebis à timore nocturno, A ſagitta volante in die, à negotio perambulante in tenebris: ab incurſu & dæmonio meridiano. Cadent à latere tuo mille, & decem millia à dextris tuis: ad te autem non appropinquabit. Verumtamen oculis tuis conſyderabis: & retributionem peccatorum videbis. Quoniam tu es Domine ſpes mea: altiſſimum poſuiſti refugium tuum. Non accedet ad te malũ, & flagellum nõ appropinquabit tabernaculo tuo. Quoniam angelis ſuis mandauit de te: vt cuſtodiant te in omnibus vijs tuis. In manibus portabunt te: ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Super aſpidẽ & baſiliſcũ ambulabis, & conculcabis leonem & draconem. Quoniam in me ſperauit, liberabo eum: protegam eũ, quoniã cognouit nomen meum. Clamauit ad me, & ego exaudiam eum: cũ ipſo ſum in tribulatione: eripiam eũ, & glorificabo eum. Longitudine dierum replebo eum: & oſtendam illi ſalutare meum.

B

C

D

Matth. 4 a
Luc. 4 b

S. SABBATHO *eſſe peculiarem laudandi Deum opportunitatem, cuius ampliſimam materiam ſuppeditant conſiderata probè opera Domini, quibus ſuos mirificè adeò fouet euehitq́; , abijcit autem & perdit impios.*

Pſalmus cantici in die ſabbathi. XCI.

BOnum eſt confiteri Domino, & pſallere nomini tuo altiſſime: Ad annuntiandũ mane miſericordiam tuã, & veritatẽ tuam per noctẽ. In decachordo, pſalterio, cum cantico, in cithara. Quia delectaſti me Domine in factura tua: & in operibus manuũ tuarũ exultabo. Quàm magnificata ſunt opera tua Domine: nimis profundæ factæ ſunt cogitationes tuæ. Vir inſipiẽs nõ cognoſcet: & ſtultus non intelliget hæc. Cũ exorti fuerint peccatores ſicut fœnũ, & apparuerint omnes qui operantur iniquitatẽ, Vt intereant in ſeculum ſeculi, (tu autem altiſſimus in æternũ Domine.) Quoniam ecce inimici tui Domine, quoniam ecce inimici tui peribunt: & diſpergentur omnes qui operãtur iniquitatẽ. Et exaltabitur ſicut vnicornis cornu meum: & ſenectus mea in miſericordia vberi. Et deſpexit oculus meus inimicos meos: & inſurgentibus in me malignãtibus, audiet auris mea. Iuſtus vt palma florebit: ſicut cedrus Libani multiplicabitur. Plãtati in domo Domini in atrijs domus Dei noſtri florebũt. Adhuc multiplicabũtur in ſenecta vberi, & bene patiẽtes erunt: vt annũtient. Quoniam rectus Dominus Deus noſter: & nõ eſt iniquitas in eo.

S. CELEBRAT *Deũ à potentia, maieſtate, ſapientia & uirtute.*

Laus cantici Dauid in die ante ſabbathum, quando inhabitata eſt terra. XCII.

DOminus regnauit, decõrem indutus eſt: indutus eſt Dominus fortitudinem, & præcinxit ſe. Etenim firmauit orbem terræ, qui nõ commouebitur. Parata ſedes tua Deus ex tunc: à ſeculo tu es. Eleuauerũt flumina Domine: eleuauerunt flumina vocẽ ſuam. Eleuauerũt flumina fluctus ſuos: à vocibus aquarum multarũ. Mirabiles elationes maris: mirabilis in altis Dominus. Teſtimonia tua credibilia facta ſunt nimis: domũ tuam decet ſanctitudo Domine in longitudine dierum.

S. IVDICIVM *Dei & auxilium implorat contra improbos innocentum & adflictorum oppreſſores: in primis contra prauos iudices, ad conſolationem & confirmationem eorum qui uim patiuntur.*

Pſalmus Dauid quarta ſabbathi. XCIII.

A DEus vltionum Dominus: Deus vltionum libere egit. Exaltare qui iudicas terrã: redde retributionem ſuperbis. Vſquequo peccatores Domine, vſquequo peccatores gloriabũtur, Effabuntur & loquentur iniquitatẽ, loquentur omnes qui operantur iniuſtitiã? Populũ tuum Domine humiliauerunt: & hæreditatem tuã vexauerunt. Viduã & aduenã interfecerũt: & B pupillos occiderũt. Et dixerũt, Non videbit Dominus: nec intelliget Deus Iacob. Intelligite inſipientes in populo: & ſtulti, aliquando ſapite. Qui plantauit aurem, nõ audiet? aut qui finxit oculũ, nõ cõſyderat? Qui corripit gentes, non arguet, qui docet hominem ſcientiam? Dominus ſcit cogitationes hominũ quoniam vanæ ſunt. Beatus homo quem tu erudieris Domine, & de lege tua docueris eum, Vt mitiges ei à diebus malis: donec fodiatur peccatori fouea. Quia non repellet Dominus plebem ſuã, & hæreditatẽ ſuã nõ derelinquet: Quoaduſq; iuſtitia cõuertatur in iudiciũ: & qui iuxta illam? omnes qui recto ſunt corde. Quis conſurget mihi aduerſus malignantes? aut quis ſtabit mecum aduerſus operantes iniquitatẽ? Niſi quia Dominus adiuuit me: paulominus habitaſſet in inferno anima mea. Si dicebã, Motus eſt pes meus: miſericordia tua Domine adiuuabat me. Secundũ multitudinẽ dolorũ meorũ in corde meo, conſolationes tuæ lætificauerunt animã meã. Nunquid adhæret tibi ſedes iniquitatis: qui fingis laborẽ in præcepto? Captabunt in animã iuſti, & ſanguinẽ innocentẽ condemnabũt. Et factus eſt mihi Dominus in refugiũ: & Deus meus in adiutoriũ ſpei meæ. Et reddet illis iniquitatem ipſorum: & in malitia eorum diſperdet eos: diſperdet illos Dominus Deus noſter.

Beatus quẽ docet De⁹.

C

D

S. EXHORTATVR *ad laudes diuinas, ſed adiuncta obedientia Dei, quæ ſi deſit, uana eſſe omnia externa.*

Laus cantici ipſi Dauid. XCIIII.

VEnite, exultemus Domino, iubilemus Deo ſalutari noſtro: Præoccupemus faciẽ eius in confeſsione: & in pſalmis iubilemus ei. Quoniam Deus magnus Dominus: & rex magnus ſuper omnes deos: Quia in manu eius ſunt fines terræ: & altitudines montium ipſius ſunt. Quoniam ipſius eſt mare, & ipſe fecit illud: & ſiccam manus eius formauerunt. Venite, adoremus, & procidamus, & ploremus ante Dominum qui fecit nos: quia ipſe eſt Dominus Deus noſter. Et nos populus paſcuæ eius: & oues manus eius. Hodie ſi vocẽ eius audieritis, nolite obdurare corda veſtra Sicut in irritatione ſecundum diem tentationis in deſerto, Vbi tentauerunt me patres veſtri: probauerunt & viderunt opera mea. Quadraginta annis offenſus fui generationi illi: & dixi, Semper hi

Adorare Deum.

Hebr. 3

Heb.4 a errant corde. Et isti non cognouerunt vias meas: vt iuraui in ira mea, Si introibunt in requiem meam.

S. INVITAT *ad laudem Dei cunctas creaturas, propterea quòd ipse iam, utiq; per Christum suum, regnet, unde non homines modò, sed uniuersæ creaturæ restituuntur. Vaticinium est de regno Christi.*

1. Par. 16 c Canticum Dauid quando domus ædificabatur post captiuitatem. XCV.

Eccle. 43 d CAntate Domino canticũ nouum: cantate Domino omnis terra. Cantate Domino, & benedicite nomini eius: annuntiate de die in diem salutare eius. Annuntiate inter gentes gloriam eius: in omnibus populis mirabilia eius. Quoniam magnus Dominus, & laudabilis nimis: terribilis est super omnes deos. Quoniam omnes dij gentium dæmonia: Dominus autẽ cœlos fecit. Confessio & pulchritudo in conspectu eius: sanctimonia & magnificentia in sanctificatione eius. Afferte Domino patriæ gentium, afferte Domino gloriam & honorem: afferte Domino gloriam nomini eius. Tollite hostias, & introite in atria eius: adorate Dominũ in atrio sancto eius. Commoueatur à facie eius vniuersa terra: dicite in gentibus quia Dominus regnauit. Etenim correxit orbẽ terræ: qui non commouebitur: iudicabit populos in æquitate. Lætentur cœli & exultet terra, cõmoueatur mare & plenitudo eius: gaudebunt campi, & omnia quæ in eis sunt: Tunc exultabunt omnia ligna syluarum à facie Domini quia venit: quoniam venit iudicare terram. Iudicabit orbem terræ in æquitate, & populos in veritate sua.

S. ET *hic de regno Christi uaticinium canit, quo Deus potentiam suam mirificè in salutem suorũ, & deiectionem hostium, atq; uanarum superstitionũ, exeruit, ad cuius agnitionem simul hortatur.*

Huic Dauid quando terra eius restituta est. XCVI.

Iudiciũ extremum. DOminus regnauit, exultet terra: lætentur insulæ multæ. Nubes & caligo in circuitu eius: iustitia & iudicium correctio sedis eius. Ignis ante ipsum præcedet: & inflãmabit in circuitu inimicos eius. Alluxerunt fulgura eius orbi terræ: vidit, & commota est terra. Montes sicut cera fluxerunt à facie Domini: à facie Domini omnis terra. Annuntiauerunt cœli iustitiam eius: & viderunt omnes populi gloriã eius. Confundantur omnes qui adorant sculptilia: & qui gloriantur in simulachris suis. Adorate eum omnes angeli eius: audiuit, & lætata est Sion. Et exultauerunt filiæ Iudæ propter iudicia tua Domine: Quoniã tu Dominus altissimus super omnẽ terram, nimis exaltatus es super omnes deos. Qui diligitis Dominum odite malum: custodit Dominus animas sanctorum suorum, de manu peccatoris liberabit eos. Lux orta est iusto: & rectis corde lætitia. Lætamini iusti in Domino: & confitemini memoriæ sanctificationis eius.

Exo. 20 d
Leuit. 26 d
Deut. 5 a
Heb. 1 c
Amos 5 d
Rom. 12 b

IDEM *argumentum cum duobus superioribus.*

Psalmus ipsi Dauid. XCVII.

Esa. 52 c & 63 b CAntate Domino canticum nouum: quia mirabilia fecit. Saluauit sibi dextera eius: & brachium sanctũ eius. Notũ fecit Dominus salutare suũ: in conspectu gentiũ reuelauit iustitiã suã. Recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ domui Israel. Viderũt omnes termini terræ salutare Dei nostri. Iubilate Deo omnis terra: cantate, & exultate, & psallite. Psallite Domino in cithara, in cithara & voce psalmi: in tubis ductilibus, & voce tubæ corneæ. Iubilate in conspectu regis Domini: moueatur mare & plenitudo eius: orbis terrarũ, & qui habitãt in eo. Flumina plaudẽt manu, simul montes exultabunt à conspectu Domini: quoniam venit iudicare terram. Iudicabit orbem terrarũ in iustitia, & populos in æquitate.

S. FERE *idem cum superioribus, canit potentiã & bonitatem Dei per arcam fœderis olim repræsentatam, plenius autem per Christum, hinc ad colendum eum & prædicandum inuitat.*

Psalmus ipsi Dauid. XCVIII.

DOminus regnauit, irascantur populi: qui sedet super cherubim, moueatur terra. Dominus in Sion magnus: & excelsus super omnes populos. Confiteantur nomini meo magno, quoniam terribile & sanctum est: & honor regis iudicium diligit. Tu parasti directiones: iudicium & iustitiam in Iacob tu fecisti. Exaltate Dominum Deum nostrum, & adorate scabellũ pedum eius: quoniam sanctũ est. Moyses & Aaron in sacerdotibus eius: & Samuel inter eos qui inuocant nomen eius: Inuocabant Dominũ, & ipse exaudiebat eos: in columna nubis loquebatur ad eos. Custodiebãt testimonia eius, & præceptũ quod dedit illis. Domine Deus noster tu exaudiebas eos: Deus tu propitius fuisti eis, & vlciscens in omnes adinuentiones eorũ. Exaltate Dominũ Deũ nostrũ, & adorate in mõte sancto eius: quoniã sanctus Dominus Deus noster.

S. INVITAT *homines, ut magno studio Deum laudent, conueniantq; in cœtum sacrum, idq; præcipue diebus festis.*

Psalmus in confessione. XCIX.

IVbilate Deo omnis terra: seruite Domino in lætitia. Introite in conspectu eius in exultatione. Scitote quoniam Dominus ipse est Deus: ipse fecit nos, & non ipsi nos, Populus eius & oues pascuæ eius. introite portas eius in confessione, atria eius in hymnis: confitemini illi, Laudate nomen eius: quoniam suauis est Dominus, in æternum misericordia eius, & vsq; in generatione & generationem veritas eius.

S. OFFICIO *pij sanctiq; principis functurũ se pollicetur, nẽpe se uicturũ innocẽter, & malos oppressurũ, & bonos euecturum.*

Psalmus ipsi Dauid. C.

MIsericordiam & iudicium cantabo tibi Domine. Psallam, & intelligam in via immaculata quando venies ad me. Perambulabã in innocentia cordis mei, in medio domus meæ. Non proponebam ante oculos meos rem iniustã: facientes præuaricationes odiui. Non adhæsit mihi cor prauũ: declinantem à me malignum nõ cognoscebã. Detrahentẽ secretò proximo suo hunc persequebar. Superbo oculo & insatiabili corde cum hoc nõ edebã. Oculi mei ad fideles terræ, vt sedeant mecũ: ambulans in via immaculata, hic mihi ministrabat. Non habitabit in medio domus meæ qui facit superbiam: qui loquitur iniqua, nõ direxit in cõspectu oculorũ meorũ. In matutino interficiebam omnes peccatores terræ: vt disperderem de ciuitate Domini omnes operantes iniquitates.

S. QVERIMONIA *est populi Dei ad extremum adflicti, siue per Babylonios, siue per Antiochum, siue per alium hostem, precantis simul ut Deus opem ferat, Altiori autem sensu accommodatur Christo & ecclesiæ.*

Oratio pauperis cum anxius fuerit, & coram Domino effuderit precem suam, CI.

A DOmine exaudi orationẽ meam: & clamor meus ad te veniat. Nõ auertas faciẽ tuã à me: in quacunq; die tribulor, inclina ad me aurẽ tuam. In quacũq; die inuocauero te, velociter exaudi me. Quia defecerunt sicut fumus dies mei: & ossa mea sicut cremiũ aruerũt. Percussus sum vt fœnũ, & aruit cor meũ: quia oblitus sum comedere panẽ meũ. A voce gemitus mei adB hæsit os meũ carni meæ. Similis factus sum pellicano solitudinis: factus sum sicut nycticorax in domicilio. Vigilaui, & factus sum sicut passer solitarius in tecto. Tota die exprobrabant mihi inimici mei: & qui laudabant me, aduersum me iurabant.

iurabant. Quia cinerē tanquā panē māducabā,& potū meū cū fletu miſcebā. A facie iræ indignationis tuæ:quia eleuās alliſiſti me. Dies mei ſicut vmbra declinauerūt:& ego ſicut
C fœnū aruī. Tu autē Domine in æternū permanes:& memoriale tuū in generatione & generationē. Tu exurgēs Domine miſereberis Sion:quia tēpus miſerēdi eius,quia venit tempus. Quoniā placuerūt ſeruis tuis lapides eius:& terræ eius miſerebūtur. Et timebunt gentes nomē tuum Domine,& omnes reges terræ gloriā tuam. Quia ædificauit Dominus Sion:& videbitur in gloria ſua. Reſpexit in orationē humilium:& nō ſpreuit precē eorū. Scribātur hæc in generatione altera:& populus qui creabitur laudabit Dominū. Quia proſpexit de excelſo ſancto ſuo, Dominus de cœlo in terrā aſpexit: Vt audiret gemitus compeditorū,vt ſolueret filios
D interēptorū: Vt annūtient in Sion nomē Domini,& laudē eius in Ieruſalē. In conueniēdo populos in vnū,& reges vt ſeruiant Domino. Reſpōdit ei in via virtutis ſuæ, Paucitatē dierū meorū nuntia mihi. Ne reuoces me in dimidio dierū
Heb.1 c d meorū:in generatione & generationem anni tui. Initio tu Domine terram fundaſti:& opera manuum tuarū ſunt cœli. Ipſi peribunt,tu autē permanes:& omnes ſicut veſtimentum veteraſcent. Et ſicut opertoriū mutabis eos, & mutabūtur: tu autē idem ipſe es,& anni tui nō deficient. Filij ſeruorum tuorum habitabunt:& ſemen eorum in ſeculum dirigetur.

S. GRATA *& ampliſſima cōmemoratione prædicat* Dauid *beneficia* Domini *tum in omnes homines tū in ſe peculiariter collata.*

Ipſi Dauid. CII.

A BEnedic anima mea Domino:& omnia quæ intra me ſunt nomini ſancto eius. Benedic anima mea Domino: & noli obliuiſci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis:qui ſanat omnes infirmitates tuas. Qui redimit de interitu vitā tuā:qui coronat te in miſericordia & miſerationibus. Qui replet in bonis deſyderium tuum:renouabitur vt aquilæ
B iuuentus tua. Faciens miſericordias Dominus: & iudicium omnibus iniuriā patiētibus. Notas fecit vias ſuas Moyſi:filijs Iſrael volūtates ſuas. Miſerator & miſericors Dominus:
Num.14 c lōganimis & multū miſericors. Nō in perpetuū iraſcetur: neq; in æternū cōminabitur. Nō ſecundū peccata noſtra fecit nobis:neq; ſecundum iniquitates noſtras retribuit nobis. Quoniā ſecundū altitudinē cœli à terra:corroborauit miſeri-
C cordiā ſuā ſuper timētes ſe. Quātū diſtat ortus ab occidēte: lōge fecit à nobis iniquitates noſtras. Quomodo miſeretur pater filiorū,miſertus eſt Dominus timētibus ſe:quoniā ipſe cognouit figmentū noſtrū. Recordatus eſt quoniā puluis ſumus,homo ſicut fœnū:dies eius tanquā flos agri ſic efflorebit. Quoniā ſpiritus pertrāſibit in illo,& nō ſubſiſtet:& nō
D cognoſcet amplius locū ſuum. Miſericordia autē Domini ab æterno,& vſq; in æternū ſuper timentes eum. Et iuſtitia illius in filios filiorū:his qui ſeruāt teſtamentū eius. Et memores ſunt mandatorū ipſius ad faciendū ea. Dominus in cœlo parauit ſedē ſuā:& regnū ipſius omnibus dominabitur. Benedicite Domino omnes angeli eius: potentes virtute, faciētes verbū illius,ad audiendā vocē ſermonū eius. Benedicite Domino omnes virtutes eius:miniſtri eius qui facitis voluntatē eius. Benedicite Domino omnia opera eius:in omni loco dominationis eius benedic anima mea Domino.

S. ENCOMIVM Dei *ſumptum ex libris* Moſis *de rerum origine,ut ſapientia & potentia,& bonitate ſumma mundi opificium fabrefecerit in uſus hominum.*

A Ipſi Dauid. CIII.

BEnedic anima mea Domino : Domine Deus meus magnificatus es vehemēter. Confeſsionē & decōrē induiſti: amictus lumine ſicut veſtimēto. Extendens cœlū ſicut pellē:qui tegis aquis ſuperiora eius. Qui ponis nubē aſcenſum tuū:qui ambulas ſuper pennas ventorum. Qui facis angelos tuos ſpiritus: & miniſtros tuos ignē vrentē. Qui fundaſti terrā ſuper ſtabilitatem ſuā:non inclinabitur in ſeculū ſeculi. Abyſſus ſicut veſtimentū amictus eius: ſuper montes ſtabunt aquæ. Ab increpatione tua fugient : à voce tonitrui tui formidabunt.
B Aſcendūt montes,& deſcendūt cāpi in locū quē fundaſti eis. Terminū poſuiſti quem nō tranſgredientur: neq; cōuertentur operire terram. Qui emittis fontes in conuallibus: inter medium montiū pertranſibūt aquæ. Potabunt omnes beſtiæ agri:expectabunt onagri in ſiti ſua. Super ea volucres cœli habitabunt:de medio petrarum dabunt voces. Rigans montes de ſuperioribus ſuis:de fructu operū tuorū ſatiabitur terra: Producēs fœnū iumentis:& herbam ſeruituti hominum, Vt educas panē de terra:& vinum lætificet cor hominis: Vt exhilaret faciē in oleo:& panis cor hominis confir-
C met. Saturabūtur ligna campi,& cedri Libani quas plantauit:illic paſſeres nidificabunt. Herodij domus dux eſt eorum,montes excelſi ceruis: petra refugiū herinacijs. Fecit lunam in tēpora:ſol cognouit occaſum ſuū. Poſuiſti tenebras,& facta eſt nox:in ipſa pertranſibunt omnes beſtiæ ſyluæ. Catuli leonum rugientes vt rapiant, & quærant à Deo eſcā ſibi. Ortus eſt ſol,& cōgregati ſunt:& in cubilibus ſuis collocabuntur. Exibit homo ad opus ſuū:& ad operationē ſuam vſq; ad veſperam. Quàm magnificata ſunt opera tua Domine ? omnia in ſapientia feciſti: impleta eſt terra poſſeſ- Marinorū
ſione tua. Hoc mare magnū,& ſpatioſum manibus:illic re- creatio.
D ptilia quorū nō eſt numerus. Animalia puſilla cū magnis: illic naues pertranſibūt. Draco iſte quē formaſti ad illudendum ei: omnia à te expectant,vt des illis eſcam in tempore. Dante te illis,colligent:te aperiente manū tuā, omnia implebuntur bonitate. Auertente autem te faciem, turbabuntur: auferes ſpiritū eorum,& deficient,& in puluerē ſuū reuertentur. Emitte ſpiritū tuum,& creabūtur: & renouabis faciem terræ. Sit gloria Domini in ſeculū: lætabitur Dominus in operibus ſuis. Qui reſpicit terrā,& facit eam tremere: qui tangit montes & fumigant. Cantabo Domino in vita mea: pſallā Deo meo quādiu ſum. Iucūdum ſit ei eloquiū meū: ego verò delectabor in Domino. Deficiēt peccatores à terra,& iniqui,ita vt non ſint:benedic anima mea Domino.

S. HYMNVS *eſt continens* Dei *laudes & gratiarum actionem pro beneficijs quæ contulit in Iſraelitas ab eo tempore quo Abrahamum delegit amicum,uſq; ad tempus illud quo terram promiſſam tradidit poſsidendam.*

Halleluia. CIIII.

A GOnfitemini Domino, & inuocate nomen eius: 1.Paral.16
annuntiate inter gētes opera eius. Cantate ei,& Eſa. 12
pſallite ei:narrate omnia mirabilia eius. Laudamini in nomine ſancto eius: lætetur cor quærentium Dominū. Quærite Dominū,& cōfirmamini:quærite faciē eius ſemper. Memētote mirabiliū eius quæ fecit: prodigia eius & iudicia oris eius, Semē Abrahā, ſerui eius: filij Iacob electi eius. Ipſe Dominus Deus noſter,in vniuerſa terra iudicia eius. Memor fui in ſeculū teſtamēti ſui verbi quod
mandauit in mille generationes: Quod diſpoſuit ad Abra- Gen.12 c d
ham:& iuramēti ſui ad Iſaac: Et ſtatuit illud Iacob in præ-
B ceptum:& Iſrael in teſtamentū æternum, Dicens,Tibi dabo terram Chanáan: funiculum hæreditatis veſtræ. Cum eſſent numero breui:pauciſsimi,& incolæ eius: Et pertrāſierunt de gente in gentē:& de regno ad populū alterum. Nō Dei erga
reliquit hominē nocere eis: & corripuit pro eis reges, No- fideles ſuos
lite tangere chriſtos meos,& in prophetis meis nolite mali- cura.
gnari. Et vocauit famem ſuper terram:& omne firmamen- 1.Par.16 c d
tum panis contriuit. Miſit ante eos virum : in ſeruum ve- 2.Reg.1 c
nundatus eſt Ioſeph. Humiliauerūt in compedibus pedes Gene.37 f
eius,ferrum pertranſijt animam eius, donec veniret verbum 39 d

41 b 41 c eius. Eloquiũ Domini inflammauit eum: misit rex, & soluit eum: princeps populorum, & dimisit eum. Constituit eum Dominum domus suæ, & principem omnis possessionis suæ: Vt erudiret principes eius sicut semetipsum, & senes eius prudentiam doceret: Et intrauit Israel in Aegyptum, & Iacob accola fuit in terra Cham. Et auxit populum suum vehementer: & firmauit eum super inimicos eius. Conuertit cor eorum vt audirent populum eius: & dolum facerent in seruos eius. Misit Moysen seruum suum: Aaron quem elegit ipsum. Posuit in eis verba signorum suorum: & prodigiorum in terra Cham. Misit tenebras, & obscurauit: & nõ exacerbauit sermones suos. Conuertit aquas eorum in sanguinem: & occîdit pisces eorum. Edidit terra eorum ranas in penetralibus regũ ipsorum. Dixit, & venit cynomyia, & cinifes in omnibus finibus eorum. Posuit pluuias eorum grandinem: ignem comburentem in terra ipsorũ. Et percussit vineas eorum & ficulneas eorum: & contriuit lignum finium eorum. Dixit, & venit locusta & brucus, cuius nõ erat numerus: Et comedit omne fœnum in terra eorum: & comedit omnem fructum terræ eorum. Et percussit omne primogenitum in terra eorum: primitias omnis laboris eorum. Et eduxit eos cũ argento & auro: & non erat in tribubus eorum infirmus. Lætata est Aegyptus in profectione eorũ: quia incubuit timor eorũ super eos. Expandit nubem in protectionem eorũ: & ignem vt luceret eis per noctem. Petierũt, & vênit coturnix: & pane cœli saturauit eos. Dirupit petram, & fluxerũt aquæ: abierũt in sicco flumina: Quoniã memor fuit verbi sancti sui quod habuit ad Abraham puerũ suum. Et eduxit populũ suũ in exultatione: & electos suos in lætitia. Et dedit illis regiones gentiũ: & labores populorum possederunt: Vt custodiant iustificationes eius: & legem eius exquirant.

Exo. 1 b c 3 c 4 d e 7 a 10 f 7 d 8 b 8 & 9 10 c d Exo. 12 d 13 d Exo. 13 d Psal. 77 c Exod. 16 c Nume. 20 c Gen. 22 c d Ioſue 3 d

S. HYMNVS, *ut apparet, ſcriptus in captiuitate Babylonica, Dei laudes complectitur, præſertim à iuſtitia ſanctißima petitas: addita precatiuncula, ut dignetur Iſraëlem reducere in patriam.*

Halleluia, Halleluia. CV.

A CONfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in seculũ misericordia eius. Quis loquetur potentias Domini: auditas faciet omnes laudes eius? Beati qui custodiũt iudicium: & faciunt iustitiam in omni tempore. Memento nostri Domine in beneplacito populi tui: visita nos in salutari tuo: Ad videndũ in bonitate electorum tuorum: ad lætandum in lætitia gentis tuæ: vt lauderis cum hæreditate tua. Peccauimus cum patribus nostris: iniuste egimus, iniquitatem fecimus. Patres nostri in Aegypto non intellexerunt mirabilia tua: non fuerũt memores multitudinis misericordiæ tuæ. Et irritauerũt ascendentes in mare, Mare rubrum. Et saluauit eos propter nomen suum: vt notam faceret potentiam suam. Et increpuit Mare rubrum, & exiccatum est: & deduxit eos in abyssis sicut in deserto, Et saluauit eos de manu odientium: & redemit eos de manu inimici. Et operuit aqua tribulantes eos: vnus ex eis non remansit. Et crediderunt verbis eius: & laudauerunt laudem eius. Cito fecerunt, obliti sunt operum eius: & non sustinuerunt consilium eius. Et concupierunt concupiscentiã in deserto: & tentauerunt Deum in inaquoso: Et dedit eis petitionem ipsorum: & misit saturitatem in animas eorũ. Et irritauerunt Moysen in castris: Aaron sanctum Domini. Aperta est terra, & deglutiuit Dathan: & operuit super congregationem Abiron. Et exarsit ignis in synagóga eorum: flamma combussit peccatores. Et fecerunt vitulum in Horeb: & adorauerunt sculptile. Et mutauerunt gloriam suam in similitudinem vituli comedentis fœnum. Obliti sunt Deum qui saluauit eos, qui fecit magnalia in Aegypto, mirabilia in terra Cham, terribilia in Mari rubro. Et dixit vt disperderet eos: si non Moyses electus eius stetisset in confractione in conspectu eius, Vt auerteret iram eius ne disperderet eos. & pro nihilo habuerunt terram desyderabilem: Non crediderunt verbo eius, & murmurauerunt in tabernaculis suis: non exaudierunt vocem Domini. Et eleuauit manũ suam super eos: vt prosterneret eos in deserto, Et vt deijceret semen eorũ in nationibus, & dispergeret eos in regionibus. Et initiati sunt Beelphegor: & comederunt sacrificia mortuorũ. Et irritauerunt eum in adinuentionibus suis: & multiplicata est in eis ruina. Et stetit Phinees, & placauit: & cessauit quassatio. Et reputatũ est ei in iustitiam in generatione & generationem, vsq; in sempiternum. Et irritauerunt eum ad aquas cõtradictionis: & vexatus est Moyses propter eos, quia exacerbauerũt spiritũ eius. Et distinxit in labijs suis, nõ disperdiderũt gentes quas dixit Dominus illis. Et commisti sunt inter gentes, & didicerũt opera eorũ, & seruierunt sculptilibus eorũ: & factum est illis in scandalum. Et immolauerũt filios suos, & filias suas dæmonijs. Et effuderunt sanguinẽ innocentẽ, sanguinẽ filiorum suorum & filiarum suarum, quas sacrificauerunt sculptilibus Chanáan. Et infecta est terra in sanguinibus, & cõtaminata est in operibus eorũ: & fornicati sunt in adinuentionibus suis. Et iratus est furore Dominus in populũ suum: & abominatus est hæreditatẽ suam. Et tradidit eos in manus gentium: & dominati sunt eorum qui oderunt eos. Et tribulauerunt eos inimici eorum, & humiliati sunt sub manibus eorum: sæpe liberauit eos. Ipsi autem exacerbauerunt eum in consilio suo: & humiliati sunt in iniquitatibus suis. Et vidit cum tribularentur: & audiuit orationem eorũ. Et memor fuit testamenti sui: & pœnituit eum secundum multitudinem misericordiæ suæ. Et dedit eos in misericordias: in conspectu omnium qui ceperant eos. Saluos nos fac Domine Deus noster: & congrega nos de nationibus: Vt confiteamur nomini sancto tuo: & gloriemur in laude tua. Benedictus Dominus Deus Israel à seculo & vsq; in seculum: & dicet omnis populus, Fiat fiat.

Exod. 17 a Nume. 11 g Nume. 15 e Exod. 32 a Exod. 32 e Nume. 14 c Nume. 35 b Nume. 20 d Deut. 30 d

S. HYMNVS *Dei præconium continet cuius prouidentia & consilio cuncta geruntur, ut nihil ſit fortuitũ, quiq; præſentem opem ferat hominibus eũ inuocantibus, quocũq; in diſcrimine uerſentur.*

Halleluia. CVI.

A CONfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in seculũ misericordia eius. Dicant qui redempti sunt à Domino, quos redemit de manu inimici: & de regionibus cõgregauit eos A solis ortu & occasu, ab aquilone & mari. Errauerunt in solitudine in inaquoso: viam ciuitatis habitaculi non inuenerunt, Esurientes & sitientes: anima eorum in ipsis defecit. Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorum eripuit eos. Et deduxit eos in viam rectam: vt irent in ciuitatem habitationis. Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum. Quia satiauit animam inanem: & animam esurientem satiauit bonis, Sedentes in tenebris & in vmbra mortis: vinctos in mendicitate & ferro: Quia exacerbauerunt eloquia Dei: & consilium Altissimi irritauerunt. Et humiliatũ est in laboribus cor eorum: infirmati sunt, nec fuit qui adiuuaret. Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorũ liberauit eos. Et eduxit eos de tenebris & vmbra mortis: & vincula eorũ disrupit. Confiteantur Domino misericordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominũ. Quia contriuit portas æreas: & vectes ferreos confregit. Suscepit eos de via iniquitatis eorum: propter iniustitias enim suas humiliati sunt. Omnem escam abominata est anima eorum: & appropinquauerunt vsq; ad portas mortis. Et clamauerunt ad Dominum cum tribularentur: & de necessitatibus eorum liberauit eos. Misit verbum suum, & sanauit eos: & eripuit eos de interitionibus eorum. Confiteantur Domino misericordiæ

Iudith 13 c Ecclc. 43 d Iudith 7 d Exod. 14 c Exod. 14 g Iudith 13 c

ricordiæ eius: & mirabilia eius filijs hominum: Et ſacrificent ſacrificium laudis:& annuntient opera eius in exultatione. Qui deſcendunt mare in nauibus,faciẽtes operationem
C in aquis multis, Ipſi viderunt opera Domini, & mirabilia eius in profundo. Dixit,& ſtetit ſpiritus procellæ: & exaltati ſunt fluctus eius. Aſcendunt vſq; ad cœlos,& deſcendũt vſq; ad abyſſos:anima eorum in malis tabeſcebat. Turbati ſunt & moti ſunt ſicut ebrius:& omnis ſapientia eorũ deuorata eſt. Et clamauerũt ad Dominũ cum tribularentur:& de neceſsitatibus eorũ eduxit eos. Et ſtatuit procellam eius in auram:& ſiluerunt fluctus eius. Et lætati ſunt quia ſiluerũt: & deduxit eos in portũ voluntatis eorũ. Confiteantur Domino miſericordiæ eius:& mirabilia eius filijs hominũ: Et exaltẽt eũ in eccleſia plebis: & in cathedra ſeniorũ laudẽt eũ.
D Poſuit flumina in deſertũ:& exitus aquarũ in ſitim: Terrã fructiferam in ſalſuginem,à malitia inhabitantiũ in ea. Poſuit deſertũ in ſtagna aquarum:& terram ſine aqua in exitus aquarũ. Et collocauit illic eſurientes:& conſtituerũt ciuitatem habitationis. Et ſeminauerũt agros, & plantauerũt vineas:& fecerunt fructũ natiuitatis. Et benedixit eis,& multiplicati ſunt nimis:& iumenta eorũ nõ minorauit. Et pauci facti ſunt,& vexati ſunt à tribulatione malorum & dolore. Effuſa eſt contentio ſuper principes:& errare fecit eos in inuio,& non in via. Et adiuuit pauperem de inopia:& poſuit
Iob 22 c ſicut oues familias. Videbunt recti & lætabuntur: & omnis iniquitas oppilabit os ſuum. Quis ſapiẽs,& cuſtodiet hæc? & intelliget miſericordias Domini?

S. GRATIARVM *actio pro liberatione à furore Saulis in ſpelunca Odollam. Ominatur interim ſe regem fore, ut Dominus pollicitus eſt.*

Canticum Pſalmus Dauid. CVII.

Pſalmus Chriſti eſt & Chriſtianorum, vt vides ex Pſal. 56. & 59. ex quib⁹ eſt hic cõpoſitus.

PAratum cor meum Deus,paratũ cor meum: cantabo & pſallam in gloria mea. Exurge gloria mea,exurge pſalterium & cithara: exurgam diluculo. Confitebor tibi in populis Domine, & pſallam tibi in nationibus. Quia magna eſt ſuper cœlos miſericordia tua:& vſq; ad nubes veritas tua. Exaltare ſuper cœlos Deus,& ſuper omnem terram gloria tua, vt liberentur dilecti tui. Saluum fac dextera tua,& exaudi me: Deus locutus eſt in ſancto ſuo. Exultabo,& diuidam Sichimam:& conuallem tabernaculorum dimetiar. Meus eſt Galaad,& meus eſt Manaſſes:& Ephráim fortitudo capitis mei. Iuda rex meus: Moab lebes ſpei meæ. In Idumæam extendam calceamentũ meum:mihi alienigenæ amici facti ſunt. Quis deducet me in ciuitatem munitam? quis deducet me vſq; in Idumæam? Nónne tu Deus qui repuliſti nos? & nõ exibis, Deus,in virtutibus noſtris? Da nobis auxilium de tribulatione:quia vana ſalus hominis. In Deo faciemus virtutem, & ipſe ad nihilum deducet inimicos noſtros.

S. PRECATIO *Dauidis eſt, ut Deus oppreſſo grege Saulino, nempe Doeg, & alijs improbis, eum periculis undiq; prementibus eripiat.*

A In finem,Pſalmus Dauid. CVIII.

DEus laudem meam ne tacueris:quia os peccatoris & os doloſi ſuper me apertum eſt. Locuti ſunt aduerſum me lingua doloſa, & ſermonibus odij circundederunt me, & expugnauerũt me gratis. Pro eo vt me diligerent,detrahebant mihi:ego autẽ orabam. Et poſuerunt aduerſum me mala pro bonis, & odium pro dilectione mea. Conſtitue ſuper eum peccatorem: & diabolus ſtet à dextris eius. Cũ iudicatur,exeat condemnatus:
Ioan.17 c Act.1 d B & oratio eius fiat in peccatum. Fiant dies eius pauci,& epiſcopatũ eius accipiat alter. Fiant filij eius orphani, & vxor eius vidua. Nutantes transferantur filij eius,& mendicent, & eijciantur de habitationibus ſuis. Scrutetur fœnerator omnem ſubſtantiã eius:& diripiant alieni labores eius. Nõ ſit illi adiutor:nec ſit qui miſereatur pupillis eius. Fiant nati eius in interitum: in generatione vna deleatur nomen eius. In memoriam redeat iniquitas patrũ eius in conſpectu Domini,& peccatũ matris eius nõ deleatur. Fiant contra Dominum ſemper,& diſpereat de terra memoria eorum: pro eo quòd non eſt recordatus facere miſericordiam. Et perſecu-
C tus eſt hominem inopem & mendicũ,& compũctum corde mortificare. Et dilexit maledictionẽ, & veniet ei:& noluit benedictionẽ,& elongabitur ab eo. Et induit maledictionẽ ſicut veſtimentum, & intrauit ſicut aqua in interiora eius, & ſicut oleum in oſsibus eius. Fiat ei ſicut veſtimentum quo operitur:& ſicut zona qua ſemper præcingitur. Hoc opus eorum qui detrahunt mihi apud Dominũ: & qui loquuntur mala aduerſus animam meam. Et tu Domine,Domine, fac mecum propter nomen tuũ:quia ſuauis eſt miſericordia tua. Libera me,quia egenus & pauper ego ſum: & cor meũ conturbatũ eſt intra me. Sicut vmbra cũ declinat, ablatus ſum:
D & excuſſus ſum ſicut locuſtæ. Genua mea infirmata ſunt à ieiunio:& caro mea immutata eſt propter oleũ. Et ego factus ſum opprobriũ illis:viderunt me,& mouerũt capita ſua. Adiuua me Domine Deus meus:ſaluum me fac ſecundũ miſericordiam tuam. Et ſciant quia manus tua hæc: & tu Domine feciſti eam. Maledicent illi,& tu benedices:qui inſurgunt in me, cõfundantur:ſeruus autem tuus lætabitur. Induantur qui detrahũt mihi,pudore:& operiãtur ſicut diploide confuſione ſua. Confitebor Domino nimis in ore meo: & in medio multorum laudabo eum. Quia aſtitit à dextris pauperis:vt ſaluam faceret à perſequentibus animam meam.



S. CANIT *de utraq; natura, diuina & humana Chriſti, & de ſacerdotio atq; regno ipſius.*

Pſalmus Dauid. CIX.

DIxit Dominus Domino meo, Sede à dextris meis: Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorum. Virgam virtutis tuæ emittet Dominus ex Sion: dominare in medio inimicorum tuorum. Tecum principiũ in die virtutis tuæ in ſplendoribus ſanctorum:ex vtero ante luciferum genui te. Iurauit Dominus,& non pœnitebit eum: Tu es ſacerdos in æternum,ſecundum ordinem Melchiſedec. Dominus à dextris tuis,confregit in die iræ ſuæ reges. Iudicabit in nationibus, implebit ruinas:conquaſſabit capita in terra multorum. De torrente in via bibet,propterea exaltabit caput.

Matth.22 d 1.Cor.15 d Hebr.1 d & 10 c Act.2 f

Hebr.7 c Ioan.12 c Hebr.5 d Chriſti glorificatio per paſsionem.

S. LAVDAT *Deum ſapientia, bonitate, potentia & operibus quæ Iſraëlitis fecit.*

Halleluia. CX.

CONfitebor tibi Domine in toto corde meo:in cõcilio iuſtorum & congregatione. Magna opera Domini: exquiſita in omnes voluntates eius. Confeſsio & magnificentia opus eius:& iuſtitia

eius manet in seculum seculi. Memoriam fecit mirabilium suorum, misericors & miserator Dominus: escã dedit timentibus se. Memor erit in seculum testamenti sui, virtutem operum suorum annuntiabit populo suo: Vt det illis hæreditatem gentium: opera manuum eius, veritas & iudicium. Verax Deꝰ in promissionibus. Fidelia omnia mandata eius: confirmata in seculum seculi, facta in veritate & æquitate. Redemptionem misit populo suo: mandauit in æternum testamentum suum. Sanctum & terribile nomen eius: initium sapientiæ, timor Domini. Intellectus bonus, omnibus facientibus eum: laudatio eius manet in seculum seculi. Prouer. 1 a & 9 c Eccle. 1 b

S. IN genere didactico explicat ueram beatitudinem hominis, & condutiones boni uiri. Quod copiosius tractat Psal. 38.

Halleluia, reuersionis Aggæi & Zachariæ. CXI.

BEatus vir qui timet Dominum: in mandatis eius volet nimis. Potens in terra erit semẽ eius: generatio rectorũ benedicetur. Gloria & diuitiæ in domo eius: & iustitia eius manet in seculum seculi. Exortum est in tenebris lumen rectis: misericors, & miserator, & iustus. Iucundus homo qui miseretur & commodat, disponet sermones suos in iudicio: quia in æternum non commouebitur. In memoria æterna erit iustus: ab auditione mala non timebit. Paratum cor eius sperare in Domino, confirmatum est cor eius: non commouebitur donec despiciat inimicos suos. Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi: cornu eius exaltabitur in gloria. Peccator videbit, & irascetur, dentibus suis fremet & tabescet: desyderium peccatorum peribit.

S. LAVDAT Deum qui cuncta suo numine gubernat, ac nullo negotio maximam uicissitudinem introducit.

Halleluia. CXII.

LAudate pueri Dominum: laudate nomẽ Domini. Sit nomen Domini benedictũ ex hoc nunc & vsq; in seculũ. A solis ortu vsq; ad occasum, laudabile nomẽ Domini. Excelsus super omnes gẽtes Dominus: & super cœlos gloria eius. Quis sicut Dominus Deus noster qui in altis habitat: & humilia respicit in cœlo & in terra? Suscitans à terra inopẽ, & de stercore erigens pauperem: Vt collocet eum cũ principibus, cũ principibus populi sui. Qui habitare facit sterilem in domo, matrem filiorum lætantem. Malac. 1 c

S. DEVM celebrat, qui populum Israel adsciscens opera portentosa edidit in Mari rubro, Iordane, & monte Sinai.

Halleluia. CXIII.

A IN exitu Israel de Aegypto, domus Iacob de populo barbaro: Facta est Iudæa sanctificatio eius, Israel potestas eius. Mare vidit & fugit: Iordanis cõuersus est retrorsum. Montes exultauerunt vt arietes: & colles sicut agni ouium. Quid est tibi mare quòd fugisti: & tu Iordanis, quia cõuersus es retrorsum: Montes exultastis sicut arietes: & colles sicut agni ouiũ? A B facie Domini mota est terra: à facie Dei Iacob: Qui conuertit petram in stagna aquarum: & rupem in fontes aquarum. Non nobis Domine, non nobis: sed nomini tuo da gloriam Super misericordia tua & veritate tua: nequando dicant gentes, Vbi est Deus eorũ? Deus autem noster in cœlo: omnia quæcunq; voluit fecit. Simulachra gentium argentũ & aurum: opera manuum hominũ. Os habent, & nõ loquentur: oculos habent, & nõ videbũt. Aures habent, & nõ audient: nares habent, & non odorabunt. Manus habent, & nõ palpabunt, pedes habent, & non ambulabunt: non clamabunt in gutture suo. Similes illis fiant qui faciunt ea: & omnes qui confidunt in eis. Domus Israel sperauit in Domino: adiutor eorum & protector eorũ est. Domus Aarõ sperauit in Exo. 13 a Idola gentium describuntur. Sapiẽ. 15 d C

Domino: adiutor eorũ & protector eorum est. Qui timent Dominum sperauerunt in Domino: adiutor eorũ & protector eorum est. Dominus memor fuit nostri: & benedixit D nobis. Benedixit domui Israel: benedixit domui Aaron. Benedixit omnibus qui timent Dominũ, pusillis cũ maioribus. Adijciat Dominus super vos: super vos & super filios vestros. Benedicti vos à Domino: qui fecit cœlum & terram. Cœlum cœli Domino: terrã autem dedit filijs hominum. Non mortui laudabunt te Domine: neq; omnes qui descendũt in infernum. Sed nos qui viuimus, benedicimus Domino ex hoc nunc & vsq; in seculum. Baruch 2 d Dani. 2 c

S. VT Psal. 32. precatio est Dauidis, ut seruetur in deserto Maon Saule instãte: ita hic hymnus est gratiarũ actio pro salute cõcessa.

Halleluia. CXIIII.

DIlexi, quoniam exaudiet Dominus vocem orationis meæ. Quia inclinauit aurem suam mihi: & in diebus meis inuocabo. Circumdederunt me dolores mortis: & pericula inferni inuenerũt me. Tribulationem & dolorem inueni: & nomen Domini inuocaui. O Domine libera animam meam: misericors Dominus, & iustus, & Deus noster miseretur. Custodiens paruulos Dominus: humiliatus sum, & liberauit me. Conuertere anima mea in requiem tuam: quia Dominus benefecit tibi. Quia eripuit animam meam de morte, oculos meos à lachrymis: pedes meos à lapsu. Placebo Domino in regione viuorum.

S. FIDELIS afflictio ob ueritatem à se prædicatam.

Halleluia. CXV.

CRedidi, propter quod locutus sum: ego autẽ humiliatus sum nimis. Ego dixi in excessu meo, Omnis homo mendax. Quid retribuam Domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Calicẽ salutaris accipiam, & nomen Domini inuocabo. Vota mea Domino reddã coram omni populo eius: pretiosa in conspectu Domini mors sanctorum eius. O Domine quia ego seruus tuus, ego seruus tuus, & filius ancillæ tuæ. Dirupisti vincula mea: tibi sacrificabo hostiã laudis, & nomen Domini inuocabo. Vota mea Domino reddam in cõspectu omnis populi eius: in atrijs domus Domini, in medio tui Ierusalem. 2. Cor. 4 c

S. LAVS Dei à bonitate, iustitia, ueritate. Ad quam excitantur omnes gentes, ut quæ in ecclesiam Dei accessuræ sint.

Halleluia. CXVI.

LAudate Dominum omnes gentes: laudate eum omnes populi. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius: & veritas Domini manet in æternum. Rom. 15 d Ioan. 12 c

S. GRATIARVM actio à Dauide prodito quum ab omni Israël rex salutatus arcam transtulit ex domo Obed Edom. Cui pompæ Psal. 46. etiam accommodatus est.

Halleluia. CXVII.

COnfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nunc Israel quoniã bonus: quoniam in seculum misericordia eius. Dicat nunc domus Aaron: quoniam in seculum misericordia eius. Dicant nunc qui timẽt Dominũ: quoniam in seculũ misericordia eius. De tribulatione inuocaui Dominũ: & exaudiuit me in latitudine Dominus. Dominus mihi adiutor: nõ timebo quid faciat mihi homo. Dominus mihi adiutor, & ego despiciã inimicos meos. Bonũ est cõfidere in Domino, quàm confidere in homine. Bonũ est sperare in Domino, quàm sperare in principibꝰ. Omnes gentes circuierunt me: & in nomine Domini quia vltus sum in eos. Circundantes circũdederunt me: & in nomine Domini Hebr. 13 d

mini quia vltus ſum in eos. Circundederũt me ſicut apes,& exarſerũt ſicut ignis in ſpinis: & in nomine Domini quia vltus ſum in eos. Impulſus euerſus ſum vt caderẽ: & Dominus ſuſcepit me. Fortitudo mea & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutẽ. Vox exultationis & ſalutis in tabernaculis iuſtorũ. Dextera Domini fecit virtutẽ, dextera Domini exaltauit me, dextera Domini fecit virtutẽ. Non moriar, ſed viuã, & narrabo opera Domini. Caſtigans caſtigauit me Dominus, & morti nõ tradidit me. Aperite mihi portas iuſtitiæ, ingreſſus in eas confitebor Domino: hæc porta Domini, iuſti intrabunt in eam. Confitebor tibi quoniam exaudiſti me: & factus es mihi in ſalutem. Lapidem quem reprobauerũt ædificantes, hic factus eſt in caput anguli. A Domino factũ eſt iſtud, & eſt mirabile in oculis noſtris. Hæc eſt dies quã fecit Dominus: exultemus & lætemur in ea. O Domine ſaluũ me fac, ô Domine bene proſperare: benedictus qui venit in nomine Domini. Benedicimus vobis de domo Domini: Deus Dominus, & illuxit nobis. Conſtituite diem ſolemnẽ in condenſis vſq; ad cornu altaris. Deus meus es tu, & confitebor tibi: Deus meus es tu, & exaltabo te. Confitebor tibi quoniam exaudiſti me: & factus es mihi in ſalutem. Confitemini Domino quoniam bonus: quoniam in ſeculum miſericordia eius.

Exo.15 d

Chriſtus reiectus à Iudæis. Mat.21 d Marc.12 a Luc.20 c Act.4 b Rom.9 g 1.Pet.2 a Eſa.28 d Mac.21 b

S. ENCOMIVM eſt ampliſſimum legis & uerbi diuini. Cuius uis ſalutifera explicatur, & quibus hominibus diuina illa & ſumma ſapientia conferatur: quantoq; ſtudio proſequi conueniat. Videtur autem Dauid Pſalmum hunc compoſuiſſe, quum in ſeditione Abſalomica perdidiciſſet, quanti retulerit omnem uitam ex diuino præſcripto traducere.

Halleluia. *Aleph.* CXVIII.

BEati immaculati in via: qui ambulant in lege Domini. Beati qui ſcrutantur teſtimonia eius: in toto corde exquirunt eum. Non enim qui operantur iniquitatẽ, in vijs eius ambulauerunt. Tu mandaſti mãdata tua cuſtodiri nimis. Vtinã dirigantur viæ meæ ad cuſtodiẽdas iuſtificationes tuas. Tunc nõ confundar, cũ perſpexero in omnibus mãdatis tuis. Cõfitebor tibi in directione cordis: in eo quòd didici iudicia iuſtitiæ tuæ. Iuſtificationes tuas cuſtodiã: nõ me derelinquas vſquequaq;.

Beth.

IN quo corrigit adoleſcentior viam ſuam? in cuſtodiendo ſermones tuos. In toto corde meo exquiſiui te, ne repellas me à mãdatis tuis. In corde meo abſcondi eloquia tua: vt nõ peccem tibi. Benedictus es Domine: doce me iuſtificationes tuas. In labijs meis pronũtiaui omnia iudicia oris tui. In via teſtimoniorum tuorũ delectatus ſum, ſicut in omnibus diuitijs. In mandatis tuis exercebor: & conſyderabo vias tuas. In iuſtificationibus tuis meditabor: non obliuiſcar ſermones tuos.

Gimel.

RETribue ſeruo tuo, viuifica me: & cuſtodiam ſermones tuos. Reuela oculos meos: & conſyderabo mirabilia de lege tua. Incola ego ſum in terra: non abſcondas à me mandata tua. Concupiuit anima mea deſyderare iuſtificationes tuas in omni tempore. Increpaſti ſuperbos: maledicti qui declinant à mandatis tuis. Auer à me opprobrium & contemptum: quia teſtimonia tua exquiſiui. Etenim ſederunt principes, & aduerſum me loquebantur: ſeruus autem tuus exercebatur in iuſtificationibus tuis. Nam & teſtimonia tua meditatio mea eſt: & conſilium meum iuſtificationes tuæ.

Daleth.

ADhæſit pauimẽto anima mea: viuifica me ſecundum verbũ tuũ. Vias meas enuntiaui, & exaudiſti me: doce me iuſtificationes tuas. Viam iuſtificationum tuarum inſtrue me: & exercebor in mirabilibus tuis. Dormitauit anima mea præ tædio: confirma me in verbis tuis. Viam iniquitatis amoue à me, & de lege tua miſerere mei. Viã veritatis elegi: iudicia tua non ſum oblitus. Adhæſi teſtimonijs tuis Domine: noli me confundere. Viam mandatorũ tuorũ cucurri: cũ dilataſti cor meũ.

He.

LEgem pone mihi Domine viam iuſtificationum tuarum: & exquiram eam ſemper. Da mihi intellectum: & ſcrutabor legem tuã: & cuſtodiam illam in toto corde meo. Deduc me in ſemita mandatorũ tuorum: quia ipſam volui. Inclina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiã. Auerte oculos meos ne videant vanitatem: in via tua viuifica me. Statue ſeruo tuo eloquium tuum in timore tuo. Amputa opprobrium meũ quod ſuſpicatus ſum: quia iudicia tua iucunda. Ecce concupiui mandata tua: in æquitate tua viuifica me.

Vau.

ET veniat ſuper me miſericordia tua Domine, ſalutare tuum ſecundum eloquium tuum. Et reſpondebo exprobrantibus mihi verbũ, quia ſperaui in ſermonibus tuis. Et ne auferas de ore meo verbũ veritatis vſquequaq;: quia in iudicijs tuis ſuperſperaui. Et cuſtodiam legem tuam ſemper: in ſeculum & in ſeculum ſeculi. Et ambulabam in latitudine: quia mãdata tua exquiſiui. Et loquebar in teſtimonijs tuis in conſpectu regum, & non confundebar. Et meditabar in mandatis tuis, quæ dilexi. Et leuaui manus meas ad mandata tua quæ dilexi: & exercebor in iuſtificationibus tuis.

Zain.

MEmor eſto verbi tui ſeruo tuo, in quo mihi ſpem dediſti. Hæc me cõſolata eſt in humilitate mea: quia eloquium tuum viuificauit me. Superbi iniquè agebant vſquequaq;: à lege autem tua non declinaui. Memor fui iudiciorum tuorum à ſeculo Domine: & cõſolatus ſum. Defectio tenuit me pro peccatoribus derelinquentibus legẽ tuam. Cantabiles mihi erant iuſtificationes tuæ: in loco peregrinationis meæ. Memor fui nocte nominis tui Domine: & cuſtodiui legem tuam. Hæc facta eſt mihi: quia iuſtificationes tuas exquiſiui.

Heth.

PORtio mea Domine, dixi, cuſtodire legem tuã. Deprecatus ſum faciem tuam in toto corde meo: miſerere mei ſecundũ eloquiũ tuum. Cogitaui vias meas: & conuerti pedes meos in teſtimonia tua. Paratus ſum, & nõ ſum turbatus: vt cuſtodiã mandata tua. Funes peccatorũ circumplexi ſunt me: & legem tuam non ſum oblitus. Media nocte ſurgebã ad confitendũ tibi ſuper iudicia iuſtificationis tuæ. Particeps ego ſum omniũ timentium te: & cuſtodientium mandata tua. Miſericordia tua Domine plena eſt terra: iuſtificationes tuas doce me.

Teth.

BOnitatem feciſti cũ ſeruo tuo Domine, ſecũdum verbũ tuũ. Bonitatem, & diſciplinã, & ſcientiã doce me: quia mandatis tuis credidi. Priuſquã humiliarer, ego deliqui: propterea eloquiũ tuum cuſtodiui. Bonus es tu: & in bonitate tua doce me iuſtificationes tuas. Multiplicata eſt ſuper me iniquitas ſuperborũ: ego autẽ in toto corde meo ſcrutabor mandata tua. Coagulatum eſt ſicut lac cor eorũ: ego verò legem tuam meditatus ſum. Bonũ mihi quia humiliaſti me: vt diſcã iuſtificationes tuas. Bonum mihi lex oris tui ſuper millia auri & argenti.

Iod.

MAnus tuæ fecerunt me & plaſmauerũt me: da mihi intellectũ, vt diſcã mandata tua. Qui timent te, videbũt me, & lætabũtur: quia in verba tua ſuperſperaui. Cognoui Domine quia æquitas iudicia tua, & in veritate tua humiliaſti me. Fiat miſericordia

tua vt consoletur me, secundũ eloquiũ tuũ seruo tuo. Veniant mihi miserationes tuæ, & viuam: quia lex tua meditatio mea est. Confundantur superbi quia iniustè iniquitatẽ fecerunt in me: ego autẽ exercebor in mandatis tuis. Cõuertantur mihi timẽtes te: & qui nouerũt testimonia tua. Fiat cor meũ immaculatũ in iustificationibus tuis, vt non confundar.

Caph.

DEfecit in salutare tuum anima mea: & in verbum tuũ supersperaui. Defecerunt oculi mei in eloquium tuum: dicẽtes, Quando consolaberis me? Quia factus sum sicut vter in pruina: iustificationes tuas non sum oblitus. Quot sunt dies serui tui, quando facies de persequentibus me iudicium? Narrauerunt mihi iniqui fabulationes: sed non vt lex tua. Omnia mandata tua veritas: iniqui persecuti sunt me, adiuua me. Paulominus consummauerunt me in terra: ego autem non dereliqui mandata tua. Secundum misericordiam tuam viuifica me, & custodiam testimonia oris tui.

Lamed.

IN æternũ Domine verbũ tuũ permanet in cœlo. In generatione & generationẽ veritas tua: fundasti terrã, & permanet. Ordinatione tua perseuerat dies: quoniã omnia seruiunt tibi. Nisi quòd lex tua meditatio mea est: tunc fortè perijssem in humilitate mea. In æternũ non obliuiscar iustificationes tuas: quia in ipsis viuificasti me. Tuus sum ego, saluũ me fac: quoniam iustificationes tuas exquisiui. Me expectauerunt peccatores vt perderent me: testimonia tua intellexi. Omnis consummationis vidi finem: latum mandatum tuum nimis.

Mem.

QVomodo dilexi legẽ tuã Domine? tota die meditatio mea est. Super inimicos meos prudentem me fecisti mandato tuo: quia in æternũ mihi est. Super omnes docẽtes me intellexi: quia testimonia tua meditatio mea est. Super senes intellexi: quia mandata tua quæsiui. Ab omni via mala prohibui pedes meos: vt custodiam verba tua. A iudicijs tuis non declinaui: quia tu legem posuisti mihi. Quàm dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo. A mandatis tuis intellexi: propterea odiui omnem viam iniquitatis.

Nun.

LVcerna pedibus meis verbum tuum, & lumẽ semitis meis. Iuraui & statui custodire iudicia iustitiæ tuæ. Humiliatus sum vsquequaq; Domine: viuifica me secundum verbũ tuum. Voluntaria oris mei beneplacita fac Domine: & iudicia tua doce me. Anima mea in manibus meis semper, & legem tuã non sum oblitus. Posuerũt peccatores laqueũ mihi, & de mandatis tuis nõ erraui. Hereditate acquisiui testimonia tua in æternũ: quia exultatio cordis mei sunt. Inclinaui cor meũ ad faciendas iustificationes tuas in æternũ: propter retributionem.

Samech.

INiquos odio habui: & legem tuã dilexi. Adiutor & susceptor meus es tu: & in verbum tuũ supersperaui. Declinate à me maligni, & scrutabor mãdata Dei mei. Suscipe me secundũ eloquium tuũ, & viuam: & non confundas me ab expectatione mea. Adiuua me, & saluus ero, & meditabor in iustificationibus tuis semper. Spreuisti omnes discedentes à iudicijs tuis: quia iniusta cogitatio eorum. Præuaricantes reputaui omnes peccatores terræ: ideo dilexi testimonia tua. Confige timore tuo carnes meas: à iudicijs enim tuis timui.

Ain.

FEci iudiciũ & iustitiã: non tradas me calumniantibus me. Suscipe seruũ tuũ in bonum: non calumnientur me superbi. Oculi mei defecerunt in salutare tuum, & in eloquiũ iustitiæ tuæ. Fac cum seruo tuo secundum misericordiam tuam, & iustificationes tuas doce me. Seruus tuus sum ego: da mihi intellectum, vt sciam testimonia tua. Tempus faciendi Domine: dissipauerunt legem tuam. Ideo dilexi mandata tua super aurum & topazion. Propterea ad omnia mandata tua dirigebar: omnem viam iniquam odio habui.

Phe.

MIrabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea anima mea. Declaratio sermonũ tuorum illuminat: & intellectum dat paruulis. Os meum aperui, & attraxi spiritum: quia mandata tua desyderabam. Aspice in me, & miserere mei secundum iudiciũ diligentiũ nomen tuũ. Gressus meos dirige secundũ eloquiũ tuum, & non dominetur mei omnis iniustitia. Redime me à calumnijs hominũ: vt custodiã mandata tua. Faciem tuã illumina super seruum tuum, & doce me iustificationes tuas. Exitus aquarũ deduxerũt oculi mei: quia nõ custodierũt legẽ tuam.

Sade.

IVstus es Domine, & rectum iudicium tuum. Mandasti iustitiam testimonia tua: & veritatem tuã nimis. Tabescere me fecit zelus meus, quia obliti sunt verba tua inimici mei. Ignitum eloquium tuum vehemẽter, & seruus tuus dilexit illud. Adolescentulus sum ego & contemptus: iustificationes tuas non sum oblitus. Iustitia tua iustitia in æternum, & lex tua veritas. Tribulatio & angustia inuenerunt me: mandata tua meditatio mea est. Aequitas testimonia tua in æternum: intellectum da mihi, & viuam.

Coph.

CLamaui in toto corde meo, exaudi me Domine: iustificationes tuas requirã. Clamaui ad te, saluum me fac: vt custodiã mandata tua. Præueni in maturitate, & clamaui: quia in verba tua supersperaui. Præuenerũt oculi mei ad te diluculo: vt meditarer eloquia tua. Vocẽ meã audi secundũ misericordiã tuã Domine: & secundũ iudicium tuũ viuifica me. Appropinquauerunt persequentes me iniquitati: à lege autẽ tua longè facti sunt. Propè es tu Domine, & omnes viæ tuæ veritas. Initio cognoui de testimonijs tuis: quia in æternum fundasti ea.

Res.

VIde humilitatem meam, & eripe me: quia legem tuam non sum oblitus. Iudica iudicium meum, & redime me: propter eloquium tuum viuifica me. Longe à peccatoribus salus: quia iustificationes tuas nõ exquisierunt. Misericordiæ tuæ multæ Domine, secundum iudiciũ tuum viuifica me. Multi qui persequuntur me, & tribulant me, à testimonijs tuis non declinaui. Vidi præuaricantes, & tabescebam: quia eloquia tua nõ custodierunt. Vide quoniã mandata tua dilexi Domine: in misericordia tua viuifica me. Principium verborũ tuorum veritas: in æternum omnia iudicia iustitiæ tuæ.

Sin.

PRincipes persecuti sunt me gratis, & à verbis tuis formidauit cor meũ. Lætabor ego super eloquia tua: sicut qui inuenit spolia multa. Iniquitatẽ odio habui & abominatus sum: legem autem tuam dilexi. Septies in die laudẽ dixi tibi super iudicia iustitiæ tuæ. Pax multa diligẽtibus legem tuam, & nõ est illis scandalum. Expectabam salutare tuũ Domine, & mandata tua dilexi. Custodiuit anima mea testimonia tua, & dilexit ea vehementer. Seruaui mãdata tua & testimonia tua: quia omnes viæ meæ in conspectu tuo.

Thau.

APpropinquet deprecatio mea in conspectu tuo Domine: iuxta eloquium tuũ da mihi intellectũ. Intret postulatio mea in conspectu tuo: secundũ eloquium tuũ eripe me. Eructabunt labia mea hymnum,

hymnum, cum docueris me iuſtificationes tuas. Pronuntiabit lingua mea eloquium tuum: quia omnia mandata tua æquitas. Fiat manus tua vt ſaluet me: quoniam mandata tua elegi. Concupiui ſalutare tuum Domine:& lex tua meditatio mea eſt. Viuet anima mea,& laudabit te:& iudicia tua adiuuabunt me. Erraui ſicut ouis quæ perijt:quære ſeruum tuum,quia mandata tua non ſum oblitus.

S. CONGRVIT *argumento Pſalmi* 11. *qui precationem Dauidis cõtinet in perſecutione Saulina cõtra uenenatæ linguæ faſcinũ.*

Canticum graduum. CXIX.

AD Dominum cum tribularer clamaui,& exaudiuit me. Domine libera animam meam à labijs iniquis,& à lingua doloſa. Quid detur tibi,aut quid apponatur tibi ad linguam doloſam? Sagittæ potẽtis acutæ,cum carbonibus deſolatorijs. Heu mihi,quia incolatus meus prolongatus eſt: habitaui cum habitantibus Cedar:multum incola fuit anima mea. Cum his qui oderunt pacem,eram pacificus:cum loquebar illis,impugnabant me gratis.

S. PRECATIO *eſt Dauidis,aut alterius uerſantis in magno periculo,ut Deus eripiat.*

Canticum graduum. CXX.

LEuaui oculos meos in montes,vnde veniet auxilium mihi. Auxilium meum à Domino qui fecit cœlum & terram. Non det in commotionem pedem tuum:neq; dormitet qui cuſtodit te. Ecce non dormitabit neq; dormiet qui cuſtodit Iſrael. Dominus cuſtodit te,Dominus protectio tua ſuper manũ dexteram tuam. Per diem ſol non vret te:neq; luna per noctẽ. Dominus cuſtodit te ab omni malo:cuſtodiat animam tuam Dominus. Dominus cuſtodiat introitum tuum & exitum tuum,ex hoc nunc & vſq; in ſeculum.

S. SATIS *liquet compoſitum Pſalmum hũc collocata iam arca in Sion,quo Dauid hortatur Iſraelitas,ut religiom dicatum locum frequentent.*

Canticum graduum. CXXI.

LAetatus ſum in his quæ dicta ſunt mihi:in domum Domini ibimus, Stantes erant pedes noſtri in atrijs tuis Ieruſalem. Ieruſalem quæ ædificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipſum. Illuc enim aſcenderũt tribus,tribus Dñi:teſtimoniũ Iſrael, ad confitendum nomini Domini. Quia illic ſederunt ſedes in iudicio,ſedes ſuper domum Dauid. Rogate quæ ad pacem ſunt Ieruſalem:& abundantia diligentibus te. Fiat pax in virtute tua:& abundantia in turribus tuis. Propter fratres meos & proximos meos loquebar pacem de te. Propter domum Domini Dei noſtri quæſiui bona tibi.

S. PRECATIO *fidelis populi,quam Dauid compoſuiſſe uidetur inſtante bello Ammonitarum & Syrorum, ut Dominus opem ferat contra hoſtes.*

Canticum graduum. CXXII.

AD te leuaui oculos meos,qui habitas in cœlis. Ecce ſicut oculi ſeruorum in manibus dominorum ſuorum, Sicut oculi ancillæ in manibus dominæ ſuæ:ita oculi noſtri ad Dominum Deum noſtrum,donec miſereatur noſtri. Miſerere noſtri Domine,miſerere noſtri:quia multum repleti ſumus deſpectione. Quia multum repleta eſt anima noſtra:opprobriũ abundantibus,& deſpectio ſuperbis.

S. GRATIARVM *actio pro ſalute quam Deus contulit Iſraelitis in maximo diſcrimine nimirum bello Ammonitico.*

Canticum graduum. CXXIII.

NIſi quia Dominus erat in nobis,dicat nunc Iſrael, niſi quia Dominus erat in nobis, Cum exurgerent homines in nos,fortè viuos deglutiſſent nos: Cum iraſceretur furor eorum in nos, forſitan aqua abſorbuiſſet nos. Torrentem pertranſiuit anima noſtra:forſitan pertranſiſſet anima noſtra aquam intolerabilẽ. Benedictus Dominus,qui non dedit nos in captionem dentibus eorum. Anima noſtra ſicut paſſer erepta eſt de laqueo venantium. Laqueus contritus eſt,& nos liberati ſumus. Adiutorium noſtrum in nomine Domini,qui fecit cœlum & terram.

S. PRONVNTIAT *impios non habere cum pijs ſortem in regno Dei.*

Canticum graduum. CXXIIII.

QVi confidunt in Domino, ſicut mons Sion: non commouebitur in æternum,qui habitat in Ieruſalem, Montes in circuitu eius:& Dominus in circuitu populi ſui,ex hoc nunc & vſq; in ſeculũ. Quia non relinquet Dominus virgam peccatorũ ſuper ſortem iuſtorum:vt non extendant iuſti ad iniquitatem manus ſuas. Benefac Dñe bonis & rectis corde. Declinantes autem in obligationes adducet Dominus cum operantibus iniquitatem:pax ſuper Iſrael.

S. CONSOLATIO *eſt fore ut populus Dei malis iam urgẽtibus defunctus,ſumma lætitia & felicitate perfundatur.*

Canticum graduum. CXXV.

IN cõuertendo Dominus captiuitatem Sion, facti ſumus ſicut cõſolati: Tunc repletũ eſt gaudio os noſtrum,& lingua noſtra exultatione. Tunc dicent inter gentes,Magnificauit Dominus facere cũ eis. Magnificauit Dominus facere nobiſcũ: facti ſumus lætantes. Conuertere Domine captiuitatẽ noſtram ſicut torrens in auſtro. Qui ſeminãt in lachrymis,in exultatione metent. Euntes ibant & flebant,portãtes ſemina ſua. Venientes autem venient cum exultatione,portantes manipulos ſuos.

S. DOCET *totam facultatem ex Deo eſſe,ut rectè uiuamus,& bona adipiſcamur,& mala declinemus.*

Canticum graduum Salomonis. CXXVI.

NIſi Dominus ædificauerit domum, in vanum laborauerunt qui ædificant eam: Niſi Dominus cuſtodierit ciuitatem,fruſtra vigilat qui cuſtodit eam. Vanum eſt vobis ante lucem ſurgere:ſurgite poſtquam ſederitis qui manducatis panem doloris. Cum dederit dilectis ſuis ſomnum:ecce,hereditas Domini, filij:merces,fructus vẽtris. Sicut ſagittæ in manu potentis: ita filij excuſſorũ. Beatus vir qui impleuit deſyderiũ ſuum ex ipſis:non confundetur cũ loquetur inimicis ſuis in porta.

S. DOCET *ampliſſima præmia parata eſſe iuuentibus ad præſcriptum diuini uerbi.*

Canticum graduum. CXXVII.

BEati omnes qui timent Dominum,qui ambulant in vijs eius: Labores manuũ tuarũ quia mãducabis: beatus es,& bene tibi erit. Vxor tua ſicut vitis abundãs in lateribus domus tuæ. Filij tui ſicut nouellæ Oliuarum in circuitu menſæ tuæ. Ecce ſic benedicetur homo qui timet Dñm. Benedicat tibi Dominus ex Sion:& videas bona Ieruſalẽ omnibus diebus vitæ tuæ. Et videas filios filiorum tuorum,pacem ſuper Iſrael.

S. VIDETVR *in graui perſecutione Iſraelitarũ compoſitus Pſalmus,docens forti animo perferendum, quicquid Dominus impoſuerit.*

Canticum graduum. CXXVIII.

SAepe expugnauerunt me à iuuentute mea, dicat nunc Israel. Sæpe expugnauerunt me à iuuentute mea: etenim non potuerunt mihi. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores: prolongauerunt iniquitatē suam. Dominus iustus concidet cerui ces peccatorum: confundātur & cōuertātur retrorsum omnes qui oderunt Sion. Fiāt sicut fœnum tectorū: quod priusquā euellatur, exaruit: De quo non implebit manū suam qui metit, & sinū suum qui manipulos colligit. Et non dixerunt, qui præteribant, Benedictio Domini super vos: benedíximus vobis in nomine Domini.

S. ET hic Psalmus uidetur compositus in graui persecutione, docēs spe bona concepta, orandum ut Dominus liberet à tyrannide.

Canticum graduum, CXXIX.

DE profundis clamaui ad te Domine: Dñe exaudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendentes in vocē deprecationis meæ. Si iniquitates obseruaueris Domine: Domine quis sustinebit? Quia apud te propitiatio est: & propter legem tuam sustinui te Domine. Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in Domino. A custodia matutina vsq; ad noctem: speret Israel in Domino. Quia apud Dominum misericordia: & copiosa apud eum redemptio. Et ipse redimet Israel ex omnibus iniquitatibus eius.

S. DOCET suo exēplo Dauid modestiā & humiliter de se sentire.

Canticum graduum. CXXX.

DOmine non est exaltatum cor meum: neq; elati sunt oculi mei. Neq; ambulaui in magnis, neque in mirabilibus super me. Si non humiliter sentiebam, sed exaltaui animam meam: Sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea, Speret Israel in Domino ex hoc nunc & vsq; in seculum.

S. CANIT oraculo Dauidi indicatū Sion sedem fore domus Domini & regni æterni. Quæ sensu spirituali competunt ecclesiæ CHRISTI, cuius regnum & sacerdotium ostenditur feliciß.

Canticum graduum. CXXXI.

A MEmento Domine Dauid, & omnis mansuetudinis eius. Sicut iurauit Domino, votum vouit Deo Iacob: Si introiero in tabernaculum domus meæ, si ascēdero in lectū strati mei, Si dedero somnum oculis meis, & palpebris meis dormitationē, Et requiem temporibus meis: donec inueniam locum Do-
B mino, tabernaculum Deo Iacob. Ecce audiuimus eam in Ephrátha: inuenimus eam in campis syluæ. Introibimus in tabernaculum eius: adorabimus in loco vbi steterunt pedes
Ps. Para. 6 g eius. Surge Domine in requiem tuam: tu & arca sanctificationis tuæ. Sacerdotes tui induantur iustitia: & sancti tui exultent. Propter Dauid seruum tuum, non auertas fa-
C ciē CHRISTI tui. Iurauit Dominus Dauid veritatē, & non frustrabitur eā. De fructu ventris tui ponā super sedē tuam. Si custodierint filij tui testamentum meum: & testimonia mea hæc quæ docebo eos: Et filij eorum vsq; in seculum sedebunt super sedem tuam. Quoniam elegit Dominus Sion: elegit eam in habitationem sibi. Hæc requies
D mea in seculum seculi: hic habitabo, quoniā elegi eam. Viduam eius benedicens benedicā: pauperes eius saturabo panibus. Sacerdotes eius induam salutari: & sancti eius exultatione exultabunt. Illuc producam cornu Dauid: paraui
Luc. 1 g lucernā CHRISTO meo. Inimicos eius induam cōfusione: super ipsum autem efflorebit sanctificatio mea.
Malac. 3 a
Luc. 1 b

S. COMMENDATIO est concordiæ & fraternæ charitatis,

Canticum graduum. CXXXII.

ECce quàm bonum & quàm iucundum habitare fratres in vnum: Sicut vnguentum in capite, quod descendit in barbam, barbam Aaron, Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros Hermon, qui descendit in montem Sion. Quoniā illic mandauit Dominus benedictionē, & vitam vsq; in seculum.

S. EXHORTATIVNCVLA est ut cœtus sacer prædicet Dominum.

Canticum graduum. CXXXIII.

ECce nunc benedicite Dominū omnes serui Domini, Qui statis in domo Domini, in atrijs Domus Dei nostri, In noctibus extollite manus vestras in sancta, & benedicite Dominum. Benedicat te Dominus ex Sion, qui fecit cœlum & terram.

S. SEQVENTES hymni formulæ sunt prædicandi Dominum. Et hic quidem comprehendit opera Dei, è quibus elucet ipsius bonitas, sapientia, potentia, tum in opificio mundi, tum in ijs quæ in Israelem contulit.

Halleluia. CXXXIIII.

A EAudate nomen Domini, laudate serui Dominum, Qui statis in domo Domini, in atrijs domus Dei nostri. Laudate Dominum, quia bonus Dominus. psallite nomini eius quoniam suaue est. Quoniā Iacob elegit sibi Dominus Israel in posses-
B sionem sibi. Quia ego cognoui quòd magnus est Dominus: & Deus noster præ omnibus dijs. Omnia quæcūque voluit Dominus fecit in cœlo & in terra, in mari, & in omnibus abyssis. Educens nubes ab extremo terræ: fulgura in pluuiā fecit. Qui produxit ventos de thesauris suis: qui per Iere. 10 c
cussit primogenita Aegypti ab homine vsq; ad pecus. Et Exo. 12 d
misit signa & prodigia in medio tui Aegypte: in Pharaonē, Nume. 21 e
& in omnes seruos eius. Qui percussit gētes multas: & occî-
C dit reges fortes, Sehon regem Amorrhæorū, & Og regē Basan, & omnia regna Chanáan. Et dedit terrā eorum hæreditatē, hæreditatē Israel populo suo. Domine nomē tuū in æternū: Domine memoriale tuū in generatione & generationē. Quia iudicabit Dominus populū suum: & in seruis suis deprecabitur. Simulachra gentiū, argentū & aurū, ope-
D ra manuū hominū. Os habent, & non loquētur: oculos habēt, & nō videbūt. Aures habēt, & nō audiēt: neq; enim est Sap. 15 d
spiritus in ore ipsorū. Similes illis fiant qui faciūt ea: & omnes qui cōfidūt in eis. Domus Israel benedicite Domino: domus Aarō benedicite Domino. Domus Leui benedicite Domino: qui timetis Dñm, benedicite Domino. Benedictus Dominus ex Sion, qui habitat in Ierusalem

S. HIC quoq; Domini uirtutes in operibus ipsius conspicuas celebrat.

Halleluia. CXXXV.

A COnfitemini Domino quoniam bonus: quoniam in æternum misericordia eius. Confitemini Deo deorum: quoniam in æternum misericordia eius. Confitemini Domino dominorum: quoniam in æternum misericordia eius. Qui facit mirabilia magna solus: quoniā in æternū misericordia eius. Qui fecit cœlos in intellectu: quoniā in æternū misericordia eius. Qui firmauit terrā super aquas: quoniā in æternū misericordia eius. Qui fecit luminaria magna: quoniā in æternū mi-
B sericordia eius. Solem in potestatē diei: quoniā in æternū misericordia eius. Lunā & stellas, in potestatē noctis: quoniā in æternum misericordia eius. Qui percussit Aegyptū Exod. 12 d
cū primogenitis eorū: quoniā in æternū misericordia eius. Qui eduxit Israel de medio eorum: quoniā in æternū miseri- Exo. 13 d
cordia eius. In manu potēti & brāchio excelso: quoniā in æternum misericordia eius. Qui diuisit Mare rubrum in diuisiones:

diuiſiones:quoniam in æternum miſericordia eius. Et eduxit Iſrael per medium eius:quoniã in æternum miſericordia
C eius. Et excuſsit Pharaonẽ & virtutem eius in mari rubro: quoniã in æternum miſericordia eius, Qui traduxit popu lum ſuum per deſertum:quoniam in æternum miſericordia eius. Qui percuſsit reges magnos:quoniã in æternũ miſe-
Num.21 c ricordia eius. Et occidit reges fortes:quoniam in æternum
Num.21 g miſericordia eius. Sehon regem Amorrhæorũ:quoniã in æternum miſericordia eius. Et Og regem Baſan:quoniam
Iosue 12 c in æternũ miſericordia eius. Et dedit terrã eorum hæredi-
D tatem:quoniã in æternum miſericordia eius. Hæreditatẽ Iſrael ſeruo ſuo:quoniam in æternum miſericordia eius. Quia in humilitate noſtra memor fuit noſtri: quoniam in æternum miſericordia eius. Et redemit nos ab inimicis noſtris:quoniã in æternum miſericordia eius. Qui dat eſcam omni carni:quoniam in æternum miſericordia eius. Confitemini Deo cœli: quoniam in æternum miſericordia eius. Confitemini Domino dominorum: quoniam in æternum miſericordia eius.

S. DOCET *captiuos in Babylone, ut exilij ſui rationem ſubducere debeant.*

Pſalmus Dauid propter Ieremiam. CXXXVI.

SVper flumina Babylonis illic ſedimus & fleuimus, dum recordaremur tui Sion. In ſalicibus in medio eius ſuſpendimus organa noſtra: Quia illic interrogouerunt nos qui captiuos duxerũt nos, verba canticorum, Et qui adduxerũt nos, Hymnum cantate nobis de canticis Sion. Quomodo cantabimus canticum Domini in terra aliena? Si oblitus fuero tui Ieruſalem: obliuioni detur dextera mea. Adhæreat lingua mea faucibus meis, ſi non meminero tui, Si non propoſuero Ieruſalem in principio lætitiæ meæ. Memor eſto Domine filiorum Edom, in die Ieruſalem, Qui dicunt, Exinanite, exinanite vſque ad fundamentum in ea. Filia Babylonis miſera: beatus qui retribuet tibi retributionem tuam, quam retribuiſti nobis. Beatus qui tenebit & allidet paruulos ſuos ad petram.

S. MVLTVM *conuenit cum Pſal. 110. Eſtq; gratiarum actio pro liberatione & euectione in regnum ſublato Saule.*

Ipſi Dauid. CXXXVII.

CONfitebor tibi Domine in toto corde meo: quoniam audiſti verba oris mei. In conſpectu angelorum pſallam tibi, adorabo ad templum ſanctum tuum, & confitebor nomini tuo. Super miſericordia tua & veritate tua: quoniam magnificaſti ſuper omne, nomen ſanctũ tuum. In quacũq; die inuocauero te, exaudi me: multiplicabis in anima mea virtutẽ. Confiteantur tibi Domine omnes reges terræ: quia audierunt omnia verba oris tui. Et cantẽt in vijs Domini: quoniam magna eſt gloria Domini, Quoniam excelſus Dominus: & humilia reſpicit, & alta à longe cognoſcit. Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me: & ſuper iram inimicorum meorũ extendiſti manum tuam, & ſaluum me fecit dextera tua. Dominus retribuet pro me: Domine miſericordia tua in ſeculum, opera manuum tuarum ne deſpicias.

S. CORAM *Deo iudice negat ſe regnũ Saulis affectare, & odium in Doeg & alios adulatores confitetur, ſed iuſtum propter impietatem ipſorum: magnificè interim diſſerit de prouidentia Dei circa ſingulos homines.*

In finem, Pſalmus Dauid. CXXXVIII.

DOmine probaſti me, & cognouiſti me: tu cognouiſti ſeſsionẽ meã, & reſurrectionẽ meã. Intellexiſti cogitationes meas de lõge: ſemitã meam & funiculũ meũ inueſtigaſti. Et omnes vias meas prævidiſti: quia nõ eſt ſermo in lingua mea. Ecce tu Dñe cognouiſti omnia, nouiſsima & antiqua: tu formaſti me, & poſuiſti ſuper me manũ tuã. Mirabilis facta eſt ſcientia tua ex me: cõfortata eſt, & nõ potero ad eã. Quò ibo à ſpiritu tuo? & quò à facie tua fugiã? Si aſcẽdero in cœlũ, tu illic es: ſi de *Amos 9 d*
ſcẽdero in infernũ, ades. Si ſumpſero pennas meas diluculo, & habitauero in extremis maris: Etenim illuc manus tua deducet me, & tenebit me dextera tua. Et dixi, Forſitã tenebræ cõculcabunt me: & nox illuminatio mea in delicijs meis. Quia tenebræ nõ obſcurabũtur à te, & nox ſicut dies illuminabitur: ſicut tenebræ eius, ita & lumẽ eius. Quia tu poſſediſti renes meos: ſuſcepiſti me de vtero matris meæ. Confitebor tibi quia terribiliter magnificatus es: mirabilia opera tua, & anima mea cognoſcet nimis. Nõ eſt occultatũ os meũ à te quod feciſti in occulto: & ſubſtantia mea in inferioribus terræ. Imperfectũ meũ viderunt oculi tui, & in libro tuo omnes ſcribẽtur: dies formabũtur, & nemo in eis. Mihi autẽ nimis honorificati ſunt amici tui Deus: nimis confortatus eſt principatus eorũ. Dinumerabo eos, & ſuper arenam multiplicabũtur: exurrexi, & adhuc ſum tecũ. Si occideris Deus peccatores: viri ſanguinũ declinate à me. Quia dicitis in cogitatiõe: accipiẽt in vanitate ciuitates ſuas. Nónne qui oderunt te Domine, oderam: & ſuper inimicos tuos tabeſcebam? Perfecto odio oderam illos: inimici facti ſunt mihi. Proba me Deus, & ſcito cor meum: interroga me, & Oratio contra hypocriſim.
cognoſce ſemitas meas: Et vide ſi via iniquitatis in me eſt: & deduc me in via æterna.

S. PRECATIO *Dauidis in perſecutione Saulina, ut non dolis Doeg & delationibus aliorum opprimatur, ſed potius æmuli occidant, ſiquidem incurabiles ſint.*

In finem, Pſalmus Dauid. CXXXIX.

ERipe me Domine ab homine malo, à viro iniquo eripe me: Qui cogitauerũt iniquitates in corde, tota die conſtituebãt prælia. Acuerunt linguas ſuas ſicut ſerpentes: venenum aſpidũ ſub labijs eorum. Cuſtodi me Domine de manu peccatoris: & ab hominibus iniquis eripe me. Qui cogitauerunt ſupplãtare greſſus meos: abſconderunt ſuperbi laqueum mihi. Et fines extenderunt in laqueũ: iuxta iter ſcandalum poſuerunt mihi. Dixi Dño, Deus meus es tu: exaudi Domine vocem deprecatiõis meę. Domine Deus virtus ſalutis meæ: obumbraſti ſuper caput meum in die belli. Ne tradas me Domine à deſyderio meo peccatori, cogitauerũt contra me: ne derelinquas me, ne fortè exaltentur. Caput circuitus eorũ, labor labiorũ ipſorum operiet eos. Cadẽt ſuper eos carbones: in ignẽ deijcies eos, in miſerijs non ſubſiſtent. Vir linguoſus nõ dirigetur in terra: virum iniuſtum mala capient in interitu. Cognoui quia faciet Dominus iudiciũ inopis, & vindictam pauperum. Veruntamen iuſti confitebuntur nomini tuo: & habitabunt recti cum vultu tuo.

S. HOC *etiã carmine Dauid orat, ne Saulinis perſecutionibus ita frãgatur, ut loquatur, aut tentet aliquid turpe: deinde ut diſcrimina tollantur, oppreßis impijs perſecutoribus.*

Pſalmus Dauid. CXL.

DOmine, clamaui ad te, exaudi me: intende voci meæ, cum clamauero ad te. Dirigatur oratio mea ſicut incẽſum in conſpectu tuo: eleuatio manuũ mearũ ſacrificiũ veſpertinũ. Pone Domine cuſtodiã ori meo: & oſtiũ circũſtantiæ labijs meis. Nõ declines cor meum in verba malitiæ, ad excuſandas excuſationes in peccatis. Cũ hominibus operantibus iniquitatẽ: & nõ cõmunicabo cũ electis eorũ. Corripiet me iuſtus in miſericordiã, & increpabit me: oleũ autem peccatoris nõ impinguet caput meũ. Quoniã adhuc & oratio mea in beneplacitis eorũ: abſorpti ſunt iuncti petræ iudices eorũ. Audiẽt

verba

verba mea quoniam potuerunt: ſicut craſſitudo terræ erupta eſt ſuper terram. Diſſipata ſunt oſſa noſtra ſecus infernum: quia ad te Domine, Domine oculi mei, in te ſperaui, non auferas animã meam. Cuſtodi me à laqueo quem ſtatuerunt mihi: & à ſcandalis operantium iniquitatem. Cadent in retiaculo eius peccatores: ſingulariter ſum ego donec tranſeam.

S. PRECATVR *eripiè capitis diſcrimine, ſimul docẽs quid agendum ſit pijs in periculo.*

Intellectus Dauid, cum eſſet in ſpelunca oratio. CXLI.

VOce mea ad Dominum clamaui: voce mea ad Dominum deprecatus ſum. Effundo in conſpectu eius orationem meam: & tribulationem meam ante ipſum pronuntio. In deficiendo ex me ſpiritum meum: & tu cognouiſti ſemitas meas. In via hac qua ambulabam, abſconderũt laqueum mihi. Conſyderabam ad dexteram, & videbam: & non erat qui cognoſceret me. Perijt fuga à me: & non eſt qui requirat animã meam. Clamaui ad te Domine, dixi, Tu es ſpes mea, portio mea in terra viuentium. Intende ad deprecationem meam: quia humiliatus ſum nimis. Libera me à perſequentibus me: quia confortati ſunt ſuper me. Educ de cuſtodia animam meam, ad confitendum nomini tuo: me expectant iuſti, donec retribuas mihi.

S. SIVE *in perſecutione Saulina, ſiue potius in ſeditione Abſalomica Pſalmus cõpoſitus eſt: primum orat ut nihil delinquat, deinde ut ſeruetur, poſtremo ut hoſtes pœnas iuſtas luant.*

Pſalmus Dauid, quando perſequebatur eum Abſalom filius eius. CXLII.

DOmine exaudi orationem meam: auribus percipe obſecrationem meam in veritate tua, exaudi me in tua iuſtitia. Et non intres in iudicium cum ſeruo tuo: quia non iuſtificabitur in conſpectu tuo omnis viuens. Quia perſecutus eſt inimicus animam meam: humiliauit in terra vitam meam. Collocauit me in obſcuris ſicut mortuos ſeculi, & anxiatus eſt ſuper me ſpiritus meus: in me turbatum eſt cor meum. Memor fui dierum antiquorum, meditatus ſum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar. Expandi manus meas ad te: anima mea ſicut terra ſine aqua tibi. Velociter exaudi me Domine: defecit ſpiritus meus. Non auertas faciem tuam à me: & ſimilis ero deſcendentibus in lacum. Auditam fac mihi mane miſericordiam tuam: quia in te ſperaui. Notam fac mihi viam in qua ambulem: quia ad te leuaui animam meam. Eripe me de inimicis meis Domine, ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam: quia Deus meus es tu. Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuum Domine viuificabis me in æquitate tua. Educes de tribulatione animam meam: & in miſericordia tua diſperdes omnes inimicos meos. Et perdes omnes qui tribulant animam meam: quoniam ego ſeruus tuus ſum.

S. GRATIARVM *actio pro feliciſſimo ſtatu regni Iſraelitici, ſublato Saule, & domitis Palæſtinis.*

Pſalmus Dauid aduerſus Goliath. CXLIII.

A BEnedictus Dominus Deus meus qui docet manus meas ad prælium: & digitos meos ad bellum. Miſericordia mea & refugium meum: ſuſceptor meus, & liberator meus: Protector meus, & in ipſo ſperaui: qui ſubdis populum meum ſub me. Domine
B quid eſt homo, quia innotuiſti ei: aut filius hominis, quia reputas eum? Homo vanitati ſimilis factus eſt: dies eius ſicut vmbra prætereunt. Domine inclina cœlos tuos, & deſcende: tange montes, & fumigabunt. Fulgura coruſcationẽ, & diſſipabis eos: emitte ſagittas tuas, & conturbabis eos. Emitte manum tuam de alto, eripe me, & libera me de aquis
C multis, & de manu filiorum alienorũ. Quorum os locutum eſt vanitatẽ: & dextera eorũ dextera iniquitatis. Deus canticum nouum cantabo tibi: in pſalterio decachordo pſallam tibi. Qui das ſalutem regibus: qui redemiſti Dauid ſeruum tuũ, de gladio maligno: eripe me, Et erue me de manu filio rum alienorum, quorum os loquutum eſt vanitatem: & dex-
D tera eorum dextera iniquitatis. Quorũ filij ſicut nouellæ plantationes in iuuentute ſua. Filiæ eorum compoſitæ: circumornatæ vt ſimilitudo tẽpli. Promptuaria eorum plena: eructantia ex hoc in illud. Oues eorum fœtoſæ, abundãtes in egreſsibus ſuis: boues eorum craſſæ. Non eſt ruina maceriæ, neq; tranſitus, neq; clamor in plateis eorũ. Beatum dixerunt populum cui hæc ſunt: beatus populus cuius Dominus Deus eius.

Salus regũ & victoria à Deo.

S. LAVS Dei *eſt à uirtutibus & operibus ipſius: quibus ut omnia ſunt condita, ita conſeruantur & gubernantur.*

Laudatio ipſi Dauid. CXLIIII.

A EXaltabo te Deus meus rex: & benedicam nomini tuo in ſeculum, & in ſeculum ſeculi. Per ſingulos dies benedicam tibi: & laudabo nomẽ tuum in ſeculum, & in ſeculum ſeculi. Magnus Dominus & laudabilis nimis: & magnitudinis eius non eſt *finis.*
B Generatio & generatio laudabit opera tua: & potentiam tuam pronuntiabunt. Magnificentiam gloriæ ſanctitatis tuæ loquentur: & mirabilia tua narrabunt. Et virtutem terribilium tuorum dicent: & magnitudinem tuam narrabunt. Memoriam abundantiæ ſuauitatis tuæ eructabunt: & iuſtitia tua exultabunt. Miſerator & miſericors Dominus: patiens & multum miſericos. Suauis Dominus vniuerſis: & miſerationes eius ſuper omnia opera eius. Confiteantur tibi Domine omnia opera tua: & ſancti tui benedicant tibi.
C Gloriam regni tui dicent: & potentiã tuam loquentur, Vt notam faciant filijs hominũ potentiam tuam: & gloriam magnificentiæ regni tui. Regnum tuum regnum omnium ſeculorum: & dominatio tua in omni generatione & generationẽ. Fidelis Dominus in omnibus verbis ſuis: & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Alleuat Dominus omnes qui corruũt: & erigit omnes eliſos. Oculi omnium in te ſperãt Domine: & tu das eſcam illorum in tempore opportuno.
D Aperis tu manum tuam: & imples omne animal benedictione. Iuſtus Dominus in omnibus vijs ſuis: & ſanctus in omnibus operibus ſuis. Prope eſt Dominus omnibus inuocantibus eum: omnibus inuocantibus eum in veritate. Voluntatem timentium ſe faciet, & deprecationẽ eorum exaudiet: & ſaluos faciet eos. Cuſtodit Dominus omnes diligentes ſe: & omnes peccatores diſperdet. Laudationẽ Domini loquetur os meum: & benedicat omnis caro nomini ſancto eius in ſeculum, & in ſeculum ſeculi.

S. CONVENIT *cum Pſalmo 117. & 143. ut ſit gratiarum actio, Saulis ſublata tyrannide ac Palæſtinorum. Docet interim in ſolo Deo ſpem ſalutis figere.*

Halleluia, Aggæi & Zachariæ. CXLV.

EAuda anima mea Dominum: laudabo Dominum in vita mea, pſallam Deo meo quandiu fuero. Nolite confidere in principibus: in filijs hominum, in quibus non eſt ſalus. Exibit ſpiritus eius & reuertetur in terram ſuam: in illa die peribunt omnes cogitationes eorum. Beatus cuius Deus Iacob adiutor eius, ſpes eius in Domino Deo ipſius: qui fecit cœlum & terram, mare, & omnia quæ in eis ſunt. Qui cuſtodit veritatem in ſeculum, facit iudicium iniuriam patientibus: dat eſcam eſurientibus. Dominus ſoluit cõpeditos: Dominus illuminat

Act. 14. c
Apo. 14. b

illuminat cæcos. Dominus erigit eliſos: Dominus diligit iuſtos. Dominus cuſtodit aduenas, pupillum & viduam ſuſcipiet: & vias peccatorum diſperdet. Regnabit Dominus in ſecula Deus tuus Sion, in generatione & generationem.

S. LAVS Dei accommodata ſpei fulciendæ, quòd è Babylonia redituri ſint Iſraelitæ in patriam.

Halleluia. CXLVI.

LAudate Dominum, quoniam bonus eſt pſalmus: Deo noſtro ſit iucunda decoraque laudatio. Aedificans Ieruſalem Dominus: diſperſiones Iſraelis cõgregabit. Qui ſanat contritos corde: & alligat contritiones eorum. Qui numerat multitudinẽ ſtellarum: & omnibus eis nomina vocat. Magnus Dominus noſter, & magna virtus eius: & ſapientiæ eius non eſt numerus. Suſcipiens manſuetos Dominus: humilians autem peccatores vſque ad terram. Præcinite Domino in confeſſione: pſallite Deo noſtro in cithara. Qui operit cœlum nubibus: & parat terræ pluuiam. Qui producit in montibus fœnum * & herbam ſeruituti hominum ·· Qui dat iumentis eſcam ipſorum: & pullis coruorũ inuocantibus eum. Nõ in fortitudine equi voluntatem habebit: nec in tibijs viri beneplacitum erit ei. Beneplacitum eſt Domino ſuper timẽtes eum: & in eis qui ſperant ſuper misericordia eius.

S. POTENTIA uerbi Dei deſcribitur, & regnum Dei in terris.

Halleluia. CXLVII.

Ihe pſalm⁹ iungitur præcedẽti apud Hebræos.

LAuda Ieruſalem Dominum: lauda Deum tuum Sion. Quoniam confortauit ſeras portarum tuarum: benedixit filijs tuis in te. Qui poſuit fines tuos pacem: & adipe frumẽti ſatiat te. Qui emittit eloquium ſuum terræ, velociter currit ſermo eius. Qui dat niuem ſicut lanam: nebulam ſicut cinerem ſpargit. Mittit cryſtallum ſuam ſicut buccellas: ante faciem frigoris eius quis ſuſtinebit? Emittet verbum ſuũ, & liquefaciet ea: flabit ſpiritus eius, & fluẽt aquæ. Qui annuntiat verbũ ſuũ Iacob: iuſtitias & iudicia ſua Iſrael. Non fecit taliter omni nationi: & iudicia ſua non manifeſtauit eis.

S. IS Pſalmus uidetur accommodatus reſtitutioni è Babylone, ſiue ante captiuitatem, ſiue in captiuitate compoſitus ſit. Sed & ueræ liberationi per Chriſtum competit.

Halleluia. CXLVIII.

LAudate Dominum de cœlis: laudate eum in excelſis. Laudate eum omnes angeli eius: laudate eum omnes virtutes eius. Laudate eum ſol & luna: laudate eum omnes ſtellæ & lumen. Laudate eum cœli cœlorum: & aquæ quæ ſuper cœlos ſunt, laudent nomen Domini. Quia * ipſe dixit, & facta ſunt ·· ipſe mãdauit, & creata ſunt. Statuit ea in æternum & in ſeculum ſeculi: præceptum poſuit, & non præteribit. Laudate Dominum de terra: dracones & omnes abyſſi: Ignis, grando, nix, glacies, ſpiritus procellarum: quę faciunt verbũ eius. Montes & omnes colles: ligna fructifera, & omnes cedri. Beſtiæ, & vniuerſa pecora, ſerpentes, & volucres pennatæ. Reges terræ, & omnes populi: principes, & omnes iudices terræ: Iuuenes & virgines, ſenes cum iunioribus, laudent nomen Domini: quia exaltatũ eſt nomen eius ſolius. Confeſsio eius ſuper cœlum & terram: & exaltauit cornu populi ſui. Hymnus omnibus ſanctis eius: filijs Iſrael populo appropinquanti ſibi. Halleluia.

S. DEVM prædicat ob liberationem Iſraelis, uerum ut Pſalmus cõueniat victoriæ Chriſti de uniuerſo mundo: præſertim quando ſuperatis uniuerſis hoſtibus in fine mundi, ſolida pax dabitur populo ſanctorum.

Halleluia. CXLIX.

CAntate Domino canticum nouum: laus eius in eccleſia ſanctorum. Lætetur Iſrael in eo qui fecit eum: & filiæ Sion exultent in rege ſuo. Laudent nomen eius in choro: in tympano & pſalterio pſallant ei: Quia beneplacitum eſt Domino in populo ſuo: & exaltauit manſuetos in ſalutem. Exultabũt ſancti in gloria: lætabũtur in cubilibus ſuis. Exultationes Dei in gutture eorum, & gladij ancipites in manibus eorum: Ad faciendam vindictam in nationibus, increpationes in populis: Ad alligãdos reges eorum in compedibus, & nobiles eorum in manicis ferreis: Vt faciant in eis iudicium conſcriptum: gloria hæc eſt omnibus ſanctis eius.

S. EPINICION æternum ſupremæ uictoriæ.

Halleluia. CL.

LAudate Dominum in ſanctis eius: laudate eum in firmamento virtutis eius. Laudate eum in virtutibus eius: laudate eum ſecundum multitudinem magnitudinis eius. Laudate eum in ſono tubæ: laudate eum in pſalterio & cithara. Laudate eum in tympano & choro: laudate eum in chordis & organo. Laudate eum in cymbalis beneſonantibus, laudate eum in cymbalis iubilationis: omnis ſpiritus laudet Dominum.

FINIS.

Hieronymi præfatio in

Libros Salomonis.

IVNGAT epiſtola quos iungit ſacerdotium, imò charta non diuidat quos CHRISTI nectit amor. Commẽtarios in Oſee, Amos & Zachariã, Malachiam quoq; quos poſcitis, ſcripſiſſem ſi licuiſſet præ ualetudine. Mittitis ſolatia ſumptuũ: notarios noſtros & librarios ſuſtentatis, ut uobis potiſsimum noſtrum deſudet ingenium. Et ecce ex latere frequens turba diuerſa poſcentium: quaſi aut æquum ſit me uobis eſurientibus, alijs laborare. aut in ratione dati & accepti, cuiquam, præter uos, obnoxius ſim. Itaque longa ægrotatione fractus, ne penitus hoc anno reticerẽ, & apud uos mutus eſſem, tridui opus nomini ueſtro conſecraui, interpretationem uidelicet trium Salomonis uoluminum: MISLE, quas Hebræi Parabolas, uulgata autem editio Prouerbia uocat: COHELETH, quem Græcè Eccleſiaſten, Latinè concionatorem poſſumus dicere: SIR HASIRIM, quod in lingua noſtra uertitur Canticum canticorũ. Feruntur & Panæretos Ieſu filij Sirach liber, & alius pſeudepigraphus, A qui Sapientia Salomonis inſcribitur. Quorum priorem, Hebraicum reperi: non Eccleſiaſticum, ut apud Latinos, ſed Parabolas prænotatum. cui iuncti erant Eccleſiaſtes & Canticum Canticorum: ut ſimilitudinem Salomonis, non ſolum numero librorum, ſed etiam materiarum genere coæquaret. Secundus apud Hebræos nuſquam eſt: quin & ipſe ſtylus, Græcam eloquentiam redolet: & nonnulli ſcriptorum ueterum hunc eſſe Iudæi Philonis affirmant. Sicut ergo Iudith, & Tobiæ, & Machabæorum libros legit quidem eccleſia, ſed eos inter canonicas ſcripturas non recipit: ſic & hæc duo uolumina legat ad ædificationem plebis, non ad authoritatem eccleſiaſticorum dogmatum confirmandam. Sicui ſanè Septuaginta interpretum magis editio placet, habet eam à nobis olim emendatam. Neque enim noua ſic cudimus, ut uetera deſtruamus. Et tamen cum diligentiſsime legerit, ſciat magis noſtra ſcripta intelligi, quæ non in tertium uas transfuſa coacuerint, ſed ſtatim de prelo puriſsimæ commendata teſtæ, ſuum ſaporem ſeruauerint.

Liber

Liber Prouerbiorum, quem Hebræi *Misle appellant.*

§. SAPIENTIA *patris in sui affectum filium inuitat, uias peccatorum sequi prohibet, ad suum hortatur amplexum, & contemptoribus suis comminatur exitium.*

CAPVT I.

Vis & vsus verbi Dei.

A PARABOLAE Salomonis filij Dauid regis Israel: ad sciẽdã sapientiã & disciplinã, ad intelligẽda verba prudentiæ, & suscipiendã eruditionẽ doctrinę, iustitiã, & iudicium, & æquitatẽ: vt detur paruulis astutia, & adolescenti sciẽtia & intellectus. Audiens sapiens, sapientior erit: & intelligens, gubernacula possidebit: animaduertet parabolam & interpretationẽ, verba sapientũ, & ænigmata eorum. Timor Domini, principiũ sapientiæ. Sapientiam atque doctrinam stulti despiciunt. Audi fili mi disciplinam patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ, vt addatur gratia capiti tuo, & torques collo tuo. Fili mi, si te lactauerint peccatores, ne acquiescas. Si dixerint, Veni nobiscum, insidiemur sanguini, abscondamus tendiculas contra insontem frustra, deglutiamus eum sicut infernus viuentem, & integrum quasi descendẽtem in lacum: omnem pretiosam substantiam reperiemus, implebimus domos nostras spolijs, sortem mitte nobiscum, marsupium vnum sit omnium nostrum. Fili mi ne ambules cum eis, prohibe pedem tuum à semitis eorum. Pedes enim illorum ad malum currunt, & festinant vt effundant sanguinem. Frustra autem iacitur rete ante oculos pennatorum. Ipsi quoque contra sanguinem suum insidiantur, & moliuntur fraudes contra animas suas: sic semitæ omnis auari animas possidentium rapiunt. Sapientia foris prædicat, in platẽis dat vocem suam: in capite turbarum clamitat, in foribus portarum vrbis profert verba sua, dicens, Vsquequo paruuli diligitis infantiã, & stulti ea quæ sibi sunt noxia cupiunt, & imprudentes odibunt scientiam? Conuertimini ad correptionem meam: en proferam vobis spiritum meum, & ostendam vobis verba mea. Quia vocaui, & renuistis: extendi manum meam, & non fuit qui aspiceret: despexistis omne consiliũ meum, & increpationes meas neglexistis, Ego quoq; in interitu vestro ridebo, & subsannabo, cum vobis id quod timebatis aduenerit. Cum irruerit repentina calamitas, & interitus quasi tempestas ingruerit: quando venerit super vos tribulatio & angustia: tunc inuocabunt me, & non exaudiam: mane consurgent, & non inuenient me: eo quòd exosam habuerint disciplinam, & timorem Domini non susceperint, nec acquieuerint consilio meo, & detraxerint vniuersæ correptioni meæ, Comedent igitur fructus viæ suæ, suisq; consilijs saturabuntur. Auersio paruulorum interficiet eos, & prosperitas stultorum perdet illos. Qui autem me audierit, absque terrore requiescet, & abũdantia perfruetur, timore malorum sublato.

Psal.110 d
Eccle.1 b
B
Esa.59 b
C
Esa.65 b
Iere.7 c
D

§. SAPIENTIAE *acquisitio quãta bona conferat, & quanta mala fugiat: cum qua Dei dona ueniunt, & sine qua ubiq; erratur.*

CAPVT II.

A FIli mi, si susceperis sermones meos, & mandata mea abscõderis penes te, vt audiat sapientiam auris tua: inclinabis cor tuum ad cognoscendã prudentiam. Si enim sapientiam inuocaueris, & inclinaueris cor tuũ prudentię, si quæsieris eam quasi pecuniam, & sicut thesauros effoderis illam: tunc intelliges timorẽ Domini, & scientiã Dei inuenies, quia Dominus dat sapientiam,
B & ex ore eius prudentia & scientia. Custodiet rectorum salutem, & proteget gradiẽtes simpliciter, seruans semitas iustitiæ, & vias sanctorũ custodiens. Tunc intelliges iustitiã & iudicium, & æquitatem, & omnem semitam bonam. Si intrauerit sapientia cor tuũ, & sciẽtia animæ tuæ placuerit: consilium custodiet te, & prudẽtia seruabit te, vt eruaris à via mala, ab
C homine qui peruersa loquitur. Qui relinquunt iter rectum & ambulant per vias tenebrosas, qui lætãtur cum malefecerint, & exultãt in rebus pessimis: quorũ viæ peruersæ sunt, & infames gressus eorũ. Vt eruaris à muliere aliena, & ab extranea quæ mollit sermones suos, & relinquit ducẽ pubertatis suæ,
D & pacti Dei sui oblita est. inclinata est enim ad mortem domus eius, & ad inferos semitæ ipsius, omnes qui ingrediũtur ad eam, non reuertẽtur, nec apprehẽdent semitas vitę. Vt tambules in via bona, & calles instorũ custodias. Qui enim recti sunt, habitabũt in terra, & simplices permanebũt in ea: impij verò de terra perdentur, & qui inique agũt, auferentur ex ea. Iob 18 b

§. SVSCEPTA *sapiẽtia moribus pietatis in Deum & proximũ impletur, quos imitetur quis, & quos uitet persuadens.*

CAPVT III.

A FIli mi, ne obliuiscaris legis meæ, & pręcepta mea cor tuũ custodiat. longitudinẽ enim dierũ, & annos vitæ, & pacẽ apponent tibi. Misericordia & veritas te non deserant, circunda eas gutturi tuo, & describe in tabulis cordis tui: & inuenies gratiã & disciplinam bonam coram Deo & hominibus. Habe fiduciã in Domino ex toto corde tuo, & ne innitaris prudentiæ tuæ. In omnibus vijs tuis cogita illum, & ipse diriget gressus tuos. Ne
B sis sapiens apud temetipsum. Time Dominũ, & recede à malo. sanitas quippe erit vmbilico tuo, & irrigatio ossiũ tuorum. Honora Dominũ de tua substãtia, & de primitijs omniũ fructuum tuarũ * da pauperibus .. & implebũtur horrea tua saturitate, & vino torcularia tua redundabunt. Disciplinã Domini, fili mi, ne abijcias, nec deficias cum ab eo corripieris. quem enim diligit Dominus, corripit: & quasi pater in filio cõplacet sibi. Beatus homo qui inuenit sapientiã, & qui affluit prudentia. melior est acquisitio eius negotiatione argenti, & auro primo fructus eius, pretiosior est cũctis opibus: & omnia
C quæ desyderantur, huic non valent cõparari. Longitudo dierum in dextera eius, & in sinistra illius diuitiæ & gloria. Viæ eius viæ pulchræ, & omnes semitę illius pacificæ. Lignũ vitæ est his qui apprehẽderint eam: & qui tenuerit eã, beatus. Dominus sapiẽtia fundauit terrã, stabiliuit cœlos prudentia. Sapientia illius eruperũt abysi, & nubes rore concrescunt. Fili mi, ne effluant hæc ab oculis tuis. Custodi legẽ atq; consiliũ: & erit vita animæ tuæ, & gratia faucibus tuis. tunc ambulabis fiducialiter in via tua, & pes tuus non impinget. si dormieris, nõ timebis: quiescens, & suauis erit somnus tuus. Ne paueas re-
D pentino terrore, & irruentes tibi ruinas impiorum. Dñs enim erit in latere tuo, & custodiet pedẽ tuum ne capiaris. Noli prohibere benefacere eum qui potest: si vales, & ipse benefac. Nec dicas amico tuo, Vade & reuertere, & cras dabo tibi: cũ statim possis dare. Ne moliaris amico tuo malum, cum ille in te habeat fiduciam. Non contẽdas aduersus hominem frustra, cum ipse tibi nihil mali fecerit. Ne æmuleris hominem iniustum, nec imitẽris vias eius: quia abominatio Domini est ominis illusor, & cum simplicibus sermocinatio eius. Egestas à Domino in domo impij: habitacula autem iustorũ benedicentur. Ipse deludet illusores, & mansuetis dabit gratiã. Gloriam sapientes possidebunt: stultorum exaltatio, ignominia.

Rom.12 d
Tob.4 b
Luc.14 c
Heb.12 b
Apoca.3 d
Præcepta de charitate.

§. SAPIENTIA *hominum corda, ora, & gressum ornans: fructum & uiam suam suadens, impiorum semitam dissuadet.*

CAPVT IIII.

Audite

A AVdite filij, disciplinam patris, & attendite: vt sciatis prudentiam. Donum bonum tribuam vobis, legem meam ne derelinquatis. Nam & ego filius fui patris mei, tenellus, & vnigenitus coram matre mea: & docebat me, atq; dicebat, Suscipiat verba mea cor tuum, custodi præcepta mea, & viues. Posside sapientiam, posside prudentiam. Ne obliuiscaris, neque declines à verbis oris mei. Ne dimittas eam, & custodiet te: dilige eam, & con-
B seruabit te. Principium sapientiæ, posside sapientiam, & in omni possessione tua acquire prudentiam. arripe illam, & exaltabit te: glorificaberis ab ea, cum eam fueris amplexatus. dabit capiti tuo augmenta gratiarum, & corona inclyta protegetet te. Audi fili mi, & suscipe verba mea, vt multiplicentur tibi anni vitæ. viam sapientiæ monstraui tibi, & duxi te per semitas æquitatis: quas cum ingressus fueris, non artabuntur gressus tui, & currens non habebis offendiculum. Tene disciplinam, ne dimittas eam. custodi illam, quia ipsa est vita tua.
C Ne delecteris in semitis impiorum, nec tibi placeat malorum via. Fuge ab ea, nec transeas per illam declina & desere eam. non enim dormiunt, nisi malefecerint: & non rapitur somnus ab eis, nisi supplantauerint. comedunt panem impietatis, & vinum iniquitatis bibunt. Iustorũ autem semita, quasi lux splendens, procedit & crescit vsq; ad perfectam diem. Via im-
De custodia verbi Dei. piorum tenebrosa: nesciunt vbi corruant. Fili mi, ausculta sermones meos, & ad eloquia mea inclina aurem tuam. ne re-
D cedãt ab oculis tuis, custodi ea in medio cordis tui: vita enim sunt inuenientibus ea, & vniuersæ carni sanitas. Omni custodia serua cor tuum: quia ex ipso vita procedit. Remoue à te os prauum, & detrahentia labia sint procul à te. Oculi tui recta videant, & palpebræ tuæ præcedant gressus tuos. Dirige
Cor. Os. Oculi. Incessus. semitas pedibus tuis, & omnes viæ tuæ stabilientur. Ne declines ad dexteram, neque ad sinistram: auerte pedem tuum à malo. * vias enim quæ à dextris sunt, nouit Dominus: peruersæ verò sunt, quæ à sinistris sunt. Ipse autem rectos faciet cursus tuos, itinera autem tua in pace producet ··

S. CAVENDO *sibi à meretrice fugiẽda est prodiga:* [illegible] *propriæ est uxori adhærendum.*

CAPVT V.

A FIli mi, attende ad sapientiã meam, & prudentiæ meæ inclina aurem tuam: vt custodias cogitationes, & disciplinã labia tua cõseruent. * Ne intenderis fallaciæ mulieris ·· fauus enim distillans labia meretricis, & nitidius oleo guttur eius: nouissima autem illius amara quasi absynthiũ, & * lingua eius ·· acuta quasi gladius biceps. Pedes eius descendunt in mortem, & ad inferos
B gressus eius penetrant. Per semitam vitæ non ambulant, vagi sunt gressus eius & inuestigabiles. Nunc ergo fili mi audi me, & ne recedas à verbis oris mei. Longe fac ab ea viam tuam, & ne appropinques foribus domus eius. Ne des alienis honorẽ tuum, & annos tuos crudeli: ne fortè impleantur extranei viribus tuis, & labores tui sint in domo aliena, & ge-
C mas in nouissimis quando consumpseris carnes tuas & corpus tuũ, & dicas, Cur detestatus sum disciplinã, & increpationibus non acquieuit cor meũ, nec audiui vocẽ docentiũ me, & magistris nõ inclinaui aurem meam? Penè fui in omni malo, in medio ecclesiæ & synagôgę. Bibe aquã de cisterna tua, & fluenta putei tui. Deriuentur fontes tui foras, & in platéis
D aquas tuas diuide. Habeto eas solus, nec sint alieni participes tui. Sit vena tua benedicta, & lætare cum muliere adolescentiæ tuæ: cerua charissima, & gratissimus hinnulus. vbera eius
Vxor diligenda. inebrient te in omni tẽpore, in amore eius delectare iugiter. Quare seduceris fili mi ab aliena, & foueris in sinu alterius? Iob 34 c Respicit Dominus vias hominis, & omnes gressus eius consyderat. Iniquitates suæ capiunt impium, & funibus peccatorum suorũ constringitur. Ipse morietur, quia non habuit disciplinam, & in multitudine stultitiæ suæ decipietur.

S. PIGRVM *excitando ad laborem, schismaticum, adulterum, & hæreticum arguit, eorumq; fraudes eludit.*

CAPVT VI.

A FIli mi, si spoponderis pro amico tuo, defixisti apud extraneũ manum tuam, illaqueatus es verbis oris tui, & captus proprijs sermonibus. Fac ergo quod dico fili mi, & temetipsum libera, quia incidisti in manum proximi tui. Discurre, festina, suscita amicum tuum, ne dederis somnum oculis tuis, nec dormitent palpebræ tuæ. Eruere quasi damula de manu, & quasi auis de manu aucupis. Vade ad formicam, ô piger, & consydera vias eius, & disce sapientiam: quæ cum non habeat ducem, nec præceptorem, nec principem, parat in æstate cibum sibi, & congregat in messe quod comedat. Vsquequo piger
Sponsorem instruit. B dormies? quando consurges è somno tuo? Paululum dormies, paululum dormitabis, paululum conseres manus tuas vt dormias: & veniet tibi quasi viator egestas, & pauperies quasi vir armatus. * Si vero impiger fueris, veniet vt fons messis tua, & egestas longe fugiet à te ·· Homo apostata vir inutilis, graditur ore peruerso, annuit oculis, terit pede, digito loquitur, prauo corde machinatur malum, & omni tempore iurgia seminat. huic extemplo veniet perditio sua, & subito conteretur, nec habebit vltrà medicinam. Sex sunt quæ odit Dominus, & septimũ detestatur anima eius. Oculos sublimes, Linguã mendacẽ, Manus effundentes innoxium sanguinem, Cor machinans cogitationes pessimas, Pedes veloces ad currendum in malum, Proferentem mendacia, Testem
C fallacem, Et eum qui seminat inter fratres discordias. Conserua fili mi præcepta patris tui, & ne dimittas legem matris tuæ. Liga eã in corde tuo iugiter, & circũda gutturi tuo. Cum ambulaueris, gradiantur tecum: cum dormieris, custodiant te, & euigilans loquere cum eis. quia mandatum lucerna est, & lex lux, & via vitæ increpatio disciplinæ, vt custodiant te à muliere mala, & à blanda lingua extraneæ. Non concupiscat pulchritudinẽ eius cor tuum, ne capiaris nutibus illius. pre-
D tium enim scorti vix est vnius panis: mulier autem viri, pretiosam animam capit. Nunquid potest homo abscondere ignem in sinu suo, vt vestimenta illius non ardeant? aut ambulare super prunas, & non comburentur plantæ eius? sic qui ingreditur ad mulierem proximi sui, non erit mundus, cum tetigerit eam. Non grandis est culpa, cum quis furatus fuerit. furatur enim vt esurientem impleat animam: deprehensus quoq; reddet septuplum, & omnem substantiam domus suæ tradet, * & liberabit se ·· Qui autem adulter est, propter cordis inopiam perdet animam suam: turpitudinem & ignominiam cõgregat sibi, & opprobrium illius non delebitur: quia zelus & furor viri non parcet in die vindictæ, nec acquiescet cuiusquam precibus, nec suscipiet pro redemptione dona plurima.

S. ABSQVE *sapientiæ uerbis & præceptis adolescentes facile mulierecularum blandimentis irretiuntur.* CAPVT VII.

A FIli mi, custodi sermones meos, & præcepta mea reconde tibi. * Fili honora Dominũ, & valebis: præter eũ verò, ne timueris alienũ ·· Serua mandata mea, & viues: & legem meam quasi pupillam oculi tui. liga eã in digitis tuis, scribe illã in tabulis cordis tui. Dic sapiẽtiæ, Soror mea es: & prudentiam voca amicã tuam, vt custodiat te à muliere extranea, & ab aliena quæ verba sua dulcia facit. De fenestra enim domus meæ per cancellos prospexi. Et video paruulos, cõsydero vecordẽ iuuenẽ, qui tran-
B sit per platéas iuxta angulũ, & prope viã domus illius graditur in obscuro, aduesperascẽte die, in noctis tenebris, & caligine. Et ecce occurrit illi mulier ornatu meretricio, præparata ad decipiẽdas animas, garrula & vaga, quietis impatiẽs, nec valens in domo cõsistere pedibus suis, nũc foris, nunc in platéis, nũc iuxta angulos insidiãs. Apprehensumq; deosculatur iuuenem,

C iuuenem,& procaci vultu blanditur,dicens, Victimas pro ſalute deuoui, hodie reddidi vota mea,idcirco egreſſa ſum in occurſum tuum,deſyderans te videre,& reperi.Intexui funibus lectulũ meum,ſtraui tapetibus pictis ex Aegypto,aſperſi cubile meũ myrrha & aloe, & cinnamómo.veni, veni inebriemur vberibus,& fruamur cupitis amplexibus, donec illucéſcat dies.non eſt enim vir in domo ſua, abijt via longiſſima.ſacculum pecuniæ ſecum tulit:in die plenæ lunæ reuerſũrus eſt in domum ſuam.Irretiuit eum multis ſermonibus, &
D blanditijs labiorũ protraxit illum. Statim eam ſequitur quaſi bos ductus ad victimam,& quaſi agnus laſciuiens, & ignorat quòd ad vincula ſtultus trahatur:donec transfigat ſagitta iecur eius:velut ſi auis feſtinet ad laqueũ,& neſcit quòd de periculo animæ illius agitur.Nunc ergo fili mi audi me, & attende verbis oris mei.Ne abſtrahatur in vijs illius mens tua, neque decipiaris ſemitis eius.multos enim vulneratos deiecit, & fortiſsimi quique interfecti ſunt ab ea. Viæ inferi domus eius,penetrantes interiora mortis.

S. SAPIENTIAE *nihil coæquandum eſt, cum qua Deus cuncta creauit,unde quærentes eam beati, ſpernentes uerò miſeri tandem euadunt.* CAPVT VIII.

A NVnquid non ſapientia clamitat,& prudentia dat vocem ſuam ? In ſummis excelſiſq; verticibus ſupra viam in medijs ſemitis ſtans , iuxta portas ciuitatis in ipſis foribus loquitur, dicens, O viri ad vos clamito,& vox mea ad filios hominũ. Intelligite paruuli aſtutiã,& inſipiẽtes animaduertite.Audite, quoniã de rebus magnis locutura ſum:& aperientur labia mea,vt recta prædicent. Veritatẽ meditabitur guttur meum, & labia mea deteſtabuntur impium.Iuſti ſunt omnes ſermones mei, non eſt in eis prauum quid,neq; peruerſum. recti ſunt intelligẽtibus,& æqui inuenientibus ſcientiam.
B Accipite diſciplinam meam,& non pecuniã:doctrinam magis, quàm aurũ eligite. Melior eſt enim ſapiẽtia cunctis pretioſiſsimis : & omne deſyderabile,ei non poteſt comparari.Ego ſapientia habito in conſilio,& eruditis interſum cogitationibus. Timor Domini odit malum:arrogantiã,& ſuperbiam,& viam prauam, & os bilingue deteſtor.Meum eſt conſilium & æquitas,mea eſt prudentia,mea eſt fortitudo.Per me reges regnant,& legum conditores iuſta decernunt.Per me principes imperãt,& potentes decernũt iuſtitiã.Ego diligentes me,diligo:& qui ma-
C ne vigilant ad me,inuenient me.Mecum ſunt diuitiæ & gloria,opes ſupernæ & iuſtitia.Melior eſt fructus meus auro & lapide pretioſo,& genimina mea argento electo. In vijs iuſtitiæ ambulabo,in medio ſemitarũ iudicij, vt ditem diligentes me,& theſauros eorum repleam. Dominus poſſedit me
Sapiẽ. 9 b in initio viarum ſuarum,antequam quicquam faceret à principio,ab æterno ordinata ſum,& ex antiquis antequam terra fieret.Nondum erant abyſsi,& ego iam concepta eram: necdum fontes aquarum eruperãt.Necdum montes graui mole conſtiterant,ante colles ego parturiebar: adhuc terram non fecerat,& flumina,& cardines orbis terræ.Quando præparabat cœlos,aderam:quando certa lege & gyro vallabat abyſſos,quando æthera firmabat ſurſum,& librabat fontes aquarum,quando circundabat mari terminũ ſuum, & legem ponebat aquis,ne tranſirent fines ſuos. Quando appẽdebat fun-
D damenta terræ,cum eo eram cuncta componens. Et delectabar per ſingulos dies,ludens coram eo omni tempore,ludens in orbe terrarum : & deliciæ meæ,eſſe cum filijs hominum. Nunc ergo filij audite me, Beati qui cuſtodiunt vias meas. Audite diſciplinã,& eſtote ſapientes,& nolite abijcere eam. Beatus homo qui audit me,qui vigilat ad fores meas quotidie,& obſeruat ad poſtes oſtij mei. Qui me inuenerit, inueniet vitam,& hauriet ſalutem à Domino : qui autem in me peccauerit,lædet animam ſuam. Omnes qui me oderunt, diligunt mortem.

S. SAPIENTIA *incarnata ad ſui amorem donorum præparatione ſuos cultores allicit,uitam prorogat,atq; hæreſim uitare posse contendit.* CAPVT IX.

A SApientia ædificauit ſibi domum,excidit columnas ſeptem.Immolauit victimas ſuas, miſcuit vinum,& propoſuit menſam ſuam. Miſit ancillas ſuas vt vocarent ad arcem,& ad mœnia ciuitatis,
B Si quis eſt paruulus,veniat ad me.Et inſipientibus locuta eſt, Venite,comedite panem meum , & bibitte vinum quod miſcui vobis. Relinquite infantiam,& viuite,& ambulate per vias prudentiæ.Qui erudit deriſorem,ipſe iniuriam ſibi facit: & qui arguit impium,ſibi maculã generat. Noli arguere deriſorem,ne oderit te.Argue ſapientẽ,& diliget te.Da ſapien-
C ti occaſionem,& addetur ei ſapientia.Doce iuſtum , & feſtinabit accipere.Principiũ ſapientiæ , timor Domini:& ſcientia ſanctorum , prudentia.Per me enim multiplicabũtur dies tui,& addentur tibi anni vitæ. Si ſapiens fueris , tibimetipſi eris:ſi autem illuſor,ſolus portabis malum.Mulier ſtulta, & clamoſa,plenaq; illecebris , & nihil omnino ſciens . Sedet in
D foribus domus ſuæ ſuper ſellam in excelſo vrbis loco,vt vocaret tranſeuntes per viam & pergentes in itinere ſuo , Quis eſt paruulus,declinet ad me.Et vecordi locuta eſt, Aquæ furtiuæ dulciores ſunt,& panis abſconditus ſuauior. Et ignorauit quòd ibi ſint gigantes , & in profundis inferni conuiuæ eius. * Qui enim applicabitur illi,deſcendet ad inferos : nam qui abſceſſerit ab ea,ſaluabitur. .

Timor dei. Supra 1 4 Pſal. 110 d Eccle. 1 b

PARABOLAE SALOMONIS.

S. QVANTVM *proſit iuſtitia, & exercitium,obſitq; adulatio & mendacium,uariosq; eorum fructus & fines aperit.* CAPVT X.

A FIlius ſapiens lætificat patrem: filius verò ſtultus mœſtitia eſt matris ſuæ.Nil proderunt theſauri impietatis: iuſtitia verò liberabit à morte. Non affliget Dominus fame animam iuſti, & inſidias impiorum ſubuertet.Egeſtatem operata eſt manus remiſſa: manus autem fortiũ,diuitias parat. * Qui nititur mendacijs, hic paſcit ventos,idem autẽ ipſe ſequitur aues volãtes .. Qui congregat in meſſe,filius ſapiens eſt:qui autem ſtertit æſtate,
B filius cõfuſionis.Benedictio * Domini .. ſuper caput iuſti:os autem impiorũ operit iniquitas. Memoria iuſti cum laudibus:& nomen impiorum putreſcet.Sapiens corde præcepta ſuſcipiet:ſtultus cæditur labijs.Qui ambulat ſimpliciter,ambulat confidenter : qui autem deprauat vias ſuas , manifeſtus erit.Qui annuit oculo,dabit dolorẽ:& ſtultus labijs verbera- Eccle.27 b
C bitur. Vena vitæ,os iuſti:os autem impiorũ operit iniquitas. Odium ſuſcitat rixas:& vniuerſa delicta operit charitas. In 1.Pet.4 b labijs ſapientis inuenitur ſapientia:& virga in dorſo eius qui indiget corde.Sapientes abſcondunt ſcientiã:os autem ſtulti confuſioni proximum eſt.Subſtantia diuitis,vrbs fortitudinis eius:pauor pauperũ,egeſtas eorum.Opus iuſti ad vitam: fructus autem impij ad peccatum.Via vitæ cuſtodiẽti diſciplinam:qui autem increpationes relinquit,errat. Abſcondũt odium labia mendacia:qui profert contumeliã,inſipiens eſt. In multiloquio non deerit peccatum : qui autem moderatur labia ſua,prudentiſsimus eſt. Argentum electũ lingua iuſti: cor autem impiorum pro nihilo. Labia iuſti erudiunt plurimos:qui autem indocti ſunt, in cordis egeſtate morientur.
D Benedictio Domini diuites facit, nec ſociabitur ei afflictio. Quaſi per riſum ſtultus operatur ſcelus : ſapientia autem eſt viro prudentia. Quod timet impius , veniet ſuper eum : deſyderium ſuum iuſtis dabitur. Quaſi tempeſtas trãſiens non erit impius:iuſtus autem quaſi fundamentũ ſempiternum.Sicut acetum dentibus,& fumus oculis,ſic piger his qui miſerunt eum.Timor Domini apponet dies , & anni impiorum breuiabũtur.Expectatio iuſtorũ,lætitia:ſpes autem impio-

rum

rum peribit. Fortitudo ſimplicis, via Domini: & pauor his qui operantur malum. Iuſtus in æternum non commouebitur: impij autem non habitabunt ſuper terram. Os iuſti parturiet ſapientiam, lingua prauorum peribit. Labia iuſti conſyderant placita, & os impiorum peruerſa.

S. IVSTITIAE *in uita & morte effectus, iniuſtitiæ uerò poſt mortem miſeria, atq; utriuſq; diſcrimen.* CAPVT XI.

A Statêra doloſa abominatio eſt apud Dominũ, & pondus æquum voluntas eius. Vbi fuerit ſuperbia, ibi erit & contumelia: vbi autẽ eſt humilitas, ibi & ſapientia. Simplicitas iuſtorum diriget eos, & ſupplantatio peruerſorũ vaſtabit illos. Non proderunt diuitiæ in die vltionis, iuſtitia autem liberabit à morte. Iuſtitia ſimplicis diriget viam eius: & in impietate ſua corruet impius. Iuſtitia rectorum liberabit eos, & in inſidijs ſuis capientur iniqui. Mortuo homine impio nulla erit vltrà ſpes, & expectatio ſolicitorũ peribit. Iuſtus de anguſtia liberatus eſt, &
B tradetur impius pro eo. Simulator ore decipit amicum ſuũ: iuſti autem liberabuntur ſcientia. In bonis iuſtorum exultabit ciuitas, & in perditione impiorum erit laudatio. Benedictione iuſtorum exaltabitur ciuitas, & ore impiorum ſubuertetur. Qui deſpicit amicũ ſuũ, indigens corde eſt: vir autẽ prudens tacebit. Qui ambulat fraudulenter, reuelat arcana: qui autem fidelis eſt, celat amici cõmiſſum. Vbi non eſt gubernator, populus corruet: ſalus autẽ, vbi multa conſilia. Affligetur
C malo, qui fidem facit pro extraneo: qui autem cauet laqueos, ſecurus erit. Mulier gratioſa inueniet gloriã, & robuſti habebunt diuitias. Bene facit animæ ſuæ vir miſericors: qui autem crudelis eſt, etiam ꝓpinquos abijcit. Impius facit opus inſtabile: ſeminãti autẽ iuſtitiam merces fidelis. Clementia præparat vitam, & ſectatio malorũ mortẽ. Abominabile Domino cor prauum, & voluntas eius in his qui ſimpliciter ambulant. Manus in manu non erit innocens malus: ſemen autẽ iuſtorũ ſaluabitur. Circulus aureus in naribus ſuis, mulier pulchra &
D fatua. Deſyderium iuſtorum omne bonum eſt: præſtolatio impiorum furor. Alij diuidunt propria, & ditiores fiunt: alij rapiunt nõ ſua, & ſemper in egeſtate ſunt. Anima quæ benedicit, impinguabitur: & qui inebriat, ipſe quoq; inebriabitur. Qui abſcondit frumenta, maledicetur in populis: benedictio autem ſuper caput vendentium. Bene conſurgit diluculo, qui quærit bona: qui autem inueſtigator malorũ eſt, opprimetur ab eis. Qui confidit in diuitijs ſuis, corruet: iuſti autem quaſi virens folium germinabunt. Qui conturbat domum ſuam, poſſidebit ventos, & qui ſtultus eſt, ſeruiet ſapiẽti. Fructus iuſti lignum vitæ: & qui ſuſcipit animas, ſapiens eſt. Si iuſtus in terra recipit, quanto magis impius & peccator?

S. PRAELATI *conditiones ſeptem, & doctoris quatuor in ſubditos, & ſubditorum in prælatos, reproborumq; falſitas, & electorum ueritas.* CAPVT XII.

A Qui diligit diſciplinam, diligit ſcientiam: qui autem odit increpationes, inſipiens eſt. Qui bonus eſt, hauriet gratiam à Domino: qui autem confidit in cogitationibus ſuis, impiè agit. Non roborabitur homo ex impietate, & radix iuſtorũ non commouebitur. Mulier diligens, corona eſt viro ſuo, & putredo in oſſibus eius, quæ confuſione res dignas gerit. Cogitationes iuſtorum, iudicia: & conſilia impiorum, fraudulẽta. Verba impiorum inſidiantur ſanguini, os iuſtorum liberabit eos. Verte impios, & non erunt: domus autem iuſtorum permane-
B bit. Doctrina ſua noſcetur vir: qui autem vanus & excors eſt, patebit cõtemptui. Melior eſt pauper & ſufficiens ſibi, quàm glorioſus & indigens pane. Nouit iuſtus iumentorum ſuorum animas: viſcera autem impiorum crudelia. Qui operatur terram ſuam, ſatiabitur panibus: qui autẽ ſectatur otium, ſtultiſsimus eſt. * Qui ſuauis eſt in vini demorationibus, in ſuis munitionibus relinquit contumeliã. ·· Deſyderium impij monimentum eſt peſsimorum: radix autẽ iuſtorum proficiet. Propter peccata labiorum ruina proximat malo: effu-
C giet autem iuſtus de anguſtia. De fructu oris ſui vnuſquiſque replebitur bonis, & iuxta opera manuum ſuarum retribuetur ei. Via ſtulti recta in oculis eius: qui autem ſapiens eſt, audit cõſilia. Fatuus ſtatim indicat iram ſuam: qui autem diſsimulat iniuriam, callidus eſt. Qui quod nouit loquitur, index iuſtitiæ eſt: qui autem mentitur, teſtis fraudulentus. Eſt qui promittit, & quaſi gladio pungitur conſcientia: lingua autem ſapientium, ſanitas eſt. Labiũ veritatis firmum erit in perpetuum: qui autem teſtis eſt, repentinus, concinnat linguam mendacij. Dolus, in corde cogitantium mala: qui autem pacis ineunt conſilia, ſequitur eos gaudiũ. Non contriſtabit iuſtũ, quicquid ei acciderit: impij autẽ replebuntur malo. Abomi-
D natio eſt Domino labia mendacia: qui autem fideliter agunt, placent ei. Homo verſutus celat ſcientiam: & cor inſipientiũ prouocat ſtultitiã. Manus fortiũ dominabitur: quæ autem remiſſa eſt, tributis ſeruiet. Mœror in corde viri humiliabit illum, & ſermone bono lætificabitur. Qui negligit damnum propter amicũ, iuſtus eſt: iter autẽ impiorũ decipiet eos. Non inueniet fraudulẽtus lucrũ: & ſubſtãtia hominis erit auri pretiũ. In ſemita iuſtitiæ, vita: iter autem deuiũ ducit ad mortem.

S. PRVDENTIAE *moderantia in loquendo, & regula in poſſidẽdo, refrenatio in appetendo, & acquirendo, & operatio in exequendo prudenti neceſſaria ſunt.* CAPVT XIII.

A Filius ſapiens, doctrina patris: qui autẽ illuſor eſt, non audit cum arguitur. De fructu oris homo ſatiabitur bonis: anima autem præuaricatorũ iniqua. Qui cuſtodit os ſuum, cuſtodit animã ſuam: qui autem inconſyderatus eſt ad loquendum, ſentiet mala. Vult & non vult piger: anima autẽ operantium impinguabitur. Verbum mendax iuſtus deteſtabitur: impius autem confundit, & cõfundetur. Iuſtitia cuſtodit innocẽtis viam: impietas autem peccatorem ſupplantat. Eſt quaſi diues, cum nihil
B habeat, & eſt quaſi pauper, cum in multis diuitijs ſit. Redemptio animæ viri, diuitiæ ſuæ: qui autem pauper eſt, increpationem non ſuſtinet. Lux iuſtorum lætificat: lucerna autem impiorũ extinguetur. Inter ſuperbos ſemper iurgia ſunt: qui autem agunt omnia cum cõſilio, reguntur ſapientia. Subſtãtia feſtinata minuetur: quæ autem paulatim colligitur manu, multiplicabitur. Spes quæ differtur, affligit animam: lignum vitæ deſyderium veniens. Qui detrahit alicui rei, ipſe ſe in
C futurum obligat: qui autem timet præceptum, in pace verſabitur. * Animæ doloſæ errant in peccatis: iuſti autem miſericordes ſunt & miſerantur ·· Lex ſapientis fons vitæ, vt declinet à ruina mortis. Doctrina bona dabit gratiam: in itinere contemptorum vorago. Aſtutus omnia agit cum conſilio: qui autem fatuus eſt, aperiet ſtultitiam. Nuntius impij cadet in malum: legatus autem fidelis, ſanitas. Egeſtas & ignominia ei qui deſerit diſciplinam: qui autem acquieſcit ar-
D guenti, glorificabitur. Deſyderium ſi cõpleatur, delectat animam: deteſtantur ſtulti eos qui fugiunt mala. Qui cum ſapiẽtibus graditur, ſapiens erit: amicus ſtultorum ſimilis efficietur. Peccatores perſequitur malum: & iuſtis retribuentur bona. Bonus relinquit hæredes filios & nepotes: & cuſtoditur iuſto ſubſtantia peccatoris. Multi cibi in noualibus patrum: & alijs congregantur abſque iudicio. Qui parcit virgæ ſuæ, odit filium ſuum: qui autem diligit illum, inſtanter erudit. Iuſtus cõmedit, & replet animam ſuam: venter autem impiorũ inſaturabilis. Eccle. 30 d

S. PRVDENTIAE *conditiones quatenus in potentijs ſita eſt, & quatenus per ipſas operatur, & per eam quiuis ſtatus regulatur, ad miſericordiam mouetur, & paſſiones moderatur.* CAPVT XIIII.

A Sapiens mulier ædificauit domum suam: insipiēs
Iob.12 a extructam quoq; manibus destruet. Ambulans
recto itinere, & timens Dominum, despicitur ab
eo qui infami graditur via. In ore stulti virga su-
perbiæ, labia autem sapientium custodiūt eos. Vbi non sunt
boues, præsepe vacuū est: vbi autem plurimæ segetes, ibi ma-
nifesta est fortitudo bouis. Testis fidelis non mentietur: pro-
fert autem mendacium dolosus testis. quærit derisor sapien-
tiam, & non inuenit: doctrina prudentium facilis. Vade con-
tra virum stultum, & nescito labia prudentiæ. Sapientia cal-
lidi, est intelligere viam suam, & imprudentia stultorū errans.
B Stultus illudet peccatum, & inter iustos morabitur gratia.
Cor quod nouit amaritudinem animæ suæ, in gaudio eius
non miscebitur extraneus. Domus impiorum delebitur, ta-
bernacula iustorum germinabunt. Est via quæ videtur ho-
mini iusta: nouissima autem eius deducunt ad mortem. Risus
dolore miscebitur, & extrema gaudij luctus occupabit. Vijs
suis replebitur stultus, & super eum erit vir bonus. Innocens
credit omni verbo: astutus consyderat gressus suos. * Filio
doloso nihil erit boni: seruo autem sapienti prosperi erunt
actus, & dirigetur via eius .. Sapiens timet, & declinat à ma-
C lo: stultus transilit & confidit. Impatiens operabitur stultitiā:
& vir versutus odiosus est. Possidebunt paruuli stultitiam: &
expectabunt astuti scientiam. Iacebunt mali ante bonos: &
impij ante portas iustorū. Etiam proximo suo pauper odio-
sus erit: amici verò diuitum multi. Qui despicit proximum
suum, peccat: qui autem miseretur pauperis, beatus erit. * Qui
credit in Domino, misericordiam diligit .. Errant qui ope-
rantur malum: misericordia & veritas præparant bona. In
omni opere erit abūdantia: vbi autem verba sunt plurima, ibi
frequēter egestas. Corona sapientū, diuitiæ eorū: fatuitas stul-
torum, imprudentia. Liberat animas testis fidelis: & profert
D mendacia versipellis. In timore Domini fiducia fortitudi-
nis, & filijs eius erit spes. Timor Domini fons vitæ, vt decli-
net à ruina mortis. In multitudine populi dignitas regis: & in
paucitate plebis ignominia principis. Qui patiens est, multa
gubernatur sapientia: qui autē impatiens est, exaltat stultitiā
suam. Vita carnium, sanitas cordis: putredo ossium, inuidia.
Qui calumniatur egentem, exprobrat factori eius: honorat
autem eum, qui miseretur pauperis. In malitia sua repellitur
impius: sperat autem iustus in morte sua. In corde prudentis
requiescit sapientia, & indoctos quosque erudiet. Iustitia ele-
uat gentē: miseros autem facit populos peccatū. Acceptus est
regi minister intelligens: iracundiam eius inutilis sustinebit.

S. PRVDENTIAE *conditiones quo ad errantium directionē, pa-
tientium gratiā, & obedientiū mercedem.* CAPVT XV.

A Responsio mollis frangit iram: sermo durus su-
scitat furorem. Lingua sapiētum ornat scientiam:
os fatuorum ebullit stultitiam. In omni loco
oculi Domini contemplantur bonos & malos.
Lingua placabilis, lignum vitæ: quæ autem immoderata est,
conteret spiritum. Stultus irridet disciplinā patris sui: qui au-
tem custodit increpationes, astutior fiet. * In abundanti iusti-
tia virtus maxima est: cogitationes autem impiorum eradica-
buntur .. Domus iusti plurima fortitudo, & in fructibus im-
B pijs cōturbatio. Labia sapientum disseminabunt scientiā: cor
Eccle.34 a stultorum dissimile erit. Victimæ impiorum abominabiles
Domino: vota iustorum placabilia. Abominatio est Domi-
no via impij: qui sequitur iustitiam, diligitur ab eo. Doctrina
mala deserētium viā: qui increpationes odit, morietur. Infer-
nus & perditio coram Domino: quāto magis corda filiorum
hominū? Non amat pestilens eum qui se corripit, nec ad sa-
pientes graditur. Cor gaudēs exhilarat faciē: in mœrore ani-
mi deijcitur spiritus. Cor sapiēs quæret doctrinā: & os stulto-
rum pascetur imperitia. Omnes dies pauperis, mali: secura
mens quasi iuge conuiuiū. Melius est parū cū timore Domi-
ni, quàm thesauri magni & insatiabiles. Melius est vocari ad
olera cū charitate: quàm ad vitulum saginatum cum odio. Vir
iracundus prouocat rixas: qui patiens est, mitigat suscitatas.
Iter pigrorū quasi sepes spinarū: via iustorū absq; offendicu-
C lo. Filius sapiens lætificat patrē: & stultus homo despicit ma-
trem suam. Stultitia gaudiū stulto: & vir prudens dirigit gres-
sus suos. Dissipantur cogitationes vbi non est consilium: vbi
verò sunt plures consiliarij, confirmantur. Lætatur homo in
sententia oris sui: & sermo opportunus est optimus. Semita
vitæ super eruditum, vt declinet de inferno nouissimo. Do-
mum superborū demolietur Dominus: & firmos faciet ter-
D minos viduæ. Abominatio Domini cogitationes malæ: &
purus sermo pulcherrimus * firmabitur ab eo .. Conturbat
domum suam qui sectatur auaritiam: qui autem odit munera,
viuet. * Per misericordiā & fidem purgantur peccata: per ti- *Infra 13 a*
morem autem Domini declinat omnis à malo .. Mens iusti
meditabitur sapientiā: os impiorum redundat malis. Longe
est Dominus ab impijs: & orationes iustorum exaudiet. Lux
oculorum lætificat animā, fama bona impinguat ossa. Auris
quæ audit increpationes vitæ, in medio sapientum commo-
rabitur. Qui abijcit disciplinam, despicit animam suam: qui
autē acquiescit increpationibus, possessor est cordis. Timor
Domini disciplina sapientiæ: & gloriam præcedit humilitas.

S. PRVDENTIA *pœnitentibus confessionem iniungit & satisfa-
ctionem, regibus subiungit regimen, hypocritæ elidit errorem, &
studiosis uirtutū radices imprimit.* CAPVT XVI.

A Hominis est animā præparare, & Domini guber-
nare linguam. Omnes viæ hominū patent oculis
eius: spirituum ponderator est Dominus. Reuela
Domino opera tua, & dirigentur cogitationes
tuæ. Vniuersa propter semetipsum operatus est Dominus,
impium quoq; ad diē malū. Abominatio Domini est omnis
arrogans: etiā si manus ad manum fuerit, non erit innocens.
* Initium viæ bonæ, facere iustitiam: accepta est autem apud *Supra 5 d*
Deum magis, quàm immolare hostias .. Misericordia & ve-
ritate redimitur iniquitas: & in timore Domini declinatur
B à malo. Cū placuerint Domino viæ hominis, inimicos quo-
que eius conuertet ad pacē. Melius est parū cū iustitia, quàm
multi fructus cū iniquitate. Cor hominis disponit viā suam,
sed Domini est dirigere gressus eius. Diuinatio in labijs re-
gis, in iudicio non errabit os eius. Pondus & statera iudicia
Domini sunt: & opera eius omnes lapides sacculi. Abomi-
nabiles regi qui agunt impie: quoniam iustitia firmatur soliū.
Voluntas regū labia iusta: qui recta loquitur, dirigetur. Indi-
gnatio regis, nuntij mortis: & vir sapiens placabit eam. In hi-
laritate vultus regis, vita: & clementia eius quasi imber sero-
tinus. Posside sapientiā, quia auro melior est: & acquire pru-
C dentiā, quia pretiosior est argento. Semita iustorum declinat
mala: custos animæ suæ seruat viam suam. Contritionē præ-
cedit superbia, & ante ruinam exaltabitur spiritus. Melius est
humiliari cū mitibus, quàm diuidere spolia cū superbis. Eru-
ditus in verbo reperiet bona: & qui sperat in Domino bea-
tus est. Qui sapiēs est corde, appellabitur prudens: & qui dul
cis eloquio, maiora reperiet. Fons vitæ eruditio possidentis:
doctrina stultorū fatuitas. Cor sapientis erudiet os eius, & la-
D bijs eius addet gratiam. Fauus mellis composita verba, dulce-
do animæ & sanitas ossiū. Est via quæ videtur homini recta, *Supra 14 b*
& nouissima eius ducunt ad mortē. Anima laborantis labo-
rat sibi, quia cōpulit eum os suū. Vir insipiens fodit malum,
& in labijs eius ignis ardescit. Homo peruersus suscitat lites,
& verbosus separat principes. Vir iniquus lactat amicū suum,
& ducit eum per viam non bonam. Qui attonitis oculis cogi-
tat praua, mordens labia sua perficiet malum. Corona digni-
tatis senectus quæ in vijs iustitiæ reperietur. Melior est pa-
tiens viro forti: & qui dominatur animo suo, expugnatore
vrbiū. Sortes mittuntur in sinū, sed à Domino temperantur.

S. Prudentiæ

S. PRVDENTIAE *regula circa electionem in regendo, & modũ in loquẽdo & iudicando, & correctionem exercendo.* CAPVT XVII.

A MElior est bucella sicca cum gaudio, quàm domus plena victimis cum iurgio. Seruus sapiens dominabitur filijs stultis: & inter fratres hæreditatẽ diuidet. Sicut igne probatur argentum, & aurum camino: ita corda probat Dominus. Malus obedit linguæ iniquæ: & fallax obtẽperat labijs mendacibus. Qui despicit pauperẽ exprobrat factori eius: & qui in ruina lætatur alterius, nõ erit impunitus. Corona senũ, filij filiorum: & gloria
B filiorum patres eorũ. Non decet stultũ verba composita, nec principẽ labiũ mentiens. Gemma gratissima, expectatio præstolantis: quocũq; se vertit, prudenter intelligit. Qui celat delictum, quærit amicitias: qui altero sermone repetit, separat fœderatos. Plus proficit correctio apud prudentẽ, quàm centum plagæ apud stultũ. Semper iurgia quærit malus: angelus autem crudelis mittetur contra eum. Expedit magis vrsæ occurrere raptis fœtibus, quàm fatuo confidenti sibi in stultitia
C sua. Qui reddit mala pro bonis, non recedet malum de domo eius. Qui dimittit aquam, caput est iurgiorũ, & antequam patiatur contumeliam, iudicium deserit. Qui iustificat impium, & qui cõdemnat iustũ, abominabilis est vterq; apud Deum. Quid prodest stulto habere diuitias, cum sapientiam emere non possit? * Qui altam facit domum suam, quærit ruinam: & qui euitat discere, incidet in mala. . Omni tẽpore diligit qui amicus est, & frater in angustijs comprobatur. Stultus homo plaudet manibus, cum spoponderit pro amico suo. Qui meditatur discordias, diligit rixas: & qui exaltat os suum, quærit ruinam. Qui peruersi cordis est, nõ inueniet bonũ: & qui ver-
D tit linguam, incidet in malum. Natus est stultus in ignominiã suam, sed nec pater in fatuo lætabitur. Animus gaudens ætatem floridam facit: spiritus tristis exiccat ossa. Munera de sinu impius accipit, vt peruertat semitas iudicij. In facie prudentis lucet sapientia: oculi stultorum in finibus terræ. Ira patris filius stultus, & dolor matris quæ genuit eum. Non est bonũ, damnũ inferre iusto, nec percutere principẽ qui recta iudicat. Qui moderatur sermones suos, doctus & prudẽs est: & pretiosi spiritus vir eruditus. Stultus quoque si tacuerit, sapiens reputabitur: & si compresserit labia sua, intelligens.

Ecclo.10 d

Roma.12 e
1.Pe.3 b
1.Thes.5 d
Isa.5 e

Supra 15 b

Ecclo.2 c 8 a

Iacob.1 c

S. ACCVSANTIVM *erga iudices moderatio, & accusatorũ cor ãillis excusatio, falsorum testium execratio, iudicis & itein diligentia, & aduocatorum discretio.* CAPVT XVIII.

A OCcasiones quærit qui vult recedere ab amico, omni tẽpore erit exprobrabilis. Non recipit stultus verba prudẽtiæ, nisi ea dixeris quæ versantur in corde eius. Impius cum in profundum venerit peccatorũ, contemnit: sed sequitur eum ignominia & opprobrium. Aqua profunda verba ex ore viri: & torrẽs redundans
B fons sapiẽtiæ. Accipere personã impij non est bonũ, vt declines à veritate iudicij. Labia stulti miscent se rixis, & os eius iurgia prouocat. Os stulti cõtritio eius, & labia ipsius ruina animæ eius. Verba bilinguis, quasi simplicia, & ipsa perueniũt vsq; ad interiora vẽtris *. Pigrum deijcit timor: animæ autem effœminatorum esuriẽt. . Qui mollis & dissolutus est in opere suo, frater est sua opera dissipantis. Turris fortissima nomen Domini: ad ipsam currit iustus, & exaltabitur. Substãtia diuitis vrbs roboris eius, & quasi murus validus circũdans eũ. Antequam cõteratur, exaltatur cor hominis: & antequam glorificetur, humiliatur. Qui prius respondet quàm audiat,
C stultũ se esse demõstrat, & confusione dignũ. Spiritus viri sustentat imbecillitatẽ suam: spiritum verò ad iracundiã facilem quis poterit sustinere? Cor prudẽtis possidebit scientiã, & auris sapientiũ quærit doctrinã. Donum hominis dilatat viam eius, & ante principes spatiũ ei facit. Iustus prior est accusator sui: venit amicus eius, & inuestigabit eũ. Contradictiones comprimit sors, & inter potẽtes quoq; dijudicat. Frater qui adiuuatur à fratre quasi ciuitas firma, & iudicia quasi vectes vrbium. De fructu oris viri replebitur venter eius, & genimi-
D na labiorũ ipsius saturabunt eũ. Mors & vita in manibus linguæ: qui diligũt eã, comedẽt fructus eius. Qui inuenit mulierem bonam, inuenit bonum, & hauriet iucunditatẽ à Domino. * Qui expellit mulierem bonam, expellit bonũ: qui autẽ tenet adulteram, stultus est & insipiens. . Cum obsecrationibus loquetur pauper, & diues effabitur rigide. Vir amicabilis ad societatem magis amicus erit, quàm frater.

Ecclo.2 c 8 a

Iacob.1 c

Infra 21 b

S. QVO *sit utendum consilio in testiũ malitia explorãda, in sententia promulganda, & sententia decidenda.* CAPVT XIX.

A MElior est pauper qui ambulat in simplicitate sua, quàm torquẽs labia sua, & insipiens. Vbi non est scientia animæ, non est bonum: & qui festinus est pedibus, offendet. Stultitia hominis supplantat gressus eius, & cõtra Dominũ feruet animo suo. Diuitiæ addũt amicos plurimos: à paupere autẽ & hi quos habuit separantur. Testis falsus nõ erit impunitus: & qui mendacia loB quitur, non effugiet. Multi colunt personã potentis, & amici sunt dona tribuẽtis. Fratres omnes pauperis oderunt eum, insuper & amici procul recesserũt ab eo. Qui tantũ verba sectatur, nihil habebit: qui autẽ possessor est mentis, diligit animã suam, & custos prudentiæ inueniet bona. Falsus testis nõ erit impunitus: & qui loquitur mẽdacia peribit. Non decent stultum deliciæ, nec seruum dominari principibus. Doctrina viri per patientiã noscitur, & gloria eius est iniqua prætergredi. Sicut fremitus leonis, ita & regis ira: & sicut ros super herbam, ita & hilaritas eius. Dolor patris filius stultus: & tecta iugiter perstillãtia, litigiosa mulier. Domus & diuitiæ dantur à patribus, à Domino autẽ proprie vxor prudẽs. Pigredo immittit soporem, & anima dissoluta esuriet. Qui custodit mandatum, custodit animã suã: qui autẽ negligit viam suam, mor-
C tificabitur. Fœneratur Domino, qui miseretur pauperis, & vicissitudinẽ suam reddet ei. Erudi filiũ tuum, ne desperes: ad interfectionem autem eius ne ponas animam tuam. qui enim impatiens est, sustinebit damnũ: & cum rapuerit, aliud apponet. Audi consilium, & suscipe disciplinam, vt sis sapiens in nouissimis tuis. Multæ cogitationes in corde viri: voluntas autem Domini in æternum permanebit. Homo indigens mi
D sericors est: & melior est pauper, quàm vir mendax. Timor Domini ad vitam: & in plenitudine commorabitur absque visitatione pessimi. Abscõdit piger manum suam sub ascella, nec ad os suum applicat eam. Pestilente flagellato stultus sapientior erit: si autem corripueris sapientem, intelliget sapientiã. Qui affligit patrẽ, & fugit matrẽ, ignominiosus erit, & infelix. Non cesses audire fili doctrinam, nec ignores sermones scientiæ. Testis iniquus deridet iudiciũ, & os impiorum deuorat iniquitatem. Parata sunt derisoribus iudicia, & mallei percutientes stultorum corporibus.

Danie.13 g

S. IVXTA *regimen politicum & œconomicum Iudex duplicem iunioribus ordinatè pœnam infligit: maiores verò destituit ineptosq; repellit.* CAPVT XX.

A IVxuriosa res vinum, & tumultuosa ebrietas: quicunque his delectatur, non erit sapiens. Sicut rugitus leonis, ita & terror regis: qui prouocat eum, peccat in animam suam. Honor est homini qui separat se à contentionibus: omnes autem stulti miscentur contumelijs. Propter frigus piger arare noluit, mendicabit ergo æstate, & non dabitur illi. Sicut aqua profunda, sic consilium in corde viri: sed homo sapiens exhauriet illud. Multi homines misericordes vocantur: virum autem fidelem quis
B inueniet? Iustus qui ambulat in simplicitate sua, beatos post se filios derelinquit. Rex qui sedet in solio iudicij, dissipat omne malum intuitu suo. Quis potest dicere, Mundum est

1.Ioan.1 a cor meũ, purus ſum à peccato? Pondus & põdus, mẽſura &
3.Reg.8 c menſura, vtrunq; abominabile eſt apud Dominũ. Ex ſtudijs
2.Par. 6 g ſuis intelligitur puer, ſi munda & recta ſint opera eius. Aurẽ
Eccle.7 c audientem & oculum videntẽ, Dominus fecit vtrunq;. Noli
diligere ſomnum, ne te egeſtas opprimat: aperi oculos tuos,
C & ſaturare panibus. Malũ eſt, malũ eſt, dicit omnis emptor:
& cum receſſerit, tunc gloriabitur. Eſt aurum, & multitudo
gemmarum: vas autem pretioſum labia ſcientiæ. Tolle veſti-
mentum eius qui fideiuſſor extitit alieni, & pro extraneis au-
fer pignus ab eo. Suauis eſt homini panis mendacij, & poſtea
implebitur os eius calculo. Cogitationes conſilijs roborantur, & gubernaculis tractãda ſunt bella. Ei qui reuelat myſte-
ria, & ambulat fraudulẽter, & dilatat labia ſua, ne commiſcea-
Exo.21 c ris. Qui maledicit patri ſuo & matri, extinguetur lumen eius
Leui.20 b in mediis tenebris. Hæreditas ad quam feſtinatur in princi-
Matt.15 a pio, in nouiſſimo benedictione carebit. Ne dicas, Reddam
D malum: expecta Dominum & liberabit te. Abominatio eſt
Supra 17 c apud Dominũ pondus & pondus, ſtatêra doloſa non eſt bo-
Rom.12 d na. A Domino diriguntur greſſus viri. quis autem hominum
1.Pe.3 b intelligere poteſt viam ſuã? Ruina eſt homini deuorare ſan-
Theſ.5 d ctos: & pòſt, vota retractare. Diſſipat impios rex ſapiens, &
incuruat ſuper eos fornicem. Lucerna Domini ſpiraculũ ho
minis, quæ inueſtigat omnia ſecreta ventris. Miſericordia &
veritas cuſtodiũt regẽ, & roboratur clementia thronus eius.
Exaltatio iuuenũ fortitudo eorũ, & dignitas ſenũ canities. Li
uor vulneris abſterget mala, & plagæ in ſecretioribus ventris.

S. INFERIORES *à ſuperioribus per corporum maceratione, & ſuperfluorum reiectionem puniendi, non tamen à ſuperioribus iniuſte moleſtandi.* CAPVT XXI.

A SIcut diuiſiones aquarum, ita cor regis in manu
Domini: quocunque voluerit, inclinabit illud.
Omnis via viri recta ſibi videtur: appendit au-
tem corda Dominus. Facere iuſtitiã & iudicium
magis placet Domino, quàm victimæ. Exaltatio oculorum
& dilatatio cordis, lucerna impiorũ peccatum. Cogitationes
robuſti ſemper in abundantia: omnis autem piger in egeſtate
eſt. Qui cõgregat theſauros lingua mẽdacij, vanus & excors
B eſt, & impingetur ad laqueos mortis. Rapinæ impiorum de-
trahent eos, quia noluerunt facere iudicium. Peruerſa via viri,
Infra 25 d aliena eſt: qui autem mũdus eſt, rectum opus eius. Melius eſt
ſedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigioſa, & in
domo communi. Anima impij deſyderat malum, nõ miſere-
Supra 19 d bitur proximo ſuo. Mulctato peſtilente ſapientior erit par-
uulus: & ſi ſectetur ſapientem, ſumet ſcientiam. Excogitat iu
ſtus de domo impij, vt detrahat impios à malo. Qui obturat
aurem ſuam ad clamorem pauperis, & ipſe clamabit, & non
exaudietur. Munus abſconditum extinguit iras: & donum in
ſinu indignationem maximam. Gaudium iuſto eſt facere iu-
C dicium: & pauor operantibus iniquitatem. Vir qui errauerit
à via doctrinæ, in cœtu gigantium commorabitur. Qui dili-
git epulas, in egeſtate erit: qui amat vinum & pinguia, non di
tabitur. Pro iuſto datur impius: & pro recto iniquus. Melius
Eccle.25 c eſt habitare in terra deſerta, quàm cum muliere rixoſa & ira-
cunda. Theſaurus deſyderabilis, & oleum in habitaculo iu-
ſti: & imprudens homo diſſipabit illud. Qui ſequitur iuſtitiã
& miſericordiã, inueniet vitam, iuſtitiam & gloriam. Ciuita-
tem fortium aſcendit ſapiens, deſtruxit q; robur fiduciæ eius.
D Qui cuſtodit os ſuum, & linguam ſuã, cuſtodit ab anguſtijs
animam ſuam: Superbus & arrogans vocatur indoctus, qui
in ira operatur ſuperbiam. Deſyderia occidunt pigrum: no-
luerunt enim quicquam manus eius operari. Tota die concu-
piſcit & deſyderat: qui autem iuſtus eſt, tribuet, & non ceſſã-
bit. Hoſtiæ impiorum abominabiles, quæ offerũtur ex ſcele-
Eſa.1 d re. Teſtis mendax peribit: vir obediens loquetur victoriam.
Vir impius procaciter obfirmat vultum ſuum: qui autem re-
ctus eſt, corrigit viam ſuam. Non eſt ſapientia, non eſt pru-
dentia, non eſt conſilium contra Dominum. Equus paratur
ad diem belli: Dominus autem ſalutem tribuit.

S. FAMA *quadrifariam à viris ſanctis cum ſex tamen perſonarum abiectu conditionum eſt conſeruanda, non tamen egenos oppri-mendo, nec rixoſis fauendo operibus eorum adhærendum eſt.*

CAPVT XXII.

A MElius eſt nomen bonum, quàm diuitiæ multæ: ſu- Eccle.7 a
per argentũ enim & aurum, gratia bona. Diues &
pauper obuiauerunt ſibi: vtriuſque operator eſt
Dominus. Callidus vidit malum, & abſcondit ſe:
innocens pertranſijt, & affligitur eſt damno. Finis modeſtiæ
timor Domini, diuitiæ & gloria & vita. Arma & gladij in
via peruerſi: cuſtos autem animæ ſuæ longe recedit ab eis.
Prouerbiũ eſt, Adoleſcẽs iuxta viam ſuã, etiã cum ſenuerit,
B non recedet ab ea. Diues pauperibus imperat: & qui accipit
mutuũ, ſeruus eſt fœnerantis. Qui ſeminat iniquitatẽ, metet
mala, & virga iræ ſuæ cõſummabitur. Qui pronus eſt ad mi- Eccle.31 c
ſericordiam benedicetur: de panibus enim ſuis dedit pauperi.
*Victoriã & honorem acquiret qui dat munera: animam au-
tem aufert accipientiũ. Eijce deriſorem, & exibit cum eo
iurgium, ceſſabunt q; cauſæ, & cõtumeliæ. Qui diligit cordis
munditiam, propter gratiam labiorum ſuorum habebit ami-
cum regem. Oculi Domini cuſtodiunt ſcientiã, & ſupplan-
tantur verba iniqui. Dicit piger, Leo eſt foris, in medio pla-
C tearum occidendus ſum. Fouea profunda os alienæ: cui ira-
tus eſt Dominus, incidet in eam. Stultitia colligata eſt in
corde pueri, & virga diſciplinæ fugabit eã. Qui calumniatur
pauperem, vt augeat diuitias ſuas, dabit ipſe ditiori, & egebit.
Fili mi inclina aurem tuã, & audi verba ſapientium. Appone
autem cor ad doctrinã meã, quæ pulchra erit tibi cum ſeruа-
ueris eã in ventre tuo, & redũdabit in labijs tuis. Vt ſit in Do-
mino fiducia tua, vnde & oſtendã eã tibi hodie. Ecce deſcri-
pſi eam tibi tripliciter, in cogitationibus & ſcientia, vt oſten-
D derem tibi firmitatem & eloquia veritatis, reſpondere ex his
illis qui miſerũt te. Non facias violentiam pauperi, quia pau-
per eſt: neque conteras egenum in porta, quia iudicabit Do-
minus cauſam eius, & configet eos qui confixerunt animam
eius. Noli eſſe amicus homini iracundo, neq; ambules cũ viro
furioſo: ne fortè diſcas ſemitas eius, & ſumas ſcandalum ani-
mæ tuæ: Noli eſſe cũ his qui defigũt manus ſuas, & qui vades
ſe offerunt pro debitis. ſi enim non habes vnde reſtituas, quid
cauſæ eſt vt tollat operimẽtũ de cubili tuo? Ne trãſgrediaris
terminos antiquos, quos poſuerũt patres tui. Vidiſti virũ ve
locẽ in opere ſuo: corã regibus ſtabit, nec erit ante ignobiles.

S. TEMPERANTIA *quid fugiat, & quid ſequatur innuit, ſed peruerſa fugiendo conſortia, & ſanis ſe ſcientijs exercendo ebrie tatẽ plura mala facientẽ facile uitabit.* CAPVT XXIII.

A QVando ſederis vt comedas cum principe, diligen-
ter attẽde quæ poſita ſunt ante faciẽ tuam: & ſta-
tue cultrũ in gutture tuo, ſi tamen habes in pote-
ſtate animam tuam. Ne deſyderes de cibis eius, in
quo eſt panis mẽdacij. Noli laborare vt diteris: ſed pruden-
tiæ tuæ pone modum. Ne erigas oculos tuos ad opes quas
non potes habere: quia facient ſibi pennas quaſi aquilæ, &
volabunt in cœlum. Ne comedas cum homine inuido, & ne
deſyderes cibos eius: q nóniam in ſimilitudinem arioli & con-
iectoris æſtimat quo d ignorat. Comede & bibe, dicet tibi: &
B mens eius non eſt tecum. Cibos quos comederas euomes, &
perdes pulchros ſermones tuos, In auribus inſipientium ne
loquaris: quia deſpicient doctrinam eloquij tui. Ne attingas
paruulorum terminos, & agrum pupillorũ ne introeas: pro-
pinquus enim illorũ fortis eſt, & ipſe iudicabit contra te cau-
ſam illorum. Ingrediatur ad doctrinã cor tuum, & aures tuæ
ad verba ſcientiæ. Noli ſubtrahere à puero diſciplinã: ſi enim Supra 13 d
percuſſeris eum virga, non morietur. tu virga percuties eum: Eccleſ. 30 d
& animam

& animam eius de inferno liberabis. Fili mi, si sapiens fuerit animus tuus, gaudebit tecũ cor meũ: & exultabũt renes mei, cum locuta fuerint rectũ labia tua. Non æmuletur cor tuum peccatores, sed in timore Domini esto tota die: quia habebis spem in nouissimo, & præstolatio tua non auferetur. Audi fili mi, & esto sapiens, & dirige in via animũ tuũ. Noli esse in conuiuijs potatorũ, nec in comessationibus eorũ qui carnes ad vescendũ conferunt: quia vacantes potibus, & dantes symbola, consumentur, & vestietur pannis dormitatio. Audi patrem tuũ qui genuit te: & ne contemnas cum senuerit mater tua. Veritatẽ eme, & noli vendere sapientiã, & doctrinam, & intelligentiam. Exultat gaudio pater iusti: & qui sapientẽ genuit, lætabitur in eo. Gaudeat pater tuus, & mater tua, & exultet quæ genuit te. Præbe fili mi cor tuum mihi, & oculi tui vias meas custodiant, fouea enim profunda est meretrix, & puteus angustus aliena. insidiatur in via quasi latro, & quos
D incautos inuenerit interficiet. Cui væ? cuius patri væ? cui rixæ? cui foueæ? cui sine causa vulnera? cui suffosio oculorũ? nónne his qui commorantur in vino, & studeant calicibus epotandis? Ne intuearis vinũ quando flauescit, cũ splenduerit in vitro color eius: ingreditur blandè, sed in nouissimo mordebit vt coluber, & sicut regulus venena diffundet. Oculi tui videbũt extraneas, & cor tuũ loquetur peruersa. Et eris sicut dormiens in medio mari, & quasi sopitus gubernator amisso clauo, & dices, Verberauerunt me, sed nõ dolui: traxerũt me, & ego non sensi. quando euigilabo, & rursus vina reperiam?

S. FORTITVDO *circa quinq; uersatur: sciẽtiam in acquisitiõe, clementiam in exercitatione, uersutiarum detectione, ueritatis exaltatione, & insidiarũ contemptiõe.* CAPVT XXIIII.

A NE æmuleris viros malos, nec desyderes esse cum eis: quia rapinas meditabitur mens eorum, & fraudes labia eorũ loquuntur. Sapientia ædificabitur domus, & prudentia roborabitur. In doctrina replebuntur cellaria, vniuersa substantia pretiosa & pulcherrima. Vir sapiẽs, fortis est: vir doctus, robustus & validus: quia cum dispositione initur bellũ, & erit salus vbi multa consilia sunt. Excelsa stulto sapientia, in porta nõ aperiet os suũ. Qui
B cogitat mala facere, stultus vocabitur. Cogitatio stulti peccatum est: & abominatio hominũ detractor. Si desperaueris lapsus in die angustiæ: imminuetur fortitudo tua. Erue eos qui ducuntur ad mortẽ: & qui trahũtur ad interitum liberare ne cesses. Si dixeris, Vires nõ suppetũt: qui inspector est cordis, ipse intelligit, & seruatorem animæ tuæ nihil fallit, reddetque homini iuxta opera sua. Comede fili mi mel, quia bonum est, & fauũ dulcissimum gutturi tuo: sic & doctrina sapientiæ, animæ tuæ: quã cũ inueneris, habebis in nouissimis spem, & spes tua non peribit. Ne insidieris, & quæras impietatem in domo iusti, neque vastes requiem eius. septies enim
C cadet iustus, & resurget: impij autem corruent in malum. Cum ceciderit inimicus tuus, ne gaudeas, & in ruina eius ne exultet cor tuum: ne fortè videat Dominus, & displiceat ei, & auferat ab eo iram suam. Ne contendas cum pessimis, nec æmuleris impios, quoniam non habent futurorum spem mali, & lucerna impiorum extinguetur. Time Dominũ fili mi, & regem: & cum detractoribus non commiscearis: quoniam repente consurget perditio eorum: & ruinam vtriusque quis nouit? Hæc quoque sapientibus, Cognoscere personam in iudicio, non est bonum. Qui dicunt impio, Iustus es: maledicent eis populi, & detestabũtur eos tribus. Qui arguunt eũ,
D laudabuntur, & super ipsos veniet benedictio. Labia deosculabitur, qui recta verba respondet. Præpara foris opus tuum, & diligenter exerce agrum tuum, & postea ædifices domũ tuam. Ne sis testis frustra contra proximum tuum, nec lactes quenquam labijs tuis. Ne dicas, Quomodo fecit mihi, sic faciam ei: reddam vnicuique secundum opus suum. Per agrum hominis pigri transiui, & per vineã viri stulti: & ecce totum repleuerãt vrticæ, operuerant superficiem eius spinæ, & maceria lapidum destructa erat: quod cum vidissem, posui in corde meo, & exemplo didici disciplinam*. Vsque quo piger dormies, vsquequo de somno cõsurges? .. Parum inquam dormies, modicum dormitabis, pauxillum manus conseres, vt quiescas: & veniet tibi quasi cursor egestas tua, & mendicitas quasi vir armatus.

Psal.81 a — Prou.26 c — Leui.19 c — Deu.1 c — Eccle.42 d — Supra 10 d — Supra 6 b

HAE QVOQVE PARAbolæ Salomonis, quas transtulerunt uiri Ezechiæ regis Iuda.

S. SAPIENTIA *quatuor cardinalibus comitata uirtutibus, hominem perfectum reddit, & in finem suum perfecte dirigit.* CAPVT XXV.

A GLoria Dei est celare verbum, & gloria regum inuestigare sermonem. Cœlum sursum, & terra deorsum, & cor regum inscrutabile. Auser rubiginem de argento, & egredietur vas purissimum: auser impietatem de vultu regis, & firmabitur iustitia thronus eius. Ne glorioſus appareas coram rege, & in loco magnorũ ne steteris. Melius est enim vt dicatur tibi, Ascẽde huc: quàm vt humilieris coram principe. Quæ viderunt oculi tui, ne proferas in iurgio: ne postea emendare non possis, cum de
B honestaueris amicum tuum. Causam tuam tracta cum amico tuo, & secretũ extraneo ne reueles: ne fortè insultet tibi cum audierit, & exprobrare non cesset. * Gratia & amicitia liberant, quas tibi serua, ne exprobrabilis fias .. Mala aurea in lectis argenteis, qui loquitur verbũ in tempore suo. Inauris aurea, & margaritũ fulgens, qui arguit sapientẽ & aurẽ obedientem. Sicut frigus niuis in die messis, ita legatus fidelis ei qui miserit eum, animã ipsius requiescere facit. Nubes & ventus, & pluuiæ non sequentes, vir glorioſus, & promissa non complens. Patientia lenietur princeps: & lingua mollis cõfringet
C duritiam. Mel inuenisti, comede quod sufficit tibi: ne forte satiatus euomas illud. Subtrahe pedem tuũ de domo proximi tui, ne quando satiatus oderit te. Iaculum, & gladius, & sagitta acuta, homo qui loquitur cõtra proximũ suum falsum testimoniũ. Dens putridus, & pes lassus qui sperat super infideli in die angustiæ, & amittit palliũ in die frigoris. Acetum in vitro, qui cantat carmina cordi pessimo. * Sicut tinea vestimento, & vermis ligno: ita tristitia viri nocet cordi .. Si furierit
D inimicus tuus, ciba illum: si sitierit, da ei aquam bibere: prunas enim congregabis super caput eius, & Dominus reddet tibi. Ventus aquilo dissipat pluuias, & facies tristis linguã detrahẽtem. Melius est sedere in angulo domatis, quàm cum muliere litigioſa, & in domo cõmuni. Aqua frigida animæ sitienti, & nũtius bonus de terra lõginqua. Fons turbatus pede, & vena corrupta, iustus cadens corã impio. Sicut qui mel multum comedit, nõ est ei bonum: sic qui scrutator est maiestatis, opprimetur à gloria. Sicut vrbs patens & absq; murorũ ambitu, ita vir qui non potest in loquẽdo cohibere spiritum suum.

Supra 15 a — Rom.12 d — Supra 21 b — Eccle.3 c

S. SICVT *uerborum impotens non est ad prælaturam assumendus, ita incorrigibilis deponẽdus, nec ad prælaturam assumendus.* CAPVT XXVI.

A QVomodo nix in æstate, & pluuiæ in messe, sic indecens est stulto gloria. Sicut auis ad alta transuolans, & passer quò libet vadens: sic maledictũ frustrà prolatum in quempiã superueniet. Flagellũ equo, & camus asino, & virga dorso imprudentiũ. Ne respõdeas stulto iuxta stultitiã suam, ne efficiaris ei similis. Respõde stulto iuxta stultitiam suam, ne sibi sapiens esse videatur. Claudus pedibus, & iniquitatem bibens, qui mittit verba per
B nuntium stultum. Quomodo pulchras frustra habet claudus tibias: sic indecens est in ore stultorum parabola. Sicut qui

mittit lapidem in aceruum Mercurij: ita qui tribuit insipienti honorem. Quo modo si spina nascatur in manu temulenti: sic parabola in ore stultorum. Iudicium determinat causas: &
2. Pet. 2. d qui imponit stulto silentium, iras mitigat. Sicut canis qui reuertitur ad vomitum suum, sic imprudẽs qui iterat stultitiam suam. Vidisti hominẽ sapientem sibi videri: magis illo spem habebit insipiẽs. Dicit piger, Leo est in via, & leæna in itineri
C bus. Sicut ostium vertitur in cardine suo, ita piger in lectulo suo. Abscondit piger manus sub ascella sua, & laborat si ad
Supr. 19. d os suum conuerterit. Sapientior sibi piger videtur septem viris loquentibus sententias. Sicut qui apprehẽdit auribus canem, sic qui transit impatiens, & cõmiscetur rixæ alterius. Sicut noxius est qui mittit sagittas, & lanceas in mortem: ita vir qui fraudulẽter nocet amico suo, & cum fuerit deprehensus, dicet, Ludẽs feci. Cum defecerint ligna, extinguetur ignis: & susurrone subtracto iurgia conquiescunt. Sicut carbones ad
Eccli. 38. b prunas, & ligna ad ignem, sic homo iracundus suscitat rixas. Verba susurronis quasi simplicia, & ipsa perueniũt ad intima
D cordis. Quomodo si argento sordido ornare velis vas fictile, sic labia tumentia cum pessimo corde sociata. Labijs suis intelligitur inimicus, cum in corde tractauerit dolos. quando submiserit vocẽ suam, ne credideris ei: quoniã septẽ nequitiæ
Eccle. 22. b sunt in corde illius. Qui operit odium fraudulenter, reuela-
Eccl. 27. d bitur malitia eius in consilio. Qui fodit foueam, incidet in eam: & qui voluit lapidem, reuertetur ad eum. Lingua fallax non amat veritatem: & os lubricum operatur ruinas.

S. PRVDENTIA præsentibus non satiata, quæ sunt futura tanquam durabiliora curat: secularis autem prudentia, neminẽ unquam saturat. CAPVT XXVII.

A NE glorieris in crastinũ, ignorans quid superuentura pariat dies. Laudet te alienus, & non os tuũ:
Eccle. 22. b extraneus, & non labia tua. Graue est saxum, & onerosa arena: sed ira stulti vtroque grauior. Ira non habet misericordiam, nec erumpens furor: & impetum concitati ferre quis poterit? Melior est manifesta correptio, quàm amor absconditus. Meliora sunt vulnera diligentis,
Iob 6. b quàm fraudulenta oscula odientis. Anima saturata calcabit fauum: & anima esuriens etiam amarũ pro dulci sumet. Sicut auis transmigrans de nido suo, sic vir qui derelinquit locum
B suum. Vnguento & varijs odoribus delectatur cor: & bonis amici consilijs anima dulcoratur. Amicum tuum, & amicum patris tui ne dimiseris: & domum fratris tui ne ingrediaris in die afflictionis tuæ. Melior est vicinus iuxtà, quàm frater procul. Stude sapientiæ fili mi, & lætifica cor meũ, vt possis exprobranti respõdere sermonẽ. A stutus videns malum, abs-
Supra 10. c conditus est, paruuli transeũtes sustinuerunt dispendia. Tolle
C vestimentum eius qui spopõdit pro extraneo, & pro alienis aufer ei pignus. Qui benedicit proximo suo voce grandi, de nocte consurgens, maledicenti similis erit. Tecta perstillantia in die frigoris, & litigiosa mulier comparantur: qui retinet eam, quasi qui ventum teneat, & oleũ dexteræ suæ vocet. Ferrum ferro exacuitur, & homo exacuit faciem amici sui. Qui seruat ficum, comedet fructus eius: & qui custos est domini sui, glorificabitur. Quo modo in aquis resplendent vultus prospicientiũ, sic corda hominum manifesta sunt prudentibus. Infernus & perditio nunquam implentur, similiter &
Eccle. 14. b oculi hominũ insatiabiles. Quo modo probatur in conflato-
D rio argentum, & in fornace aurum: sic probatur homo ore laudantis. *Cor iniqui inquirit mala, cor autẽ rectum inquirit scientiam. Si contuderis stultũ in pila, quasi ptisanas ferente désuper pilo, non auferetur ab eo stultitia eius. Diligenter agnosce vultũ pecoris tui, tuos q; greges consydera, non enim habebis iugiter potestatẽ, sed corona tribuetur in generatione & generationẽ. Aperta sunt prata, & apparuerunt herbæ virentes, & collecta sunt fœna de mõtibus. Agni ad vestimentum tuũ: & hœdi, agri pretiũ. Sufficiat tibi lac caprarum in cibos tuos, & in necessaria domus tuæ, & ad victũ ancillis tuis.

S. PRAELATI socordes ob seculi sapientiam gregis curam parui pendunt, at prouidi mundanas uoluptates nec sibi nec subditis sinunt dominari. CAPVT XXVIII.

A EVgit impius nemine persequente: iustus autem quasi leo confidens, absque terrore erit. Propter peccata terræ multi principes eius: & propter hominis sapientiam & horum scientiam quæ dicuntur, vita ducis longior erit. Vir pauper calumnians pauperes, similis est imbri vehementi in quo paratur fames. Qui derelinquũt legem, laudant impium: qui custodiunt, succen-
B duntur contra eum. Viri mali non cogitãt iudiciũ: qui autem Supra 19. a inquirunt Dominum, animaduertunt omnia. Melior est pauper ambulãs in simplicitate sua, quàm diues in prauis itineribus. Qui custodit legẽ, filius sapiens est: qui autem comessatores pascit, confundit patrem suum. Qui coaceruat diuitias vsuris & fœnore liberali, in pauperes cõgregat eas. Qui declinat aures suas ne audiat legẽ, oratio eius erit execrabilis. Qui decipit iustos in via mala, in interitu suo corruet, & simplices possidebunt bona. Sapiens sibi videtur vir diues: pauper autem prudens scrutabitur eum. In exultatione iustorum mul-
C ta gloria est: regnantibus impijs ruinæ hominũ. Qui abscondit scelera sua, non dirigetur: qui autem confessus fuerit, & reliquerit ea, misericordiam consequetur. Beatus homo qui semper est pauidus: qui verò mentis est duræ, corruet in malum. Leo rugiens, & vrsus esuriẽs, princeps impius super populum pauperem. Dux indigens prudẽtia, multos opprimet per calumniam: qui autem odit auaritiam, longi fient dies eius. Hominem qui calumniatur animæ sanguinem, si vsque ad lacum fugerit, nemo sustinet. Quj ambulat simpliciter, Supra 11. b saluus erit: qui peruersis graditur vijs, concidet semel. Qui Eccl. 20. d operatur terram suam, satiabitur panibus: qui autem sectatur otium, replebitur egestate. Vir fidelis multum laudabitur: qui autem festinat ditari, non erit innocens. Qui cognoscit in iudicio faciem, non bene facit, iste & pro buccella panis
D deserit veritatem. Vir qui festinat ditari, & alijs inuidet, ignorat quòd egestas superueniet ei. Qui corripit hominem, gratiam postea inueniet apud eum magis, quàm ille qui per linguæ blandimenta decipit. Qui subtrahit aliquid à patre suo, & à matre, & dicit hoc non esse peccatum: particeps homicidæ est. Qui se iactat & dilatat, iurgia concitat: qui verò sperat in Domino, sanabitur. Qui confidit in corde suo, stultus est: qui autem graditur sapienter, ipse saluabitur. Qui dat pauperi, non indigebit: qui despicit deprecantem, sustinebit penuriam. Cum surrexerint impij, abscondentur homines: cum illi perierint, multiplicabuntur iusti.

S. SVBDITVS insolens superiorum correctionem facile contemnit, in eo quòd correctorẽ non audit, correctori arroganter resistit, præsentia uerò incõsideratè disponit. CAPVT XXIX.

A VIro qui corripientem dura ceruice contemnit, repentinus ei superueniet interitus, & eum sanitas non sequetur. In multiplicatione iustorum lætabitur vulgus: cum impij sumpserint principatũ, gemet populus. Vir qui amat sapientiã, lætificat patrẽ suum: qui autem nutrit scorta, perdet substãtiam. Rex iustus erigit Luc. 15. c terrã, vir auarus destruit eã. Homo qui blandis fictisq; sermonibus loquitur amico suo, rete expandit gressibus suis. Peccantem virum iniquum inuoluet laqueus, & iustus laudabit atque gaudebit. Nouit iustus causam pauperũ, impius ignorat scientiam. Homines pestilentes dissipant ciuitatem, sa-
B pientes verò auertunt furorẽ. Vir sapiens si cum stulto contenderit, siue irascatur, siue rideat, non inueniet requiem. Viri sanguinum oderunt simplicem: iusti autem quærunt animam eius. Totum spiritum suum profert stultus: sapiens differt & reseruat in posterum. Princeps qui libenter audit verba mendacij,

dacij, omnes ministros habet impios. Pauper & creditor obuiauerunt sibi: vtriusq; illuminator est Dominns. Rex qui iudicat in veritate pauperes, thronus eius in æternum firmabitur. Virga atque correctio tribuit sapientiam: puer autem qui dimittitur voluntati suæ, confundit matrem suã. In multiplicatione impiorum multiplicabuntur scelera, & iusti ruinas eorum videbunt. Erudi filium tuũ, & refrigerabit te, & dabit delicias animæ tuæ. Cum prophetia defecerit, dissipabitur populus: qui uerò custodit legẽ, beatus est. Seruus verbis non potest erudiri: quia quod dicis intelligit, & respondere contemnit. Vidisti hominem velocem ad loquendum: stultitia magis speranda est, quàm illius correctio. Quj delicate à puericia sua nutrit seruum suum, postea sentiet eum contumacẽ.
D Vir iracundus prouocat rixas: & qui ad indignandum facilis
Iob 22 d est, erit ad peccata procliuior. Superbum sequitur humilitas, & humilem spiritu suscipiet gloria. Qui cum fure partitur, odit animam suam, adiurantem audit, & non indicat. Qui timet hominem, cito corruet: qui sperat in Domino, sublevabitur. Multi requirunt faciem principis, & iudicium à Domino egreditur singulorum. Abominantur iusti virum impium: & abominabuntur impij eos qui in recta sunt via. *Verbum custodiens filius, extra perditionem erit..

S. QVAE sint à Deo postulanda, quæ fugienda sint, & quæ imitanda. CAPVT XXX.

A Verba cõgregantis filij Vomẽtis. Visio quam locutus est vir, Cũ quo est Deus, & Qui Deo secũ morante Confortatus, ait, Stultissimus sum virorum, & sapientia hominum non est mecum. Non didici sapientiam & noui scientiam sanctorum. Quis ascendit in cœlum, atq; descendit? quis continuit spiritum in manibus suis? quis colligauit aquas quasi in vestimento? quis suscitauit omnes terminos terræ? quod nomen est eius, & quod
Psal. 18 c nomen filij eius, si nosti? Omnis sermo Dei ignitus, clypeus
Deut. 4 d, est sperantibus in se: ne addas quicquam verbis illius, & arguaris, inueniaris q; mendax. Duo rogaui te, ne deneges mihi
B antequam moriar, Vanitatem, & verba mendacia longe fac à me. Mendicitatem, & diuitias ne dederis mihi: tribue tantum victui meo necessaria. ne forte satiatus illiciar ad negandum, & dicam, Quis est Dominus? aut egestate compulsus furer, & periurem nomẽ Dei mei. Ne accuses seruum ad Dominum suum, ne forte maledicat tibi, & corruas. Generatio quæ patri suo maledicit, & quæ matri suæ nõ benedicit. Generatio quæ sibi mũda videtur, & tamẽ nõ est lota à sordibus suis. Generatio cuius excelsi sunt oculi, & palpebræ eius in alta surrectæ. Generatio quæ pro dentibus gladios habet, & commandit molaribus suis, vt comedat inopes de terra, & pauperes ex hominibus. Sanguisugæ duæ sunt filiæ, dicẽtes,
C Affer, affer. Tria sunt insaturabilia, & quartũ quod nũquam dicit Sufficit, Infernus, & os vuluæ, & terra quæ non satiatur aqua: ignis verò nunquam dicit Sufficit. Oculũ qui subsannat patrem, & qui despicit partum matris suæ, suffodiant eum corui de torrentibus, & comedant eum filiæ aquilæ. Tria sunt difficilia mihi, & quartũ penitus ignoro, Viam aquilæ in cœlo, viam colubri super petram, viam nauis in medio mari, & viam viri in adolescentula. Talis est via mulieris adulteræ, quæ comedit, & tergens os suum, dicit, Nõ sum operata malum. Per tria mouetur terra, & quartum non potest sustinere, Per seruum cum regnauerit: per stultum cum saturatus
D fuerit cibo: & per odiosam mulierem cum matrimonium fuerit assumpta: & per ancillam cum fuerit hæres dominæ suæ. Quatuor sunt minima terræ, & ipsa sunt sapientiora sapientibus: formicæ populus infirmus, qui præparat in messe cibum sibi: lepusculus plebs inualida, qui collocat in petra cubile suum: regem locusta non habet, & egreditur vniuersa per turmas suas: stellio manibus nititur, & moratur in ædibus regis. Tria sunt quæ bene gradiuntur, & quartum quod incedit feliciter: leo fortissimus beastiarum, ad nullius pauebit occursum: gallus succinctus lumbos suos: & aries, nec est rex qui resistat ei. Et qui stultus apparuerit postquam eleuatus est in sublime: si enim intellexisset, ori suo imposuisset manum. Qui autem fortiter premit vbera ad eliciendum lac, exprimit butyrum: & qui vehementer emungit, elicit sanguinem: & qui prouocat iras, producit discordias.

VERBA LAMVELIS REGIS.

Visio qua erudiuit eum mater sua.

S. *A quibus reges abstineant ut iustè iudicent, mulieres quid imitentur, & quid fugiant ut probæ euadant.* CAPVT XXXI.

A Quid dilecte mi, quid dilecte vteri mei, quid dilecte votorum meorum? Ne dederis mulieribus substantiam tuam, & vias tuas ad delendos reges. Noli regibus ô Lamuel, noli regibus dare vinum: quia nullum secretum est vbi regnat ebrietas. ne forte bibant & obliuiscantur iudiciorum, & mutent causam filiorum pauperis. Date siceram mœrentibus, & vinũ his qui amaro sunt animo, Bibant & obliuiscãtur egestatis suæ, & doloris sui nõ recordẽtur amplius. Aperi os tuum muto, & causis omnium filiorum qui pertranseunt. Aperi os tuũ, decerne quod iustũ
B est, & vindica inopẽ & pauperem. ALEPH. Mulierem fortẽ quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretiũ eius. BETH. Confidit in ea cor viri sui, & spolijs non indigebit. GIMEL. Reddet ei bonum & non malum, omnibus diebus vitæ suæ. DALETH. Quæsiuit lanã, & linum, & operata est cõsilio manuũ suarũ. HE. Facta est quasi nauis institoris de longe portãs panẽ suũ. VAV. De nocte surrexit, deditq; predã domesticis suis, & cibaria ancillis suis. ZAIN. Consyderauit agrum, & emit eum, de fructu manuũ suarũ plantauit vineã. HETH. Accinxit fortitudine lumbos suos, & roborauit brachium
C suum. TETH. Gustauit quoniam bona est negotiatio eius, non extinguetur in nocte lucerna eius. IOD. Manum suam misit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fusum. CAPH. Manum suã aperuit inopi. & palmas suas extendit ad paupe rem. LAMED. Non timebit domui suæ à frigoribus niuis, omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus. MEM. Stragulatã vestẽ fecit sibi, bissus & purpura indumentũ eius. NVN. Nobilis in portis vir eius, quando sederit cum senatori-
D bus terræ. SAMECH. Sindonẽ fecit & vendidit, & singulum tradidit Chananæo. AIN. Fortitudo & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo. PHE. Os suũ aperuit sapientiæ, & lex clemẽtiæ in lingua eius. SADE. Consyderat semitas domus suæ, & panẽ otiosa non cómedit. COPH. Surrexerunt filij eius, & beatissimam prædicauerunt: vir eius, & laudauit eã. RES. Multæ filiæ cõgregauerunt diuitias, tu supergressa es vniuersas. SIN. Fallax gratia, & vana est pulchritudo: mulier timens Dominum ipsa laudabitur. THAV. Date ei de fructu manuũ suarũ, & laudẽt eã in portis opera eius.

FINIS.

Hieronymi in librum

Ecclesiasten præfatio.

MEMINI *me ante hoc fermè quiquennium, cum adhuc Romæ essem, & Ecclesiasten sanctæ Blesillæ legerẽ, ut eam ad cõtemptum mundi huius prouocarem, & omne quod in mundo cerneret, putaret, esse pro nihilo: rogatum ab ea ut in morem commentarioli obscura quæque differerem, ut absq; me posset intelligere quæ legebat. Itaq; quoniam in procinctu nostri operis subita morte subtracta est, & ubi non meruimus ô Paula & Eustochium talem uitæ nostræ habere consortem: tantoq; uulnere tunc percussus obmutui, & nunc in*

Bethlehem positus, angustiore uidelicet ciuitate, & illius memoriæ & uobis reddo quod debeo. Hoc breuiter admonens, quòd nullius authoritatem secutus sum, sed de Hebræo transferens, maxime septuaginta interpretum consuetudini me coaptaui, in ijs duntaxat quæ non multum ab Hebraicis discrepabant. Interdum Aquilæ quoque & Symmachi et Theodotionis recordatus sum, ut nec nouitate nimia lectoris studium deterrerem, nec rursum contra conscientiam meam, fonte ueritatis omisso, opinionum riuulos consectarer.

Ecclesiastes, qui ab Hebræis Coheleth,

id est Concionator, appellatur.

S. QVICQVID est in mundo, uanitati, curiositati, cupidini & anxietati subiectum est. CAPVT I.

A Omnia vanitas.

VERBA Ecclesiastæ filij Dauid regis Ierusalem. Vanitas vanitatum, dixit Ecclesiastes: vanitas vanitatum & omnia vanitas. Quid habet amplius homo de vniuerso labore suo quo laborat sub sole? Generatio præterit, & generatio aduenit, terra autem in æternum stat. Oritur sol, & occidit, & ad locum suum reuertitur, ibiq; renascens gyrat per meridiem, & flectitur ad aquilonem. Lustrans vniuersa in circuitu pergit spiritus, & in circulos suos reuertitur. Omnia flumina intrant in mare, & mare non redundat: B ad locum vnde exeunt flumina, reuertuntur, vt iterum fluant. Cunctæ res difficiles: non potest eas homo explicare sermone. Non saturatur oculus visu, nec auris auditu impletur. Quid est quod fuit? ipsum quod futurũ est. Quid est quod factum est? ipsum quod faciendũ est. Nihil sub sole nouum, nec valet quisquam dicere, Ecce, hoc recens est. iam enim præcessit in seculis quæ fuerunt ante nos. Non est priorũ memoria: C sed nec eorum quidem quæ post ea futura sunt, erit recordatio apud eos qui futuri sunt in nouissimo. Ego Ecclesiastes fui rex Israel in Ierusalẽ, & proposui in animo meo quærere & inuestigare sapienter de omnibus quæ fiunt sub sole. Hãc occupationẽ pessimã dedit Deus filijs hominum, vt occuparentur in ea. Vidi quæ fiunt cuncta sub sole, & ecce vniuersa vanitas, & afflictio spiritus. Peruersi difficilè corriguntur, & stultorũ infinitus est numerus. Locutus sum in corde meo, dicens, Ecce magnus effectus sum: & præcessi omnes sapientia, qui fuerunt ante me in Ierusalẽ, & mens mea contemplata est multa sapienter, & didici. Dediq; cor meum vt scirem prudentiam atque doctrinã: errores q; & stultitiam, & agnoui quòd in his quoque esset labor, & afflictio spiritus, eo quòd in multa sapientia, multa sit indignatio: & qui addit scientiam, addit & dolorem.

Rerum inuestigatio vana.

S. IN affluentia deliciarum, diuitiarum, ædificiorum, & illarum labore uanitas est & afflictio spiritus. CAPVT II.

A DIxi ergo in corde meo, Vadam & affluam delicijs, & fruar bonis. Et vidi quòd hoc quoq; esset vanitas. Risum reputaui errorem: & gaudio dixi, Quid frustrà deciperis? Cogitaui in corde meo abstrahere à vino carnem meam, vt animũ transferrem ad sapientiam, deuitarem q; stultitiã, donec viderẽ quid esset vtile filijs hominũ, quo facto opus est sub sole numero dierũ vitæ suæ. Magnificaui opera mea, & ædificaui mihi domos, & plantaui vineas. feci hortos & pomœria, & cõseui ea cũcti generis arboribus. Et extruxi mihi piscinas aquarũ, vt irrigarem syluam lignorũ germinantiũ. Possedi seruos & ancillas, multamq; familiã habui: armenta quoque & magnos ouium greB ges vltra omnes qui fuerunt ante me in Ierusalẽ. Coaceruaui mihi argentum & aurum, & substantias regum & prouinciarum. Feci mihi cantores, & cantatrices, & delicias filiorum hominum scyphos, & vrceolos in ministerio ad vina fundenda: & supergressus sum opibus omnes qui ante me fuerunt in Ierusalem. Sapientia quoque perseuerauit mecum, & omnia quæ desyderauerunt oculi mei, non negaui eis: nec prohibui cor meum quin omni voluptate frueretur, & oblectaret se in his quæ præparaueram. Et hanc ratus sum partem meam, si vterer labore meo. Cumq; me conuertissem ad vniuersa opera quæ fecerant manus meæ, & ad labores in quibus frustrà sudaueram, vidi in omnibus vanitatem & afflictionem animi, & nihil permanere sub sole. Transiui ad contemplandam sapientiam, errores q; & stultitiam (quid est, inquam, homo vt C sequi possit regem factorem suum?) Et vidi quòd tantum præcederet sapientia stultitiam, quantum differt lux à tenebris. Sapientis oculi in capite eius, stultus in tenebris ambulat. Et didici quòd vnus vtriusque esset interitus, & dixi in corde meo, Si vnus & stulti & meus occasus erit: quid mihi prodest quòd maiorem sapientiæ dedi operam? Locutus q; cum mente mea, animaduerti quòd hoc quoque esset vanitas. Non enim erit memoria sapientis similiter vt stulti in perpetuum, & futura tempora obliuione cuncta pariter operient. Moritur doctus similiter vt indoctus: & idcirco tæduit me vitæ meæ videntem mala vniuersa esse sub sole, & cuncta vanitatem & afflictionem spiritus. Rursus detestatus sum omnem industriam meam, qua sub sole studiosissimè laboraui, habiturus hæredem post me, quem ignoro vtrum sapiens an stultus futurus sit, & dominabitur in laboribus meis quibus desudaui & solicitus fui. & est quicquam tam D vanum? Vnde cessaui, renuntiauitq; cor meum vltrà laborare sub sole. Nam cum alius laboret in sapientia & doctrina & solicitudine, homini otioso quæsita dimittit. & hoc quoq; vanitas & magnum malum. Quid enim proderit homini de vniuerso labore suo, & afflictione spiritus, qua sub sole cruciatus est? Cuncti dies eius doloribus & ærumnis pleni sunt, nec per noctem mente requiescit. & hoc nónne vanitas est? Nónne melius est comedere, & bibere, & ostendere animæ suæ bona de laboribus suis? & hoc de manu Dei est. Quis ita deuorabit, & delicijs affluet vt ego? Homini bono in conspectu suo dedit Deus sapientiam, & scientiam, & lætitiam: peccatori autem dedit afflictionem & curam superfluam, vt addat & congreget & tradat ei qui placuit Deo, sed & hoc vanitas est & cassa solicitudo mentis.

Infra 8. a Prou. 17. d Alia vanitas, sapiẽtis & stultivnũ esse euẽtũ.

S. IN omnibus his fluxis nulla est mentis quies, sed cuncta præ temporis opportunitate agenda sunt & uariãda. CAPVT III.

A OMnia tempus habent, & suis spatijs transeunt vniuersa sub cœlo. Tempus nascendi, & tempus moriendi. Tempus plantãdi, & tẽpus euellendi quod plantatum est. Tempus occidendi, & tempus sanandi. Tempus destruendi, & tempus ædificãdi. Tempus flẽdi, & tempus ridendi. Tempus plangendi, & tempus saltãdi. Tempus spargendi lapides, & tempus colligendi. Tempus amplexandi, & tempus longe fieri ab amplexibus. Tẽpus acquirendi, & tempus perdẽdi. Tempus custodiẽdi, & tempus abijciendi. Tempus scindendi, & tempus consuendi. Tempus tacendi, & tempus loquendi. Tempus dilectionis, & tempus odij. Tempus belli, & tempus pacis. Quid habet amplius homo de labore suo? Vidi afflictionem quam dedit Deus B filijs hominum, vt distendantur in ea. Cuncta fecit bona in tempore suo, & mundum tradidit disputationi eorum, vt non inueniat homo opus, quod operatus est Deus ab initio vsque ad finem. Et cognoui quòd non esset melius, nisi lætari, & facere bene in vita sua. Omnis enim homo qui comedit & bibit, & videt bonum de labore suo, hoc donum Dei est. Didici quòd omnia opera quæ fecit Deus, perseuerent

Opera Dei perpetua.

seuerent in perpetuũ. non possumus eis quicquã addere, nec auferre, quæ fecit Deus vt timeatur. Quod factum est, ipsum permanet. Quæ futura sunt, iam fuerunt: & Deus instaurat quod abijt. Vidi sub sole in loco iudicij impietatem, & in loco iustitię iniquitatẽ: & dixi in corde meo, Iustũ & impiũ iudicabit Dominus, & tẽpus omnis rei tunc erit. Dixi in corde
D meo de filijs hominũ, vt probaret eos Deus, & ostẽderet similes esse bestijs. Idcirco vnus interitus est hominis & iumẽtorum, & æqua vtriusq; cõditio: sicut moritur homo, sic & illa moriũtur. similiter spirãt omnia, & nihil habet homo iumẽto amplius. Cuncta subiacẽt vanitati, & omnia pergũt ad vnum locũ: de terra facta sunt, & in terram pariter reuertuntur. Quis nouit si spiritus filiorũ Adam ascendat sursum, & si spiritus iumentorũ descendat deorsum? Et deprehendi nihil esse melius, quàm lætari hominẽ in opere suo, & hanc esse partem illius. Quis enim eum adducet, vt post se futura cognoscat?

S. MVLTAE *impiorum in pauperes & iustos calumniæ & uexationes mirabilem huius uitæ arguunt uanitatem & instabilitatem.*

CAPVT IIII.

A VErti me ad alia, & vidi calũnias quæ sub sole geruntur, & lachrymas innocentiũ, & neminẽ consolatorẽ, nec posse resistere eorũ violentiæ cunctorũ auxilio destitutos. Et laudaui magis mortuos, quàm viuentes: & feliciorẽ vtroq; iudicaui qui necdum natus est, nec vidit mala quæ sub sole fiunt. Rursum contemplatus sum omnes labores hominũ, & industrias animaduerti
B patêre inuidiæ proximi. & in hoc ergo vanitas, & cura superflua est. Stultus cõplicat manus suas, & comedit carnes suas, dicens, Melior est pugillus cũ requie, quàm plena vtraq; manus cũ labore, & afflictione animi. Cõsyderans reperi & aliã vanitatẽ sub sole. vnus est, & secundũ non habet, non filium, non fratrem, & tamen laborare non cessat, nec satiantur oculi
C eius diuitijs: nec recogitat, dicẽs, Cui laboro, & fraudo animã meam bonis? & in hoc quoq; vanitas est, & afflictio pessima. Melius est ergo duos esse simul, quàm vnũ: habẽt enim emolumentum societatis suæ: si vnus ceciderit, ab altero sulcietur. væ soli: quia cum ceciderit, non habet subleuantẽ se. Et si dormierint duo, fouebuntur mutuo. Vnus quomodo calefiet? Et si quispiam præualuerit contra vnum, duo resistent ei. Funi-
D culus triplex difficile rumpitur. Melior est puer pauper & sapiens, rege sene & stulto, qui nescit præuidere in posterũ. Quòd de carcere, catenisq; interdum quis egrediatur ad regnum: & alius natus in regno, inopia cõsummatur. Vidi cunctos viuentes qui ambulant sub sole cum adolescente secũdo qui consurget pro eo. Infinitus numerus est populi omnium qui fuerunt ante eum: & qui postea futuri sunt, non lætabuntur in eo. sed & hoc vanitas & afflictio spiritus. Custodi pedẽ tuum ingrediens domũ Dei, & appropinqua vt audias. multo enim melior est obedientia, quàm stultorum victimæ, qui nesciunt quid faciunt mali.

Solitarij molestia vana.

Obediẽtia, victimæ præferẽda. 1. Reg. 15 c. Osee. 6 c.

S. NIL *incautè in Deum & eius prouidentiam loquendum, sed uerbis & cupiditatibus est cauendum, & uirtutum honestati & moribus studendum.*

CAPVT V.

A NE temere quid loquaris, neq; cor tuũ sit velox ad proferendũ sermonẽ coram Deo. Deus enim in cœlo, & tu super terrã, idcirco sint pauci sermones tui. Multas curas sequũtur somnia, & in mul-
Deut. 23 d. tis sermonibus inuenietur stultitia. Si quid vouisti Deo, ne moreris reddere. displicet enim ei infidelis & stulta promissio. sed quodcunq; voueris redde. multoq; melius est nõ vouere, quàm post votum promissa non reddere. Ne dederis os
B tuum vt peccare facias carnẽ tuam. neq; dicas coram angelo, Non est prouidentia: ne fortè iratus Deus contra sermones tuos dissipet cũcta opera manuũ tuarũ. Vbi multa sunt somnia, plurimæ sunt vanitates, & sermones innumeri: tu verò Deum time. Si videris calumnias egenorũ & violenta iudicia, & subuerti iustitiã in prouincia, non mireris super hoc negotio: quia excelso excelsior est alius, & super hos quoq; eminentiores sunt alij, & insuper vniuersæ terræ rex imperat seruiẽti. Auarus nõ implebitur pecunia: & qui amat diuitias, fructum non capiet ex eis. & hoc ergo vanitas. Vbi multæ sunt
C opes, multi & qui comedunt eas. Et quid prodest possessori, nisi quòd cernit diuitias oculis suis? Dulcis est somnus operãti, siue parũ, siue multũ comedat: saturitas autẽ diuitis nõ sinit eum dormire. Est & alia infirmitas pessima, quã vidi sub sole: diuitiæ cõseruatæ in malũ Domini sui. pereunt enim in afflictione pessima. Generauit filiũ, qui in summa egestate erit.
D Sicut egressus est nudus de vtero matris suæ, sic reuertetur, & nihil auferet secũ de labore suo. Miserabilis prorsus infirmitas: quomodo vênit, sic reuertetur. Quid ergo prodest ei quòd laborauit in ventũ? Cunctis diebus vitæ suæ comedit in tenebris & in curis multis, & in ærumna atq; tristitia. Hoc itaque visum est mihi bonũ vt comedat quis & bibat, & fruatur lætitia ex labore suo quo sub sole laborauit ipse numero dierũ vitæ suæ, quos dedit ei Deus, & hæc est pars illius. Et omni homini cui dedit Deus diuitias, atq; substantiã, potestatemq; ei tribuit vt comedat ex eis, & fruatur parte sua, & lætetur de labore suo: hoc est donũ Dei. Nõ enim satis recordabitur dierum vitæ suæ, eo quòd Deus occupet delicijs cor eius.

Non mirãdũ de egenorum oppressione. Auarus.

Securitas laborantis. Molestia diuitis. Iob 20 c.

Iob 1 d. 1. Tim. 6 b.

S. AVARI *sancta est tenacitas ut partis ad necessitatem uti nesciat, unde deterioris est quàm abortiuus conditionis.*

CAPVT VI.

A EST & aliud malũ quod vidi sub sole, & quidẽ frequens apud homines, Vir cui dedit Deus diuitias & substantiã & honorẽ, & nihil deest animæ suæ ex omnibus quæ desyderat: nec tribuit ei potestatem Deus vt comedat ex eo, sed homo extraneus vorabit illud. hoc vanitas, & miseria magna est. Si genuerit quispiã centum liberos, & vixerit multos annos, & plures dies ætatis habuerit, & anima illius nõ vtatur bonis substãtiæ suæ, sepulturaq; careat: de hoc ego pronuntio quòd melior illo sit abortiuus. frustra enim venit & pergit ad tenebras, & obliuione
C delebitur nomẽ eius. Non vidit solem neq; cognouit distantiam boni & mali, etiã si duobus milibus annis vixerit, & non fuerit perfruitus bonis. Nónne ad vnum locum properant omnia? Omnis labor hominis in ore eius: sed anima eius non implebitur. Quid habet amplius sapiens à stulto? & quid pau-
D per, nisi vt pergat illuc vbi est vita? Melius est videre quod cupias, quàm desyderare quod nescias. sed & hoc vanitas est, & præsumptio spiritus. Qui futurus est, iam vocatũ est nomen eius: & scitur quòd homo sit, & non possit contra fortiorem se in iudicio contendere. Verba sunt plurima, multamq; in disputando habentia vanitatem.

S. HVMANAE *curiositati frenum est imponendum, lætitiæ tristitia est anteponenda, & opulentiæ iungenda est sapientia.*

CAPVT VII.

A QVid necesse est homini maiora se quærere, cum ignorat quid cõducat sibi in vita sua numero dierum peregrinationis suæ, & tempore quod velut vmbra præterit? Aut quis ei poterit indicare, quid post eum futurũ sub sole sit? Melius est nomen bonũ, quàm vnguenta pretiosa, & dies mortis dies natiuitatis. Melius est
ire ad domũ luctus, quàm ad domum conuiuij. in illa enim finis cunctorum admonetur hominum, & viuens cogitat quid futurum sit. Melior est ira risu: quia per tristitiam vultus, corrigitur animus delinquentis. Cor sapientium vbi tristitia est, & cor stultorum vbi lætitia. Melius est à sapientiore corri-
B pi, quàm stultorum adulatione decipi: quia sicut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic risus stulti. sed & hoc vanitas. Calumnia conturbat sapientem, & perdet robur cordis illius.

Melior est finis orationis, quàm principium. Melior est pa-
Ira vitãda. tiens arrogante. Ne sis velox ad irascendum: quia ira in sinu
stulti requiescit. Ne dicas, Quid putas causæ est quòd priora
tempora meliora fuêre quàm nunc sunt? stulta enim est hu-
iuscemodi interrogatio. Vtilior est sapientia cum diuitijs, &
magis prodest vidẽtibus solem. Sicut enim protegit sapiẽtia,
sic protegit pecunia. Hoc autẽ plus habet eruditio & sapien-
tia, quòd vitam tribuunt possessori suo. Cõsydera opera Dei,
quòd nemo possit corrigere, quẽ ille despexerit. In die bona
fruere bonis, & malã diem præcaue. sicut enim hanc, sic & illã
fecit Deus, vt non inueniat homo cõtra eum iustas querimo-
C nias. Hæc quoq; vidi in diebus vanitatis meæ: Iustus perit in-
iustitia sua, & impius multo viuit tempore in malitia sua. No-
li esse iustus multũ: neq; plus sapias, quàm necesse est, ne ob-
stupescas. Ne impie agas multum: & noli esse stultus, ne mo-
riaris in tempore non tuo. Bonũ est te sustentare iustum, sed
& ab illo ne subtrahas manũ tuam: quia qui timet Deũ, nihil
negligit. Sapientia confortauit sapientem, super decem prin-
Nemo à peccato pu rus. 3. Reg. 8 c 2. Par. 6 g Prou. 20 b 2. Ioan. 1 d
cipes ciuitatis. Non est enim homo iustus in terra, qui faciat
bonũ: & non peccet. Sed & cunctis sermonibus qui dicuntur,
ne accommodes cor tuum: ne fortè audias seruũ tuum male-
dicentem tibi. scit enim conscientia tua quia & tu crebro ma-
ledixisti alijs. Cuncta tentaui in sapientia. Dixi, Sapiens effi-
ciar: & ipsa longius recessit à me, multo magis quàm erat: &
alta profunditas, quis inueniet eam? Lustraui vniuersa animo
D meo, vt scirem & consyderarem, & quærerem sapientiã & ra-
tionem, & vt cognoscerẽ impietatem stulti, & errorẽ impru-
dentium: & inueni amariorẽ morte mulierẽ, quæ laqueus ve-
Amara mu lier sola dei gratia vita tur.
natorum est, & sagena cor eius, vincula sunt manus illius. qui
placet Deo, effugiet illam: qui autẽ peccator est, capietur ab
illa. Ecce hoc inueni, dixit Ecclesiastes, vnũ & alterum, vt in-
uenirem rationẽ, quam adhuc quærit anima mea, & nõ inue-
ni. Virum de mille vnũ reperi: mulierem ex omnibus nõ in-
ueni. Solummodo hoc inueni, quòd fecerit Deus hominem
rectum, & ipse se infinitis miscuerit quæstionibus. Quis talis
vt sapiens est? & quis cognouit solutionem verbi?

S. DEVS homini sapientiam dedit & prouidentiã ad occulta Dei mysteria cognoscenda, & arcana scrutanda, in quibus occupati homines multum temporis conterunt. CAPVT VIII.

A SApientia hominis lucet in vultu eius, & potẽtis-
simus faciem illius commutabit. Ego os regis ob-
seruo, & præcepta iuramenti Dei. Ne festines re-
cedere à facie eius, neq; permaneas in opere ma-
lo: quia omne quod voluerit faciet, & sermo illius potestate
plenus est: nec dicere ei quisquam potest, Quare ita facis? Qui
custodit præceptũ, non experietur quicquam mali. Tempus
& responsionẽ cor sapiẽtis intelliget. Omni negotio tempus
B est, & opportunitas, & multa hominis afflictio: quia ignorat
præterita, & futura nullo scire potest nuntio. Non est in ho-
minis potestate prohibere spiritũ, nec habet potestatẽ in die
mortis, nec finitur quiescere ingruẽte bello, neq; saluabit im-
pietas impium. Omnia hæc cõsyderaui, & dedi cor meum in
cunctis operibus quæ fiunt sub sole. Interdũ dominatur ho-
mo homini in malum suum. Vidi impios sepultos: qui etiam
cum adhuc viuerent, in loco sancto erant, & laudabantur in
ciuitate quasi iustorum operũ. sed & hoc vanitas est. Etenim
quia non profertur cito contra malos sententia, absq; timore
C vllo filij hominũ perpetrãt mala. Attamen peccator eo quòd
centies facit malũ, & per patientiam sustentatur, ego cogno-
ui quòd erit bonum timentibus Deum qui verentur faciem
eius. Non sit bonum impio, nec prolongentur dies eius, sed
quasi vmbra transeant, qui non timet faciem Domini. Est &
alia vanitas, quæ fit super terram. sunt iusti quibus mala pro-
ueniunt, quasi opera egerint impiorum: & sunt impij qui ita
In lætitia vi uendum. securi sunt, quasi iustorum facta habeant. sed & hoc vanissi-
mum iudico. Laudaui igitur lætitiam, quòd non esset homini
bonum sub sole, nisi quòd comederet, & biberet, atq; gaude-
ret: & hoc solum secum auferret de labore suo in diebus vitæ
D suæ quos dedit ei Deus sub sole. Et apposui cor meũ, vt sci-
rem sapientiam, & intelligerem distentionem quæ versatur
in terra. est homo qui diebus & noctibus somnum non capit
oculis. Et intellexi quòd omnium operum Dei nullã possit Opera Dei ab homine imperuesti gabilia.
homo inuenire rationem eorum quæ fiunt sub sole: & quãto
plus laborauerit ad quærendum, tanto minus inueniet: etiam
si dixerit sapiens se nosse, non poterit reperire. Omnia hæc
tractaui in corde meo, vt curiosè intelligerem.

S. HOMINIS sapientia inter amicitias & inimicitias, iustos & iniustos, sapiẽtes & insipientes non nouit discrimen, quòd omnia iusto & iniusto similia eueniant, & Dei maneant arbitrio.

CAPVT IX.

A SVnt iusti, atq; sapientes, & opera eorum in manu
Dei: & tamen nescit homo vtrum amore, an odio
dignus sit: sed omnia in futurum seruantur incer-
ta, eo quòd vniuersa æque eueniant iusto & im-
pio, bono & malo, mundo & immundo, immolanti victimas
& sacrificia contemnenti. Sicut bonus, sic & peccator: vt per-
iurus, ita & ille qui verum deierat. Hoc est pessimum inter
omnia quæ sub sole fiunt, quia eadem cunctis eueniunt. vnde
& corda filiorum hominũ implentur malitia, & contemptu
in vita sua, & post hæc ad inferos deducuntur. Nemo est qui
B semper viuat, & qui huius rei habeat fiduciam: melior est ca-
nis viuus leone mortuo. Viuentes enim sciunt se esse moritu-
ros, mortui verò nihil nouerũt amplius, nec habent vltrà mer-
cedẽ: quia obliuioni tradita est memoria eorũ: Amor quoq;,
& odium, & inuidiæ simul perierunt, nec habent partem in
hoc seculo: & in opere quod sub sole geritur. Vade ergo, & Viuendum in hilaritate.
comede in lætitia panem tuum, & bibe cum gaudio vinũ tuũ:
quia Deo placent opera tua. Omni tempore sint vestimenta
tua candida, & oleũ de capite tuo non deficiat. Perfruere vita
C cum vxore quam diligis, cũctis diebus vitæ instabilitatis tuæ,
qui dati sunt tibi sub sole omni tempore vanitatis tuæ. hæc est
enim pars invita, & in labore tuo quo laboras sub sole. Quod-
cunque facere potest manus tua, instanter operare: quia nec
opus, nec ratio, nec sapientia, nec scientia erunt apud inferos,
quò tu properas. Verti me ad aliud, & vidi sub sole, nec velo-
cium esse cursum, nec fortium bellum, nec sapientiũ panem,
nec doctorum diuitias, nec artificum gratiam: sed tempus ca- Finis homi nis infelicitas.
sumq; in omnibus. Nescit homo finem suum, sed sicut pisces
capiuntur hamo, & sicut aues laqueo comprehenduntur: sic
capiuntur homines tempore malo. cum eis extemplo super- Sapientiæ cõmẽdatio.
D uenerit. Hanc quoq; sub sole vidi sapientiam, & probaui ma-
ximam: ciuitas parua, & pauci in ea viri. venit contra eam rex
magnus, & vallauit eam, extruxitq; munitiones per gyrum,
& perfecta est obsidio. Inuentus q; est in ea vir pauper & sa-
piens, & liberauit vrbem per sapiẽtiam suam, & nullus dein-
ceps recordatus est hominis illius pauperis. Et dicebam ego,
meliorem esse sapiẽtiam fortitudine. Quomodo ergo sapien-
tia pauperis contempta est, & verba eius nõ sunt audita? Ver-
ba sapientium audiuntur in silentio, plus quàm clamor prin-
cipis inter stultos. Melior est sapientia, quàm arma bellica: & *Sapien. 6 c*
qui in vno peccauerit, multa bona perdet.

S. MALVS mixtus bonis plurimos contaminat: in eligenda igitur prælatura summa cura adhibenda est ne stultus, piger, aut puer præficiatur. CAPVT X.

A MVscæ morientes perdunt suauitatem vnguen- Sapiẽtis & stulti differentia.
ti. Pretiosior est sapientia, & gloria, parua ad
tempus stultitia. Cor sapientis in dextera eius,
& cor stulti in sinistra illius. Sed & in via stul-
tus ambulans, cum ipse insipiens sit, omnes stultos æstimat.
Si spiritus potestatem habentis ascenderit super te, locum
B tuũ ne dimiseris: quia curatio faciet cessare peccata maxima.
Est

Est malũ quod vidi sub sole, quasi per errorẽ egrediens à facie principis: positũ stultũ in dignitate sublimi, & diuites sedere deorsum. Vidi seruos in equis: & principes ambulantes super terram, quasi seruos. Qui fodit foueã, incidet in eam: & qui diſsipat sepẽ, mordebit eũ coluber. Qui transfert lapides, affligetur in eis: & qui scindit ligna, vulnerabitur ab eis. Si retusum fuerit ferrũ, & hoc non vt prius, sed hebetatum fuerit, multo labore exacuetur, & post industriã sequetur sapientia. Si mordeat serpẽs in silentio, nihil eo minus habet qui occulte detrahit. Verba oris sapiẽtis gratia: & labia insipiẽtis præcipitabunt eum. Initiũ verborũ eius stultitia, & nouissimũ oris illius error pessimus. Stultus verba multiplicat. Ignorat homo quid ante se fuerit: & quid post se futurũ sit quis ei poterit indicare? Labor stultorũ affliget eos: qui nesciũt in vrbem pergere. Væ tibi terra, cuius Rex puer est, & cuius principes mane comedunt. Beata terra, cuius rex nobilis est, & cuius principes vescuntur in tẽpore suo ad reficiendũ, & non ad luxuriam. In pigritijs humiliabitur contignatio, & in infirmitate manuũ perstillabit domus. In risu faciunt panem, & vinum, vt epulentur bibentes. Et pecuniæ obediunt omnia. In cogitatione tua regi ne detrahas, & in secreto cubiculi tui non maledixeris diuiti: quia & aues cœli portabunt vocem tuam, & qui habent pennas annuntiabunt sententiam.

Prouer. 6 d
Eccles. 7 d

Detractor occultꝰ cui similis.

Sub rege puero infelicitas: sub nobili vero, prosperitas.

S. PETENTI *egeno danda est eleemosyna, vt præmium in futuro iudicio expectetur securum sub fœnore recipiendum.*

CAPVT XI.

MItte panem tuũ super transeũtes aquas: quia post tempora multa inuenies illũ. Da partes septem, necnon & octo: quia ignoras quid futurũ sit mali super terrã. Si repletæ fuerint nubes, imbrẽ super terrã effundent. Si ceciderit lignũ ad austrũ, aut ad aquilonem, in quocũq; loco ceciderit, ibi erit. Qui obseruat ventum, non seminat: & qui consyderat nubes, nunquam metet. Quo modo ignoras quæ sit via spiritus, & qua ratione compingantur ossa in ventre prægnantis: sic nescis opera Dei, qui fabricator est omniũ. Mane semina semen tuũ, & vespere ne cesset manus tua: quia nescis quid magis oriatur, hoc an illud: & si vtrunq; simul melius erit. Dulce lumẽ, & delectabile est oculis videre solem. Si annis multis vixerit homo, & in his omnibus lætus fuerit, meminisse debet tenebrosi temporis, & dierũ multorũ: qui cũ venerint, vanitatis arguentur præterita. Lætare ergo iuuenis in adolescentia tua, & in bono sit cor tuũ in diebus iuuentutis tuæ, & ambula in vijs cordis tui, & in intuitu oculorũ tuorũ, & scito quòd pro omnibus his adducet te Deus in iudiciũ. Aufer iram à corde tuo, & amoue malitiã à carne tua. Adolescentia enim, & voluptas vana sunt.

Doctrinã seminãdã.

Benefaciẽdum à iuuentute.

Ira cordis auferenda.

S. STVDIOSE *viuat adolescens breuis uitæ corruptioni assiduæ subiectæ, atq; imminentis mortis habita ratione, omniũ gestorum rationem redditurus.* CAPVT XII.

EMẽto creatoris tui in diebus iuuẽtutis tuæ, antequã veniat tẽpus afflictionis tuæ, & appropinquent anni, de quibus dicas, non mihi placẽt. antequã tenebrescãt sol, & lumẽ, & stellæ, & luna, & reuertãtur nubes post pluuiã: quãdo cõmouebũtur custodes domus, & nutabunt viri fortissimi, & otiosæ erũt molentes in minuto numero, & tenebrescent vidẽtes per foramina, & claudẽt ostia in platea, in humilitate vocis molẽtis, & consurgent ad vocẽ volucris, & obsurdescent omnes filiæ carminis. Excelsa quoq; timebunt, & formidabunt in via, florebit amygdalus, impinguabitur locusta, & diſsipabitur capparis: quoniã ibit homo in domum æternitatis suæ, & circuibũt in platea plangentes, antequã rumpatur funiculus argenteus, & recurrat vitta aurea, & conteratur hydria super fontẽ, & confringatur rota super ciſternã, & reuertatur puluis in terrã suã vnde erat, & spiritus redeat ad Deum qui dedit illũ. Vanitas vanitatũ dixit Ecclesiastes, omnia vanitas. Cumq; esset sapiẽtissimus Ecclesiastes, docuit populũ & enarrauit quę fecerat: & inuestigãs cõposuit parabolas multas. Quæsiuit verba vtilia, & cõscripsit sermones rectissimos, ac veritate plenos. Verba sapientiũ, sicut stimuli, & quasi claui in altũ defixi, quę per magistrorũ consiliũ data sunt à pastore vno. His amplius fili mi ne requiras. Faciẽdi plures libros nullus est finis: frequẽsq; meditatio, carnis afflictio est. Finem loquendi, pariter omnes audiamus, Deum time, & mandata eius obserua. hoc est enim omnis homo, & cuncta quæ fiunt, adducet Deus in iudicium pro omni abscondito, siue bonum, siue malum sit.

Cogitãdus Deus à tenerisannis.

FINIS.

Canticum Canticorum Salomonis, quod

Hebraicè dicitur Sir Hasirim.



S. SPONSA *sponsi amore flagrans & auxilio, lætã se offert progredi paratam. Attamen quia in multis turbata, & à gentibus & Iudæis impugnata patriam suam relinquens locum à tyrannis & Iudæis tutum inquirit, ad quem sponsus eam dirigens, illi confert charitatẽ, fidem & spem, quibus sponsi incarnationẽ, paßionem, resurrectionem, & Spiritus sancti mißionem cõfitetur ab eodem commendanda.* CAPVT I.



OSCVLETVR me osculo oris sui: quia meliora sunt vbera tua vino, fragrãtia vnguẽtis optimis. Oleũ effusum nomen tuũ, ideo adolescentulæ dilexerunt te. Trahe me post te. curremus * in odorẽ vnguentorũ tuorum .. Introduxit me rex in cellaria sua. Exultabimus & lætabimur in te, memores vberum tuorũ super vinum: recti diligunt te. Nigra sum, sed formosa filiæ Ierusalẽ, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salomonis. Nolite me consyderare quòd fusca sim, quia decolorauit me sol, filij matris meæ pugnauerũt cõtra me, posuerũt me custodẽ in vineis: vineam meã nõ custodiui. Indica mihi, quẽ diligit anima mea, vbi pascas, vbi cubes in meridie, ne vagari incipiã post greges sodalium tuorũ. Si ignoras te ó pulchra inter mulieres, egredere, & abi post vestigia gregũ tuorũ, & pasce hædos tuos iuxta tabernacula pastorũ. Equitatui meo in curribus Pharaonis assimilaui te amica mea. Pulchræ sunt genæ tuæ sicut turturis: collum tuum, sicut monilia. Murenulas aureas faciemus tibi, vermiculatas argento. Dum esset rex in accubitu suo nardus mea dedit odorẽ suum. Fasciculus myrrhæ dilectus meus mihi, inter vbera mea cõmorabitur. Botrus cypri dilectus meus mihi, in vineis Engaddi. Ecce tu pulchra es amica mea, ecce

tu pulchra

tu pulchra es, oculi tui columbarum. Ecce tu pulcher es dilecte mi, & decôrus. Lectulus noſter floridus: tigna domorum noſtrarum cedrina, laquearia noſtra cypreſſina.

S. SPONSVS exemplo ſui ad filiorũ curam ſponſam inuitat, quæ illos doceat uitam actiuam & contemplatiuã, atq; charitatẽ prius ſibi quàm alijs debere curandam, pollicitus ſe omnibus auxilio ad charitatem informandã & pellendos hæreticos paratiſſimũ, quæ exequitur ſponſa ſponſi freta auxilio. CAPVT II.

A EGo flos campi, & liliũ conualliũ. Sicut lilium inter ſpinas, ſic amica mea inter filias. Sicut malus inter ligna ſyluarũ, ſic dilectus meus inter filios. Sub vmbra illius quẽ deſyderaueram, ſedi: & fructus eius dulcis gutturi meo. Introduxit me in cellam vinariã, ordinauit in me charitatem. Fulcite me floribus, ſtipate me mâlis: quia amore langueo. Læua eius ſub capite meo, & de-
B xtera illius amplexabitur me. Adiuro vos filiæ Ieruſalem per capreas, ceruosq; camporũ, ne ſuſcitetis, neq; euigilare faciatis dilectam, donec ipſa velit. Vox dilecti mei, ecce iſte venit ſaliens in montibus, trãſiliens colles. Similis eſt dilectus meus capreæ, hinnuloq; ceruorum. En ipſe ſtat poſt parietem noſtrum reſpiciens per feneſtras, proſpiciens per cancellos. En
C dilectus meus loquitur mihi, Surge, propera amica mea, formoſa mea, & veni. Iam enim hyems tranſijt, imber abijt, & receſſit. Flores apparuerunt in terra noſtra, tempus putationis aduênit: vox turturis audita eſt in terra noſtra, ficus protulit groſſos ſuos, vineæ florentes dederunt odorem ſuum. Surge,
D propera amica mea, ſpecioſa mea, & veni. Colũba mea in foraminibus petræ, in cauerna maceriæ, oſtende mihi faciẽ tuã, ſonet vox tua in auribus meis: vox enim tua dulcis, & facies tua decôra. Capite nobis vulpes paruulas quæ demoliuntur vineas. nam vinea noſtra floruit. Dilectus meus mihi, & ego illi, qui paſcitur inter lilia, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ. Reuertere: ſimilis eſto dilecte mi capreæ, hinnuloq; ceruorum ſuper montes Bethel.

S. SPONSA circa filiorũ curã occupata, & curis diſtracta quæſitum non reperit ſponſum, quibus omiſſis illum inuenit, omnes ab illa pellens tribulationes, ſibiq; iungens quoad omnes illius ſtatus, quos eadẽ ad ſponſi ſibi ũcti per incarnationẽ & glorificati per paſſionem inuitat conſiderationem. CAPVT III.

A IN lectulo meo per noctes quæſiui quẽ diligit anima mea: quæſiui illũ, & non inueni. Surgã & circuibo ciuitatẽ: per vicos & platéas quæram quem diligit anima mea. quæſiui illũ, & non inueni. Inuenerunt me vigiles, qui cuſtodiũt ciuitatẽ, Num quem diligit anima mea, vidiſtis? Paululũ cum pertranſiſſem eos, inue-
B ni quem diligit anima mea. Tenui eum, nec dimittam, donec introducã illum in domũ matris meæ, & in cubiculũ genitricis meæ. Adiuro vos filiæ Ieruſalẽ per capreas, ceruosq; camporum, ne ſuſcitetis, neq; euigilare faciatis dilectã, donec ipſa
C velit. Quæ eſt iſta quæ aſcendit per deſertũ, ſicut virgula fumi ex aromatibus myrrhæ, & thuris, & vniuerſi pulueris pigmentarij? En lectulũ Salomonis ſexaginta fortes ambiũt ex fortiſſimis Iſrael. omnes tenẽtes gladios, & ad bella doctiſſimi: vniuſcuiuſq; enſis ſuper femur ſuum propter timores no-
D cturnos. Ferculũ fecit ſibi rex Salomon de lignis Libani. Columnas eius fecit argenteas, reclinatorium aureum, aſcenſum purpureum media charitate conſtrauit propter filias Ieruſalem. Egredimini & videte, filiæ Sion, regem Salomonem in diademate, quo coronauit illum mater ſua in die deſponſationis illius, & in die lætitiæ cordis eius.

S. SPONSA ſe ex zelo ad contemplandũ cõuerſa omnes mũdi ſordes fugit, & munditias curat omni potentia, uerbo & actu præmium ſortitura ſupremum, ut mundum penitus relinquat & triplicem ſuperet hoſtem: in quorum nimirum manus uenire, & uexari permittit ut amplius mereatur. CAPVT IIII.

A QVàm pulchra es amica mea, quàm pulchra es! Oculi tui columbarũ, abſq; eo quod intrinſecus latet. Capilli tui ſicut greges caprarũ, quæ aſcenderũt de monte Galaad. Dentes tui, ſicut greges tonſarũ, quæ aſcenderũt de lauacro, omnes gemellis fœtibus, & ſterilis nõ eſt inter eas. Sicut vitta coccinea labia tua, & elo-
B quiũ tuũ dulce. Sicut fragmen mali punici, ita genę tuæ, abſq; eo quod intrinſecus latet. Sicut turris Dauid collũ tuum, quæ ædificata eſt cum propugnaculis. mille clypei pendent ex ea, omnis armatura fortium. Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli capreæ gemelli, qui paſcuntur in lilijs, donec aſpiret dies, & inclinentur vmbræ. Vadam ad montẽ myrrhæ, & ad collẽ thuris. Tota pulchra es amica mea, & macula non eſt in te. Veni
C de Libano ſponſa mea, veni de Libano, veni: coronaberis de capite Amana, de vertice Sanir, & Hermon, de cubilibus leonum, de montibus pardorũ. Vulneraſti cor meum ſoror mea ſponſa, vulneraſti cor meũ in vno oculorũ tuorum, & in vno crine colli tui. Quàm pulchræ ſunt mammæ tuæ ſoror mea ſponſa: pulchriora ſunt vbera tuo vino, & odor vnguẽtorum
D tuorũ ſuper omnia aromata. Fauus diſtillans labia tua ſponſa, mel & lac ſub lingua tua: & odor veſtimentorũ tuorum, ſicut odor thuris. Hortus cõcluſus ſoror mea ſponſa, hortus cõcluſus, fons ſignatus. Emiſſiones tuæ paradiſus malorũ punicorum cũ pomorũ fructibus. Cypri cũ nardo, nardus & crocus, fiſtula, & cinnamomũ cum vniuerſis lignis Libani, myrrha & aloe cũ omnibus primis vnguẽtis. Fons hortorũ: puteus aquarum viuentiũ, quæ fluunt impetu de Libano. Surge aquilo, & veni auſter, perfla hortum meum, & fluent aromata illius.

S. SPONSVS ſponſæ auxilium ſpondet, & in contemplatione ſecuritatem, ſurgat tamen oportet ad filiorum errores in fide & moribus corripiendos uerbo & exemplo, in quibus occupata cõtemplationis uiam ſine filiarum precibus non inueniens, diuinam illas & humanam ſponſi naturã docet, ut ad ſponſi myſteria & præconia fierent promptiores. CAPVT V.

A VEniat dilectus meus in hortũ ſuũ, & comedat fructum pomorũ ſuorũ. Veni in hortũ meum, ſoror mea ſponſa, meſſui myrrhã meam cũ aromatibus meis: comedi fauũ meum cũ melle meo, bibi vinũ meũ cum lacte meo: comedite amici, & bibite, & inebriamini chariſsimi. Ego dormio, & cor meum vigilat: vox dilecti mei pulſantis, Aperi mihi ſoror mea, amica mea, colũba mea, immaculata mea, quia caput meũ plenũ eſt rore, & cincinni mei guttis noctium. Expoliaui me tunica mea, quomodo induar
B illa? laui pedes meos, quomodo inquinabo illos? Dilectus meus miſit manũ ſuã per foramẽ, & vẽter meus intremuit ad tactũ eius. Surrexi, vt aperirẽ dilecto meo: manus meæ ſtillauerũt myrrhã, & digiti mei pleni ſunt myrrha probatiſsima. Peſſulũ oſtij mei aperui dilecto meo: at ille declinauerat, atq; tranſierat. Anima mea liquefacta eſt, vt dilectus locutus eſt:
C quæſiui, & non inueni illũ: vocaui, & non reſpondit mihi. Inuenerũt me cuſtodes qui circũeunt ciuitatẽ: percuſſerũt me, & vulnerauerunt me, tulerũt palliũ meum cuſtodes murorũ. Adiuro vos filiæ Ieruſalẽ, ſi inueneritis dilectũ meũ, vt nuntietis ei quia amore langueo. Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, ô pulcherrima mulierũ? Qualis eſt dilectus tuus ex dilecto, quia ſic adiuraſti nos? Dilectus meus cãdidus & rubicundus, electus ex millibus. Caput eius aurũ optimũ. Comæ eius
D ſicut elatæ palmarũ, nigræ quaſi coruus. Oculi eius ſicut columbæ ſuper riuulos aquarũ, quæ lacte ſunt lotæ, & reſident iuxta fluenta pleniſsima. Genæ illius, ſicut areolæ aromatum cõſitæ à pigmẽtarijs. Labia eius lilia diſtillãtia myrrham primam. Manus illius tornatiles aureæ, plenæ hyacinthis. Venter eius eburneus, diſtinctus ſapphiris. Crura illius columnæ marmoreæ, quæ fundatę ſunt ſuper baſes aureas. Species eius vt Libani, electus vt cedri. Guttur illius ſuauiſsimũ, & totus deſyderabilis. talis eſt dilectus meus, & iſte eſt amicus meus,

filiæ

filiæ Ieruſalē. Quò abijt dilectus tuus ô pulcherrima mulierum? quò declinauit dilectus tuus, & quæremus eum tecum?

S. SPONSAE *filij ſe libentes ad ſponſum quærendũ offerunt, quos docet ſpõſi ſecum fœdus humanitate & dilectione iunctiſsimum, unde tota eius oritur quo ad ſubſtantiam, uirtutem, & operationem pulchritudo, à quo diuerſitas ad multa non tollit unitatem quo ad omnes ſtatus, pro quibus ſynagoga tandem euocanda reuerſura eſt ad ſponſæ gremium.* CAPVT VI.

A DIlectus meus deſcẽdit in hortũ ſuum ad areolam aromatum, vt paſcatur in hortis, & lilia colligat. Ego dilecto meo, & dilectus meus mihi, qui paſcitur inter lilia. Pulchra es amica mea, ſuauis & decôra, ſicut Ieruſalem: terribilis vt caſtrorum acies ordinata. Auerte oculos tuos à me, quia ipſi me auolare fecerũt. Capilli tui ſicut grex caprarũ, quæ apparuerũt de Galaad. Dentes tui
B ſicut greges ouiũ, quæ aſcenderunt de lauacro: omnes gemellis fœtibus, & ſterilis non eſt in eis. Sicut cortex mâli punici, ſic genæ tuæ abſque occultis tuis. Sexaginta ſunt reginæ, & octoginta concubinæ, & adoleſcentularũ non eſt numerus.
C Vna eſt columba mea, perfecta mea: vna eſt matri ſuæ, electa genitrici ſuæ. Viderũt eam filiæ, & beatiſsimã prædicaueruũt: reginæ & cõcubinæ, & laudauerũt eã. Quæ eſt iſta quæ progreditur quaſi aurora conſurgens, pulchra vt luna, electa vt
D ſol, terribilis vt caſtrorum acies ordinata? Deſcendi in hortum nucum, vt viderem poma conuallis, & inſpicerem ſi floruiſſet vinea, & germinaſſent mala punica. Neſciui: anima mea conturbauit me propter quadrigas Aminadab. Reuertere, reuertere Sulamitis: reuertere, reuertere, vt intueamur te.

S. SYNAGOGA *pulchritudinem ſuam præuiſam à ſponſo tandem conſecutura iuxta omnes potentias ſuas interiores & exteriores, & actus earum ſponſi in crucem aſcenſum agnoſcens diſpoſitam ſe exhibet in omnibus fideliter obſequi mandatis.*

CAPVT VII.

A QVid videbis in Sulamite, niſi choros caſtrorum? Quàm pulchri ſunt greſſus tui in calceamentis, filia principis. Iunctura feminum tuorum, ſicut monilia quæ fabricata ſunt manu artificis. Vmbilicus tuus crater tornatilis, nunquã indigens poculis. Ven-
B ter tuus ſicut aceruus tritici, vallatus Lilijs. Duo vbera tua, ſicut duo hinnuli gemelli capreæ. Collũ tuũ ſicut turris eburnea. Oculi tui ſicut piſcinæ in Heſebon, quæ ſunt in porta filiæ multitudinis. Naſus tuus ſicut turris Libani, quæ reſpicit contra Damaſcum. Caput tuũ vt Carmelus: & comæ capitis
C tui, ſicut purpura regis iuncta canalibus. Quàm pulchra es, & quàm decôra chariſsima in delicijs. Statura tua aſsimilata eſt palmæ, & vbera tua botris. Dixi, Aſcendã in palmã, & apprehendam fructus eius: & erunt vbera tua ſicut botri vineæ: & odor oris tui, ſicut odor malorum. Guttur tuum, ſicut vinum
D optimum: dignũ dilecto meo ad potandũ, labijsq́; & dentibus illius ad ruminandũ. Ego dilecto meo, & ad me conuerſio eius. Veni dilecte mi, egrediamur in agrũ, cõmoremur in villis. Mane ſurgamus ad vineas, videamus ſi floruit vinea, ſi flores fructus parturiunt, ſi floruerunt mala punica: ibi dabo tibi vbera mea. Mandragoræ dederunt odorem in portis noſtris. Omnia poma noua & vetera dilecte mi ſeruaui tibi.

S. SYNAGOGA *ſponſi agnoſcens incarnationem, ipſum cupit omnibus regnare nationibus ad ſponſam cõuerſis, cum qua uerſentur & delectentur doctrina euangelica, & operibus eius. Ipſaq́; par pari reddens ſponſam à ſponſo ortã & hactenus ſeruatã fatetur, ſponſo uerò hortante, ſponſa omnem illi pollicetur fauorem.*

CAPVT VIII.

A QVis mihi det te fratrẽ meum, ſugentẽ vbera matris meæ, vt inueniã te foris, & deoſculer te, etiam me nemo deſpiciat? Apprehendã te, & ducam in domum matris meæ, * & in cubiculum genitricis meæ.. Ibi me docebis, & dabo tibi poculũ ex vino cõdito, & muſtũ malorũ granatorũ meorũ. Læua eius ſub capite meo, & dextera illius amplexabitur me. Adiuro vos filiæ Ieruſalem, ne ſuſcitetis, neq; euigilare faciatis dilectã, donec ipſa
B velit. (Quæ eſt iſta quæ aſcendit de deſerto, delicijs affluens, innixa ſuper dilectum ſuũ?) Sub arbore malo ſuſcitaui te: ibi corrupta eſt mater tua, ibi violata eſt genitrix tua. Pone me vt ſignaculũ ſuper cor tuũ, vt ſignaculũ ſuper brachiũ tuũ: quia fortis eſt vt mors, dilectio: dura ſicut infernus, æmulatio: lampades eius, lãpades ignis, atq; flammarũ. Aquæ multæ nõ po-
C terunt extinguere charitatẽ, nec flumina obruent illã: ſi dederit homo omnẽ ſubſtantiã domus ſuæ pro dilectione, quaſi nihil deſpiciet eũ. Soror noſtra parua, & vbera nõ habet, quid faciemus ſorori noſtræ in die quãdo alloquẽda eſt? Si murus eſt, ædificemus ſuper eũ propugnacula argentea: ſi oſtiũ eſt, cõpingamus illud tabulis cedrinis. Ego murus, & vbera mea
D ſicut turris: ex quo facta ſum corã eo quaſi pacẽ reperiẽs. Vinea fuit Pacifico, in Ea quæ habet populos: tradidit eã cuſtodibus, vir affert pro fructu eius mille argẽteos. Vinea mea coram me eſt: mille tui Pacifice, & ducẽti his qui cuſtodiũt fructus eius. Quæ habitas in hortis, amici auſcultant, fac me audire vocem tuam. Euge dilecte mi, & aſsimilare capreæ hinnuloq́; ceruorum ſuper montes aromatum.

FINIS.

Liber Sapientiæ.

S. AD *acquirendam ſapientiam neceſſaria eſt iuſtitia, quæ hominis affectus in Deum dirigat & uerba, murmurationem in Deum, detractionem in proximum, & mendacium in ſe uitando, & Dei beneficia iugiter meditando.* CAPVT I.

A DILIGITE iuſtitiam qui iudicatis terrã. Sentite de Domino in bonitate, & in ſimplicitate cordis quærite illum: quoniam inuenitur ab his qui nõ tentant illum: apparet autem eis qui fidem habent in illum. peruerſæ enim cogitationes ſeparant à Deo: probata autem virtus corripit inſipientes: quoniã in maliuolam animam
B non introibit ſapientia, nec habitabit in corpore ſubdito peccatis. Spiritus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictũ, & auferet ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu, & corripietur à ſuperueniente iniquitate. Benignus eſt enim ſpiritus ſapientiæ, & non liberabit maledictum à labijs ſuis: quoniã regnum illius teſtis eſt Deus, & cordis illius ſcrutator eſt verus, & linguæ eius adiutor. Quoniam ſpiritus Domini repleuit orbem terrarum: & hoc quod cõtinet omnia, ſcientiam habet
C vocis. Propter hoc qui loquitur iniqua, non poteſt latêre, nec præteriet illum corripiens iudicium. In cogitationibus enim impij interrogatio erit: ſermonũ autem illius auditio ad Deũ veniet, ad correptionem iniquitatum illius. Quoniam auris zeli audit omnia, & tumultus murmurationum non abſcondetur. Cuſtodite ergo vos à murmuratione, quæ nihil prodeſt, & à detractione parcite linguæ: quoniam ſermo obſcurus in vacuum non ibit: os autem quod mentitur, occîdit ani-
D mam. Nolite zelare mortem in errore vitæ veſtræ, neq; acquiratis perditionem in operibus manuum veſtrarum. Quoniam Deus mortem non fecit, nec lætatur in perditione viuorum. Creauit enim, vt eſſent omnia, & ſanabiles fecit nationes orbis terrarum: & nõ eſt in illis medicamentum exterminij, nec inferorum regnũ in terra. Iuſtitia enim perpetua eſt, & immortalis: * iniuſtitia autem, mortis eſt acquiſitio.. impij autem

Eſaiæ 59 a

De ſpiritu ſancto. Iere. 4 c

Murmuratio vitanda & detractio.

Mors.

Iuſtitia perpetua.

pij autem manibus & verbis accersierunt illam: & æstimantes illam amicam, defluxerunt, & sponsiones posuerũt ad illam: quoniam *morte .. digni sunt, qui sunt ex parte illius.

S. IMPIORVM uoluptates, atq; errores ad suum finem: & Iudæorum consilium & conspirationes aduersus Christum.

CAPVT II.

A Verba impiorum de hominis fine.

DIxerunt enim impij cogitãtes apud se non recte, Exiguũ, & cum tædio est tempus vitæ nostræ, & nõ est refrigeriũ in fine hominis, & nõ est qui agnitus sit reuersus ab inferis: quia ex nihilo nati sumus, & post hoc erimus tanquam si nõ fuerimus: quoniam fumus afflatus est in naribus nostris, & sermo scintillæ ad cõmouendum cor nostrũ: quia extinctus cinis erit corpus nostrum, & spiritus diffundetur tanquã mollis aer, & transibit vita nostra tanquã vestigium nubis, & sicut nebula dissoluetur, quæ fugata est à radijs solis & à calore illius aggrauata: & nomen nostrũ obliuionẽ accipiet per tempus, & nemo memoriam habebit operum nostrorum. Vmbræ enim transitus est tẽpus nostrũ, & non est reuersio finis nostri: quoniã cõsignata est, & nemo reuertitur. Venite ergo, & fruamur bonis quæ sunt, & vtamur creatura, tanquam in iuuentute celeriter. Vino pretioso, & vnguẽtis nos impleamus, & nõ prætereat nos flos tẽporis. Coronemus nos rosis, antequã marcescant: nullũ pratum sit quod non pertrãseat luxuria nostra. Nemo vestrũ exors sit luxuriæ nostræ: vbiq; relinquamus signa lætitiæ: quoniã hæc est pars nostra, & hæc est sors nostra. Opprimamus pauperẽ iustũ, & non parcamus viduæ, nec veterani reuereamur canos multi temporis. Sit autem fortitudo nostra, lex iniustitiæ. quod enim infirmũ est, inutile inuenitur.

B 2. Par. 29 d

Matt. 27 e

C Circumueniamus ergo iustum, quoniã inutilis est nobis, & contrarius est operibus nostris, & improperat nobis peccata legis, & diffamat in nos peccata disciplinæ nostræ. Promittit se scientiã Dei habere, & filiũ Dei se nominat. Factus est nobis in traductionem cogitationum nostrarũ. Grauis est nobis etiã ad videndũ, quoniã dissimilis est alijs vita illius, & immutatæ sunt viæ eius. Tanquã nugaces æstimati sumus ab illo, & abstinet se à vijs nostris tanquã ab immunditijs, & præfert nouissima iustorũ, & gloriatur patrẽ se habere Deũ. Videamus ergo si sermones illius veri sint, & tentemus quæ vẽtura sunt illi, & sciemus quæ erũt nouissima illius. Si enim est verus filius Dei, suscipiet illũ, & liberabit illũ de manu contrariorum. Contumelia & tormento interrogemus eum, vt sciamus reuerentiã eius, & probemus patientiã illius. Morte turpissima cõdemnemus eum, erit enim ei respectus ex sermonibus illius. Hæc cogitauerunt, & errauerũt: excæcauit enim illos malitia eorum. Et nescierunt sacramenta Dei, neq; mercedem sperauerunt iustitiæ, nec iudicauerunt honorem animarum sanctarum. Quoniam Deus creauit hominem inexterminabilem, & ad imaginem similitudinis suæ fecit illum. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. imitantur autem illum, qui sunt ex parte illius.

D Matt. 27 c

Isre. 11 d

Gene. 1 d 2 b 5 a

Eccle. 17 a

Gene. 3 a

S. IVSTORVM & martyrũ per tribulationes uita probatur, ac impiorum pro delictis retributio donatur, uirginum merces & adulterorum supplicium expectatur. CAPVT III.

A IVstorum autem animæ in manu Dei sunt, & nõ tanget illos tormentum mortis. Visi sunt oculis insipientium mori, & æstimata est afflictio exitus illorum. Et ab itinere iusto abierunt in exterminium, & quod à nobis est iter exterminij: illi autem sunt in pace. Et si corã hominibus tormenta passi sunt, spes illorum immortalitate plena est. Et in paucis vexati, in multis bene

B disponẽtur: quoniã Deus tentauit eos, & inuenit illos dignos se. Tanquam aurum in fornace probauit illos, & quasi holocausti hostiam accepit illos, & in tempore erit respectus illorum. Fulgebunt iusti, & tanquam scintillæ in arundineto discurrent. Iudicabunt nationes, & dominabũtur populis, & regnabit Dominus illorũ in perpetuum. Qui confidunt in illo, intelligent veritatem, & fideles in dilectione acquiescent illi: quoniã donum & pax est electis eius. Impij autem secũdum

C quæ cogitauerunt, correptionem habebunt: qui neglexerunt iustũ, & à Domino recesserunt. Sapientiã enim, & disciplinã qui abijcit, infelix est: & vacua est spes illorũ, & labores sine fructu, & inutilia opera eorũ. Mulieres eorũ insensatæ sunt, & nequissimi filij illorum. Maledicta creatura eorum: quoniã felix est sterilis & incoinquinata quæ nescivit thorum in delicto, habebit fructum in respectione animarũ sanctarum, & spado qui non operatus est per manus suas iniquitatem, nec cogitauit aduersus Deum nequissima. dabitur enim illi fidei

D donum electũ, & sors in templo Dei acceptissima. Bonorum enim laborum glorioſus est fructus, & quæ non concidit radix sapientiæ. Filij autem adultorũ in cõsummatione erunt, & ab iniquo thoro semen exterminabitur. Et si quidem longæ vitæ erunt, in nihilum computabũtur, & sine honore erit nouissima senectus illorũ. Et si celerius defuncti fuerint, non habebũt spem, nec in die agnitionem allocutionem. Nationes enim iniquæ. diræ sunt consummationis.

S. CASTA generatio in multis ab adulterina dissidet, iusti etiam plerunq; à Deo tolluntur, ne ab impijs seducantur, & in quo utriusq; finis differat. CAPVT IIII.

A QVàm pulchra est casta generatio cum claritate? immortalitas est enim memoria illius: quoniã & apud Deum nota est, & apud homines. Cũ præsens est, imitantur illam: & desyderant eam cum se eduxerit, & in perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminũ præmiũ vincens. Multigena autem impiorum multitudo non erit vtilis, & adulterinæ plantationes non dabunt radices altas, nec stabile firmamentũ collocabunt. Et si in ramis in tempore germinauerint: infirmiter posita à vento commouebũtur, & à nimietate ventorum eradicabun-

B tur. Confringentur enim rami inconsummati, & fructus illorum inutiles, & acerbi ad manducandum, & ad nihilum apti. Ex iniquis enim omnes filij qui nascuntur, testes sunt nequitiæ aduersus parentes in interrogatione sua. Iustus autem si morte præoccupatus fuerit, in refrigerio erit. Senectus enim venerabilis est, non diuturna, neq; annorum numero computata. cani autem sunt sensus hominis: & ætas senectutis, vita immaculata. Placens Deo factus dilectus, & viuens inter pec-

Non ætimãda senectus annorum numero.

C catores translatus est. raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio deciperet animam illius. Fascinatio enim nugacitatis obscurat bona, & inconstantia concupiscentiæ transuertit sensum sine malitia. Consummatus in breui expleuit tempora multa. Placita enim erat Deo anima illius: propter hoc properauit educere illum de medio iniquitatum. populi autẽ videntes, & non intelligentes, nec ponentes in præcordijs talia. Quoniam gratia Dei & misericordia

Impiorum cõdemnatio & iustorũ mors.

D in sanctos eius, & respectus in electos illius. Condemnat autem iustus mortuus viuos impios, & iuuentus celerius consummata longuam vitam iniusti. Videbũt enim finem sapientis, & non intelligent quid cogitauerit de illo Deus, & quare munierit illum Dominus. Videbunt enim, & contemnent eum: illos autem Dominus irridebit, & erunt post hæc decidentes sine honore, & in contumelia inter mortuos in perpetuum: quoniã disrumpet illos inflatos sine voce, & commouebit illos à fundamentis, & vsq; ad supremum desolabuntur: & erunt gementes, & memoria illorum periet. Venient in cogitatione peccatorum suorum timidi, & traducent illos ex aduerso iniquitates ipsorum.

S. IVSTI constãter ab impijs tolerant persecutiones, iniusti autem incassum sperant qui in futuro seculo uitam suam deplorabunt.

CAPVT V.

A VNc ſtabunt iuſti in magna conſtantia aduerſus eos qui ſe anguſtiauerũt,& qui abſtulerunt labores eorũ. Videntes turbabuntur timore horribili, & mirabuntur in ſubitatione inſperatæ ſalutis, gementes præ anguſtia ſpiritus,dicentes intra ſe, pœnitentiã agẽtes,& præ anguſtia ſpiritus gemẽtes,Hi ſunt quos habuimus aliquãdo in deriſum,& in ſimilitudinẽ improperij.Nos inſenſati vitam illorũ æſtimabamus inſaniam,& finem illorũ ſine honore:ecce quomodo cõputati ſunt inter filios Dei, & inter ſanctos ſors illorum eſt.Ergo errauimus à via veritatis, & iuſtitiæ lumen non luxit nobis,& ſol intelligentiæ non eſt ortus nobis.Laſſati ſumus in via iniquitatis & perditionis, & B ambulauimus vias difficiles: viam autem Domini ignorauimus.Quid nobis profuit ſuperbia?aut diuitiarũ iactãtia quid cõtulit nobis?Tranſierũt omnia illa tanquã vmbra, & tanquã nuntius percurrens:& tanquã nauis quæ pertranſit fluctuantem aquã,cuius,cum præterierit,non eſt veſtigium inuenire, neq; ſemitam carinæ illius in fluctibus.aut tanquam auis quæ tranſuolat in aere,cuius nullum inuenitur argumentũ itineris illius,ſed tantum ſonitus alarum verberans leuem ventum: & ſcindens per vim itineris aerem,commotis alis tranſuolauit, & poſt hoc nullũ ſignum inuenitur itineris illius.aut tanquã ſagitta emiſſa in locum deſtinatum,diuiſus aer continuo in ſe C recluſus eſt,vt ignoretur tranſitus illius:ſic & nos nati continuo deſiuimus eſſe,& virtutis quidem nullum ſignum valuimus oſtendere,in malignitate autẽ noſtra conſumpti ſumus.

Spes impiorum vana.

Talia dixerunt in inferno hi qui peccauerunt: quoniam ſpes impij tanquam lanugo eſt,quæ à vento tollitur: & tanquam ſpuma gracilis,quæ à procella diſpergitur:& tãquam fumus qui à vento diffuſus eſt:& tanquam memoria hoſpitis vnius diei prætereuntis.Iuſti autem in perpetuum viuent, & apud Dominum eſt merces eorum,& cogitatio illorũ apud altiſſimum.Ideo accipient regnum decôris, & diadema ſpeciei de manu Domini:quoniã dextera ſua teget eos,& brachio ſancto ſuo defendet illos. Accipiet armaturam zelus illius,& armabit creaturam ad vltionem inimicorum.Induet pro thoraD ce iuſtitiam,& accipiet pro galea iudicium certum.ſumet ſcutum inexpugnabile æquitatem: acuet autem diram iram in lanceam,& pugnabit cum illo orbis terrarum contra inſenſatos.Ibunt directe emiſſiones fulgurum, & tanquam à bene curuato arcu nubium exterminabuntur, & ad certum locum inſilient.Et à petroſa ira plenæ mittentur grandines, excandeſcet in illos aqua maris,& flumina cõcurrent duriter. Contra illos ſtabit ſpiritus virtutis,& tanquã turbo venti diuidet illos:& ad eremum perducet omnem terram iniquitas illorũ, & malignitas euertet ſedes potentium.

Sanctorum beatitudo.

Armatura CHRISTI ad iudiciũ.

S. INIVSTOS *rectores graue manet à Deo ſupplicĩũ, niſi ſapientiæ adhæreant,quæ ſe ultro quærẽtibus offert,& totum regit orbem terrarum.* CAPVT VI.

A MElior eſt ſapientia quàm vires:& vir prudens, quàm fortis.Audite ergo reges, & intelligite, diſcite iudices finium terræ. Præbete aures vos qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum:quoniam data eſt à Domino poteſtas vobis, & virtus ab altiſſimo, qui interrogabit opera veſtra, & cogitationes ſcrutabitur:quoniam cum eſſetis miniſtri regni illius, non recte iudicaſtis,nec cuſtodiſtis legem iuſtitiæ,neque ſecundum voluntatẽ Dei ambulaſtis.Horrende & cito apparebit vobis:quoniã iudiciũ duriſſimum in his qui præſunt, fiet. Exiguo enim conceditur miſericordia: potentes autem potenter tormenta patientur.Non enim ſubtrahet perſonã cuiuſquam Deus, qui eſt omniũ dominator, nec verebitur magnitudinẽ cuiuſquam:quoniã puſillũ & magnũ ipſe fecit, & æqualiter cura eſt illi de omnibus. Fortioribus autem fortior inſtat cruciatio.Ad vos ergo reges ſunt hi ſermones mei, vt diſcatis ſapientiam,& non excidatis. Qui enim cuſtodierint iuſtitiam, iuſte iudicabũtur:& qui didicerint iuſta, inuenient quid reſpõdeant.Concupiſcite ergo ſermones meos, diligite illos.& habebitis diſciplinã.Clara eſt,& quæ nunquã marceſcit ſapiẽtia,& facile videtur ab his qui diligũt eam,& inueniC tur ab his qui quærunt illã. Præoccupat qui ſe cõcupiſcũt, vt illis ſe prior oſtẽdat.Qui de luce vigilauerit ad illã, non laborabit:aſſidentẽ enim illã foribus ſuis inueniet. Cogitare ergo de illa,ſenſus eſt cõſummatus:& qui vigilauerit propter illã, cito ſecurus erit.Quoniam dignos ſe,ipſa circuit quærens,& in vijs oſtendet ſe illis hilariter,& in omni prouidẽtia occurret illis. Initium enim illius veriſsima eſt diſciplinæ concupiſcentia.Cura ergo diſciplinæ,dilectio eſt:& dilectio cuſtodia legum illius eſt. Cuſtoditio autem legum, conſummatio incorruptionis eſt: incorruptio autem, facit eſſe proximum Deo.Concupiſcentia itaq; ſapientiæ deducit ad regnũ perpeD tuum.Si ergo delectamini ſedibus,& ſceptris ô reges populi,diligite ſapientiam, vt in perpetuum regnetis. diligite lumen ſapientiæ omnes qui præeſtis populis. Quid eſt autem ſapientia,& quemadmodum facta ſit,referam: & nõ abſcondam à vobis ſacramenta Dei, ſed ab initio natiuitatis inueſtigabo,& ponam in lucem ſcientiam illius,& non prætereibo veritatem,neq; cum inuidia tabeſcente iter habebo: quoniam talis homo non erit particeps ſapientiæ.Multitudo autem ſapientium,ſanitas eſt orbis terrarum,& rex ſapiẽs populi ſtabilimentum eſt. Ergo accipite diſciplinam per ſermones meos, & proderit vobis.

Rex ſapiẽs populi ſtabilimentũ.

S. QVONIAM *omnium idẽ eſt finis & conditio ſapiẽtia omnibus præferenda & quinq; modis acquirẽda,quibus ſunt mala uitanda.* CAPVT VII.

A SVm quidẽ & ego mortalis homo ſimilis omnibus, & ex genere terreno illius qui prior factus eſt,& in ventre matris figuratus ſum caro, decem menſium tempore coagulatus ſum in ſanguine, ex ſemine hominis,& delectamento ſomni conueniente. Et ego natus accepi cõmunem aerem,& in ſimiliter factã decidi terram:& primam vocem ſimilem omnibus emiſi plorans. in inuolumentis nutritus ſum, & curis magnis. Nemo enim ex regibus aliud habuit natiuitatis initium. Vnus ergo introitus eſt omnibus ad vitã,& ſimilis exitus. Propter hoc optaui, & datus eſt mihi ſenſus: & inuocaui, & venit in me ſpiritus ſapientiæ.& præpoſui illam regnis & ſedibus, & diuitias nihil eſſe duxi in cõparatione illius.nec comparaui illi lapidem pretioſum:quoniam omne aurũ in comparatione illius arena B eſt exigua,& tanquam lutum æſtimabitur argentũ in conſpectu illius.Super ſalutem,& ſpeciem dilexi illam,& propoſui pro luce habere illã:quoniã inextinguibile eſt lumen illius. Venerunt autem mihi omnia bona pariter cum illa, & innumerabilis honeſtas per manus illius, & lætatus ſum in omnibus:quoniã antecedebat me iſta ſapiẽtia,& ignorabam quoniam horum omnium mater eſt. Quam ſine fictione didici,& ſine inuidia communico,& honeſtatem illius non abſcondo. Infinitus enim theſaurus eſt hominibus:quo qui vſi ſunt, participes facti ſunt amicitiæ Dei,propter diſciplinæ dona cõmendati.Mihi autem dedit Deus dicere ex ſententia,& præſumere digna horum,quæ mihi dantur:quoniam ipſe ſapientiæ dux eſt,& ſapientium emendator. in manu enim illius & C nos,& ſermones noſtri,& omnis ſapientia, & operum ſcientiæ diſciplina. Ipſe enim dedit mihi horum quæ ſunt ſcientiam veram, vt ſciam diſpoſitionem orbis terrarum,& virtutes elementorum,initium & conſummationem & medietatem temporum, viciſsitudinum permutationes, & mutationem omnium morum, * mutationes, & diuiſiones temporum, ..anni curſus,& ſtellarum diſpoſitiones.naturas animalium,& iras beſtiarum, vim ventorum, & cogitationes hominum, differentias virgultorum, & virtutes radicum,& quæcunque ſunt abſconſa & improuiſa, didici. Omnium enim

Sapientiæ commendatio. *Iob 28 c*

3.Reg.3 b

Prouer.4

Rom.13 a

Deut.10 d
Par.19 c
Iob 34 b
Eccle.35 b
Soma.1 b
Sa.2 b
Sbe.6 b
Sof.5 d
Sa.10 c
Sa.1 c

enim artifex docuit me sapientia. Est enim in illa spiritus intelligentiæ sanctus, multiplex, vnicus, subtilis, disertus, mobilis, incoinquinatus, certus, suauis, amans bonum, acutus, qui nihil vetat benefacere, humanus, benignus, stabilis, certus, securus, omnem habens virtutem, omnia prospiciēs, & qui capiat omnes spiritus intelligibiles, mundus, subtilis. Omnibus enim mobilibus mobilior est sapientia: attingit autem vbiq; propter suam munditiā. Vapor est enim virtutis Dei, & emanatio quædam est claritatis omnipotētis Dei syncera: & ideò nihil inquinatum in eam incurrit. candor est enim lucis æternæ, & speculum sine macula Dei maiestatis, & imago bonitatis illius. Et cum sit vna, omnia potest: & in se permanens omnia innouat, & per nationes in animas sanctas se transfert, amicos Dei & prophetas constituit. Neminem enim diligit Deus, nisi eum qui cum sapientia inhabitat. Est quidem hæc speciosior sole, & super omnem dispositionem stellarum, luci comparata inuenitur prior. Illi enim succedit nox, sapientiam autem non vincit malitia.

Heb. 1 4

S. SAPIENTIA *quanto affectu sit desideranda: quæ non ab homine, nec ab angelo, nec à dæmone uel studio, sed per deuotam precationem est à Deo impetranda.*

CAPVT VIII.

ATtingit ergo à fine vsq; ad finem fortiter, & disponit omnia suauiter. Hanc amaui, & exquisiui eam à iuuentute mea, & quæsiui in sponsam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius. Generositatē illius glorificat, contuberniū habens Dei: sed & omnium Dominus dilexit illam. doctrix enim est disciplinæ Dei, & electrix operum illius. Et si diuitiæ appetuntur in vita: quid sapientia locupletius, quæ operatur omnia? Si autem sensus operatur: quis horū quæ sunt, magis quàm illa est artifex? Et si iustitiā quis diligit: labores huius magnas habēt virtutes: sobrietatem enim, & sapientiā docet, & iustitiam, & virtutem, quibus vtilius nihil est in vita hominibus. Et similitudinem scientiæ desyderat quis: scit præterita, & de futuris æstimat, scit versutias sermonū. & dissolutiones argumentorum, signa & monstra scit antequam fiant, & euentus temporum & seculorum. Proposui ergo hanc adducere mihi ad conuiuandum: sciens quoniam mecum communicabit de bonis, & erit allocutio cogitationis & tædij mei. Habebo propter hanc claritatem ad turbas, & honorem apud seniores iuuenis: & acutus inueniar in iudicio, & in conspectu potentium admirabilis ero, & facies principum mirabuntur me. tacentem me sustinebunt, & loquentē me respicient, & sermocinante me plura, manus ori suo imponent. Præterea habebo per hanc, immortalitatem: & memoriam æternam his qui post me futuri sunt relinquam. Disponam populos: & nationes mihi erunt subditæ. Timebūt me audientes reges horrendi: in multitudine videbor bonus, & in bello fortis. Intrans in domū meam, conquiescam cū illa. non enim habet amaritudinem conuersatio illius, nec tædium conuictus illius, sed lætitiam & gaudium. Hæc cogitans apud me, & commemorās in corde meo quoniā immortalitas est in cognatione sapientiæ, & in amicitia illius delectatio bona, & in operibus manuum illius honestas sine defectione, & in certamine loquelæ illius sapientia, & præclaritas in communicatione sermonum ipsius: circuibam quærens, vt mihi illam assumerem. Puer autem eram ingeniosus, & sortitus sum animam bonam. Et cum essem magis bonus, veni ad corpus; coinquinatum. Et vt sciui quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det, & hoc ipsum erat summa sapientia, scire cuius esset hoc donum: adij Dominum, & deprecatus sum illum, & dixi ex totis præcordijs meis.

Castitas nō nisi à Deo.

S. SAPIENTIAM *à Deo petens, ineffabilē illius fatetur sapientiam, & humanā ad illam indigentiā, & absq; illo difficultatem.*

CAPVT IX.

DEus patrum meorum, & Domine misericordiæ, qui fecisti omnia verbo tuo, & sapientia tua constituisti hominem, vt dominaretur creaturæ quæ à te facta est, vt disponat orbem terrarū in æquitate & iustitia, & in directione cordis iudicium iudicet: da mihi sedium tuarum assistricem sapientiam, & noli me reprobare à pueris tuis: quoniam seruus tuus sum ego, & filius ancillæ tuæ, homo infirmus, & exigui temporis: & minor ad intellectum iudicij & legum. Et si quis erit consummatus inter filios hominum, si ab illo abfuerit sapientia tua, in nihilum computabitur. Tu elegisti me regem populo tuo, & iudicem filiorum tuorum, & filiarū, & dixisti me ædificare templum in monte sancto tuo, & in ciuitate habitationis tuæ altare, similitudinem tabernaculi sancti tui quod præparasti ab initio: & tecum sapiētia tua, quæ nouit opera tua, quæ & affuit tunc cum orbem terrarum faceres, & sciebas quid esset placitum oculis tuis, & quid directum in præceptis tuis. Mitte illam de cœlis sanctis tuis & à sede magnitudinis tuæ, vt mecum sit & mecum laboret, vt sciam quid acceptum sit apud te, scit enim illa omnia & intelligit, & deducet me in operibus meis sobriè, & custodiet me in sua potentia. Et erunt accepta opera mea, & disponam populū tuum iustè, & ero dignus sedium patris mei. Quis enim hominum poterit scire consilium Dei? aut quis poterit cogitare quid velit Deus? Cogitationes enim mortalium timidæ, & incertæ prouidentiæ nostræ. Corpus enim quod corrumpitur, aggrauat animam: & terrena inhabitatio deprimit sensum multa cogitantem. Et difficile æstimamus quæ in terra sunt: & quæ in prospectu sunt, inuenimus cum labore. Quæ autem in cœlis sunt, quis inuestigabit? Sensum autem tuum quis sciet, nisi tu dederis sapientiam, & miseris spiritū sanctum tuum de altissimis: & si correctæ sint semitæ eorum qui sunt in terris, & quæ tibi placēt didicerint homines? Nam per sapientiam sanati sunt, quicunq; placuerunt tibi Domine à principio.

Oratio Salomonis, p sapiētia habenda.

Esa. 40 d
Roma. 11 d
2. Cor. 2 d

S. SAPIENTIA *à præcipuorum conseruatione in bono, ab initio seculi, & iustorum liberatione à malo in suis persecutionibus, commendatur.*

CAPVT X.

HAec, illum qui primus formatus est à Deo pater orbis terrarum, cum solus esset creatus, custodiuit, & eduxit illū à delicto suo. * Et eduxit illum de limo terræ.. & dedit illi virtutem continendi omnia. Ab hac vt recessit iniustus in ira sua, per iram homicidij fraternitatis deperijt. Propter quod cum aqua deleret terram, sanauit iterum sapientia, per contemptibile lignum iustum gubernans. Hæc & in consensu superbiæ, cum se nationes extulissent, sciuit iustum, & conseruauit sine querela Deo, & in filijs misericordiā fortem custodiuit. Hæc, iustum à pereuntibus impijs liberauit fugientem, descendēte igne in Pētapolim: quibus in testimoniū nequitiæ fumigabūda constat deserta terra, & incerto tempore fructus habentes arbores, & incredibilis animæ memoria stans figmentum salis. Sapientiam enim prætereuntes non tantum in hoc lapsi sunt vt ignorarēt bona: sed & insipientiæ suæ reliquerūt hominibus memoriam, vt in his quæ peccauerunt, nec latēre potuissent. Sapiētia autē hos qui se obseruāt, à doloribus liberauit. Hæc autem, profugum iræ fratris iustum deduxit per vias rectas, & ostendit illi regnum Dei, & dedit illi sciētiam sanctorum, honestauit illum in laboribus, & compleuit labores illius. In fraude circunuenientiū illū affuit illi, & honestū fecit illum. Custodiuit illum ab inimicis, & à seductoribus tutauit illum, & certamen forte dedit illi, vt vinceret, & sciret quoniam omnium potentior est sapientia. Hæc, venditū iustū non dereliquit, sed à peccatoribus liberauit eum: descenditq; cum illo in foueam, & in vinculis non dereliquit illum, donec afferret illi sceptrum regni, & potētiam aduersus eos qui eum deprimebant:

Gene. 1 d
Gene. 2 b
Gene. 4 b
Gene. 7 b
Gene. 11 d
Gene. 19 f
Gene. 28 b
Gene. 37 f

mebant:& mendaces oſtendit qui maculauerunt illum,& de-
Exod.1.b dit illi claritatem æternã. Hæc,populũ iuſtum,& ſemen ſine
D querela liberauit à nationibus quæ illum opprimebãt. Intra-
Exod.3.b uit in animam ſerui Dei,& ſtetit contra reges horrendos in
portentis & ſignis. Et reddidit iuſtis mercedẽ laborum ſuo-
rum,& deduxit illos in via mirabili:& fuit illis in velamento
Exod.14.c diei,& in luce ſtellarũ per noctem & tranſtulit illos per ma-
Pſal.77.b re rubrum,& tranſuexit illos per aquam nimiam. Inimicos
autem illorum demerſit in mare,& ab altitudine inferorum
Exod.15.c eduxit illos. Ideo iuſti tulerunt ſpolia impiorum,& decanta-
Exod.15.a uerunt Domine nomen ſanctum tuum,& victricem manum
tuam laudauerunt pariter. Quoniam ſapientia aperuit os mu
torum,& linguas infantium fecit diſertas.

S. SAPIENTIA *multa Iſraeli peregrinanti in deſerto beneficia Aegyptijs hoſtibus mirabiliter uexatis contulit, aquas præbendo & ultrices ſine modo pœnas infligendo.* CAPVT XI.

A DIrexit opera eorũ in manibus prophetæ ſancti.
Exod.16.a It er fecerunt per deſerta,quæ non habitabantur:
Exod.17.c & in locis deſertis fecerunt caſas. Steterunt con-
tra hoſtes,& de inimicis ſe vindicauerunt. Sitie-
Num.20.b runt,& inuocauerunt te,& data eſt illis aqua de petra altiſſi-
ma,& requies ſitis de lapide duro. Per quę enim pœnas paſsi
ſunt inimici illorũ,à defectione potus ſui:in eis,cum abunda
rent filij Iſrael,lętati ſunt. Per hæc,cũ illis deeſſent,bene cum
illis actũ eſt. Nam pro fonte quidẽ ſempiterni fluminis,hu-
manum ſanguinẽ dediſti iniuſtis. Qui cũ minuerentur in tra-
B ductione infantiũ occiſorũ, dediſti illis abũdantẽ aquam in-
ſperate:oſtendens per ſitim quæ tũc fuit,quemadmodũ tuos
exaltares,& aduerſarios illorũ necares. Cum enim tẽtati ſunt,
& quidẽ cũ miſericordia diſciplinã accipiẽtes, ſcierũt quem-
admodũ cum ira iudicati impij tormẽta paterẽtur. Hos qui-
dem tanquã pater monẽs probaſti:illos autem tanquã durus
rex interrogãs cõdemnaſti. Abſentes enim,& præſentes ſimi
liter torquebãtur. Duplex enim illos acceperat tædiũ,& ge-
mitus cũ memoria præteritorũ. Cum enim audirent per ſua
tormẽta bene ſecũ agi,cõmemorati ſunt Dominũ admiran-
tes in fine exitus. Quẽ enim in expoſitione praua proiectum
C deriſerunt,in finẽ euentus mirati ſunt:non ſimiliter iuſtis fa-
ciens:pro cogitationibus autẽ inſenſatis iniquitates illorum.
Quòd qui dam errantes colebant mutos ſerpentes, & beſtias
ſuperuacuas,immiſiſti illis multitudinẽ mutorũ animaliũ in
vindictã:vt ſcirent quia per quæ peccat quis, per hæc & tor-
quetur. Non enim impoſsibilis erat omnipotens manus tua,
quæ creauit orbem terrarũ ex materia inuiſa, immittere illis
multitudinẽ vrſorum,aut audaces leones:aut noui generis ira
plenas,& ignotas beſtias,aut vaporẽ igneum ſpirãtes,aut fu-
mi odorẽ proferentes,aut horrendas ab oculis ſcintillas emit-
D tentes:quarũ nõ ſolum læſura poterat illos exterminare, ſed
& aſpectus per timorem occidere. Sed & ſine his vno ſpiritu
poterãt occidi perſecutionem paſsi ab ipſis factis ſuis, & di-
ſperſi per ſpiritum virtutis tuæ:ſed omnia in menſura & nu-
mero & pondere diſpoſuiſti. Multũ enim valere tibi ſoli ſu-
pererat ſemper:& virtuti brachij tui quis reſiſtet? Quoniam
Deus miſe- tanquã momentũ ſtatęræ,ſic eſt ante te orbis terrarũ, & tan-
ricors. quam gutta roris antelucani,qui deſcendit in terrã. Sed miſe-
reris omniũ,quia omnia potes, & diſsimulas peccata homi-
nũ propter pœnitẽtiã. Diligis enim omnia quæ ſunt,& nihil
odiſti eorũ quæ feciſti: nec enim odiens aliquid conſtituiſti
Nihil ſine aut feciſti. Quomodo autem poſſet aliquid permanere,niſi tu
Deo ſtabi- voluiſſes? aut quod à te vocatũ nõ eſſet,conſeruaretur? Parcis
le. autẽ omnibus:quoniam tua ſunt Domine, qui amas animas.

S. DEI *correptio quanta dulcedine in iuſtis & mãſuetudine in malis utatur,cum Chananæos à terra promiſſa iuſtè ſed miſericorditer deleret,iuſtos uero introduceret impœnitentes ſeuerè puniendo.*

CAPVT XII.

A QUàm bonus,& ſuauis eſt Domine ſpiritus tuus
in omnibus? Ideoque eos qui exerrant partibus,
corripis:& de quibus peccant, admones & allo-
queris:vt relicta malitia,credant in te Domine.
Illos enim antiquos inhabitatores terræ ſanctæ tuę,quos ex-
horruiſti,quoniã odibilia opera tibi faciebant per medicami-
na,& ſacrificia iniuſta,& filiorum ſuorũ necatores ſine miſe-
ricordia,& comeſtores viſcerum hominũ,& deuoratores ſan
guinis,& authores parẽtes animarũ inauxiliatarũ perdere vo
luiſti à medio ſacramento tuo per manus parentũ noſtrorũ,
vt dignam perciperent peregrinationẽ puerorũ Dei,quæ ti-
bi omniũ clarior eſt terra. Sed & his tanquam hominibus pe
perciſti,& miſiſti anteceſſores exercitus tui veſpas, vt illos
paulatim exterminarẽt. Non quia impotẽs eras in bello ſub-
B ijcere impios iuſtis,aut beſtijs ſæuis, aut verbo duro ſimul
exterminare:ſed partibus iudicans dabas locum pœnitentiæ,
non ignorãs quoniã nequam eſt natio eorũ, & naturalis ma-
litia ipſorum,& quoniam non poterat mutari cogitatio illo-
rum in perpetuũ. Semen enim erat maledictum ab initio,nec
timens aliquem veniã dabas peccatis illorũ. Quis enim dicet Cum Deo non contẽ-
tibi,Quid feciſti? aut quis ſtabit contra iudiciũ tuum? aut quis dendum.
in conſpectu tuo veniet vindex iniquorũ hominum? aut quis
tibi imputabit, ſi perierint nationes, quas tu feciſti? Nec 1.Pet.5.b
enim eſt alius Deus quàm tu,cui cura eſt de omnibus,vt oſtẽ
das quoniam non iniuſtè iudicas iudicium. Neque rex, neq;
tyrannus in conſpectu tuo inquirent de his quos perdidiſti.
C Cum ergo ſis iuſtus,iuſtè omnia diſponis:ipſum quoq;, qui
non debet puniri,cõdemnas,& exterum æſtimas à tua virtu-
te. Virtus enim tua,iuſtitiæ initiũ eſt:& ob hoc quòd omniũ
Dominus es,omnibus te parcere facit. Virtutem enim oſten
dis tu, qui non crederis eſſe in virtute cõſummatus,& horum
qui te neſciũt,audaciã traducis. Tu autẽ dominator virtutis,
cum tranquillitate iudicas,& cum magna reuerẽtia diſponis
nos. Subeſt enim tibi cum volueris,poſſe. Docuiſti autẽ po-
pulum tuũ per talia opera,quoniam oportet iuſtũ eſſe,& hu Dat Deus
manum,& bonæ ſpei feciſti filios tuos: quoniam das locum locum pœ-
in peccatis pœnitentiæ. Si enim inimicos ſeruorũ tuorum,& nitentiæ.
debitos morti,cũ tanta cruciaſti attentione, & liberaſti,dans
tempus & locũ per quæ poſſent mutari à malitia:cũ quanta
diligentia iudicaſti filios tuos,quorum parentibus iuramenta
D & conuentiones dediſti bonarũ promiſsionũ? Cum ergo das
nobis diſciplinam, inimicos noſtros multipliciter flagellas,
vt bonitatem tuam cogitemus iudicantes:et cum de nobis iu-
dicatur,ſperemus miſericordiã tuam. Vnde & illis qui in vi-
ta ſua inſenſatè & iniuſtè vixerunt,per hæc quæ coluerunt,
dediſti ſumma tormenta. Etenim in erroris via diutius erra-
uerunt,deos æſtimantes hæc quæ in animalibus ſunt ſuper-
uacua,infantium inſenſatorum more viuentes. Propter hoc
tanquam pueris inſenſatis iudiciũ in deriſum dediſti. Qui au-
tem ludibrijs & increpationibus non ſunt correcti: dignum
Dei iudiciũ experti ſunt. in his enim quæ patiebantur,mole-
ſte ferebant,in quibus patientes indignabãtur. Per hæc quos
putabant deos in ipſis cum exterminarentur, videntes illum
quem olim negabant ſe noſſe,verum Deũ agnouerunt:pro-
pter quod & finis condemnationis eorum veniet ſuper illos.

S. [redacted]

CAPVT XIII.

A VAni autem ſunt omnes homines, in quibus non
ſubeſt ſcientia Dei,& de his quæ nõ videntur bo
na,non potuerunt intelligere eum qui eſt,neque
operibus attẽdẽtes agnouerũt quis eſſet artifex,
ſed aut ignem,aut ſpiritum,aut citatum aerẽ,aut gyrum ſtel-
larum,aut nimiam aquam,aut ſolem & lunam,rectores orbis
terrarum deos putauerunt. Quorũ & ſi ſpecie delectati deos

putauerunt:sciant quanto his dominator eorum specioſior
est.speciei enim generator hæc omnia constituit. Aut si vir-
tutem,& opera eorum mirati sunt:intelligãt ab illis quoniam
B qui hæc fecit fortior est illis. à magnitudine enim speciei &
Creator per creaturas cognoscendus. creaturæ,cognoscibiliter poterit creator horum videri.sed ta
men adhuc in his minor est querela. Et hi enim fortasse errãt,
Deũ quærentes,& volentes inuenire. Etenim cũ in operibus
illius cõuersentur,inquirunt: & persuasum habent quoniam
Rom.1.c bona sunt quæ videtur. Iterũ autem nec his debet ignosci. Si
enim tantũ potuerunt scire,vt possent æstimare seculũ:quo-
modo huius Dominũ non facilius inuenerunt ? Infelices au-
Infelicitas idôlolatrarum. tem sunt,& inter mortuos spes illorum est,qui appellauerũt
deos opera manuũ hominum,aurũ & argentum,artis inuen-
C tionem,& similitudines animaliũ,aut lapidem inutilem opus
Esa.44.b manus antiquæ. Aut si quis artifex faber de sylua lignũ rectũ
secuerit,& huius doctè eradat omnẽ corticẽ, & arte sua vsus
diligenter fabricet vas vtile in conuersationem vitæ, reliquijs
autem huius operis ad præparationem escæ abutatur: & reli-
quum horum quod ad nullum vsum facit lignum curuum,&
verticibus plenum sculpat diligenter pervacuitatem suam,&
per scientiam suæ artis figuret illud,& assimilet illud imagini
D hominis,aut alicui ex animalibus illud cõparet,perliniens ru
brica,& rubicundũ faciens fuco colorem illius, & omnẽ ma-
culam quæ in illo est perliniẽs,& faciat ei dignam habitatio-
nem,& in pariete ponens illud,& confirmans ferro, ne fortè
cadat prospiciens illi,sciens quoniam non potest adiuuare se.
In cultores idolorum. imago enim est, & opus est illi adiutorium. Et de substantia
sua,& de filijs suis,& de nuptijs votum faciens inquirit. Non
erubescit loqui cũ illo qui sine anima est:& pro sanitate qui-
dem infirmum deprecatur,& pro vita rogat mortuum, & in
adiutoriũ inutilem inuocat:& pro itinere petit ab eo qui am-
bulare non potest:acquirendo,& de operando, & de omniũ
rerum euentu petit ab eo qui in omnibus est inutilis.

S. IDOLOLATRIAE origo,& Idolorum inutilitas magnam affert idolôlatris iniuriam,& pœnam irremißibilem ex cultu idôli, ex uano in amicos amore,& ambitioſa dominatione.

CAPVT XIIII.

A ITerum alius nauigare cogitans, & per feros flu-
ctus iter facere incipiens,ligno portante se fragi-
lius lignũ inuocat.Illud enim cupiditas acquiren
di excogitauit,& artifex sapientia fabricauit sua.
Tua autem pater prouidentia ab initio cũcta gubernat:quo-
Exod.14.d niam & dedisti in mari viam,& inter fluctus semitã firmissi-
mam,ostendens quoniã potens es ex omnibus sanare, etiam
si sine rate aliquis adeat mare. Sed vt non essent vacua sapiẽtię
tuæ opera:propter hoc etiam & exiguo ligno credunt homi
nes animas suas,& transeuntes mare per ratem liberati sunt.
Sed & ab initio cum perirent superbi gigantes,spes orbis ter
rarum ad ratem confugiens,remisit seculo semen natiuitatis,
quæ manu tua erat gubernata. Benedictũ est enim lignũ, per
Idôlum maledictũ, & fabricator eius. quod fit iustitia. Per manus autem quod fit idôlũ maledictũ
est & ipsum,& qui fecit illud:quia ille quidẽ operatus est:il-
lud autẽ cum esset fragile, Deus cognominatus est. Similiter
autem odio sunt Deo,impius & impietas eius. Etenim quod
B factum est,cum illo qui fecit,tormenta patietur. Propter hoc
& in idôlis nationũ non erit respectus:quoniã creaturæ Dei
in odium factæ sunt,& in tentationẽ animis hominum,& in
musciputlã pedibus insipientium. Initiũ enim fornicationis,
est exquisitio idôlorum:& adinuẽtio illorum,corruptio vitæ
est.neq; enim erant ab initio,neque erunt in perpetuum. Su-
peruacuitas enim hominũ,hæc ãdinuenit in orbẽ terrarũ; &
Idôla vnde traxerint originem. ideò breuis illorum finis est inuentus. A cerbo enim luctu do
lens pater,cito sibi rapti filij fecit imaginem : & illũ qui tunc
quasi homo mortuus fuerat,nunc tanquam Deũ colere cœ-
pit,& constituit inter seruos suos sacra, & sacrificia. Deinde
interueniente tẽpore cõualescẽte iniqua cõsuetudine, hic er-
C ror tanquã lex custoditus est,& tyrannorũ imperio coleban
tur figmẽta. Et hos quos in palàm homines honorare non po
terant,propter hoc quòd longe essent,è lõginquo figura eo-
rum allata,euidentẽ imaginẽ regis,quem honorare volebant,
fecerunt:vt illum qui aberat,tanquam præsentẽ colerent sua
solicitudine. Prouexit autẽ ad horũ culturã & hos qui igno-
rabant,artificis eximia diligentia. Ille enim volens plus place-
re illi qui se assumpsit,elaborauit arte sua,vt similitudinem in
melius figuraret. Multitudo autem hominũ abducta per spe
ciem operis,eum qui ante tempus tanquã homo honoratus
fuerat,nunc Deum æstimauerunt. Et hæc fuit vitæ humanæ
deceptio,quoniã aut affectui,aut regibus deseruientes homi
nes,incõmunicabile nomen lapidibus,& lignis imposuerũt.
Et non sufficerat errasse eos circa Dei scientiã, sed & in ma-
gno viuentes inscientiæ bello,tot & tam magna mala pacem
D appellant. Aut enim filios suos sacrificantes,aut obscura sacri
ficia facientes,aut insaniæ plenas vigilias habentes: neq; vitã, Quæ mala procedant ex idolôlatria.
neq; nuptias mundas iam custodiũt,sed & alius aliũ per inui-
diam occîdit,aut adulterans contristat : & omnia commista
sunt,sanguis,homicidiũ,furtũ & fictio,corruptio & infideli-
tas,turbatio & periuriũ,tumultus,bonorũ Dei immemora-
tio,animarũ inquinatio,natiuitatis immutatio, nuptiarũ in-
constãtia,inordinatio mœchiæ & impudicitiæ. Infandorum
enim idolôrũ cultura,omnis mali causa est,& initiũ & finis.
Aut enim dum lætantur,insaniũt:aut certè vaticinantur falsa,
aut viuunt iniustè,aut peierant citò. Dum enim confidũt in
idôlis quæ sine anima sunt,male iurantes noceri se non spe-
rant. Vtraque ergo illis euenient digne,quoniam male sense-
runt de Deo,attendentes idôlis,& iurauerunt iniustè in dolo
contẽnentes iustitiam. Non enim iurantiũ est virtus,sed pec-
cantiũ pœna perambulat super iniustorũ præuaricationem.

S. CVM tam bonus sit Deus,& Idôlum tam uile,& uitæ moribus indignum,non mirum si idolôlatræ tantam culpam & pœnam incurrant æternam. CAPVT XV.

A IV autem Deus noster snauis & verus es, patiens
& in misericordia disponens omnia. Etenim si
peccauerimus,tui sumus,scientes magnitudinem
tuã:& si non peccauerimus,scimus quoniã apud
te sumus computati. Nosse enim te,consummata iustitia est:
& scire iustitiã,& virtutem tuã radix est immortalitatis. Non
enim in errorem induxit nos hominum malæ artis excogita-
tio,nec vmbra picturæ labor sine fructu, effigies sculpta per
varios colores,cuius aspectus insensato dat concupiscentiã,
B & diligit mortuæ imaginis effigiẽ sine anima. Malorum ama
tores digni sunt morte,qui spem habent in talibus, & qui fa- Subsanna-tio idolô. latrarum. Rom.9.d
ciunt illos,& qui diligũt,& qui colũt. Sed & figulus mollem
terrã premens laboriose fingit ad vsus nostros vnumquodq;
vas,& de eodem luto fingit quæ munda sunt in vsum vasa,&
similiter quæ his sunt contraria. horum autẽ vasorum quis sit
vsus,iudex est figulus. Et cũ labore vano Deũ fingit de eodẽ
luto:ille qui paulo ante de terra factus fuerat, & post pusillũ
reducit vnde acceptus est,repetitus animæ debitum quam ha
bebat. Sed cura est illi,non quia laboraturus est,nec quoniam
breuis illi vita est,sed cõcertatur aurificibus & argẽtarijs : sed
C & ærarios imitatur,& gloriam præfert,quoniam res superua
cuas fingit. Cinis est enim cor eius, & terra superuacua spes
illius,& luto vilior vita eius:quoniam ignorauit qui se finxit,
& qui inspirauit illi animã quæ operatur,& qui insufflauit ei
spiritũ vitalẽ. Sed & æstimauerũt lusum esse vitã nostram,&
conuersationẽ vitæ compositã ad lucrum, & oportere vnde-
cunq; etiam ex malo acquirere. Hic enim scit se super omnes
delinquere,qui ex terræ materia fragilia vasa,& sculptilia fin
git. Omnes enim insipiẽtes,& infelices supra modum animę
superbi sunt,inimici populi tui, & imperantes illi:quoniam Psal.113.b & 134.c
D omnia idôla nationũ deos æstimauerunt,quibus neq; oculo-
rum visus est ad videndũ,neq; nares ad percipiendũ spiritũ,
neque

neque aures ad audiendum, neq; digiti manuum ad tractandum, sed & pedes eorum pigri ad ambulandum. homo enim fecit illos: & qui spiritum mutuatus est, is finxit illos. Nemo enim sibi similem homo poterit Deum fingere. Cum enim sit mortalis, mortuũ fingit manibus iniquis. Melior enim est ipse his quos colit: quia quidem vixit, cum esset mortalis, illi autem nunquam. Sed & animalia miserrima colunt: insensata enim comparata his, illis sunt deteriora. Sed nec aspectu aliquis ex his animalibus bona potest conspicere. Effugerunt autem Dei laudem, & benedictionem eius.

S. AEGYPTII ob idololatriam à bestijs exterminati, Hebræi uerò propter fidem esca satiati, licet aliquanto serpentibus in correptionem & satisfactionem afflicti, Aegyptij autem aëre aqua & igne paßi sunt, Hebræi manna ab aëre satiati, & confortati.

CAPVT XVI.

A Poena Idololatrarũ. Num. 11. g

PRopter hæc & his similia paßi sunt digne tormenta, & per multitudinẽ bestiarũ exterminati sunt. Pro quibus tormentis bene disposuisti populum tuum, quibus dedisti cõcupiscentiã delectamenti sui nouũ saporem, escam parans eis ortygometram: vt illi quidem concupiscentes escã propter ea quæ illis ostensa & missa sunt, etiã à necessaria cõcupiscẽtia auerterẽtur. Hi autem in breui inopes facti, nouã gustauerũt escam. Oportebat enim illis sine excusatione quidẽ superuenire interitum exercentibus tyrannidẽ: his autem tantũ ostendere, quemadmodum inimici eorũ exterminabantur. Etenim cum illis superuenit sæua bestiarũ ira, morsibus peruersorũ colubrorum exterminabantur. Sed non in perpetuũ ira tua permansit, sed ad correptionẽ in breui turbati sunt, signum habentes salutis

Num. 21. b

B ad commemorationem mandati legis tuæ. Qui enim conuersus est, nõ per hoc quod videbat sanabatur, sed per te omniũ saluatorẽ. in hoc autem ostendisti inimicis tuis quia tu es qui liberas ab omni malo. Illos enim locustarũ, & muscarũ occiderunt morsus, & nõ est inuenta sanitas animæ illorum: quia

Exod. 10. a & f Apoc. 9. b

digni erant ab huiusmodi exterminari. Filios autem tuos, nec draconũ nec venenatorum vicerũt dentes. misericordia enim tua adueniens sanabat illos. In memoria enim sermonũ tuorum exterminabantur, & velociter sanabantur: ne in altã incidentes obliuionẽ non possent tuo vti adiutorio. etenim neq;

Deute. 32. f 2 Reg. 2. a Tobi. 13. a

herba, neque malagma sanauit eos, sed tuus Domine sermo, qui sanat omnia. Tu es enim Domine, qui vitæ & mortis habes potestatem, & deducis ad portas mortis & reducis: homo autem occidit quidem per malitiã animam suã, & cum exierit spiritus, non reuertetur. nec reuocabit animã quæ recepta

Iudicia Dei Exod. 9. c

est. sed tuã manum effugere impossibile est. Negantes enim te nosse impij, per fortitudinem brachij tui flagellati sunt nouis aquis, &

C grãdinibus, & pluuijs persecutionẽ paßi, & per ignem consumpti. Quod enim mirabile erat: in aqua, quæ omnia extinguit, plus ignis valebat. vindex est enim orbis iustorum. Quodã enim tempore mãsuetabatur ignis, ne cõburerentur quæ ad impios missa erant animalia: sed vt ipsi videntes, scirent quoniam Dei iudicio patiũtur persecutionem. Et quodã tempore in aqua supra virtutẽ ignis exardescebat vndique, vt iniquã terræ nationẽ exterminaret. Pro quibus an-

De missione manna. Exod. 16. c Num. 11. b Psal. 77. c Sam. 6. d Exod. 9. c

geloru̇m esca nutriuisti populũ tuũ, & paratũ panẽ de cælo præstitisti illis sine labore, omne delectamentum in se habentem, & omnis saporis suauitatẽ. Substãtia enim tua, dulcedinem tuã quam in filios habes ostendebat: & deseruiens vniuscuiusque voluntati, ad quod quisque volebat conuertebatur.

D Nix autem, & glacies sustinebant vim ignis, & non tabescebant, vt scirent quoniam fructus inimicorum exterminabat ignis ardens in grandine & pluuia coruscans. Hoc autẽ iterũ, vt nutrirentur iusti, ignis etiam suæ virtutis oblitus est. Creatura enim tibi factori deseruiens, exardescit in tormentũ aduersus iniustos: & lenior fit ad benefaciendum pro his qui in te confidũt. Propter hoc & tunc omnia trãsfigurata omnium nutrici gratiæ tuæ deseruiebant ad voluntatem eorum qui à te desyderati sunt: vt scirent filij tui, quos dilexisti Domine, quoniam non natiuitatis fructus pascunt homines, sed sermo tuus hos qui in te crediderint conseruat. Quod enim ab igne

Deut. 8. c

non poterat exterminari, statim ab exiguo radio solis calefactum tabescebat: vt notum omnibus esset quoniam oportet

Mat. 4. a

præuenire solem ad benedictionem tuam, & ad ortum lucis te ibi adorare. Ingrati enim spes tanquam hybernalis glacies tabescet, & disperiet tanquam aqua superuacua.

S. AEGYPTII ob idololatriã luce à cœlo priuati triduo, nec cœlo, nec igne, aut magica arte tenebras uincibiles paßi Iudæis luce donatis.

CAPVT XVII.

A MAgna sunt enim iudicia tua Domine, & inenarrabilia verba tua, propter hoc indisciplinatæ animæ errauerũt. Dum enim persuasum habent iniqui, posse dominari nationi sanctæ: vinculis tenebrarum, & longæ nõctis compediti, inclusi sub tectis, fugitiui perpetuæ prouidentię iacuerunt. Et dum putãt se latẽre in

Exod. 10. f

obscuris peccatis: tenebroso obliuionis velamento dispersi sunt pauentes horrendè, & cũ admiratione nimia perturbati. Neq; enim quæ continebat illos spelunca, sine timore custodiebat: quoniã sonitus descendens perturbabat illos, & perso

B næ tristes illis apparẽtes, pauorẽ illis præstabãt. Et ignis quidem nulla vis poterat illis lumen præbere, nec syderũ limpidæ flammæ illuminare poterant illã noctẽ horrendã. Apparebat autẽ illis subitaneus ignis, timore plenus: & timore perc

Exod. 7. d & 6. b

cusi illius quæ nõ videbatur faciei, æstimabãt deteriora esse quæ videbantur: & magicæ artis appositi erant derisus, & sapientiæ gloria correptio cũ cõtumelia. Illi enim qui promittebant timores, & perturbationes expellere se ab anima languẽte, hi cũ derisu pleni timore languebãt. Nã & si nihil illos ex mõstris perturbabat: trãsitu animaliũ, & serpẽtiũ sibilatio

C ne cõmoti, tremebundi peribãt, & aerem quem nulla ratione quis effugere posset, negantes se videre. * Frequenter enim præoccupant pessima, redarguente cõscientia .. Cũ enim sit timida nequitia, dat testimonium condemnata. semper enim præsumit sæua perturbata conscientia. Nihil enim est timor, nisi præsumptionis adiutoriũ, proditio cogitationis auxiliorum. Et dum ab intro minor est expectatio, maiorẽ cõputat sententiã eius causæ de qua tormentũ præstat. Illi autem qui impotentem verè noctẽ, & ab infimis & ab altissimis inferis superuenientẽ eundẽ somnũ dormiẽtes, aliquando monstrorum exagitabãtur timore, aliquãdo animæ deficiebant tradu

D ctione. subitaneus enim illis, & insperatus timor superuenerat. Deinde si quisquã ex illis decidisset, custodiebatur in carcere sine ferro recluſus. Si enim rusticus quis erat, aut pastor, aut agri laborũ operarius præoccupatus esset: ineffugibilem sustinebat necessitatem. Vna enim catena tenebrarũ omnes erãt colligati. Siue spiritus sibilãs, aut inter spissos arborũ ramos auium sonus suauis, aut vis aquæ decurrentis nimiũ, aut sonus validus præcipitatarũ petrarũ, aut ludentiũ animalium cursus inuisus, aut mugientiũ valida bestiarum vox, aut resonans de altissimis montibus Echo: deficientes faciebant illos præ timore. Omnis enim orbis terrarum limpido illuminabatur lumine, & nõ impeditis operibus cõtinebatur. Solis autẽ illis superposita erat grauis nox, imago tenebrarum, quæ superuentura illis erat. Ipsi ergo sibi erant grauiores tenebris.

S. HEBRAEI ob Dei cultum luce noua Aegyptijs tenebrarum caligine preßis illustrati, in desertum ducuntur, Aegyptiorum autem primogenita ob idololatriam morti traduntur.

CAPVT XVIII.

A SAnctis autem tuis maxima erat lux, & horũ quidem vocem inimici audiebant, sed figuram non videbant. Et quia non & ipsi eadem paßi erant, magnificabant te: & qui antè læsi erant, quia non

Exod. 10. f

lædebantur, gratias agebant tibi: & vt esset differẽtia, te Deũ
Exod.14.e petebãt. Propter quod ignis ardentẽ columnam ducẽ habue
Psal.77.b runt ignotæ viæ, & solem sine læsura boni hospitij præstiti-
& 104.d sti. Digni quidẽ illi carere luce, & pati carcerẽ tenebrarũ, qui
inclusos custodiebant filios tuos, per quos incipiebat incor-
B ruptũ legis lumen seculo dari. Cũ cogitarẽt iustorũ occidere
infantes: & vno exposito filio, sed liberato, in tradũctionem
Exod.1.c illorum, multitudinem filiorũ abstulisti, & pariter illos per-
& 2.b didisti in aqua valida. Illa enim nox antè cognita est à patri-
Exod.14.f bus nostris: vt verè scientes quibus iuramẽtis crediderũt, ani-
mæquiores essent. Suscepta est autem à populo tuo sanitas
quidem iustorũ, iniustorũ autẽ exterminatio. Sicut enim læ-
sisti aduersarios nostros: sic & nos prouocans magnificasti.
Absconse enim sacrificabãt iusti pueri bonorũ, & iustitiæ le
gem in concordiã disposuerunt: similiter & bona & mala re-
cepturos iustos, patrũ iam decantantes laudes. Resonabat au-
tem inconueniens inimicorũ vox, & flebilis audiebatur plan
Exo.12.d e ctus ploratorũ infantiũ. Simili autẽ pœna seruus cũ domino
afflictus est, & popularis homo regi similia passus. Similiter
ergo omnes vno nomine mortis mortuos habebãt innume-
rabiles. Nec enim ad sepeliendũ viui sufficiebant: quoniã vno
momento quæ erat præclarior natio illorũ, exterminata est.
C De omnibus enim non credentes propter beneficia, tũc cum
primum fuit exterminiũ primogenitorũ, spopõderũt popu
lum Dei se esse. Cum enim quietũ silẽtiũ cõtineret omnia, &
nox in suo cursu mediũ iter haberet, omnipotẽs sermo tuus
Domine exiliens de cœlo à regalibus sedibus, durus debella-
tor in mediã exterminij terram prosiliuit, gladius acutus insi-
mulatũ imperiũ tuũ portans, & stans repleuit omnia morte,
& vsq; ad cœlũ attingebat stans in terra. Tunc cõtinuo visus
somniorũ malorũ turbauerũt illos, & timores superuenerunt
insperati. Et alius alibi proiectus semiuiuus, propter quam
moriebatur causam demõstrabat mortis. Visiones enim quæ
illos turbauerũt, hæc præmonebant, ne inscij quare mala pa-
tiebãtur, perirẽt. Tetigit autẽ tunc & iustos tentatio mortis,
& cõmotio in eremo facta est multitudinis: sed non diu per-
D mansit ira tua. Properans enim homo sine querela deprecari
Num.16.g pro populis, proferens seruitutis suæ scutũ orationem, & per
incensum deprecationẽ allegans, restitit iræ, & finẽ imposuit
necessitati, ostendens quoniã tuus est famulus. Vicit autẽ tur
bas non in virtute corporis, nec armatura potẽtiæ, sed verbo
illũ qui se vexabat subiecit, iuramẽta parentũ, & testamẽtum
cõmemorans. Cũ enim iam aceruatim cecidissent super alter-
utrũ mortui, interstitit, & amputauit impetũ, & diuisit illam
Exod.28.b quæ ad viuos ducebat viam. In veste enim podẽris, quam ha-
bebat, totus erat orbis terrarum: & parentũ magnalia in qua-
tuor ordinibus lapidũ erãt sculpta, & magnificẽtia tua in dia
demate capitis illius scripta erat. His autem cessit qui exter-
minabat, & hæc extimuit. erat enim sola tẽtatio iræ sufficiẽs.

S. AEGYPTIIS *in Mari rubro extinctis* Deus *in deserto mirabili-
ter patrocinatur, quibus omnis creatura ad necessitatẽ famulatur,
Aegyptij verò digna sunt passi ob immẽsas in Iudæos crudelitates.*

CAPVT XIX.

A IMpijs autem vsque in nouissimum sine miseri-
cordia ira superuenit. Præsciebat enim & futura
illorum: quoniam cum ipsi permisissent, vt se
educerent, & cum magna solicitudine præmisis-
sent illos, cõsequebantur illos pœnitẽtiæ actus. Adhuc enim
inter manus habentes luctum, & deplorantes ad monumẽta
mortuorum, aliã sibi assumpserũt cogitationẽ insciẽtiæ: &
quos rogantes proiecerant, hos tanquam fugitiuos perseque
bantur. ducebat enim illos ad hunc finem digna necessitas:
& horum quæ acciderant commemorationem amittebant,
vt quæ deerant tormentis, repleret punitio: & populus qui-
dem tuus mirabiliter trãsiret, illi autem nouam mortem in-
B uenirent. Omnis enim creatura ad suum genus ab initio resi-
gurabatur, deseruiens tuis præceptis, vt pueri tui custodiren-
tur illæsi. Nam nubes castra illorum obumbrabat, & ex aqua
quæ antè erat, terra arida apparuit, & in mari rubro via sine
impedimento, & campus germinãs de profundo nimio: per
quem omnis natio transiuit quæ tegebatur tua manu, viden-
tes tua mirabilia & monstra. Tanquam enim equi depauerũt
escam, & tanquã agni exultauerũt magnificãtes te Domine,
qui liberasti illos. Memores enim erãt adhuc eorũ quæ in in-
colatu illorũ facta fuerant, quemadmodũ pro natione anima-
liũ produxit terra muscas, & pro piscibus eructauit fluuius
multitudinẽ ranarũ. Nouissime autẽ viderũt nouã creaturam
C auium, cum adducti concupiscentia postulauerũt escas epula
tionis. In allocutione enim desyderij ascendit illis de mari or-
tygometra, & vexationes peccatoribus superuenerunt, non *Supr. 16.a*
sine illis quæ antè facta erant argumentis per vim fulminum.
iustè enim patiebantur secundũ suas nequitias. Etenim dete-
stabiliorem inhospitalitatẽ instituerunt, alij quidem ignotos
non recipiebant aduenas, alij autẽ bonos hospites in seruitu-
tem redigebant. Et non solum hæc, sed & alius quidem respe
ctus illorum erat: quoniam inuiti recipiebant extraneos. Qui
autem cum lætitia receperunt hos, qui eisdem vsi erant insti-
tutis, fœuissimis afflixerunt doloribus. Percussi sunt autem
cæcitate: sicut illi in foribus iusti cum subitaneis cooperti
essent tenebris, vnusquisque transitum ostij sui quærebat. In
D se enim elementa dum conuertuntur, sicut in organo quali-
tatis sonus immutatur, & omnia suum sonum custodiũt. vn-
de estimari ex ipso visu certò potest. Agrestia enim in aqua-
tica conuertebantur: & quæcunque erant natantia, in terra
transibãt. Ignis in aqua valebat supra suam virtutem, & aqua
extinguentis naturæ obliuiscebatur. Flammæ econtrario, cor
ruptibilium animalium non vexauerunt carnes coambulan-
tium, nec dissoluebant illam quæ facile dissoluebatur, sicut
glacies bonam escam. In omnibus enim magnificasti po-
pulum tuum Domine, & honorasti, & non despexisti in omni
tempore, & in omni loco assistens eis.

FINIS.

Prologus Iesu filii Syrach

in Librum Ecclesiasticum.

MVLTORVM *nobis relatione & magnorũ per legem & Prophe-
tas, aliosq; qui secuti sunt illos, sapientia demonstrata est: in quibus
oportet laudare Israel doctrinæ & sapientiæ causa: quia non solum
ipsos loquentes necesse est esse peritos, sed etiam extraneos posse &
discentes & scribentes doctissimos fieri. Auus meus Iesus postquam
se amplius dedit ad diligentiam lectionis legis, & Prophetarum, &
aliorum librorum qui nobis à parentibus nostris traditi sunt, voluit
& ipse scribere aliquid horum quæ ad doctrinam & sapientiũ per-
tinent: ut desiderantes discere, & illorum periti fieri, magis magisq;
attendant animo, & confirmentur ad legitimam uitam. Hortor itaque
uenire uos cum beneuolentia, & attentiore studio lectionem facere:
& ueniam habere in illis in quibus uidemur sequentes imaginem sa-
pientiæ, & deficere in uerborum compositione. Nam deficiunt uer-
ba Hebraica quando fuerint translata ad aliam linguam. Non autem
solum hæc, sed & ipsa lex, & Prophetæ, cæteraq; aliorum librorum
non paruam habent differentiam quando inter se dicuntur. Nam in
octauo & tricesimo anno temporibus Ptolemæi Euergetis Regis,
postquam peruenii in Aegyptum: & cum multum temporis ibi fuis-
sem, inueni ibi libros relictos, non paruæ neque contemnendæ do-
ctrinæ. Itaque bonum & necessarium putaui & ipse aliquam addere
diligentiam & laborem interpretandi librum istum: & multa ui-
gilia attuli doctrinam in spatio temporis ad illa quæ ad finem du-
cunt, librum istum dare, & illis qui uolunt animum intendere, &
discere quemadmodum oporteat instituere mores qui secundum le-
gem Domini proposuerint uitam agere.*

Ecclesiasticus.

S. SAPIENTIA ab æterno originem à Deo traxit, quam dat diligentibus ac timentibus eum. Timoris autem radix & finis omnem sibi uendicat uirtutem & profectum.

CAPVT I.


A 

OMNIS sapientia à Domino Deo est, & cum illo fuit semper, & est ante æuum. Arenam maris & pluuiæ guttas, & dies seculi quis dinumerauit? Altitudinē cœli, & latitudinē terræ, & profundū abyssi quis dimensus est? Sapientiā Dei præcedentē omnia, quis inuestigauit? Prior omnium creata est sapientia, & intellectus prudētiæ ab æuo. Fons sapientiæ verbū Dei in excelsis, & ingressus illius mandata æterna. Radix sapiētiæ, cui reuelata est, & astutias illius quis agnouit? Disciplina sapientiæ cui reuelata est, & manifestata? & multiplicationē ingressus illius quis intellexit? Vnus est altissimus creator omnium, omnipotēs, & rex potens, & metuendus nimis, sedens super thronum illius & dominans
B Deus. Ipse creauit illam in Spiritu sancto, & vidit, & dinumerauit, & mensus est. Et effudit illam super omnia opera sua, & super omnē carnem secundum datum suum, & prębuit illam diligentibus se. Timor Domini gloria, & gloriatio, & lætitia, & corona exultationis. Timor Domini delectabit cor, & dabit lætitiam & gaudium in longitudinē dierum. Timēti Dominum bene erit in extremis, & in die defunctionis suæ benedicetur. Dilectio Dei, honorabilis sapientia. Quibus autem apparuerit in visu, diligunt eam in visione, & in agnitione magnalių suorū. Initium sapiētiæ, timor Domini, & cum fidelibus in vulua concreatus est, & cum electis fœminis graditur, & cum iustis & fidelibus agnoscitur. Timor Domini, scientię religiositas. Religiositas custodiet, & iustificabit cor,
C iucunditatem atq; gaudium dabit. Timenti Dominum bene erit, & in diebus consummationis illius benedicetur. Plenitudo sapientiæ est, timere Deū, & plenitudo à fructibus illius. Omnem domum illius implebit à generationibus, & receptacula à thesauris illius. Corona sapientiæ, timor Domini, replens pacem, & salutis fructū: & vidit, & dinumerauit eam. vtraque autem sunt dona Dei. Scientiam, & intellectum prudentiæ sapientia compartietur: & gloriam tenentium se, exaltat. Radix sapientiæ est, timere Dominum: & rami illius longæui. In thesauris sapientiæ intellectus, & scientiæ religiositas: execratio autem peccatoribus sapientia. Timor Domini expellit peccatum. nam qui sine timore est, non poterit iusti ficari. itacundia enim animositatis illius, subuersio illius est.
D Vsq; in tēpus sustinebit patiēs, et postea redditio iucūditatis. Bonus sensus vsq; in tēpus abscondet verba illius, & labia multorū enarrabunt sensum illius. In thesauris sapiētiæ significatio disciplinæ: execratio autē peccatori, cultura Dei. Fili concupiscens sapientiā, cōserua iustitiā, & Deus præbebit illam tibi. Sapiētia enim & disciplina timor Dñi: & quod beneplacitum est illi, fides & māsuetudo, & adimplebit thesauros illius. Cōtumax nō sis, & incredibilis timori Dei: & ne accesseris ad illū duplici corde. Ne fueris hypocrita in cōspectu hominū, & nō scādalizeris in labijs tuis. Attēde in illis, ne fortè cadas, & adducas animæ tuæ inhonorationē, & reuelet Deus abscōsa tua, & in medio synagógæ elidat te: quoniā accessisti malignè ad Dominū, & cor tuum plenū est dolo & fallacia.

Laus timoris Domini.

Prouer. 1 d 9.c Psal. 110. d

S. AD patientiam & timorem Dei necessarius in primis est Dei cultus, & quæ ipsum comitantur. CAPVT II.

A Seruis Dei expectanda afflictio. 

FIli accedens ad seruitutem Dei, sta in iustitia, & in timore, & præpara animam tuam ad tentationem. Deprime cor tuum, & sustine: & inclina aurem tuam, & suscipe verba intellectus, & ne festines in tempus obductionis. Sustine sustētationes Dei: cōiungere Deo, & sustine, vt crescat in nouissimo vita tua. Omne quod tibi applicitum fuerit, accipe: & in dolore sustine, & in humilitate tua patientiam habe: quoniam in igne probatur aurum & argentum, homines vero receptibiles in camino humiliationis. Crede Deo, & recuperabit te: & dirige viā tuam, & spera in illum. Serua timorem illius, & in illo veterasce. Metuentes Dominum sustinete misericordiam eius: & non deflectatis ab illo, ne cadatis. Qui timetis Dominum, credite illi: & nō euacuabitur merces vestra. Qui timetis Dominum, sperate in illum: & in oblectationem veniet vobis misericordia. Qui timetis Dominum diligite illum, & illuminabuntur cordavestra. Respicite filij nationes hominum: & scitote quia
C nullus sperauit in Domino, & confusus est. Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est? aut quis inuocauit eum, & despexit illum? Quoniā pius & misericors est Deus, & remittit in die tribulationis peccata: et protector est omnibus exquirentibus se in veritate. Væ duplici corde, & labijs scelestis, & manibus malefacientibus, & peccatori terram ingredienti duabus vijs. Væ dissolutis corde, qui non credunt Deo, & ideo non protegentur ab eo. Vę his qui perdiderunt sustinentiam, & qui dereliquerunt vias rectas, & diuerterunt in vias prauas. Et quid facietis, cum inspicere cœperit Domi
D nus? Qui timent Dominum, non erunt incredibiles verbo illius: & qui diligunt illum, conseruabunt vias illius. Qui timēt Dominum, inquirent quæ beneplacita sunt ei: & qui diligūt eum, replebuntur lege ipsius. Qui timent Dominum, præparabunt corda sua, & in conspectu illius sanctificabunt animas suas. Qui timent Dominum, custodiunt mandata illius, & patientiam habebunt vsque ad inspectionem illius, dicentes, Si pœnitentiam non egerimus, incidemus in manus Domini, & non in manus hominum. Secundum enim magnitudinem ipsius, sic & misericordia illius cum ipso est.

Fides & spes in Deū habenda.

Psal. 36.

S. PARENTVM honor Dei benedictionem meretur, inhonoratioq; maledictionē, humilitas autē parit gratiā, ac eleemosyna profectū.

CAPVT III.

A 

FIli sapientiæ, ecclesia iustorū: & natio illorū, obedientia & dilectio. Iudicium patris audite filij, & sic facite vt salui fitis. Deus enim honorauit patrem in filijs: & iudiciū matris exquirens, firmauit in filios. Qui diligit Deū, exorabit pro peccatis, & cōtinebit se ab illis, & in oratione dierum exaudietur. & sicut qui thesaurizat, ita & qui honorificat matrem suam. Qui honorat patrem suum, iucundabitur in filijs, & in die orationis suæ exaudietur. Qui honorat patrē suum, vita viuet longiore: & qui obedit patri, refrigerabit matrem. Qui timet Dominū, honorat parentes, & quasi dominis seruiet his qui se genuerūt. In opere & sermone, & omni patien
B tia honora patrem tuū, vt superueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouissimo maneat. Benedictio patris firmat domos filiorum: maledictio autem matris eradicat fundamenta. Ne glorieris in contumelia patris tui: non enim est tibi gloria, sed confusio. gloria enim hominis ex honore patris sui, & dedecus filij pater sine honore. Fili, susci pe senectam patris tui, & non contristes eum in vita illius: & si defecerit sensu, veniam da, & ne spernas eum in virtute tua. eleemosyna enim patris non erit in obliuione. Nam pro peccato matris restituetur tibi bonum, & in iustitia ædificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur tui, & sicut in sereno glacies, soluentur peccata tua. Quàm malæ famæ est qui
C derelinquit patrē: & est maledictus à Deo, qui exasperat matrem. Fili, in mansuetudine opera tua perfice, & super hominum gloriā diligēris. Quanto magnus es, humilia te in omnibus, & coram Deo inueniens gratiam: quoniam magna potentia Dei solius, & ab humilibus honoratur. Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris: sed quæ præci-

Exod. 20. c Deut. 5. b Matt. 15. a Mar. 7. b Ephe. 6. a

Arcana Dei non inquirēda curiosius.

Prouer. 25. d

pit tibi Deus,illa cogita ſemper,& in pluribus operibus eius ne fueris curioſus.non eſt enim tibi neceſſarium ea quæ abſcõdita ſunt videre oculis tuis.In ſuperuacuis rebus noli ſcrutari multipliciter,& in pluribus operibus eius non eris curio
D ſus.Plurima enim ſuper ſenſum hominum oſtenſa ſunt tibi. Multos enim ſupplantauit ſuſpicio illorũ,& in vanitate de-
Cor prauũ. tinuit ſenſus illorum.Cor durum habebit male in nouiſsimo: & qui amat periculum, in illo peribit. Cor ingrediens duas vias,non habebit ſucceſſus,& prauum cor in illis ſcandalizabitur.Cor nequam grauabitur in doloribus,& peccator adijciet ad peccandum. Sinagógæ ſuperborum non erit ſanitas: frutex enim peccati eradicabitur in illis, & non intelliget ur. Cor ſapientis intelligitur in ſapientia, & auris bona audiet cum omni concupiſcẽtia ſapientiã.Sapiens cor,& intelligibile abſtinebit ſe à peccatis,& in operibus iuſtitiæ ſucceſſus
Daniẽ.4. habebit. Ignem ardentem extinguit aqua , & eleemoſyna reſiſtit peccatis:& Deus proſpector eſt eius qui reddit gratiam.Meminit in poſterum,& in tempore caſus ſui inueniet firmamentum.

S. AD miſericordiæ opera & modum eorum conducunt timor Dei, ſapientia,ueritas,& iuſtitia. CAPVT IIII.

Non auertendus oculus à paupere. Tob.4.b
EIli,eleemoſynam pauperis ne defraudes, & oculos tuos ne tranſuertas à paupere. Animam eſurientem ne deſpexeris,& non exaſperes pauperẽ in inopia ſua. Cor inopis ne afflixeris,& nõ protrahas datum anguſtianti. Rogationem contribulati ne abijcias:non auertas faciem tuam ab egeno. Ab inope ne auertas oculos tuos propter iram:& non relinquas quærentibus tibi, retro maledicere.maledicentis enim tibi in amaritudine animæ exaudietur deprecatio illius.exaudiet autem eum qui fecit illum.Congregationi pauperum affabilem te facito:& presbytero humilia animam tuã,& magnato humilia caput tuum.Declina pauperi ſine triſtitia aurem tuã, & redde debitum tuum,& reſponde illi pacificè in manſuetudine. Libera eum qui iniuriam patitur,de manu ſuperbi:& non acidè feras in anima tua.In iudicando eſto pupillis miſericors vt pater,& pro viro matri illorum: & eris tu velut filius altiſsimi obediens, & miſererebitur tui magis quàm mater. Sapientia filijs ſuis vitam inſpirat,& ſuſcipit exquirentes ſe,& præibit in via iuſtitiæ.& qui illam diligit,diligit vitam : & qui vigilauerint ad illam,complectentur placorem eius.Qui tenuerint illam,vitam hæreditabunt:& quò introibit, benedicet Deus. Qui ſeruiunt ei,obſequentes erunt ſancto:& eos qui diligũt illam,diligit Deus. Qui audit illam,iudicabit gentes : & qui intuetur illam,permanebit confidens.Si crediderit ei, hæredi
Iudex ſit miſericors erga pupillos. Sapiẽtiæ cõmoda.
C tabit illam,& erunt in confirmatione creaturæ illorum:quoniam in tentatione ambulat cum eo, & in primis eligit eum. Timorem & metum,& probationem inducet ſuper illum, & illum cruciabit in tribulatione doctrinæ ſuæ,donec tentet eum in cogitationibus ſuis,& credat animæ illius.Et firmabit illum,& iter adducet directũ ad illum,& lętificabit illum, & denudabit abſconſa ſua illi,& theſaurizabit ſuper illum ſcientiam & intellectum iuſtitiæ.Si autem oberrauerit,derelinquet eum,& tradet eum in manus inimici ſui. Fili,conſerua tempus,& deuita à malo. Pro anima tua ne confundaris dicere verum.eſt enim confuſio adducens peccatum, & eſt confuſio adducens gloriam & gratiam. Ne accipias faciem aduerſus faciẽ tuam,nec aduerſus animam tuam mendacium. Ne reuerearis proximum tuum in caſu ſuo:nec retineas ver-
D bum in tempore ſalutis. Non abſcondas ſapientiam tuam in decõre ſuo.In lingua enim ſapientia dignoſcitur: & ſenſus, & ſcientia,& doctrina in verbo ſenſati, & firmamentum in operibus iuſtitiæ. Non contradicas verbo veritatis vllo modo,& de mendacio ineruditionis tuæ confundere. Non confundaris confiteri peccata tua,& ne ſubijcias te omni homini pro peccato.Noli reſiſtere contra faciem potentis, nec conris contra ictum fluuij. Pro iuſtitia agonizare pro anima tua, & vſq; ad mortẽ certa pro iuſtitia, & Deus expugnabit pro te inimicos tuos.Noli citatus eſſe in lingua tua:& inutilis, & remiſſus in operibus tuis. Noli eſſe ſicut leo in domo tua, euertẽs domeſticos tuos,& opprimens ſubiectos tibi.Nõ ſit porrecta manus tua ad accipiendum, & ad dandum collecta. Pro iuſtitia ad mortem vſque certũ dum.

S. MISERICORDIAE obſunt auaritia,cupiditas,concupiſcentia & inconſtantia:ad quam pœnitentia & manſuetudo & prudentia conducunt.

CAPVT V.

A NOli attendere ad poſſeſsiones iniquas,& ne dixeris,Eſt mihi ſufficiens vita. nihil enim proderit in tempore vindictæ & obductionis. Ne ſequaris in fortitudine tua concupiſcentiam cordis tui: & ne dixeris, Quomodo potui?aut quis me ſubijciet propter facta mea?Deus enim vindicans vindicabit. Ne dixeris, Pec- Diuitijs nõ fidendum.
B caui,& quid mihi accidit triſte ? Altiſsimus enim eſt patiens redditor. De propitiato peccato noli eſſe ſine metu,neq; adijcias peccatum ſuper peccatum. Et ne dicas,Miſeratio Domini magna eſt, multitudinis peccatorum meorũ miſerebitur. Miſericordia enim,& ira ab illo cito proximant,& in peccatores reſpicit ira illius.Non tardes conuerti ad Dominum,& ne differas de die in diem ſubito enim veniet ira illius , & in Prouer.10.d
C tempore vindictæ diſperdet te. Noli anxius eſſe in diuitijs iniuſtis.non enim proderunt tibi in die obductionis & vindictæ.Non ventiles te in omnẽ ventum,& non eas in omnem viam. ſic enim omnis peccator probatur in duplici lingua. Eſto firmus in via Domini, & in veritate ſenſus tui & ſcientia,& proſequatur te verbum pacis & iuſtitiæ.Eſto manſue- Prouer.11.d
D tus ad audiendum verbum Dei,vt intelligas:& cum ſapientia proferes reſponſum verũ. Si eſt tibi intellectus,reſponde proximo : ſinautẽ, ſit manus tua ſuper os tuũ , ne capiaris in verbo indiſciplinato,& confundaris. Honor & gloria in ſermone ſenſati,lingua verò imprudentis ſubuerſio eſt ipſius.Non appellẽris ſuſurro in vita tua,& lingua tua ne capiaris, & confundaris. Super furem enim eſt confuſio & pœnitentia,& deuoratio peſsima ſuper bilinguẽ:ſuſurratori autem odiũ,& inimicitia & cõtumelia. Iuſtifica puſillũ,& magnũ ſimiliter.

S. CHARITATI & ueræ amicitiæ obſunt improperium, contumelia,inuidia,& impietas:quam iuuant dulcis loquela,pax,diſcretio,humilitas,fides,Dei timor & ſapientia.

CAPVT VI.

A NOli fieri pro amico inimicus proximo: improperium enim , & contumeliam malus hæreditabit, & omnis peccator inuidus & bilinguis. Non te extollas in cogitatione animæ tuæ, velut taurus: ne fortè elidatur virtus tua per ſtultitiam , & folia tua comedat, & fructus tuos perdat , & relinquaris velut lignum aridum in eremo.anima enim nequam diſperdet qui ſe habet, & in gaudium inimicis dat illum , & deducet in ſortem impiorum.Verbum dulce multiplicat amicos, & mitigat inimicos:& lingua eucharis in bono homine abundat. Multi pacifici ſint tibi, & conſiliarius ſit tibi vnus de mille. Si poſsides amicum,in tentatione poſside eum, & ne facile credas ei teipſum.Eſt enim amicus ſecundum tempus ſuum,& nõ permanebit in die tribulationis. Et eſt amicus qui conuertitur ad inimicitiam : & eſt amicus qui odium & rixam & conui-
B tia denudabit. Eſt autem amicus ſocius menſæ, & non permanebit in die neceſsitatis.Amicus ſi permanſerit fixus, erit tibi quaſi coæqualis , & in domeſticis tuis fiducialiter aget.ſi humiliauerit ſe contra te , & à facie tua abſconderit ſe, vnanimem habebis amicitiam bonam.Ab inimicis tuis ſeparare,& ab amicis tuis attende. Amicus fidelis,protectio fortis : qui autem inuenit illum,inuenit theſaurũ. Amico fideli nulla eſt comparatio,& non eſt digna ponderatio auri & argenti contra bonitatem fidei illius. Amicus fidelis, medicamentũ vitæ & immor

& immortalitatis:& qui metuunt Dominũ,inuenient illum.
Qui timet Deum,æquè habebit amicitiam bonam:quoniam
secundum illum erit amicus illius.Fili,à iuuentute tua exci-
Doctrinam complectendã suadet. pe doctrinam,& vsq; ad canos inuenies sapientiam. Quasi is
qui arat,& qui seminat,accede ad eum, & sustine bonos fru-
ctus illius.in opere enim ipsius exiguũ laborabis,& cito edes
C de generationibus illius. Quàm aspera est nimium sapientia
indoctis hominibus, & non permanebit in illa excors.Quasi
lapidis virtus probatio erit in illis,& non demorabũtur pro-
ijcere illam. Sapientia enim doctrinæ secundum nomen est
eius, & non est multis manifesta. quibus autem cognita est,
permanet vsq; ad conspectum Dei.Audi fili,& accipe consi-
lium intellectus,& ne abijcias cõsilium meum. inijce pedem
tuum in compedes illius,& in torques illius collum tuũ.sub-
ijce humerũ tuum,& porta illã, & ne iacedieris vinculis eius.
In omni animo tuo accede ad illam,& in omni virtute tua cõ-
serua vias eius.Inuestiga illam,& manifestabitur tibi,& con-
tinẽs factus ne derelinquas eam.in nouissimis enim inuenies
requiem in ea,& conuertetur tibi in oblectationem.Et erunt
D tibi compedes eius in protectionem fortitudinis,& basesvir-
tutis,& torques illius in stolam gloriæ. decor enim vitæ est
in illa,& vincula illius alligatura salutaris.Stola gloriæ indues
eam,& coronam gratulationis superpones tibi.Fili, si atten-
deris mihi,disces:& si accommodaueris animũ tuum,sapiens
eris.Si inclinaueris aurem tuam, excipies doctrinam:& si di-
lexeris audire,sapiens eris. In multitudine presbyterorũ pru
dentium sta, & sapientiæ illorum ex corde coniungere,vt
omnẽ narrationẽ Dei possis audire, & prouerbia laudis non
effugiant à te.Et si videris sensatum,euigila ad eum,& gradus
ostiorum illius exterat pes tuus.Cogitatũ tuum habe in pre-
ceptis Dei,& in mandatis illius maxime assiduus esto:& ipse
dabit tibi cor,& concupiscentia sapientiæ dabitur tibi.

S. QVAE uitia congressionibus obsunt,& quæ illi uirtutes conferunt, ut peccatum & confusio uitetur. CAPVT VII.

A NOli facere mala,& non te apprehendent.Di-
scede ab iniquo,& deficient mala abs te. Fili,
nõ semines mala in sulcis iniustitiæ,& nõ me
tes ea in septuplum.Noli quærere ab homine
Nemo coram Deo iustus. ducatũ,neq; à rege cathedram honoris.Nõ te
iustifices ante Deũ,quoniã agnitor cordis ipse est: & penes
regẽ noli velle videri sapiẽs.Noli quærere fieri iudex,nisi va-
leas virtute irrumpere iniquitates:ne fortè extimescas faciem
potentis,& ponas scandalũ in agilitate tua.Nõ pecces in mul
titudinẽ ciuitatis,nec te immittas in populũ, neq; alliges du-
plicia peccata:nec enim in vno eris immunis.Noli esse pusil-
lanimis in animo tuo.Exorare,& facere eleemosynam ne de-
spicias. Ne dicas, In multitudine munerum meorũ respiciet
B Deus,& offerente me Deo altissimo, munera mea suscipiet.
Medacium vitandum. Non irrideas hominem in amaritudine animæ: est enim qui
humiliat & exaltat,circunspector Deus. Noli arare menda-
cium aduersus fratrem tuum:neque in amicum similiter fa-
cias. Noli velle mentiri omne mendacium:assiduitas enim il-
lius non est bona.Noli verbosus esse in multitudine presby-
Laborem præcipit. terorũ,& non iteres verbũ in oratione tua. Non oderis labo-
riosa opera,& rusticationẽ creatam ab altissimo.Non te repu
tes in multitudine indisciplinatorũ.Memento iræ, quoniam
non tardabit. Humilia valde spiritũ tuum:quoniam vindicta
carnis impij,ignis & vermis. Noli præuaricari in amicũ pe-
cuniam differentem,neq; fratrem charissimũ auro spreueris.
Noli discedere à muliere sensata & bona,quam fortitus es in
timore Domini:gratia enim verecundiæ illius super aurum.
C Non lædas seruum in veritate operantem,neq; mercenarium
dantem animam suam. Seruus sensatus sit tibi dilectus quasi
anima tua,non defraudes illum libertate,neque inopem dere
De cura liberorum. linquas illum.Pecora tibi sunt?attende illis : & si sunt vtilia,
perseuerent apud te.Filij tibi sunt?erudi illos,& curua illos à
pueritia eorum.Filiæ tibi sunt?serua corpus illarum, & non
ostendas hilarem faciem tuam ad illas.Trade filiam, & gran-
de opus feceris,& homini sensato da illam.Mulier si est tibi
secundum animam tuam,non proijcias illam : & odibili non
credas te in toto corde tuo. Honora patrem tuum, & gemi- *Supra 3.b*
tus matris tuæ ne obliuiscaris. Memento quoniam nisi per *Tob.4.a*
illos natus non fuisses:& retribue illis, quomodo & illi tibi.
In tota anima tua time Dominum,& sacerdotes illius sancti-
D fica.In omni virtute tua dilige eum qui te fecit : & ministros
eius non derelinquas.Honora Deũ ex tota anima tua, & ho-
norifica sacerdotes,& propurga te cum brachijs.Da illis par- *Leuit.2.a*
tem,sicut mandatum est tibi, primitiarum & purgationis:&
de negligentia tua purga te cum paucis. Datum brachiorum
tuorum & sacrificium sanctificationis offeres Domino,&
initia sanctorum:& pauperi porrige manum tuam, vt perfi-
ciatur propitiatio,& benedictio tua. Gratia datus in conspe-
ctu omnis viuentis,& mortuo non prohibeas gratiam. Non *Afflictis succurrendum.*
desis plorantibus in consolatione,& cum lugentibus ambu-
la.Non te pigeat visitare infirmum:ex his enim in dilectione
firmaberis. In omnibus operibus tuis memorare nouissima *Mat.25.d*
tua,& in æternum non peccabis.

S. CONVERSATIONI inferiorum cum superioribus conducentia & repugnantia.

CAPVT VIII.

A NOn litiges cum homine potente,ne fortè incidas
in manus illius. Non contendas cum viro locu-
plete,ne fortè econtra constituat litem tibi. mul-
tos enim perdidit aurum & argentũ,& vsq; ad cor
regum extendit,& cõuertit.Nõ litiges cum homine lingua-
to,& non strues in ignem illius ligna.Non communices ho-
mini indocto, ne mala de progenie tua loquatur. Ne despi-
cias hominem auertentem se à peccato,neque improperes ei.
memento quoniam omnes in corruptione sumus. Ne sper-
B nas hominẽ in sua senectute:etenim ex nobis senescunt.Noli
de mortuo inimico tuo gaudere:sciens quoniam omnes mo-
rimur,& in gaudium volumus venire.Ne despicias narratio- *Nõ gaudendũ super inimici morte.*
nem presbyterorum sapientium,& in prouerbijs eorum con
uersare.ab ipsis enim disces sapientiam,& doctrinam intelle
ctus,& seruire magnatis sine querela.Nõ te prætereat narra-
tio seniorum,ipsi enim didicerunt à patribus suis. quoniam
C ab ipsis disces intellectũ,& in tẽpore necessitatis dare respon
sum.Non incendas carbones peccatorum arguens eos ,& ne
incendaris flamma ignis peccatorum illorum. Ne contra fa-
ciem stes contumelioso,ne sedeat quasi insidiator ori tuo.No-
li fœnerari homini fortiori te:quòd si fœneraueris,quasi per-
ditum habe.Non spondeas super virtutem tuã : quòd si spo-
ponderis,quasi restituens cogita.Non iudices cõtra iudicem:
quoniam secundũ quod iustum est,iudicat. Cum audace non
D eas in via,ne fortè grauet mala sua in te:ipse enim secundum
volũtatẽ suam vadit,& simul cum stultitia illius peries. Cum
iracundo non facias rixam,& cũ audace non eas in desertum:
quoniam quasi nihil est ante illum sanguis,& vbi non est ad-
iutoriũ,elidet te.Cum fatuis consilũ nõ habeas.nõ enim po-
tuerũt diligere,nisi quæ eis placent. Corã extraneo nõ facies
consiliũ:nescis enim quid pariet. Nõ omni homini cor tuum
manifestes:ne fortè inferat tibi gratiam falsam,& cõuitietur.

S. CONCVPISCENTIAE periculum est omnium mulierum consortium & colloquium, periculum autem amicitiæ est in amicis noxiis, potentibus, iniustis, linguosis,& temerarijs.

CAPVT IX.

A NOn zeles mulierem sinus tui, ne ostendat super
te malitiam doctrinæ nequam. Non des mulieri
potestatem animæ tuæ,ne ingrediatur in virtute
tua,& confundaris. Ne respicias mulierem mul-
tiuolam:ne fortè incidas in laqueos illius. Cum saltatrice ne
assiduus sis:nec audias illam,ne fortè pereas in efficacia illius.

Virginẽ ne conſpicias,ne fortè ſcandalizeris in decôre illius. Ne des fornicarijs animam tuam in vllo:ne perdas te, & hæreditatem tuã.Noli circunſpicere in vicis ciuitatis,ne'oberraueris in platéis illius.Auerte faciem tuam à muliere compta, & ne circunſpicias ſpeciem alienam.propter ſpeciẽ mulieris multi perierunt:& ex hoc concupiſcentia quaſi ignis exardeſcit.Omnis mulier quæ eſt fornicaria, quaſi ſtercus in via ab omnibus prætereuntibus conculcabitur. Speciẽ mulieris alienæ multi admirati reprobi facti ſunt. colloquium enim illius quaſi ignis exardeſcit. Cum aliena muliere non ſedeas omnino,nec accumbas cum ea ſuper cubitum:& non alterceris cum illa in vino,ne fortè declinet cor tuum in illam,& ſanguine tuo labaris in perditionem. Ne derelinquas amicum antiquum,nouus enim non erit ſimilis illi. Vinum nouum, amicus nouus : veteraſcet, & cum ſuauitate bibes illud. Non zeles gloriam,& opes peccatoris : non enim ſcis quæ futura ſit illius ſubuerſio.Non placeat tibi iniuria iniuſtorum, ſciẽs quoniam vſque ad inferos non placebit impius. Lõge abeſto ab homine poteſtatem habente occidendi,& non ſuſpicaberis timorem mortis.& ſi acceſſeris ad illum,noli aliquid committere,ne fortè auferat vitam tuam.Communionem mortis ſcito:quoniam in medio laqueorum ingrederis,& ſuper dolentium arma ambulabis.Secundum virtutem tuam caue te à proximo tuo,& cum ſapientibus & prudentibus tracta.Viri iuſti ſint tibi conuiuæ,& in timore Dei ſit tibi gloriatio,& in ſenſu ſit tibi cogitatus Dei,& omnis enarratio tua in præceptis Altiſsimi.In manu artificum opera laudabũtur,& principes populi in ſapientia ſermonis ſui, in ſenſu verò ſeniorum verbum.Terribilis eſt in ciuitate ſua homo linguoſus: & temerarius in verbo ſuo odibilis erit.

Quales cõuiuæ eſſe debeant.

S. Ad idoneum rectorem ſpectant ſapientia, potentia, iuſtitia, humilitas, timor Dei, & manſuetudo: contraria verò illarum ipſum rectorem ſubuertunt. CAPVT X.

Stabilimentum regni, rex ſapiens.

IVdex ſapiens iudicabit populum ſuum, & principatus ſenſati ſtabilis erit. Secundum iudicem populi,ſic & miniſtri eius:& qualis rector eſt ciuitatis,tales & inhabitantes in ea. Rex inſipiens perdet populum ſuum:& ciuitates inhabitabuntur per ſenſum prudentium.In manu Dei poteſtas terræ:& execrabilis omnis iniquitas gentium,& vtilem rectorẽ ſuſcitabit in tempus ſuper illam.In manu Dei poteſtas hominis, & ſuper faciem ſcribæ imponet honorem ſuum. Omnis iniuriæ proximi ne memineris,& nihil agas in operibus iniuriæ. Odibilis coram Deo eſt & hominibus ſuperbia:& execrabilis omnis iniquitas gentium. Regnum à gente in gentem transfertur propter iniuſtitias, & iniurias, & contumelias, & diuerſos dolos.Auaro autem nihil eſt ſceleſtius. Quid ſuperbit terra & cinis?Nihil eſt iniquius,quàm amare pecuniam. hic enim & animam ſuam venalem habet:quoniam in vita ſua proiecit intima ſua. Omnis potentatus, breuis vita. Languor prolixior grauat medicum. Breuem languorem præcîdit medicus:ſic & rex hodie eſt,& cras morietur. Cum enim morietur homo, hæreditabit ſerpentes, & beſtias, & vermes. Initium ſuperbiæ hominis,apoſtatare à Deo: quoniam ab eo qui fecit illum,receſsit cor eius,quoniam initium omnis peccati eſt ſuperbia.qui tenuerit illam,adimplebitur maledictis, & ſubuertet eum in finem. Propterea exhonorauit Dominus conuentus malorum,& deſtruxit eos vſque in finem.Sedes ducum ſuperborum deſtruxit Deus,& ſedere fecit mites pro eis.Radices gentium,ſuperbarum arefecit Deus,& plantauit humiles ex ipſis gentibus.Terras gentiũ euertit Dominus,& perdidit eas vſq; ad fundamentum. Arefecit Deus ex ipſis,& diſperdidit eos, & ceſſare fecit memoriam eorum à terra.Memoriam ſuperborum perdidit Deus,& reliquit memoriam humilium ſenſu.Nõ eſt creata hominibus ſuperbia: neq; iracundia nationi mulierum. Semen hominum honorabitur hoc,quòd timet Deum:ſemen autem hoc exhonorabitur, quòd præterit mandata Domini. In medio fratrum rector illorum in honore : & qui timent Dominum, erunt in oculis illius. Gloria diuitum, honoratorum, & pauperum, timor Dei eſt:non deſpicere hominem iuſtum pauperem, & non magnificare virum peccatorem diuitem. Magnus eſt iudex,& potens eſt in honore : & non eſt maior illo qui timet Deum.Seruo ſenſato liberi ſeruient: & vir prudens & diſciplinatus non murmurabit correptus,& inſcius non honorabitur. Noli extollere te in faciendo opere tuo,& noli cũctari in tempore anguſtiæ.Melior eſt qui operatur, & abundat in omnibus,quàm qui gloriatur,& eget pane.Fili mi,in manſuetudine ſerua animam tuam , & da illi honorem ſecundum meritum ſuum.Peccantem in animam ſuam quis iuſtificabit? & quis honorificabit exhonorantem animam ſuam? Pauper gloriatur per diſciplinam & timorem ſuum:& eſt homo qui honorificatur propter ſubſtantiam ſuam.Qui autem gloriatur in paupertate,quanto magis in ſubſtantia? Et qui gloriatur in ſubſtantia,paupertatem vereatur.

Timor Domini.

Seruus ſenſatus.

Prou.17.d

Labor cõmendatur.

Prouer.12.b

Gloria in tribulatione.

S. Qvae ſapientem decent, & quæ dedecent: ſequenda quæ ſint, & quæ fugienda. CAPVT XI.

SApientia humiliati exaltabit caput illius, & in medio magnatorum cõſedere illum faciet. Non laudes virum in ſpecie ſua, neque ſpernas hominem in viſu ſuo . breuis in volatilibus eſt apis , & initium dulcoris habet fructus illius. In veſtitu ne glorieris vnquam,nec in die honoris tui extollaris: quoniam mirabilia opera Altiſsimi ſolius,& glorioſa,& abſcõſa,& inuiſa opera illius. Multi tyranni ſederunt in throno,& inſuſpicabilis portauit diadema. Multi potentes oppreſsi ſunt valide, & glorioſi traditi ſunt in manus alterorum. Priuſquam interroges, ne vituperes quenquam:& cum interrogaueris,corripe iuſtè. Priuſquam audias ne reſpõdeas verbum,& in medio ſermonum ne adijcias loqui. De ea re,quæ te non moleſtat, ne curioſus fueris:& in iudicio peccantium ne conſiſtas. Fili, ne in multis ſint actus tui : & ſi diues fueris, non eris immunis à delicto. ſi enim ſecutus fueris,non apprehendes:& non effugies,ſi præcucurreris.Eſt homo laborãs,& feſtinãs,& dolens impius,& tanto magis non abundabit. Eſt homo marcidus egens recuperatione,plus deficiens virtute , & abundans paupertate,& oculus Dei reſpexit illum in bono,& erexit eũ ab humilitate ipſius,& exaltauit caput:& mirati ſunt in illo multi, & honorauerunt Deum. Bona & mala,vita & mors,paupertas & honeſtas,à Deo ſunt.Sapiẽtia & diſciplina, & ſciẽtia legis apud Deũ. Dilectio,& viæ bonorũ apud ipſum. Error & tenebræ peccatoribus cõcreata ſunt:qui autem exultant in malis,conſeneſcunt in malo.Datio Dei permanet iuſtis, & profectus illius ſucceſſus habebit in æternũ. Eſt qui locupletatur parcè agendo,& hæc eſt pars mercedis illius in eo quòd dicit,Inueni requiem mihi,& nunc manducabo de bonis meis ſolus.& neſcit quòd tempus prætereat,& mors appropinquet,& relinquat omnia alijs,& morietur. Sta in teſtamento tuo,& in illo colloquere,& in opere mandatorum tuorum veteraſce.Ne manſeris in operibus peccatorum. Confide autem in Deo,& mane in loco tuo. Facile eſt enim in oculis Dei ſubito honeſtare pauperẽ.Benedictio Dei in mercedem iuſti feſtinat,& in honore veloci proceſſus illius fructificat. Ne dicas, Quid eſt mihi opus,& quæ erunt mihi ex hoc bona? Ne dicas,Sufficiens mihi ſum:& quid ex hoc peſsimabor? In die bonorũ ne immemor ſis malorum , & in die malorũ non immemor ſis bonorum:quoniã facile eſt coram Deo in die obitus retribuere vnicuique ſecundum vias ſuas. Malitia horæ obliuionem facit luxuriæ magnæ, & in fine hominis denudatio operũ illius. Ante mortem ne laudes hominem quenquam,quoniam in filijs ſuis agnoſcitur vir. Non omnem hominem inducas in domum tuam. multæ enim ſunt inſidiæ doloſi.

De iudicio temerario.

Prouer.18.c

Dives delicto nõ caret.

Luc.12.c

Infra 16.d

doloſi. Sicut enim eructant præcordia fœtentium, & ſicut perdix inducitur in caueam, & vt caprea in laqueum: ſic & cor ſuperborum, & ſicut proſpector videns caſum proximi ſui. Bona enim in mala cõuertens inſidiatur, & in electis imponet maculã. A ſcintilla enim vna augetur ignis, & ab vno doloſo augetur ſanguis: homo verò peccator ſanguini inſidiatur. Attende tibi à peſtifero, fabricat enim mala: ne fortè inducat ſuper te ſubſannationem in perpetuum. Admitte ad te alienigenam, & ſubuertet te in turbine, & abalienabit te à vijs proprijs.

S. QVIBVS *eleemoſyna danda ſit, & in quibus ſit agnoſcendus inimicus, & item uitandus.* CAPVT XII.

A SI bene feceris, ſcito cui feceris, & erit gratia in bonis tuis multa. Benefac iuſto, & inuenies retributionem magnam: & ſi non ab ipſo, certè à Domino. Non eſt enim ei bene qui aſſiduus eſt in malis, & eleemoſynas non danti: quoniam & altiſſimus odio habet peccatores, & miſertus eſt pœnitẽtibus. Da miſericordi, & ne ſuſcipias peccatorem: & impijs, & peccatoribus redde vindictam, cuſtodiens eos in diem vindictæ. Da bono, & nõ
B receperis peccatorem. Benefac humili, & non dederis impio. Prohibe panes illi dare, ne in ipſis potentior te ſit. nam duplicia mala inuenies in omnibus bonis, quæcunq; feceris illi: quoniã & altiſsimus odio habet peccatores, & impijs reddet vindictam. Non agnoſcetur in bonis amicus, & non abſcondetur in malis inimicus. In bonis viri, inimici illius: in triſtitia, & in malitia illius, amicus agnitus eſt. Non credas inimico tuo in æternum. ſicut enim æramentum, æruginat nequitia illius. & ſi humiliatus vadat curuus, adijce animum tuum,
C & cuſtodi te ab illo. Non ſtatuas illum penes te, nec ſedeat ad dexteram tuam, ne conuerſus ſtet in loco tuo: ne fortè conuerſus in locum tuum, inquirat cathedram tuam, & in nouiſſimo cognoſcas verba mea, & in ſermonibus meis ſtimuleris. Quis miſerebitur incãtatori à ſerpente percuſſo, & omnibus qui appropriant beſtijs? ſic & qui comitatur cum viro iniquo, & obuolutus eſt in peccatis eius. Vna hora tecũ per-
D manebit: ſi autem declinaueris, non ſupportabit. In labijs ſuis indulcat inimicus, & in corde ſuo inſidiatur, vt ſubuertat te in foueam. In oculis ſuis lachrymatur inimicus: & ſi inuenerit tempus, non ſatiabitur ſanguine. & ſi incurrerint tibi mala, inuenies eum illic priorem, & quaſi adiuuans ſuffodiet plantas tuas. Caput ſuum mouebit, & plaudet manu, & multa ſuſurrans commutabit vultum ſuum.

S. CONSORTIA *periculoſa quæ ſint, & quæ ſequenda.* CAPVT XIII.

A QVi tetigerit picẽ, inquinabitur ab ea: & qui communicauerit ſuperbo, induet ſuperbiã. Pondus ſuper ſe tollet, qui honeſtiori ſe cõmunicat. Et ditiori te ne ſocius fueris. Quid communicabit cacabus ad ollam? quando enim ſe colliſerint, confringetur. Dives iniuſtè egit, & fremet: pauper autem læſus tacebit. Si largitus fueris, aſſumet te: & ſi non habueris, derelinquet te. Si habes, cõuiuet tecũ, & euacuabit te, & ipſe nõ dolebit ſuper te. Si neceſſarius illi fueris, ſupplantabit te, & ſubridens ſpem dabit narrans tibi omnia bona, & dicet, Quid opus eſt tibi? Et confundet te in cibis ſuis, donec te inaniat bis, & ter: & in nouiſsimo deridebit te. poſtea videns derelinquet te, &
B caput ſuũ mouebit ad te. Humiliare Deo, & expecta manus eius. Attende, ne ſeductus in ſtultitia humilieris. Noli eſſe humilis in ſapientia tua, ne humiliatus in ſtultitiam ſeducaris. Aduocatus à potentiore diſcede, ex hoc enim magis te aduocabit. Ne improbus ſis, ne impingaris: & ne longe ſis ab eo, ne eas in obliuionem. Ne retineas ex æquo loqui cũ illo: nec credas multis verbis illius. ex multa enim loquela tentabit te, & ſubridens interrogabit te de abſconditis tuis. Immitis animus illius conſeruabit verba tua, & non parcet de malitia, &
C de vinculis. Caue tibi, & attende diligenter auditui tuo: quoniam cum ſubuerſione tua ambulas. Audiens verò verba illa, quaſi in ſomnis vide: & vigilabis. Omni vita tua dilige Deũ, & inuoca illum in ſalute tua. Omne animal diligit ſimile ſibi: ſic & omnis homo proximũ ſibi. Omnis caro ad ſimilẽ ſibi cõiungetur, & omnis homo ſimili ſui ſociabitur. Si cõmunicabit lupus agno aliquãdo: ſic peccator iuſto. Quæ cõmuni-
D catio ſancto homini ad canem? aut quæ pars bona diuiti ad pauperẽ? Venatio leonis onager in eremo: ſic & paſcua diuitum ſunt pauperes. Et ſicut abominatio eſt ſuperbo humilitas: ſic & execratio diuitis pauper. Dives cõmotus confirmatur ab amicis ſuis: humilis autẽ cum ceciderit, expelletur & à notis. Diuiti decepto multi recuperatores: locutus eſt ſuperba, & iuſtificauerunt illũ. humilis deceptus eſt, inſuper & arguitur: locutus eſt ſenſate, & nõ eſt datus ei locus. Dives locutus eſt, & omnes tacuerũt, & verbũ illius vſq; ad nubes perducent. pauper locutus eſt, & dicũt, Quis eſt hic? Et ſi offenderit, ſubuertunt illũ. Bona eſt ſubſtãtia, cui non eſt peccatũ in cõſcientia, & nequiſsima paupertas in ore impij. Cor hominis immutat faciẽ illius, ſiue in bona, ſiue in mala. Veſtigium cordis boni, & faciẽ bonam difficile inuenies, & cum labore.

S. QVID *ad acquirendam ſapientiam maximè conducat, & quid noceat.* CAPVT XIIII.

A BEatus vir qui non eſt lapſus verbo ex ore ſuo, & nõ eſt ſtimulatus in triſtitia delicti. Felix qui nõ habuit animi ſui triſtitiã, & non excidit à ſpe ſua. Viro cupido & tenaci, ſine ratione eſt ſubſtãtia, & homini liuido ad quid aurum? Qui aceruat ex animo ſuo iniuſtè, alijs cõgregat, & in bonis illius luxuriabitur. Qui ſibi nequã eſt, cui alij bonus erit? & nõ iucũdabitur in bonis ſuis. Qui ſibi inuidet, nihil eſt illo nequius, & hæc redditio eſt ma
B litiæ illius: & ſi bene fecerit, ignorãter, & non volens facit, & in nouiſsimo manifeſtat malitiã ſuam. Nequam eſt oculus liuidi, & auertens faciem ſuam, & deſpiciens animã ſuam. Inſatiabilis oculus cupidi in parte iniquitatis: non ſatiabitur, donec conſumat arefaciens animã ſuam. Oculus malus ad mala: & non ſatiabitur pane indigens, & in triſtitia erit ſuper menſam ſuam. Fili, ſi habes, bene fac tecum, & Deo dignas oblationes offer. Memor eſto quoniam mors non tardat, & teſtamentum inferorũ quia demonſtratum eſt tibi: teſtamentum enim huius mũdi morte morietur. Ante mortẽ benefac amico tuo, & ſecundum vires tuas exporrigens da pauperi. Non
C defrauderis à die bono, & particula bonæ diei non te prætereat. Nónne alijs relinques dolores, & labores tuos? In diuiſione ſortis da, & accipe, & iuſtifica animã tuam. Ante obitum tuum operare iuſtitiã, quoniam nõ eſt apud inferos inuenire cibum. Omnis caro ſicut fœnum veteraſcet, & ſicut foliũ fructificans in arbore viridi. Alia generantur, & alia deijciuntur: ſic generatio carnis & ſanguinis, alia finitur, & alia naſcitur. Omne opus corruptibile in fine deficiet: & qui illud operatur, ibit cum illo. Et omne opus electum iuſtificabitur: & qui operatur illud, honorabitur in illo. Beatus vir, qui in ſapiẽtia
D morabitur: & qui in iuſtitia ſua meditabitur, & in ſenſu ſuo cogitabit circunſpectionem Dei. Qui excogitat vias illius in corde ſuo, & in abſconſis ſuis intelligens, vadens poſt illam quaſi inueſtigator, & in vijs illius conſiſtens: qui reſpicit per feneſtras illius, & in ianuis illius audiens: qui requieſcit iuxta domum illius, & in parietibus illius figens palum: Statuet caſulam ſuam ad manus illius, & requieſcent in caſula illius bona per æuum: ſtatuet filios ſuos ſub tegmine illius, & ſub ramis eius morabitur: protegetur ſub tegmine illius à feruore, & in gloria eius requieſcet.

Prouer. 27 c

Supra 44
Tob. 4 b

Eſa. 40 b
Iaco. 1 b
1. Pet. 1 d

S. QVI *ſint ad ſcientiam acquirendam aptiores, & quis potior fructus eius.* CAPVT XV.

A QVi timet Deum,faciet bona:& qui continens eſt iuſtitiæ,apprehendet illam, & obuiabit illi quaſi mater honorificata, & quaſi mulier à virginitate ſuſcipiet illum. Cibabit illũ pane vitæ, & intellectus,& aqua ſapiẽtiæ ſalutaris potabit illum,& firmabitur in illo,& non flectetur:& continebit illum ,& nõ confundetur:
B & exaltabit illum apud proximos ſuos, & in medio eccleſiæ aperiet os eius,& adimplebit illũ ſpiritu ſapientiæ & intellectus,& ſtola gloriæ veſtiet illum. Iucunditatem & exultationem theſaurizabit ſuper illum, & nomine æterno hæreditabit illum. Homines ſtulti non apprehendent illam, & homines ſenſati obuiabunt illi. homines ſtulti non videbunt eam, longe enim abeſt à ſuperbia & dolo:viri mendaces non erunt illius memores, & viri veraces inuenientur in illa, & ſucceſſum habebunt vſq; ad inſpectionẽ Dei. Non eſt ſpecioſa laus
C in ore peccatoris: quoniã à Deo profecta eſt ſapiẽtia. ſapientiæ enim Dei aſtabit laus,& in ore fideli abundabit,& dominator dabit eam illi. Non dixeris, Per Deum abeſt. quæ enim odit ne feceris. Non dicas, Ille me implanauit: non enim neceſſarij ſunt ei homines impij. Omne execramentum erroris odit Dominus,& non erit amabile timentibus eum. Deus ab initio conſtituit hominem,& reliquit illum in manu conſilij
Matt.19.c ſui. Adiecit mandata,& præcepta ſua. ſi volueris mandata ſer-
D uare,conſeruabunt te, & in perpetuum fidem placitam ſer-
Iere.21.c uare. Appoſuit tibi aquam & ignem: ad quod volueris, porrige manum tuam. Ante hominem vita & mors: bonum & malum, quod placuerit ei, dabitur illi: quoniam multa ſapientia Dei,& fortis in potentia, videns omnes ſine intermiſſio-
Pſal.33.c ne. Oculi Domini ad timentes eum,& ipſe agnoſcit omnem
Hebr.4.c operam hominis. Nemini mandauit impiè agere, & nemini dedit ſpatium peccãdi. non enim concupiſcit multitudinem filiorum infidelium & inutilium.

S. NON lætandum eſt in filijs impijs,nec propriæ eſt uirtuti fidendum: ſed Dei ultio eſt timenda, qui multitudinem infidelium, & inutilium filiorum reſpuit. CAPVT XVI.

A NE iucũderis in filijs impijs,ſi multiplicẽtur: nec oblecteris ſuper ipſos,ſi nõ eſt timor Dei in illis. Nõ credas vitæ illorũ,& ne reſpexeris in labores eorũ. Meliot eſt enim vnus timens Deũ, quàm mille filij impij. Et vtile eſt mori ſine filijs,quàm relinquere filios impios. Ab vno ſenſato inhabitabitur patria,& à tribus impijs deſeretur. Multa talia vidit ocu
Infra 21.b lus meus,& fortiora his audiuit auris mea. In ſynagôga peccantiũ exardebit ignis,& in gente incredibili exardeſcet ira. Nõ exorauerũt pro peccatis ſuis antiqui gigãtes, qui deſtructi ſunt cõfidentes ſuæ virtuti:& nõ pepercit peregrinationi
B illorũ,& execratus eſt eos præ ſuperbia verbi illorũ. Nõ miſertus eſt illis gentẽ totã perdens,& extollentẽ ſe in peccatis ſuis. Et ſicut ſexcẽta millia peditũ qui cõgregati ſunt in duritia cordis ſui:& ſi vnus fuiſſet ceruicatus,mirũ ſi fuiſſet immunis,miſericordia enim & ira eſt cum illo. Potens exoratio, & effundens irã ſecundũ miſericordiã ſuã:ſic & correptio illius hominẽ ſecundum opera ſua iudicat. Non effugiet in rapina peccator,& non retardabit ſufferẽtia miſericordiã facientis. Omnis miſericordia faciet locũ vnicuiq; ſecundum meritum operũ ſuorum,& ſecundũ intellectũ peregrinationis ipſius. Non dicas,A Deo abſcondar,& ex ſummo quis mei memo-
C rabitur? in populo magno non agnoſcar: quæ eſt enim anima mea in tam immenſa creatura? Ecce,cœlũ,& cœli cœlorum, abyſſus & vniuerſa terra,& quæ in eis ſunt,in cõſpectu illius commouebuntur,montes ſimul,& colles,& fundamenta terræ:& cum conſpexerit illa Deus,tremore cõcutientur. Et in omnibus his inſenſatũ eſt cor:& omne cor intelligitur ab illo:& vias illius qui intelligit,& procellam quam nec oculus videbit hominis? Nam plurima illius opera ſunt in abſconſis: ſed opera iuſtitiæ eius quis enuntiabit? aut quis ſuſtinebit? Longè enim eſt teſtamentum à quibuſdam, & interrogatio
D omnium in conſummatione eſt. Qui minoratur corde, cogitat inania:& vir imprudens & erans cogitat ſtulta. Audi me fili,& diſce diſciplinã ſenſus,& in verbis meis attende in corde tuo,& dicam in æquitate diſciplinã, & ſcrutabor enarrare ſapientiam,& in vetbis meis attende in corde tuo, & dico in æquitate ſpiritus virtutes quas poſuit Deus in opera ſua ab initio,& in veritate enuntio ſcientiã eius. In iudicio Dei opera eius ab initio,& ab inſtitutione ipſorũ diſtinxit partes illorum,& initia eorũ in gentibus ſuis. Ornauit in æternũ opera illorum,nec eſurierunt,nec laborauerũt, & nõ deſtiterunt ab operibus ſuis. Vnuſquiſque proximum ſibi nõ anguſtiabit vſque in æternum. Non ſis incredibilis verbo illius. Poſt hæc Deus in terram reſpexit,& impleuit illam bonis ſuis. Anima autem omnis vitalis denuntiabit ante faciem ipſius,& in ipſa iterum reuerſio illorum.

S. DEVS primis parentibus formatis dona contulit & præcepta, atque poſteris ſuis, ſicut & peccatorum notitiam, quibus agnitis ipſi agerent pœnitentiam.

CAPVT XVII.

A DEus creauit de terra hominem,& ſecundum imaginem ſuam fecit illum. Et iterum conuertit illum in ipſam, & ſecundũ ſe veſtiuit illum virtute. Numerum dierum & tempus dedit illi, & dedit poteſtatem eorum quæ ſunt ſuper terram. Poſuit timorem illius ſuper omnem carnem,& dominatus eſt beſtiarum & volatilium: Creauit ex ipſo adiutorium ſimile ſibi, conſi- Gene.2.d
lium & linguam:& oculos,& aures,& cor dedit illis excogitandi:& diſciplina intellectus repleuit illos. Creauit illis ſcientiam ſpiritus,& ſenſu impleuit cor illorum, & mala & bona
B oſtendit illis. Poſuit oculum ſuum ſuper corda illorũ oſtendere illis magnalia operum ſuorum, vt nomen ſanctificationis collaudent: & gloriari in mirabilibus illius, vt magnalia enarrent operum eius. Addidit illis diſciplinam,& legem vitæ hæreditauit illos. Teſtamentum æternum conſtituit cum illis,& iuſtitiam & iudicia ſua oſtendit illis. Et magnalia honoris eius vidit oculus illorum, & honorem vocis audierunt aures illorũ,& dixit illis, Attendite ab omni iniquo. Et mandauit illis vnicuiq; de proximo ſuo. Viæ illorum,coram illo ſunt ſemper,& non ſunt abſconſæ ab oculis ipſius. In vnamquanq; gentem præpoſuit rectorem: & pars Dei Iſrael facta eſt manifeſta. Et omnia opera illorũ velut in conſpectu Dei:
C & oculi eius ſine intermiſsione inſpicientes in vijs eorũ. Non ſunt abſconſa teſtamẽta propter iniquitatẽ illorũ, & omnes Infra 23.c
iniquitates eorũ in cõſpectu Dei. Eleemoſyna viri quaſi ſaculus cũ ipſo,& gratiã hominis quaſi pupillã conſeruabit:& poſtea reſurget,& retribuet illis retributionẽ, vnicuiq; in caput ipſorũ,& cõuertet in inferiores partes terræ. Pœnitentibus autẽ dedit viam iuſtitiæ,& cõfirmauit deficiẽtes ſuſtinere,& deſtinauit illis ſortẽ veritatis. Cõuertere ad Dominũ,& relinque peccata tua: precare ante faciem Domini,& minue offendicula. Reuertere ad Dominũ, & auertere ab iniuſtitia tua,& nimis odito execrationem:& cognoſce iuſtitias & iudicia Dei,& ſta in ſorte propoſitionis,& orationis altiſſimi
D Dei. In partes vade ſeculi ſancti,cũ viuis & dantibus confeſſionem Deo. Non demoreris in errore impiorũ,*ante mortẽ confitere.. A mortuo quaſi nihil perit confeſsio. Confiteberis viuens,viuus & ſanus confiteberis, & laudabis Deum,& gloriaberis in miſerationibus illius. Quàm magna miſericordia Domini,& propitiatio illius conuertentibus ad ſe? Nec enim omnia poſſunt eſſe in hominibus, quoniam nõ eſt immortalis filius hominis, & in vanitate malitiæ placuerunt. Quid lucidius ſole? & hic deficit. Aut quid nequius, quàm quòd excogitaut caro,& ſanguis? & hoc arguitur. Virtutem altitudinis cœli ipſe cõſpicit:& omnes homines terra & cinis.

S. INAESTIMABILIS *Dei uirtus & pietas in homines & illorum miseria, atq; in proximum defectus, ut homini sit prouidentia, & iudicij memoria, atq; oratio assidua.*

CAPVT XVIII.

A QVi uiuit in æternũ, creauit omnia simul. Deus solus iustificabitur, & manet inuictus rex in æternũ. Quis sufficit enarrare opera illius? Quis enim inuestigabit magnalia eius? Virtutẽ autẽ magnitudinis eius quis enuntiabit? aut quis adijci et enarrare misericordiã eius? Non est minuere, neq; adijcere, nec est inuenire magnalia Dei. Cum consummauerit homo, tunc incipiet: & cum quieuerit, operabitur. Quid est homo, & quæ est gratia illius? & quid est bonũ, aut quid nequã illius? Numerus dierũ
psal.89 c hominũ, vt multũ centum anni: quasi guttæ aquæ maris deputati sunt: & sicut calculus arenæ, sic exigui anni in die æui.
Propter hoc patiẽs est Deus in illis, & effundit super eos mi
B sericordiã suã. Vidit præsumptionẽ cordis eorũ quoniã mala est, & cognouit subuersionẽ illorum quoniã nequam est. ideò adimpleuit propitiationem suam in illis, & ostendit eis viam æquitatis. Miseratio hominis circa proximũ suum: misericordia autẽ Dei super omnem carnẽ. Qui misericordiam habet, docet, & erudit quasi pastor gregẽ suũ. Miseretur excipiẽtis doctrinã miserationis, & qui festinat in iudicijs eius. Fili, in bonis nõ des querelam, & in omni dato non des tristitiam verbi mali. Nónne ardorẽ refrigerabit ros? sic & verbum melius, quàm datũ. Nónne ecce verbũ super datum bonũ? &
C vtraq; cum homine iustificato. Stultus acriter improperabit, & datus indisciplinati tabescere facit oculos. Ante iudicium para iustitiam tibi, & antequam loquaris disce. Ante languorem adhibe medicinam, & ante iudiciũ interroga teipsum, & in conspectu Dei inuenies propitiationem. Ante languorem humilia te, & in tempore infirmitatis ostende conuersationẽ tuam. Non impediaris orare semper, & ne verearis vsque ad
Luce 18 d mortẽ iustificari: quoniã merces Dei manet in æternũ. Ante
1 Thess.5 d orationẽ præpara animam tuam, & noli esse quasi homo qui
supra 7 b tentat Deum. Memẽto iræ in die cõsummationis, & tempus
D retributionis in conuersione faciei. Memento paupertatis in
supra 11 c tempore abundantiæ, & necessitatem paupertatis in die diuitiarum. A mane vsq; ad vesperã immutabitur tempus, & hæc omnia citata in oculis Dei. Homo sapiens in omnibus metuet, & in diebus delictorũ attendet ab inertia. Omnis astutus agnoscit sapientiã, & inuenienti eam dabit confessionẽ. Sensati in verbis & ipsi sapiẽter egerunt, & intellexerũt veritatẽ,
Rom.13 d & iustitiã, & imploraverũt prouerbia & iudicia. Post cõcupiscentias tuas non eas, & à voluntate tua auertere. Si præstes animæ tuæ cõcupiscentias eius, faciet te in gaudium inimicis tuis. Ne oblecteris in turbis: nec immodicis. assidua enim est cõmissio illorũ. Ne fueris mediocris in cõtentione ex fœnore, & non est tibi nihil in seculo: eris enim inuidus vitæ tuæ.

S. SECRETA *non temerè ebrijs & fornicarijs aperienda, correptio non negligenda, & scientia est discernenda.*

CAPVT XIX.

A PErarius ebriosus non locupletabitur: & qui spernit modica, paulatim decidet. Vinum & mulieres apostatare faciunt sapiẽtes, & arguent sensatos: & qui se iungit fornicarijs, erit nequam. putredo & vermes hæreditabũt illũ, & extolletur in exemplũ maius, & tolletur de numero anima eius. Qui credit cito, leuis corde minorabitur: & qui delinquit in animã suam, iusuper habebitur. Qui gaudet iniquitate, denotabitur: & qui odit correptionẽ, minuetur vita: & qui odit loquacitatẽ, extinguit malitiã. Qui peccat in animã suã, pœnitebit: & qui iucundatur in malitia, denotabitur. Ne iteres verbũ nequam & durũ, & nõ minora-
B beris. A mico & inimico noli narrare sensum tuũ: & si est tibi delictũ, noli denudare. audiet enim te, & custodiet te, & quasi defenderis peccatũ odiet te, & sic aderit tibi semper. Audisti verbũ aduersus proximũ tuum? cõmoriatur in tẽ, fidens quoniam non te dirumpet. A facie verbi parturit fatuus, tanquam gemitus partus infantis. Sagitta infixa femori canis, sic verbũ Leuit. 19 d
in corde stulti. Corripe amicũ, ne fortè nõ intellexerit, & di- Matth. 18 b
C cat, Non feci: aut si fecerit, ne iterũ addat facere. Corripe pro- Luce 17 a
ximũ, ne fortè nõ dixerit: & si dixerit, ne forrè iteret. Corripe amicum: sæpe enim fit commissio, & nõ omni verbo credas. est qui labitur lingua sua, sed non ex animo. Quis est enim, qui nõ deliquerit in lingua sua? Corripe proximũ antequam comminẽris. Et da locũ timori Altissimi: quia omnis sapiẽtia timor Dei, & in illa timere Deũ, & in omni sapientia dispositio legis. Et non est sapientia nequitiæ disciplina: & non est cogitatus peccatorũ prudentia. Est nequitia, & ipsa execra-
D tio: & est insipiens, qui minuitur sapientia. Melior est homo qui minuitur sapientia, & deficiẽs sensu in timore Dei, quàm qui abundat sensu, & transgreditur legem Altissimi. Est solertia certa, & ipsa iniqua. Et est qui emittit verbum certum enarrans veritatem. Est qui nequiter humiliat se, & interiora eius plena sunt dolo, & est iustus qui se nimium submittit à multa humilitate: & est iustus qui inclinat faciẽ suam, & fingit se nõ videre quod ignoratum est: & si ab imbecillitate virium vetetur peccare, si inuenerit tempus malefaciendi, malefaciet. Ex visu cognoscitur vir, & ab occursu faciei cognoscitur sensatus. Amictus corporis, & risus dentium, & ingressus hominis enuntiant de illo. Est correptio mendax in ira contumelioſi: & est iudicium, quod non probatur esse bonum: & est tacens, & ip se est prudens.

S. MODVS *corripiendi proximum, uitandi stultum, & conuersandi cum magnatibus.* CAPVT XX.

A QVàm bonũ est arguere, quàm irasci: & confitentem in oratione non prohibere. Concupiscentia spadonis deuirginauit iuuenculam: sic qui facit per viam iudiciũ iniquum. Quàm bonũ est corre ptum manifestare pœnitentiã: sic enim effugies voluntarium peccatũ. Est tacens, qui inuenitur sapiens: & est odibilis, qui procax est ad loquendũ. Est autẽ tacens, non habens sensum loquelæ: & est tacens sciens tẽpus apti tẽporis. Homo sapiẽs tacebit vsq; ad tempus: lasciuus autẽ, & imprudens nõ seruabit tempus. Qui multis vtitur verbis, lædet animam suam: & qui potestatẽ sibi sumit iniustè, odietur. Est processio in ma-
B lis viro indisciplinato, & est inuentio in detrimentũ. Est datum quod non est, vtile: & est datũ, cuius retributio duplex. Est propter gloriam minoratio: & est qui ab humilitate leua bit caput. Est qui multa redimat modico pretio, & restituens ea in septuplũ. Sapiens in verbis seipsum amabilem facit: gratiæ autem fatuorũ effundentur. Datus insipiẽtis non erit vtilis tibi: oculi enim illius septemplices sunt. exigua dabit, & multa improperabit: & apertio oris illius inflãmatio est. Ho-
die fœneratur quis, & cras expetit, & odibilis est homo huiusmodi. Fatuo nõ erit amicus, & nõ erit gratia in bonis illius.
C qui enim edunt panem illius: falsæ linguæ sunt. Quoties, & quanti irridebunt eum? Neq; enim quod habendum erat, directo sensu distribuit: similiter & quod non erat habendum. Lapsus falsæ linguæ, quasi qui in pauimento cadens: sic casus malorum festinanter venient. Homo acharis quasi fabula vana, & in ore indisciplinatorum assidua erit. Ex ore fatui reprobabitur parabola: non enim dicit illam in tempore suo. Est qui vetatur peccare præ inopia, & in requie sua stimulabitur. Est qui perdet animam suam præ confusione, & ab imprudenti persona perdet eam: personæ autem acceptione perdet se. Est qui præ confusione promittit amico, & lucra-
D tus est eum inimicum gratis. Opprobrium nequam in homine mendacium, & in ore indisciplinatorum assidue erit. Potior fur quàm assiduitas viri mendacis. perditionem autem ambo hæreditabunt. Mores hominum mendacium sine honore:

honore:& confusio illorum,cum ipsis sine intermissione.Sapiens in verbis producet seipsum,& homo prudens placebit
Prouer.12 b & 18 c magnatis.Qui operatur terram suam,inaltabit aceruũ frugũ:
Exo.23 a & qui operatur iustitiã,ipse exaltabitur:qui verò placet
Deut.16 d magnatis,effugiet iniquitatem.Xenia & dona excæcant oculos
Infra 41 c iudicum,& quasi mutus in ore auertit correptiones eorum.
Sapientia abscõsa & thesaurus inuisus:quæ vtilitas in vtrisq;?
Melior est qui celat insipientiam suam,quàm homo qui abscondit sapientiam suam.

S. A *quibus peccatis sit in primis cauendum,& quem fructum in fine pariant.* CAPVT XXI.

A EIli,peccasti? non adijcias iterũ: sed & de pristinis
Supra 5 deprecare vt tibi dimittantur. Quasi à facie colubri fuge peccata: & si accesseris ad illa,suscipient te.Dentes leonis dẽtes eius,interficientes animas hominum.Quasi romphæa bis acuta omnis iniquitas,plagæ illius nõ est sanitas.Obiurgatio,& iniuriæ annullabũt substãtiã:& domus quæ nimis locuples est,annullabitur superbia: sic substantia superbi eradicabitur.Deprecatio pauperis ex ore vsq; ad aures eius perueniet,& iudiciũ festinatò adueniet
B illi.Qui odit correptionem,vestigiũ est peccatoris: & qui timet Deum,cõuertetur ad cor suũ.Notus a longe potens lingua audaci:& sensatus scit labi se ab ipso.Qui ædificat domũ suã impẽdijs alienis,quasi qui colligit lapides suos in hyeme.
Supra 16 a Stupa collecta synagõga peccantiũ,& consummatio illorum flamma ignis.Via peccantiũ complanata lapidibus.& in fine illorũ inferi,& tenebræ,& pœnæ.Qui custodit iustitiã,continebit sensum eius.Consummatio timoris Dei sapientia & sensus.Non erudietur,qui nõ est sapiẽs in bono.Est autẽ insipiẽtia quæ abundat in malo: & non est sensus vbi abundat
C amaritudo.Sciẽtia sapientis tanquã inundatio abundabit,& consilium illius sicut fons vitæ permanet.Cor fatui quasi vas confractũ,& omnem sapientiã non tenebit.Verbum sapiens quodcunq; audierit scius laudabit,& ad se adijciet:audiuit luxuriosus,& displicebit illi,& proijciet illud post dorsum suũ.Narratio fatui quasi sarcina in via,nã in labijs sensati inuenietur gratia.Os prudẽtis quæritur in ecclesia,& verba illius cogitabũt in cordibus suis.Tanquã domus exterminata,sic fatuo sapiẽtia:& sciẽtia insensati inenarrabilia verba.Compedes in pedibus,stulto doctrina,& quasi vincula manuum su-
D per manũ dextrã.Fatuus in risu exaltat vocẽ suam:vir autem sapiẽs vix tacitè ridebit.Ornamentũ aureum prudẽti doctrina,& quasi brachiale in brachio dextro.Pes fatui facilis in domum proximi:& homo peritus cõfundetur à persona potẽtis.Stultus à fenestra respiciet in domũ:vir autẽ eruditus foris stabit.Stultitia hominis auscultare per ostiũ: & prudens grauabitur cõtumelia.Labia imprudentũ stulta narrabũt: verba
Iudæ.1 c autem prudentium statéra ponderabuntur. In ore fatuorum cor illorum:& in corde sapientium os illorum.Dum maledicit impius diabolum,maledicit ipse animam suam.Susurro coinquinabit animã suam,& in omnibus odietur:& qui permanserit,odiosus erit:tacitus & sensatus honorabitur.

S. VITIVM *omissionis uitandum,correptio fatui inanis,& amicitiæ quanta sit dissolutio.* CAPVT XXII.

A IN lapide luteo lapidatus est piger,& omnes loquentur super aspernationem illius.De stercore boum lapidatus est piger: & omnis qui tetigerit eũ,excutiet manus suas.Cõfusio patris est de filio indisciplinato:filia autẽ fatua in deminoratione fiet.Filia prudens hæreditas viro suo.nam quæ confundit,in contumeliam fit genitoris.Patrem & virũ confundit audax,& ab impijs non minorabitur: ab vtrisque autem inhonorabitur.Musica in luctu importuna narratio: flagella & doctrina in omni tempore sapientia.Qui docet fatuum,quasi qui cõglutinat testam.Qui narrat verbum nõ audienti,quasi qui excitat dormientem de graui somno.Cum dormiente loquitur,
qui enarrat stulto sapiẽtiam:& in fine narrationis dicit,Quis
B est hic?Supra mortuum plora,defecit enim lux eius:& super Infra 38 b
fatuum plora,deficit enim sensu.Modicum plora supra mortuum,quoniam requieuit.Nequissimi enim nequissima vita,super mortem fatui.Luctus mortui,septem dies: fatui autem,& impij omnes dies vitæ illorũ.Cum stulto ne multum Supra 12 c
loquaris,& cum insensato ne abieris.Serua te ab illo,vt non molestiam habeas,& non coinquinaberis peccato illius.Declecte ab illo,& inuenies requiem,& non acidiaberis in stultitia illius.Super plumbũ quid grauabitur? & quod illi aliud nomen,quàm fatuus?Arenam & salẽ,& massam ferri facilius Prouer.27 a
est ferre,quàm hominem prudentem,& fatuum,& impium.
Sicut loramentum ligneum colligatum in fundamento ædi-
C ficij non dissoluetur: sic & cor confirmatum in cogitatione consilij.Cogitatus sensati in omni tempore vel metu non deprauabitur.Sicut ornatus arenosus in pariete limpido,& sicut pali in excelsis,& cæmenta sine impensa posita contra faciem venti nõ permanebunt:sic & cor timidum in cogitatione stulti contra impetum timoris non resistet.Cor trepidum in cogitatione fatui,omni tempore nõ metuet:sic & qui in præceptis Dei permanet semper.Pungens oculum,deducit lachrymas,& qui pungit cor,profert sensum.Mittens lapidem in volatilia,deijciet illa: sic & qui conuitiatur amico,
D dissoluit amicitiam.Ad amicum etsi produxeris gladium,nõ desperes:est enim regressus ad amicum.Si aperuerit os triste,non timeas.est enim concordatio: excepto conuitio,& improperio & superbia,& mysterij reuelatione,& plaga dolosa.in his omnibus effugiet amicus.Fidem posside cum amico in paupertate illius,vt & in bonis illius læteris.In tempore tribulationis illius permane illi fidelis,vt in hæreditate illius cohæres sis.Ante ignem camini vapor & fumus ignis inaltatur:sic & ante sanguinem maledicta,& contumeliæ,& minæ.Amicum salutare non confundaris.à facie illius non me abscondam: & si mala mihi euenerint per illum,sustinebo.
Omnis qui audiet,cauebit se ab eo.Quis dabit ori meo custo- Psal.140
diam,& super labia mea signaculum certum,vt non cadam in ipsis,& lingua mea perdat me?

S. A *uitijs linguæ oratione reuocamur & à luxuria,blasphemia,& in peccatum perseuerantia Dei timore deterremur.*

CAPVT XXIII.

A DOmine pater & dominator vitæ meæ ne derelinquas me in cogitatu,& consilio eorum: nec finas me cadere in illa exprobratione.Quis superponit in cogitatu flagella,& in corde meo doctrinã sapiẽtiæ,vt ignorationibus eorum non parcant mihi,& non appareant delicta eorũ,& ne adincrescant ignorantiæ meæ,& multiplicentur delicta mea,& peccata mea abũdent,& incidam in conspectum aduersariorũ meorum,& gaudeat inimicus meus? Domine pater,& Deus vitæ meæ,ne derelinquas me in cogitatu illorũ.Extollentiã oculorũ meorum ne dederis mihi,& omne desyderiũ auerte à me.Auferà me ventris cõcupiscẽtias,& cõcubitus concupiscẽtiæ ne apprehendãt me,& animæ irreuerẽti & infrunitæ ne tradas me.Doctrinam oris audite filij:& qui custodierit illam nõ periet labijs,
B nec scandalizabitur in operibus nequissimis.In vanitate sua apprehendetur peccator,& superbus & maledictus scandalizabitur in illis.Iurationi non assuescat os tuum.multi enim casus in illa.Nominatio verò Dei non sit assidua in ore tuo,& nominibus sanctorum non admiscearis: quoniam non eris
Infra 27 b immunis ab eis.Sicut enim seruus interrogatus assiduè,à liuore non minuitur: sic omnis iurans,& nominans in toto à peccato non purgabitur.Vir multum iurans implebitur iniquitate,& non discedet à domo illius plaga.Etsi frustrauerit fratrem,delictum illius super ipsum erit: & si dissimulauerit,delinquet dupliciter: & si in vacuum iurauerit,
non

nō iustificabitur.replebitur enim retributione domus illius.
Est & alia loquela cōtraria morti, non inueniatur in hæreditate Iacob. Etenim à misericordibus omnia hæc auferētur, &
in delictis nō volutabūtur. Indisciplinatæ loquelæ nō assuescat os tuum:est enim in illa verbū peccati. Memento patris
& matris tuæ,in medio enim magnatorum consistis:ne fortè
C obliuiscatur te Deus in conspectu illorum, & assiduitate tua
infatuatus,improperiū patiaris,& maluisses nō nasci,& diem
2.Reg.16 b natiuitatis tuæ maledicas. Homo assuetus in verbis impro-
perij,in omnibus diebus suis non erudietur. Duo genera abun-
dant in peccatis,& tertiū adducit iram,& perditionē: Anima
calida quasi ignis ardens non extinguetur,donec aliquid glu-
tiat:Et homo nequā in ore carnis suæ non desinet donec in-
Ysa.29 c cendat ignem:Homini fornicario omnis panis dulcis, nō fa-
tigabitur transgrediens vsq; ad finē. Omnis homo qui trans-
greditur lectū suum,contemnens in animam suā, & dicens,
Quis me videt?tenebræ circundant me,& parietes cooperiūt
me,& nemo circunspicit me:quem vereor? delictorū meorū
non memorabitur altissimus. Et nō intellexit quoniā omnia
videt oculus illius,quoniā expellit à se timorem Dei huius-
modi hominis timor,& oculi hominum timentes illū:& non
cognouit quoniam oculi Domini multo plus lucidiores sunt
D super solem,circunspicientes omnes vias hominū,& profun
dum abysi,& hominū corda intuentes in absconditas partes.
Domino enim Deo antequam crearentur omnia, sunt agni-
ta:sic & post perfectum respicit omnia. Hic in platéis ciuita-
tis vindicabitur,& quasi pullus equinus fugabitur:& vbi non
sperauit,apprehendetur. Et erit dedecus omnibus, eo quòd
non intellexerit timorem Domini. Sic & mulier omnis relin
quens virū suum,& statuens hæreditatem ex alieno matrimo
nio,primò enim in lege Altissimi incredibilis fuit: & secūdò
in virum suum deliquit:tertiò in adulterio fornicata est,& ex
alio viro filios statuit sibi. Hæc in ecclesiam adducetur, & in
filios eius respicietur. Non tradent filij eius radices, & rami
eius nō dabunt fructum, derelinquent in maledictū memoriā
eius,& dedecus illius nō delebitur. Et agnoscent qui derelicti
sunt,quoniam nihil melius est,quàm timor Der:& nihil dul-
cius, quàm respicere in mandatis Domini. Gloria magna est
sequi Dominum:longitudo enim dierum assumetur ab eo.

S. DIVINA *Sapientia cuncta ordine creando requiē inuenit, in qua certis legibus cūcta regit & disponit.* CAPVT XXIIII.

A SApientia laudabit animā suam, & in Deo honorabitur,& in medio populi sui gloriabitur,& in ecclesijs altissimi aperiet os suū, & in conspectu virtutis illius gloriabitur, & in medio populi sui exaltabitur,& in plenitudine sancta admirabitur,& in multitudine electorū habebit laudē,& inter benedictos benedicetur, dicens, Ego ex ore altissimi prodiui, primogenita ante omnem creaturam. Ego feci in cœlis vt oriretur lumen indeficiens,& sicut nebula texi omuem terram. Ego in altissimis habitaui,& thronus in columna nubis. Gyrum cœli circuiui sola,& profundū abysi penetraui,& in fluctibus maris ambulaui,& in omni terra steti. Et in omni populo, & in omni gēte primatū habui: & omniū excellentiū & humilium corda virtute calcaui,& in his omnibus requiem quæsiui, & in
B hæreditate eius morabor. Tunc præcepit,& dixit mihi creator omniū: & qui creauit me, requieuit in tabernaculo meo, & dixit mihi, In Iacob inhabita,& in Israel hæreditare, & in electis meis mitte radices. Ab initio & ante secula creata sum, & vsque ad futurum seculum non desinam: & in habitatione sancta coram ipso ministraui. Et sic in Sion firmata sum, & in ciuitate sanctificata similiter requieui, & in Ierusalem potestas mea. Et radicaui in populo honorificato, & in partes Dei mei hæreditas illius,& in plenitudine sanctorum detentio mea. Quasi cedrus exaltata sum in Libano: & quasi cypressus in monte Sion. quasi palma exaltata sum in Cades, &
quasi plantatio rosæ in Iericho. Quasi oliua speciosa in campis,& quasi platanus exaltata sum iuxta aquam in platéis. Sicut cinnamomū,& balsamum aromatizans odorē dedi:quasi
C myrrha electa,dedi suauitatem odoris:& quasi storax & galbanus,& vngula,& gutta,& quasi Libanus non incisus vapo
raui habitationem meam,& quasi balsamum non mistū odor
meus. Ego quasi terebinthus extendi ramos meos, & rami
mei honoris & gratiæ. Ego quasi vitis fructificaui suauitatem
odoris:& flores mei fructus honoris & honestatis. Ego ma-
ter pulchræ dilectionis, & timoris, & agnitionis, & sanctæ
spei. In me gratia omnis viæ & veritatis,in me omnis spes vi-
tæ & virtutis. Transite ad me omnes qui concupiscitis me, &
à generationibus meis adimplemini. Spiritus enim meus su-
per mel dulcis,& hæreditas mea super mel & fauum. Memo- Ioan.6 d
ria mea in generatione seculorum. Qui edunt me, adhuc esu-
rient:& qui bibunt me,adhuc sitient. Qui audit me,non con-
fundetur:& qui operātur in me,non peccabūt. Qui elucidāt
me,vitam æternam habebunt. hæc omnia liber vitæ, & testa-
mentum altissimi,& agnitio veritatis. Legē mandauit Moy-
ses in præceptis iustitiarum,& hæreditatem domui Iacob,&
Israel promissiones. Posuit Dauid puero suo excitare regem
ex ipso fortissimum,& in throno honoris sedentem in sem-
D piternum. Qui implet quasi Phison sapientiam,& sicut Ti-
gris in diebus nouorum. Qui adimplet quasi Euphrátes sen- Iosue 3 e
sum:qui multiplicat quasi Iordanis in tempore messis. Qui
mittit disciplinam sicut lucem, & assistens quasi Gehon in
die vindemiæ. Qui perficit primus scire ipsam, & infirmior
non inuestigabit eam. A mari enim abundabit cogitatio eius,
& consilium illius in abysso magna. Ego sapientia effudi flu-
mina. Ego quasi trames aquæ immensæ de fluuio, ego quasi
fluuius Doryx, & sicut aqueductus exiui de paradiso. Di-
xi, Rigabo hortum meum plantationum,& inebriabo pra-
ti mei fructum. Et ecce factus est mihi trames abundans,&
fluuius meus appropinquauit ad mare: quoniam doctrinam
quasi antelucanum illumino omnibus, & enarrabo illam
vsque ad longinquum. Penetrabo omnes inferiores partes
terræ,& inspiciam omnes dormientes,& illuminabo omnes
sperantes in Domino. Adhuc doctrinam quasi prophe-
tiam, effundam & relinquam illam quærentibus sapientiam,
& non desinam in progenies illoram vsq; in æuum sanctum.
Videte quoniam non soli mihi laboraui,sed omnibus exqui- Infra 33 o
rentibus veritatem.

S. DIVINAE *Sapientiæ tria placent,sed tria displicent: nouem uerò insuspicabilia,decimum uerò amplius:mulieris autem nequitia omnia superat.* CAPVT XXV.

A IN tribus placitū est spiritui meo, quæ sunt probata coram Deo & hominibus. Concordia fratrum,& amor proximorū,& vir & mulier bene sibi cōsentientes. Tres species odiuit anima mea, & aggrauor valde animæ illorū, Pauperem superbū: & diuitem mendacem:& senem fatuū & insensatū. Quæ in iuuentute tua non congregasti,quomodo in senectute tua inuenies? Quàm speciosum canitiei iudicium, & presbyteris cognoscere consilium? Quàm speciosa veteranis sapientia, & gloriosus intellectus,& consilium? Corona senum multa peritia: & gloria illorum timor Dei. Nouem insuspicabilia cordis
B magnificaui,& decimum dicam in lingua hominibus. Homo qui iucundatur in filijs,viuens & videns subuersionem inimi corum suorum. Beatus qui habitat cū muliere sensata, & qui lingua sua non est lapsus,& qui non seruiuit indignis se. Beatus qui inuenit amicum verum, & qui enarrat iustitiam auri audienti. Quàm magnus qui inuenit sapientiam & scientiam: sed non est super timentem Dominum. timor Dei supet omnia se superposuit. beatus homo cui donatum est habere timorem Dei: qui tenet illum, cui assimilabitur? Timor Dei initium dilectionis eius:fidei autem initium agglutinandum est

est ei. Omnis plaga tristitia cordis est: & omnis malitia nequi
C tia mulieris. Et omnem plagã, & non plagam videbit cordis:
& omnem nequitiã, & non nequitiã mulieris: & omnem ob-
ductum, & non obductũ odientium: & omnem vindictã, &
non vindictã inimicorũ. Non est caput nequius super caput
Prouer. 21 c colubri: & non est ira super iram mulieris. Commorari leoni
& draconi placebit, quàm habitare cum muliere nequã. Ne-
quitia mulieris immutat faciem eius: & obcæcabit vultũ suũ
D tanquam vrsus: & quasi saccum ostendet in medio proximo-
rum. Ingemuit vir eius: & audiens suspirauit modicum. Bre-
uis omnis malitia super malitiam mulieris, sors peccatorum
cadat super illam. Sicut ascensus arenosus in pedibus vetera-
ni, sic mulier linguata homini quieto. Ne respicias in mulie-
ris speciem, & non concupiscas mulierem in specie. Mulie-
ris ira, irreuerentia & confusio magna. Mulier si primatum
habeat, contraria est viro suo. Cor humile, & facies tristis, &
plaga mortis, mulier nequam. Manus debiles, & genua disso-
luta mulier quæ non beatificat virum sum. A muliere initiũ
Gene. 3 b factum est peccati, & per illam omnes morimur. Non des
aquæ tuæ exitum, nec modicum: nec mulieri nequã veniam
prodeundi. Si non ambulauerit ad manum tuam, confundet
te in conspectu inimicorum. A carnibus tuis abscinde illam,
ne semper te abutatur.

S. MVLIER bona donum optimũ, mala uerò intolerabile incommodum, & tanquam pestis timenda est conuersatio eius.

CAPVT XXVI.

A MVlieris bonæ beatus vir: numerus enim annorũ illorũ duplex. Mulier fortis oblectat virũ suum, & annos vitæ illius in pace implebit. Pars bona, mulier bona, in parte bona timentium Deum, dabitur viro pro factis bonis: diuitis autem, & pauperis cor bonum, in omni tempore vultus illorum hilaris. A tribus ti-
muit cor meum, & in quarto facies mea metuit, Delaturam ciuitatis: & collectionem populi: & calumniam mendacem: super mortem omnia grauia. Dolor cordis & luctus, mulier
B zelotypa. In muliere zelotypa flagellũ linguæ, omnibus cõmunicans. Sicut boum iugum quod mouetur, ita & mulier nequam: qui tenet illam, quasi qui apprehendit scorpionem. Mulier ebriosa, ira magna: & contumelia, & turpitudo illius non tegetur. Fornicatio mulieris in extollentia oculorum, & in palpebris illius agnoscetur. In filia non auertente se, firma custodiam: ne inuenta occasione vtatur se. Ab omni irreuerentia oculorum eius caue: & ne mireris, si te neglexerit. Sicut viator sitiens ad fontẽ os aperiet, & ab omni aqua proxima bibet, & contra omnem palum sedebit, & contra omnem
C sagittam aperiet pharetram, donec deficiat. Gratia mulieris sedulæ delectabit virum suum, & ossa illius impinguabit. Disciplina illius datum Dei est. Mulier sensata & tacita, non est immutatio eruditæ animæ. Gratia super gratiam mulier sancta, & pudorata. Omnis autem ponderatio non est digna continentis animæ. Sicut sol oriens mundo in altissimis Dei, sic mulieris bonæ species in ornamentum domus eius. Lucerna splendens super cãdelabrum sanctum, & species faciei super ætatem stabilem. Columnæ aureæ super bases argenteas,
D & pedes firmi super plantas stabilis mulieris. Fundamenta æterna supra petram solidam, sic mandata Dei in corde mulieris sanctæ. In duobus cõtristatum est cor meum, & in tertio iracundia mihi aduenit. Vir bellator deficiens per inopiam: & vir sensatus contemptus: & qui transgreditur à iustitia ad peccatum, Deus parauit eum ad romphæam. Duæ species difficiles & periculosæ mihi apparuerunt. Difficile exuitur negotians à negligentia: & non iustificabitur caupo à peccatis labiorum.

S. QVANTVM sit cauenda auaritia, & quis finis & fructus eius, & quàm nociuus. CAPVT XXVII.

A PRopter inopiã multi deliquerunt: & qui quærit locupletari, auertit oculum suum. Sicut in medio compaginis lapidũ palus figitur: sic & inter me-
diũ venditionis & emptionis angustiabitur pec-
catis. Conteretur cum delinquente delictũ. Si non in timore Domini tenueris te instanter, cito subuertetur domus tua. Sicut in pecussura cribri remanebit stercus: sic aporia homi-
nis in cogitatu illius. Vasa figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis. Sicut rusticatio de ligno ostẽdit fructum illius, sic verbum ex cogitatu cordis hominis. Ante sermonem non laudes virum: hæc enim tentatio est hominũ. Si sequaris iustitiam, apprehendes illam: & indues quasi po-
dêrem honoris, & inhabitabis cum ea: & proteget te in sem-
piternum, & in die agnitionis inuenies firmamentum. Vola-
B tilia ad sibi similia conueniunt: & veritas ad eos qui operãtur illam, reuertetur. Leo venationi insidiatur semper: sic peccata operantibus iniquitates. Homo sanctus in sapientia manet si-
cut sol: nam stultus sicut luna mutatur. In medio insensatorũ seruа verbum tempori: in medio autem cogitantium assiduus esto. Narratio peccantium odiosa, & risus illorum in delictis Supra 23 b peccati. Loquela multum iurans, horripilationem capiti sta-
tuet, & irreuerentia ipsius obturatio aurium. Effusio sangui-
nis in rixa superborum: & maledictio illorum auditus grauis. Qui denudat arcana amici: fidem perdit, & nõ inueniet ami-
C cum ad animum suum. Dilige proximum, & cõiungere fide cum illo. Quòd si denudaueris absconsa illius, nõ persequêris post eum. Sicut enim homo qui perdit amicum suum: sic & qui perdit amicitiam proximi sui. Et sicut qui dimittit auem de manu sua: sic dereliquisti proximum tuum, & nõ eum ca-
pies. non illum sequaris, quoniam longe abest: effugit enim quasi caprea de laqueo, quoniam vulnerata est anima eius. vl-
tra eum non poteris colligare, & maledicti est concordatio. Denudare autem amici mysteria, desperatio est animæ infeli- Prouer. 10 b
cis. Annuens oculo fabricat iniqua, & nemo eum abijciet: in conspectu oculorũ tuorum conculcabit os suũ, & super ser-
mones tuos admirabitur. Nouissime autẽ peruertet os suum, & in verbis tuis dabit scandalum. Multa audiui, & non coæ-
D quaui ei, & Dominus odiet illum. Qui in altũ mittit lapidem, super caput eius cadet: & plaga dolosa dolosi diuidet vulne-
ra. Et qui foueam fodit, incidet in eam: & qui statuit lapidem Prouer. 26 d
proximo suo, offendet in eo: & qui laqueũ alij ponit, peribit Eccle. 10 b
in illo. Faciẽti nequissimũ consiliũ, super ipsum deuoluetur, & non agnoscet vnde aduenerit illi. Illusio & improperiũ su-
perborum, & vindicta sicut leo insidiabitur illi. Laqueo peri-
bunt qui oblectantur casu iustorum: dolor autem consumet illos antequã moriantur. Ira & furor vtraq; execrabilia sunt, & vir peccator continens erit illorum.

S. VINDICTA à nullo expetenda est, nec maledica lingua ferẽda.

CAPVT XXVIII.

A QVi vindicari vult, à Domino inueniet vindictam, Deuter. 32 e
& peccata illius seruans seruabit. Relinque proxi Roma. 12 d
mo tuo nocenti te: & tunc deprecanti tibi pecca-
ta soluentur. Homo homini reseruat iram: & à Matth. 6 b
Deo quærit medelam? In hominẽ similem sibi non habet mi- Mar. 11 c
sericordiã: & de peccatis suis deprecatur? Ipse dum caro sit, reseruat irã: & propitiationẽ petit à Deo? quis exorabit pro delictis illius? Memẽto nouissimorũ, & desine inimicari. Ta-
bitudo enim, & mors imminent in mandatis eius. Memora-
te timorem Dei, & non irascaris proximo. Memorare testa-
mentum altissimi, & despice ignorantiã proximi. Abstine te à lite, & minues peccata. homo enim iracundus incendit li-
tem, & vir peccator turbabit amicos, & in medio pacem ha-
B bentium immittit inimicitiam. Secundum enim ligna syluæ, sic ignis exardescit: & secundũ virtutem hominis, sic iracun-
dia illius erit, & secundum substantiam suam exaltabit iram suam,

suam. Certamẽ festi natũ incendit ignem: & lis festinãs effundit sanguinẽ: & lingua testificans adducet mortẽ. Si sufflauerit, quasi ignis exardebit: & si expueris super illam, extinguetur. vtraq; ex ore proficiscuntur. Susurro & bilinguis maledictus, multos enim turbauit pacem habentes. Lingua tertia multos commouit, & dispersit illos de gente in gentẽ: ciuitates muratas diuitũ destruxit, & domos magnatorum effodit.

C Virtutes populorum concîdit, & gentes fortes disoluit. Lingua tertia mulieres viratas eiecit, & priuauit illas laboribus suis, qui respicit illam, non habebit requiẽ, nec habitabit cum requie. Flagelli plaga liuorẽ fecit: plaga autem linguæ cõminuet ossa. Multi ceciderũt in ore gladij, sed non sic quasi qui interierunt per linguam suam. Beatus qui tectus est à lingua nequã, qui in iracũdia illius non transiuit, & qui non attraxit jugum illius, & in vinculis eius non est ligatus. jugum enim illius, jugum ferreũ est: & vinculũ illius, vinculum æreum est.

D Mors illius, mors nequissima: & vtilis potius inferus, quàm illa. Perseuerantia illius non permanebit, sed obtinebit vias iniustorum: in flamma sua nõ comburet iustos. Qui derelinquunt Dominum incidẽt in illam, & exardebit in illis, & nõ extinguetur, & immittetur in illos quasi leo, & quasi pardus lædet illos. Sepi aures tuas spinis, & linguam nequã noli audire, & ori tuo facito ostia, & seras auribus tuis. Aurum tuum & argentũ tuum confla, & verbis tuis facito statêram, & frænos ori tuo rectos: & attende ne fortè labaris in lingua, & cadas in conspectu inimicorum insidiantium tibi, & sit casus tuus insanabilis in mortem.

S. MISERICORDIAE *operibus uacans gratis proximo fœneretur, pauperem eleemosyna iuuet, ac fideiussorem reddat indemnem.* CAPVT XXIX.

A QVi facit misericordiã, fœneratur proximo suo: & qui prævalet manu, mandata seruat. Fœnerare proximo tuo in tẽpore necessitatis illius, & iterũ redde proximo in tempore suo. Confirma verbum, & fideliter age cum illo: & in omni tempore inuenies quod tibi necessariũ est. Multi quasi inuentionẽ æstimauerũt fœnus, & præstiterunt molestiam his qui se adiuuerunt. Donec accipiant, osculãtur manus dantis, & in promissionibus humiliant vocem suam. Et in tempore redditionis postulabit tempus, & loquetur verba acediæ & murmurationum, & tempus causabitur. si autẽ potuerit reddere, aduersabitur so-

B lide, vix reddet dimidiũ, & computabit illud quasi inuentionem: sin autẽ, fraudabit illũ pecunia sua, & possidebit illum inimicum gratis, & conuitia & maledicta reddet illi, & pro honore & beneficio reddet illi contumeliam. Multi nõ causa nequitiæ non fœnerati sunt, sed fraudari gratis timuerunt. Veruntamẽ super humilem animo fortior esto, & pro eleemosyna non trahas illũ. Propter mandatũ assume pauperem: & propter inopiam eius ne dimittas eum vacuum. Perde pe-

C cuniam propter fratrẽ, & amicum: & non abscõdas illam sub lapide in perditionẽ. Pone thesaurũ tuum in præceptis altissimi, & proderit tibi magis, quàm aurum. Conclude eleemosynã in corde pauperis, & hæc pro te exorabit ab omni malo. Eleemosyna viri quasi sacculus cum ipso, & gratiam hominis quasi pupillam cõseruabit: & postea resurget, & retribuet illis retributionẽ vnicuiq; in caput illorũ. Super scutũ potentis, & super lanceam, aduersus inimicum tuum pugnabit. Vir bonus fidem facit pro proximo suo: & qui perdiderit confusionem, derelinquet sibi. Gratiam fideiussoris ne obliuiscaris: dedit enim pro te animam suam. Repromissorẽ fugit peccator & immundus. Bona repromissoris sibi adscribit peccator & ingratus sensu, derelinquet liberantẽ se. Vir repromittit de proximo suo: & cum perdiderit reuerentiã, derelinquetur ab eo. Repromissio nequissima multos perdidit diligentes, & cõmouit illos quasi fluctus maris. Viros potentes gy-

D rans migrare fecit, & vagati sunt in gentibus alienis. Peccator transgrediens mandatũ Domini, incidet in promissionẽ nequam: & qui conatur multa agere, incidet in iudiciũ. Recupera proximũ secundum virtutem tuam, & attende tibi ne incidas. Initiũ vitæ hominis, aqua & panis, & vestimentũ, & do- *Infr. 39 c*
mus protegens turpitudinẽ. Melior est victus pauperis sub tegmine asserũ, quàm epulæ splendidæ in peregrè sine domicilio. Super minimũ & magnũ placeat tibi, & improperium peregrinationis non audies. Vita nequam hospitandi de domo in domũ: & vbi hospitabitur, nõ fiducialiter aget, nec aperiet os. Hospitabitur, & pascet, & potabit ingratos, & ad hæc amara audiet. Transi hospes, & orna mensam: & quæ in manu habes, ciba cæteros. Exi à facie honoris amicorũ meorum: necessitudine domus meæ hospitio mihi factus est frater. Grauia hæc homini habenti sensum. Correptio domus, & improperium fœneratoris.

S. IVVENES *sollicitè sunt gubernãdi, & animo & corpore eruendi, & à passionibus arcendi.* CAPVT XXX.

A QVi diligit filium suum, assiduat illi flagella, vt lætetur in nouissimo suo, & non palpet proximorum ostia. Qui docet filium suum, laudabitur in illo, & in medio domesticorum in illo gloriabitur. Qui docet filiũ suum, in zelum mittit inimicũ, & in medio amicorum gloriabitur in illo. Mortuus est pater eius, & quasi non est mortuus. similem enim reliquit sibi post se. In vita sua vidit, & lætatus est in illo: in obitu suo non est contristatus, nec cõfusus est coram inimicis. reliquit enim defen- *Prouer. 13 d & 23 b*

B sorem domus contra inimicos, & amicis reddentem gratiam. Pro animabus filiorũ colligabit vulnera sua, & super omnem vocem turbabũtur viscera eius. Equus indomitus euadet durus, & filius remissus euadet præceps. Lacta filiũ tuum, & pauentem te faciet: lude cum eo, & contristabit te. Non corrideas illi: ne doleas, & in nouissimo obstupescent dentes tui. Non des illi potestatem in iuuentute, & ne despicias cogitatus illius. Curua ceruicem eius in iuuentute, & tunde latera *Supra 7 c*
eius dum infans est: ne fortè induret, & non credat tibi, & erit tibi dolor animæ. Doce filium tuum, & operare in illo, ne in turpitudinem illius offendas. Melior est pauper sanus & for-

C tis viribus, quàm dives imbecillis & flagellatus malitia. Salus animæ in sanctitate iustitiæ, & melior est omni auro & argẽto: & corpus validũ, quàm census immensus. Non est census super cẽsum salutis corporis: & non est oblectamentũ super cordis gaudiũ. Melior est mors, quàm vita amara: & requies æterna, quàm lãguor perseuerãs. Bona abscõdita in ore clauso, quasi appositiones epularũ circũpositæ sepulchro. Quid *Daniel. 14 b*
proderit libatio idôlo? nec enim manducabit, nec odorabitur.

D sic qui effugatur à Domino, & portans mercedes iniquitatis. Videns oculis, & ingemiscens, sicut spado complectens virginem & suspirans. Tristitiam non des animæ tuæ, & non affligas temetipsum in consilio tuo. Iucunditas cordis hæc est vita hominis, & thesaurus sine defectione sanctitatis: & exultatio viri est longæuitas. Miserere animæ tuæ placens Deo, & contine, & congrega cor tuum in sanctitate eius, & tristitiam longe expelle à te. Multos enim occîdit tristitia, & non est vtilitas in illa. Zelus & iracundia minuũt dies, & ante tempus senectam adducet cogitatus. Splendidum cor, bonum in epulis est: epulæ enim illius diligenter fiunt.

S. SOBRIETATI *studendum est, & modestiæ in mensa, ac cupiditas est summè uitanda.* CAPVT XXXI.

A VIgilia honestatis tabefaciet carnes, & cogitatus illius auferet somnum. Cogitatus præscientiæ auertit sensum, & infirmitas grauis sobriam facit animam. Laborauit diues in congregatione substantiæ, & in requie sua replebitur bonis suis. Laborauit pauper in diminutione victus, & in fine inops fit. Qui aurum diligit, non iustificabitur: & qui insequitur consumptionem,

replebitur

replebitur ex ea. Multi dati ſunt in auri caſus,& facta eſt in ſpecie ipſius perditio illorũ. Lignũ offenſionis eſt aurum ſacrificantium.væ illis qui ſectantur illud,& omnis imprudens
Lucæ 6 d deperiet in illo.Beatus diues,qui inuentus eſt ſine macula: & qui poſt aurum non abijt,nec ſperauit in pecunia & theſauris. Quis eſt hic,& laudabimus eum? Fecit enim mirabilia in vita ſua.Qui probatus eſt in illo,& perfectus inuentus eſt,& erit illi gloria æterna?qui potuit tranſgredi, & non eſt tranſgreſſus,& facere mala,& non fecit.ideò ſtabilita ſunt bona illius in Domino,& eleemoſynas illius enarrabit omnis eccleſia ſanctorũ.Supra menſam magnã ſediſti? non aperias ſuper illam faucem tuam prior.Non dicas,ſimulta ſunt quæ ſuper illam ſunt.Memento quoniã malus eſt oculus nequam. Nequius oculo quid creatũ eſt?ideò ab omni facie ſua lachrymabitur,cum viderit.Ne extendas manũ tuam prior, & inuidia contaminatus erubeſcas. Ne cõprimaris in conuiuio vini.Intellige quę ſunt proximi tui ex teipſo.Vtere quaſi homo frugi his quæ tibi apponuntur:vt non cum manducas multum, odio habearis. Ceſſa prior, cauſa diſciplinæ: & noli nimius eſſe,ne fortè offendas.Et ſi in medio multorum ſediſti,prior illis ne oſtendas manũ tuam: nec prior poſcas bibere. Quàm ſufficiens eſt homini erudito vinum exiguum,& in dormiendo non laborabis ab illo,& non ſenties dolorem. Vigilia & cholera,& tortura viro infrunito:ſomnus ſanitatis in homine parco.dormiet vſq; in mane,& anima illius cum ipſo delectabitur.Et ſi coactus fueris in edendo multum, ſurge è medio & vome:& refrigerabit te,& non adduces corpori tuo infirmitatem.Audi me fili,& ne ſpernas me: & in nouiſſimo inuenies verba mea. In omnibus operibus tuis eſto velox,&
Prouer.22 b omnis infirmitas non occurret tibi.Splendidũ in panibus benedicent labia multorũ,& teſtimoniũ veritatis illius fidele.In nequiſſimo pane murmurabit ciuitas,& teſtimonium nequitiæ illius verum eſt. Diligentes in vino noli prouocare: multos enim exterminauit vinum. Ignis probat ferrum durum:ſic vinum corda ſuperborũ arguet in ebrietate potatum. Aequa vita hominibus,vinũ in ſobrietate: ſi bibas illud moderate,eris ſobrius. Quæ vita eſt ei qui minuitur vino? Quid defraudat vitam? Mors vinum in iucunditatem creatum eſt, & non in ebrietatem,ab initio.Exultatio animæ & cordis vinum moderate potatũ.Sanitas eſt animæ & corporis ſobrius potus.Vinum multũ potatum,& irritationẽ,& iram, & ruinas multas facit.Amaritudo animæ vinum multũ potatum. Ebrietatis animoſitas,imprudentis offenſio,minorant virtutem,& faciens vulnera. In conuiuio vini non arguas proximum:& non deſpicias eum in iucũditate illius:verba improperij non dicas illi,& non premas illum in repetendo.

S. Rectorvm & ſubditorum diſcrimina quantum ad politiæ regimen & politicã conuerſationem. CAPVT XXXII.

A Rectorem te poſuerunt? noli extolli: eſto in illis quaſi vnus ex ipſis.Curam illorũ habe,& ſic conſydera,& omni cura tua explicita recumbe:vt lætèris propter illos,& ornamentũ gratiæ accipias coronam,& dignationẽ conſequaris corrogationis. Loquere maior natu(decet enim te)primũ verbum diligenti ſcientiã, & non impedias muſicam. Vbi auditus non eſt,non effundas ſermonem,& importunè noli extolli in ſapientia tua. Gemma carbunculi in ornamento auri, & comparatio muſicorum in conuiuio vini.Sicut in fabricatione auri ſignũ eſt ſmaragdi:ſic numerus muſicorum in iucundo & moderato vino. Audi tacens,& pro reuerentia accedet tibi bona gratia.Adoleſcens loquere in tua cauſa vix cum neceſſe fuerit. Si bis interrogatus fueris,habeat caput reſponſum tuũ.In multis eſto quaſi inſcius,& audi tacens ſimul & quærens. In medio magnatorum loqui non præſumas:& vbi ſunt ſenes,non multũ loquaris.Ante tonitruum præibit coruſcatio:& ante verecundiam præibit gratia,& pro reuerentia accedet tibi bona gratia.Et hora ſurgendi non te trices:præcurre autẽ prior in do-
C mum tuam,& illic auocare,& illic lude,& age conceptiones tuas,& non in delictis & verbo ſuperbo. Super his omnibus benedicito Dominum qui fecit te,& inebriãtem te ab omnibus bonis ſuis.Qui timet Dominũ,excipiet doctrinã eius:& qui vigilauerint ad illum,inuenient benedictionẽ. Qui quærit legem,replebitur ab ea:& qui inſidioſe agit, ſcandalizabitur ab ea.Qui timent Dominũ,inueniẽt iudicium iuſtum,& iuſtitias quaſi lumen accendent. Peccator homo vitabit cor-
D reptionem,& ſecundũ voluntatem ſuam inueniet comparationem.Vir conſilij nõ diſperdet intelligentiã,alienus & ſuperbus non pertimeſcet timorẽ.etiam poſtquam fecit cũ eo ſine conſilio,& ſuis inſectationibus arguetur.Fili,ſine conſilio nihil facias,& poſt factũ non pœnitebis.In via ruinæ non eas,& nõ offendes in lapides:nec credas te viæ laborioſæ,nec ponas animę tuæ ſcandalũ.Et à filijs tuis caue,& à domeſticis tuis attẽde.In omni opere tuo crede ex fide animæ tuæ. hoc eſt enim conſeruatio mandatorum. Qui credit Deo,attendit mandatis:& qui confidit in illo,non minorabitur.

S. Sapientis & fatui,iuſti & iniuſti diſcrimina, ac patris familias in ſuos domeſticos œconomia. CAPVT XXXIII.

A Imenti Dominũ non occurrẽt mala,ſed in tentatione Deus illum conſeruabit,& liberabit à malis.Sapiens non odit mandata & iuſtitias,& non illi detur quaſi in procella nauis. Homo ſenſatus credit legi Dei,& lex illi fidelis.Qui interrogationẽ manifeſtat,parabit verbum,& ſic deprecatus exaudietur,& conſeruabit diſciplinã,& tunc reſpondebit. Præcordia fatui quaſi rota carri:& quaſi axis verſatilis cogitatus illius. Equus emiſſarius,ſic & amicus ſubſannator,ſub omni ſuprafedente hinnit. Quare dies diem ſuperat, & iterum lux lucem, & annus annum à ſole? à Domini ſcientia ſeparati ſunt facto ſole,& præceptum cuſtodiẽte, per Dei ſapientiã diuiduntur.Et im-
B mutauit tempora,& dies feſtos ipſorum,& in illis dies feſtos celebrauerunt ad horam.Ex ipſis exultauit & magnificauit Deus,& ex ipſis poſuit in numerũ dierum,& omnes homines de ſolo,& ex terra vnde creatus eſt Adam. In multitudine diſciplinæ Dominus ſeparauit eos,& immutauit viã eorum.Ex ipſis benedixit,& exaltauit:& ex ipſis ſanctificauit, & ad ſe applicauit:& ex ipſis maledixit & humiliauit,& conuertit illos à ſeparatione ipſorum.Quaſi lutum figuli in manu ipſius,plaſmare illud & diſponere.Omnes viæ eius ſecundum diſpoſitionem eius:ſic homo in manu illius qui ſe fecit, & reddet illi ſecundũ iudicium ſuum.Contra malum bonum eſt,& contra vitam mors:ſic & contra virũ iuſtum peccator.
C Et ſic intuere in omnia opera Altiſſimi.Duo contra duo,& vnum contra vnum,& ego nouiſſimus euigilaui,& quaſi qui colligit acinos poſt vindemiatores. In benedictione Dei & ipſe ſperaui:& quaſi qui vindemiat,repleui torcular.Reſpici- Supra 24 f
te quoniam non mihi ſoli laboraui,ſed & omnibus exquirentibus diſciplinam.Audite me magnati,& omnes populi,& rectores eccleſiæ auribus percipite.Filio & mulieri, fratri & amico non des poteſtatem ſuper te in vita tua:& non dederis alij poſſeſſionem tuam: ne fortè pœniteat te,& deprecẽris pro illis. Dum adhuc ſuperes & aſpiras,non immutabit te omnis caro.melius eſt enim vt filij tui te rogent, quàm te reſpicere in manus filiorum tuorum.In omnibus operibus tuis præcellens eſto.Ne dederis maculam in gloriam tuam.In die conſummationis dierum vitæ tuæ,& in tempore exitus tui diſtribue hæreditatem tuam.Cibaria,& virga, & onus aſino:
D panis,& diſciplina,& opus ſeruo.Operatur in diſciplina,& quærit requieſcere:laxa manus illi,& quærit libertatem.Iugum & lorum curuant collum durum,& ſeruũ inclinãt operationes aſsiduæ.Seruo maleuolo tortura & compedes, mitte illum in operationem,ne vacet.multam enim malitiam docuit

cuit otiositas. in opera constitue eum: sic enim cõdecet illum.
Quòd si nõ obaudierit, curua illũ compedibus, & nõ amplifices super omnem carnẽ. Verũ sine iudicio nihil facias graue.
Si est tibi seruus fidelis, sit tibi quasi anima tua, quasi fratrẽ sic eum tracta: quoniã in sanguine animæ cõparasti illum. Si læseris eum iniustè, in fugã conuertetur. & si extollens discesserit: quem quæras, & in qua via quæras illum, nescis.

S. DIVINIS est reuelationibus ad scripturarum intelligentiam insistendum, ac uanis insomnijs resistendum.

CAPVT XXXIIII.

A VAna spes, & mendaciũ viro insensato: & somnia extollũt imprudentes. Quasi qui apprehẽdit umbrã, & persequitur ventũ: sic & qui attendit ad visa mendacia. secundum hoc visio somniorũ. Ante faciẽ hominis similitudo alterius hominis. Ab immũdo quid mundabitur? & à mendace quid verũ dicetur? Diuinatio erroris & auguria, mendacia & somnia malefacientiũ, vanitas est. Et sicut parturientis, cor tuum phantasias patitur: nisi ab altissimo fuerit emissa visitatio, ne dederis in illis cor tuũ. multos
B enim errare fecerũt somnia, & exciderũt sperãtes in illis. Sine mendacio cõsummabitur verbũ legis, & sapientia in ore fidelis cõplanabitur. Qui non est tentatus, quid scit? Vir in multis expertus, cogitabit multa: & qui multa didicit, enarrabit intellectum. Qui non est expertus, pauca recognoscit: qui autem in multis fatuus est, multiplicat malitiam. Qui tentatus non est, qualia scit? Qui implanatus est, abundabit nequitia. Multa vidi errando, & plurimas verborũ consuetudines. Aliquoties vsq; ad mortem periclitatus sum horum causa, & liberatus sum gratia Dei. Spiritus timentium Deum quæritur, &
C in conspectu illius benedicetur: spes enim illorum in saluantem illos, & oculi Dei in diligentes se. Qui timet Dominum, nihil trepidabit, & non pauebit: quoniam ipse est spes eius. Timentis Dominum beata est anima eius. Ad quem respicit, & quis est fortitudo eius? Oculi Domini super timentes eũ, protector potentiæ, firmamentũ virtutis, tegimen ardoris, & vmbraculũ meridiani, deprecatio offensionis, & adiutorium casus, exaltans animã, & illuminans oculos, dans sanitatem, & vitam, & benedictionem. Immolantis ex iniquo oblatio est maculata, & non sunt beneplacitæ subsannationes iniustorũ,
Deut.25 b Dominus solus sustinẽtibus se in via veritatis & iustitiæ. Dona iniquorum non probat altissimus, nec respicit in oblationes iniquorum, nec in multitudine sacrificiorũ eorum propitiabitur peccatis. Qui offert sacrificiũ ex substantia pauperũ,
D quasi qui victimat filium in conspectu patris sui. Panis egentium, vita pauperis est: qui defraudat illum, homo sanguinis est. Qui aufert in sudore panem, quasi qui occidit proximum suum. Qui offendit sanguinem, & qui fraudẽ facit mercenario, fratres sunt. Vnus ædificans, & vnus destruens: quid prodest illis, nisi labor? Vnus orans, & vnus maledicens: cuius vocem exaudiet Deus? Qui baptizatur à mortuo, & iterũ tangit mortuum, quid proficit lauatio illius? sic homo qui ieiunat in peccatis suis: & iterum eadem faciens, quid proficit humiliando se? orationem illius quis exaudiet?

S. NIHIL à sacrificio Domini minuendum, & quibus præcipue sacrificijs est Domino seruiendum. CAPVT XXXV.

A QVi conseruat legem, multiplicat orationẽ. Sacrificium salutare est attendere mãdatis, & discedere ab omni iniquitate: & propitiationẽ litare sacrifi-
Eccl.23 b cijs super iniustitias: & deprecatio pro peccatis,
Eccl.14 c recedere ab iniustitia. Retribuet gratiã, qui offert similaginẽ:
Deut.16 d & qui facit misericordiam, offert sacrificiũ. Beneplacitum est
B Domino recedere ab iniquitate: & deprecatio pro peccatis recedere ab iniustitia. Non apparebis ante conspectum Domini vacuus. Hæc enim omnia propter mandatum Dei fiunt.
Oblatio iusti impinguat altare, & odor suauitatis est in conspectu altissimi. Sacrificium iusti acceptũ est, & memoriam eius non obliuiscetur Dominus. Bono animo gloriam redde Deo, & non minuas primitias manuum tuarũ. In omni dato hilarem fac vultũ tuum, & in exultatione sanctifica decimas 2.Cor.9 b
tuas. Da altissimo secundũ datum eius, & in bono oculo adin- Tob. 4 b
uentionem facito manuũ tuarum: quoniam Dominus retri- Leuit.22 c
C buens est, & septies tantum reddet tibi. Noli offerre munera Deut.15 d
praua, nõ enim suscipiet illa. Et noli inspicere sacrificiũ iniu- Roma.2 b
stum, quoniã Dominus iudex est, & non est apud illũ gloria Deut.10 d
personæ. Non accipiet Dominus personã in pauperẽ, & de- 2.Paralip.
precationem læsi exaudiet. Non despiciet preces pupilli: nec 19 c
viduã, si effundat loquelam gemitus. Nónne lachrymæ viduæ Iob 34 b
ad maxillam descendunt, & exclamatio eius super deducentẽ Sapien.6 b
eas? A maxilla enim ascendunt vsq; ad cœlum, & Dominus Roma.2 b
exauditor non delectabitur in illis. Qui adorat Deũ in oble- Galat.2 b
ctatione, suscipietur: & deprecatio illius vsq; ad nubes pro- Ephe.6 b
pinquabit. Oratio humiliantis se, nubes penetrabit: & donec Colo.3 d
D propinquet, non consolabitur: & non discedet, donec altissi- Act.10 c
mus aspiciat. Et Dominus nõ elongabit, sed iudicabit iustos, 1.Pet.1 c
& faciet iudiciũ: & fortissimus nõ habebit in illis patientiam, quousq; contribulet dorsum ipsorum, & gẽtibus reddet vindictam, donec tollat plenitudinem superborũ: & sceptra iniquorum contribulet, donec reddat hominibus secundũ actus suos, & secundũ opera Adæ, & secundũ præsumptionem illius, donec iudicet iudiciũ plebis suæ, & oblectabit iustos misericordia sua. Speciosa misericordia Dei: in tempore tribulationis quasi nubes pluuiæ in tempore siccitatis.

S. DEVS est orandus contra impietatem alienorum, atq; ab eo petenda est misericordia filiorum. CAPVT XXXVI.

A MIserere nostri Deus omnium, & respice nos, & ostende nobis lucem miserationũ tuarum, & immitte timorem tuũ super gentes quæ nõ exquisierũt te: vt cognoscant quia nõ est Deus nisi tu, vt enarrent magnalia tua. Alleua manum tuam super gentes alienas, vt videant potentiã tuã. Sicut enim in conspectu eorum sanctificatus es in nobis, sic in cõspectu nostro magnificaberis in eis: vt cognoscãt te, sicut & nos cognouimus quoniam non est Deus præter te Domine. Innoua signa, & im-
B muta mirabilia. Glorifica manũ, & brachiũ dextrum. Excita furorem, & effunde iram. Extolle aduersariũ, & afflige inimicum. Festina tempus, & memento finis, vt enarrent mirabilia tua. In ira flammæ deuoretur qui saluatur: & qui pessimant plebem tuã, inueniãt perditionẽ. Contere caput principum, & inimicorũ dicentium, Nõ est alius præter nos. Congrega omnes tribus Iacob: & cognoscãt quia non est Deus, nisi tu, vt enarrent magnalia tua: & hæreditabis eos, sicut ab initio. Miserere plebi tuæ, super quam inuocatũ est nomẽ tuum: &
Israel, quẽ coequasti primogenito tuo. Miserere ciuitati san-
C ctificationis tuæ Ierusalem, ciuitati requiei tuæ. Reple Sion inenarrabilibus verbis tuis, & gloria tua populum tuum. Da testimoniũ quia ab initio creaturæ tuæ sunt, & suscita precationes quas locuti sunt in nomine tuo prophetæ priores. Da mercedẽ sustinentibus te, vt prophetæ tui fideles inueniãtur, & exaudi orationes seruorum tuorum. Secundũ benedictio- Nume.6 d
nem Aaron da populo tuo, & dirige nos in viam iustitiæ: vt sciant omnes qui habitãt terram, quia tu es Deus conspector seculorũ. Omnem escam mãducabit venter, & est cibus cibo melior. Fauces contingunt cibum feræ, & cor insensatũ verba
D mendacia. Cor prauũ dabit tristitiam, & homo peritus resistet illi. Omnem masculũ excipiet mulier: & est filia melior filia. Species mulieris exhilarat faciẽ viri sui, & super omnem concupiscentiam hominis superducit desyderium. Si est lingua curationis, est & mitigationis & misericordiæ: non est vir illius secundũ filios hominũ. Qui possidet mulierem bonam, inchoat possessionem: adiutorium secundum illum est, & columna vt requies. Vbi nõ est sepes, diripietur possessio:

& vbi non eſt mulier, ingemiſcit egens. Cui credit, qui nõ habet nidum? Et deflectens vbicunq; obſcurauerit, quaſi ſuccinctus latro exiliens de ciuitate in ciuitatem.

S. AMICVS & conſiliarius diſcrete ſunt eligendi, uerboſus autem & ſophiſta uitandi. CAPVT XXXVII.

A OMnis amicus dicet, Et ego amicitiã copulaui. ſed eſt amicus ſolo nomine amicus. Nónne triſtitia ineſt vſq; ad mortem? Sodalis autem, & amicus ad inimicitiam cõuertentur. O præſumptio nequiſſima, vnde creata es cooperire aridam malitia, & doloſitate illius? Sodalis amico coniucundabitur in oblectationibus, & in tempore tribulationis aduerſarius erit. Sodalis amico condolet cauſa ventris, & cõtra hoſtem accipiet ſcutum. Non obliuiſcaris amici tui in animo tuo, & non immemor ſis illius in operibus tuis. Noli conſiliari cum ſocero tuo, & à zelantibus te abſconde conſilium. Omnis conſiliarius prodit conſilium,
B ſed eſt conſiliarius in ſemetipſo. A conſiliario ſerua animam tuam. prius ſcito quæ ſit illius neceſsitas: & ipſe enim in animo ſuo cogitabit, ne fortè mittat ſudem in terrã, & dicat tibi, Bona eſt via tua, & ſtet econtrario videre quid tibi eueniat. Cum viro irreligioſo tracta de ſanctitate, & cũ iniuſto de iuſtitia, & cũ muliere de his quæ æmulatur: cũ timido de bello, cum negotiatore de traiectione, cum emptore de venditione, cum viro liuido de gratijs agẽdis, cum impio de pietate, cum inhoneſto de honeſtate, cum operario agrario de omni opere, cum operario annuali de conſummatione anni, cum ſeruo pigro de multa operatione, non attendas his in omni cõſilio.
C Sed cũ viro ſancto aſsiduus eſto, quemcunq; cognoueris obſeruantem timorem Dei, cuius anima eſt ſecundum animam tuam: qui cum titubaueris in tenebris, condolebit tibi. Et cor boni conſilij ſtatue tecum: non eſt enim tibi aliud pluris illo. Anima viri ſancti enuntiat aliquando vera, quàm ſeptem circunſpectores ſedentes in excelſo ad ſpeculandum. Et in his omnibus deprecare altiſsimũ, vt dirigat in veritate viã tuam. Ante omnia opera verbũ verax præcedat te, & ante omnem actum cõſilium ſtabile. Verbum nequam immutabit cor: ex quo partes quatuor oriuntur, bonum & malum, vita & mors, & dominatrix illorum eſt aſsidua lingua. Vir peritus multos erudit, & animæ ſuæ ſuauis eſt. Qui ſophiſticè loquitur, odibilis eſt: in omni re defraudabitur. non eſt enim illi data à Do-
D mino gratia; omni enim ſapiẽtia defraudatus eſt. Eſt ſapiens, animæ ſuæ ſapiens; & fructus ſenſus illius laudabilis. Vir ſapiens plebẽ ſuam erudit, & fructus ſenſus illius fideles ſunt. Vir ſapiens implebitur benedictionibus, & videntes illum laudabunt. Vita viri in numero dierũ: dies autem Iſrael innumerabiles ſunt. Sapiens in populo hæreditabit honorẽ, & nomen illius erit viuens in æternũ. Fili, in vita tua tenta animam tuam: & ſi fuerit nequam, non des illi poteſtatem, non enim omnia omnibus expediunt, & nõ omni animæ omne genus placet. Noli auidus eſſe in omni epulatione, & nõ te effundas ſuper omnem eſcã. in multis enim eſcis erit infirmitas, & auiditas appropinquabit vſq; ad choleram. Propter crapulam multi obierunt: qui autem abſtinens eſt, adijciet vitam.

S. TAM ſpirituales quàm corporales medici ſunt honorandi, ſed ſanitas à Domino per orationem & confeſſionem eſt expectanda. CAPVT XXXVIII.

A HOnora medicum propter neceſsitatem. etenim illum creauit Altiſsimus. A Deo eſt enim omnis medela, & à rege accipiet donationẽ. Diſciplina medici exaltabit caput illius, & in conſpectu magnatorũ collaudabitur. Altiſsimus creauit de terra medicinã,
Exo. 15 d & vir prudens non abhorrebit illam. Nónne à ligno indulcata eſt aqua amara? Ad agnitionem hominũ virtus illorum, & dedit hominibus ſcientiam altiſsimus honorari in mirabilibus ſuis. In his curans mitigabit dolorem, & vnguentarius faciet pigmenta ſuauitatis, & vnctiones conficiet ſanitatis, & non conſummabũtur opera eius. Pax enim Dei ſuper faciem terræ. Fili, in tua infirmitate ne deſpicias teipſum, ſed ora Domi-
B num, & ipſe curabit te. Auerte à delicto, & dirige manus, & ab omni delicto munda cor tuum. Da ſuauitatem, & memoriam ſimilaginis, & impingua oblationem, & da locũ medico. etenim illum Dominus creauit: & non diſcedat à te, quia opera eius ſunt neceſſaria. Eſt enim tempus quãdo in manus illorum incurras: ipſi verò Dominũ deprecabuntur, vt dirigat requiem eorũ & ſanitatẽ, propter cõuerſationem illorũ. Qui Supra 22 i delinquit in cõſpectu eius qui fecit eũ, incidet in manus medici. Fili, in mortuũ produc lachrymas, & quaſi dira paſſus incipe plorare, & ſecundum iudiciũ cõtege corpus illius, & nõ deſpicias ſepulturam illius. Propter delaturã autem amarè fer luctũ illius vno die, & conſolare propter triſtitiã, & fac luctũ ſecundũ meritũ eius vno die vel duobus propter detractionẽ. Prouer. 15 b
A triſtitia enim feſtinat mors, & cooperit virtutẽ, & triſtitia & 17 d cordis flectit ceruicem. In abductione permanet triſtitia: & ſubſtantia inopis ſecundũ cor eius. Ne dederis in triſtitia cor
C tuũ, ſed repelle eam à te: & memento nouiſsimorum, & noli obliuiſci. neq; enim eſt conuerſio, & huic nihil proderis, & teipſum peſsimabis. Memor eſto iudicij mei: ſic enim erit & tuũ. mihi heri, & tibi hodie. In requie mortui requieſcere fac memoriã eius, & conſolare illũ in exitu ſpiritus ſui. Sapientiã ſcribe in tempore vacuitatis: & qui minoratur actu, ſapientiã percipiet: quia ſapientia replebitur. Qui tenet aratrum, & qui gloriatur in iaculo, ſtimulo boues agitat, & cõuerſatur in operibus eorũ, & enarratio eius in filijs taurorũ. Cor ſuum dabit ad verſandos ſulcos, & vigilia eius in ſaginavaccarũ. Sic omnis faber & architectus qui noctẽ tanquã diem trãſigit, qui ſculpit ſignaculo ſculptilia, & aſsiduitas eius variat picturam. cor ſuũ dabit in ſimilitudinẽ picturę, & vigilia ſua perficiet opus. Sic faber ferrarius ſedens iuxta incũdem, & conſyderãs opus ferri. Vapor ignis vret carnes eius, & in calore fornacis cõcertatur. Vox mallei innouat aurem eius, & cõtra ſimilitudinem
D vaſis oculus eius. Cor ſuum dabit in cõſummationem operũ, & vigilia ſua ornabit imperfectionem. Sic figulus ſedens ad opus ſuum, cõuertens pedibus ſuis rotam, qui in ſolicitudine poſitus eſt ſemper propter opus ſuũ, & innumera eſt omnis operatio eius. In brachio ſuo formabit lutum, & ante pedes ſuos curuabit virtutem ſuam. Cor ſuũ dabit vt conſummet limitationem, & vigilia ſua mundabit fornacem. Omnes hi in manibus ſuis ſperauerunt, & vnuſquiſq; in arte ſua ſapiẽs eſt: ſine his in omnibus non ædificabitur ciuitas. Et non inhabitabunt, nec inambulabunt, & in eccleſiam non trãſilient. Super ſellam iudicis non ſedebunt, & teſtamentum iudicij non intelligent, neq; palàm facient diſciplinam & iudiciũ, & in parabolis non inuenientur: ſed creaturam æui confirmabunt, & deprecatio illorum in operatione artis accommodantes animam ſuam, & conquirentes in lege Altiſsimi.

S. SAPIENS in bonis proficere non ceſſat, [redacted] CAPVT XXXIX.

A SApientiam omniũ antiquorum exquiret ſapiẽs, & in prophetis vacabit. Narrationem virorũ nominatorum conſeruabit, & in verſutias parabolarum ſimul introibit. Occulta prouerbiorum exquiret, & in abſconditis parabolarum cõuerſabitur. In medio magnatorũ miniſtrabit, & in cõſpectu præſidis apparebit. In terram alienigenarũ gentiũ pertranſiet. bona enim, & mala in omnibus tentabit. Cor ſuum tradet ad vigilandũ diluculo ad Dominũ qui fecit illũ, & in conſpectu altiſsimi deprecabitur. Aperiet os ſuũ in oratione, & pro delictis ſuis deprecabitur. Si enim Dominus magnus voluerit, ſpiritu intelligentiæ replebit illum: & ipſe tanquam imbres mittet eloquia ſapientiæ ſuæ, & in oratione confitebitur Domino. Et ipſe diriget
B conſilium eius & diſciplinã, & in abſconditis ſuis conſiliabitur.

tur. Ipse palàm faciet disciplinã doctrinæ suæ, & in lege testamenti Domini gloriabitur. Collaudabunt multi sapientiam eius, & vsq; in seculum non delebitur. Non recedet memoria eius, & nomẽ eius requiretur à generatione in generationem. Sapientiã eius enarrabũt gentes, & laudẽ eius enũtiabit ecclesia. Si permãserit nomẽ eius, derelinquet plus quàm mille: & si requieuerit, proderit illi. Adhuc cõsiliabor, vt enarrẽ: vt furore enim repletus sum. In voce dicit, Obaudite me diuini fructus, & quasi rosa plantata super riuos aquarũ fructificate. Quasi Libanus odorem suauitatis habete. Florete flores, quasi Lilium. & date odorẽ, & frõdete in gratiã, & collaudate canticũ, & benedicite Dominum in operibus suis. Date nomini
C eius magnificentiã, & confitemini illi in voce labiorũ vestrorum, & in cãticis labiorũ, & citharis, & sic dicetis in cõfessione, Opera Domini vniuersa bona valde. In verbo enim eius stetit aqua, sicut congeries: & in sermone oris illius, sicut exceptoria aquarum: quoniam in præcepto ipsius placor fit, & non est minoratio in salute ipsius. Opera omnis carnis coram illo, & non est quicquam absconditũ ab oculis eius. A seculo vsq; in seculũ respicit, & nihil est mirabile in conspectu eius. Non est dicere, Quid est hoc, aut quid est istud? omnia enim in tẽpore suo quærentur. Benedictio illius quasi fluuius inundabit: & quo modo cataclysmus aridã inebriauit, sic ira ipsius gentes quæ non exquisierunt eum, hæreditabit. Quo modo conuertit aquas in siccitatem, & siccata est terra, & viæ illius vijs illorum directæ sunt: sic peccatoribus offensiones in ira eius. Bona bonis creata sunt ab initio, sic nequissimis bona & mala. Initiũ necessariæ rei vitæ hominũ, aqua, ignis, & ferrũ,
D sal, lac, & panis similagineus, & mel, & botrus vuæ, & oleum, & vestimentum. Hæc omnia sanctis in bona: sic & impijs, & peccatoribus in mala conuertentur. Sunt spiritus qui ad vindictam creati sunt, & in furore suo confirmauerunt tormenta sua, & in tempore consummationis effundẽt virtutẽ: & furorem eius qui fecit illos, cõfundẽt. Ignis, grãdo, fames, & mors, omnia hæc ad vindictã creata sunt. bestiarũ dentes, & scorpij, & serpentes, & romphæa vindicans in exterminiũ impios. In mandatis eius epulabuntur, & super terrã in necessitate præparabuntur, & in temporibus suis nõ præterient verbũ. Propterea ab initio cõfirmatus sum, & consiliarius sum, & cogitaui, & scripta dimisi. Omnia opera Domini bona, & omne opus hora sua subministrauit. Nõ est dicere, Hoc illo nequius est: omnia enim tẽpore suo cõprobabuntur. Et nunc in omni corde & ore collaudate, & benedicite nomen Domini.

Gen. 1 d
Mar. 7 d
Gen. 7 d
Ecclesiast. 14 c
Supra 29 d
Supra 40 d

S. MISERIAE *hominis ex peccato originali sequentes, & iustorum à Dei timore benedictiones.* CAPVT XL.

A OCcupatio magna creata est omnibus hominibus, & iugum graue super filios Adam à die exitus de ventre matris eorum, vsq; in diẽ sepulturæ in matrem omniũ. Cogitationes eorum, & timores cordis, adinuentiones expectationis, & dies finitionis: à præsidente super sedem gloriosam, vsq; ad humiliatũ in terrã & cinerem: ab eo qui vtitur hyacintho, & portat coronã, vsq; ad eum qui operitur lino crudo. Furor, zelus, tumultus, fluctuatio & timor mortis, iracundia perseuerans, & contentio, & in
B tempore refectionis in cubili somnus noctis immutat scientiam eius. Modicũ autem tanquam nihil in requie, & ab eo in somnis, quasi in die respectus. Conturbatus est in visu cordis sui, tanquã qui euaserit in die belli. In tẽpore salutis suæ exurrexit, & admirans ad nullũ timorẽ cum omni carne, ab homine vsq; ad pecus, & super peccatores septuplũ. Ad hæc mors, sanguis, contentio, & romphæa, oppressiones, fames, & contritio, & flagella: super iniquos creata sunt hæc omnia, & propter illos factus est cataclysmus. Omnia quæ de terra sunt, in terram conuertentur, & omnes aquæ in mare conuertuntur. Omne munus, & iniquitas delebitur, & fides in seculum stabit. Substantiæ iniustorum sicut fluuius siccabuntur, & sicut tonitruum magnum in pluuia personabunt. In aperiẽdo manus suas, lætabitur: sic præuaricatores in consummatione ta-
C bescent. Nepotes impiorum non multiplicabunt ramos, & radices immundæ super cacumen petræ sonãt. Super omnem aquam viriditas, & ad oram fluminis ante omne fœnũ euelletur. Gratia sicut paradisus in benedictionibus, & misericordia in seculo permanet. Vita sibi sufficientis operarij condulcabitur, & in ea inuenies thesaurum. Filij, ædificatio ciuitatis confirmabit nomẽ, & super hanc mulier immaculata computabitur. Vinum & musica lætificant cor, & super vtraq; dilectio sapientiæ. Tibiæ & psalterium suauem faciunt melodiã, & super vtraq; lingua suauis. Gratiã & speciem desyderabit oculus tuus, & super hæc virides sationes. Amicus & sodalis in tempore conuenientes, & super vtrosq; mulier cum viro. Fratres in adiutorium in tempore tribulationis, & super eos
D misericordia liberabit. Aurum & argentum est constitutio pedum: & super vtrunq; consilium beneplacitum. Facultates & virtutes exaltant cor, & super hæc timor Domini. Non est in timore Domini minoratio, & non est in eo inquirere adiutorium. Timor Domini sicut paradisus benedictionis, & super omnem gloriam operuerunt illum. Fili, in tempore vitæ tuæ ne indigeas. Melius est enim mori, quàm indigere. Vir respiciens in mensam alienam, non est vita eius in cogitatione victus. alit enim animam suam cibis alienis. Vir autem disciplinatus, & eruditus custodiet se. In ore imprudentis condulcabitur inopia, & in ventre eius ignis ardebit.

Supra 39 d
Gene. 7
Supra 41 b
Ecclesiast. 21 b

S. MORTIS *memoria quo pacto sit animo reuocanda, & ad illam digne suscipiendam quæ sint sequenda & quæ fugienda.*

CAPVT XLI.

A OMors quàm amara est memoria tua homini pacem habenti in substantijs suis: viro quieto, & cuius viæ directæ sunt in omnibus, & adhuc valenti accipere cibum. O mors bonum est iudicium tuũ homini indigenti, & qui minoratur viribus, defecto ætate, & cui de omnibus cura est, & incredibili qui perdit sapientiam. Noli metuere iudiciũ mortis. Memẽto quæ ante te fuerunt, & quæ superuentura sunt tibi: hoc iudicium à Domino omni carni, & qui superuenient tibi in beneplacito altissimi, siue decẽ, siue centũ, siue mille anni. Non est enim in inferno
B accusatio vitæ. Filij abominationũ fiunt filij peccatorũ, & qui conuersantur secus domos impiorũ. Filiorum peccatorũ periet hæreditas, & cũ semine illorũ assiduitas opprobrij. De patre impio queruntur filij, quoniã propter illũ sunt in opprobrio. Væ vobis viri impij, qui dereliquistis legẽ Domini altissimi. Et si nati fueritis, in maledictione nascemini: si mortui fueritis, in maledictione erit pars vestra. Omnia quæ de terra sunt, in terrã conuertentur: sic impij à maledicto in per-
C ditionem. Luctus hominum in corpore ipsorum, nomen autem impiorum delebitur. Curam habe de bono nomine. hoc enim magis permanebit tibi, quàm mille thesauri pretiosi & magni. Bonæ vitæ numerus dierum: bonũ autem nomẽ permanebit in æuum. Disciplinã in pace conseruate filij, sapiẽtia enim abscondita, & thesaurus inuisus, quæ vtilitas in vtrisq;? Melior est homo qui abscondit stultitiam suam, quàm homo qui abscondit sapientiã suam. Veruntamẽ reuertimini in his quæ procedũt de ore meo. Non est enim bonũ omnẽ irreue-
D rentiã obseruare: & nõ omnia omnibus bene placent in fide. Erubescite à patre & à matre de fornicatione: & à præsidente & à potente de mendacio: à principie & à iudice de delicto: à synagóga & plebe de iniquitate: à socio & amico de iniustitia: & de loco in quo habitas: de furto, de veritate Dei, & testamento: de discubitu in panibus, & ab obfuscatione dati & accepti: à salutantibus de silentio: à respectu mulieris fornicariæ: & ab auersione vultus cognati. Ne auertas faciem tuam à proximo tuo, & ab auferendo partem, & non restituendo. Ne respicias mulierem alieni viri, & ne scruteris ancillã eius,

Supra 40 b
Supra 20 d

neq; ſteteris ad lectũ eius. Caue ab ãmicis de ſermonibus improperij:& cum dederis,ne improperes.

S. SECRETA celanda, perſonarum acceptio uitanda, filia cuſtodienda,& mulierum conſortia aſpernanda.

CAPVT XLII.

A NOn duplices ſermonem auditus de reuelatione ſermonis abſconditi,& eris verè ſine confuſione, & inuenies gratiã in cõſpectu omniũ hominum: ne pro his omnibus confundaris.& ne accipias perſonam,vt delinquas. De lege altiſſimi,& teſtamẽto, & de iudicio iuſtificare impiũ, & de verbo ſociorũ & viatorum, & de datione hæreditatis amicorũ, de æqualitate ſtatéræ & põderum, de acquiſitione multorũ & paucorũ, de correptione emptionis & negotiatorũ,& de multa diſciplina filiorum, & ſeruo peſsimo latus ſanguinare. Super mulierẽ nequã bonũ eſt ſignũ. Vbi manus multæ ſunt,claude:& quodcũq; trades, numera & appende: datum verò, & acceptũ omne deſcribe.
B De diſciplina inſenſati & fatui,& de ſenioribus qui iudicãtur ab adoleſcentibus:& eris eruditus in omnibus, & probabilis in conſpectu omniũ virorũ. Filia patris abſcondita eſt. vigilia & ſolicitudo eius aufert ſomnum, ne fortè in adoleſcẽtia ſua adultera efficiatur,& cũ viro cõmorata odibilis fiat, nequando polluatur in virginitate ſua,& in paternis ſuis grauida inueniatur,ne fortè cũ viro commorata tranſgrediatur,aut certè ſterilis efficiatur. Super filiã luxurioſam cõfirma cuſtodiam: nequando faciat te in opprobriũ venire inimicis,à detractione in ciuitate,& obiectione plebis,& cõfundat te in multitudine populi. Omni homini noli intendere in ſpecie:& in
C medio mulierum noli commorari. de veſtimentis enim procedit tinea,& à muliere iniquitas viri. Melior eſt enim iniquitas viri,quàm mulier benefaciens,& mulier confundens in opprobrium. Memor ero igitur operũ Domini,& quæ vidi annuntiabo in ſermonibus Domini opera eius. Sol illuminans per omnia reſpexit,& gloria Domini plenũ eſt opus eius. Nónne Dominus facit ſanctos enarrare omnia mirabilia ſua,quæ confirmauit Dominus omnipotens ſtabiliri in gloria ſua? Abyſſum,& cor hominũ inueſtigauit:& in aſtutia eorũ ex-
D cogitauit. Cognouit enim Dominus omnem ſciẽtiam,& inſpexit in ſinũ æui,annũtians quæ præterierũt & quæ ſuperuentura ſunt,reuelãs veſtigia oculorum. Non præterit illum omnis cogitatus,non abſcondit ſe ab eo vllus ſermo. Magnalia ſapientiæ ſuæ decorauit:qui eſt ante ſeculũ & vſq; in ſeculum,neq; adiectũ eſt neq; minuitur,& nõ eget alicuius cõſilio. Quàm deſyderabilia omnia opera eius, & tanquàm ſcintilla quæ eſt cõſyderare. Omnia hæc viuũt,& manẽt in ſeculum,& in omni neceſsitate omnia obaudiũt ei. Omnia duplicia,vnũ contra vnũ,& nõ fecit quicquã deeſſe. Vniuſcuiuſq; confirmabit bona. Et quis ſatiabitur videns gloriam eius?

Leuit.19 c
Deute.1 c
& 16 d
Prou.24 c
Iacobi 2 a

S. IN cœlorũ ornatu & pulchritudine eminẽtia creatoris & gloria relucet,in cuius laude nemo ſufficit. CAPVT XLIII.

A ALtitudinis firmamentũ pulchritudo eius eſt, ſpecies cœli in viſione gloriæ. Sol in aſpectu annuntiãs in exitu, vas admirabile opus excelſi. In meridiano exuret terram ,& in conſpectu ardoris eius quis poterit ſuſtinere? Fornacem cuſtodiens in operibus ardoris. Tripliciter ſol exurẽs mõtes,radios igneos exufflans, & refulgens, radijs ſuis obcæcat oculos. Magnus Dominus qui fecit illũ,& in ſermonibus eius feſtinauit iter. Et luna in omnibus in tẽpore ſuo oſtenſio tẽporis,& ſignũ æui. A luna ſignũ diei feſti,luminare quod minuitur in conſummatione. Menſis ſecundũ nomẽ eius eſt creſcens mirabiliter in cõſum-
B matione. Vas caſtrorũ in excelſis,in firmamẽto cœli reſplendens. Species cœli gloria ſtellarũ mundũ illuminãs in excel-
Gene.9 b ſis Dominus. In verbis ſancti ſtabũt ad iudicium,& non deficient in vigilijs ſuis. Vide arcũ,& benedic eum qui fecit illũ: valde ſpecioſus eſt in ſplendore ſuo. Gyrauit cœlũ in circuitu gloriæ ſuæ,manus excelſi aperuerunt illum. Imperio ſuo accelerauit niuem,& accelerat coruſcationes emittere iudicij ſui. Propterea aperti ſunt theſauri,& euolauerunt nebulæ ſicut aues. In magnitudine ſua poſuit nubes, & confracti ſunt lapides grandinis. In conſpectu eius cõmouebuntur montes, & in volũtate eius aſpirauit Notus. Vox tonitrui eius verbe-
C rauit terrã,tempeſtas aquilonis,& congregatio ſpiritus,& ſicut auis deponẽs ad ſedendũ,aſpergit niuem,& ſicut locuſta demergens deſcẽſus eius. Pulchritudinẽ candoris eius admirabitur oculus,& ſuper imbrẽ eius expaueſcit cor. Gelu ſicut ſalem effundet ſuper terrã:& dum gelauerit,fiet tanquàm cacumina tribuli. Frigidus vẽtus aquilo flauit,& gelauit cryſtallus ab aqua,ſuper omnem congregationẽ aquarũ requieſcet, & ſicut lorica induet ſe aquis. Et deuorabit montes,& exuret deſertum,& extinguet viride ſicut ignem. Medicina omniũ in feſtinatione nebulæ:& ros obuians ab ardore venienti humilem efficiet eũ. In ſermone eius ſiluit ventus, & cogitatione ſua placauit abyſſum,& plantauit illũ Dominus IESVS.
Qui nauigãt mare,enarrãt pericula eius:& audientes auribus
D noſtris admirabimur. Illic præclara opera, & mirabilia: varia beſtiarũ genera, & omnium pecorum,& creatura beluarum. Propter ipſum cõfirmatus eſt itineris finis,& in ſermone eius compoſita ſunt omnia. Multa dicemus, & deficiemus in verbis, cõſummatio autem ſermonũ ipſe eſt in omnibus. Gloriantes ad quid valebimus? ipſe enim omnipotẽs ſuper omnia opera ſua. Terribilis Dominus,& magnus vehementer, & *Pſal. 95 d*
mirabilis potẽtia ipſius. Glorificantes Dominũ quantũcunq; potueritis,ſuperualebit adhuc, & admirabilis magnificentia eius. Benedicentes Dominũ,exaltate illum quantũ poteſtis, maior enim eſt omni laude. Exaltantes eũ replemini virtute. Ne laboretis,non enim comprehẽdetis. Quis videbit eum, & *Pſal. 105 a*
enarrabit? & quis magnificabit eum ſicut eſt ab initio? Multa abſcondita ſunt maiora his: pauca enim vidimus operũ eius. Omnia autẽ Dominus fecit,& piè agẽtibus dedit ſapiẽtiam.

S. AD uirtutum opera per uirtutes hortamur, in quorum miniſterijs Deus ante legem maxime commendatus eſt.

CAPVT XLIIII.

A LAudemus viros glorioſos, & parentes noſtros in generatione ſua. Multam gloriam fecit Dominus magnificẽtia ſua à ſeculo. Dominãtes in poteſtatibus ſuis homines magni virtute,& prudẽtia ſua præditi,nuntiãtes in prophetis dignitatẽ prophetarũ,& imperantes in præſenti populo,& in virtute prudentiæ populis ſanctiſsima verba. In peritia ſua requirẽtes modos muſicos,& narrãtes carmina in ſcriptura. Homines diuites in virtute pulchritudinis ſtudium habentes: pacificantes in domibus ſuis.
B Omnes iſti in generationibus gentis ſuæ gloriã adepti ſunt, & in diebus ſuis habẽtur in laudibus. Qui de illis nati ſunt, reliquerunt nomen narrandi laudes eorũ,& ſunt quorũ non eſt memoria: perierunt quaſi qui nõ fuerint,& nati ſunt quaſi nõ nati,& filij eorũ cũ ipſis. Sed illi viri miſericordiæ ſunt,quorũ pietates nõ defuerunt,& cum ſemine eorũ permanent bona, hæreditas & nepotũ ipſorum ſemen in teſtamento ſtetit: &
C filiorum ipſorũ ſemen propter illos vſq; in æternũ manet ſemen eorũ,& gloria eorum nõ derelinquetur. Corpora ipſorũ in pace ſepulta ſunt,& nomen eorũ viuet in generationem & generationem. Sapientiã ipſorum narrent populi, & laudem *Gene.5 c*
eorũ nuntiet eccleſia. Enoch placuit Deo, & tranſlatus eſt in *Heb.11 a*
paradiſum, vt det gentibus pœnitentiam. Noe inuentus eſt *Gene.6 b*
perfectus,iuſtus,& in tempore iracũdiæ factus eſt recõciliatio. Ideò dimiſſum eſt reliquum terræ,cũ factum eſt diluuiũ. *7 a*
Teſtamenta ſeculi poſita ſunt apud illum,ne deleri poſsit di- *Heb.11 b*
luuio omnis caro. Abraham magnus pater multitudinis gen- *Gene.17 a*
tium,& non eſt inuentus ſimilis illi in gloria, qui conſeruauit *Gene.22 d*
D legem Excelſi,& fuit in teſtamẽto cũ illo. In carne eius ſtare fecit

fecit testamentum, & in tentatione inuentus est fidelis. Ideò
Genes.22 e iureiurãdo dedit illi gloriam in gente sua, crescere illum quasi
terræ cumulum, & vt stellas exaltare semen eius, & hæreditare illos à mari vsq; ad mare, & à flumine vsq; ad terminos
orbis terræ. Et Isaac eodem modo fecit propter Abraham
patrem eius. Benedictionem omnium gentium dedit illi Dominus, & testamentum suum confirmauit super caput Iacob.
Agnouit eum in benedictionibus suis, & dedit illi hæreditatem, & diuisit illi partem in tribubus duodecim. Et conseruauit illi homines misericordiæ inuenientes gratiam in oculis
omnis carnis.

S. LAVDES *patrum sub lege scripta Moysi, Aaronis, & Phinees.*

CAPVT XLV.

A DIlectus Deo & hominibus Moyses, cuius memoria in benedictione est. Similem illũ fecit in gloExod.11 a ria sanctorũ, & magnificauit eum in timore inimicorum, & in verbis suis monstra placauit. Glori-
Exo.6 7 8 ficauit illũ in conspectu regũ, & iussit illi coram populo suo,
Exo.16 c & ostendit illi gloriã suam. In fide & lenitate ipsius sanctum
fecit illũ, & elegit eũ ex omni carne. Audiuit enim eum, & vo
Exod.19 b cem ipsius, & induxit illũ in nubẽ. Et dedit illi * coràm præ-
* alias cor præcepta. cepta, & legem vitæ, & disciplinæ docere Iacob testamẽtum
Exod.4 d suũ, & iudicia sua Israel. Excelsum fecit Aaron fratrem suũ,
& similem sibi de tribu Leui. Statuit ei testamentum æternũ,
& dedit illi sacerdotium gentis, & beatificauit illum in gloria,
Exod.28 f & circumcinxit eum zona iustitiæ, & induit ei stolã gloriæ,
B & coronauit eum in vasis virtutis. Circumpedes & femoralia, & humerale posuit ei, & cinxit illum tintinnabulis aureis
plurimis in gyro, dare sonitum in incessu suo, auditum facere
sonitũ in templo, in memoriam filijs gentis suæ. Stolam sanctam auro & hyacintho, & purpura, opus textile, viri sapientis iudicio & veritate prædíti. Torto cocco opus artificis,
gemmis pretiosis figuratis in ligatura auri, & opere lapidarij sculptis in memoriam secundum numerum tribuum Israel. Corona aurea super mitram eius expressa signo sanctitatis: & gloria honoris, & opus virtutis, desyderia oculorum ornata. Sic pulchra ante ipsum non fuerunt talia vsq; ad originem. Non est indutus illa alienigena aliquis, sed tantum filij
C ipsius soli, & nepotes eius per omne tempus. Sacrificia ipsius
Leuit.8 b consummata sunt igne quotidie. Compleuit Moyses manus
eius, & vnxit illum oleo sancto. Factum est illi in testamentũ
æternum, & semini eius sicut dies cœli fungi sacerdotio, & habere laudem, & glorificare populum suum in nomine suo.
Ipsum elegit ab omni viuente, offerre sacrificium Deo, incensum, & bonum odorem in memoriam placere pro populo suo: & dedit illi in præceptis suis potestatem, in testamen-
Num.16 a tis iudiciorum docere Iacob testimonia, & in lege sua lucem
dare Israel. Quia contra illum steterunt alieni, & propter inuidiam circundederunt illum homines in deserto qui erant
D cum Dathan & Abiron, & congregatio Core in iracundia.
Vidit Dominus Deus, & non placuit illi, & consumpti sunt
in impetu iracundiæ. Fecit illis monstra, & consumpsit illos
in flamma ignis. Et addidit Aaron gloriam, & dedit illi hæreditatem, & primitias frugum terræ diuisit illi. Panem ipsius
in primis parauit in satietatẽ. nam & sacrificia Domini edent,
Num.25 c quæ dedit illi, & semini eius. Cæterum inter gentes nõ hære-
1.Mac.1 f ditabit, & pars non est illi in gente. ipse est enim pars eius, &
hæreditas. Phinees filius Eleazari tertius in gloria est, imitando eum in timore Domini; & stare in reuerẽtia gentis; in bonitate, & alacritate animæ suæ placuit Deo Israel. Ideo statuit
illi testamentum pacis, principem sanctorum & gentis suæ,
vt sit illi & semini eius sacerdotij dignitas in æternum. Et testamentum Dauid regi filio Iesse de tribu Iuda, hæreditas
ipsi & semini eius, vt daret sapientiã in cor nostrum iudicare
gentem suam in iustitia: ne abolerẽtur bona ipsorum, & gloriam ipsorum in gentem eorum æternam fecit.

S. IOSVE, *Caleb, Iudices & Samuel à magnificis gestis post legem magnificantur.*

CAPVT XLVI.

A FOrtis in bello Iesus Naue successor Moysi in prophetis, qui fuit magnus secundũ nomen suũ, maximus in salutẽ electorũ Dei, expugnare insurgentes hostes, vt consequeretur hæreditatẽ Israel. Quam gloriam adeptus est extollendo manus suas, & iactando contra ciuitates romphæas? Quis ante illum sic restitit? Nam hostes ipse Dominus percussit. Aut non in iracun- *Iosue 10 c*
dia eius impeditus est sol, & vnus dies factus est quasi duo?
Inuocauit altissimũ potentem in oppugnando inimicos vn-
diq;, & audiuit illũ magnus & sanctus Deus in saxis grandi-
B nis virtutis valde fortis. Impetum fecit cõtra gẽtem hostilem,
& in descensu perdidit contrarios, vt cognoscant gentes potentiam eius, quia cõtra Deum pugnare nõ est facile: & secu- *Num.14 c*
tus est à tergo potentes. Et in diebus Moysi misericordiam
fecit ipse & Caleb filius Iephone, stare cõtra hostem, & prohibere gentem à peccatis, & perfringere murmur malitiæ. Et
ipsi duo constituti, à periculo liberati sunt, à numero sexcentorum milliũ peditum inducere illos in hæreditatem, in terrã
quæ manat lac & mel. Et dedit Dominus ipsi Caleb fortitu- *Iosue 14 c*
C dinem, & vsq; in senectutem permansit illi virtus, vt ascenderet in excelsum terræ locum, & semen ipsius obtinuit hæreditatem: vt viderẽt omnes filij Israel quia bonum est obsequi
sancto Deo. Et iudices singuli suo nomine, quorum non est
corruptum cor, qui nõ auersi sunt à Domino, vt sit memoria
illorum in benedictione, & ossa eorum pullulẽt de loco suo,
& nomen eorũ permaneat in æternum, permanente ad filios
illorum sanctorum virorum gloria. Dilectus à Domino Deo
suo Samuel propheta Domini, renouauit imperiũ, & vnxit
principes in gente sua. In lege Domini congregationem iu-
D dicauit, & vidit Dominus Iacob, & in fide sua probatus est
propheta. Et cognitus est in verbis suis fidelis, quia vidit
Deum lucis, & inuocauit Dominũ omnipotentem in oppugnando hostes circunstantes vndiq;, in oblatione viri inuiolati. Et intonuit de cœlo Dominus, & in sonitu magno auditã *1.Reg.7 c*
fecit vocem suam, & cõtriuit principes Tyriorum, & omnes *1.Reg.12 d*
duces Philisthijm. Et ante tempus finis vitæ suæ & seculi testimonium præbuit in conspectu Domini, & Christi, pecunias & vsq; ad calceamenta ab omni carne non accepit, & non *1.Reg.15 d*
accusauit illum homo. Et post hoc dormiuit, & notum fecit *1.Reg.28 d*
regi, & ostendit illi finem vitæ suæ, & exaltauit vocem eius
de terra in prophetia delere impietatem gentis.

S. NATHAN, *Dauid, Salomonis, & quorundam suo tempore celebratorum præconia.*

CAPVT XLVII.

A POst hæc surrexit Nathan propheta in diebus Dauid. Et quasi adeps separatus à carne, sic Dauid à *1.Reg.11 d*
filijs Israel. Cum leonibus lusit quasi cum agnis: *1.Reg.17 d*
& in vrsis similiter fecit sicut in agnis ouiũ in iuuentute sua. Nunquid non occidit gigantem, & abstulit op- *1.Reg.17 f*
probrium de gente? In tollẽdo manum in saxo fundæ deiecit
exultationem Goliæ, vbi inuocauit Dominũ omnipotẽtem,
& dedit in dextera eius tollere hominem fortẽ in bello, & exaltare cornu gentis suæ. Sic in decẽ millibus glorificauit eum, *1.Reg.18 b*
& laudauit eum in benedictionibus Domini, in offerendo
illi coronam gloriæ. cõtriuit enim inimicos vndiq;, & extirpauit Philisthijm cõtrarios vsq; in hodiernum diem; contriuit cornu ipsorum vsq; in æternũ. In omni opere dedit con-
B fessionem sancto, & excelso in verbo gloriæ. De omni corde suo laudabit Dominum, & dilexit Deum qui fecit illũ, &
dedit illi cõtra inimicos potentiã: & stare fecit cantores contra altare, & in sono eorũ dulces fecit modos. Et dedit in celebrationibus decus, & ornauit tempora vsq; in consummationem vitæ, vt laudarẽt nomen sanctum Domini, & amplificarent mane Dei sanctitatem. CHRISTVS purgauit peccata *1.Reg.12 d*
ipsius, & exaltauit in æternũ cornu eius: & dedit illi testamẽ-

tum regni,& ſedem gloriæ Iſrael. Poſt ipſum ſurrexit filius
C ſenſatus,& propter illũ deiecit omnem potẽtiam inimicorũ.
3.Reg.4 c Salomon imperauit in diebus pacis,cui ſubiecit Deus omnes
hoſtes,vt conderet domum in nomine ſuo, & pararet ſanctitatem in ſempiternum,quemadmodum eruditus eſt in iuuen
3.Reg.4 d tute ſua. Et impletus eſt quaſi flumen ſapientia,& terrã retexit anima ſua. Et repleſti in cõparationibus ænigmata: ad inſulas longe diuulgatum eſt nomẽ tuum,& dilectus es in pace tua. In cantilenis & prouerbijs,& comparationibus, & interpretationibus miratæ ſunt terræ,& in nomine Domini Dei
3.Reg.11 a cui eſt cognomen, Deus Iſrael. Collegiſti quaſi aurichalcum aurum,& vt plumbum compleſti argentum,& inclinaſti femora tua mulieribus. Poteſtatẽ habuiſti in corpore tuo. Dediſti maculam in gloriã tuam,& prophanaſti ſemẽ tuum inducere iracũdiam ad liberos tuos,& in cæteris ſtultitiã tuam,
D vt faceres imperium bipartitũ,& ex Ephráim imperare imperium durum. Deus autem non derelinquet miſericordiam ſuam,& non corrumpet,nec delebit opera ſua,neq; perdet à ſtirpe nepotes electi ſui:& ſemen eius qui diligit Dominum, non corrumpet. Dedit autem reliquum Iacob, & Dauid de ipſa ſtirpe. Et finem habuit Salomon cum patribus ſuis. Et dereliquit poſt ſe de ſemine ſuo gentis ſtultitiam, & immunitum prudentia Roboam,qui auertit gentem conſilio ſuo,
3.Reg.12 c & Ieroboam filium Nabat, qui peccare fecit Iſrael, & dedit viam peccandi Ephráim,& plurima redundauerunt peccata ipſorum. Valde enim auerterunt illos à terra ſua. Et quæſiuit omnes nequitias,vſq; dum perueniret ad illos defenſio,& ab omnibus peccatis liberauit eos.

S. ELIAS, *Eliſæus, & Ezechias ob ſingulares uirtutum actus magnificantur.* CAPVT XLVIII.

A ET ſurrexit Elias propheta,quaſi ignis,& verbũ
ipſius quaſi facula ardebat. Qui induxit in illos
3.Reg.17 a famem,& imitantes illum inuidia ſua, pauci facti ſunt,non enim poterant ſuſtinere præcepta Domini. Verbo Domini continuit cœlum,& deiecit à ſe ignem terræ, ſic amplificatus eſt Elias in mirabilibus ſuis. Et quis poteſt ſimiliter ſic gloriari tibi? Qui ſuſtuliſti mortuum ab inferis,de ſorte mortis,in verbo Domini Dei. Qui deieciſti reges ad perniciẽ,& confregiſti facile potentiã ipſorum,& glorioſos de lecto ſuo. Qui audis in Sina iudiciũ,& in Horeb iu-
3.Reg.19 c dicia defenſionis. Qui vngis reges ad pœnitentiã, & prophe-
4.Reg.1 b tas facis ſucceſſores poſt te. Qui receptus es in turbine ignis in curru equorũ igneorũ. Qui inſcriptus es in iudicijs temporum venire iracundiam Domini,cõciliare cor patris ad filium,
B & reſtituere tribus Iacob. Beati ſunt qui te viderũt, & in amicitia tua decorati ſunt. nam nos vita viuimus tantũ, poſt mortem autem non erit tale nomen noſtrum. Elias qui in turbine tectus eſt,& in Eliſæo completus eſt ſpiritus eius: in diebus ſuis nõ pertimuit principem,& potentia nemo vicit illũ. Nec
4.Reg.13 d ſuperauit illum verbũ aliquod,& mortuum prophetauit corpus eius. In vita ſua fecit monſtra,& in morte mirabilia operatus eſt. In omnibus iſtis nõ pœnituit populus, & nõ receſ-
C ſerunt à peccatis ſuis vſq; dum eiecti ſunt de terra ſua,& diſperſi ſunt in omnem terram, & relicta eſt gens perpauca,& princeps in domo Dauid. Quidam ipſorũ fecerunt quod placeret Deo: alij autem multa commiſerunt peccata. Ezechias muniuit ciuitatẽ ſuam, & induxit in medium ipſius aquam,
4.Reg.18 d & fodit ferro rupem,& ædificauit ad aquam puteũ. In diebus ipſius aſcendit Sennacherib,& miſit Rabſacẽ, & ſuſtulit manum ſuam contra illos,& extulit manũ ſuã in Sion, & ſuperbus factus eſt potentia ſua. Tunc mota ſunt corda, & manus
D ipſorum:& doluerũt quaſi parturientes mulieres. Et inuocauerunt Dominũ miſericordẽ, & expandẽtes manus ſuas, extulerunt ad cœlũ:& ſanctus Dominus Deus audiuit cito vocem ipſorum. Non eſt commemoratus peccatorum illorum, neq; dedit illos inimicis ſuis,ſed purgauit eos in manu Iſaiæ ſancti prophetæ. Deiecit caſtra Aſſyriorum, & cõtriuit illos 4.Reg.19 g
angelus Domini. nã fecit Ezechias quod placuit Deo,& for- Tob.1 d
titer iuit in via Dauid patris ſui,quam mãdauit illi Iſaias pro- Eſa.37 g
pheta magnus, & fidelis in conſpectu Dei. In diebus ipſius 1.Mac.7 f
retro redijt ſol,& addidit regi vitam. Spiritu magno vidit vlti- & 2.Mac.
ma,& conſolatus eſt lugentes in Sion, vſq; in ſempiternum. 8 e
Oſtendit futura,& abſcondita antequam euenirent. 4.Reg.20 d
Eſa.38 a

S. IOSIAE, *Zorobabel, Nehemiæ, Enoch, & Ioſeph acta celebrantur.* CAPVT XLIX.

A MEmoria Ioſiæ in cõpoſitione odoris facta opus
pigmentarij. In omni ore quaſi mel indulcabitur
eius memoria,& vt muſica in conuiuio vini. Ipſe
eſt directus diuinitus in pœnitẽtia gentis, & tulit
abominationes impietatis. Et gubernauit ad Dominum cor 4.Reg.23 b
ipſius,& in diebus peccatorum corroborauit pietatem. Præ-
B ter Dauid,& Ezechiam,& Ioſiam,omnes peccatũ commiſerunt. nã reliquerunt legẽ altiſſimi reges Iuda, & contempſerunt timorẽ Dei. Dederunt enim regnũ ſuũ alijs,& gloriam ſuam alienigenæ genti. Incenderunt electã ſanctitatis ciuitatem, & deſertas fecerunt vias ipſius in manu Ieremiæ. Nam Ierem.38 b
male tractauerunt illum, qui à ventre matris conſecratus eſt Ierem.1 b
C propheta, euertere & eruere,& perdere,& iterum ædificare, & renouare. Ezechiel qui vidit conſpectũ gloriæ, quã oſten- Ezech.1
dit illi in curru cherubim. Nam commemoratus eſt inimicorum in imbre,benefacere illis qui oſtenderunt rectas vias. Et duodecim prophetarũ oſſa pullulent de loco ſuo. nam corroborauerunt Iacob,& redemerũt ſe in fide virtutis ſuæ. Quomodo amplificemus Zorobabel? nam & ipſe quaſi ſignum Agg.2 d
in dextera manu Iſrael. Et Ieſum filium Ioſedec? qui in die- Zacha.3 a
bus ſuis ædificauerunt domum,& exaltauerunt templũ ſan- 1.Eſdr.3 b
ctum Domino paratum in gloriam ſempiternam. Et Nehe- Nehem.7 a
D mias in memoria multi tẽporis, qui erexit nobis muros euerſos, & ſtare fecit portas & ſeras, qui erexit domos noſtras. Nemo natus eſt in terra, qualis Enoch. nam & ipſe receptus Supra 44 c
eſt à terra. Et Ioſeph qui natus eſt homo, princeps fratrum, Gene.50 d
firmamentum gentis,rector fratrum,ſtabilimentum populi, & oſſa ipſius viſitata ſunt,& poſt mortem prophetauerunt. Seth & Sem apud homines gloriam adepti ſunt, & ſuper omnem animam in origine Adam.

S. SIMONIS Oniæ *filij magni ſacerdotis, præconia narrantur celeberrima.* CAPVT L.

A SImõ Oniæ filius,ſacerdos magnus,qui in vita ſua
ſuffulſit domum, & in diebus ſuis corroborauit
templum. Templi etiam altitudo ab ipſo fundata eſt,duplex ædificatio, & excelſi parietes templi. In diebus ipſius remanauerunt putei aquarũ,& quaſi mare adimpleti ſunt ſupra modum. Qui curauit gentem ſuam, & liberauit eam à perditione. Qui præualuit amplificare ciuitatem,qui adeptus eſt gloriam in conuerſatione gentis:& ingreſſum domus,& atrij amplificauit. Quaſi ſtella matutina in medio nebulæ, & quaſi luna plena in diebus ſuis lucet. Et quaſi ſol refulgens, ſic ille effulſit in templo Dei. Quaſi arcus refulgẽs inter nebulas gloriæ,& quaſi flos roſarum in diebus
B vernis, & quaſi lilia quæ ſunt in tranſitu aquæ,& quaſi thus redolens in diebus æſtatis. Quaſi ignis effulgẽs,& quaſi thus ardens in igne. Quaſi vas auri ſolidum ornatum omni lapide pretioſo. Quaſi oliua pullulans,& cypreſſus in altitudinem ſe extollens in accipiendo ipſum ſtolam gloriæ,& veſtiri eum in conſummatione virtutis. In aſcenſu altaris ſancti gloriam dedit ſanctitatis amictum. In accipiendo autẽ partes de manu ſacerdotũ ipſe ſtans iuxta aram. Circa illũ corona fratrum: & quaſi plantatio cedri in monte Libano,ſic circa illũ ſteterunt quaſi rami palmæ & omnes filij Aaron in gloria ſua. Oblatio autem Domini in manibus ipſorum,coram omni ſynagóga Iſrael,& conſummatione fungens in ara,amplificare oblatio-
nem

nem excelsi regis porrexit manum suam in libatione, & libauit de sanguine uuæ. Effundit in fundamento altaris odorem
C diuinum excelso principi. Tunc exclamauerunt filij Aaron, in tubis ductilibus sonuerunt, & auditã fecerunt vocem magnam in memoriam coram Deo. Tunc omnis populus simul properauerunt, & ceciderunt in faciem super terram adorare Dominum Deum suũ, & dare preces omnipotenti Deo excelso. Et amplificauerunt psallentes in vocibus suis, & in magna domo auctus est sonus suauitatis plenus. Et rogauit populus Dominum excelsum in prece vsq; dum perfectus est honor Domini, & munus suum perfecerunt. Tunc descendens, manus suas extulit in omnem cõgregationem filiorum Israel dare gloriam Deo à labijs suis, & in nomine ipsius gloriari, & iterauit orationem suam, volens ostendere virtutem Dei. Et plus orauit Deum omnium, qui magna fecit in omni
D terra, qui auxit dies nostros à vẽtre matris nostræ, & fecit nobiscum secundum suam misericordiam. det nobis iucunditatem cordis, & fieri pacem in diebus nostris in Israel per dies sempiternos: credere Israel nobiscũ esse Dei misericordiam, vt liberet nos in diebus suis. Duas gentes odit anima mea: tertia autẽ non est gens, quam oderim. qui sedent in monte Seir. & Philisthijm: & stultus populus qui habitat in Sichimis. Doctrinam sapientiæ & disciplinæ scripsit in codice isto Iesus filius Sirach Ierosolymita, qui renouauit sapientiam de corde suo. Beatus qui in istis versatur bonis. qui ponit illa in corde suo, sapiens erit semper. Si enim hæc fecerit, ad omnia valebit. quia lux Dei, vestigium eius est.

S. ORATIO Iesu filij Sirach in Dei laudem, exaltationem, & gratiarum actionem. CAPVT LI.

A CONfitebor tibi Domine rex, & collaudabo te Deum saluatorẽ meum. Confitebor nomini tuo, quoniam adiutor & protector factus es mihi, & liberasti corpus meum à perditione, à laqueo linguæ iniquæ, & à labijs operantiũ mendacium, & in cõspectu astantiũ factus es mihi adiutor. Et liberasti me secundũ multitudinem misericordiæ nominis tui à rugientibus, præparatis ad escam, de manibus quærẽtium animã meam, & de portis tribulationũ quæ circundederunt me: à pressura flammæ, quæ circundedit me, & in medio ignis non sum æstuatus. De altitudine ventris inferi, & à lingua coinquinata, & à verbo
B mendacij, à rege iniquo, & à lingua iniusta. Laudabit vsq; ad mortem anima mea Dominũ, & vita mea appropinquãs erat in inferno deorsum. Circundederunt me vndiq;, & non erat qui adiuuaret. Respiciens eram ad adiutoriũ hominum, & nõ erat. Memoratus sum misericordiæ tuæ Domine, & cooperationis tuæ quæ à seculo sunt: quoniam eruis sustinentes te Domine, & liberas eos de manibus gentium. Exaltasti super terrã habitationem meã, & pro morte defluente deprecatus sum. Inuocaui Dominũ patrem Domini mei vt non derelinquat me in die tribulationis meæ, & in tempore superborum sine adiutorio. Laudabo nomen tuũ assiduè, & collaudabo illud in confessione, & exaudita est oratio mea. Et liberasti me de perditione, & eruisti me de tempore iniquo. Propterea
C confitebor, & laudem dicã tibi, & benedicam nomini Domini. Cum adhuc iunior sum, prius quàm oberrarẽ, quæsiui sapientiam palàm in oratione mea. Ante tempus postulabam pro illa, & vsq; in nouissimis inquiram eam, & florebit tanquam præcox vua. Lætatũ est cor meum in ea, ambulauit pes meus iter rectũ, à iuuentute mea inuestigabam eam. Inclinaui modicè aurem meã, & excepi illam. Multã inueni in me ipso sapiẽtiam, & multũ profeci in ea. Danti mihi sapientiã, dabo gloriam. Consiliatus sum enim vt facerem illam: zelatus sum bonum, & non confundar. Colluctata est anima mea in illa, & in faciendo eam confirmatus sum. Manus meas extendi in altum, & in sapientia eius luxit anima mea, & ignorantias meas illuminauit. Animam meam direxi ad illam, & in agnitione inueni eam. Possedi cũ ipsa cor ab initio: propter hoc nõ derelinquar. Venter meus conturbatus est quærendo illam: pro-
D pterea bonã possidebo possessionem. Dedit enim mihi Dominus linguã mercedem meã, & in ipsa laudabo eũ. Appropiate ad me indocti, & congregate vos in domũ disciplinæ. quid adhuc retardatis? & quid dicitis in his? animæ vestræ sitiunt vehementer. Aperui os meũ, & locutus sum, Cõparate vobis sine argento, sapientiã & collũ vestrũ subijcite iugo, & suscipiat anima vestra disciplinã. in proximo est enim inuenire eam. Videte oculis vestris, quia modicũ laboraui, & inueni mihi multam requiem. Assumite disciplinam in multo numero argenti, & copiosum aurũ possidete in ea. Lætetur anima vestra in misericordia eius, & non confundemini in laude ipsius. Operamini opus vestrum ante tempus, & dabit vobis mercedem vestram in tempore suo.

FINIS.

Ad Paulam & Eustochium
IN TRANSLATIONEM Esaiæ ex Hebraica veritate, Hieronymi Præfatio.

NEMO *cum prophetas uersibus uiderit esse descriptos, metro eos existimet apud Hebræos ligari, & aliquid simile habere de* Psalmis *uel operibus Salomonis: sed quod in* Demosthene *&* Tullio *solet fieri, ut per cola scribantur & commata, qui utiq; prosa & non uersibus conscripserunt. Nos quoq; utilitati legentium prouidentes, interpretationem nouam, nouo scribendi genere distinximus. Ac primum de Esaia sciendum, quòd in sermone suo disertus sit: quippe ut uir nobilis & urbanæ eloquentiæ, nec habens quicquam in eloquio rusticitatis admistũ. Vnde accidit, ut præ cæteris, florem sermonis eius, translatio non potuerit conseruare. Deinde etiam hoc adijciendum: quòd non tam propheta dicendus sit, quàm euangelista. Ita enim uniuersa* CHRISTI *ecclesiæq; mysteria ad liquidum prosecutus est, ut non putes eum de futuro uaticinari, sed de præteritis historiam texere. Vnde conijcio noluisse tunc temporis Septuaginta interpretes fidei suæ sacramenta perspicue Ethnicis prodere: ne sanctum canibus, & margaritas porcis darent: quæ, cum hanc editionem legeritis, ab illis animaduertetis abscondita. Nec ignoro quanti laboris sit prophetas intelligere: nec facile quempiam posse iudicare de interpretatione, nisi intellexerit antequam legerit: nos quoq; patere morsibus plurimorum, qui stimulante inuidia, quod consequi non ualent, despiciunt. Sciens ergo & prudens in flammã mitto manum: & nihilominus hoc à fastidiosis lectoribus precor, ut quomodo Græci post Septuaginta translatores Aquilam & Symmachum, & Theodotionem legunt, uel ob studium doctrinæ suæ, uel ut Septuaginta magis ex collatione eorũ intelligant: sic & isti saltem unum post priores habere dignentur interpretem. Legant prius, & postea despiciant: ne uideantur, nõ ex iudicio, sed ex odij præsumptione ignorata damnare. Prophetauit autem Esaias in Ierusalem & in Iudæa, necdum decem tribubus in captiuitatem ductis: ac de utroq; regno, nunc commistim, nunc separatim texit oraculum. Et cum interdum ad præsentem respiciat historiã, & post Babyloniæ captiuitatem reditum populi significet in Iudæam: tamen omnis eius cura de uocatione gentium, & aduentu* CHRISTI *est. Quem quanto plus amatis ò Paula & Eustochium, tanto magis ab eo petite, ut pro obtrectatione præsenti qua me indesinenter æmuli laniant, ipse mihi mercedem restituat in futuro: qui scit me ob hoc in peregrinæ linguæ eruditione sudasse, ne Iudæi de falsitate scripturarum ecclesijs eius diutius insultarent.*

Argumentum in prophetiam Esaiæ.

ESAIAS *in Ierusalem nobili genere ortus est, ibiq; prophetauit. Sub Manasse rege sectus in duas partes, occubuit. Sepultusq; est sub quercu* Rogel, *iuxta transitum aquarum, quas olim Ezechias rex iacto obstruxerat puluere.*

Prophetia Esaiæ.

S. COELESTIA *& terrena prouocat Esaias in testes super Iudææ scelera, pro quibus* Deus *illius execratur sacrificia, & ad pœnitentiam illam reuocans iniungit baptisma.*

CAPVT I.

A Quo tempore prophetauerit Esaias.

ISIO Esaiæ filij Amos, quã vidit super Iudã & Ierusalẽ in diebus Oziæ, Ioatham, Achaz, & Ezechiæ regũ Iuda. Audite cœli, & auribus percipe terra, quoniam Dominus locutus est, Filios enutriui, & exaltaui: ipsi autẽ spreuerunt me. Cognouit bos possessorem suum, & asinus præsepe domini sui: Israel autẽ nõ cognouit,

B & populus meus non intellexit. Væ genti peccatrici, populo graui iniquitate, semini nequam, filijs sceleratis: dereliquerũt Dominum, blasphemauerunt sanctum Israel, abalienati sunt retrorsum. Super quo percutiam vos vltrà, addentes præuaricationem? omne caput languidum, & omne cor mœrens. A planta pedis vsq; ad verticẽ non est in eo sanitas. vulnus, & li-

Infra 5 d uor, & plaga tumens: nõ est circumligata, nec curata medicamine, neq; fota oleo. Terra vestra deserta: ciuitates vestræ succensæ sunt igni; regionem vestram coram vobis alieni deuo-

C rant: & desolabitur sicut in vastitate hostili. Et derelinquetur filia Sion vt vmbraculũ in vinea, & sicut tuguriũ in cucumerario, & sicut ciuitas quæ vastatur. Nisi Dominus exercituũ

Rom. 9 f reliquisset nobis semen, quasi Sodoma fuissemus, quasi Go-

Gene. 19 c morrha similes essemus. Audite verbũ Domini principes So-

Amos 5 f domorum: percipite auribus legem Dei nostri populus Go-

Ierem. 6 e morrhæ. Quò mihi multitudinem victimarum vestrarũ, dicit Dominus? Plenus sum holocausto arietũ, & adipe pinguiũ;

D & sanguinem vitulorũ & agnorũ & hircorũ nolui. Cum veneritis ante conspectũ meum, quis quæsiuit hæc de manibus vestris, vt ambuletis in atrijs meis? ne offeratis vltrà sacrificium frustra: incensum abominatio est mihi. Neomeniam, & sabbathum, & festiuitates alias non feram, iniqui sunt cœtus vestri. Calendas vestras, & solennitates vestras odiuit anima mea. facta sunt mihi molesta, laboraui sustinens. Et cum ex-

Infra 59 a tenderitis manus vestras, auertam oculos meos à vobis: & cum

Verus Dei cultus. multiplicaueritis orationem, non exaudiã. manus vestræ san-

1. Pet. 3 b guine plenæ sunt. Lauamini, mundi estote, auferte malũ cogitationum vestrarũ ab oculis meis: quiescite agere peruerse,

E Discite benefacere: quærite iudicium, subuenite oppresso, iudicate pupillo, defendite viduam. Et venite, & arguite me, dicit Dominus: si fuerint peccata vestra vt coccinum, quasi nix dealbabuntur: & si fuerint rubra quasi vermiculus, velut lana, erunt. Si volueritis, & audieritis, bona terræ comedetis. Quòd si noluerit is, & me ad iracundiam prouocaueritis: gladius de-

F uorabit vos, quia os Domini locutũ est. Quomodo facta est meretrix ciuitas fidelis, plena iudicij? Iustitia habitauit in ea, nunc autem homicidæ. Argentũ tuum versum est in scoriam, vinum tuũ mistum est aqua. Principes tui infideles, socij fu-

Ierem. 5 g rum. Omnes diligunt munera, sequuntur retributiones. Pupillo non iudicant; & causa viduæ nõ ingreditur ad illos. Propter hoc ait Dominus Deus exercituũ fortis Israel, Heu consolabor super hostibus meis, & vindicabor de inimicis meis: & conuertam manũ meam ad te, & excoquã ad purũ scoriam

G tuam, & auferã omne stannũ tuum, & restituã iudices tuos vt fuerũt prius, & cõsiliarios tuos sicut antiquitus. Post hæc vocaberis Ciuitas iusti, vrbs fidelis. Sion in iudicio redimetur, & reducent eam in iustitia. Et conteret scelestos, & peccatores simul: & qui dereliquerunt Dominũ, consumentur. Confundentur enim ab idólis quibus sacrificauerũt: & erubescetis super hortis quos elegeratis, cũ fueritis velut quercus defluentibus folijs, & velut hortus absq; aqua. Et erit fortitudo vestra vt fauilla stuppæ, & opus vestrũ quasi scintilla: & succendetur vtrunq; simul, & non erit qui extinguat.

S. CHRISTI *aduentus & passio in remedium peccati Iudæorum illis promittuntur, quibus nisi aduertant reprobantur, & gentiles aduocantur.* CAPVT II.

A VErbum quod vidit Esaias filius Amos super Iu- *Mich. 4 a*
dam & Ierusalẽ. Et erit in nouissimis diebus præparatus mons domus Domini in vertice montiũ, & eleuabitur super colles. Et fluent ad eũ omnes gentes, & ibunt populi multi, & dicent, Venite, & ascẽdamus ad montem Domini, & ad domũ Dei Iacob, & docebit nos vias suas, & ambulabimus in semitis eius: quia de Sion exibit lex, & verbum Domini de Ierusalem. Et iudicabit gentes, &

B arguet populos multos. Et conflabunt gladios suos in vomeres, & lanceas suas in falces. Non leuabit gens contra gentem gladium: nec exercebuntur vltrà ad prælium. Domus Iacob venite, & ambulemus in lumine Domini. Proiecisti enim populum tuum domum Iacob: quia repleti sunt vt olim, & augures habuerunt vt Philisthijm, & pueris alienis adhæserunt. Et repleta est terra eius argento & auro: & non est finis thesaurorum eius. Et repleta est terra eius equis: & innumerabiles quadrigæ eius. Et repleta est terra eius idólis: opus manuũ

C suarum adorauerunt, quod fecerunt digiti eorum. Et incuruauit se homo, & humiliatus est vir: ne ergo dimittas eis. Ingredere in petram, & abscondere in fossa humo à facie timoris Domini, & à gloria maiestatis eius. Oculi sublimes hominis humiliati sunt, & incuruabitur altitudo virorum, exaltabitur *Iudicium generale.* autem Dominus solus in die illa. Quia dies Domini exercituum super omnem superbũ & excelsum, & super omnem arrogantem, & humiliabitur. Et super omnes cedros Libani sublimes & erectas, & super omnes quercus Basan. Et super omnes montes excelsos, & super omnes colles eleuatos. Et

D super omnem turrim excelsam, & super omnem murũ munitum, & super omnes naues Tharsis, & super omne quod visu pulchrũ est. Et incuruabitur sublimitas hominũ, & humiliabitur altitudo virorum. Et eleuabitur Dominus solus in die *Luce vi* illa. Et idôla penitus conterentur. Et introibunt in speluncas *Osee 10 b* petrarũ, & in voragines terræ à facie formidinis Domini, & *Apoc. 6 b* à gloria maiestatis eius, cũ surrexerit percutere terram. In die illa proijciet homo idôla argenti sui, & simulachra auri sui, quæ fecerat sibi vt adoraret, talpas & vespertiliones. Et ingredietur scissuras petrarum, & in cauernas saxorum à facie formidinis Domini, & à gloria maiestatis eius, cũ surrexerit percutere terram. Quiescite ergo ab homine, cuius spiritus in naribus eius est: quia excelsus reputatus est ipse.

S. QVONIAM *Iudæi uocationem suã neglexerunt, Dominus illis minatur excidiũ omnis potestatis & imperij ablationẽ, ac omnem corporis ornatum.* CAPVT III.

A ECce enim dominator Dominus exercituum auferet à Ierusalem & à Iuda validum & fortem, omne robur panis, & omne robur aquæ: fortem, & virum bellatorem, iudicem, & prophetam, & ariolum, & senem: principẽ super quinquaginta, & honorabilem vultu, & consiliariũ, & sapiẽtem de architectis, & prudentem

dentem eloquij myſtici. Et dabo pueros principes eorum, & effœminati dominabuntur eis. Et corruet populus, vir ad virum, & vnuſquiſque ad proximum ſuum. Tumultuabitur puer contra ſenem, & ignobilis contra nobilem. Apprehendet enim vir fratrem ſuum domeſticum patris ſui, Veſtimentum tibi eſt, princeps eſto noſter, ruina autem hæc ſub manu tua. Reſpondebit in die illa, dicens, Non ſum medicus, & in domo mea non eſt panis, neq; veſtimentũ: nolite conſtituere me principem populi. Ruit enim Ieruſalem, & Iudas concidit: quia lingua eorum, & adinuentiones eorum contra Dominum, vt prouocarent oculos maieſtatis eius. Agnitio vultus eorum reſpondit eis: & peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt. væ animæ eorum: quoniam reddita ſunt eis mala. Dicite iuſto quoniam bene, quoniam fructum adinuẽtionum ſuarum comedet. Væ impio in malum: retributio enim manuum eius fiet ei. Populum meũ exactores ſui ſpoliauerunt, & mulieres dominatæ ſunt eius. Populo meus, qui te beatum dicunt, ipſi te decipiũt, & viam greſſuum tuorum diſſipant. Stat ad iudicãdum Dominus, & ſtat ad iudicandos populos. Dominus ad iudiciũ veniet cum ſenibus populi ſui, & principibus eius: vos enim depaſti eſtis vineam, rapina pauperis in domo veſtra. Quare atteritis populum meum, & facies pauperum commolitis, dicit Dominus Deus exercituum? Et dixit Dominus, Pro eo quòd eleuatæ ſunt filiæ Sion, & ambulauerunt extento collo, & nutibus oculorum ibant, & plaudebant, ambulabãt pedibus ſuis, & compoſito gradu incedebant: decaluabit Dominus verticem filiarum Sion, & Dominus crimen earum nudabit. In die illa auferet Dominus ornamentum calceamentorum, & lunulas, & torques, & monilia, & armillas, Et mitras, & diſcriminalia, & periſcelidas, & murenulas, & olfactoriola, & inaures, Et annulos, & gemmas in fronte pendentes, & mutatoria, & palliola, & linteamina, & acus, Et ſpecula, & ſindones, & vittas, & theriſtra. Et erit pro ſuaui odore fœtor, & zona funiculus, & pro criſpanti crine caluitium, & pro faſcia pectorali cilicium. Pulcherrimi quoque viri tui gladio cadẽt, & fortes tui in prælio, Et mœrebunt atque lugebunt portæ eius, & deſolata in terra ſedebit.

Auaritia ſacerdotum & principum.

Apoc. 1 b

S. TANTA cædes uirorũ in Iudæa fiet, ut præ uirorum raritate ſeptem uel etiam plures mulieres uni uiro nubere deſiderent, unde magnificentia Domini ueniet & eccleſiæ ſecuritas.

CAPVT IIII.

ET apprehendent ſeptẽ mulieres virum vnum in die illa, dicentes, Panem noſtrum comedemus, & veſtimentis noſtris operiemur: tantũmodo inuocetur nomẽ tuũ ſuper nos, aufer opprobrium noſtrum. In die illa erit germen Domini in magnificentia, & gloria, & fructus terræ ſublimis, & exultatio his qui ſaluati fuerint de Iſrael. Et erit: omnis qui relictus fuerit in Sion, & reſiduus in Ieruſalẽ, ſanctus vocabitur, omnis qui ſcriptus eſt in vita in Ieruſalem: Si abluerit Dominus ſordem filiarum Sion, & ſanguinẽ Ieruſalẽ lauerit de medio eius in ſpiritu iudicij & ſpiritu ardoris. Et creabit Dominus ſuper omnem locũ montis Sion, & vbi inuocatus eſt, nubẽ per diẽ, & fumũ & ſplendorẽ ignis flãmãtis in nocte. Super omnẽ enim gloriam protectio, & tabernaculũ erit in vmbraculum diei ab æſtu, & in ſecuritatem & abſconſionem à turbine & à pluuia.

S. IVDAEIS ſub nomine uineæ reprobatis ob uarias eorum iniquitates, gentiles ſuccedent ad fidem & ſalutem uocandi.

CAPVT V.

CAntabo dilecto meo canticum patruelis mei vineæ ſuæ: Vinea facta eſt dilecto meo in cornu filio olei. Et ſepiuit eam, & lapides elegit ex ea, & plantauit vineam electam, & ædificauit turrim in medio eius, & torcular extruxit in ea: & expectauit vt faceret vuas, & fecit labrũſcas. Nunc ergo habitatores Ieruſalẽ, & viri Iuda, iudicate inter me & vineã meã. Quid eſt quod debui vltrà facere vineæ meæ, & non feci ei? an quòd expectaui vt faceret vuas, & fecit labruſcas? Et nunc oſtendã vobis quid ego faciã vineæ meæ, Auferã ſepem eius, & erit in direptionem: diruã maceriam eius, & erit in conculcationẽ. Et ponam eam deſertã: nõ putabitur, & non fodietur: & aſcendẽt ſuper eã vepres & ſpinæ: & nubibus mandabo ne pluãt ſuper eam imbrem. Vinea enim Domini exercituũ, domus Iſrael eſt: & vir Iuda, germẽ eius delectabile: & expectaui vt faceret iudicium, & ecce iniquitas: & iuſtitiã, & ecce clamor. Væ, qui coniungitis domũ ad domũ, & agrũ agro copulatis vſque ad terminum loci. Nunquid habitabitis vos ſoli in medio terræ? In auribus meis ſunt hæc Dñi exercituũ, Niſi domus multæ deſertæ fuerint grãdes & pulchræ, abſq; habitatore. Decẽ enim iugera vinearũ facient lagunculã vnã, & triginta modij ſemẽtis facient modios tres. Væ, qui conſurgitis mane ad ebrietatẽ ſectandam, & potandũ vſque ad veſperã, vt vino æſtuetis. Cithara, & lyra, & tympanũ, & tibia, & vinũ in cõuiuijs veſtris: & opus Domini non reſpicitis, nec opera manuũ eius conſyderatis. Propterea captiuus ductus eſt populus meus, quia non habuit ſcientiã, & nobiles eius interierunt fame, & multitudo eius ſiti exaruit. Propterea dilatauit infernus animam ſuam, & aperuit os ſuum abſque vllo termino: & deſcendent fortes eius, & populus eius, & ſublimes glorioſiq; eius ad eũ. Et incuruabitur homo, & humiliabitur vir, & oculi ſublimiũ deprimentur. Et exaltabitur Dominus exercituũ in iudicio, & Deus ſanctus ſanctificabitur in iuſtitia. Et paſcentur agni iuxta ordinẽ ſuum, & deſerta in vbertatẽ verſa aduenæ comedent. Væ, qui trahitis iniquitatẽ in funiculis vanitatis. & quaſi vinculum plauſtri peccatum. Qui dicitis, Feſtinet, & citò veniat opus eius, vt videamus: & appropiet, & veniat conſilium ſancti Iſrael, & ſciemus illud. Væ, qui dicitis malum bonũ, & bonũ malũ: ponentes tenebras lucem, & lucẽ tenebras: ponentes amarum in dulce, & dulce in amarum. Væ, qui ſapientes eſtis in oculis veſtris, & coram vobiſmetipſis prudentes. Væ, qui potentes eſtis ad bibendum vinum, & viri fortes ad miſcendam ebrietatem. Qui iuſtificatis impium pro muneribus, & iuſtitiam iuſti aufertis ab eo. Propter hoc ſicut deuorat ſtipulam lingua ignis, & calor flammæ exurit: ſic radix eorum quaſi fauilla erit, & germen eorum vt puluis aſcendet. Abiecerunt enim legem Domini exercituum, & eloquiũ ſancti Iſrael blaſphemauerunt. Ideò iratus eſt furor Domini in populum ſuum, & extendit manum ſuam ſuper eum, & percuſſit eum: & conturbati ſunt montes, & facta ſunt morticina eorũ quaſi ſtercus in medio platearũ. in his omnibus non eſt auerſus furor eius, ſed adhuc manus eius extenta. Et eleuabit ſignum in nationibus procul, & ſibilabit ad eum de finibus terræ: & ecce feſtinus velociter veniet. Non eſt deficiens neque laborans in eo: non dormitabit, neque dormiet, neque ſoluetur cingulum renum eius, nec rumpetur corrigia calceamenti eius. Sagittæ eius acutæ, & omnes arcus eius extenti. Vngulæ equorũ eius vt ſilex, & rotæ eius quaſi impetus tempeſtatis. Rugitus eius vt leonis, rugiet vt catuli leonũ: & frendet & tenebit prædam, & amplexabitur, & nõ erit qui eruat. Et ſonabit ſuper eum in die illa ſicut ſonitus maris. Aſpiciemus in terrã, & ecce tenebræ tribulationis, & lux obtenebrata eſt in caligine eius.

Ieremæ 2 Matt. 21

Deus iniuſtos puniẽs, ſanctus æſtimetur.

Prouer. 3 Rom. 11 d

Exterminatio Iudæorũ ob abiectionem legis Dei.

S. ESAIAS uidit Domini maieſtatem, à quo per Seraphim purgatus, mittitur ad prædicendũ Iudææ deſolationem, & populi deciſionem.

CAPVT VI.

IN anno quo mortuus eſt rex Ozias, vidi Dominum ſedentẽ ſuper ſolium excelſum & eleuatũ: & ea quæ ſub ipſo erant replebant templum. Seraphim ſtabant ſuper illud: ſex alæ vni, & ſex alæ alteri. duabus velabant faciem eius, & duabus velabant



pedes eius,& duabus volabãt. Et clamabant alter ad alterum,
Apoc.4 c & dicebant, Sanctus ſanctus ſanctus Dominus exercituũ, plena eſt omnis terra gloria eius. Et commota ſunt ſuperliminaria cardinũ à voce clamantis, & domus repleta eſt fumo. Et
B dixi, Væ mihi, quia tacui, quia vir pollutus labijs ego ſum, & in medio populi polluta labia habentis ego habito, & regem Dominũ exercituũ vidi oculis meis. Et volauit ad me vnus de Seraphim, & in manu eius calculus, quem forcipe tulerat
C de altari. Et tetigit os meum, & dixit, Ecce, tetigit hoc labia tua, & auferetur iniquitas tua, & peccatũ tuum mundabitur. Et audiui vocẽ Domini dicentis, Quem mittam? & quis ibit nobis? Et dixi, Ecce ego, mitte me. Et dixit, Vade, & dices
Matt.13 b populo huic, Audite audientes, & nolite intelligere: & vide-
Marc.4 b te viſionem, & nolite cognoſcere. Excæca cor populi huius,
Luc.8 b & aures eius aggraua, & oculos eius claude: ne fortè videat
Ioan.12 f oculis ſuis, & auribus ſuis audiat, & corde ſuo intelligat, &
Act.28 f conuertatur, & ſanem eum. Et dixi, Vſquequo Domine? Et
Rom.11 b dixit, Donec deſolentur ciuitates abſq; habitatore, & domus
D ſine homine: & terra relinquetur deſerta. Et longe faciet Dominus homines, & multiplicabitur quæ derelicta fuerat in medio terræ. Et adhuc in ea decimatio, & conuertetur: & erit in oſtẽſionem ſicut terebinthus, & ſicut quercus quę expandit ramos ſuos. Semen ſanctum erit id quod ſteterit in ea.

S. OBSESSA à Syrijs & ab Iſraël Ieruſalem, Iſaias CHRISTVM *ex uirgine concipiẽdum regi Achaz prænuntiat, & inde Ieruſalem liberationem.* CAPVT VII.

A IT factum eſt in diebus Achaz filij Ioatham, filij
4. Reg.16 b Oziæ regis Iuda, Aſcẽdit Raſin rex Syrię, & Phacee filius Romeliæ rex Iſrael, in Ieruſalẽ, ad præliandum contra eam: & non potuerunt debellare eam. Et nuntiauerunt domui Dauid, dicentes, Requieuit Syria ſuper Ephraim, & commotum eſt cor eius, & cor populi eius: ſicut mouentur ligna ſyluarũ à facie venti. Et dixit Dominus ad Iſaiam, Egredere in occurſum Achaz tu, & qui derelictus eſt Iaſub filius tuus, ad extremũ aquæductus piſcinæ ſuperioris in via Agri fullonis. Et dices ad eũ, Vide vt ſileas: noli timere, & cor tuũ ne formidet à duabus caudis titionum fumigantium iſtorum in ira furoris Raſin regis Syriæ, & filij Romeliæ: eo quòd conſiliũ inierit contra te Syria in malum,
B Ephraim, & filius Romeliæ, dicẽtes, Aſcendamus ad Iudam, & ſuſcitemus eum, & auellamus eum ad nos, & ponamus regem in medio eius filiũ Tabeel. Hæc dicit Dominus Deus, Non ſtabit, & non erit iſtud. Sed caput Syriæ Damaſcus, & caput Damaſci Raſin. Et adhuc ſexaginta & quinq; anni, & deſinet Ephraim eſſe populus, & caput Ephraim Samaria, & caput Samariæ filius Romeliæ. Si non crediderit is, non permanebitis. Et adiecit Dominus loqui ad Achaz, dicens, Pete tibi ſignũ à Domino Deo tuo in profundum inferni, ſiue in excelſum ſuprà. Et dixit Achaz, Non petam, & non tentabo Dominũ. Et dixit, Audite ergo domus Dauid, Nunquid parum vobis eſt moleſtos eſſe hominibus, quia moleſti eſtis & Deo meo? Propter hoc dabit Dominus ipſe vobis ſignũ,
C Ecce, virgo concipiet & pariet filiũ, & vocabitur nomen eius Emmanuel. Butyrum & mel comedet, vt ſciat reprobare malum & eligere bonũ. Quia antequam ſciat puer reprobare malum & eligere bonũ, derelinquetur terra quam tu deteſtaris à facie duorũ regum ſuorũ. Adducet Dominus ſuper te, & ſuper populum tuum, & ſuper domum patris tui dies, qui non venerunt à diebus ſeparationis Ephraim à Iuda cum rege Aſſyriorũ. Et erit in die illa: ſibilabit Dominus muſcæ, quæ eſt in extremo fluminum Aegypti, & api, quæ eſt in terra Aſſur: & venient, & requieſcent omnes in torrentibus valliũ, & in cauernis petrarum, & in omnibus frutetis, & in vniuerſis
D foraminibus. In die illa radet Dominus in nouacula conducta in his qui trans flumen ſunt, in rege Aſſyriorum, caput & pilos pedum, & barbam vniuerſam. Et erit in die illa: nutriet homo vaccam boum, & duas oues, & præ vbertate lactis comedet butyrum. butyrum enim & mel manducabit omnis qui relictus fuerit in medio terræ. Et erit in die illa: omnis locus vbi fuerint mille vites, mille argenteis, in ſpinas & in vepres erũt. Cum ſagittis & arcu ingrediẽtur illuc: vepres enim, & ſpinæ erunt in vniuerſa terra, Et omnes montes qui in ſarculo ſarrientur, non veniet illuc terror ſpinarum & veprium, & erit in paſcua bouis, & in conculcationem pecoris.

Promittitur CHRISTVS ex virgine Maria. Matt.1 d Luc.1 c

4. reg.19

S. CHRISTI aduentu promiſſo prædicit decem tribuum captiuitatem ab Aſſyrijs, & duarum tribuum liberationem ſibi cauendo à gentium ſuperſtitionibus.

CAPVT VIII.

A ET dixit Dominus ad me, Sume tibi librum grandem, & ſcribe in ſtylo hominis, Velociter ſpolia detrahe, cito prædare. Et adhibui mihi teſtes fideles Vriam ſacerdotem, & Zachariam filium Barachiæ: & acceſsi ad prophetiſſam, & concepit, & peperit filium. Et dixit Dominus ad me, Voca nomen eius, Accelera ſpolia detrahere, Feſtina prædari. Quia antè quàm ſciat puer vocare patrem ſuum & matrem ſuam, auferetur fortitudo Damaſci, & ſpolia Samariæ coram rege Aſſyriorum. Et adiecit Dominus loqui ad me adhuc, dicens, Pro eo quòd adiecit populus iſte aquas Siloe, quæ vadunt cum ſilentio, &
B aſſumpſit magis Raſin, & filium Romeliæ: propter hoc ecce Dominus adducet ſuper eos aquas fluminis fortes & multas regem Aſſyriorum, & omnem gloriam eius: & aſcendet ſuper omnes riuos eius, & fluet ſuper vniuerſas ripas eius, & ibit per Iudam inundans, & tranſiens vſque ad collum veniet. Et erit extenſio alarum eius, implens latitudinem terræ tuæ ô Emmanuel. Congregamini populi, & vincimini, & audite vniuerſæ procul terræ: confortamini & vincimini, accingite vos & vincimini: inite conſilium, & diſsipabitur: loquimini verbum, & non fiet: quia nobiſcum Deus. Hæc enim ait Dominus ad me (ſicut in manu forti, erudiuit me, ne irem in via populi huius, dicens, Non dicatis, coniuratio,
C omnia enim quæ loquitur populus iſte, coniuratio eſt: & timorem eius ne timeatis, neque paueatis. Dominum exercituũ ipſum ſanctificate: ipſe pauor veſter, & ipſe terror veſter) Et erit vobis in ſanctificationẽ, In lapidẽ autẽ offenſionis, & in petrã ſcãdali duabus domibus Iſrael, in laqueũ & in ruinã habitãtibus Ieruſalem. Et offendẽt ex eis plurimi, & cadent, & conterentur, & irretiẽtur, & capientur. Liga teſtimonium, ſigna legem in diſcipulis meis. Et expectabo Dominum qui abſcondit faciem ſuam à domo Iacob, & præſtolabor eum.
D Ecce, ego & pueri mei, quos dedit mihi Dominus in ſignũ, & in portentum Iſrael à Domino exercituum, qui habitat in monte Sion. Et cum dixerint ad vos, Quærite à pythonibus, & à diuinis qui ſtridٍent in incantationibus ſuis. Nũquid non populus à Deo ſuo requiret viſionem? pro viuis ac mortuis? Ad legem magis, & ad teſtimoniũ. Quòd ſi nõ dixerint iuxta verbũ hoc, non erit eis matutina lux. Et tranſibit per eã, & corruet,

Prædicitur CHRISTI natiuitas ex prophetiſſa Maria virgine.

Luc.1 c Roma.9 g 1.Pet.2 b Deo fidẽtes Heb.2 d

Pœna negligentium verbum Dei.

& corruet,& esuriet:& cũ esurierit,irascetur,& maledicet regi suo,& Deo suo,& suscipiet sursum,& ad terram intuebitur:& ecce tribulatio & tenebræ,& dissolutio, & angustia,& caligo persequens,& non poterit auolare de angustia sua.

S. CAPTIS primo duabus tribubus & dimidia, & inde septem alijs,& obsessa Ieroſolyma promittitur liberator naſciturus negligentes afflicturus. CAPVT IX.

A PRimo tempore alleuiata est terra Zabulon & terra Nephthali,& nouissimo aggrauata est via maris trans Iordanẽ Galilææ gentiũ. Populus qui ambulabat in tenebris,vidit lucem magnã: habitantibus in regione vmbræ mortis lux orta est eis. Multiplicasti gentẽ,non magnificasti lætitiã.lætabuntur coram te, sicut qui lætantur in messe,sicut exultant victores capta præda,quãdo diuidunt spolia.Iugum enim oneris eius, & virgã humeri eius,& sceptrum exactoris eius superasti,sicut in die Madian.Quia omnis violenta prædatio cum tumultu, & ve-

Iudic.7.f

B stimentũ mistum sanguine,erit in cõbustionẽ & cibus ignis. Paruulus enim natus est nobis,& filius datus est nobis,& factus est principatus super humerũ eius: & vocabitur nomen eius admirabilis,consiliarius,Deus fortis,pater futuri seculi, princeps pacis.Multiplicabitur eius imperiũ,& pacis nõ erit finis.Super soliũ Dauid,& super régnũ eius sedebit: vt confirmet illud, & corroboret in iudicio & iustitia à modo & vsq; in sempiternũ.Zelus Domini exercituũ faciet hoc.Verbum misit Dominus in Iacob,& cecidit in Israel. Et sciet omnis populus Ephráim,& habitantes Samariã in superbia & magnitudine cordis, dicẽtes, Lateres ceciderunt, sed quadris lapidibus ædificabimus: sycomoros succiderunt, sed cedros

Promittitur CHRISTVS. Regnũ eius æternum.

C immutabimus.Et eleuabit Dominus hostes Rasin super eũ, & inimicos eius in tumultũ vertet:Syriam ab Oriẽte, & Philisthijm ab occidẽte,& deuorabunt Israel toto ore. In omnibus his non est auersus furor eius ,sed adhuc manus eius extenta,& populus non est reuersus ad percutientẽ se,& Dominum exercituum non exquisierũt. Et disperdet Dominus ab Israel caput & caudam incuruantẽ & deprauantem die vna. Longæuus & honorabilis,ipse est caput:& propheta docens

D mendaciũ,ipsa est cauda.Et erũt qui beatificant populũ istũ seducẽtes,& qui beatificãtur præcipitati. Propter hoc super adolescẽtulis eius non lætabitur Dominus:& pupillorũ eius, & viduarũ non miserebitur:quia omnis hypocrita est & nequam,& vniuersum os locutũ est stultitiam. In omnibus his non est auersus furor eius,sed adhuc manus eius extenta.Succensa est enim quasi ignis impietas, vepres & spinam vorabit:& succendetur in densitate saltus, & cõuoluetur superbia fumi.In ira Domini exercituũ cõturbata est terra,& erit populus quasi esca ignis.Vir fratri suo non parcet, & declinabit ad dexterã,& esuriet,& comedet ad sinistrã & non saturabitur.Vnusquisq; carnẽ brachij sui vorabit: Manasses Ephráim,& Ephráim Manasse,simul ipsi cõtra Iudã. In omnibus his non est auersus furor eius,sed adhuc manus eius extenta.

Omnis homo mẽdax,

S. PRINCIPIBVS duarum tribuum pœnam pro culpis comminatur,& Aſſyriorum principibus pro iniuſtis oppreßionibus ampliorem,oppreſſos per liberatoris aduentum conſolatus.

CAPVT X.

A VAe qui condunt leges iniquas,& scribẽtes iniustitiam scripserunt:vt opprimerent in iudicio pauperes,& vim facerẽt causæ humiliũ populi mei: vt essent viduæ præda eorum,& pupillos diriperent. Quid facietis in die visitationis, & calamitatis délonge venientis? Ad cuius confugietis auxiliũ? & vbi derelinquetis gloriam vestrã,ne incuruemini sub vinculo, & cum interfectis cadatis? Super omnibus his nõ est auersus furor eius,sed adhuc manus eius extenta. Væ Assur, virga furoris mei & baculus ipse,in manu eorum indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum,& contra populũ furoris mei mãdabo illi, vt auferat spolia,& diripiat prædam, & ponat illũ in conculcationẽ quasi lutũ platearũ. Ipse autẽ non sic arbitrabitur, & cor eius nõ ita existimabit: sed ad conterendũ erit cor eius,& ad internecionẽ gentiũ nõ paucarũ.Dicet enim,Nunquid nõ principes mei simul reges sunt? Nunquid nõ vt Charcamis, sic Calano:& vt Arphad,sic Emath?Nunquid non vt Dama

C scus,sic Samaria? Quomodo inuênit manus mea regna idôli,sic & simulachra eorũ de Ierusalẽ & de Samaria. Nunquid non sicut feci Samariæ & idôlis eius,sic faciam Ierusalẽ & simulachris eius?Et erit:cum impleuerit Dominus cũcta opera sua in monte Sion & in Ierusalẽ,visitabo super fructũ magnifici cordis regis Assur,& super gloriam altitudinis oculorum eius.Dixit enim,In fortitudine manus meæ feci,& in sapientia mea intellexi:& abstuli terminos populorũ,& principes eorum deprædatus sum,& detraxi quasi potens in sublimi residentes. Et inuenit quasi nidum manus mea fortitudi-

D nem populorũ:& sicut colligũtur oua quæ derelicta sunt, sic vniuersam terram ego congregaui: & non fuit qui moueret pennam,& aperiret os, & ganniret. Nunquid gloriabitur securis contra eum qui secat in ea? aut exaltabitur serra contra eum à quo trahitur? quomodo si eleuetur virga contra eleuantem se,& exaltetur baculus qui vtiq; lignum est.Propter hoc mittet Dominator Dominus exercituum in pinguibus eius tenuitatẽ: & subtus gloriam eius succensa ardebit quasi combustio ignis.Et erit lumẽ Israel in ignem,& sanctus eius in flammam:& succendetur & deuorabitur spina eius & ve-

E pres in die vna.Et gloria saltus eius, & carmeli eius ab anima vsq; ad carnẽ cõsumetur.Et erit terrore profugus,& reliquiæ ligni saltus eius præ paucitate numerabuntur, & puer scribet eos.Et erit in die illa:nõ adijciet residuũ Israel,& hi qui fugerint de domo Iacob,inniti super eo qui percutit eos:sed innitetur super Dominũ sanctũ Israel,in veritate. Reliquiæ conuertẽtur,reliquiæ,inquã,Iacob ad Dominũ fortẽ.Si enim fuerit populus tuus Israel quasi arena maris, reliquiæ cõuertentur ex eo.cõsummatio abbreuiata inũdabit iustitiã. Consum- *Rom.9*

F mationẽ enim, & abbreuiationẽ Dominus Deus exercituũ faciet in medio omnis terræ. Propter hoc, hæc dicit Dominus Deus exercituum, Noli timere populus meus habitator Sion,Ab Assur.in virga enim percutiet te, & baculũ suũ leuabit super te in via Aegypti.Adhuc enim paululũ modicũ q;, & cõsummabitur indignatio & furor meus super scelus eorum.Et suscitabit super eum Dominus exercituũ flagellum, iuxta plagã Madian in petra Oreb,& virgã suam super mare,& leuabit eam in via Aegypti.Et erit in die illa: auferetur onus eius de hmmero tuo, & iugũ eius de collo tuo,& cõpu- *Iudic.7.g*

G trescet iugum à facie olei. Veniet in Aiath, transibit in Magron:apud Machmas cõmendabit vasa sua. Transierunt cursim Gaba sedes nostra: obstupuit Rama, Gabaath Saulis fugit. Hinni voce tua filia Gallim,attẽde Laisa, paupercula Anathoth.Migrauit Medemena: habitatores Gabim cõfortamini.Adhuc dies est,vt in Nobe stetur: agitabit manũ suam super montẽ filiæ Sion,collẽ Ierusalẽ.Ecce, dominator Dñs exercituum cõfringet lagunculã in terrore, & excelsi statura succidẽtur,& sublimes humiliabuntur. Et subuertẽtur condensa saltus eius ferro:& Libanus cum excelsis cadet.

S. POLLICETVR Dominus Iſraëli liberationem per Meßiæ natiuitatem,ſanctitatem,& dignitatem,atq; reliquiarum Iſraëlis conuerſionem,& gentium uocationem.

CAPVT XI.

A ET egredietur virga de radice Iesse , & flos de radice eius ascendet. Et requiescet super eum spiritus Domini, spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis , spiritus scientiæ & pietatis : replebit eum spiritus timoris Domini. Non secundum visionem oculorum iudicabit, neque secundum

Act.13.d *CHRISTVS nasciturus ex radice Ieſſe prædicitur.*

secundũ auditũ auriũ arguet: Sed iudicabit in iustitia pau-
2.Thes.1.c peres,& arguet in æquitate pro māsuetis terræ. Et percutiet terram virga oris sui:& spiritu labiorũ suorũ interficiet impiũ.
Et erit iustitia cingulũ lumborum eius: & fides cinctorium
B renum eius. Habitabit lupus cum agno:& pardus cum hœdo
Infra 65.d accubabit: vitulus, & leo,& ouis simul morabuntur, & puer
paruulus minabit eos. Vitulus & vrsus pascentur: simul requiescent catuli eorum:& leo quasi bos comedet paleas. Et
delectabitur infans ab vbere super foramine aspidis?& in cauernam reguli, qui ablactatus fuerit, manum suam mittet. Nõ
nocebunt,& nõ occident in vniuerso monte sancto meo: quia
repleta est terra scientia Domini, sicut aqua maris operientis.
Rom.15.c In die illa radix Iesse, qui stat in signum populorum, ipsum
C gentes deprecabuntur,& erit sepulchrum eius gloriosum. Et
Fideliũ ad euãgelium Dei p apostolos ad ductio. erit in die illa: adijciet Dominus secũdò manum suam ad possidẽdum residuum populi sui, quod relinquetur ab Assyrijs,
& ab Aegypto,& à Phethros.& ab Aethiopia,& ab Aelam,
& à Sennar,& ab Emath.& ab insulis maris, Et leuabit signũ
in nationes,& congregabit profugos Israel:& dispersos Iuda
D colliget à quatuor plagis terræ. Et auferetur zelus Ephraim,
& hostes Iuda peribunt. Ephraim non æmulabitur Iudam,
& Iudas non pugnabit contra Ephraim: & volabunt in humeros Philisthijm per mare, simul prædabũtur filios Orientis: Idumæa & Moab præceptum manus eorum,& filij Ammon obedientes erunt. Et desolabit Dominus linguam maris Aegypti,& leuabit manum suam super flumen in fortitudine spiritus sui:& percutiet eum in septem riuis, ita vt transeant per eum calceati. Et erit via residuo populo meo, qui re-
Exod.14 linquetur ab Assyrijs: sicut fuit Israeli in die illa qua ascendit de terra Aegypti.

S. redempti populi gratiarum actio pro suscepto beneficio, à propheta præuiso. CAPVT XII.

A ET dices in die illa, Confitebor tibi Domine, quoniam iratus es mihi: conuersus est furor tuus, & consolatus es me. Ecce Deus saluator meus, fiducialiter agam, & nõ timebo. quia fortitudo mea,
Exod.15.a Psal.117.c & laus mea Dominus Deus,& factus est mihi in salutẽ. Hauretis aquas in gaudio de fontibus saluatoris. Et dicetis in die
B illa, Confitemini Domino,& inuocate nomen eius: notas facite in populis adinuẽtiones eius: mementote quoniam excelsum est nomen eius. Cantate Domino, quoniam magnifi-
1.Par.16.b ce fecit: anuntiate hoc in vniuersa terra. Exulta,& lauda habi-
Psal.104.b tatio Sion: quia magnus in medio tui sanctus Israel.

S. babylon & uniuersum eius regnum propter Iudæorũ oppressionem nastabitur, sed tandem Iudæi ab eorum captiuitate liberabuntur. CAPVT XIII.

A ONus Babylonis, quod vidit Isaias filius Amos. Super montem caliginosum leuate signum, exaltate vocem, leuate manum, & ingrediantur portas duces. Ego mandaui sanctificatis meis,& vocaui fortes meos in ira mea, exultantes in gloria mea. Vox multitudinis in montibus, quasi populorũ frequentiũ, vox sonitus regum gentiũ congregatarũ: Dominus exercituum præcipit militiæ belli, Venientibus de terra procul,à summitate cœli: Dominus,& vasa furoris eius, vt disperdat omnem
B terram. Vlulate, quia prope est dies Domini: quasi vastitas à Domino veniet. Propter hoc omnes manus dissoluentur, & omne cor hominis cõtabescet & cõteretur. Torsiones & dolores tenebunt, quasi parturiens dolebũt. Vnusquisq; ad proximum suũ stupebit, facies combustæ vultus eorũ. Ecce dies Domini venit, crudelis,& indignationis plenus,& iræ, furoris q; ad ponendam terram in solitudinem, & peccatores eius
C cõterendos de ea. Quoniã stellæ cœli,& splendor earum non
Ezec.32.b Ioel 3.c expandent lumen suũ: obtenebratus est sol in ortu suo, & luna non splẽdebit in lumine suo. Et visitabo super orbis malla,& contra impios iniquitatẽ eorũ,& quiescere faciã super- Mat.24.c biam infideliũ,& arrogantiam fortiũ humiliabo. Pretiosior Mat.13.c erit vir auro,& homo mundo obrizo. Super hoc, cœlũ tur- Luc.21.e babo:& mouebitur terra de loco suo, propter indignationem Domini exercituum,& propter diem iræ furoris eius. Et erit quasi damula fugiens,& quasi ouis:& non erit qui cõgreget. Vnusquisq; ad populũ suum conuertetur, & singuli ad terrã suam fugient. Omnis qui inuentus fuerit, occidetur:& omnis qui superuenerit, cadet in gladio. Infantes eorũ allidentur in Psal.136.b
D oculis eorũ: diripiẽtur domus eorũ,& vxores eorũ violabuntur. Ecce ego suscitabo super eos Medos, qui argẽtũ nõ quærant, nec aurũ velint: sed sagittis paruulos interficient,& lactentibus vteri non miserebuntur,& super filios non parcet oculus eorum. Et erit Babylon illa glorioſa in regnis, inclyta in superbia Chaldæorũ, sicut subuertit Dominus Sodomam Genes.19.c & Gomorrhã. Nõ habitabitur vsq; in finẽ,& nõ fundabitur vsq; ad generationem & generationem: nec ponet ibi tentoria Arabs, nec pastores requiescent ibi. Sed requiescent ibi bestiæ,& replebuntur domus eorum draconibus:& habitabunt ibi struthiones,& pilosi saltabunt ibi: & respondebunt ibi vlulæ in ædibus eius,& sirenes in delubris voluptatis.

S. iudaeis promittit liberationẽ per Babylonis excidium prius illi comminatum,& per Philisthæorum comminationem.

CAPVT XIIII.

A PRope est vt veniat tẽpus eius,& dies eius nõ elongabuntur. Miserebitur enim Dominus Iacob,& eliget adhuc de Israel, & requiescere eos faciet super humũ suam: adiungetur aduena ad eos,& adhærebit domui Iacob. Et tenebunt eos populi, & adducent eos in locũ suum:& possidebit eos domus Israel super terrã
B Domini in seruos & ancillas;& erunt capiẽtes eos qui se ceperant,& subijcient exactores suos. Et erit in die illa: cum requiem dederit tibi Dominus à labore tuo,& à concussione tua,& à seruitut dura qua antè seruisti, sumes parabolã istam contra regẽ Babylonis,& dices, Quomodo cessauit exactor, quieuit tributum? Cõtriuit Dominus baculũ impiorũ, virgã dominantiũ, cædentẽ populos in indignatione, plagã insanabili, subijcientem in furore gẽtes, persequentẽ crudeliter. Cõquieuit & siluit omnis terra, gauisa est & exultauit: abietes
C quoque lætatæ sunt super te, & cedri Libani. ex quo dormisti, non ascendit qui succidat nos. Infernus subter conturbatus est in occursum aduentus tui, suscitauit tibi gigantes. Omnes principes terræ surrexerũt de solijs suis, omnes principes nationũ. Vniuersi respõdebunt,& dicẽt tibi, Et tu vulneratus es sicut & nos, nostri similis effectus es. Detracta est ad inferos superbia tua, cõcidit cadauer tuũ. subter te sternetur tinea:& operimentũ tuũ erunt vermes. Quomodo occidisti de cœlo lucifer, qui mane oriebaris? Corruisti in terram,
D qui vulnerabas gentes: qui dicebas in corde tuo, In cœlũ conscendam, super astra Dei exaltabo soliũ meum, & sedebo in monte testamẽti, in lateribus aquilonis. Ascendã super altitudinem nubiũ, similis ero altissimo. Veruntamen ad infernum detrahẽris in profundũ laci. Qui viderint, ad te inclinabuntur, teque prospiciẽt, Nunquid iste est vir qui cõturbauit terram, qui cõcussit regna, qui posuit orbem desertum,& vrbes eius destruxit, vinctis eius non aperuit carcerẽ? Omnes reges gentium vniuersi dormierunt in gloria, vir in domo sua. Tu au-
E tem proiectus es de sepulchro tuo, quasi stirps inutilis pollutus,& obuolutus cũ his qui interfecti sunt gladio,& descenderunt ad fundamenta laci, quasi cadauer putridũ. Non habebis consortiũ neq; cum eis in sepultura: tu enim terram tuam disperdidisti, tu populum tuum occidisti; non vocabitur in æternũ semen pessimorum. Præparate filios eius occisioni in iniquitate patrũ suorum: nõ consurgẽt, nec hæreditabunt terram, neq; implebunt faciem orbis ciuitatum. Et consurgam super eos, dicit Dominus exercituum,& perdam Babylonis nomen,

nomẽ,& reliquias,& germẽ,& progeniem: dicit Dominus.
F Et ponã eam in poſſeſsionẽ ericij,& in paludes aquarum, & ſcopabo eã in ſcopa terens, dicit Dominus exercituum. Iurauit Dominus exercituũ dicẽs, Si nõ vt putaui, ita erit: & quo modo mẽte tractaui, ſic eueniet, Vt conterã Aſſyriũ in terra mea,& in montibus meis cõculcẽ eũ,& auferetur ab eis iugũ eius,& onus illius ab humero eorum tolletur. Hoc cõſilium quod cogitaui ſuper omnẽ terrã,& hæc eſt manus extẽta ſuper vniuerſas gẽtes. Dñs enim exercituũ decreuit, & quis poterit infirmare? Et manus eius extenta: & quis auertet eam? In
G anno quo mortuus eſt rex Achaz, factũ eſt onus iſtud, Nelæteris Philiſthæa omnis tu, quoniã comminuta eſt virga percuſſoris tui: de radice enim colubri egredietur regulus, & ſemen eius abſorbens volucrem. Et paſcentur primogeniti pauperum,& pauperes fiducialiter requieſcẽt: & interire faciam in fame radicem tuam, & reliquias tuas interficiam. Vlula porta, clama ciuitas: proſtrata eſt Philiſthæa omnis. Ab aquilone enim fumus veniet,& non eſt qui effugiet agmen eius. Et quid reſpondebitur nuntijs gentis? Quia Dominus fundauit Sion,& in ipſa ſperabunt pauperes populi eius.

S. MOABITAS *præuidet ruinæ miſeria afficiendos.*

CAPVT XV.

A ONus Moab. quia nocte vaſtata eſt Armoab, conticuit: quia nocte vaſtatus eſt murus Moab, conticuit. Aſcẽdit domus & Dibon ad excelſa in plãctum: ſuper Nabo,& ſuper Medaba, Moab vlu-
Ier.48 f labit: in cunctis capitibus eius caluitium,& omnis barba rade-
Ezec.7 c tur. In triuijs eius accincti ſunt ſacco: ſuper tecta eius, & in plateis eius omnis vlulat, deſcendit in fletum. Clamabit Heſebon & Eleale, vſque Iaſa audita eſt vox eorum. Super hoc expediti Moab vlulabunt, anima eius vlulabit ſibi. Cor meũ
B ad Moab clamabit, vectes eius vſq; ad Segor vitulam conternantẽ. Per aſcenſum enim Luith flens aſcẽdet,& in via Oronaim clamorem contritionis leuabunt. Aquæ enim Nenrim deſertæ erunt, quia aruit herba, defecit germen, viror omnis interijt. Secundum magnitudinem operis & viſitatio eorum: ad torrentem ſalicum ducẽt eos, quoniam circumibit clamor terminum Moab. Vſque ad Gallim vlulatus eius, & vſq; ad puteũ Elim clamor eius, quia aquæ Dibon repletæ ſunt ſanguine. Ponam enim ſuper Dibon additamenta his qui fugerint de Moab leonem,& reliquijs terræ.

S. MOAB *ob nimiam arrogantiã & perfidiam humiliabitur, & ex Ruth Moabitide linea* CHRISTI *texetur.* CAP. XVI.

A EMitte agnũ dominatorem terræ, de petra deſerti ad montẽ filiæ Sion. Et erit: ſicut auis fugiens,& pulli de nido auolãtes, ſic erũt filiæ Moab in tranſcẽſu Arnon. Ini cõſiliũ, coge cõſiliũ: pone quaſi noctem vmbrã tuam in meridie: abſconde fugiẽtes,& vagos ne prodas. Habitabũt apud te profugi mei: Moab eſto latibulum eorũ à facie vaſtatoris: finitus eſt enim puluis, conſumma-
B tus eſt miſer, defecit qui conculcabat terrã. Et præparabitur in miſericordia ſolium,& ſedebit ſuper eum in veritate in tabernaculo Dauid iudicans & quærens iudicium,& velociter reddẽs quod iuſtũ eſt. Audiuimus ſuperbiã Moab, ſuperbus
Ier.48 c eſt valde: ſuperbia eius & arrogantia eius,& indignatio, pluſquã fortitudo eius. Idcirco vlulabit Moab ad Moab, vniuerſus vlulabit: his qui lætãtur ſuper muros cocti lateris, loquimini plagas ſuas. Quoniam ſuburbana Heſebon deſerta
C ſunt,& vineã Sábama domini gentiũ exciderũt. Flagella eius vſq; ad Iazer peruenerunt, errauerunt in deſerto, propagines eius relictæ ſunt, trãſierunt mare. Super hoc plorabo in fletu Iazer, vineã Sábama. Inebriabo te lachryma mea Heſebon,
Ier.48 c & Eleale: quoniam ſuper vindemiam tuam,& ſuper meſſem tuã vox calcantiũ irruit. Et auferetur lætitia & exultatio de Carmelo,& in vineis nõ exultabit neq; iubilabit. Vinũ in torD culari non calcabit qui calcare cõſueuerat: vocem calcantium abſtulit. Super hoc venter meus ad Moab quaſi cithara ſonabit,& viſcera mea ad murum cocti lateris. Et erit: cum apparuerit quod laborauit Moab ſuper excelſis ſuis, ingredietur ad ſancta ſua vt obſecret,& non valebit. Hoc verbum quod loquutus eſt Dominus ad Moab extunc. Et nunc locutus eſt Dominus, dicens, In tribus annis quaſi anni mercenarij auferetur gloria Moab ſuper omni populo multo,& relinquetur paruus & modicus, nequaquam multus.

S. COMMINATVR *Dominus pœnam Damaſco cum decem tribubus confœderatæ, & item Iſraẽli quia oblitus eſt ſaluatoris ſui, & Aſſyrijs propter ſuam crudelitatem.*

CAPVT XVII.

A ONus Damaſci. Ecce Damaſcus deſinet eſſe ciuitas,& erit ſicut aceruus lapidũ in ruinam. Derelictæ ciuitates Aroer gregibus erunt, & requieſcẽt ibi,& non erit qui exterat. Et ceſſabit adiutoriũ ab Ephraim,& regnum à Damaſco: & reliquiæ Syriæ, ſicut gloria filiorũ Iſrael erunt, dicit Dominus exercituum. Et erit in die illa: attenuabitur gloria Iacob, & pinguedo carnis eius emarceſcet, & erit ſicut congregans in meſſe, quod reſtiterit,
B & brachium eius ſpicas leget: & erit ſicut quærens ſpicas in valle Raphaim. Et relinquetur in eo ſicut racemus, & ſicut excuſsio oleæ duarum vel trium oliuarũ in ſummitate rami, ſiue quatuor aut quinque in cacuminibus fructus eius, dicit Dominus Deus Iſrael. In die illa inclinabitur homo ad factorem ſuum,& oculi eius ad ſanctũ Iſrael reſpicient: & non in-
C clinabitur ad altaria quæ fecerunt manus eius, & quæ operati ſunt digiti eius: non reſpiciet lucos & delubra. In die illa erunt ciuitates fortitudinis eius derelictæ ſicut aratra,& ſegetes quæ derelictæ ſunt à facie filiorum Iſrael, & erit deſerta. Quia oblita es Dei ſaluatoris tui, & fortis adiutoris tui non es recordata: propterea plantabis plantationẽ fidelem, & germen alienum ſeminabis. In die plantationis tuæ labruſca,&
D mane ſemen tuum florebit. Ablata eſt meſsis in die hæreditatis,& dolebit grauiter. Væ multitudini populorũ multorũ, vt multitudo maris ſonantis: & tumultus turbarum, ſicut ſonitus aquarum multarũ. Sonabunt populi ſicut ſonitus aquarum inundantium,& increpabit eum, & fugiet procul,& rapietur ſicut puluis montium à facie venti, & ſicut turbo coram tempeſtate. In tempore veſperæ,& ecce turbatio: in matutino. & non ſubſiſtent. hæc eſt pars eorum qui vaſtauerunt nos,& ſors diripientium nos.

S. AEGYPTIIS *comminatur exitium, at Aethiopibus ob ſuſceptum euangelium promittit ſalutem.* CAPVT XVIII.

A VAe terræ cymbalo alarum quæ eſt trans flumina Aethiopiæ, qui mittit in mare legatos,& in vaſis papyri ſuper aquas. Ite angeli veloces ad gentem conuulſam,& dilaceratam: ad populum terribilem, poſt quem non eſt alius: ad gentem expectantem &
B conculcatam, cuius diripuerũt flumina terram eius. Omnes habitatores orbis qui moramini in terra, cum eleuatum fuerit ſignum montibus, videbitis,& clangorem tubæ audietis: quia hæc dicit Dominus ad me, Ego quieſcam,& conſyderabo in loco meo ſicut meridiana lux clara eſt,& ſicut nu-
C bes roris in die meſsis. Ante meſſem enim totus effloruit,& immatura perfectio germinabit, & præcidentur ramuſculi eius falcibus: & quæ derelicta fuerint, abſcindentur,& excutientur. Et relinquentur ſimul auibus montiũ, & beſtijs terræ: & æſtate perpetua erũt ſuper eum volucres,& omnes be-
D ſtiæ terræ ſuper illam hyemabunt. In tempore illo deferetur munus Domino exercituũ à populo diuulſo & dilacerato: à populo terribili, poſt quem non fuit alius à gente expectante, expectante & cõculcata: cuius deripuerũt flumina terram eius ad locum nominis Domini exercituum montem Sion.

S. AEGY

S. AEGYPTVS *prædicitur ab Aßyrijs ob infidelitatem uaſtanda: ſed tandem ad Dominum in iuramento, ſacrificio, & inuocatione Domini conuertenda.* CAPVT XIX.

A ONus Aegypti. Ecce Dominus aſcendet ſuper nubem leuem, & ingredietur Aegyptũ, & mouebũtur ſimulachra Aegypti à facie eius, & cor Aegypti tabeſcet in medio eius. Et concurrere faciam Aegyptios aduerſus Aegyptios: & pugnabit vir contra fratrem ſuum, & vir contra amicum ſuum, ciuitas aduerſus ciuitatem, & regnum aduerſus regnum. Et dirumpetur ſpiritus Aegypti in viſceribus eius, & conſilium eius præcipitabo: & interrogabũt ſimulachra ſua, & diuinos ſuos, & pythones & ariolos. Et tradam Aegyptũ in manu dominorũ crudeliũ, & rex fortis dominabitur eorũ, ait Dominus Deus exercituum. Et areſcet aqua de mari, & fluuius deſolabitur atq; ſiccabitur, & deficient flumina. Et attenuabũtur riui aggerum. Cala-
B mus & iuncus marceſcet, nudabitur alueus riui à fonte ſuo: & omnis ſementis irrigua ſiccabitur, areſcet, & non erit. Et mœrebunt piſcatores, & lugebunt omnes mittentes in flumen hamum, & expandentes rete ſuper faciem aquarum emarceſcent. Confundentur qui operantur linum, plectentes & texentes ſubtilia. Et erunt irrigua eius flaccentia: omnes qui faciebant lacunas ad capiendos piſces. Stulti principes Taneos, ſapientes conſiliarij Pharaonis dederunt conſilium inſipiens: quomodo dicetis Pharaoni, Filius ſapientium ego, filius regũ antiquorũ? Vbi nunc ſunt ſapientes tui? annuntient & indicent tibi quid cogitauerit Dominus exercituum ſuper Aegyptum. Stuli facti ſunt principes Taneos, emarcuerunt principes Mempheos, deceperunt Aegyptum, angulum populorũ eius. Dominus miſcuit in medio eius ſpiritum vertiginis: & errare fecerunt Aegyptum in omni opere ſuo, ſicut errat ebrius & vomens. Et non erit Aegypto opus
C quod faciat, caput & caudam incuruantẽ & refrænantem. In die illa erit Aegyptus quaſi mulieres, & ſtupebunt & timebunt à facie commotionis manus Domini exercituũ, quam ipſe mouebit ſuper eam, & erit terra Iuda Aegypto in pauorem? omnis qui illius fuerit recordatus, pauebit à facie conſilij Domini exercituum, quod ipſe cogitauit ſuper eam. In die illa erunt quinq; ciuitates in terra Aegypti, loquentes lingua Chanáan, & iurantes per Dominũ exercituum: Ciuitas ſolis vocabitur vna. In die illa erit altare Domini in medio terræ Aegypti, & titulus Domini iuxta terminũ eius: & erit in ſignum & in teſtimonium Domino exercituum in terra Aegypti. Clamabunt enim ad Dominum à facie tribulantis,
D & mittet eis ſaluatorem & propugnatorem qui liberet eos. Et cognoſcetur Dominus ab Aegypto, & cognoſcẽt Aegyptij Dominũ in die illa, & colentieum in hoſtijs & in muneribus: & vota vouebunt Domino, & ſoluent. Et percutiet Dominus Aegyptũ plaga, & ſanabit eam, & reuertentur ad Dominum, & placabitur eis, & ſanabit eos. In die illa erit via de Aegypto in Aſſyrios, & intrabit Aſſyrius in Aegyptum, & Aegyptius in Aſſyrios, & ſeruiẽt Aegyptij Aſſur. In die illa erit Iſrael tertius Aegyptio & Aſſyrio; benedictio in medio terræ, cui benedixit Dominus exercituum, dicens, Benedictus populus meus Aegypti, & opus manuũ mearum Aſſyrius, hereditas autem mea Iſrael.

Vnio gentium & iudæorum in CHRISTO.

S. AEGYPTIORVM *& Aethiopum ab Aßyrijs prædicitur captiuitas.* CAPVT XX.

A IN anno quo ingreſſus eſt Thartan in Azótum, cum miſiſſet eum Sargon rex Aſſyriorũ, & pugnaſſet contra Azótum, & cepiſſet eam: in tempore illo locutus eſt Dominus in manu Iſaiæ filij Amos, dicens, Vade, & ſolue ſaccum de lumbis tuis, & calceamenta tua tolle de pedibus tuis. Et fecit ſic vadens nudus, & diſcalceatus. Et dixit Dominus, Sicut ambulauit ſeruus meus Iſaias nudus & diſcalceatas, trium annorum ſignum & portentum erit ſuper Aegyptum & ſuper Aethiopiam: ſic
B minabit rex Aſſyriorum captiuitatem Aegypti, & tranſmigrationem Aethiopiæ, iuuenem & ſenem, nudum & diſcalceatum diſcoopertis natibus ad ignominiam Aegypti. Et timebunt, & confundentur ab Aethiopia ſpe ſua, & ab Aegypto gloria ſua. Et dicet habitator inſulæ huius in die illa, Ecce, hæc erat ſpes noſtra, ad quos confugimus in auxilium, vt liberarent nos à facie regis Aſſyriorum: & quomodo effugere poterimus nos?

S. BABYLONIS *à Medis & Perſis ruina, Idumææ autem & Arabiæ ab Aßyrijs & Chaldæis.* CAPVT XXI.

A ONus deſerti maris. Sicut turbines ab Aphrico veniunt, de deſerto venit, de terra horribili. Viſio dura nuntiata eſt mihi. Qui incredulus eſt, infideliter agit: & qui depopulator eſt, vaſtat. Aſcende Aelam, obſide Mede: omnem gemitũ eius ceſſare feci. Propterea repleti ſunt lumbi mei dolore, & anguſtia poſſedit me ſicut anguſtia parturientis. Corrui cum audirem, conturbatus ſum cum viderem, emarcuit cor meum, tenebræ ſtupefe-
B cerunt me: Babylon dilecta mea, poſita eſt mihi in miraculum. Pone menſam, contemplare in ſpecula: comedẽtes & bibentes ſurgite principes, arripite clypeũ. Hæc enim dixit mihi Dominus, Vade, & pone ſpeculatorẽ: & quodcunq; viderit, annuntiet. Et vidit currum duorum equitum, aſcenſorem aſini, & aſcenſorem cameli: & contẽplatus eſt diligenter multo intuitu. Et clamauit leo, Super ſpeculã Domini ego ſum, ſtans iugiter per diem: & ſuper cuſtodiam meam ego ſum,
C ſtans totis noctibus. Ecce, iſte venit aſcenſor vir bigæ equitũ, & reſpõdit, & dixit, Cécidit, cécidit Babylon, & omnia ſculptilia deorũ eius contrita ſunt in terra. Tritura mea & filius areæ meæ, quæ audiui à Domino exercituũ Deo Iſrael, annuntiaui vobis. Onus Duma. Ad me clamat ex Seir, Cuſtos quid de nocte? cuſtos quid de nocte? Dixit cuſtos, Venit mane & nox: ſi quæritis, quærite: conuertimini, & venite. Onus in Arábia. In ſaltu ad veſperã dormietis, in ſemitis Dedanim.
D Occurrẽtes ſitiẽti ferte aquã, qui habitatis terram auſtri, cum panibus occurrite fugiẽti. A facie enim gladiorũ fugerunt, à facie gladij imminẽtis, à facie arcus extẽti, à facie grauis prælij: quoniã hæc dicit Dominus ad me, Adhuc in vno anno, quaſi in anno mercenarij, & auferetur omnis gloria Cedar, & reliquiæ numeri ſagittariorum fortium de filijs Cedar imminuentur. Dominus enim Deus Iſrael locutus eſt.

Habac. 2 c

Iere. 51 a Apo. 14 b

S. IEROSOLYMAE *ob infidelitatem principum & ſacerdotum prophetatur captiuitas: Sobna autem reiecto Eliacim illi ſufficitur.* CAPVT XXII.

A ONus vallis viſionis. Quidnã quoq; tibi eſt, quia aſcendiſti & tu omnis in tecta? clamoris plena, vrbs frequẽs, ciuitas exultans: interfecti tui, non interfecti gladio: nec mortui tui, in bello. Cuncti principes tui fugerunt ſimul, dureq; ligati ſunt: omnes qui inuenti ſunt, vincti ſunt pariter, procul fugerunt. Propterea
B dixi, Recedite à me, amarè flebo: nolite incumbere, vt conſolemini me ſuper vaſtitate filię populi mei. Dies enim interfectionis & conculcationis, & fletuum Domino Deo exercituum in valle viſionis, ſcrutans murum, & magnificus ſuper montem. Et Aelam ſumpſit pharetram, currum hominis equitis, & parietem nudauit clypeus. Et erunt electæ valles
C tuæ plenæ quadrigarum, & equites ponent ſedes ſuas in porta. Et reuelabitur operimentum Iudæ, & videbitis in die illa armamentarium domus ſaltus. Et ſciſſuras ciuitatis Dauid videbitis, quia multiplicatæ ſunt. Et congregaſtis aquas piſcinæ inferioris, & domos Ieruſalem numeraſtis, & deſtruxiſtis domos ad muniendum murum. Et lacum feciſtis inter duos muros, ad aquam piſcinæ veteris: & non ſuſpexiſtis ad
D eũ qui fecerat eam, & operatorẽ eius délonge nõ vidiſtis. Et

vocabit

vocabit Dominus Deus exercituũ in die illa ad fletum,& ad planctũ,ad caluitium,& ad cingulũ sacci:& ecce,gaudium & lętitia occidere vitulos & iugulare arietes, comedere carnes, & bibere vinum. Comedamus & bibamus,cras enim moriemur. Sapien. 1. b 2. Cor. 15. d Infra 56. d
E Et reuelata est in auribus meis vox Domini exercituũ, Si dimittetur iniquitas hæc vobis donec moriamini : dicit Dominus Deus exercituum. Hæc dicit Dominus Deus exercituum, Vade, ingredere ad eum qui habitat in tabernaculo,ad Sobnam præpositũ templi,& dices ad eum, Quid tu hîc?aut quasi quis hîc?quia excidisti tibi hîc sepulchrũ, excidisti in excelso memoriale diligenter,in petra tabernaculũ tibi. Ecce, Dominus asportari te faciet, sicut asportatur gallus gallinaceus,& quasi amictum sic subleuabit te. Coronans coronabit te tribulatione,quasi pilam mittet te in terrã latam & spatiosam:ibi morieris,& ibi erit currus glorię tuæ, ignominia domus Domini tui. Et expellã te de statione tua:& de
F ministerio tuo deponam te. Et erit in die illa:vocabo seruum meum Eliacim filiũ Helciæ, & induam illũ tunica tua,& cingulo tuo confortabo eum,& potestatẽ tuam dabo in manus eius:& erit quasi pater habitãtibus Ierusalem,& domui Iuda. Apoc. 3. b Isa. 22. b
Et dabo clauẽ domus Dauid super humerũ eius:& aperiet,& non erit qui claudat:& claudet,& nõ erit qui aperiat. Et figã
G illũ paxillũ in loco fideli,& erit in soliũ gloriæ domui patris sui:& suspendent super eum omnem gloriam domus patris eius, vasorum diuersa genera,omne vas paruulum à vasis craterarum vsq; ad omne vas musicorum. In die illa, dicit Dominus exercituum, auferetur paxillus qui fixus fuerat in loco fideli:& frangetur,& cadet,& peribit quod pependerat in eo,quia Dominus locutus est.

S. MINATVR *Dominus Tyro à Nabuchodonosor exitium, at post septuaginta annos liberationem promittit.*

CAP. XXIII.

A ONus Tyri. Vlulate naues maris,quia vastata est domus,vnde venire consueuerãt:de terra Cethim reuelatũ est eis. Tacete qui habitatis in insula : negotiatio Sidônis transfretantes mare,repleuerunt te. In aquis multis semen Nili, messis fluminis fruges eius:& facta est negotiatio gentium. Erubesce Sidon,ait enim mare, fortitudo maris,dicens, Non parturiui,& non peperi,& non enutriui iuuenes,nec ad incrementũ perduxi virgines. Cum auditum fuerit in Aegypto,dolebũt cum audierint de Tyro.
B Transite maria,vlulate qui habitatis in insula. Nunquid non vestra hæc est,quæ gloriabatur à diebus pristinis in antiquitate sua? Ducent eam pedes sui longe ad peregrinandũ. Quis cogitauit hoc super Tyrum quondam coronatam, cuius negotiatores principes,institores eius inclyti terræ? Dominus exercituũ cogitauit hoc,vt detraheret superbiam omnis gloriæ,& ad ignominiam deduceret vniuersos inclytos terræ.
Transi terrã tuã quasi flumẽ,filia maris,non est cingulũ vltrà
C tibi. Manum suam extendit super mare,& cõturbauit regna. Dominus mandauit aduersus Chanâan, vt contereret fortes eius,& dixit, Non adijcies vltrà vt glorieris,calumniam sustinens virgo filia Sidônis : in Cethim consurgens transfreta, ibi quoq; non erit requies tibi. Ecce,terra Chaldæorum talis populus non fuit, Assur fundauit eam. In captiuitatem traduxerunt robustos eius,suffoderũt domos eius,posuerunt eam in ruinam. Vlulate naues maris,quia deuastata est fortitudo vestra. Et erit in die illa:in obliuione eris ô Tyre septuaginta annis,sicut dies regis vnius. Post septuaginta autem annos
D erit Tyro quasi canticum meretricis. Sume citharã,circui ciuitatem meretrix obliuioni tradita:bene cane,frequenta canticum,vt memoria tui sit. Et erit post septuaginta annos, visitabit Dominus Tyrum, & reducet eam ad merces suas : & rursum fornicabitur cum vniuersis regnis super faciem terræ. Et erunt negotiatio eius,& merces eius sanctificatæ Domino,non condentur,neq; reponentur : quia his qui habitauerint coram Domino, erit negotiatio eius, vt manducent in saturitatem,& vestiantur vsque ad vetustatem.

S. MINATVR *Dominus singulis terræ habitatoribus uastationẽ, & totius orbis in die iudicij confusionem.* CAP. XXIIII.

A ECce Dominus dissipabit terram,& nudabit eam, & affliget faciem eius, & disperget habitatores eius. Et erit sicut populus, sic sacerdos : & sicut Osee 4. b
seruus, sic dominus eius : & sicut ancilla, sic domina eius:sicut emens, sic ille qui vendit:sicut fœnerator, sic is qui mutuũ accipit:sicut qui repetit,sic qui debet. Dissipatione dissipabitur terra,& direptione prædabitur. Dominus enim locutus est verbũ hoc. Luxit,& defluxit terra, & infirmata est:defluxit orbis,infirmata est altitudo populi terræ. Et terra infecta est ab habitatoribus suis:quia trangressi sunt leges,mutauerunt ius,dissipauerunt fœdus sempiternũ. Pro-
B pter hoc maledictio vorabit terram,& peccabunt habitatores eius. ideoque insanient cultores eius, & relinquentur homines pauci. Luxit vindemia,infirmata est vitis,ingemuerũt omnes qui lętabãtur corde. Cessauit gaudiũ tympanorũ,quieuit sonitus lætantium,cõticuit dulcedo citharæ. Cum cantico non habent vinũ,amara erit potio bibentibus illã. Attrita est ciuitas vanitatis, clausa est omnis domus nullo introeunte. Clamor erit super vino in platęis : deserta est omnis lætitia, trãslatũ est gaudiũ terræ. Relicta est in vrbe solitudo,& cala-
C mitas opprimet portas. Quia hæc erũt in medio terræ,in medio populorũ,quo modo si paucæ oliuæ quæ remanserunt, excutiantur ex olea,& racemi,cum fuerit finita vindemia. Hi leuabunt vocem suam,atq; laudabunt:cum glorificatus fuerit Dominus,hinnient de mari. Propter hoc in doctrinis glorificate Dominũ:in insulis maris nomẽ Domini Dei Israel. A finibus terræ laudes audiuimus,gloriã iusti. Et dixi, Secretum meũ mihi,væ mihi:præuaricãtes præuaricati sunt,& præuaricatione transgressorũ prẽuaricati sunt. Formido, & fouea, & laqueus super te qui habitator es terræ. Et erit : qui fugerit à facie formidinis,cadet in foueam : & qui se explicauerit de fouea, tenebitur laqueo : quia cataractæ de excelsis apertæ
D sunt,& cõcutientur fundamenta terræ. Confractione cõfringetur terra,contritione conteretur terra,commotione cõmouebitur terra : agitatione agitabitur terra sicut ebrius,& auferetur quasi tabernaculum vnius noctis. Et grauabit eam iniquitas sua,& corruet:& nõ adijciet vt resurgat. Et erit : in die illa visitabit Dominus super militiã cœli in excelso:& super reges terræ qui sunt super terrã. Et cõgregabuntur in cõgregatione vnius fascis in lacum,& claudentur ibi in carcere : & post multos dies visitabũtur. Et erubescet luna,& confundetur sol,cũ regnauerit Dominus exercituũ in monte Sion, & in Ierusalem,& in cõspectu senum suorũ fuerit glorificatus.

S. GRATIARVM *actio super mortis præcipitatione in Ierusalem,ac societate cœlesti & confractione potestatis diaboli.*

CAPVT XXV.

A DOmine Deus meus es tu,exaltabo te,& confitebor nomini tuo:quoniã fecisti mirabilia, cogitationes antiquas fideles amen. Quia posuisti ciuitatem in tumulũ,vrbem fortẽ in ruinam,domum alienorum:vt non sit ciuitas,& in sempiternum non ædificetur. Super hoc laudabit te populus fortis,ciuitas gentium robustarum timebit te. Quia factus es fortitudo pauperi, fortitudo egeno in tribulatione sua, spes à turbine, vmbraculum ab æstu. spiritus enim robustorum quasi turbo impel-
B lens parietem. Sicut æstus in siti, tumultum alienorum humiliabis : & quasi calore sub nube torrente propaginem fortium marcescere facies. Et faciet Dominus exercituum omnibus populis in monte hoc,conuiuium pinguium,conuiuium vindemiæ,pinguiũ medullatorum,vindemiæ defęcatæ. Et præcipitabit in monte isto faciem vinculi colligati super

omnes

omnes populos,& telam quam orditus est super omnes na-
Apoc.7 d tiones.Præcipitabit mortẽ in sempiternum:& auferet Domi
21.b nus Deus lachrymã ab omni facie,& opprobrium populi sui
D auferet de vniuersa terra:quia Dominus locutus est.Et dicet
Vox populi fidelis. in die illa,Ecce Deus noster iste,expectabimus eum,& salua
bit nos: iste Dominus,sustinuimus eum,& exultabimus,&
lætabimur in salutari eius:quia requiescet manus Domini in
mõte isto.Et triturabitur Moab sub eo,sicuti teruntur paleæ
in plaustro.Et extendet manus suas sub eo,sicut extendit na-
tans ad natandum:& humiliabit gloriam eius cum allisione
manuum eius.Et munimenta sublimium murorum tuorum
concident,& humiliabuntur,& detrahentur in terram vsque
ad puluerem.

S. GRATIARVM actio pro exaltatione iusti,& humiliatiõe impij ac mortuorum resurrectione. CAPVT XXVI.

A IN die illa cantabitur canticum istud in terra Iu-
da,Vrbs fortitudinis nostræ saluator,ponetur in
ea murus & antemurale.Aperite portas,& ingre-
diatur gens iusta,custodiens veritatẽ.Vetus error
abijt:seruabis pacem: pacem, quia in te sperauimus.Spera-
stis in Domino in seculis æternis, in Domino Deo forti in
perpetuũ.Quia incuruabit habitãtes in excelso, ciuitatẽ sub-
limẽ humiliabit:humiliabit eam vsq; ad terram,detrahet eam
vsq; ad puluerem.Cõculcabit eam pes,pedes pauperis, gres-
B sus egenorũ.Semita iusti recta est,rectus callis iusti ad ambu-
landũ.Et in semita iudiciorum tuorum Domine sustinuimus
te:nomen tuũ,& memoriale tuum in desyderio animæ.Ani-
ma mea desyderauit te in nocte:sed & spiritu meo in præcor-
dijs meis de mane vigilabo ad te: cum feceris iudicia tua in
terra:iustitiam discent habitatores orbis.Misereamur impio,
& non discet iustitiam facere,in terra sanctorũ iniqua gessit:
& non videbit gloriã Domini.Domine exaltetur manus tua
vt non videant:videant,& confundantur zelantes populi,&
C ignis hostes tuos deuoret.Domine dabis pacẽ nobis: omnia
opera nostra operatus es nobis.Domine Deus noster posse-
Opera bona operatur Deus in nobis. derunt nos domini absq; te,tantum in te recordemur nomi-
nis tui.Morientes non viuant,gigantes non resurgant: pro-
pterea visitasti & cõtriuisti eos:& perdidisti omnem memo-
riam eorum.Indulsisti genti Domine,indulsisti genti: nun-
quid glorificatus es?elongasti omnes terminos terræ.Domi-
ne,in angustia requisierunt te,in tribulatione murmuris do-
ctrina tua eis.Sicut quæ concipit,cum appropinquauerit ad
D partum,dolens clamat in doloribus suis:sic facti sumus à fa-
cie tua Domine.Concepimus,& quasi parturiuimus, & pe-
perimus spiritũ salutis:iustitiã nõ fecimus in terra, ideò non
ciderũt habitatores terræ.Viuẽt mortui tui,interfecti mei
resurgent:expergiscimini,& laudate qui habitatis in puluere:
quia ros lucis ros tuus,& terram gigantũ detrahes in ruinam.
Vade populus meus,intra in cubicula tua,claude ostia tua su-
per te,abscondere modicũ ad momentum,donec pertranseat
Mich.1.d indignatio.Ecce enim Dominus egredietur de loco suo, vt
visitet iniquitatem habitatoris terræ contra eum,& reuelabit
terra sanguinem suum,& non operiet vltrà interfectos suos.

S. PATERNA correctione consolatur Dominus filios suos propter flagella Assyriorum:& tandem promittit saluatoris liberationem. CAPVT XXVII.

A IN die illa visitabit Dominus in gladio suo du-
ro,& grandi & forti,super leuiathan serpentẽ ve-
ctem,& super leuiathan serpentẽ tortuosum,&
occidet cetum qui in mari est.In die illa vinea
meri cantabit ei,Ego Dominus qui seruo eam,repente pro-
pinabo ei,ne fortè visitetur contra eam:nocte & die seruo eã.
Indignatio non est mihi:quis dabit me spinam & veprem in
prælio:gradiar super eam,succendam eam pariter?An potius
B tenebit fortitudinem meam,faciet pacem mihi,pacem faciet
mihi?Qui egrediũtur impetu à Iacob,florebit & germinabit
Israel,& implebunt faciem orbis semine.Nunquid iuxta pla
gam percutientis se percussit eum? aut sicut occîdit interfe-
ctos eius,sic occisus est? In mensura contra mensuram cum
abiecta fuerit,iudicabit eam:meditatus est in spiritu suo du-
C ro per diem æstus. Idcirco super hoc dimittetur iniquitas
domui Iacob:& iste omnis fructus vt auferatur peccatum
eius,cum posuerit omnes lapides altaris sicut lapides cineris
allisos,non stabunt luci & delubra.Ciuitas enim munita de-
solata erit,speciosa relinquetur,& dimittetur quasi desertum:
ibi pascetur vitulus,& ibi accubabit,& cõsumet summitates
D eius.In siccitate messis illius conteretur: mulieres venientes,
& docentes eam:non est enim populus sapiẽs,propterea non
miserebitur eius qui fecit eum:& qui formauit eum,non par
cet ei.Et erit:in die illa percutiet Dominus ab alueo flumi-
nis vsque ad torrentẽ Aegypti,& vos congregabimini vnus
Prædicatio euangelij. & vnus filij Israel.Et erit:in die illa clangetur in tuba magna,
Fides gentium. & venient qui perditi fuerãt de terra Assyriorũ,& qui electi
erant de terra Aegypti,& adorabunt Dominum in monte
sancto in Ierusalem.

S. COMMINATVR Dominus superbis & ebrijs indignationẽ suam quòd prophetarum contemnant uaticinia,sed finalem pollicetur liberationem. CAPVT XXVIII.

A VAe coronæ superbiæ,ebrijs Ephráim,& flori de
cidenti,gloriæ exultationis eius,qui erant in ver-
tice vallis pinguissimæ errantes à vino. Ecce va-
lidus & fortis Dominus sicut impetus grandinis:
turbo confringens,sicut impetus aquarum multarum inun-
dantium & emissarũ super terrã spatiosam. Pedibus concul-
cabitur corona superbiæ ebriorum Ephráim,& erit flos deci-
dens gloriæ exultationis eius,qui est super verticẽ vallis pin-
B guium,quasi temporaneum ante maturitatẽ autumni: quod
cum aspexerit videns, statim vt manu tenuerit,deuorabit il-
lud.In die illa erit Dominus exercitũ corona gloriæ,& ser-
tum exultationis residuo populi sui:& spiritus iudicij sedenti
super iudicium,& fortitudo reuertentibus de bello ad por-
tam.Verùm hi quoq; præ vino nescierunt,& præ ebrietate In sacerdotes & prophetas verbi Dei contemptores.
errauerunt.Sacerdotes & prophetas nescierunt præ ebrieta-
te, absorpti sunt à vino, errauerunt in ebrietate, nescierunt
videntẽ,ignorauerunt iudiciũ.Omnes enim mensæ repletæ
C sunt vomitu sordiumq;,ita vt non esset vltrà locus.Quem do-
cebit scientiã?& quem intelligere faciet auditũ?Ablactatos à
lacte,auulsos ab vberibus.Quia Manda remanda, manda re-
manda,expecta reexpecta,expecta reexpecta,modicum ibi, 1.Cor.14.d
modicum ibi.In loquela enim labij,& lingua altera loquetur
ad populũ istum:cui dixit,Hæc est requies mea, reficite las-
sum,& hoc est meum refrigerium:& noluerũt audire.Et erit Perditio Iudæorũ verbi Dei.
eis verbum Domini,Manda remanda,manda remanda,expe-
cta reexpecta,expecta reexpecta,modicũ ibi,modicum ibi:
D vt vadant,& cadant retrorsum, & conterantur, & illaqueen-
tur,& capiantur.Propter hoc audite verbũ Domini viri illu-
sores,qui dominamini super populũ meum qui est in Ieruſa
lem.Dixistis enim, Percussimus fœdus cum morte,& cum
inferno fecimus pactum.Flagellum inundans cum transierit,
non veniet super nos:quia posuimus mendacium spem no-
stram,& mendacio protecti sumus.Idcirco hæc dicit Domi-
nus Deus,Ecce ego mittam in fundamentis Sion lapidem,
lapidem probatũ,angularem,pretiosum,in fundamento fun-
datum.Qui crediderit,non festinet.Et ponam in pondere iu Psal.117.d
dicium,& iustitiam in mensura. Et subuertet grando spem Matt.21.d
mendacij,& protectionẽ aquæ inundabunt.Et delebitur fœ- Act.4.b
E dus vestrum cum morte,& pactum vestrũ cum inferno non 1.Pet.2.d
stabit.Flagellũ inundans cum transierit,eritis ei in conculca-
tionem.Quandocunq; pertransierit,tollet vos:quoniam ma-
ne diluculo pertransibit in die & in nocte,& tantũmodo so-
la vexatio intellectum dabit auditui.Coangustatum est enim

stratum

F stratum, ita vt alter décidat: & pallium breue vtrunque ope-
2.Reg.5.d 1.Par.14.d Iosue 10.c rire nõ potest. Sicut enim in Monte diuisionũ, stabit Dominus: sicut in valle quæ est in Gabaon irascetur: vt faciat opus suum, alienum opus eius: vt operetur opus suum, peregrinũ opus eius ab eo. Et nunc nolite illudere, ne fortè constringantur vincula vestra. Consummationem enim & abbreuiationem audiui à Domino Deo exercituum super vniuersam terram. Auribus percipite, & audite vocem meam, attendite, & audite eloquium meum, Nunquid tota die arabit arans vt serat, proscindet & sarriet humum suam? Nónne cum adæquauerit faciem eius, seret gith, & cyminum sparget, & ponet triticum per ordinem, & ordeum, & milium, & vitiam
G in finibus suis? Et erudiet illum in iudicio, Deus suus docebit illum. Non enim in serris triturabitur gith, nec rota plaustri super cyminum circuibit: sed in virga excutietur gith, & cyminum in baculo. Panis autem comminuetur: verùm non in perpetuum triturans triturabit illum, neque vexabit eum rota plaustri, neque vngulis suis comminuet eum. Et hoc à Domino Deo exercituum exiuit, vt mirabile faceret cõsilium, & magnificaret iustitiam.

S. POENAM *temporalem Ierosolimæ destructionis, & spiritualem excæcationis minatur* Dominus *propter peccata populi: sed eorũ cũ gentibus promittit conuersionẽ.* CAPVT XXIX.

A VAe Ariel, Ariel ciuitas, quã expugnauit Dauid. Additus est annus ad annũ, solennitates euolutæ sunt. Et circunuallabo Ariel, & erit tristis & mœrens, & erit mihi quasi Ariel. Et circúndabo quasi sphæram in circuitu tuo, & iaciam contra te aggerẽ, & munimenta ponam in obsidionem tuam. Humiliaberis, de terra loquêris, & de humo audietur eloquium tuum. Et erit quasi pythonis de terra vox tua, & de humo eloquiũ tuũ mussitabit. Et erit sicut puluis tenuis multitudo ventilãtium te: & sicut fauilla pertransiens multitudo eorũ qui contra te præua-
B luerunt: eritq; repentè cõfestim. A Domino exercituũ visitabitur in tonitruo, & commotione terræ, & voce magna turbinis & tempestatis, & flamma ignis deuorantis. Et erit sicut somniũ visionis nocturnæ multitudo omnium gentium quæ dimicauerũt contra Ariel, & omnes qui militauerũt, & obsederunt, & præualuerũt aduersus eã. Et sicut somniat esuriens & comedit, cum autem fuerit expergefactus, vacua est anima eius: & sicut somniat sitiens & bibit, & postquã fuerit expergefactus, lassus adhuc sitit, & anima eius vacua est: sic erit multitudo omnium gentiũ quæ dimicauerũt contra montẽ Sion. Obstupescite, & admiramini, fluctuate & vacillate: inebriamini, & non à vino: mouemini, & non in ebrietate: quoniam miscuit vobis Dominus spiritũ soporis. Claudet oculos vestros: prophetas & principes vestros qui vident visiones,
D operiet. Et erit vobis visio omnium sicut verba libri signati: quem cum dederint scienti literas, dicẽt, Lege istum: & respõdebit, Nõ possum, signatus est enim. Et dabitur liber nescienti literas, diceturq; ei, Lege: & respondebit, Nescio literas. Et dixit Dominus, Eo quòd appropinquat populus iste ore suo, & labijs suis glorificat me, cor autem eius longe est à me, & timuerunt me mandato hominum & doctrinis: Ideò ecce
E ego addam vt admirationem faciam populo huic miraculo grandi & stupendo. peribit enim sapientia à sapiẽtibus eius, & intellectus prudentium eius abscondetur. Væ qui profundi estis corde, vt à Domino abscondatis consilium, quorum sunt in tenebris opera, & dicunt, Quis videt nos, & quis nouit nos? Peruersa est hæc vestra cogitatio: quasi si lutum contra figulum cogitet, & dicat opus factori suo, Non feciſti me. & figmentum dicat fictori suo, Non intelligis. Nónne adhuc in modico, & in breui conuertetur Libanus in charmel,
F & charmel in saltum reputabitur? Et audient in die illa surdi verba libri, & de tenebris & caligine oculi cæcorum videbunt. Et addent mites in Domino lætitiam, & pauperes homines in sancto Israel exultabunt: quoniam defecit qui prævalebat, consummatus est illusor, & succisi sunt omnes qui vigilabãt super iniquitatẽ, qui peccare faciebant homines in verbo, & arguentem in porta supplantabant, & declinauerunt frustra à iusto. Propter hoc, hæc dicit Dominus ad do-
G mum Iacob, qui redemit Abraham, Non modo confundetur Iacob, nec modo vultus eius erubescet: sed cum viderit filios suos, opera manuum mearum in medio sui sanctificantes nomen meum, & sanctificabũt sanctum Iacob, & Deum Israel prædicabunt, & scient errantes spiritu intellectum, & mussitatores discent legem.

S. DOMINVS *comminatur uindictam reliquijs populi quæ destructa ciuitate fugerũt in Aegyptum.* CAPVT XXX.

A VAe filij desertores, dicit Dominus, vt faceretis cõsilium, & non ex me: & ordiremini telam, & non per spiritum meum, vt adderetis peccatum super peccatum. qui ambulatis vt descendatis in Aegyptum, & os meum nõ interrogastis, sperãtes auxilium in fortitudine Pharaonis, & habentes fiduciam in vmbra Aegypti. Et erit vobis fortitudo Pharaonis in confusionem, & fiducia vmbræ Aegypti in ignominiã. Erant enim in Tani principes tui, & nuntij tui vsque ad Hanes peruenerunt. Omnes confusi sunt super populo qui eis prodesse non poterat: non fuerunt in auxiliũ, & in aliquã vtilitatẽ, sed in cõfusionem &
B in opprobriũ. Onus iumẽtorum austri. In terra tribulationis & angustiæ, leæna & leo ex eis, vipera & regulus volans, portantes super humeros iumẽtorum diuitias suas, & super gibbum camelorũ thesauros suos ad populum qui eis prodesse non poterit. Aegyptus enim frustra & vanè auxiliabitur: ideò clamaui super hoc, Superbia tantũ est, quiescite. Nunc ergo ingressus scribe ei super buxũ, & in libro diligenter exara illud, & erit in die nouissimo in testimoniũ vsque in æternum. Populus enim ad iracundiã prouocans est, & filij mendaces, filij
C nolentes audire legem Dei. Qui dicũt videntibus, Nolite videre: & aspiciẽtibus, Nolite aspicere nobis ea quæ recta sunt: loquimini nobis placentia, videte nobis errores: auferte à me viam, declinate à me semitam, cessset à facie nostra sanctus Israel. Propterea hæc dicit sanctus Israel, Pro eo quòd reprobastis verbũ hoc, & sperastis in calumnia & in tumultu, & innixi estis super eo: propterea erit vobis iniquitas hæc sicut interruptio cadens, & requisita in muro excelso, quoniam subito dum non speratur, veniet contritio eius: & comminuetur sicut conteritur lagena figuli cõtritione perualida: & nõ inuenietur de fragmẽtis eius testa, in qua portetur igniculus de incendio, aut hauriatur parum aquæ de fouea: quia hæc dicit Dominus Deus sanctus Israel, Si reuertamini & quiescatis, salui eritis. In silentio, & in spe erit fortitudo ve-
D stra. Et noluistis: & dixistis, Nequaquam, sed ad equos fugiemus. ideò fugietis. Et super veloces ascendemus: ideò velociores erunt, qui persequentur vos. Mille homines à facie terroris vnius: & à facie terroris quinq;, fugietis, donec relinquamini quasi malus nauis in vertice montis, & quasi signum super collem. Propterea expectat Dominus vt misereatur vestri: & ideò exaltabitur parcens vobis: quia Deus iudicij Dominus. Beati omnes qui expectant eum. Populus enim Sion habitabit in Ierusalẽ: plorans nequaquam plorabis, miserens miserebitur tui: ad vocem clamoris tui statim vt audierit, re-
E spondebit tibi. Et dabit vobis Dominus panẽ arctũ, & aquã breuem: & non faciet auolare à te vltrà doctorem tuum: & erunt oculi tui videntes præceptorem tuum, & aures tuæ audient verbum post tergum monẽtis, Hæc est via, ambulate in ea: & non declinetis neque ad dexteram, neque ad sinistram. Et contaminabis laminas sculptilium argẽti tui, & vestimentum conflatilis auri tui, & disperges ea sicut immunditiam menstruatæ: Egredere, dices ei. Et dabitur pluuia semini tuo, vbicunque seminaueris in terra. & panis frugum terræ erit

Pœna in reijcientes verbum Dei.

vberrimus & pinguis. paſcetur in poſſeſsione tua in die illo agnus ſpatioſe.& tauri tui,& pulli aſinorũ qui operantur terram, commiſtũ migma comedent ſicut in area vẽtilatum eſt.

F Et erunt ſuper omnẽ montẽ excelſum, & ſuper omnẽ collẽ eleuatum riui currentium aquarũ in die interfectionis multorum cum ceciderint turres. Et erit lux lunæ ſicut lux ſolis, & lux ſolis erit ſeptempliciter, ſicut lux ſeptẽ dierũ in die qua alligauerit Dominus vulnus populi ſui, & percuſſurã plagæ eius ſanauerit. Ecce nomen Domini venit de longinquo, ardens furor eius,& grauis ad portandũ. Labia eius repleta ſunt indignatione,& lingua eius quaſi ignis deuorãs. Spiritus eius velut torrẽs inundans vſque ad mediũ colli, ad perdẽdas gentes in nihilũ,& frænũ erroris quod erat in maxillis populorũ.

G Canticũ erit vobis ſicut nox ſanctificatæ ſolennitatis, & lætitia cordis ſicut qui pergit cũ tibia vt intret in montẽ Domini ad fortem Iſrael. Et auditã faciet Dominus gloriã vocis ſuæ, & terrorẽ brachij ſui oſtẽdet in cõminatione furoris, & flamma ignis deuorãtis:allidet in turbine & in lapide grandinis. A voce enim Dñi pauebit Aſſur virga percuſſus, & erit tranſitus virgæ fundatus, quam requieſcere faciet Dominus ſuper eum in tympanis & citharis: & in bellis præcipuis expugnabit eos. Præparata eſt enim ab heri Tophet,à rege prępparata, profunda & dilatata. Nutrimenta eius ignis & ligna multa,flatus Domini ſicut torrens ſulphuris ſuccendens eam.

Deſcribitur infernus.

S. CONFVGIENTIBVS ad huius ſeculi,potius quàm ad diuinum auxilium Dominus miſericordiã promittit ſi pœnituerint, & in fine ſalutem. CAPVT XXXI.

A VAe qui deſcendunt in Aegyptum ad auxilium, in equis ſperantes, & habentes fiduciã ſuper quadrigis, quia multæ ſunt: & ſuper equitibus, quia prævalidi nimis:& nõ ſunt confiſi ſuper ſanctum Iſrael,& Dominũ nõ requiſierunt. Ipſe autẽ ſapiens adduxit malum,& verba ſua nõ abſtulit. Et conſurget contra domum

B peſsimorũ, & cõtra auxiliũ operantiũ iniquitatẽ. Aegyptus, homo,& nõ Deus: & equi eorũ,caro,& non ſpiritus.& Dominus inclinabit manum ſuam,& corruet auxiliator,& cadet cui præſtatur auxiliũ,ſimulq; omnes conſumẽtur. Quia hæc dicit Dominus ad me, Quomodo ſi rugiat leo,& catulus leo-

C nis ſuper prædam ſuam, cum occurrerit ei multitudo paſtorum,à voce eorum nõ formidabit, & à multitudine eorũ non pauebit:ſic deſcendet Dominus exercituũ vt prælietur ſuper montem Sion, & ſuper collẽ eius. Sicut aues volantes,ſic proteget Dominus exercituum Ieruſalem,protegens & liberãs,

D tranſiens & ſaluans. Cõuertimini ſicut in profundum receſſeratis filij Iſrael. In die enim illa abijciet vir idôla argenti ſui, & idôla auri ſui, que fecerunt vobis manus veſtræ in peccatum: & cadet Aſſur in gladio non viri, & gladius non hominis vorabit eum,& fugiet non à facie gladij,& iuuenes eius vectigales erunt:& fortitudo eius à terrore tranſibit, & pauebunt fugientes principes eius: dixit Dominus,cuius ignis eſt in Siõ, & caminus eius in Ieruſalem.

S. LIBERATIO populi à malis proxime imminentibus ab Aſſyrijs,quorum prætextu Meſſiæ aduentum & miracula deſignat.

CAPVT XXXII.

A ECce,in iuſtitia regnabit rex, & principes in iudicio præerũt. Et erit vir ſicut qui abſcõditur à vento, & celat ſe à tempeſtate, ſicut riui aquarum in ſiti,& vmbra petræ prominentis in terra deſerta. Non caligabunt oculi videntium,& aures audientium diligẽter auſcultabũt, & cor ſtultorũ intelliget ſcientiam, & lingua balborum velociter loquetur & plane. Non vocabitur vltrà is qui inſipiens eſt,principes:neque fraudulẽtus appellabitur

B maior. Stultus enim fatua loquetur,& cor eius faciet iniquitatem,vt perficiat ſimulationem, & loquatur ad Dominũ fraudulenter,& vacuam faciat animã eſurientis, & potum ſitienti auferat. Fraudulenti vaſa peſsima ſunt: ipſe enim cogitationes concinnauit ad perdendos mites in ſermone mendacij, cum loqueretur pauper iudicium. Princeps verò, ea quæ digna ſunt principe cogitabit, & ipſe ſuper duces ſtabit. Mulieres opulentæ ſurgite,& audite vocem meam. Poſt dies & annum & vos conturbabimini confidentes: conſummata eſt

C enim vindemia,collectio vltrà nõ veniet. Obſtupeſcite opulentæ,conturbamini confidentes: exuite vos,& confundimini,accingite lumbos veſtros. Super vbera plangite, ſuper regione deſyderabili,ſuper vinea fertili. Super humum populi mei ſpinæ & vepres aſcendent: quanto magis ſuper omnes domos gaudij ciuitatis exultantis? Domus enim dimiſſa eſt, multitudo vrbis relicta eſt,tenebræ & palpatio factæ ſunt ſu-

D per ſpeluncas vſque in æternum. Gaudium onagrorum paſcua gregum,donec effundatur ſuper nos ſpiritus de excelſo: & erit deſertum in charmel, & charmel in ſalutem reputabitur. Et habitabit in ſolitudine iudicium, & iuſtitia in charmel ſedebit. Et erit opus iuſtitiæ pax,& cultus iuſtitiæ ſilentium, & ſecuritas vſque in ſempiternum. Et ſedebit populus meus in pulchritudine pacis.& in tabernaculis fiduciæ, & in requie opulenta. Grando autẽ in deſcenſione ſaltus,& humilitate humiliabitur ciuitas. Beati qui ſeminatis ſuper omnes aquas, immittentes pedem bouis & aſini.

Iudæorum deſtructio, poſt aduentum Chriſti.

Supra 29 f

S. CVM deſtruxerit Dominus Aſſyrios in Iudæorum uindictam, & ab his liberauerit,ſaluatorem ſuum non cognouerunt.

CAPVT XXXIII.

A VAe qui prædaris, nónne & ipſe prædaberis? Et qui ſpernis, nónne & ipſe ſpernêris? Cum conſummaueris deprędationem,deprędaberis. Cum fatigatus deſieris contemnere, contemnêris. Domine miſerere noſtri: te enim expectauimus. eſto brachium noſtrum in mane, & ſalus noſtra in tempore tribulationis. A voce angeli fugerunt populi, & ab exaltatione tua diſperſæ ſunt gentes. Et congregabuntur ſpolia veſtra ſicut colligitur bruchus, velut cum foſſæ plenæ fuerint in eo. Magnificatus eſt Dominus, quoniam habitauit in excelſo. Impleuit Sion iudicio & iuſtitia. Et erit fides in temporibus tuis: diuitiæ ſalutis ſapientia & ſcientia: timor Domini ipſe eſt theſaurus eius. Ecce,videntes clamabunt foris, angeli pacis amarè fle-

B bunt, Diſsipatæ ſunt viæ,ceſſauit tranſiens per ſemitam,irritum factum eſt pactũ,proiecit ciuitates,non reputauit homines. Luxit,& elãguit terra:cõfuſus eſt Libanus,& obſurduit: & factus eſt Saron, ſicut deſertum: & concuſſa eſt Baſan, & Carmelus. Nunc cõſurgam,dicit Dominus, nunc exaltabor, nunc ſubleuabor. Concipietis ardorẽ,& parietis ſtipulã: ſpiritus veſter vt ignis vorabit vos. Et erunt populi quaſi de incendio cinis,ſpinæ congregatæ igni comburẽtur. Audite qui longe eſtis, quæ fecerim, & cognoſcite vicini fortitudinem meam. Conterriti ſunt in Sion peccatores, poſſedit tremor hypocritas. quis poterit habitare de vobis cum igne deuorante? quis habitabit ex vobis cum ardoribus ſempiternis? Qui

Deſtructio totius Iudeæ.

Pſal. 14 4

C ambulat in iuſtitijs & loquitur veritatẽ, qui proijcit auaritiam ex calumnia,& excutit manus ſuas ab omni munere, qui obturat aures ſuas ne audiat ſanguinẽ, & claudit oculos ſuos ne videat malũ: Iſte in excelſis habitabit, munimẽta ſaxorũ ſublimitas eius: panis ei datus eſt,aquæ eius fideles ſunt. Regem in decôre ſuo videbũt oculi eius, cernent terrã délonge. Cor tuum meditabitur timorẽ: vbi eſt literatus? vbi eſt legis verba ponderans? vbi eſt doctor paruulorũ? Populum impudentem non videbis, populum alti ſermonis:ita vt non poſsis intelligere diſertitudinem linguæ eius, in quo nulla eſt ſapien-

1. Cor. 1 6

D tia. Reſpice Sion ciuitatem ſolennitatis noſtræ. Oculi tui videbunt Ieruſalem in habitationem opulẽtam, tabernaculum quod nequaquam transferri poterit:nec auferentur claui eius in ſempiternũ.& omnes funiculi eius non irrumpentur: quia ſolummodo ibi magnificus eſt Dominus noſter. Locus fluuiorum

uiorum riui latissimi, & patentes: non transibit per eum nauis remigum, neque trieris magna transgredietur eum. Dominus enim iudex noster, Dominus legifer noster, Dominus rex noster: ipse saluabit nos. Laxati sunt funiculi tui: sed non prævalebũt. Sic erit malus tuus, vt dilatare signum nõ queas. Tunc diuidentur spolia prædarum multarum: claudi diripiẽt rapinam: nec dicet vicinus, Elangui. populus qui habitabit in ea, auferetur ab eo iniquitas.

In ecclesia peccati remissio.

S. DIVINA *in peccatores ultio intolerabilis, in Idumæos præcipuè Assyriorum fautores, & in Iudæos infideles.*

CAPVT XXXIIII.

A Accedite gentes, & audite, & populi attẽdite: audiat terra, & plenitudo eius, orbis, & omne germẽ eius. Quia indignatio Domini super omnes gentes, & furor super vniuersam militiã eorum: interfecit eos, & dedit eos in occisionẽ. Interfecti eorum proijcientur, & de cadaueribus eorum ascendet fœtor. Tabescent montes à sanguine eorũ, & tabescet omnis militia cœlorum, & complicabuntur sicut liber cœli: & omnis militia eorũ defluet sicut defluit foliũ de vinea & de ficu: quoniã inebriatus
B est in cœlo gladius meus. Ecce super Idumæam descẽdet, & super populũ interfectionis meæ ad iudicium. Gladius Domini repletus est sanguine, incrassatus est adipe de sanguine agnorum & hircorũ, de sanguine medullatorũ arietum. Victima enim Domini in nostra, & interfectio magna in terra Edom. Et descendent vnicornes cum eis, & tauti cum potentibus. Inebriabitur terra eorum sanguine, & humus eorum adipe pinguium: quia dies vltionis Domini, annus retribu-
Infra 63.4 C tionum iudicij Sion. Et conuertentur torrentes eius in picem, & humus eius in sulphur: & erit terra eius in picem ardentem. Nocte & die nõ extinguetur, in sempiternum ascendet fumus eius: à generatione in generationem desolabitur: in secula seculorũ nõ erit transiens per eam. Et possidebunt illam onocrotalus, & ericius: & ibis, & coruus habitabunt in ea. Et extendetur super eam mensura, vt redigatur ad nihilum, & perpẽdiculũ in desolationẽ. Nobiles eius nõ erũt ibi: regẽ potius inuocabunt, & omnes principes eius erunt in nihilũ. Et orientur in domibus eius spinæ, & vrticæ, & paliurus in munitionibus eius: & erit cubile draconum & pascua struthionum. Et occurrẽt dæmonia, onocẽtaurus, & pilosus cla-
D mabit alter ad alterum: ibi cubauit lamia, & inuẽnit sibi requiẽ: ibi habuit foueã ericius, & enutriuit catulos, & circunfodit, & fouit in vmbra eius: illuc cõgregati sunt milui, alter ad alterum. Requirite diligenter in libro Domini, & legite: vnum ex eis non defuit, alter alterũ non quæsiuit quia quod ex ore meo procedit, ille mandauit, & spiritus eius ipse congregauit ea. Et ipse misit eis sortem, & manus eius diuisit eam illis in mensuram: vsque in æternum possidebunt eam, in generatione & generationem habitabunt in ea.

S. CONSOLATIO *Israëlis super liberatione sua, & gentium vocatio ad fidẽ per Messiæ aduentum.* CAPVT XXXV.

A Lætabitur deserta & inuia, & exultabit solitudo, & florebit quasi liliũ. Germinans germinabit, & exultabit, lætabũda & laudans: gloria Libani data est ei, decor Carmeli & Saron: ipsi videbunt
B gloriam Domini, & decõrem Dei nostri. Confortate manus dissolutas, & genua debilia roborate. Dicite pusillanimis, Confortamini, nolite timere. ecce Deus vester vltionem ad-
Gna aduẽ Christi. Isai. 61.c C ducet retributionis: Deus ipse veniet, & saluabit vos. Tunc aperientur oculi cæcorum, & aures surdorũ patebunt. Tunc saliet sicut ceruus claudus, & aperta erit lingua mutorum: quia scissæ sunt in deserto aquæ, & torrentes in solitudine. Et quæ erat aridą, erit in stagnũ, & sitiẽs in fontes aquarũ. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami & iunci. Et erit ibi semita, & via sancta vocabitur: non
D transibit per eam pollutus, & hæc erit vobis directa via, ita vt stulti nõ errent per eã. Non erit ibi leo, & mala bestia non ascendet per eam, nec inuenietur ibi: & ambulabũt qui liberati fuerint. Et redempti à Domino, cõuertentur, & venient in Sion cum laude, & lætitia sempiterna super caput eorũ: gaudium & lætitiam obtinebunt, & fugiet dolor & gemitus.

Christus via ad patrem.

S. OBSESSA *Ieroſolyma ab Assyriorum exercitu, mittitur Rabsaces ad Ezechiam sanctum Israel blasphematurus.*

CAPVT XXXVI.

A Et factum est: in quartodecimo anno regis Ezechiæ, ascendit Sẽnacherib rex Assyriorũ super omnes ciuitates Iuda munitas, & cepit eas. Et misit rex Assyriorũ Rabsacen de Lachis in Ierusalem ad regẽ Ezechiam in manu graui, & stetit in aquæductu piscinæ superioris in via Agri fullonis. Et egressus est ad eum Eliacim filius Helciæ, qui erat super domũ, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à commentarijs. Et dixit ad eos Rabsaces, Dicite Ezechiæ, Hæc dicit rex magnus, rex Assyriorũ, Quæ est ista fiducia qua cõfidis? aut quo consilio vel fortitudine rebellare disponis? super quẽ habes fiduciam, quia recessisti à me? Ecce, confidis super baculũ arundineum confrac-
B tum istum, super Aegyptum: cui si innixus fuerit homo, intrabit in manũ eius, & perforabit eam: sic Pharao rex Aegypti omnibus qui cõfidunt in eo. Quòd si respõderis mihi, In Domino Deo nostro confidimus: nónne ipse est cuius abstulit Ezechias excelsa & altaria, & dixit Iudæ & Ierusalem, Coram altari isto adorabitis? Et nunc trade te domino meo regi Assyriorũ, & dabo tibi duo millia equorum, nec poteris ex te præbere ascensores eorũ. Et quomodo sustinebis faciẽ iudicis vnius loci ex seruis Domini mei minoribus? Quòd si confidis in Aegypto, in quadriga, & in equitibus: & nunc nun quid sine Domino ascendi ad terrã istam vt disperderẽ eam? Dominus dixit ad me, Ascende super terrã istam, & disperde
C eam. Et dixit Eliacim, & Sobna, & Ioahe ad Rabsacen, Loquere ad seruos tuos Syra lingua: intelligimus enim. ne loquaris ad nos Iudaice in auribus populi qui est super murũ. Et dixit ad eos Rabsaces. Nunquid ad Dominũ tuũ & ad te, misit me Dominus meus, vt loquerer omnia verba ista: & nõ potius ad viros qui sedent in muro, vt comedant stercora sua, & bibant vrinã pedum suorũ vobiscũ? Et stetit Rabsaces, & clamauit voce magna Iudaice, & dixit, Audite verba regis magni regis Assyriorum. Hæc dixit rex, Non seducat vos Ezechias, quia non poterit eruere vos: & non vobis tribuat fiduciam Ezechias super Domino, dicẽs, Eruens liberabit nos Dominus, nõ dabitur ciuitas ista in manu regis Assy-
D riorum. Nolite audire Ezechiã: hæc enim dixit rex Assyriorum, Facite mecũ benedictionẽ, & egredimini ad me, & comedite vnusquisque vineã suam, & vnusquisque ficum suam: & bibite vnusquisque aquam cisternæ suæ, donec veniam & tollam vos ad terram quæ est vt terra vestra, terram frumenti & vini, terram panum & vinearum. Nec conturbet vos Ezechias, dicens, Dominus liberabit nos. Nunquid liberauerunt dij gentium vnusquisque terram suam de manu regis Assyriorum? Vbi est Deus Emath & Arphad? vbi est Deus Sepharuaim? nunquid liberauerunt Samariam de manu mea? Quis est ex omnibus dijs terrarũ istarum, qui eruerit terram suam de manu mea, vt eruat Dominus Ierusalem de manu mea? Et siluerunt, & non responderunt ei verbum. Mandauerat enim eis rex, dicens, Ne respondeatis ei. Et ingressus est Eliacim filius Helciæ qui erat super domũ, & Sobna scriba, & Ioahe filius Asaph à commentarijs, ad Ezechiam scissis vestibus, & nuntiauerunt ei verba Rabsacis.


4. Reg. 18.c 2. Par. 32.a

Sẽnacherib exprobrat deũ viuentem.

Blasphemia Sennacherib.

S. SPE *diuini subsidij Dominus per Esaiam obsessorum Iudæorum animos firmat, ac obsidentes per angelum cædit, & Semacherib per filios.* CAPVT XXXVII.

A ET factum est: cum audisset rex Ezechias, scidit
4.reg.19 a vestimẽta sua, & obuolutus est sacco, & intrauit
in domũ Domini. Et misit Eliacim, qui erat su-
per domũ, & Sobnam scribam, & seniores de sa-
cerdotibus opertos saccis ad Esaiã filium Amos prophetam,
& dixerunt ad eũ, Hæc dicit Ezechias, Dies tribulationis, &
correptionis, & blasphemiæ dies hæc: quia venerunt filij vsq;
ad partũ, & virtus non est pariendi. Si quo modo audiat Do-
minus Deus tuus verba Rabsacis, quem misit rex Assyriorũ
Dominus suus ad blasphemandũ Deum viuentem, & expro
brandum sermonibus quos audiuit Dominus Deus tuus. Le-
ua ergo orationẽ pro reliquijs quæ repertæ sunt. Et venerũt
B serui regis Ezechiæ ad Esaiã, & dixit ad eos Esaias, Hæc di-
cetis domino vestro, Hæc dicit Dominus, Ne timeas à facie
verborum quæ audisti, quibus blasphemauerunt pueri regis
Assyriorũ me. Ecce, ego dabo ei spiritũ, & audiet nuntium,
& reuertetur ad terram suam, & corruere eum faciã gladio in
terra sua. Reuersus est autẽ Rabsaces, & inuenit regem Assy-
riorũ præliantẽ aduersus Lobnã. Audierat enim quia profe-
ctus esset de Lachis, & audiuit de Tharáca rege Aethiopiæ,
dicentes, Egressus est vt pugnet contra te. Quod cũ audisset,
misit nuntios ad Ezechiam, dicens, Hæc dicetis Ezechiæ re-
gi Iudæ dicentes, Non te decipiat Deus tuus, in quo tu con-
C fidis dicens, Non dabitur Ierusalẽ in manu regis Assyriorũ.
Ecce, tu audisti omnia quæ fecerunt reges Assyriorum omni
bus terris quas subuerterunt, & tu poteris liberari? Nunquid
eruerũt eos dij gentium, quos subuerterũt patres mei Gozã
& Haran, & Reseph, & filios Eden, qui erãt in Thalassar? Vbi
est rex Emath, & rex Arphad, & rex vrbis Sepharuaim, Ana
& Aua? Et tulit Ezechias libros de manu nuntiorum, & legit
eos, & ascẽdit in domum Domini, & expandit eos Ezechias
coram Domino. Et orauit ad Dominũ, dicens, Domine ex-
Oratio Eze- ercituum Deus Israel, qui sedes super cherubim: tu es Deus
chiæ. solus omnium regnorum terræ, tu fecisti cœlum & terram.
Inclina Domine aurem tuam & audi: aperi Domine oculos
tuos, & vide, & audi omnia verba Sennacherib, quæ misit ad
blasphemandum Deum viuentem. Verè enim Domine de-
D sertas fecerũt reges Assyriorum terras & regiones earum. Et
dederunt deos eorum igni: non enim erant dij, sed opera ma-
nuum hominũ, lignum & lapis, & cõminuerunt eos. Et nunc
Domine Deus noster salua nos de manu eius: & cognoscant
omnia regna terræ quia tu es Dominus solus. Et misit Esa-
ias filius Amos ad Ezechiam, dicens, Hæc dicit Dominus
Deus Israel, Pro quibus rogasti me de Sennacherib rege As-
syriorum, hoc est verbum quod locutus est Dominus super
eum, Despexit te, & subsannauit te, virgo filia Sion: post te
caput mouit virgo filia Ierusalem. Cui exprobrasti, & quem
E blasphemasti, & super quem exaltasti vocem, & leuasti alti-
tudinem oculorũ tuorum? Ad sanctũ Israel. In manu seruo-
rum tuorum exprobrasti Domino, & dixisti, In multitudine
quadrigarum mearũ ego ascendi in altitudinem montium, iu-
ga Libani: & succidam excelsa cedrorũ eius, & electas abie-
tes illius, & introibo altitudinem summitatis eius, saltũ Car-
meli eius. Ego fodi, & bibi aquam, & exiccaui vestigio pedis
mei omnes riuos aggerum. Nunquid nõ audisti quæ olim fe-
cerim ei? Ex diebus antiquis ego plasmaui illud: & nunc ad-
duxi, & factum est in eradicationẽ collium compugnantium,
& ciuitatum munitarum. Habitatores earum breuiata manu
F contremuerunt, & confusi sunt: facti sunt sicut fœnum agri,
& gramen pascuæ, & herba tectorum quæ exaruit antequam
maturesceret. Habitationẽ tuã, & egressum tuum, & introitũ
tuum ego cognoui, & insaniam tuam cõtra me. Cum fureres
aduersum me, superbia tua ascẽdit in aures meas: ponã ergo
circulum in naribus tuis, & frænum in labijs tuis, & reducam
te in viam per quam venisti. Tibi autẽ hoc erit signum, Co-
mede hoc anno quæ spõte nascuntur, & in anno secundo po-
mis vescere: in anno autem tertio seminate & metite, & plan-
tate vineas, & comedite fructum earum. Et mittet id quod
saluatum fuerit de domo Iuda, & quod reliquum est, radicem
deorsum, & faciet fructum sursum: quia de Ierusalem exibũt
G reliquiæ, & saluatio de mõte Sion: zelus Domini exercituũ
faciet istud. Propterea hæc dicit Dominus de rege Assyrio-
rum, Non intrabit ciuitatem hanc, & non iaciet ibi sagittam:
& non occupabit eam clypeus, & non mittet in circuitu eius
aggerem. In via qua venit, per eam reuertetur, & ciuitatẽ hanc
non ingredietur, dicit Dominus. Et protegam ciuitatem istã,
vt saluem eam propter me, & propter Dauid seruum meum.
Egressus est autem angelus Domini, & percussit in castris
Assyriorum centum octogintaquinque millia. Et surrexe-
runt mane, & ecce omnes cadauera mortuorum. Et egressus 4. Reg. 19.
est, & abijt: & reuersus est Sennacherib rex Assyriorum, & Tob. 1. d
habitauit in Niniue. Et factum est cum adoraret in templo Eccle. 48.
Nesroch Deum suum, Adramélech, & Saráfar filij eius per- 1. Mac. 7.
cusserunt eum gladio, fugeruntq; in terram Ararat, & regna- 2. Mac. 8.
uit Asarhaddon filius eius pro eo.



S. LIBERATVS *Ezechias cœlesti miraculo à cõminata sibi mor te, additisq; ad uitam suam quindecim annis, in gratiarum exit actiones.* CAPVT XXXVIII.

A IN diebus illis ægrotauit Ezechias vsque ad mor- 4. reg. 20.
tem: & introiuit ad eũ Esaias filius Amos pro- 2. Par. 32.
pheta, & dixit ei, Hæc dicit Dominus, Dispo-
ne domui tuæ, quia morieris tu, & non viues. Et
conuertit Ezechias faciẽ suã ad parietem, & orauit ad Domi-
num, & dixit. Obsecro Domine memento quæso quomodo
ambulauerim coram te in veritate, & in corde perfecto, &
quod bonũ est in oculis tuis fecerim. Et fleuit Ezechias fletu
magno. Et factũ est verbũ Domini ad Esaiã, dicens, Vade, &
dic Ezechiæ, Hæc dicit Dominus Deus Dauid patris tui,
B Audiui orationẽ tuã, & vidi lachrymas tuas. ecce, ego adijciã
super dies tuos quindecim annos, & de manu regis Assyrio-
rum eruam te & ciuitatẽ istam, & protegam eam. Hoc autem
tibi erit signum à Domino, quia faciet Dominus verbũ hoc
quod locutus est, Ecce ego reuerti faciam vmbram linearum,
per quas descenderat in horologio Achaz in sole retrorsum
decem lineis. Et reuersus est sol decẽ lineis per gradus quos
descenderat. *Scriptura Ezechiæ regis Iuda cum ægrotasset, & conualuisset de infirmitate sua.* Ego dixi in dimidio dierũ
meorum vadam ad portas inferi: quæsiui residuum annorum Canticum
meorum. Dixi, Non videbo Dominum Deum in terra viuen- Ezechiæ.
C tium, non aspiciam hominẽ vltrà & habitatorem quietis. Ge-
neratio mea ablata est: & conuoluta est à me, quasi taber-
naculum pastorum. Præcisa est velut à texente vita mea: dum
adhuc ordirer, succidit me: de mane vsque ad vesperã finies
me. Sperabã vsque ad mane, quasi leo sic contriuit omnia ossa
mea: de mane vsque ad vesperam finies me. Sicut pullus hi-
rundinis sic clamabo, meditabor vt columba. Attenuati sunt
oculi mei suspicientes in excelsum: Domine vim patior, re-
sponde pro me. Quid dicam, aut quid respondebit mihi, cum
ipse

ipse fecerit? recogitabo tibi omnes annos meos in amaritudine animæ meæ. Domine si sic viuitur, & in talibus vita spiritus mei, corripies me, & viuificabis me. Ecce, in pace, amaritudo mea amarissima: tu autem eruisti animam meam vt non periret, & proiecisti post tergum tuum omnia peccata mea. Quia nō infernus confitebitur tibi, neq; mors laudabit te: nō expectabūt qui descendūt in lacū, veritatē tuā. Viuens viuens ipse confitebitur tibi, sicut & ego hodie: pater filijs notam faciet veritatē tuam. Domine saluū me fac, & psalmos nostros cantabimus cunctis diebus vitæ nostræ in domo Domini. Et iussit Esaias vt tollerent massam de ficis, & cataplasmarent super vulnus eius, & sanaretur. Et dixit Ezechias, Quod erit signum quia ascendam in domum Domini?

S. MISSIS *à rege Babylonis ad Ezechiam nuntijs ostendit thesauros suos Ezechias ab Esaia grauissime taxatus, & super eorum expoliatione præmonitus.* CAPVT XXXIX.

A IN tempore illo misit Merodach Baladan filius Baladan rex Babylonis, libros & munera ad Ezechiam: audierat enim quòd ægrotasset, & conualuisset. Lætatus est autem super eis Ezechias, & ostendit eis cellam aromatum, & argenti, & auri, & odoramentorum, & vnguenti optimi, & omnes apothecas supellectilis suæ, & vniuersa quæ inuēta sunt in thesauris eius. Non fuit verbum quod non ostenderet eis Ezechias in domo sua, & in omni potestate sua. Introiuit autem Esaias propheta ad Ezechiam regem, & dixit ei, Quid dixerunt viri isti, & vnde venerunt ad te? Et dixit Ezechias, De terra longinqua venerunt ad me de Babylone. Et dixit, Quid viderunt in domo tua? Et dixit Ezechias, Omnia quæ in domo mea sunt, viderunt: non fuit res quam non ostenderim eis in thesauris meis. Et dixit Esaias ad Ezechiam, Audi verbum Domini exercituum: Ecce dies venient, & auferentur omnia quæ in domo tua sunt, & quæ thesaurizauerunt patres tui vsque ad diem hanc, in Babylonem: non relinquetur quicquam, dixit Dominus. Et de filijs tuis qui exibunt de te, quos genueris, tollent, & erunt eunuchi in palatio regis Babylonis. Et dixit Ezechias ad Esaiam, Bonum verbum Domini quod locutus est. Et dixit, Fiat tantum pax & veritas in diebus meis.

S. IVDAEOS *ex tot tribulationibus eruēdos cōsolatur Dominus, promittens illis consolatorē, & consolatoris præconē, & diuinā in idōla uirtutē, & fidei prædicationem.* CAPVT XL.

A CONsolamini consolamini popule meus, dicit Deus vester. Loquimini ad cor Ierusalem, & aduocate eam: quoniam completa est militia eius dimissa est iniquitas illius: suscepit de manu Domini duplicia pro omnibus peccatis suis. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons & collis humiliabitur, & erunt prauа in directa, & aspera in vias planas. Et reuelabitur gloria Domini, & videbit omnis caro pariter quod os Domini locutū est. Vox dicentis, Clama. Et dixi, Quid clamabo? Omnis caro fœnū, & omnis gloria eius B quasi flos agri. Exiccatū est fœnum, & cecidit flos, quia spiritus Domini sufflauit in eo. Verè fœnū est populus. Exiccatū est fœnum, & cecidit flos: verbum autem Dei nostri manet in æternū. Super montē excelsum ascende tu quæ euangelizas Sion: exalta in fortitudine vocem tuam quæ euangelizas Ierusalem: exalta noli timere. Dic ciuitatibus Iudæ, Ecce Deus vester: ecce Dominus Deus in fortitudine veniet, & brachiū eius dominabitur. Ecce, merces eius cum eo, & opus illius coram illo. Sicut pastor, gregem suum pascet: in brachio suo cōgregabit agnos, & in sinu suo leuabit, fœtas ipse portabit. Quis mensus est pugillo aquas, & cœlos palmo ponderauit? Quis appendit tribus digitis molē terræ, & liberauit in pondere montes, & colles in statéra? Quis audiuit spiritum Domini? aut quis consiliarius eius fuit, & ostendit illi? Cum quo inijt consiliū, & instruxit eum, & docuit eum semitam iustiæ, & erudiuit eū scientia, & viā prudētiæ ostendit illi? Ecce, gentes quasi stilla situlæ, & quasi momentū statéræ reputatæ sunt. Ecce, insulę quasi puluis exiguus, & Libanus nō sufficiet ad succedendū, & animalia eius nō sufficiēt ad holocaustū. Omnes gentes quasi nō sint sic sunt corā eo, & quasi nihilū & inane reputatæ sunt ei. Cui ergo similē fecistis Deum? aut quam imaginem ponetis ei? Nunquid sculptile conflabit faber? aut aurifex auro figurabit illud, & laminis argenteis argentarius? Forte lignum & imputribile elegit: artifex sapiens quærit quomodo statuat simulachrum quod non moueatur. Nunquid non scietis? nūquid nō audietis? nunquid nō annuntiatum est vobis ab initio? nūquid non intellexistis fundamenta terrę? Qui sedet super gyrum terræ, & habitatores eius sunt F quasi locustæ: qui extendit velut nihilum cœlos, & expandit eos sicut tabernaculū ad inhabitādū. Qui dat secretorū scrutatores quasi non sint, iudices terræ velut inane fecit: equidem neque plantatos, neque satos, neque radicato in terra trunco eorum: repente flauit in eos, & aruerunt, & turbo quasi stipulam auferet eos. Et cui assimilastis me, & adæquastis, dicit sanctus? Leuate in excelsum oculos vestros, & videte quis creauit hæc: qui educit in numero militiā eorū, & omnes ex nomine vocat: præ multitudine fortitudinis, & roboris, virG tutisq; eius neque vnum reliquum fuit. Quare dicis Iacob, & loqueris Israel, Abscondita est via mea à Domino, & à Deo meo iudicium meū transibit? Nunquid nescis, aut non audisti, Deus sempiternus Dominus, qui creauit terminos terrę, non deficiet, neque laborabit, neque est inuestigatio sapientiæ eius? Qui dat lasso virtutem: & his qui non sunt, fortitudinem, & robur multiplicat. Deficient pueri, & laborabūt, & iuuenes in infirmitate cadent. Qui autē sperant in Domino, mutabunt fortitudinem, assument pennas sicut aquilæ, current & non laborabunt, ambulabunt & non deficient.

Rom.11 d
1.Cor.2 d
Sapien.9 c
In idololatras.
Act.17.d

S. CONFIRMATIO *Iudæorum ex beneficijs patribus eorū præstitis, Idololatrarum confutatio quia à suis idōlis nihil tale percepерunt.* CAPVT XLI.

A TAceant ad me insulæ, & gentes mutent fortitudinem: accedant, & tunc loquantur, simul ad iudicium propinquemus. Quis suscitauit ab oriente iustum, vocauit eum vt sequeretur se: dabit in conspectu eius gentes, & reges obtinebit: dabit quasi puluerem gladio eius, sicut stipulam vento raptam arcui eius. Persequetur eos, transibit in pace, semita in pedibus eius non apparebit. Quis hæc operatus est & fecit, vocans generationes ab exordio? Ego Dominus, primus & nouissimus ego sum. *Isa 44 a*
B Viderunt insulæ, & timuerunt, extrema terrę obstupuerunt, *48.b*
& appropinquauerūt, & accesserunt. Vnusquisque proximo *Apo.1.d*
suo auxiliabitur, & fratri suo dicet, Confortare. Confortauit *22.c*
faber ærarius percutiens malleo, cū eo qui cudebat tunc temporis, dicens glutino, Bonum est: & confortauit eum clauis, vt non moueatur. Et tu Israel serue meus, Iacob quem elegi, semen Abrahā amici mei, in quo apprehendi te ab extremis
C terræ, & à longinquis eius vocaui te, & dixi tibi, Seruus es tu, elegi te, & non abieci te. Ne timeas, quia ego tecum sum: ne declines, quia ego Deus tuus. Cōfortaui te, & auxiliatus sum tibi, & suscepit te dextera iusti mei. Ecce cōfundentur & erubescent omnes qui pugnāt aduersum te. Erunt quasi nō sint, & peribunt viri qui cōtradicunt tibi. Quæres eos, & non inuenies: viros rebelles tuos, & erunt quasi non sint, & veluti consumptio hominis bellantis aduersum te: Quia ego Dominus Deus tuus apprehendens manum tuam, dicensq; tibi, Ne timeas, ego adiuui te. Noli timere vermis Iacob, qui mortui estis ex Israel: ego auxiliatus sum tibi, dicit Dominus, & redemptor tuus sanctus Israel. Ego posui te quasi plaustrum triturans nouum, habens rostra serrantia: triturabis montes,

& comminues: & colles quasi puluerem pones. Ventilabis eos,& ventus tollet eos, & turbo dispergetcos: & tu exultabis in Domino,& in sancto Israel lætaberis. Egeni,& pauperes quærunt aquas,& non sunt: lingua eorum siti aruit. Ego
E Dominus exaudiam eos, Deus Israel non derelinquam eos. Aperiam in supremis collibus flumina, & in medio camporum fontes. Ponam desertũ in stagna aquarum,& terram inuiam in riuos aquarum. Dabo in solitudinem cedrum,& spinam, & myrtum,& lignum oliuæ: ponã in deserto abietem, vlmum,& buxum simul: vt videant, & sciant, & recogitent, & intelligant pariter quia manus Domini fecit hæc, & sanctus Israel creauit illud. Prope facite iudicium vestrum, dicit
F Idolorum virtus in annuntiandis futuris, irridetur à deo Dominus: afferte,si quid fortè habetis,dixit rex Iacob. Accedant,& nuntient nobis quæcunq; ventura sunt:priora quæ fuerunt nuntiate:& ponemus cor nostrũ, & sciemus nouissima eorum, & quæ ventura sunt indicate nobis. Annuntiate quæ ventura sunt in futurũ,& sciemus quia dij estis vos. Bene
G quoq; aut male,si potestis,facite: & loquamur, & videamus simul. Ecce,vos estis ex nihilo,& opus vestrũ ex eo quod nõ est: abominatio est qui elegit vos. Suscitaui ab Aquilone, & veniet ab Ortu solis:vocabit nomẽ meum, & adducet magistratus quasi lutũ,& velut plastes cõculcans humũ. Quis annuntiauit ab exordio,vt sciamus:& à principio, vt dicamus, Iustus es? Nõ est neq; annũtians, neq; prędicẽs,neq; audiens sermones vestros. Primus ad Sion dicet, Ecce adsum, & Ierusalẽ euãgelistã dabo. Et vidi,& nõ erat ex istis quisquã qui iniret cõsiliũ,& interrogatus respõderet verbũ. Ecce omnes iniusti,& vana opera eorũ, ventus & inane simulachra eorũ.

S. MITTITVR *Christus à patre in ruinam & resurrectionem multorum in Israël,licet multum mansuetus & munificus.*

CAPVT XLII.

A Ecce seruus meus, suscipiam eum: electus meus complacuit sibi in illo anima mea. Dedi spiritum meum super eum,iudiciũ gentibus proferet. Nõ
Matt.12 b Per Christũ omnes Deo placemus. clamabit,neq; accipiet personã, nec audietur vox eius foris. Calamum quassatum non conteret, & lignum fumigans non extinguet: in veritate educet iudiciũ. Nõ erit tristis,neq; turbulentus,donec ponat in terra iudiciũ: & legem eius insulæ expectabunt. Hæc dicit Dominus Deus creans cœlos,& extẽdens eos:firmans terrã,& quæ germinãt ex ea: dans flatum populo qui est super eam, & spiritũ calcantibus
Christi iustitia. eam. Ego Dominus vocaui te in iustitia, & apprehendi manum tuam,& seruaui te. Et dedi te in fœdus populi,in lucem
Infrà 49 b B gentium: Vt aperires oculos cæcorũ,& educeres de conclusione vinctũ,de domo carceris sedẽtes in tenebris. Ego Do-
Infrà 48 b minus,hoc est nomen meum:gloriã meã alteri non dabo, & Soli Deo gloria. laudem meã sculptilibus. Quæ prima fuerunt, ecce venerũt: noua quoq; ego annuntio: antequam oriantur, audita vobis faciam. Cantate Domino canticũ nouum, laus eius ab extremis terræ, qui descenditis in mare, & plenitudo eius: insulæ, & habitatores earũ. Lætetur desertum,& ciuitates eius:in domibus habitabit Cedar. Laudate habitatores petræ, de vertice montium clamabunt. Ponent Domino gloriã, & laudem eius in insulis nuntiabunt. Dominus sicut fortis egredietur, sicut vir prælior suscitabit zelum. Vociferabitur, & clama-
C bit: super inimicos suos confortabitur. Tacui, semper silui, patiens fui,sicut parturiens loquar. Dissipabo, & absorbebo simul: desertos faciã montes, & colles, & omne gramen eorum exciccabo: & ponam flumina in insulas,& stagna arefaciam. Et educã cæcos in viam quam nesciunt: & in semitis quas ignorauerũt,ambulare eos faciam. Ponam tenebras coram eis in lucem,& praua in recta. Hæc verba feci eis, & non dereliqui eos. Conuersi sunt retrorsum: confundantur confusione,qui confidunt in sculptili,qui dicunt conflatili, Vos dij nostri. Surdi audite,& cæci intuemini ad videndum. Quis cæcus,nisi seruus meus? & surdus,nisi ad quẽ nuntios meos misi? quis cæcus,nisi qui venundatus est? & quis cæcus, nisi seruus Domini? Qui vides multa,nónne custodies? qui aperD ficaret eum,& magnificaret legem, & extolleret. Ipse autem populus direptus,& vastatus: laqueus iuuenum omnes,& in domibus carcerũ absconditi sunt. Facti sunt in rapinam, nec est qui eruat: in direptionẽ,nec est qui dicat, Redde. Quis est in vobis qui audiat hoc, attendat, & auscultet futura? Quis dedit in direptionẽ Iacob,& Israel vastãtibus? nónne Dominus ipse,cui peccauimus? Et noluerunt in vijs eius ambulare, & non audierunt legem eius. Et effudit super eum indignatio nem furoris sui,& forte bellum,& cõbusit eum in circuitu, & non cognouit: & succendit eum,& non intellexit.

S. FIDELES *Iudæos dispersos congregat, gentes ad fidem uocat, contemptores increpat,& Iudæorum subsannat sacrificia.*

CAPVT XLIII.

A Et nunc hæc dicit Dominus creans te Iacob, & formans te Israel: Noli timere,quia redemi te,& vocaui te nomine tuo: meus es tu. Cũ transieris per aquas, tecum ero,& flumina nõ operient te: cum ambulaueris in igne,non cõburẽris, & flamma nõ ardebit in te: quia ego Dominus Deus tuus sanctus Israel saluator tuus, dedi propitiationẽ tuam Aegyptũ, Aethiopiam & Saba pro te. Ex quo honorabilis factus es in oculis meis, & glorioſus: ego dilexi te,& dabo homines pro te, & populos pro anima tua. Noli timere,quia ego tecum sum. Ab oriente adducam semen tuũ, & ab occidente congregabo te. Dicam aquiloni, Da: & austro, Noli prohibere,affer filios meos de longinquo,& filias meas ab extremis terræ. Et omnẽ qui inB uocat nomen meum,in gloriã meã creaui eum, formaui eum, & feci eum. Educ foras populũ cæcum, & oculos habentem: surdum,& aures ei sunt. Omnes gentes congregatæ sunt simul,& collectæ sunt tribus: quis in vobis annuntiet istud,& quæ prima sunt,audire nos faciet? dent testes eorũ, & iustificentur,& audiant & dicant, Verè. Vos testes mei,dicit Dominus,& seruus meus quẽ elegi: vt sciatis, & credatis mihi, & intelligatis quia ego ipse sum. Ante me non est formator Deus,& post me nõ erit. Ego sum,ego sum Dominus,& nõ est absq; me saluator. Ego annuntiaui,& saluaui: auditũ feci, & nõ fuit in vobis alienus. Vos testes mei,dicit Dominus,& ego Deus. Et ab initio ego ipse, & non est qui de manu mea eruat: operabor, & quis auertet illud? Hæc dicit Dominus redemptor vester sanctus Israel, Propter vos emisit in Babylonẽ,& detraxi vectes vniuersos,& Chaldæos in nauibus suis
C gloriantes. Ego Dominus sanctus vester, creãs Israel rex vester. Hæc dicit Dominus, qui dedit in mari viam, & in aquis torrentibus semitã. Qui eduxit quadrigã & equũ: agmen,& robustum,simul obdormierunt, nec resurgent: contriti sunt quasi linũ,& extincti sunt. Ne memineris priorũ, & antiqua 2.Cor.5 d Apoc.21 b ne intueamini. Ecce ego facio noua,& nunc orientur, vtique cognoscetis ea. Ponam in deserto viam,& in inuio flumina. Glorificabit me bestia agri, dracones & struthiones: quia dedi in deserto aquas, & flumina in inuio, vt darem potũ populo meo,electo meo. Populũ istum formaui mihi, laudem meam narrabit. Nõ me inuocasti Iacob, nec laborasti in me
D Israel. Non obtulisti mihi arietẽ holocausti tui, & victimis tuis nõ glorificasti me: nõ te seruire feci in oblatione, nec laborem tibi præbui in thure. Nõ emisti mihi argento calamũ, & adipe victimarũ tuarũ nõ inebriasti me. Verũtamen seruire me fecisti in peccatis tuis, præbuisti mihi laborẽ in iniquitatibus tuis. Ego sum, ego sum ipse qui deleo iniquitates tuas propter me,& peccatorũ tuorum non recordabor. Reduc me in memoriam,& iudicemur simul: narra si quid habes vt iustificeris. Pater tuus primus peccauit,& interpretes tui præuaricati sunt in me. Et cõtaminaui principes sanctos, & dedi ad internecionem Iacob,& Israel in blasphemiam.

S. DOMI-

S. DOMINVS nouum insinuat baptisma, idôla subsannat, peccatores ad pœnitentiã uocat, ac uirtutẽ suam magnificit in omnes.
CAPVT XLIIII.

HET nunc audi Iacob serue meus, & Israel quem elegi, Hæc dicit Dominus faciens & formans te, ab utero auxiliator tuus: Noli timere serue meus Iacob, & rectissime quem elegi. Effundam enim aquas super sitientem, & fluenta super aridam. Effundã spiritum meum super semen tuũ, & benedictionem meam super stirpem tuam, & germinabunt inter herbas quasi salices iuxta præterfluentes aquas. Iste dicet, Domini ego sum, & ille vocabit in nomine Iacob. Et hic scribet manu sua Domino. & in nomine Israel assimilabitur. Hæc dicit Dominus rex Israel, & redemptor eius Dominus exercituum, Ego primus, & ego nouissimus, & absq; me non est Deus. Quis similis mei? vocet & annuntiet: & ordinẽ exponat mihi, ex quo cõstitui populum antiquũ, ventura & quæ futura sunt annuntiẽt eis. Nolite timere, neq; conturbemini: extunc audire te feci, & annũtiaui: vos estis testes mei. Nunquid est Deus absq; me, & formator quem ego nõ nouerim? Plastæ idôli omnes nihil sunt, & amantissima eorũ non proderunt eis. Ipsi sunt testes eorũ quia nõ vident neque intelligunt, vt confundantur. Quis formauit Deũ, & sculptile cõflauit ad nihil vtile? Ecce omnes participes eius confundentur: fabri enim sunt ex hominibus. Conuenient enim omnes, stabunt & pauebunt, & confundentur simul. Faber ferrarius lima operatus est in prunis, & in malleis formauit illud, & operatus est in brachio fortitudinis suæ: esuriet & deficiet, nõ bibet aquam, & lassescet. Artifex lignarius extẽdit normã, formauit illum in runcina. Fecit illud in angularibus, & in circino formauit illud: & fecit imaginem viri quasi speciosum hominem habitantem in domo. Succidit cedros, tulit ilicem, & quercum quæ steterat inter ligna saltus. Plantauit pinum, quam pluuia nutriuit, & facta est hominibus in focum. Sumpsit ex eis, & calefactus est: & succendit, & coxit panes: de reliquo autem operatus est Deum, & adorauit: fecit sculptile, & curuatus est ante illud. Medium eius combussit igni, & de medio eius carnes comedit: coxit pulmentũ, & saturatus est, & calefactus est, & dixit, Vah, calefactus sum, vidi focum: Reliquum autem eius Deũ fecit & sculptile sibi. Curuatur ante illud, & adorat illud, & obsecrat, dicens, Libera me: quia Deus meus es tu. Nescierunt, neque intellexerunt. Obliti enim sunt, nẽ videant oculi eorum, & ne intelligãt corde suo. Non recogitant in mente sua, neq; cognoscunt, neq; sentiunt, vt dicant, Medietatẽ eius cõbussi igni, & coxi super carbones eius panes: coxi carnes, comedi, & de reliquo eius idôlũ faciam, ante truncum ligni prócidam. Pars eius cinis est: cor insipiens adorabit illud, & non liberabit animam suam: neq; dicet, Forte mendacium est in dextera mea. Memẽto horũ Iacob & Israel, quoniã seruus meus es tu. Formaui te, seruus meus es tu, Israel nõ obliuiscaris mei. Deleui vt nubẽ iniquitates tuas, & quasi nebulã peccata tua. Reuertere ad me, quoniã redemi te. Laudate cœli, quoniã fecit Dominus: iubilate extrema terræ. Resonate montes laudationẽ, saltus & omne lignum eius: quoniã redemit Dominus Iacob, & Israel gloriabitur. Hæc dicit Dominus redẽptor tuus, & formator tuus ex vtero, Ego sum Dominus faciens omnia, extendens cœlos solus, stabiliens terrã, & nullus mecũ. Irrita faciens signa diuinorũ, & ariolos in furorem vertens. Conuertens sapiẽtes retrorsum: & scientiam eorum stultã faciens. Suscitans verbum serui sui, & cõsilium nuntiorum suorũ complens. Qui dico Ierusalẽ, Habitaberis: & ciuitatibus Iudæ, Aedificabimini, & deserta eius suscitabo. Qui dico profundo, Desolare. & flumina tua arefaciam. Qui dico Cyro, Pastor meus es: & omnẽ voluntatẽ meã cõplebis. Qui dico Ierusalem, Aedificaberis: & templo, Fundaberis.

S. LIBERATVRVS Israẽl Dominus à Babylonis captiuitate, liberatoris annuntiat natiuitatẽ: cui licet quidẽ contradicãt, omnes tamen ad illius fidem conuertentur. CAPVT XLV.

HAec dicit Dominus christo meo Cyro, cuius apprehendi dexteram, vt subijciam ante faciem eius gentes, & dorsa regum vertam, & aperiam coram eo ianuas, & portæ non claudentur. Ego ante te ibo: & glorioſos terræ humiliabo. Portas æreas conteram, & vectes ferreos confringam. Et dabo tibi thesauros absconditos, & arcana secretorum: vt scias quia ego Dominus qui voco nomen tuum Deus Israel, propter seruum meũ Iacob, & Israel electũ meum. Et vocaui te nomine tuo: assimilaui te, & nõ cognouisti me. Ego Dominus & nõ est amplius: extra me non est Deus. Accinxi te, & non cognouisti me: vt sciant hi qui ab ortu solis, & qui ab occidente quoniã absq; me non est. Ego Dominus, & nõ est alter: formans lucẽ, & creans tenebras: faciens pacẽ, & creans malum. Ego Dominus faciens omnia hæc. Rorate cœli désuper, & nubes pluãt iustum: aperiatur terra, & germinet saluatorem: & iustitia oriatur simul. Ego Dominus creaui eũ. Væ qui contradicit factori suo, testa de samijs terræ, Nunquid dicet lutum figulo suo, Quid facis, & opus tuũ absq; manibus est? Væ qui dicit patri, Quid generas? & mulieri, Quid parturis? Hæc dicit Dominus sanctus Israel plastes eius, ventura interrogate me: super filios meos, & super opus manuum mearũ mandate mihi. Ego feci terrã: & hominẽ super eã creaui ego, manus meæ tetenderũt cœlos, & omni militiæ eorum mandaui. Ego suscitaui eum ad iustitiam, & omnes vias eius dirigam. Ipse ædificabit ciuitatem meam, & captiuitatem meam dimittet, non in pretio, neq; in muneribus, dicit Dominus Deus exercituum. Hæc dicit Dominus, Labor Aegypti & negotiatio Aethiopiæ, & Sabaim viri sublimes ad te trãsibunt, & tui erunt. Post te ambulabunt, vincti manicis pergent, & te adorabunt, teq; deprecabuntur. Tantũ in te est Deus, & nõ est absq; te Deus Israel. Verè tu es Deus absconditus Deus, Deus Israel saluator. Confusi sunt, & erubuerunt omnes: simul abierunt in confusionẽ fabricatores errorũ. Israel saluatus in Domino salute æterna, non confundemini, & non erubescetis vsq; in seculum seculi: quia hæc dicit Dominus creans cœlos, ipse Deus formãs terram, & faciens eã, ipse plastes eius. Non in vanũ creauit eam: vt habitetur formauit eam. Ego Dominus, & non est alius. Non in absconditio locutus sum, in loco terræ tenebroso. Non dixi semini Iacob, Frustra quærite me. Ego Dominus loquens iustitiã, annũtians recta. Cõgregamini & venite, & accedite simul qui saluati estis ex gentibus. Nescierunt qui leuant lignũ sculpturę suæ, & rogãt Deũ non saluantẽ. Annuntiate & venite, & cõsiliamini simul. Quis auditum fecit hoc ab initio? extunc prædixit illud. Nunquid nõ ego Dominus, & non est vltrà Deus absq; me? Deus iustus & saluans nõ est præter me. Conuertimini ad me, & salui eritis omnes fines terræ: quia ego Deus, & non est alius. In memet ipso iuraui, Egredietur de ore meo iustitiæ verbũ, & non reuertetur: quia mihi curuabitur omne genu, & iurabit omnis lingua. Ergo in Domino, dicet, meæ sunt iustitiæ & imperium. Ad eum venient, & confundentur omnes qui repugnant ei. In domino iustificabitur & laudabitur omne semen Israel.

Rom. 9 d
Ierc. 18 a
Verba populi ad deum.
Ad omnes exhortatio.
Rom. 14 b
Philip. 2 b

S. IDOLOLATRIAM execratus Dominus, Iudæos ab illa reuocat ad pœnitentiam, salutem pollicitus in CHRISTO *suo.*
CAPVT XLVI.

COnfractus est Bel, contritus est Nabo: facta sunt simulachra eorum bestijs & iumentis, onera vestra graui pondere vsque ad lassitudinem contabuerunt, & contrita sunt simul. Non potuerũt saluare portantem, & anima eorum in captiuitatem ibit. Audite me domus Iacob, & omne residuum domus Israel, qui portamini à meo vtero, qui gestamini à mea vulua. Vsque ad senectam ego ipse, & vsque ad canos ego portabo. Ego

Idola gentium stulta.

feci, & ego feram: ego portabo, & saluabo. Cui assimilastis me, & adæquastis & comparastis me, & fecistis similem? Qui confertis aurũ de sacculo, & argentum in statéra ponderatis: conducentes aurificem, vt faciat Deum: & prócidunt & ado-
Baruch. 6 c rant. Portant illum in humeris gestantes, & ponentes in loco
C suo, & stabit, ac de loco suo non mouebitur. Sed & cum clamauerint ad eum, nõ audiet: de tribulatione nõ saluabit eos. Mementote istud, & confundamini: redite præuaricatores ad cor. Recordamini prioris seculi, quoniam ego sum Deus, & non est vltrà Deus, nec est similis mei annuntians ab exordio nouissimum, & ab initio quæ necdum facta sunt, dicens, Consilium meum stabit, & omnis voluntas mea fiet: vocans ab oriente auem, & de terra longinqua virũ voluntatis meæ. Et locutus sum, & adducam illud: creaui, & faciam illud. Audite me duro corde, qui longe estis à iustitia. Prope feci iustitiam meam, non elongabitur: & salus mea non morabitur. Dabo in Sion salutem, & in Israel gloriam meam.

S. SVPERBIAE *Babylonis per astronomiam seductæ commina tur Dominus humiliationẽ & ruinam.* CAPVT XLVII.

A DEscende, sede in puluere virgo filia Babylon: sede in terra. Non est solium filiæ Chaldeorum, quia vltrà non vocaberis mollis & tenera. Tolle molam, & molle farinam: denuda turpitudinem tuam, discooperi humerum, reuela crura, transi flumina. Reuelabitur ignominia tua, & videbitur opprobrium tuum:
Nahum 3 b vltionem capiam, & non resistet mihi homo. Redemptor noster, Dominus exercituum nomẽ illius, sanctus Israel. Se-
B de tacens, & intra in tenebras filia Chaldæorum: quia non vocaberis vltrà domina regnorum. Iratus sum super populum meum, contaminaui hæreditatem meam, & dedi eos in manu tua. Non posuisti eis misericordias. Super senem aggrauasti iugum tuum valde, & dixisti, In sempiternum ero domina. Non posuisti hæc super cor tuum, neque recordata es
Apoc. 18 b nouissimi tui. Et nunc audi hæc delicata, & habitans confi-
Infra 51 f denter, quæ dicis in corde tuo, Ego sum, & nõ est præter me amplius: non sedebo vidua, & ignorabo sterilitatẽ. Venient
C tibi duo hæc subito in die vna, sterilitas & viduitas. Vniuersa venerunt super te, propter multitudinem maleficiorum tuorum, & propter duritiam incantatorũ tuorum vehementem. Et fiduciã habuisti in malitia tua, & dixisti, Non est qui videat me, sapientia tua & scientia tua, hæc decepit te. Et dixisti in corde tuo. Ego sum, & præter me nõ est altera. Veniet super te malum, & nescies ortum eius: & irruet super te calamitas, quam non poteris expiare. Veniet super te repente miseria, quam nescies. Sta cum incantatoribus tuis, & cum
D multitudine maleficiorum tuorũ in quibus laborasti ab adolescẽtia tua, si forte quid prosit tibi, & si possis fieri fortior. Defecisti in multitudine consiliorum tuorum. Stent & saluent te augures cœli, qui contemplabantur sydera, & supputabant menses, vt ex eis annuntiarent ventura tibi. Ecce, facti sunt quasi stipula, ignis combusit eos. Non liberabunt animam suam de manu flammæ: non sunt prunæ quibus calefiant, nec focus, vt sedeant ad eum. Sic facta sunt tibi, in quibuscunq; laboraueras: Negotiatores tui ab adolescentia tua, vnusquisque in via sua errauerunt, non est qui saluet te.

S. IVDAEORVM *duritiam Dominus increpat per ea quibus no uerant prius Dominum creasse cœlum & terram, quæ prædixerat per prophetas, & eorum malum propter idolorum cultum.* CAPVT XLVIII.

A AVdite hæc domus Iacob, qui vocamini nomine Israel, & de aquis Iuda existis, qui iuratis in nomine Domini, & Dei Israel recordamini non in veritate neque in iustitia. De ciuitate enim sancta vocati sunt, & super Deum Israel constabiliti sunt: Dominus exercituum nomen eius. Priora extunc annuntiaui, & ex ore meo exierunt, & audita feci ea: repente operatus sum, & venerunt. Sciui enim quia durus es tu, & neruus ferreus ceruix tua, & frons tua ærea. Prædixi tibi extunc: antequam venirent indicaui tibi, ne fortè diceres, Idola mea fecerunt hæc, & sculptilia mea, & conflatilia mandauerunt ista. Quæ audisti, vidisti omnia: vos autem non annuntiastis. Audita feci
B tibi noua extunc, & cõseruata quæ nescisti. Nũc creata sunt, & non extunc: & ante diem, & non audisti ea, ne fortè dicas, Ecce ego cognoui ea. Neq; audisti, neq; cognouisti, neq; extunc aperta est auris tua. Scio enim quia præuaricans præuaricaberis, & transgressorẽ ex vtero vocaui te. Propter nomen meum longe faciã furorẽ meum: & laude mea infrænabo te, ne intereas. Ecce excoxi te, sed nõ quasi argẽtũ: elegi te in camino paupertatis. Propter me, propter me faciam, vt nõ blasphemer: & gloriam meã alteri non dabo. Audi me Iacob, & Israel quem ego voco. Ego ipse, ego primus, & ego nouissi- *Supra 42 b*
mus. Manus quoq; mea fundauit terrã, & dextera mea mensa *Supra 41 b*
C est cœlos: ego vocabo eos, & stabunt simul. Congregamini *44 a*
omnes vos, & audite: quis de eis annũtiabit hæc? Dominus dilexit eũ, faciet voluntatẽ suã in Babylone, & brachiũ suum in Chaldæis. Ego ego locutus sum, & vocaui eum: adduxi eũ, & directa est via eius. Accedite ad me, & audite hæc: non à principio in abscondito locutus sum: ex tẽpore antequã fieret, ibi eram, & nunc Dominus Deus misit me, & spiritus eius. Hæc dicit Dominus, redẽptor tuus sanctus Israel, Ego Dominus Deus tuus docens te vtilia, gubernans te in via qua ambulas.
D Vtinam attẽdisses mãdata mea: facta fuisset sicut flumẽ pax tua, & iustitia tua sicut gurgites maris, & fuisset quasi arena semen tuũ, & stirps vteri tui vt lapilli eius: nõ interisset, & nõ fuisset attritũ nomen eius à facie mea. Egredimini de Babylone, fugite à Chaldæis, in voce exultationis annuntiate: auditũ facite hoc, & efferte illud vsq; ad extrema terræ. Dicite, Redemit Dominus seruum suũ Iacob. Non sitierunt in deserto cũ *Exod. 17 b*
educeret eos. Aquam de petra produxit eis, & scidit petram, *Num. 20 b*
& fluxerunt aquæ. Non est pax impijs, dicit Dominus. *Infra 57 d*

S. SVPER *præterita beneficia promittit Dominus futuram libera tionem & libertatem, non obstante diuina indignatione, & hostium potestate.* CAPVT XLIX.

A AVdite insulæ, & attendite populi délonge. Dominus ab vtero vocauit me, de ventre matris meæ recordatus est nominis mei. Et posuit os meũ quasi gladium acutum: in vmbra manus suæ protexit me, & posuit me sicut sagittã electam. In pharetra sua abscondit me, & dixit mihi, Seruus meus es tu Israel, quia in te glorificabor. Et ego dixi, In vacuũ laboraui sine causa, & vanè
B fortitudinẽ meam consumpsi. Ergo iudicium meũ cum Domino, & opus meum cũ Deo meo. Et nunc hæc dicit Dominus, formans me ex vtero seruũ sibi, vt reducã Iacob ad eum, & Israel non cõgregabitur. Et glorificatus sum in oculis Domini, & Deus meus factus est fortitudo mea. Et dixit, Parum est vt sis mihi seruus ad suscitandas tribus Iacob, & fæces Israel cõuertendas. Dedi te in lucẽ gentiũ, vt sis salus mea vsq; *Supra 42*
ad extremũ terræ. Hæc dicit Dominus redemptor Israel, san- *Act. 13 g*
C ctus eius: ad contemptibilẽ animam, ad abominatã gentem, ad seruũ Dominorũ: Reges videbunt, & consurgent principes, & adorabũt propter Dominũ, quia fidelis est, & sanctum Israel qui elegit te. Hæc dicit Dominus, In tempore placito *2. Cor. 6 i*
exaudiui te, & in die salutis auxiliatus sum tui. Et seruaui te, & dedi te in fœdus populi, vt suscitares terram, & possideres hæreditates dissipatas; vt diceres his qui vincti sunt, Exite: & his qui in tenebris, Reuelamini. Super vias pascentur, & in *Apoc. 7 d*
omnibus planis pascua eorũ. Non esuriẽt, neq; sitient, & non
D percutiet eos æstus & sol; quia miserator eorum reget eos, & ad fontes aquarum potabit eos. & ponam omnes montes meos in viam, & semitæ meæ exaltabuntur. Ecce isti délonge veniẽt, & ecce illi ab aquilone & mari, & isti de terra australi.

Laudate

Laudate cœli,& exulta terra,iubilate montes laude:quia consolatus est Dominus populũ suum, & pauperum suorũ miserebitur.Et dixit Sion,Dereliquit me Dominus, & Dominus oblitus est mei. Nunquid obliuiſci potest mulier infantem suum, vt non misereatur filio vteri sui? Et si illa oblita fuerit, ego tamen non obliuiscar tui.Ecce, in manibus meis
E descripsi te:muri tui corã oculis meis semper. Venerũt structores tui destruẽtes te:& dissipantes à te exibũt. Leua in circuitu oculos tuos & vide,omnes isti congregati sunt,venerũt tibi:Viuo ego,dicit Dominus,quia omnibus his, velut ornamento vestiẽris,& circundabis tibi eos quasi sponsa:quia deserta tua, & solitudines tuæ & terra ruinæ tuæ nunc angusta erunt præ habitatoribus, & longe fugabuntur qui absorbe-
F bant te.Adhuc dicent in auribus tuis filij sterilitatis tuæ, Angustus est mihi locus,fac spatiũ mihi vt habitem. Et dices in corde tuo, Quis genuit mihi istos? Ego sterilis,& non pariens,transmigrata & captiua:& istos quis enutriuit? Ego destituta & sola:& isti vbi hic erãt? Hæc dicit Dominus Deus, Ecce,leuabo ad gentes manum meam, & ad populos exaltabo signum meum.Et afferent filios tuos in vlnis,& filias tuas super humeros portabunt. Et erunt reges nutritij tui, & regi-
G næ nutrices tuæ. Vultu in terra demisso adorabunt te, & puluerem pedum tuorũ lingent. Et scies quia ego Dominus, super quo non confundentur qui expectãt eum.Nunquid tolletur à forti, præda?aut quod captum fuerit à robusto,saluum esse poterit? Quia hæc dicit Dominus, Equidem & captiuitas à forti tolletur:& quod oblatum fuerit à robusto,saluabitur.Eos verò qui iudicauerunt te,ego iudicabo,& filios tuos ego saluabo. Et cibabo hostes tuos carnibus suis: & quasi musto,sanguine suo inebriabuntur. Et sciet omnis caro quia ego Dominus saluans te,& redemptor tuus fortis Iacob.

S. IVDAEI *suam liberationem, negligentiam in legem, crudelitatem in* CHRISTVM, *agnouerunt: per quam quidam liberãdi sunt, quidam reprobandi.* CAPVT L.

A HAec dicit Dominus, Quis est hic liber repudij matris vestræ, quo dimisi eam? Aut quis est creditor meus, cui vendidi vos? Ecce enim in iniquitatibus vestris venditi estis,& in sceleribus vestris dimisi matrem vestram: quia veni, & non erat vir: vocaui, & non erat qui audiret.Nunquid abbreuiata & paruula facta est manus mea,vt non possim redimere?aut non est in me virtus
Infra 59 a ad liberandũ? Ecce,in increpatione mea desertũ faciam mare, ponã flumina in siccum. Computrescent pisces sine aqua, &
B morientur in siti. Induam cœlos tenebris, & saccum ponam operimentũ eorũ.Dominus dedit mihi linguam eruditam,vt sciam sustentare eum qui lassus est, verbo. Erigit mane:mane erigit mihi aurem,vt audiã quasi magistrum.Dominus Deus aperuit mihi aurem,ego autẽ non contradico,retrorsum non
Matt.26 g abij.Corpus meum dedi percutiẽtibus,& genas meas vellentibus. Faciem meam non auerti ab increpantibus, & cõspuen-
C tibus. Dominus Deus auxiliator meus, ideò non sum confusus:ideò posui faciẽ meam vt petrã durissimam, & scio quoniam non confundar. Iuxta est qui iustificat me, quis contradicet mihi?stemus simul.quis est aduersarius meus?accedat ad me.Ecce Dominus Deus, auxiliator meus: quis est qui condemnet me?Ecce omnes quasi vestimentũ conterentur, tinea comedet eos. Quis ex vobis timens Dominũ, audiens vocem
D serui sui,qui ambulauit in tenebris,& non est lumen ei? speret in nomine Domini,& innitatur super Deum suum. Ecce vos omnes accendentes ignem accincti flammis:ambulate in lumine ignis vestri,& in flammis quas succendistis, de manu mea factum est hoc vobis,in doloribus dormietis.

S. CONFORTAT *fideles salutem Abrahæ promissam desiderantes, eos ad pœnitentiam reuocans, qui* CHRISTVM *in passione sua negauerunt.* CAPVT LI.

A AVdite me qui sequimini quod iustũ est,& quæritis Dominũ:attendite ad petrã vnde excisi estis, & ad cauernã laci de qua præcisi estis. Attendite ad Abraham patrem vestrũ,& ad Saram quæ peperit vos:quia vnum vocaui eum,& benedixi ei, & multiplicaui eum.Consolabitur ergo Dominus Sion,& consolabitur omnes ruinas eius:& ponet desertũ eius quasi delicias, & so-
B litudinem eius quasi hortum Domini. Gaudiũ & lætitia inuenietur in ea:gratiarũ actio,& vox laudis.Attendite ad me populo meus,& tribus mea me audite:quia lex à me exiet,& iudicium meũ in lucem populorũ requiescet. Prope est iustus meus,egressus est saluator meus,& brachia mea populos iudicabunt.Me insulæ expectabunt,& brachium meum sustinebunt. Leuate in cœlum oculos vestros, & videte sub terra deorsum:quia cœli sicut fumus liquescent,& terra sicut vesti-
C mentum atteretur,& habitatores eius sicut hæc interibũt. Salus autem mea in sempiternum erit, & iustitia mea non deficiet.Audite me qui scitis iustũ,populus meus lex mea in corde eorum.Nolite timere opprobrium hominum,& blasphemias eorum ne metuatis.Sicut enim vestimentũ, sic comedet eos vermis:& sicut lanam,sic deuorabit eos tinea:Salus autem mea in sempiternũ erit,& iustitia mea in generationes generationum. Consurge consurge,induere fortitudinem brachiũ
D Domini:consurge sicut in diebus antiquis,in generationibus seculorum. Nunquid nõ tu percussisti superbum, vulnerasti draconem?Nunquid non tu siccasti mare aquam abyssi vehe- Exo.14 c
mentis: qui posuisti profundũ maris viam, vt transirent liberati?Et nunc qui redempti sunt à Domino,reuertentur,& venient in Sion laudantes,& lætitia sempiterna super capita eorum:gaudium & lætitiam tenebunt,fugiet dolor & gemitus. Ego, egoipse consolabor vos. quis tu vt timeres ab homine mortali,& à filio hominis,qui quasi fœnũ ita aresçet? & obli-
E tus es Domini factoris tui,qui tetendit cœlos,& fundauit terram: & formidasti iugiter tota die à facie furoris eius qui te tribulabat,& parauerat ad perdendum.Vbi nunc est furor tribulantis?Cito veniet gradiens ad aperiendum,& non interficiet vsq; ad internecionem,nec deficiet panis eius. Ego autem sum Dominus Deus tuus,qui cõturbo mare,& intumescunt fluctus eius. Dominus exercituũ nomen meum. Posui verba Supra 49 a
mea in ore tuo,& in vmbra manus meæ protexi te,vt plantes
F cœlos,& fundes terram:& dicas ad Sion,Populus meus es tu. Eleuare,eleuare,consurge Ierusalẽ,quæ bibisti de manu Domini calicem iræ eius:vsq; ad fundum calicis soporis bibisti, & potasti vsq; ad fæces.Non est qui sustentet eam ex omnibus filijs quos genuit:& non est qui apprehendat manũ eius ex omnibus filijs quos enutriuit. Duo sunt quæ occurrerunt Supra 47 b
tibi:quis contristabitur super te? vastitas & cõtritio, & fames
G & gladius,quis consolabitur te? Filij tui proiecti sunt, dormierunt in capite omnium viarum,sicut oryx illaqueatus:pleni indignatione Domini, increpatione Dei tui. Iccirco audi hoc paupercula, & ebria non à vino. Hæc dicit dominator tuus Dominus,& Deus tuus,qui pugnauit pro populo suo, Ecce,tuli de manu tua calicem soporis, fundum calicis indignationis meæ.non adijcies vt bibas illum vltrà. Et ponam illum in manu eorum qui te humiliauerunt, & dixerũt animæ tuæ,Incuruare,vt transeamus, & posuisti vt terram corpus tuum,& quasi viam transeuntibus.

S. CONSOLATVR *Iudæos super redemptione sua ab hostium oppressione,à miseria & infirmitate,& gentes super liberatione sua ab infidelitate & peccatis.* CAPVT LII.

A COnsurge,cõsurge,induere fortitudine tua Sion: induere vestimentis gloriæ tuæ Ierusalem ciuitas sancti, quia non adijciet vltrà vt pertranseat per te incircumcisus & immundus. Excutere de puluere consurge,sede Ierusalẽ.Solue vincula colli tui captiua filia Sion:quia hæc dicit Dominus, Gratis venundati estis,

& ſine argẽto redimemini. Quia hæc dicit Dominus Deus,
Gene.46 d In Aegyptum deſcendit populus meus in principio, vt colonus eſſet ibi: & Aſſur abſq; vlla cauſa calumniatus eſt eum. Et
B nunc quid mihi eſt hic, dicit Dominus: quoniam ablatus eſt
Rom.2 d populus meus gratis? Dominatores eius inique agunt, dicit Dominus: & iugiter tota die nomen meum blaſphematur.
Ierem.39 c Propter hoc ſciet populus meus nomen meũ in die illa: quia
Rom.10 c ego ipſe qui loquebar, ecce adſum. Quàm pulchri ſuper mõ-
Nahum 1 d tes pedes annuntiantis & prædicantis pacem: annũtiantis bonum, prædicantis ſalutẽ, dicentis Sion, Regnabit Deus tuus.
C Vox ſpeculatorum tuorum leuauerunt vocem, ſimul laudabunt: quia oculo ad oculum videbunt cum conuerterit Dominus Sion. Gaudete, & laudate ſimul deſerta Ieruſalẽ: quia conſolatus eſt Dominus populum ſuum, redemit Ieruſalem. Parauit Dominus brachium ſanctũ ſuum in oculis omnium gentium: & videbunt omnes fines terræ ſalutare Dei noſtri.
Pſal.97 a Recedite, recedite, exite inde, pollutum nolite tangere. Exi-
2.Cor.6 d te de medio eius, mundamini qui fertis vaſa Domini. Quo-
D niam nõ in tumultu exibitis, nec in fuga properabitis. Præcedet enim vos Dominus, & cõgregabit vos Deus Iſrael. Ecce intelliget ſeruus meus, exaltabitur, & eleuabitur, & ſublimis erit valde. Sicut obſtupuerũt ſuper te multi: ſic inglorius erit inter viros aſpectus eius, & forma eius inter filios hominum.
Rom.15 e Iſte aſperget gentes multas, ſuper ipſum continebunt reges os ſuum: quia quibus non eſt narratum de eo, viderunt: & qui non audierunt, contemplari ſunt.

S. CHRISTVS ob delicta noſtra moriturus, poſt mortẽ gentibus promittit libertatem & ſecuritatem. CAPVT LIII.

A QVis credidit auditui noſtro? & brachiũ Domini
Ioan.12 f cui reuelatum eſt? Et aſcendet ſicut virgultum co-
Rom.10 d ram eo, & ſicut radix de terra ſitienti: non eſt ſpecies ei, neq; decor: & vidimus eũ, & non erat aſpectus, & deſyderauimus eum: Deſpectum, & nouiſsimum vi-
Marc.9 b rorum, virum dolorũ & ſcientẽ infirmitatẽ. Et quaſi abſcon-
Matt.8 c ditus vultus eius & deſpectus, vnde nec reputauimus eũ. Ve-
1.Pet.2 d rè languores noſtros ipſe tulit, & dolores noſtros ipſe porta-
1.Cor.15 a uit. Et nos reputauimus eum quaſi leproſum, & percuſſum à Deo & humiliatũ. Ipſe autem vulneratus eſt propter iniqui-
B tates noſtras, attritus eſt propter ſcelera noſtra. Diſciplina pacis noſtræ ſuper eum, & liuore eius ſanati ſumus. Omnes nos quaſi oues errauimus, vnuſquiſq; in viam ſuam declinauit: & poſuit Dominus in eo iniquitatem omnium noſtrũm. Oblatus eſt quia ipſe voluit & non aperuit os ſuum. Sicut ouis ad occiſionem ducetur, & quaſi agnus corã tondente ſe obmu-
C teſcet, & non aperiet os ſuum. De anguſtia & de iudicio ſublatus eſt: generationem eius quis enarrabit? quia abſciſſus eſt de terra viuentium: propter ſcelus populi mei percuſſi eum. Et dabit impios pro ſepultura, & diuitem pro morte ſua: eo
1.Pet.2 d quòd iniquitatem non fecerit, neq; dolus fuerit in ore eius: &
1.Ioan.3 a Dominus voluit cõterere eum in infirmitate. Si poſuerit pro
D peccato animam ſuam, videbit ſemen longæuum, & voluntas Domini in manu eius dirigetur. Pro eo quòd laborauit anima eius, videbit & ſaturabitur. In ſcientia ſua iuſtificabit ipſe iuſtus ſeruos meos multos, & iniquitates eorũ ipſe portabit. Ideò diſpertiam ei plurimos, & fortium diuidet ſpolia, pro eo quòd tradidit in mortem animam ſuam, & cum ſce-
Marc.15 c leratis reputatus eſt: & ipſe peccata multorum tulit, & pro
Lucæ 22 d tranſgreſſoribus rogauit.

S. REVOCAT Iudæos & gentes ab infidelitate, promittens in temporalibus abundantiam, honorem & proſperitatem.

CAPVT LIIII.

A LAuda ſterilis quæ nõ paris: decanta laudẽ & hin-
Lucæ 23 d ni, quæ nõ pariebas: quoniam multi filij deſertæ
Gala.4 d magis quàm eius quæ habebat virũ, dicit Dominus. Dilata locum tentorij tui, & pelles taberna-
culorum tuorũ extende, ne parcas: longos fac funiculos tuos, & clauos tuos conſolida. Ad dexterã enim, & ad læuam pe-
B netrabis: & ſemen tuũ gentes hæreditabit, & ciuitates deſertas inhabitabit. Noli timere, quia nõ confundêris, neq; erubeſces: non enim te pudebit, quia confuſionis adoleſcentiæ tuæ obliuiſceris, & opprobrij viduitatis tuæ nõ recordaberis amplius. Quia dominabitur tui qui fecit te, Dominus exercituũ Lucæ 1 c
nomen eius: & redẽptor tuus ſanctus Iſrael, Deus omnis terræ vocabitur. Quia vt mulierem derelictã, & mœrentem ſpiritu vocauit te Dominus, & vxorem ab adoleſcentia abiectã: dixit Deus tuus. Ad punctũ in modico dereliqui te, & in miſerationibus magnis congregabo te.
C In momẽto indignationis abſcondi faciem meam parumper à te, & in miſericordia ſempiterna miſertus ſum tui: dixit redẽptor tuus Dominus. Sicut in diebus Noe iſtud mihi eſt, cui iuraui ne inducerem Gene.9 b
aquas Noe vltrà ſupra terram: ſic iuraui vt non iraſcar tibi, & non increpẽ te. Montes enim cõmouebuntur, & colles contremiſcent: miſericordia autẽ mea non recedet à te, & fœdus pacis meæ non mouebitur: dixit miſerator tuus Dominus.
Paupercula tempeſtate conuulſa abſq; vlla cõſolatione, Ecce ego ſternam per ordinẽ lapides tuos, & fundabo te in ſapphi-
D ris, & ponam iaſpidẽ propugnacula tua: & portas tuas in lapides ſculptos, & omnes terminos tuos in lapides deſyderabiles, vniuerſos filios tuos doctos à Domino: & multitudinem pacis filijs tuis: & in iuſtitia fundaberis. Recede procul à calumnia, quia non timebis: & à pauore, quia non appropinquabit tibi. Ecce, accola veniet, qui non erat mecum, ad-
uena quondam tuus adiungetur tibi. Ecce, ego creaui fabrum Ioan.6 c
ſufflantem in ignem prunas, & proferentem vas in opus ſuũ, & ego creaui interfectorem ad diſperdendũ. Omne vas quod fictum eſt, contra te non dirigetur: & omnem linguam reſiſtentem tibi, in iudicio iudicabis. Hæc eſt hereditas ſeruorum Domini, & iuſtitia eorum apud me, dicit Dominus.

S. GENTIEVS ad fidem uocãdis promittit Dominus gratuitam donorum abundantiam, & Iudæis contra penuriam, ſaturitatem.

CAPVT LV.

A OMnes ſitientes venite ad aquas: & qui non habetis Eccle.51 d
argentum, properate, emite & comedite. Venite, emite abſq; argẽto, & abſq; vlla cõmutatione vinum & lac. Quare appenditis argentũ non in panibus, & laborem veſtrũ non in ſaturitate? Audite me, & co-
B medite bonum, & delectabitur in craſſitudine anima veſtra. Inclinate aurem veſtram, & venite ad me: audite, & viuet anima veſtra, & feriam vobiſcũ pactum ſempiternũ, miſericor- Act.13 c
dias Dauid fideles. Ecce, teſtem populis dedi eum, ducem ac præceptorem gentibus. Ecce, gentẽ quam neſciebas, vocabis: & gentes quæ te non cognouerũt, ad te current propter Dominũ Deum tuũ, & ſanctum Iſrael: quia glorificauit te. Quærite Dominũ dum inueniri poteſt, inuocate eum dum prope
C eſt. Derelinquat impius viam ſuam, & vir iniquus cogitationes ſuas, & reuertatur ad Dominũ, & miſerebitur eius, & ad Deum noſtrũ, quoniã multus eſt ad ignoſcendũ. Non enim cogitationes meæ cogitationes veſtræ: neq; viæ veſtræ, viæ meæ, dicit Dominus. Quia ſicut exaltantur cœli à terra, ſic exaltatæ ſunt viæ meæ à vijs veſtris, & cogitationes meæ à cogitationibus veſtris. Et quomodo deſcẽdit imber, & nix de cœlo, & illuc vltrà non reuertitur, ſed inebriat terram & infundit eam, & germinare eã facit, & dat ſemen ſerenti, & pa-
D nem comedenti: Sic erit verbum meum quod egredietur de ore meo, Non reuertetur ad me vacuum, ſed faciet quæcunq; volui, & proſperabitur in his ad quæ miſi illud. Quia in lætitia egrediemini, & in pace deducemini. Montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. Pro ſaliuncula aſcendet abies, & pro vrtica creſcet myrtus. Et erit Dominus nominatus in ſignum æternum, quod non auferetur.

S. HORTA

S. HORTATVR *Dominus ad obseruationem sabbathi & fœderis sui, & prælatos ad uigiliam & custodiam gregis sui.*

CAPVT LVI.

A Hæc dicit Dominus, Custodite iudicium, & facite
Sapien. 1 a iustitiã: quia iuxta est salus mea vt veniat, & iustitia mea vt reueletur. Beatus vir qui facit hoc, & filius hominis qui apprehendet istud. Custodiens
sabbathũ ne polluat illud, custodiens manus suas ne faciat omne malum. Et non dicat filius aduenæ qui adhæret Domino, dicens, Separatione diuidet me Dominus à populo suo.
B Et non dicat eunuchus, Ecce ego lignũ aridum. Quia hæc dicit Dominus eunuchis, Qui custodierint sabbatha mea, & elegerint quæ ego volui, & tenuerint fœdus meum: Dabo eis
in domo mea, & in muris meis locũ, & nomen melius à filijs & filiabus: nomen sempiternũ dabo eis, quod non peribit. Et
filios aduenæ qui adhærent Domino vt colant eum, & diligant nomẽ eius, vt sint ei in seruos: omnẽ custodientẽ sabba-
C thum ne polluat illud, & tenẽtem fœdus meum. Adducã eos in montẽ sanctũ meum, & lætificabo eos in domo orationis meæ: holocausta eorum, & victimæ eorũ placebunt mihi su-
Matt. 21 b per altari meo: quia domus mea, domus orationis vocabitur
Marc. 11 c cunctis populis. Ait Dominus Deus qui cõgregat dispersos
Luc. 19 g Israel, Adhuc congregabo ad eum congregatos eius. Omnes
D bestiæ agri venite ad deuorandũ, vniuersæ bestiæ saltus. Spe-
Inuehit in episcopo-rum impietatem. culatores eius cæci omnes, nescierunt vniuersi: canes muti nõ
Ier. 6 c valentes latrare, videntes vana, dormientes & amãtes somnia.
Et canes impudentissimi nescierunt saturitatem: ipsi pastores
Sapien. 2 b ignorauerunt intelligentiã: omnes in viam suã declinauerunt, vnusquisq; ad auaritiam suam, à summo vsq; ad nouissimum.
Venite, sumamus vinum, & impleamur ebrietate: & erit sicut hodie, sic & cras: & multo amplius.

S. IVSTIS *ab iniustis iniustè afflictis promittit Dominus quietẽ, ab iniustis autem euasionis aufert spem, & illis ob scelera commi natur reprobationem.* CAPVT LVII.

A Iustus perit, & nõ est qui recogitet in corde suo,
& viri misericordiæ colliguntur, quia non est qui intelligat: á facie enim malitię collectus est iustus.
Veniat pax, requiescat in cubili suo qui ambulauit in directione sua. Vos autẽ accedite huc filij auguratricis,
semẽ adulteri, & fornicariæ. Super quem lusistis? super quem dilatastis os, & eiecistis linguam? nunquid non vos filij scelesti, semen mendax? qui cõsolamini in dijs subter omne lignũ
frondosum, immolantes paruulos in torrentibus subter eminentes petras? In partibus torrentis pars tua, hæc est sors tua:
& ipsis effudisti ligamen, obtulisti sacrificiũ. nunquid super
B his nõ indignabor? Super montẽ excelsum & sublimẽ posuisti cubile tuũ, & illuc ascẽdisti, vt immolares hostias. Et post ostium, & retro postem posuisti memoriale tuũ: quia iuxta
me discooperuisti, & suscepisti adulterũ: dilatasti cubile tuũ,
& pepigisti cũ eis. Dilexisti stratũ eorũ manu aperta, & ornasti te regio vnguẽto, & multiplicasti pigmẽta tua. Misisti legatos tuos procul, & humiliata es vsq; ad inferos. In multitudine viæ tuæ laborasti: nec dixisti, Quiescam. vitã manus tuæ
C inuenisti, propterea non rogasti. Pro quo solicita timuisti, quia mentita es, & mei non es recordata, neq; cogitasti in corde tuo? quia ego tacens, & quasi non videns, & mei oblita es.
Ego annuntiabo iustitiã tuam, & opera tua non proderũt tibi. Cum clamaueris, liberent te congregati tui, & omnes eos
auferet ventus, tollet aura. Qui autem fiduciã habet mei, hæreditabit terrã, & possidebit montẽ sanctũ meum. Et dicam,
Viam facite, præbete iter, declinate de semita, auferte offen-
D dicula de via populi mei. Quia hæc dicit excelsus, & sublimis habitans æternitatem: & sanctũ nomen eius in excelso & in
sancto habitans, & cum contrito & humili spiritu: vt viuificet spiritũ humilium, & viuificet cor contritorum. Non enim
in sempiternũ litigabo, neq; vsq; ad finem irascar: quia spiritus à facie mea egredietur, & flatus ego faciam. Propter iniquitatem auaritiæ eius iratus sum, & percussi eum: abscondi,
& indignatus sum: & abijt vagus in via cordis sui. Vias eius
vidi, & sanaui eum, & reduxi eum, & reddidi consolationes
ipsi, & lugentibus eius. Creaui fructum labiorum pacem, pacem ei qui longe est & qui prope, dixit Dominus, & sanaui
eum. Impij autẽ quasi mare feruens, quod quiescere non po-
Supra 48 d test, & redundant fluctus eius in cõculcationem & lutũ. Non
est pax impijs, dicit Dominus Deus.

S. [redacted]

CAPVT LVIII.

A Clama, ne cesses, quasi tuba exalta vocem tuam, &
annuntia populo meo scelera eorũ, & domui Iacob peccata eorũ. Me etenim de die in diẽ quærunt, & scire vias meas volunt: quasi gens quæ iustitiã fecerit, & iudiciũ Dei sui non dereliquerit. Rogant me
iudicia iustitiæ, & appropinquare Deo volũt. Quare ieiunauimus, & nõ aspexisti: humiliauimus animas nostras, & nesci-
sti? Ecce, in die ieiunij vestri inuenitur voluntas vestra, & o- Ieiuniũ impiorũ, & ieiuniũ Dei.
mnes debitores vestros repetitis. Ecce, ad lites & contentiones ieiunatis, & percutitis pugno impie. Nolite ieiunare sicut
vsq; ad hanc diem, vt audiatur in excelso clamor vester. Nun- Zacha. 7 b
B quid tale est ieiunium quod elegi, per diem affligere hominem animã suam? nunquid contorquere quasi circulum caput
suũ, & saccum & cinerẽ sternere? nunquid istud vocabis ieiunium, & diem acceptabilẽ Domino? Nónne hoc est magis ieiunium quod elegi? dissolue colligationes impietatis, solue fasciculos deprimẽtes, dimitte eos qui confracti sunt liberos, &
omne onus dirũpe. Frange esurienti panem tuũ, & egenos va- Exo. 18 b
C gos ą; induc in domũ tuam. Cũ videris nudũ, operi eũ, & car- Matt. 25 c
nem tuã ne despexeris. Tunc erũpet quasi mane lumẽ tuũ, &
sanitas tua citius orietur, & anteibit faciẽ tuam iustitia tua, &
gloria Domini colliget te. Tunc inuocabis, & Dñs exaudiet
te: clamabis, & dicet, Ecce adsum. Si abstuleris de medio tui
catenã, & delieris extendere digitũ, & loqui quod nõ prodest.
Cũ effuderis esurienti animã tuam, & animã afflictã repleueris: orietur in tenebris lux tua, & tenebræ tuæ erũt sicut meri
D dies. Et requiẽ tibi dabit Dñs semper, & implebit splendoribus animã tuã, & ossa tua liberabit. Et eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarũ, cuius nõ deficiẽt aquæ. Et ædificabũtur in te deserta seculorũ: fundamẽta generationis & gene-
rationis suscitabis: & vocaberis Aedificator sepiũ, auertẽs se- Sabbathum Dei.
mitas in quietẽ. Si auerteris à sabbatho pedẽ tuũ, facere volũtatẽ tuã in die sancto meo, & vocaueris sabbathũ delicatũ, &
sanctũ Dñi gloriosum, & glorificaueris eũ dum non facis vias
tuas, & nõ inuenietur volũtas tua vt loquaris sermonẽ: tũc delectaberis super Dño, & sustollã te super altitudines terræ, &
cibabo te hęreditate Iacob patris tui. os enim Dñi locutũ est.

S. POTENS *est Deus ad saluandum, benignus ad audiendum: sed ueritas, iustitia, iudicium, & pax, apud Iudæos hæc impediebant.*

CAPVT LIX.

A Ecce, non est abbreuiata manus Domini vt saluare nequeat, neque aggrauata est auris eius vt non
exaudiat: sed iniquitates vestræ diuiserunt inter vos & Deum vestrũ, & peccata vestra abscon-
derunt faciẽ eius à vobis ne exaudiret. Manus enim vestræ pol- Supra 1 d
lutæ sunt sanguine, & digiti vestri iniquitate: labia vestra locuta sunt mendaciũ, & lingua vestra iniquitatem fatur. Non
est qui inuocet iustitiam, neq; est qui iudicet vere: sed confi-
dunt in nihili, & loquuntur vanitates: conceperunt laborem, Iob 15 d
& pepererunt iniquitatem. Oua aspidũ ruperunt, & telas araneæ texuerunt: qui comederit de ouis eorum, morietur: &
B quod confotum est, erumpet in regulum. Telæ eorum non erunt in vestimentum, neq; operientur operibus suis: opera

eorum

corum opera inutilia,& opus iniquitatis in manibus eorum.
Prouer.1 b Pedes eorum ad malũ currunt, & festinant vt effundant san-
Roma.3 c guinem innocẽtem. Cogitationes eorum cogitationes inuti-
les: vastitas & cõtritio in vijs eorũ. Viam pacis nescierunt, &
non est iudiciũ in gressibus eorum. semitæ eorum incuruatæ
Peccata causa sunt excæcationis nostræ. sunt eis: omnis qui calcat in eis, ignorat pacem. Propter hoc
elongatum est iudiciũ à nobis, & non apprehendet nos iusti-
tia. Expectauimus lucẽ, & ecce tenebræ: splẽdorem, & in te-
nebris ambulauimus. Palpauimus sicut cæci, parietẽ, & quasi
absq; oculis attrectauimus: impegimus meridie quasi in tene-
C bris, in caliginosis quasi mortui frugiemus quasi vrsi omnes,
& quasi columbæ meditantes gememus. Expectauimus iu-
dicium, & non est: salutem, & elongata est à nobis. Multipli-
catæ sunt enim iniquitates nostræ coram te, & peccata nostra
responderunt nobis: quia scelera nostra nobiscum, & iniqui-
tates nostras cognouimus, peccare & mentiri contra Domi-
num: & auersi sumus ne iremus post tergũ Dei nostri, vt lo-
queremur calumniã & transgressionem. Concepimus, & lo-
cuti sumus de corde verba mẽdacij, & conuersum est retror-
sum iudiciũ, & iustitia longe stetit: quia corruit in platea ve-
ritas, & æquitas nõ potuit ingredi. Et facta est veritas in obli-
uionem: & qui recessit á malo, prædæ patuit: & vidit Domi-
nus, & malũ apparuit in oculis eius, quia non est iudicium, &
vidit quia non est vir: & aporiatus est, quia nõ est qui occur-
D rat: & saluauit sibi brachium suum, & iustitia eius ipsa confir-
Ephe.6 c mauit eum. Indutus est iustitia vt lorica, & galea salutis in ca-
1.Thes.5 b pite eius. Indutus est vestimentis vltionis, & opertus est quasi
pallio zeli. Sicut ad vindictã quasi ad retributionem indigna-
tionis hostibus suis, & vicissitudinẽ inimicis suis: insulis vicẽ
reddet. Et timebũt qui ab Occidente, nomen Domini: & qui
Rom.11 d ab Ortu solis, gloriam eius: cum venerit quasi fluuius violen-
tus, quem spiritus Domini cogit, Et venerit Sion redemptor,
& eis qui redeũt ab iniquitate in Iacob, dicit Dominus. Hoc
fœdus meum cum eis, dicit Dominus, Spiritus meus qui est
in te, & verba mea quæ posui in ore tuo, non recedent de ore
tuo & de ore seminis tui, & de ore seminis seminis tui, dicit
Dominus, ámodo & vsq; in sempiternum.

S. INSTAVRATIO nouæ Ierusalem promittitur, ad quam Iudæorum & gentium concursus futurus est, ad prosperitatem & iustitiæ obseruantiam. CAPVT LX.

A SVrge, illuminare * Ierusalem.. quia venit lumen
tuũ, & gloria Domini super te orta est. Quia ecce
tenebræ operient terrã, & caligo populos: super
te autem orietur Dominus, & gloria eius in te vi-
debitur. Et ambulabũt gentes in lumine tuo, & reges in splen
Supra 49 c dore ortus tui. Leua in circuitu oculos tuos, & vide: omnes isti
congregati sunt, venerũt tibi: filij tui délonge venient, & filiæ
tuæ de latere surgent. Tunc videbis, & affluues, & mirabitur &
dilatabitur cor tuum, quando conuersa fuerit ad te multitudo
B maris, fortitudo gentiũ venerit tibi. Inundatio camelorũ operiet
te, dromedarij Madian & Epha: omnes de Saba venient,
aurum & thus deferentes, & laudem Domino annuntiantes.
Omne pecus Cedar cõgregabitur tibi, arietes Nabaioth mi-
nistrabunt tibi: offerẽtur super placabili altari meo, & domũ
maiestatis meæ glorificabo. Qui sunt isti, qui vt nubes volant,
& quasi columbæ ad fenestras suas? Me enim insulæ expecta-
bunt, & naues maris in principio, vt adducã filios tuos délon-
ge: argentũ eorum, & aurũ eorum cum eis nomini Domini
Dei tui, & sancto Israel, quia glorificauit te. Et ædificabũt fi-
lij peregrinorũ muros tuos, & reges eorũ ministrabunt tibi.
C In indignatione enim mea percussi te, & in reconciliatione
Apo.21 g mea misertus sum tui. Et aperientur portæ tuæ iugiter: die ac
nocte nõ claudentur, vt afferatur ad te fortitudo gentiũ, & re-
ges earũ adducantur. Gens enim & regnũ quod non seruierit
tibi, peribit: & gentes solitudine vastabuntur. Gloria Libani
ad te veniet, abies & buxus & pinus simul, ad ornandũ locum
sanctificationis meæ, & locũ pedum meorum glorificabo. Et
venient ad te curui filij eorũ qui humiliauerũt te, & adorabũt
vestigia pedũ tuorum omnes qui detrahebãt tibi, & vocabũt
te Ciuitatẽ Domini, Sion sancti Israel. Pro eo quòd fuisti de-
relicta & odio habita, & nõ erat qui per te transiret, ponam te
in superbiã seculorũ, gaudiũ in generatione & generationẽ.
Et suges lac gentiũ, & mammilla regũ lactaberis: & scies quia
ego Dominus saluans te, & redemptor tuus fortis Iacob. Pro
ære afferã aurum, & pro ferro afferam argentũ: & pro lignis
D æs, & pro lapidibus ferrũ. Et ponam visitationẽ tuam pacem,
& præpositos tuos iustitiam. Non audietur vltrà iniquitas in
terra tua, vastitas & cõtritio in terminis tuis, & occupabit sa-
lus muros tuos, & portas tuas laudatio. Non erit tibi amplius Apoc.21 g
sol ad lucendũ per diem, nec splẽdor lunæ illuminabit te: sed & 22 a
erit tibi Dominus in lucẽ sempiternã, & Deus tuus in gloriã
tuam. Non óccidet vltrà sol tuus, & luna tua non minuetur:
quia erit tibi Dominus in lucẽ sempiternã, & complebuntur
dies luctus tui. Populus autẽ tuus omnes iusti, in perpetuum
hæreditabũt terrã, germẽ plãtationis meæ, opus manus meæ
ad glorificandũ. Minimus erit in mille, & paruulus in gentem
fortissimã: ego Dominus in tẽpore eius subito faciam istud.

S. PROMITTITVR Messias mittendus in miserorũ solamen gaudium per prædicatores annuntians, & illis prædicationem iniungens. CAPVT LXI.

A SPiritus Domini super me, eo quòd vnxerit Do- Lucæ 4 c
minus me: ad annuntiandum mansuetis misit me,
vt mederer contritis corde, & prædicarem capti-
uis indulgentiã, & clausis apertionẽ: Vt prædica-
rem annum placabilem Domino, & diẽ vltionis Deo nostro:
vt cõsolarer omnes lugẽtes: Vt ponerem lugentibus Sion, &
darem eis coronã pro cinere, oleũ gaudij pro luctu, pallium
B laudis pro spiritu mœroris: & vocabũtur in ea fortes iustitiæ,
plantatio Domini ad glorificandũ. Et ædificabunt deserta à
seculo, & ruinas antiquas erigent, & instaurabũt ciuitates de-
sertas, dissipatas in generationẽ & generationem. Et stabunt
alieni, & pascent pecora vestra: & filij peregrinorũ, agricolæ
& vinitores vestri erunt. Vos autẽ sacerdotes Domini voca-
bimini: Ministri Dei nostri, dicetur vobis: fortitudinem gen-
C tium comedetis, & in gloria earũ superbietis. Pro confusione
vestra duplici & rubore laudabunt partem eorũ: propter hoc
in terra sua duplicia possidebunt, lætitia sempiterna erit eis,
quia ego Dominus diligens iudicium, odio habens rapinã in
holocaustum. Et dabo opus eorũ in veritate, & fœdus perpe-
tuum feriam eis. Et scietur in gentibus semẽ eorũ, & germen
eorũ in medio populorũ. Omnes qui viderint eos, cognoscẽt
illos, quia isti sunt semen cui benedixit Dominus. Gaudens
D gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo.
Quia induit me vestimentis salutis: & indumẽto iustitiæ cir-
cundedit me, quasi sponsum decoratũ corona, & quasi spon-
sam ornatã monilibus suis. Sicut enim terra profert germen
suũ, & sicut hortus semen suũ germinat: sic Dominus Deus
germinabit iustitiam, & laudem coram vniuersis gentibus.

S. DOMINVS ex prædicatione Ierosolymis salutẽ promittit, gloriam, & honorem, propter saluatoris aduentum, & hostium deiectionem. CAPVT LXII.

A PRopter Sion non tacebo, & propter Ierusalem
non quiescam, donec egrediatur vt splendor iu-
stus eius, & saluator eius vt lampas accenda-
tur. Et videbunt gentes iustum tuum, & cun-
cti reges inclytum tuum: & vocabitur nomen nouum, quod
os Domini nominauit. Et eris corona gloriæ in manu Do-
mini, & diadema regni in manu Dei tui. Non vocaberis vl-
trà Derelicta: & terra tua non vocabitur amplius Desolata:
B sed vocaberis Voluntas mea in ea, & terra tua inhabitata,
quia complacuit Domino in te: & terra tua inhabitabitur.

Habita

Habitabit enim iuuenis cum virgine,& habitabunt in te filij
C tui.Et gaudebit sponsus super sponsam,& gaudebit super te
Episcopi & ministrivigilantes in verbo. Deus tuus.Super muros tuos,Ierusalē,constitui custodes:tota die & tota nocte perpetuo non tacebunt.Qui reminiscimini Domini,ne taceatis,& ne detis silētiū ei,donec stabiliat,& donec ponat Ierusalē laudē in terra.Iurauit Dominus in dextera sua,& in brachio fortitudinis suæ,Si dedero triticū tuum vltrà cibum inimicis tuis:& si biberint filij alieni vinum tuum in quo laborasti.Quia qui congregabunt illud,comedent, & laudabunt Dominū:& qui comportant illud,bibent in atrijs
D sanctis meis.Transite,transite per portas, præparate viā populo,planum facite iter,eligite lapides, & eleuate signum ad populos.Ecce Dominus auditū fecit in extremis terræ,dicite
Mat.21 a Zach.9 b filiæ Sion,Ecce saluator tuus venit,ecce merces eius corā illo. Et vocabunt eos Populus sanctus redempti à Domino. Tu autem vocaberis,Quæsita ciuitas,& non derelicta.

S. DOMINVS *Gentiū sanguine conspersus,suam repetens patriā futurum comminatur iudicium.* CAPVT LXIII.

A QVis est iste qui venit de Edom,tinctis vestibus de Bosra:iste formosus in stola sua, gradiens in multitudine fortitudinis suæ? Ego qui loquor iustitiam,& propugnator sum ad saluandū. Quare ergo rubrum est indumentū tuum,& vestimenta tua sicut calcantium in torcular? Torcular calcaui solus, & de gētibus nō est vir mecū:calcaui eos in furore meo,& cōculcaui eos in ira mea:& aspersus est sanguis eorū super vestimenta mea,& omnia indumenta mea inquinaui. Dies enim vltionis in corde
B meo,annus redemptionis meæ venit.Circunspexi,& nō erat auxiliator:quæsiui,& nō fuit qui adiuuaret. Et saluauit mihi brachium meū,& indignatio mea ipsa auxiliata est mihi. Et conculcaui populos in furore meo, & inebriaui eos in indignatione mea,& detraxi in terram virtutem eorū. Miserationum Domini recordabor,laudem Domini super omnibus quæ reddidit nobis Dominus,& super multitudinem bonorum domui Israel,quæ largitus est eis secundū indulgentiam suam,& secundū multitudinem misericordiarum suarum. Et dixit,Veruntamen populus meus est filij nō negantes:& factus est eis saluator.In omni tribulatione eorū non est tribu-
C latus,& angelus faciei eius saluauit eos:in dilectione sua,& in indulgentia sua ipse redemit eos, & portauit eos, & eleuauit eos cunctis diebus seculi.Ipsi autem ad iracundiā prouocauerunt,& afflixerunt spiritū sanctum eius:& conuersus est eis
Exo.14 c in inimicum,& ipse debellauit eos.Et recordatus est dierum seculi Moysi & populi sui:Vbi est qui eduxit eos de mari cū pastoribus gregis sui? vbi est qui posuit in medio eius spiritum sancti sui? Qui eduxit ad dexteram Moysen brachio maiestatis suæ:qui scidit aquas ante eos,vt faceret sibi nomē sempiternum:qui eduxit eos per abyssos,quasi equum in deserto
D non impingentem. Quasi animal in campo descendens,spi-
Deut.26 d Baruch.2 d ritus Domini ductor eius fuit:sic adduxisti populū tuum,vt faceres tibi nomen gloriæ.Attende de cœlo,& vide de habitaculo sancto tuo & gloriæ tuæ:vbi est zelus tuus, & fortitudo tua,multitudo viscerū tuorum,& miserationū tuarum? super me continuerūt se.Tu enim pater noster, & Abrahā nesciuit nos,& Israel ignorauit nos:tu Domine pater noster, & redemptor noster, à seculo nomen tuum. Quare errare nos fecisti Domine de vijs tuis:induraſti cor nostrum ,ne timeremus te? Conuertere propter seruos tuos,tribus hæreditatis tuæ.Quasi nihilum possederunt populū sanctum tuum: hostes nostri conculcauerūt sanctificationem tuam.Facti sumus quasi in principio,cum non dominareris nostri,neq; inuocaretur nomen tuum super nos.

S. MESSIAS *aduentu suo ad iustitiā coget & ad misericordiam, expectantibus eum multa pollicitus.*

CAPVT LXIIII.

A VTinam dirūperes cœlos,& descēderes:à facie tua montes defluerēt,Sicut exustio ignis tabescerēt, aquæ arderēt igni,vt notū fieret nomen tuū inimicis tuis:à facie tua gētes turbarētur.Cum feceris mirabilia,nō sustinebimus:descēdisti,& à facie tua montes defluxerūt.A seculo nō audierunt,neq; auribus percepe-
1.Cor.2 b runt: oculus non vidit, Deus absq; te,quæ præparasti expe-
B ctantibus te.Occurristi lætanti,& facienti iustitiā:in vijs tuis recordabuntur tui.Ecce, tu iratus es, & peccauimus: in ipsis fuimus semper,& saluabimur.Et facti sumus vt immundus omnes nos,& quasi pannus menstruatæ vniuersæ iustitiæ nostræ.Et cecidimus quasi foliū vniuersi, & iniquitates nostræ
C quasi ventus abstulerunt nos. Non est qui inuocet nomen tuum:qui consurgat, & teneat te:abscondisti faciem tuam à nobis,& allisisti nos in manu iniquitatis nostræ.Et nunc Domine,pater noster es tu,nos verò lutum:& fictor noster tu,& opera manuum tuarum omnes nos.Ne irascaris Domine sa- Psal.78 b
D tis,& ne vltrà memineris iniquitatis: ecce,respice, populus tuus omnes nos.Ciuitas sancti tui facta est deserta:Sion deserta facta est,Ierusalem desolata est.Domus sanctificationis nostræ & gloriæ nostræ,vbi laudauerunt te patres nostri,facta est in exustionem ignis,& omnia desyderabilia nostra versa sunt in ruinas.Nunquid super his continebis te Domine, tacebis & affliges nos vehementer?

S. REDDET *Dominus iustis & iniustis secundum opera eorum discernens malos à bonis in præcepto promissæ salutis.*

CAPVT LXV.

A QVæsierunt me qui antè nō interrogabāt:inuenerunt qui non quæsierūt me.Dixi,Ecce ego,ecce ego,ad gentē quæ nō inuocabat nomē meū. Expandi manus meas tota die ad populū incredulū, qui graditur in via nō bona post cogitationes suas. Populus qui ad iracundiā prouocat me ante faciē meā semper:qui immolant in hortis,& sacrificāt super lateres:qui habitant in sepulchris,& in delubris idolorū dormiunt:qui comedūt carnē suillā,& ius prophanū in vasis eorū.Qui dicūt, Recede à me, non appropinques mihi,quia immūdus es: isti fumus erūt in furore meo,ignis ardens tota die. Ecce scriptū est coram me: non tacebo,sed reddam & retribuam in sinu eorū iniquitates vestras,& iniquitates patrum vestrorū simul,dicit Dominus, qui sacrificauerūt super montes,& super colles exprobrauerunt mihi,& remetiar opus eorū primum in sinu eorū. Hæc dicit Dominus,Quomodo si inueniatur granū in botro,& dicatur,Ne disipes illud,quoniā benedictio est:sic faciam propter seruos meos,vt non disperdā totū.Et educā de Iacob semen,& de Iuda possidentē montes meos:& hæreditabunt eā electi mei,& serui mei habitabūt ibi. Et erunt campestria in caulas gregū,& vallis Achor in cubile armentorum populo meo qui requisierūt me.Et vos qui dereliquistis Dominum, qui obliti estis montem sanctum meū, qui ponitis Fortunæ mensam,& libatis super eam,Numerabo vos in gladio,& omnes in cæde corruetis:pro eo quòd vocaui, & nō respondistis:locutus sum,& nō audistis,& faciebatis malum in oculis
C meis:& quæ nolui,elegistis.Propter hoc hæc dicit Dominus Deus, Ecce,serui mei comedent, & vos esurietis: ecce, serui mei bibent,& vos sitietis: Ecce,serui mei lætabuntur, & vos confundemini: Ecce,serui mei laudabūt præ exultatione cordis: & vos clamabitis præ dolore cordis,& præ contritione spiritus vlulabitis.Et dimittetis nomen vestrū in iuramētum electis meis:& interficiet te Dominus Deus, & seruos suos vocabit nomine alio.In quo qui benedictus est super terram, benedicetur in Deo amen:& qui iurat in terra,iurabit in Deo amen: quia obliuioni traditæ sunt angustiæ priores,& quia absconditæ sunt ab oculis meis.Ecce enim ego creo cœlos nouos,& terrā nouā:& nō erūt in memoria priora, & nō ascendēt super cor.Sed gaudebitis & exultabitis vsq; in sempiternū

Rom.10 d

Prouer.1 c Ierem.7 c

Fideliū gaudia, & impiorū supplicia.

Apo.21 a

in his quæ ego creo: quia ecce ego creo Ieruſalem exultationem, & populum eius gaudium. Et exultabo in Ieruſalem, &
D gaudebo in populo meo: & nō audietur in ea vltrà vox fletus & vox clamoris. Non erit ibi amplius infans dierum, & ſenex qui non impleat dies ſuos: quoniã puer centum annorũ morietur. & peccator centum annorũ maledictus erit. Et ædificabunt domos, & inhabitabunt: & plantabunt vineas, & comedent fructũ earum. Non ædificabunt, & alius habitabit: non plantabũt, & alius comedet: ſecundũ enim dies ligni, erũt dies populi mei, & opera manuũ eorũ inueterabunt electis meis.
Non laborabũt fruſtra, neq; generabũt in cõturbatione: quia
Pſal. 3 b ſemen benedictorũ Domini eſt, & nepotes eorum cum eis.
Supra 11 a Eritq; antequam clament, ego exaudiam: adhuc illis loquen-
Regnum tibus, ego audiã. Lupus & agnus paſcẽtur ſimul, & leo & bos
Chriſti Pa- comedent paleas, & ſerpenti puluis panis eius: non nocebunt
catiſsimũ. neq; occident in omni monte ſancto meo, dicit Dominus.

S. ABIECTO *Iudæorum errore ſuper ſynagoga, templo, & ſacrificijs, nouã fundat eccleſiam perpetuæ pacis & ſacrificij apud Chriſtianos, conſolans eos in perſecutionibus & tribulationibus ſuis.* CAPVT LXVI.

A HAec dicit Dominus, Cœlum ſedes mea, terra autem ſcabellũ pedum meorũ: quæ eſt iſta domus
Act. 7 f quam ædificabitis mihi? & quis eſt iſte locus re-
Nõ in manufactis tẽ quietionis meæ? Omnia hæc manus mea fecit, &
plis habitat facta ſunt vniuerſa iſta, dicit Dominus. Ad quem autẽ reſpiciã, niſi ad pauperculum, & contritũ ſpiritu, & trementẽ ſermones meos? Qui immolat bouem, quaſi qui interficiat virũ.
Sacrificia qui mactat pecus, quaſi qui excerebret canẽ. Qui offert obla-
reijcit, quæ tionem, quaſi qui ſanguinem ſuillum offerat. qui recordatur
abſq; miſe- thuris, quaſi qui benedicat idôlo. Hæc omnia elegerũt in vijs
ricordia & ſuis, & in abominationibus ſuis anima eorum delectata eſt.
fide. B Vnde & ego eligam illuſiones eorum: & quæ timebãt, addu-
Prouer. 1 c cam eis: quia vocaui, & nõ erat qui reſponderet: locutus ſum,
Ierem. 7 c & non audierũt: feceruntq; malum in oculis meis, & quæ no-
Supra 65 b lui elegerunt. Audite verbũ Domini, qui tremitis ad verbum eius: dixerunt fratres veſtri odientes vos, & abijcientes propter nomen meũ: glorificetur Dominus, & videbimus in lætitia veſtra: ipſi autem confundentur. Vox populi de ciuitate, vox de templo, vox Domini reddentis retributionem inimicis ſuis. Antequam parturiret, peperit: antequã veniret partus
C eius, peperit maſculũ. Quis audiuit vnquam tale? & quis vidit huic ſimile? nunquid parturiet terra in die vna? aut parietur gens ſimul, quia partuiuit & peperit Siõ filios ſuos? Nũquid ego, qui alios párere facio, ipſe nõ pariam, dicit Dominus? ſi ego qui generationẽ cæteris tribuo, ſterilis ero, ait Dominus Deus tuus? Lætamini cũ Ieruſalem, & exultate in ea omnes qui diligitis eam: gaudete cum ea gaudio vniuerſi qui lugetis ſuper eam, vt ſugatis, & repleamini ab vberibus cõſolationis
D eius: vt mulgeatis, & delicijs affluatis ab omnimoda gloria
Pax in ec- eius. Quia hæc dicit Dominus, Ecce ego declinabo ſuper eã
cleſia. quaſi fluuium pacis, & quaſi torrentem inundantem gloriam gentium, quam ſugetis: ad vbera portabimini, & ſuper genua blandientur vobis. Quo modo ſi cui mater blandiatur, ita ego conſolabor vos, & in Ieruſalem conſolabimini. Videbitis, & gaudebit cor veſtrũ, & oſſa veſtra quaſi herba germinabũt, &
E cognoſcetur manus Domini ſeruis eius, & indignabitur inimicis ſuis. Quia ecce Dominus in igne veniet, & quaſi turbo quadrigæ eius: reddere in indignatione furorem ſuũ, & increpationem ſuã in flamma ignis: quia in igne Dominus dijudicabit, & in gladio ſuo ad omnem carnem, & multiplicabũtur
In hypocri- interfecti à Domino. Qui ſanctificabantur, & mũdos ſe puta-
tas qui ſe ex bant in hortis poſt vnam intrinſecus, qui comedebãt carnem
ternis ope- ſuillã, & abominationem & murem; ſimul cõſumentur, dicit
ribus ſan- Dominus. Ego autẽ opera eorũ, & cogitationes eorũ: venio
ctificant. vt cõgregem cũ omnibus gentibus & linguis: & veniẽt, & vi-
F debunt gloriã meam. Et ponam in eis ſignũ, & mittam ex eis qui ſaluati fuerint, ad gentes in mare, in Aphricã, & Lydiam tenentes ſagittam: in Italiã & Græciã, ad inſulas longe, ad eos qui non audierũt de me, & non viderunt gloriã meam. Et annuntiabunt gloriã meam gentibus, & adducent omnes fratres veſtros de cunctis donũ Domino, in equis, & in quadrigis, &
Vocatio gẽ- in lecticis, & in mulis, & in carrucis ad montem ſanctũ meum
tiũ per præ- G Ieruſalẽ, dicit Dominus, quomodo ſi inferant filij Iſrael mu-
dicationẽ nus in vaſe mundo in domum Domini. Et aſſũmam ex eis in
apoſtolo- ſacerdotes, & leuitas, dicit Dominus: quia ſicut cœli noui &
rum. Apo. 21 g terra noua, quę ego facio ſtare corã me, dicit Dominus Deus: ſic ſtabit ſemen veſtrum, & nomen veſtrum. Et erit menſis ex menſe, & ſabbathũ ex ſabbatho: veniet omnis caro vt adoret coram facie mea, dicit Dominus. Et egredientur, & videbunt cadauera virorũ, qui prænaricati ſunt in me: vermis eorum non morietur, & ignis eorum non extinguetur: & erunt vſq; ad ſatietatem viſionis omni carni.
Perpetuæ feriæ & ſabbatha apud Chriſtianos.
Mar. 9 g

Hieronymi in Ieremiam

Præfatio.

IEREMIAS *Propheta, cui hic prologus ſcribitur, ſermone quidem apud Hebræos Eſaiæ & Oſeæ & quibuſdam alijs prophetis uidetur eſſe ruſticior, ſed ſenſibus par eſt: quippe qui eodem ſpiritu prophetauerit. Porrò ſimplicitas eloquij, à loco ei in quo natus eſt, accidit. Fuit enim Anathothites, qui eſt uſq; hodie uiculus, tribus ab Ieroſolymis diſtans millibus, ſacerdos ex ſacerdotibus, & in matris utero ſanctificatus: uirginitate ſua euangelicum uirum* CHRISTI *eccleſiæ dedicans. Hic uaticinari exorſus eſt puer: & captiuitatem urbis atq; Iudææ, non ſolum ſpiritu, ſed & oculis carnis intuitus eſt: iam decem tribus Iſrael Aſſyrij in Medos tranſtulerãt: iam terras earum: coloniæ gentium poſſidebant. Vnde in Iuda tantum, & in Beniamin prophetauit: & ciuitatis ſuæ ruinas quadruplici planxit alphabeto, quod nos menſuræ metri, uerſibuſq; reddidimus. Præterea ordinem uiſionum qui apud Græcos & Latinos omnino confuſus eſt, ad priſtinam fidem correximus. Librũ autem Baruch notarij eius qui apud Hebræos nec legitur, nec habetur, prætermiſimus: pro his omnibus maledicta ab æmulis præſtolantes, quibus me neceſſe eſt per ſingula opuſcula reſpondere. Et hoc patior: quia uos me cogitis. Cæterum ad compendium mali, rectius fuerat modum furori eorum ſilentio meo ponere, quàm quotidie noui aliquid ſcriptitantem, inuidorum inſaniam prouocare.*

Argumentum in Ieremiam.

IEREMIAS *Anathothites, qui eſt uiculus tribus à Ieroſolymis diſtans millibus, apud Taphnas in Aegypto à populo lapidibus obrutus occubuit. Iacet uerò in eo loco ſepultus, quo dudum Pharao rex habitauerat. Et quoniam poſtulatione ſua defugatis ab eodem loco ſerpentibus, Aegyptios à tactu aſpidum facit eſſe ſecuros, magna eum ibi religione Aegyptij uenerantur.*

Prophetia Ieremiæ.

S. IEREMIAS *adhuc puer Spiritu ſancto repletus mittitur ad prædicandum Ieruſalem deſtructionem ſub nomine uirgæ & ollæ ſuccenſæ.* CAPVT I.

A 
ERBA Ieremiæ filij Helciæ, de ſacerdotibus qui fuerunt in Anathoth, in terra Beniamin. Quod factum eſt verbum Domini ad eum in diebus Ioſiæ filij Amon regis Iuda, in tertiodecimo anno regni eius. Et factũ eſt in diebus Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda, vſque ad con-
Ieremiæ genus. Quo tempore prophetauerit.

ad conſummationem vndecimi anni Sedeciæ filij Ioſiæ regis Iuda, vſq; ad tranſmigrationem Ieruſalem, in menſe quinto. Et factum eſt verbũ Domini ad me, dicẽs, Priuſquàm te formarem in vtero, noui te: & antequam exires de vulua, ſanctificaui te, & prophetam in gẽtibus dedi te. Et dixi, A, a, a, Domine Deus: ecce neſcio loqui, quia puer ego ſum. Et dixit Dominus ad me, Noli dicere, Puer ſum: quoniam ad omnia quæ mittam te, ibis: & vniuerſa quæcunq; mãdauero tibi, loquêris. Ne timeas à facie eorum: quia tecũ ego ſum vt eruã te, dicit Dominus. Et miſit Dominus manũ ſuam, & tetigit os meum: & dixit Dominus ad me, Ecce, dedi verba mea in ore
C tuo: ecce conſtitui te hodie ſuper gentes, & ſuper regna: vt euellas, & deſtruas, & diſperdas, & diſsipes, & ædifices, & plantes. Et factum eſt verbũ Domini ad me, dicens, Quid tu vides Ieremia? Et dixi, Virgam vigilantem ego video. Et dixit Dominus ad me, Bene vidiſti, quia vigilabo ego ſuper verbo meo vt faciam illud. Et factum eſt verbũ Domini ſecundò ad me, dicens, Quid tu vides? Et dixi, Ollam ſuccenſam ego video, & faciem eius à facie aquilonis. Et dixit Dominus ad me, Ab Aquilone pandetur malum ſuper omnes habitatores terræ. quia ecce ego conuocabo omnes cogitationes regnorũ aquilonis, ait Dominus, & venient, & ponent vnuſquiſq; ſolium ſuum in introitu portarum Ieruſalem, & ſuper omnes
D muros eius in circuitu, & ſuper vniuerſas vrbes Iuda. Et loquar iudicia mea cum eis ſuper omnem malitiã eorũ qui dereliquerũt me, & libauerunt dijs alienis, & adorauerũt opus manuum ſuarum. Tu ergo accinge lumbos tuos, & ſurge, & loquere ad eos omnia quæ ego præcipio tibi. Ne formides à facie eorum: nec enim timere te faciam vultum eorum. Ego quippe dedi te hodie in ciuitatem munitam, & in columnam ferream, & in murum æreum ſuper omnem terram, regibus Iuda, principibus eius & ſacerdotibus, & populo terræ. Et bellabunt aduerſum te, & non præualebunt: quia ego tecum ſum, ait Dominus, vt liberem te.

S. INCREPAT *ſacerdotes & paſtores ſuper idõlis ſuis, & Ieruſalem ſuper inobedientia ſua, quòd ſit meretrix & obſtinata, & crudelis in pauperes.* CAPVT. II.

A ET factum eſt verbum Domini ad me, dicẽs, Vade, & clama in auribus Ieruſalem, dicens, Hæc dicit Dominus, Recordatus ſum tui, miſerans adoleſcentiam tuam, & charitatem deſponſationis tuæ, quando ſecuta es me in deſerto, in terra quæ non ſeminatur. Sanctus Iſrael Domino primitiæ frugum eius: omnes qui deuorant eum, delinquunt: mala venient ſuper eos, dicit Dominus. Audite verbũ Domini domus Iacob, & omnes cognationes domus Iſrael. hæc dicit Dominus, Quid inuenerũt patres veſtri in me iniquitatis, quia elongauerunt à me, & ambulauerunt poſt vanitatẽ, & vani facti ſunt? Et non dixerunt,
B Vbi eſt Dominus qui aſcendere nos fecit de terra Aegypti: qui traduxit nos per deſertum, per terram inhabitabilem & inuiam, per terram ſitis & imaginem mortis, per terrã in qua non ambulauit vir, neq; habitauit homo? Et induxi vos in terram Charmeli, vt comederetis fructum eius & bona illius: & ingreſſi contaminaſtis terram meam, & hæreditatem meam poſuiſtis in abominationem. Sacerdotes non dixerunt, Vbi eſt Dominus? & tenentes legem neſcierunt me, & paſtores præuaricati ſunt in me: & prophetæ prophetauerunt in Baal, & idõla ſecuti ſunt. Propterea adhuc iudicio contendam vobiſcum, ait Dominus: & cum filijs veſtris diſceptabo. Tranſi-
C te ad inſulas Cethim, & videte: & in Cedar mittite, & conſyderate vehementer: & videte ſi factũ eſt huiuſcemodi. Si mutauit gens deos ſuos, & certè ipſi non ſunt dij. Populus verò meus mutauit gloriam ſuã in idõlum. Obſtupeſcite cœli ſuper hoc, & portæ eius deſolamini vehementer, dicit Dominus. Duo enim mala fecit populus meus, Me dereliquerunt fontem aquæ viuæ, & foderunt ſibi ciſternas: ciſternas diſſipatas, quæ cõtinere nõ valẽt aquas. Nũquid ſeruus eſt Iſrael, aut vernaculus? quare ergo factus eſt in prædam? Super eũ rugierunt leones, & dederũt vocem ſuam, poſuerunt terrã eius in ſolitudinem. Ciuitates eius exuſtæ ſunt, & non eſt qui habitet in eis. Filij quoq; Mempheos & Taphnes conſtupraue
D runt te vſq; ad verticem. Nunquid non iſtud factum eſt tibi, quia dereliquiſti Dominum Deum tuum eo tempore quo ducebat te per viam? Et nunc quid tibi vis in via Aegypti, vt bibas aquam turbidam? & quid tibi cum via Aſſyriorum, vt bibas aquã fluminis? Arguet te malitia tua, & auerſio tua increpabit te. Scito, & vide quia malum & amarum eſt reliquiſſe te Dominum Deum tuum, & non eſſe timorem mei apud te, dicit Dominus Deus exercituum. A ſeculo confregiſti iu-
E gum meum, rupiſti vincula mea: & dixiſti, Non ſeruiam. In omni enim colle ſublimi, & ſub omni ligno frondoſo tu proſternebaris meretrix. Ego autem plantaui te vineam electam, omne ſemen verum: quomodo ergo conuerſa es mihi in prauum vinea aliena? Si laueris te nitro, & multiplicaueris tibi herbam borith: maculata es in iniquitate tua coram me, dicit Dominus Deus. Quomodo dicis, Nõ ſum polluta, poſt Baalim non ambulaui? Vide vias tuas in conualle, ſcito quid feceris: curſor leuis explicans vias ſuas. Onager aſſuetus in ſolitudine, in deſyderio animæ ſuæ attraxit ventum amoris ſui: nullus auertet eam: omnes qui quærunt eã, non deficient: in menſtruis eius inuenient eam. Prohibe pedem tuum à nuditate, & guttur tuum à ſiti. Et dixiſti, Deſperaui, nequaquã faciã: adamaui quippe alienos, & poſt eos ambulabo. Quomodo confunditur fur quando deprehenditur, ſic confuſi ſunt domus Iſrael, ipſi & reges eorũ, principes & ſacerdotes, & pro-
F phetæ eorum: dicentes ligno, Pater meus es tu: & lapidi, Tu me genuiſti. verterũt ad me tergum, & non faciem: & in tempore afflictionis ſuæ dicent, Surge, & libera nos. Vbi ſunt dij tui quos feciſti tibi? ſurgant, & liberent te in tempore afflictionis tuæ: ſecundum numerũ quippe ciuitatũ tuarum erant dij tui Iuda. Quid vultis mecum iudicio contendere? omnes dereliquiſtis me, dicit Dominus. Fruſtra percuſſi filios veſtros, diſciplinam non receperunt. Deuorauit gladius veſter prophetas veſtros: quaſi leo vaſtator, generatio veſtra. Videte verbum Domini, Nunquid ſolicitudo factus ſum Iſraëli, aut terra ſerotina? quare ergo dixit populus meus. Receſſimus, non veniemus vltrà ad te? Nunquid obliuiſcetur virgo
G ornamenti ſui, aut ſponſa faſciæ pectoralis ſuæ? populus verò meus oblitus eſt mei diebus innumeris. Quid niteris bonam oſtendere viam tuam ad quærendam dilectionem, quæ inſuper & malitias tuas docuiſti vias tuas, & in alijs tuis inuentus eſt ſanguis animarum pauperum & innocentum? Non in foſſis inueni eos, ſed in omnibus quæ ſuprà memoraui. Et dixiſti, Abſq; peccato & innocens ego ſum: & propterea auertatur furor tuus à me. Ecce, ego iudicio contendam tecum, eò quòd dixeris, Non peccaui. Quàm vilis facta es nimis, iterans vias tuas: & ab Aegypto confundêris, ſicut confuſa es ab Aſſur. Nam & ab iſta egredieris, & manus tuæ erũt ſuper caput tuum: quoniam obtriuit Dominus confidentiam tuam, & nihil habebis proſperum.

Infra 3 b
Iſa. 5 a
Mat. 21 d
Infra 11 c

S. DOMINVS *Iudæis comminatur excidium quia uocationẽ ſuã neglexerunt, atq; omnem poteſtatem, & imperiũ ad pœnitentiam reuocat, & à pœna captiuitatis promittit eos liberandos.*

CAPVT III.

A VVlgo dicitur, Si dimiſerit vir vxorem ſuã, & recedens ab eo, duxerit virum alterum: nunquid reuertetur ad eam vltrà? nunquid non polluta, & cõtaminata erit mulier illa? Tu autem fornicata es cum amatoribus multis: tamen reuertere ad me, dicit Dominus. Leua oculos tuos in directum, & vide vbi non proſtrata ſis: in vijs ſedebas, expectans eos quaſi latro in ſolitudine: & polluiſti terram in fornicationibus tuis, & in malitijs tuis.

Quam

Quam ob rem prohibitæ ſunt ſtillæ pluuiarum, & ſerotinus imber non fuit: frons mulieris meretricis facta eſt tibi, noluiſti erubeſcere. Ergo ſaltem àmodo voca me, Pater meus, dux virginitatis meæ tu es, Nũquid iraſcêris in perpetuũ, aut perſeuerabis in finem? Ecce, locuta es, & feciſti mala, & potuiſti. Et dixit Dominus ad me in diebus Ioſiæ regis, Nunquid vidiſti quæ fecerit auerſatrix Iſrael? abijt ſibimet ſuper omnem montem excelſum, & ſub omni ligno frondoſo, & fornicata eſt ibi. Et dixi cũ feciſſet hæc omnia, Ad me reuertere: & non eſt reuerſa. Et vidit præuaricatrix ſoror eius Iuda, quia pro eo quòd mœchata eſſet auerſatrix Iſrael, dimiſiſſem eã, & dediſſem ei libellum repudij: & non timuit præuaricatrix Iuda ſoror eius, ſed abijt, & fornicata eſt etiã ipſa. Et facilitate fornicationis ſuæ contaminauit terram, & mœchata eſt cũ lapide & ligno. Et in omnibus his non eſt reuerſa ad me præuaricatrix ſoror eius Iuda in toto corde ſuo, ſed in mendacio, ait Dominus. Et dixit Dominus ad me, Iuſtificauit animã ſuam auerſatrix Iſrael, comparatione præuaricatricis Iudæ. Vade, & clama ſermones iſtos cõtra aquilonem, & dices, Reuertere auerſatrix Iſrael, ait Dominus: & non auertã faciem meam à vobis: quia ſanctus ego ſum, dicit Dominus, & non iraſcar in perpetuũ. Veruntamen ſcito iniquitatem tuam, quia in Dominum Deũ tuum præuaricata es: & diſperſiſti vias tuas alienis ſub omni ligno frondoſo, & vocem meam non audiſti, ait Dominus. Conuertimini filij reuertẽtes, dicit Dominus: quia ego vir veſter: & aſſumam vos vnum de ciuitate, & duos de cognatione: & introducam vos in Sion. Et dabo vobis paſtores iuxta cor meũ, & paſcent vos ſcientia & doctrina. Cumq; multiplicati fueritis, & creueritis in terra in diebus illis, ait Dominus: non dicent vltrà, Arca teſtamenti Domini: neq; aſcendet ſuper cor, neque recordabuntur illius, nec viſitabitur, nec fiet vltra. In tempore illo vocabunt Ieruſalem Solium Domini: & congregabuntur ad eam omnes gentes in nomine Domini in Ieruſalem, & nõ ambulabunt poſt prauitatem cordis ſui peſsimi. In diebus illis ibit domus Iuda ad domũ Iſrael, & venient ſimul de terra aquilonis ad terrã quam dedi patribus veſtris. Ego autem dixi, Quomodo ponam te in filios, & tribuam tibi terram deſyderabilem, hæreditatẽ præclaram exercituum gentium? Et dixi, Patrem vocabis me, & poſt me ingredi non ceſſabis. Sed quo modo ſi contemnat mulier amatorem ſuum: ſic contempſit me domus Iſrael, dicit Dominus. Vox in vijs audita eſt, ploratus, & vlulatus filiorũ Iſrael: quoniam iniquam fecerunt viam ſuam, obliti ſunt Domini Dei ſui. Conuertimini filij reuertentes, & ſanabo auerſiones veſtras. Ecce, nos venimus ad te: tu enim es Dominus Deus noſter. Verè mendaces erant colles, & multitudo montium: verè in Domino Deo noſtro ſalus Iſrael. Confuſio comẽdit laborem patrum noſtrorum ab adoleſcentia noſtra, greges eorum & armenta eorum, filios eorum & filias eorum. Dormiemus in confuſione noſtra, & operiet nos ignominia noſtra: quoniam Domino Deo noſtro peccauimus nos, & patres noſtri ab adoleſcentia noſtra vſq; ad diem hanc: & non audiuimus vocem Domini Dei noſtri.

Supra 2 d

S. NISI Iſrael conuertatur ad Dominum & circuncidatur corde, grauia illi imminent ab Aquilone incommoda, de cuius excidio propheta gemit. CAPVT IIII.

SI reuertêris Iſrael, ait Dominus, ad me conuertere. Si abſtuleris offendicula tua à facie mea, non commoueberis. Et iurabis Viuit Dominus, in veritate, & iudicio, & in iuſtitia: & benedicent eum gentes, ipſumq; laudabunt. Hæc enim dicit Dominus viro Iuda, & Ieruſalem, Nouate vobis nouale, & nolite ſerere ſuper ſpinas: circuncidimini Domino, & auferte præputia cordium veſtrorum viri Iuda, & habitatores Ieruſalem: ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & ſuccendatur, & non ſit qui extinguat: propter malitiam cogitationum veſtrarum,

Oſee 10 d

Annuntiate in Iuda, & in Ieruſalem auditum facite: loquimini, & canite tuba in terra: clamate fortiter, & dicite, Congregamini, & ingrediamur ciuitates munitas, leuate ſignum in Sion. Confortamini, nolite ſtare, quia malum ego adduco ab aquilone, & contritionem magnã. Aſcendit leo de cubili ſuo, & prædo gẽtium ſe leuauit: egreſſus eſt de loco ſuo, vt ponat terram tuam in ſolitudinem: ciuitates tuæ vaſtabuntur, remanentes abſq; habitatore. Super hoc accingite vos cilicijs, plangite, & vlulate: quia nõ eſt auerſa ira furoris Domini à nobis. Et erit in die illa, dicit Dominus, Peribit cor regis, & cor principum: & obſtupeſcent ſacerdotes, & prophetæ conſternabuntur. Et dixi, Heu heu heu Domine Deus, ergóne decepiſti populum iſtum, & Ieruſalẽ, dicens, Pax erit vobis: & ecce peruenit gladius vſq; ad animam? In tempore illo dicetur populo huic, & Ieruſalem, Ventus vrens in vijs quæ ſunt in deſerto viæ filiæ populi mei, non ad ventilandum, & ad purgandũ. Spiritus plenus ex his veniet mihi: & nunc ego loquar iudicia mea cum eis. Ecce, quaſi nubes aſcendet, & quaſi tempeſtas currus eius: velociores aquilis equi illius. væ nobis, quoniam vaſtati ſumus. Laua à malitia cor tuũ Ieruſalem, vt ſalua fias: vſquequo morabuntur in te cogitationes noxiæ? Vox enim annuntiantis à Dan, & notũ facientis idôlum de monte Ephráim. Dicite gentibus, Ecce auditum eſt in Ieruſalem cuſtodes venire de terra longinqua, & dare ſuper ciuitates Iuda vocem ſuam. Quaſi cuſtodes agrorum facti ſunt ſuper eam in gyro: quia me ad iracũdiam prouocauit, dicit Dominus. Viæ tuæ, & cogitationes tuæ fecerũt hæc tibi: iſta malitia tua, quia amara, quia tetigit cor tuum. Ventrem meũ, ventrem meum doleo, ſenſus cordis mei turbati ſunt in me: non tacebo, quoniam vocẽ buccinæ audiuit anima mea clamorẽ prælij. Contritio ſuper contritionem vocata eſt: & vaſtata eſt omnis terra. Repente vaſtata ſunt tabernacula mea, ſubito pelles meæ. Vſquequo videbo fugientem, audiam vocem buccinæ? Quia ſtultus populus meus me non cognouit: filij inſipientes ſunt, & vecordes: ſapientes ſunt vt faciant mala, bene autem facere neſcierunt. Aſpexi terram, & ecce vacua erat, & nihili: & cœlos, & nõ erat lux in eis. Vidi montes, & ecce mouebãtur: & omnes colles conturbati ſunt. Intuitus ſum, & nõ erat homo: & omne volatile cœli receſsit. Aſpexi, & ecce Charmelus deſertus: & omnes vrbes eius deſtructæ ſunt à facie Domini. & à facie iræ furoris eius. Hæc enim dicit Dominus, Deſerta erit omnis terra, ſed tamen conſummationem nõ faciam. Lugebit terra. & mœrebunt cœli déſuper: eò quòd locutus ſum. Cogitaui, & non pœnituit me, nec auerſus ſum ab eo. A voce equitis, & mittentis ſagittam fugit omnis ciuitas: ingreſſi ſunt ardua, & aſcenderunt rupes: vniuerſæ vrbes derelictæ ſunt, & non habitat in eis homo. Tu autem vaſtata quid facies? cum veſtieris te coccino, cum ornata fueris monili aureo, & pinxeris ſtibio oculos tuos: fruſtra componêris, contempſerunt te amatores tui, animam tuam quærent. Vocem enim quaſi parturiẽtis audiui, anguſtias vt puerperæ. Vox filiæ Sion inter morientes, expandentesq; manus ſuas. Væ mihi quia defecit anima mea propter interfectos.

Supra 14

Sapien. 15

S. QVAERENS Dominus in magiſtratu & plebe fidem & non inueniens, minatur illis exitium ob ſcelerum frequentiam. CAPVT V.

CIrcuite vias Ieruſalem, & aſpicite, & conſyderate, & quærite in plateis eius, an inueniatis virum facientem iudicium, & quærentẽ fidem: & propitius ero ei. Quòd ſi etiam Viuit Dominus, dixerint: & hoc falsò iurabunt. Domine oculi tui reſpiciunt fidem: percuſsiſti eos, & non doluerunt: attriuiſti eos, & renuerunt accipere diſciplinam: indurauerunt facies ſuas ſupra petram, & noluerunt reuerti. Ego autem dixi, Forſitan pauperes ſunt, & ſtulti, ignorantes viam Domini, iudicium Dei ſui. Ibo igitur ad optimates, & loquar eis: ipſi enim cognouerunt viam

B viam Domini, iudicium Dei sui. & ecce, magis hi simul confregerunt iugum, ruperunt vincula. Idcirco percussit eos leo de sylua, lupus ad vesperam vastauit eos, pardus vigilãs super ciuitates eorum. Omnis qui egressus fuerit ex eis, capietur: quia multiplicatæ sunt præuaricationes eorũ, confortatæ sunt auersiones eorum. Super quo propitius tibi esse potero? Filij tui dereliquerunt me, & iurant in his qui non sunt dij. Saturaui eos, & mœchati sunt, & in domo meretricis luxuriabãtur.

C Equi amatores, & emissarij facti sunt: vnusquisq; ad vxorem proximi sui hinniebat. Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? & in gente tali non vlciscetur anima mea? Ascendite muros eius, & dissipate, consummationẽ autẽ nolite facere: auferte propagines eius, quia non sunt Domini. Præuaricatione enim præuaricata est in me domus Israel, & domus Iuda, ait Dominus. Negauerunt Dominum, & dixerũt, Non est ipse: neq; veniet super nos malũ: gladium & famen nõ videbimus. Prophetæ fuerunt in ventum locuti, & responsum

D non fuit in eis: hæc ergo euenient illis. Hæc dicit Dominus Deus exercituũ, Quia locuti estis verbum istud: ecce ego do verba mea in ore tuo in ignem, & populum istum in ligna, & vorabit eos. Ecce ego adducã super vos gentẽ de longinquo domus Israel, ait Dominus: gentem robustam, gentem antiquam, gentem cuius ignorabis linguã, nec intelliges quid loquatur. Pharetra eius quasi sepulchrũ patens, vniuersi fortes. Et comedet segetes tuas, & panem tuũ: deuorabit filios tuos

E & filias tuas: comedet gregem tuum, & armenta tua: comedet vineam tuam, & ficum tuam: & conteret vrbes munitas tuas, in quibus tu habes fiduciam, gladio. Veruntamen in diebus illis, ait Dominus, non faciam vos in cõsummationem. Quòd si dixeritis, Quare fecit nobis Dominus Deus noster hæc omnia? dices ad eos, Sicut dereliquistis me, & seruistis Deo alieno in terra vestra, sic seruietis alienis in terra non vestra. Annuntiate hæc domui Iacob, & auditũ facite in Iuda, dicentes, Audi populе stulte, qui non habes cor: qui habentes oculos non videtis: & aures, & non auditis: Me ergo non timebitis, ait Dominus: & à facie mea non dolebitis? Qui posui arenam terminum mari, præceptũ sempiternum quod non præteribit: & commouebuntur, & non poterunt: & intumescent fluF ctus eius, & non transibunt illud: populo autem huic factum est cor incredulum & exasperans: recesserunt & abierunt. Et non dixerunt in corde suo, Metuamus Dominũ Deum nostrum, qui dat nobis pluuiam temporaneam & serotinam in tempore suo: plenitudinem annuæ messis custodientem nobis. Iniquitates vestræ declinauerunt hæc: & peccata vestra prohibuerunt bonũ à vobis: quia inuenti sunt in populo meo

G impij, insidiantes quasi aucupes, laqueos ponentes & pedicas ad capiendos viros. Sicut decipula plena auibus, sic domus eorum plenæ dolo: ideo magnificati sunt & ditati. Incrassati sunt & impinguati: & præterierũt sermones meos pessime. Causam non iudicauerunt, causam pupilli non direxerunt, & iudicium pauperum non iudicauerunt. Nunquid super his non visitabo, dicit Dominus? aut super gentem huiusce modi non vlciscetur anima mea? Stupor & mirabilia facta sunt in terra: prophetæ prophetabant mendacium, & sacerdotes applaudebant manibus suis: & populus meus dilexit talia: quid igitur fiet in nouissimo eius?

S. Assyriorum in Iudæam aduentus, & populi in Assyriam transmigratio atq; sacrificiorum reiectio propter populi fraudes & auaritiam, Dei contemptũ, & uerbi eius negligẽtiam à propheta prænuntiantur. CAPVT VI.

A CONfortamini filij Beniamin in medio Ierusalem, & in Thecua clangite buccina, & super Bethacarem leuate vexillũ: quia malũ visum est ab aquilone, & cõtritio magna. Speciosæ & delicatæ assimilaui filiam Sion. Ad eam venient pastores, & greges eorũ: fixerunt in ea tentoria in circuitu: pascet vnusquisq; eos qui sub manu sua sunt. Sanctificate super eam bellũ: consurgite, & ascẽdamus in meridie. Væ nobis, quia declinauit dies, quia longiores factæ sunt vmbræ vesperi. Surgite, & ascendamus

B in nocte, & dissipemus domos eius. Quia hæc dicit Dominus exercituum, Cædite lignum eius, & fundite circa Ierusalem aggerem: hæc est ciuitas visitationis, omnis calumnia in medio eius. Sicut frigidam facit cisterna aquã suam: sic frigidam fecit malitiam suam: iniquitas & vastitas audietur in ea, coram me semper infirmitas & plaga. Erudire Ierusalem, ne fortè recedat anima mea à te, ne fortè ponam te desertam terram inhabitabilem. Hæc dicit Dominus exercituũ, Vsq; ad racemũ

C colligent quasi in vinea reliquias Israel: conuerte manũ tuam, quasi vindemiator ad cartallum. Cui loquar? & quem contestabor, vt audiat? ecce, incircuncisæ aures eorum, & audire nõ possunt. Ecce verbũ Domini factum est eis in opprobrium: & non suscipient illud. Idcirco furore Domini plenus sum, & laboraui sustinens: effunde super paruulũ foris, & super consilium iuuenũ simul: vir enim cũ muliere capietur, senex cum pleno dierum. Et transibunt domus eorum ad alteros, agri & vxores pariter: quia extendam manum meam super habitantes terrã, dicit Dominus. A minore quippe vsq; ad maiorem *Isa. 56 d* omnes auaritiæ student: & à propheta vsq; ad sacerdotẽ cun- *Infra 8 d* cti faciunt dolum. Et curabant contritionem filiæ populi mei

D cum ignominia, dicentes, Pax, pax: & non erat pax. Confusi sunt, quia abominationem fecerunt: quin potius confusione non sunt confusi, & erubescere nescierunt. Quam ob rem cadent interruentes: in tempore visitationis suæ corruent, dicit Dominus. Hæc dicit Dominus, State super vias, & videte, & interrogate de semitis antiquis, quæ sit via bona, & ambulate in ea: & inuenietis refrigerium animabus vestris. Et dixerunt, *Matt. 11 d* Non ambulabimus. Et constitui super vos speculatores, Au-

E dite vocem tubæ. Et dixerunt, Non audiemus. Ideò audite gentes, & cognosce congregatio, quanta ego faciam eis. Audi terra, Ecce ego adducam mala super populũ istum, fructum cogitationum eius: quia verba mea non audierunt, & legem meam proiecerunt. Vt quid mihi thus de Saba affertis, & calamum suaue olentem de terra longinqua? holocautomata vestra non sunt accepta, & victimæ vestræ non placuerunt mihi. Propterea hæc dicit Dominus, Ecce ego dabo in populũ istũ ruinas, & ruent in eis patres & filij simul, vicinus & pro-

F ximus, & peribunt. Hæc dicit Dominus, Ecce populus veniet de terra aquilonis, & gens magna consurget à finibus terræ. Sagittam & scutum arripiet: crudelis est, & non miserebitur. vox eius quasi mare sonabit: & super equos ascendent, præparati quasi vir ad prælium, aduersum te filia Sion. Audiuimus famam eius, dissolutæ sunt manus nostræ: tribulatio apprehendit nos, dolores vt parturientem. Nolite exire ad agros, & in via ne ambuletis: quoniam gladius inimici pa-

G uor in circuitu. Filia populi mei accingere cilicio, & conspergere cinere: luctum vnigeniti fac tibi planctum amarum, quia repente veniet vastator super nos. Probatorem dedi te in populo meo robustum: & scies, & probabis vias eorum. Omnes isti principes declinantes, ambulantes fraudulenter, æs & ferrum: vniuersi corrupti sunt. Defecit sufflatoriũ, in igne consumptum est plumbum, frustra conflauit conflator: malitiæ enim eorum non sunt consumptæ. Argentum reprobum vocate eos, quia Dominus proiecit illos.

S. Propheta ad palàm prædicandum mittitur, quòd populus quasi insanos haberet Dei prophetas: pro quo orare prohibet, illius reprobans sacrificia. CAPVT VII.

A VErbum quod factum est ad Ieremiam à Domino, dicens, Sta in porta domus Domini, & prædica ibi verbum istud, & dic, Audite verbum Domini omnis Iuda, qui ingredimini per portas has vt adoretis Dominũ. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Bonas facite vias vestras, & studia vestra: & habitabo

vobiſcum in loco iſto. Nolite confidere in verbis mendacij,
Infra 28 d dicentes, Templum Domini, templum Domini, templum
Domini eſt. Quoniam ſi benedixeritis vias veſtras & ſtudia
B veſtra: ſi feceritis iudiciũ inter virum & proximũ eius, aduenæ & pupillo & viduæ non feceritis calumniam, nec ſanguinem innocentem effuderitis in loco hoc, & poſt deos alienos non ambulaueritis in malum vobiſmetipſis: habitabo vobiſcum in loco iſto, in terra quam dedi patribus veſtris à ſeculo vſq; in ſeculũ. Ecce, vos confiditis vobis in ſermonibus mendacij, qui non proderũt vobis. Furari, occidere, adulterari, iurare mendaciter, libare Baalim, & ire poſt deos alienos quos ignoratis. Et veniſtis, & ſtetiſtis corã me in domo hac, in qua
Matt. 21 b inuocatum eſt nomen meum, & dixiſtis, Liberati ſumus, eo
Mar. 11 c quòd fecerimus omnes abominationes iſtas. Nunquid ergo
Luc. 19 g ſpelunca latronum facta eſt domus iſta, in qua inuocatum eſt
C nomen meum in oculis veſtris? Ego ego ſum: ego vidi, dicit Dominus. Ite ad locum meum in Silo, vbi habitauit nomen meum à principio: & videte quæ fecerim ei propter malitiã populi mei Iſrael. Et nunc quia feciſtis omnia opera hæc, dicit Dominus: & locutus ſum ad vos mane conſurgens, & lo-
Prouer. 1 c quens, & non audiſtis: & vocaui vos, & non reſpondiſtis: Fa-
Iſa. 65 b ciam domui huic, in qua inuocatũ eſt nomen meum, & in qua
1. Reg. 4 b vos habetis fiduciam: & loco quem dedi vobis, & patribus veſtris, ſicut feci Silo: & proijciam vos à facie mea, ſicut proieci
D omnes fratres veſtros vniuerſum ſemen Ephráim. Tu ergo
Infra 14 b noli orare pro populo hoc, nec aſſumas pro eis laudẽ & orationem, & non obſiſtas mihi: quia non exaudiam te. Nónne vides quid iſti faciunt in ciuitatibus Iuda, & in platéis Ieruſalem? filij colligunt ligna, & patres ſuccendunt ignem, & mulieres conſpergunt adipem, vt faciant placentas reginæ cœli,
Infra 44 c & libent dijs alienis, vt me ad iracundiam prouocent. Nũquid me ad iracundiam prouocant, dicit Dominus? nónne ſemetipſos in confuſionem vultus ſui? Ideò hæc dicit Dominus Deus, Ecce furor meus, & indignatio mea conflatur ſuper locum iſtum, ſuper viros, & ſuper iumenta, & ſuper lignum regionis, & ſuper fruges terræ, & ſuccendetur, & nõ extingue-
E tur. Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael, Holocauſtomata veſtra addita victimis veſtris, & comedite carnes: quia non ſum locutus cum patribus veſtris, & non præcepi eis in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de verbo holocauſtomatum & victimarum. ſed hoc verbũ præcepi eis, dicens, Audite vocem meam, & ero vobis Deus, & vos eritis mihi populus: & ambulate in omni via quam mandaui vobis, vt bene ſit vobis. Et non audierunt, nec inclinauerũt aurem ſuam: ſed abierunt in volũtatibus & in prauitate cordis ſui mali: factiq; ſunt
F retrorſum & non in antè, à die qua egreſsi ſunt patres eorum de terra Aegypti, vſq; ad diem hanc. Et miſi ad vos omnes ſeruos meos prophetas per diem, conſurgens diluculo, & mit-
Infra 16 c tens. Et non audierunt me, nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed indurauerunt ceruicem ſuam: & peius operati ſunt, quàm patres eorum. Et loquêris ad eos omnia verba hæc, & non audient te: & vocabis eos, & non reſpondebunt tibi. Et dices ad eos, Hæc eſt gens quæ non audiuit vocem Domini Dei ſui, nec recepit diſciplinam. Perijt fides, & ablata eſt de ore eorũ. Tonde capillũ tuum & proijce, & ſume in directũ plãctum: quia proiecit Dominus, & reliquit generationem furoris ſui, quia fecerunt filij Iuda malum in oculis meis, dicit Dominus.
G Poſuerunt offendicula ſua in domo in qua inuocatũ eſt nomen meum, vt polluerent eam: & ædificauerunt excelſa Topheth, quæ eſt in valle filij Ennom: vt incenderent filios ſuos, & filias ſuas igni: quæ nõ præcepi nec cogitaui in corde meo. Ideò ecce dies veniẽt, dicit Dominus, & non dicetur amplius, Topheth & vallis filij Ennom: ſed vallis interfectionis: & ſepelient in Topheth, eo quòd non ſit locus. Et erit morticinũ populi huius in cibũ volucribus cœli & beſtijs terræ, & non
Ezec. 16 c erit qui abigat. Et quieſcere faciam de vrbibus Iuda, & de platéis Ieruſalẽ vocem gaudij & vocem lætitiæ, vocem ſponſi & vocem ſponſæ: in deſolatione enim erit terra.

S. QVONIAM populus ad prophetarum uoc[illegible] uoluit, comminatur Dominus reſiduis captiuitatem, & ciuitatis afflictionem.

CAPVT VIII.

A IN illo tempore, ait Dominus, Eijcient oſſa regis Iuda, & oſſa principũ eius & oſſa ſacerdotum, & oſſa prophetarũ, & oſſa eorum qui habitauerunt Ieruſalem, de ſepulchris ſuis: Et expandent ea ad ſolem, & lunam, & omnem militiam cœli quæ dilexerunt, & quibus ſeruierunt, & poſt quæ ambulauerũt, & quæ quæſierunt & adorauerunt. Non colligentur, & non ſepelientur: in ſterquilinium ſuper faciẽ terræ erunt. Et eligent magis mortem quàm vitã omnes qui reſidui fuerint de cognatione hac
B peſsima in vniuerſis locis quæ derelicta ſunt, ad quę eieci eos, dicit Dominus exercituum. Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus, Nunquid qui cadet, non reſurget? & qui auerſus eſt, non reuertetur? Quare ergo auerſus eſt populus iſte in Ieruſalem auerſione contentioſa? Apprehenderunt mendacium, & noluerunt reuerti. Attendi, & auſcultaui: nemo quod bonum eſt loquitur, nullus eſt qui agat pœnitentiam ſuper peccato ſuo, dicens, Quid feci? Omnes conuerſi ſunt ad curſum ſuũ, quaſi equus impetu vadens ad prælium. Miluus in cœlo cognouit
C tempus ſuum: turtur, & hirundo, & ciconia cuſtodierũt tempus aduentus ſui: populus autem meus non cognouit iudiciũ Domini. Quomodo dicitis, Sapientes nos ſumus, & lex Domini nobiſcum eſt? Verè mendaciũ operatus eſt ſtylus mendax ſcribarum. Confuſi ſunt ſapiẽtes, perterriti & capti ſunt: verbum enim Domini proiecerunt, & ſapientia nulla eſt in eis. Propterea dabo mulieres eorum exteris, agros eorũ hæredibus: quia à minimo vſq; ad maximum omnes auaritiam Eſa. 56 d
ſequuntur: à propheta vſq; ad ſacerdotem cuncti faciũt men- Infra 6 c
D dacium. Et ſanabant contritionem filiæ populi mei ad ignominiam dicentes, Pax, pax: cum non eſſet pax. Confuſi ſunt, quia abominationem fecerunt: quinimo confuſione non ſunt confuſi, & erubeſcere neſcierunt: idcirco cadent inter corruentes, in tẽpore viſitationis ſuæ corruent, dicit Dominus, Congregans congregabo eos, ait Dominus. Non eſt vua in vitibus, & non ſunt ficus in ficulnea, folium defluxit: & dedi eis
E quæ prætergreſſa ſunt. Quare ſedemus? Conuenite & ingrediamur ciuitatem munitam, & ſileamus ibi: quia Dominus Deus noſter ſilere nos fecit, & potum dedit nobis aquam fellis: peccauimus enim Domino. Expectauimus pacem, & nõ Infra 14 d
erat bonum: tempus medelæ, & ecce formido. A Dan auditus eſt fremitus equorum eius, à voce hinnituũ pugnatorum eius commota eſt omnis terra. Et venerunt, & deuorauerunt
F terram, & plenitudinem eius: vrbem & habitatores eius. Quia ecce ego mittam vobis ſerpentes regulos, quibus non eſt incantatio: & mordebunt vos, ait Dominus. Dolor meus ſuper dolorem: in me cor meum mœrens. Ecce, vox clamoris filiæ populi mei de terra longinqua, Nunquid Dominus non eſt
G in Sion: aut rex eius non eſt in ea? Quare ergo me ad iracundiam concitauerunt in ſculptilibus ſuis, & in vanitatibus alienis? Tranſijt meſsis, finita eſt æſtas: & nos ſaluati non ſumus. Super contritione filiæ populi mei contritus ſum & contriſtatus, ſtupor obtinuit me. Nunquid reſina non eſt in Galaad? aut medicus non eſt ibi? quare igitur non eſt obducta cicatrix filiæ populi mei?

S. PLANCTVS ſuper populi excidio propter eius flagitia: in ſolo igitur Deo gloriãdum & cor à ſuperfluis circuncidendum.

CAPVT IX.

A QVis dabit capiti meo aquam, & oculis meis fontem lachrymarum: & plorabo die ac nocte interfectos filiæ populi mei? Quis dabit me in ſolitudine diuerſorium viatorum: & derelinquam populum meum, & recedam ab eis? quia omnes adulteri ſunt, &
cœtus

cœtus præuaricatorũ. Et extenderũt linguam ſuam quaſi arcum mendacij & non veritatis: confortati ſunt in terra, quia de malo ad malum egreſſi ſunt, & me non cognouerunt, dicit
B Dominus. Vnuſquiſq; ſe à proximo ſuo cuſtodiat, & in omni fratre ſuo non habeat fiduciã: quia omnis frater ſupplantans ſupplantabit, & omnis amicus fraudulenter incedet. Et vir fratrem ſuum deridebit, & veritatem non loquentur: docuerunt enim linguam ſuã loqui mendaciũ: vt inique agerent laborauerunt. Habitatio tua in medio doli: in dolo renuerunt ſcire me, dicit Dominus. Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Ecce ego conflabo & probabo eos: quid enim aliud
C faciam à facie filiæ populi mei? Sagitta vulnerans lingua eorum, dolum locuta eſt. In ore ſuo pacem cum amico ſuo loquitur, & occultè ponit ei inſidias. Nunquid ſuper his non viſitabo, dicit Dominus? aut in gente huiuſcemodi non vlciſcetur anima mea? Super montes aſſumã fletum ac lamentũ, & ſuper ſpecioſa deſerti planctũ: quoniã incenſa ſunt, eo quòd non ſit vir pertranſiens: & non audierunt vocem poſſidentis: à volucre cœli vſq; ad pecora tranſmigrauerunt & receſſerũt. Et dabo Ieruſalem in aceruos arenæ, & cubilia draconum: & ciuitates Iuda dabo in deſolationem, eo quòd non ſit habita-
D tor. Quis eſt vir ſapiens qui intelligat hoc, & ad quem verbũ oris Domini fiat vt annũtiet iſtud quare perierit terra, & exuſta ſit quaſi deſertũ, eo quòd non ſit qui pertranſeat? Et dixit Dominus, Quia dereliquerunt legem meã, quam dedi eis, & non audierũt vocem meã, & non ambulauerunt in ea: & abierunt poſt prauitatem cordis ſui, & poſt Baalim, quod didicerunt à patribus ſuis. Idcirco hæc dicit Dominus exercituum
E Deus Iſrael, Ecce ego cibabo populũ iſtum abſinthio, & potum dabo eis aquam fellis: & diſpergam eos in gentibus, quas non nouerũt ipſi & patres eorũ, & mittam poſt eos gladium donec conſumantur. Hæc dicit Dominus exercituum. Contemplamini, & vocate lamentatrices, vt veniant: & ad eas quæ ſapientes ſunt, mittite, & properent: feſtinent, & aſſumãt ſuper nos lamentum. Deducant oculi noſtri lachrymas, & palpebræ noſtræ defluant aquis: quia vox lamentationis audita
F eſt de Sion, Quomodo vaſtati ſumus & confuſi vehementer? quia dereliquimus terram, quoniam deiecta ſunt tabernacula noſtra. Audite ergo mulieres verbum Domini, & aſſumant aures veſtræ ſermonẽ oris eius: & docete filias veſtras lamentum, & vnaquæq; proximã ſuam planctũ: quia aſcendit mors per feneſtras noſtras, ingreſſa eſt domos noſtras, diſperdere paruulos de foris, iuuenes de platéis. Loquere, Hæc dicit Dominus, Et cadet morticiniũ hominis quaſi ſtercus ſuper faciẽ regionis, & quaſi fœnũ poſt tergum metentis, & non eſt qui
G colligat. Hæc dicit Dominus, Non glorietur ſapiẽs in ſapientia ſua, & nõ glorietur fortis in fortitudine ſua, & non glorietur diues in diuitijs ſuis: ſed in hoc glorietur, qui gloriatur ſcire & noſſe me quia ego ſum Dominus qui facio miſericordiã & iudiciũ & iuſtitiam in terra. hæc enim placent mihi, ait Dominus. Ecce dies venient, dicit Dominus: & viſitabo ſuper omnem qui circunciſum habet præputium, ſuper Aegyptũ, & ſuper Iudam, & ſuper Edom, & ſuper filios Ammon, & ſuper Moab, & ſuper omnes qui attonſi ſunt in comam, habitantes in deſerto: quia omnes gentes habent præputium, omnis autem domus Iſrael incircunciſi ſunt corde.

S. INANIS *metus conſtellationum, & aliorum idôlorũ, cum ſint imbecilla, & Deus cœli ſolus, & uerus Deus, hominũ uias ſemper dirigens.* CAPVT X.

AVdite verbum quod locutus eſt Dominus ſuper vos domus Iſrael. Hæc dicit Dominus, Iuxta vias gentiũ nolite diſcere, & à ſignis cœli nolite metuere, quæ timent gentes: quia leges populorum vanæ ſunt. Quia lignum de ſaltu præcîdit opus manus artificis in aſcia. Argento & auro decorauit illud: clauis & malleis compegit. vt nõ diſſoluatur, In ſimilitudinem palmæ fabricata ſunt, & nõ loquentur: portata tollentur: quia incedere nõ valent. Nolite ergo timere ea, quia nec male poſſunt fa- *Sapien. 14*
cere, nec bene. Non eſt ſimilis tui Domine: magnus es tu, & magnum nomen tuum in fortitudine. Quis non timebit te ô
B rex gentium? Tuum eſt enim decus. Inter cunctos ſapientes *Apoc. 15 b*
gentium, & in vniuerſis regnis eorũ nullus eſt ſimilis tui. Pariter inſipientes & fatui probabuntur: doctrina vanitatis eorũ lignum eſt. Argentũ inuolutũ, de Tharſis affertur, & aurũ de Ophaz: opus artificis, & manus ærarij: hyacinthus & purpura indumentũ eorum. opus artificũ vniuerſa hæc. Dominus autem Deus verus eſt: ipſe Deus viuẽs, & rex ſempiternus. Ab indignatione eius cõmouebitur terra: & non ſuſtinebũt gentes comminationem eius. Sic ergo dicetis eis, dij qui cœlos & terram non fecerunt, pereant de terra & de his quæ ſub cœlo ſunt. Quj facit terram in fortitudine ſua, præparat orbem in *Infra 51 b*
C ſapientia ſua, & prudentia ſua extẽdit cœlos. Ad vocem ſuam dat multitudinem aquarum in cœlo, & eleuat nebulas ab extremitatibus terræ: fulgura in pluuiam facit, & educit ventum de theſauris ſuis. Stultus factus eſt omnis homo à ſciẽtia, con- *Pſal. 134 b*
fuſus eſt artifex omnis in ſculptili: quoniam falſum eſt quod conflauit, & nõ eſt ſpiritus in eis. Vana ſunt, & opus riſu dignum: in tempore viſitationis ſuæ peribũt. Non eſt his ſimilis pars Iacob: qui enim formauit omnia, ipſe eſt: & Iſrael virga hæreditatis eius: Dominus exercituũ nomen illi. Congrega de terra confuſionem tuam, quæ habitas in obſidione: quia hæc dicit Dominus, Ecce, ego longè proijciã habitatores terræ in hac vice: & tribulabo eos, ita vt nõ inueniantur. Væ mihi ſuper contritione mea, peſsima plaga mea. Ego autẽ dixi,
D Planè hæc infirmitas mea eſt, & portabo illam. Tabernaculũ meum vaſtatum eſt, omnes funiculi mei dirupti ſunt: filij mei exierunt à me, & non ſubſiſtunt: non eſt qui extendat vltrà tentoriũ meum, & erigat pelles meas. Quia ſtultè egerunt paſtores, & Dominũ non quæſierunt: propterea nõ intellexerunt, & omnis grex eorũ diſperſus eſt. Vox auditionis ecce venit, & commotio magna de terra aquilonis: vt ponat ciuitates Iuda in ſolitudinem, & habitaculum draconum. Scio Do- Dei eſt homi-
mine quia non eſt hominis via eius, nec viri eſt vt ambulet, & nis viã di-
dirigat greſſus ſuos. Corripe me Domine, veruntamen in iu- rigere
dicio, & nõ in furore tuo, ne fortè ad nihilũ redigas me. Effun- [redacted]
de indignationem tuam ſuper gentes quæ non cognouerunt [redacted]
te, & ſuper prouincias quæ nomen tuum non inuocauerunt: *Pſalm. 6 a*
quia comederunt Iacob, & deuorauerũt eum, & conſumpſe- *Pſal. 78 b*
runt illum, & decus eius diſsipauerunt.

S. DEI *fœdus cum populo in exitu ab Aegypto percuſſum ob oculos ipſe reuocat, prænidens eorum conſpirationem in* CHRISTVM, *& propter hoc illorum excidium.*

CAPVT XI.

AVerbum quod factũ eſt à Domino ad Ieremiam, dicens, Audite verba pacti huius, & loquimini ad viros Iuda, & ad habitatores Ieruſalem, & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Maledictus vir qui non audierit verba pacti huius: quod præcepi patribus veſtris in die qua eduxi eos de terra Aegypti, de fornace ferrea, dicens, Audite vocem meam, & facite omnia quæ præcepi vobis: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in
B Deum: vt ſuſcitem iuramentum, quod iuraui patribus veſtris daturum me eis, terram fluentem lacte & melle, ſicut eſt dies hæc. Et reſpondi, & dixi, Amen Domine. Et dixit Dominus ad me, Vociferare omnia verba hæc in ciuitatibus Iuda, & foris Ieruſalem, dicens, Audite verba pacti huius, & facite illa: quia conteſtans conteſtatus ſum patres veſtros in die qua eduxi eos de terra Aegypti vſq; ad diem hanc. Mane conſurgens conteſtatus ſum, & dixi, Audite vocem meam. & non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed abierunt vnuſquiſq; in prauitate cordis ſui mali. Et induxi ſuper eos omnia verba pacti huius, quod præcepi vt facerent, & non fecerunt. Et di-

xit Dominus ad me, Inuenta eſt coniuratio in viris Iuda, & in habitatoribus Ieruſalem. Reuerſi ſunt ad iniquitates patrum ſuorum priores, qui noluerunt audire verba mea. Et hi ergo abierũt poſt deos alienos, vt ſeruirent eis: irritum fecerũt domus Iſrael & domus Iuda pactũ meum quod pepigi cum patribus eorũ. C Quam ob rem hæc dicit Dominus, Ecce ego inducam ſuper eos mala, de quibus exire non poterũt: & clamabunt ad me, & nõ exaudiam eos. Et ibũt ciuitates Iuda, & habitatores Ieruſalem, & clamabũt ad deos quibus libant, & nõ *Supra 2 f* ſaluabunt eos in tempore afflictionis eorũ. Secundum numerum enim ciuitatũ tuarum erant dij tui Iuda: & ſecundũ nu- *Infra 14 b* merum viarũ Ieruſalem poſuiſti aras confuſionis ad libandũ Baalim. Tu ergo noli orare pro populo hoc, & ne aſſumas pro eis laudem, & orationem: quia nõ exaudiam in tempore clamoris eorũ ad me, in tempore afflictionis eorum. Quid eſt quòd dilectus meus in domo mea facit ſcelera multa? Nũquid carnes ſanctæ auferẽt à te malitias tuas, in quibus gloriata es? Oliuam vberem, pulchram, fructiferam, ſpecioſam vocauit Dominus nomen tuum. Ad vocem loquelæ, grandis exarſit D ignis in ea, & combuſta ſunt fruteta eius. Et Dominus exercituum qui plantauit te, locutus eſt ſuper te malum: pro malis domus Iſrael & domus Iuda, quæ fecerũt ſibi ad irritandũ me, libantes Baalim. Tu autem Domine demonſtraſti mihi, & cognoui: tunc oſtendiſti mihi ſtudia eorum. Et ego quaſi agnus manſuetus, qui portatur ad victimam: & non cognoui quia cogitauerunt ſuper me conſilia, dicentes, Mittamus lignum in panem eius, & eradamus eum de terra viuentium, & nomen eius non memoretur amplius. Tu autem Domine ſabaoth, qui iudicas iuſtè, & probas renes & corda, videã vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui cauſam meam. *Eſa. 53 c* *Sapien. 2 d* Propterea hæc dicit Dominus ad viros Anathoth, qui quærunt animam *Infra 20 c* tuam, & dicunt, Non prophetabis in nomine Domini, & nõ morieris in manibus noſtris. Propterea hæc dicit Dominus exercituum, Ecce ego viſitabo ſuper eos: iuuenes morientur in gladio, filij eorum & filiæ eorũ morientur in fame, & reliquiæ non erunt ex eis: inducam enim malũ ſuper viros Anathoth, annum viſitationis eorum.

S. MALORVM *miratur in hoc mundo proſperitatem, at ob illorum ſcælera minatur uaſtationem, & ſynagogæ reprobationem, miſericordiam ad ſe reuerti uolentibus.*

CAPVT XII.

A IVſtus quidem tu es Domine, ſi diſputem tecum: veruntamen iuſta loquar ad te, Quare via impiorum proſperatur: bene eſt omnibus qui præuaricantur, & iniquè agunt? Plantaſti eos, & radicem *Iob 21 a* *Habac. 1 a* miſerunt: proficiunt, & faciunt fructum: prope es tu ori eorũ, & longe à renibus eorũ. Et tu Domine noſti me, vidiſti me, & probaſti cor meum tecum. Congrega eos quaſi gregem ad victimam, & ſanctifica eos in die occiſionis. Vſquequo lugebit terra, & herba omnis regionis ſiccabitur propter malitiã B habitantium in ea? Conſumptum eſt animal, & volucre: quoniam dixerunt, Non videbit nouiſſima noſtra. Si cum peditibus currens laboraſti: quomodo contendere poteris cũ equis? Cum autem in terra pacis ſecurus fueris, quid facies in ſuperbia Iordanis? Nam & fratres tui, & domus patris tui, etiã ipſi pugnauerunt aduerſum te, & clamauerunt poſt te plena voce, Ne credas eis, cum locuti fuerint tibi bona. Reliqui domũ meam, dimiſi hæreditatẽ meam: dedi dilectam animã meam C in manus inimicorũ eius. Facta eſt mihi hæreditas mea quaſi leo in ſylua: dedit contra me vocem, ideò odiui eam. Nunquid auis diſcolor hæreditas mea mihi? nunquid auis tincta per totum? venite congregamini omnes beſtiæ terræ, properate ad deuorandum. Paſtores multi demoliti ſunt vineam meã, conculcauerunt partem meam: dederunt portionem meam deſyderabilem in deſertum ſolitudinis. Poſuerunt eam in diſſipationẽ, luxitq; ſuper me deſolatione deſolata eſt omnis terra; *Inuehit in paſtores populi ſeductores.* quia nullus eſt qui recogitet corde. Super omnes vias deſerti venerunt omnes vaſtatores terræ, quia gladius Domini deuorabit ab extremo terræ vſq; ad extremum eius: non eſt pax vniuerſæ carni. Seminauerunt triticum, & ſpinas meſſuerunt: D hæreditatem acceperunt, & non eis proderit. Confundemini à fructibus veſtris, propter iram furoris Domini. Hæc dicit Dominus aduerſum omnes vicinos meos peſsimos, qui tangunt hæreditatem, quam diſtribui populo meo Iſrael: Ecce, ego euellam eos de terra ſua, & domum Iuda euellam de medio eorum. Et cum euulſero eos, conuertar & miſerebor eorum: & reducam eos, virum ad hæreditatem, & virum in terram ſuam. Et erit: ſi eruditi didicerint vias populi mei, vt iurent in nomine meo Viuit Dominus, ſicut docuerunt populum meum iurare Baal: ædificabuntur in medio populi mei. Quòd ſi non audierint, euellam gentem illam euulſione & perditione, ait Dominus.

S. IVDAEORVM *interitus & diſperſio, quamuis in populum Dei fuerint aſſumpti: ad pœnitentiam tamen illi prouocantur.*

CAPVT XIII.

A HAec dicit Dominus ad me, Vade & poſside tibi lumbare lineũ, & pones illud ſuper lumbos tuos, & in aquam nõ inferes illud. Et poſſedi lumbare iuxta verbum Domini, & poſui circa lumbos meos. Et factus eſt ſermo Domini ad me ſecundò, dicẽs, Tolle lumbare quod poſſediſti, quod eſt circa lũbos tuos, & ſurgens vade ad Euphráten, & abſconde ibi illud in foramine petræ. Et abij, & abſcondi illud in Euphráte, ſicut præceperat mihi Dominus. Et factum eſt poſt dies plurimos, dixit Dominus ad me, Surge, & vade ad Euphráten: & tolle inde lumbare, quod præcepi tibi vt abſconderes illud ibi. Et abij ad Euphráten, & fodi, & tuli lumbare de loco vbi abſconderam B illud: & ecce, computruerat lumbare, ita vt nulli vſui aptum eſſet. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens, Hæc dicit Dominus, Sic computreſcere faciam ſuperbiam Iuda, & ſuperbiam Ieruſalem multam, populũ iſtum peſsimum, qui nolunt audire verba mea, & ambulãt in prauitate cordis ſui: abierunt q; poſt deos alienos vt ſeruirent eis & adorarent eos: & erunt ſicut lumbare iſtud, quod nulli vſui aptũ eſt. Sicut enim adhæret lumbare ad lumbos viri, ſic agglutinaui mihi omnem domũ Iſrael, & omnem domũ Iuda, dicit Dominus: vt eſſent mihi in populũ, & in nomen & in laudem, & in gloriã: & nõ audierunt. Dices ergo ad eos ſermonem iſtũ, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Omnis laguncula implebitur vino. Et dicent ad te, Nunquid ignoramus quia omnis laguncula implebitur vino? Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus, Ecce ego implebo omnes habitatores terræ huius, & reges qui ſedent de C ſtirpe Dauid ſuper thronũ eius, & ſacerdotes, & prophetas, & omnes habitatores Ieruſalẽ ebrietate: & diſpergam eos, virum à fratre ſuo, & patres & filios pariter, ait Dominus: non parcã, & non concedam: neq; miſerebor vt non diſperdã eos. Audite & auribus percipite, Nolite eleuari, quia Dominus locutus eſt. Date Domino Deo veſtro gloriã, antequam contenebreſcat, & ante quã offendant pedes veſtri ad montes caliginoſos: expectabitis lucem, & ponet eam in vmbrã mortis, & in caliginẽ. Quòd ſi hoc nõ audieritis, in abſcondito plorabit anima mea à facie ſuperbiæ. Plorans plorabit, & deducet *Theren. 14* oculus meus lachrymã, quia captus eſt grex Domini. Dic regi & dominatrici, Humiliamini, ſedete: quoniã deſcendet de capite veſtro corona gloriæ veſtræ. Ciuitates auſtri clauſæ ſunt, & nõ eſt qui aperiat: tranſlata eſt omnis Iuda tranſmigratione perfecta. Leuate oculos veſtros, & videte qui venitis ab aquilone: vbi eſt grex qui datus eſt tibi, pecus inclytũ tuum? D Quid dices cũ viſitauerit te? Tu enim docuiſti eos aduerſum te, & eruditi in caput tuum. Nunquid nõ dolores apprehendent te, quaſi mulierem parturientem? Quod ſi dixeris in corde tuo, Quare venerũt mihi hæc? Propter multitudinem iniquitatis

quitatis tuæ reuelata ſunt verecundiora tua, pollutæ ſunt plan
tæ tuæ. Si mutare poteſt Aethiops pellem ſuã, aut pardus va- 13.23 c
rietates ſuas: & vos poteritis benefacere, cum didiceritis malũ.
Et diſſeminabo eos, quaſi ſtipulam quæ vento raptatur in de-
ſerto. Hæc ſors tua pars ſq; menſuræ tuæ à me, dicit Dominus:
quia oblita es mei, & confiſa es in mendacio. vnde & ego nu-
daui femora tua contra faciem tuam, & apparuit ignominia
tua, adulteria tua, & hinnitus tuus, ſcelus fornicationis tuæ: ſu-
per colles in agro vidi abominationes tuas. Væ tibi Ieruſa-
lem: non mundaberis poſt me: vſquequo adhuc?

S. TERRAE ſiccitas Iudæorum malitiæ imputanda, contra quam populus infidelis orans non exauditur, quòd pſeudoprophetis & non ueris credat. CAPVT XIIII.

A QVod factum eſt verbum Domini ad Ieremiam
de ſermonibus ſiccitatis. Luxit Iudæa, & portæ
eius corruerunt, & obſcuratæ ſunt in terra, & cla-
mor Ieruſalem aſcendit. Maiores miſerunt mino
res ſuos ad aquam: venerunt ad hauriendum: non inuenerunt
aquam, reportauerunt vaſa ſua vacua: confuſi ſunt, & afflicti,
& operuerunt capita ſua. Propter terræ vaſtitatem, quia non
vênit pluuia in terram, cõfuſi ſunt agricolæ, operuerũt capita
ſua. Nã & cerua in agro peperit, & reliquit: quia non erat her-
ba. Et onagri ſteterunt in rupibus, traxerunt ventũ quaſi dra-
cones, defecerunt oculi eorũ, quia non erat herba. Si iniquita-
tes noſtræ reſponderint nobis: Domine fac propter nomen
B tuum, quoniam multæ ſunt auerſiones noſtræ, tibi peccaui-
mus. Expectatio Iſrael, ſaluator eius in tẽpore tribulationis:
quare quaſi colonus futurus es in terra, & quaſi viator decli-
nans ad manendum? Quare futurus es velut vir vagus, vt fortis
qui non poteſt ſaluare? Tu autem in nobis es Domine, & no
men tuum inuocatũ eſt ſuper nos, non derelinquas nos. Hæc
dicit Dominus populo huic, qui dilexit mouere pedes ſuos,
& non quieuit, & Domino non placuit: Nunc recordabitur
iniquitatum eorũ, & viſitabit peccata eorum. Et dixit Domi-
nus ad me, Noli orare pro populo iſto in bonum. Cum ieiu-
nauerint, non exaudiam preces eorum: & ſi obtulerint holo- 14.12 c
cauſtomata & victimas, non ſuſcipiam ea: quoniam gladio, &
fame, & peſte conſumam eos. Et dixi, A, a, a, Domine Deus,
Prophetæ dicunt eis, Non videbitis gladium, & fames non
erit in vobis, ſed pacem veram dabit vobis in loco iſto. Et di-
C xit Dominus ad me, Falsò prophetæ vaticinantur in nomine
meo: non miſi eos, & non præcepi eis, neq; locutus ſum ad
eos: viſionem mendacem, & diuinationem, & fraudulentiã, &
ſeductionem cordis ſui prophetant vobis. Idcirco hæc dicit 14.13 d
Dominus de prophetis, qui prophetãt in nomine meo, quos 23.25
ego non miſi, dicentes, Gladius & fames non erit in terra hac:
In gladio & fame conſumentur prophetæ illi: & populi qui-
bus prophetant, erunt proiecti in vijs Ieruſalem præ fame &
gladio, & non erit qui ſepeliat eos, ipſi & vxores eorum, filij
& filiæ eorum, & effundam ſuper eos malum ſuum. Et dices 31.22 f
ad eos verbum iſtud, Deducant oculi mei lachrimam per no- 32.1 f
ctem & diem, & non taceant: quoniã contritione magna con-
D trita eſt virgo filia populi mei, plaga peſſima vehementer. Si
egreſſus fuero ad agros: ecce, occiſi gladio. & ſi introiero in
ciuitatem: ecce, attenuati fame, Propheta quoq; & ſacerdos
abierunt in terram, quã ignorabant. Nunquid proijciens abie- 14.19 c
ciſti Iudam? aut Sion abominata eſt anima tua? Quare ergo
percuſſiſti nos, ita vt nulla ſit ſanitas? Expectauimus pacem,
& non eſt bonum: & tempus curationis, & ecce turbatio. Co-
gnouimus Domine impietates noſtras, iniquitates patrũ no-
ſtrorum, quia peccauimus tibi. Ne des nos in opprobriũ pro-
pter nomen tuum, neq; facias nobis contumeliam: ſolij glo-
riæ tuæ recordare, ne irritum facias fœdus tuum nobiſcum.
Nunquid ſunt in ſculptilibus gentium qui pluant? aut cœli
poſſunt dare imbres? Nónne tu es Dominus Deus noſter,
quem expectauimus? Tu enim feciſti omnia hæc.

S. PRECIBVS priſcorũ patrũ inflexibilis Dominus quatuor pla gis populũ afficit: ueruntamen reuertenti promittit miſericordiã.

CAPVT XV.

A ET dixit Dominus ad me. Si ſteterint Moyſes, & Zach.11 b
Samuel coram me, non eſt anima mea ad popu-
lum iſtum. Eijce illos à facie mea, & egrediantur.
Quòd ſi dixerint ad te, Quò egrediemur? dices
ad eos, Hæc dicit Dominus, Qui ad mortem, ad mortem: &
qui ad gladium, ad gladium: & qui ad famẽ, ad famem: & qui
ad captiuitatem, ad captiuitatem. Et viſitabo ſuper eos qua-
tuor ſpecies, dicit Dominus, Gladium ad occiſionem, & ca-
nes ad lacerandum, & volatilia cœli & beſtias terræ ad deuo-
randum & diſſipandũ: & dabo eos in feruorem vniuerſis re-
gnis terræ propter Manaſſem filium Ezechiæ regis Iuda, ſu- 4.Reg.21 d
per omnibus quæ fecit in Ieruſalem. Quis enim miſerebitur
tui Ieruſalem? aut quis contriſtabitur pro te? aut quis ibit ad
B rogandum pro pace tua? Tu reliquiſti me, dicit Dominus:
retrorſum abijſti: & extendam manum meam ſuper te, & in-
terficiam te: laboraui rogans. Et diſpergam eos ventilabro in
portis terræ: interfeci & diſperdidi populũ meum, & tamen
à vijs ſuis non ſunt reuerſi. Multiplicatæ ſunt mihi viduæ eius
ſuper arenam maris: induxi eis ſuper matrem adoleſcentis va-
ſtatorem meridie: miſi ſuper ciuitates repente terrorem. Infir Amos 8 a
mata eſt quæ peperit ſeptẽ, defecit anima eius, óccidit ei ſol,
cum adhuc eſſet dies: confuſa eſt, & erubuit. Et reſiduos eius
C in gladium dabo in conſpectu inimicorum eorum, ait Domi-
nus. Væ mihi mater mea: quare genuiſti me virum rixæ,
virum diſcordiæ in vniuerſa terra? Non fœneraui, nec fœne-
rauit mihi quiſquam: omnes maledicũt mihi, dicit Dominus,
Si non reliquiæ tuæ in bonum, ſi non occurri tibi in tempore
afflictionis, & in tempore tribulationis aduerſus inimicum.
Nunquid fœnerabitur ferrum ferro ab aquilone, & æs? Diui-
tias tuas & theſauros tuos in direptionẽ dabo gratis in omni-
bus peccatis tuis, & in omnibus terminis tuis, & adducam ini-
micos tuos de terra quam neſcis: quia ignis ſuccenſus eſt in
furore meo, & ſuper vos ardebit. Tu ſcis Domine, recordare
mei, & viſita me, & tuere me ab his qui perſequũtur me. No- Deut.32 c
li in patientia tua ſuſcipere me: ſcito quoniã ſuſtinui propter Rom.10 d
te opprobrium. Inuenti ſunt ſermones tui, & comedi eos: &
D factum eſt mihi verbum tuum in gaudium & in lætitiam cor-
dis mei: quoniam inuocatum eſt nomen tuum ſuper me Do-
mine Deus exercituum. Non ſedi in cõfilio ludentiũ, & glo-
riatus ſum à facie manus tuæ: ſolus ſedebam, quoniam com-
minatione repleſti me. Quare factus eſt dolor meus perpe- Infra 30 c
tuus, & plaga mea deſperabilis renuit curari? facta eſt mihi
quaſi mendacium aquarum infidelium. Propter hoc hæc di-
cit Dominus, Si conuerteris, conuertam te, & ante faciem
meam ſtabis: & ſi ſeparaueris pretioſum à vili, quaſi os meum
eris. conuertentur ipſi ad te, & tu non conuertêris ad eos. Et
dabo te populo huic in murum æreum, fortem: & bellabunt
aduerſum te, & non præualebunt: quia ego tecum ſum vt ſal-
uem te, & eruam te dicit Dominus. Et liberabo te de manu
peſſimorum, & redimam te de manu fortium.

S. IVDAEI ob idôlorum cultum in graui ſunt morituri calamita te, & Babylonica captiuitate, à qua tandem liberandi ſunt, & gen tes ad fidem uocandi. CAPVT XVI.

A ET factum eſt verbũ Domini ad me, dicens, Non
accipies vxorem, & non erunt tibi filij & filiæ in
loco iſto. Quia hæc dicit Dominus ſuper filios
& filias, qui generantur in loco iſto: & ſuper ma-
tres eorum quæ genuerunt eos: & ſuper patres eorum, de
quorum ſtirpe ſunt nati in terra hac. Mortibus ægrotationũ
morientur: non plangentur, & nõ ſepelientur, in ſterquiliniũ
ſuper faciem terræ erunt. Et gladio & fame conſumentur: &
erit cadauer eorum in eſcam volatilibus cœli, & beſtijs terræ,

Hæc enim dicit Dominus, Ne ingrediaris domum conuiuij, neq; vadas ad plangendum, neq; conſoleris: eo quia abſtuli pacem meam à populo iſto, dicit Dominus, miſericordiam &
B miſerationes. Et morientur grandes, & parui in terra iſta: non ſepelientur neq; plangentur, & non ſe incident, neq; caluitiũ fiet pro eis. Et non frangent inter eos lugenti panem ad conſolandum ſuper mortuo: & non dabunt eis potum calicis ad conſolandum ſuper patre ſuo & matre. Et domum conuiuij non ingrediaris, vt ſedeas cum eis, & comedas, & bibas. quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Ecce ego auferam de loco iſto in oculis veſtris, & in diebus veſtris vocem
Supra 5 c gaudij, & vocem lætitiæ, vocem ſponſi & vocem ſponſæ. Et
C cum annũtiaueris populo huic omnia verba hæc, & dixerint tibi, Quare locutus eſt Dominus ſuper nos omne malũ grande iſtud? quæ iniquitas noſtra? aut quod peccatum noſtrum quod peccauimus Domino Deo noſtro? Dices ad eos, Quia dereliquerunt me patres veſtri, ait Dominus: & abierunt poſt deos alienos, & ſeruierunt eis, & adorauerunt eos: & me dere-
Supra 7 f liquerunt & legem meam non cuſtodierunt. Sed & vos peius operati eſtis, quàm patres veſtri. ecce enim ambulat vnuſquiſq; poſt prauitatem cordis ſui mali, vt me non audiat. Et eijciam vos de terra hac, in terram quam ignoratis vos, & patres veſtri: & ſeruietis ibi dijs alienis die ac nocte, qui non dabunt vobis requiem. Propterea ecce dies veniunt, dicit Do-
Infra 23 b minus, & non dicetur vltrà, Viuit Dominus qui eduxit filios Iſrael de terra Aegypti: ſed, Viuit Dominus qui eduxit filios de terra aquilonis, & de vniuerſis terris ad quas eieci eos: & reducam eos in terram ſuam, quam dedi patribus eorum. Ecce
D ego mittam piſcatores multos, dicit Dominus, & piſcabuntur eos. Et poſt hæc mittã eis multos venatores, & venabuntur eos de omni monte & de omni colle, & de cauernis petrarum. quia oculi mei ſunt ſuper omnes vias eorum: non ſunt abſconditæ à facie mea, & non fuit occultata iniquitas eorum ab oculis meis. Et reddam primũ duplices iniquitates & peccata eorum: quia contaminauerunt terram meam, in morticinis idôlorum ſuorum, & abominationibus ſuis impleuerunt hæreditatem meam. Domine fortitudo mea, & robur meum, & refugium meum in die tribulationis: ad te Gentes venient ab extremis terræ, & dicent, Verè mendacium poſſederunt patres noſtri, vanitatem quæ eis non profuit. Nunquid faciet ſibi homo deos, & ipſi non ſunt dij? Idcirco ecce ego oſtendã eis per vicem hanc, oſtendam eis manum meam, & virtutem meam: & ſcient quia nomen mihi Dominus.

S. HOMINI & non Deo fidentes pertinaciter Iudæi obſtinati ſunt, in quos propheta imprecatur maledictionem, qui nec Deum quærunt, nec eius ſabbathum ſanctificant.

CAPVT XVII.

A PEccatum Iuda ſcriptum eſt ſtylo ferreo in vngue adamantino, exaratum ſuper latitudinem cordis eorum, & in cornibus ararum eorũ. Cum recordati fuerint filij eorũ ararum ſuarum, & lucorum ſuorum, lignorumq; frondentium in mõtibus excelſis, ſacrificantes in agro: fortitudinem tuam & omnes theſauros tuos in direptionẽ dabo, excelſa tua propter peccata in vniuerſis finibus tuis. Et relinquéris ſola ab hæreditate tua, quam dedi tibi, & ſeruire te faciam inimicis tuis in terra quam ignoras: quoniam ignem ſuccendiſti in furore meo: vſq; in æternum ardebit. Hæc dicit Dominus, Maledictus homo qui confidit in homine, & ponit carnem brachiũ ſuum, & à Domino recedit cor eius. Erit enim quaſi myricæ in deſerto, & non vide-
Infra 48 a B bit cum venerit bonum: ſed habitabit in ſiccitate in deſerto in terra ſalſuginis & inhabitabili. Benedictus vir qui confidit in Domino, & erit Dominus fiducia eius. Et erit quaſi lignum quod tranſplantatur ſuper aquas, quod ad humorem mittit radices ſuas: & non timebit cum venerit æſtus. Et erit folium eius viride, & in tempore ſiccitatis non erit ſolicitum, nec aliquando deſinet facere fructum. Prauum eſt cor * omnium & inſcrutabile: quis cognoſcet illud? Ego Dominus ſcrutãs cor, & probans renes: qui do vnicuiq; iuxta viam ſuam, & iuxta fructum adinuentionum ſuarum. Perdix fouit quæ non peperit: fecit diuitias, & non in iudicio: in dimidio dierum ſuorum derelinquet eas, & in nouiſsimo ſuo erit inſipiens. Soliũ gloriæ altitudinis à principio, locus ſanctificationis noſtræ expectatio Iſrael. Domine, omnes qui te derelinquunt, confundentur: recedentes à te, in terra deſcribentur: quoniam dereliquerunt venam aquarum viuentium Dominum. Sana me Domine, & ſanabor: ſaluum me fac, & ſaluus ero: quoniam laus mea tu es. Ecce ipſi dicunt ad me, Vbi eſt verbum Domini? veniat. Et ego non ſum turbatus, te paſtorem ſequens: & diem hominis non deſyderaui, tu ſcis. Quod egreſſum eſt de
C labijs meis, rectum in conſpectu tuo fuit. Non ſis tu mihi formidini, ſpes mea tu in die afflictionis. Confundantur qui me perſequuntur, & non confundar ego: paueant illi, & non paueam ego. Induc ſuper eos diem afflictionis, & duplici contritione contere eos. Hæc dicit Dominus ad me, Vade, & ſta in porta filiorum populi per quam ingrediuntur reges Iuda, & egrediuntur: & in cunctis portis Ieruſalem: & dices ad eos, Audite verbum Domini reges Iuda, & omnis Iudæa, cunctiq; habitatores Ieruſalem qui ingredimini per portas iſtas, Hæc dicit Dominus, Cuſtodite animas veſtras, & nolite portare pondera in die ſabbathi, nec inferatis per portas Ieruſalem: & nolite eijcere onera de domibus veſtris in die ſabbathi, & omne opus non facietis. Sanctificate diem ſabbathi, ſicut præcepi patribus veſtris. Et non audierunt, nec inclinauerunt aurem ſuam: ſed indurauerũt ceruicem ſuam ne audirent me,
D & ne acciperent diſciplinam. Et erit: ſi audieritis me, dicit Dominus, vt non inferatis onera per portas ciuitatis huius in die ſabbathi: & ſi ſanctificaueritis diem ſabbathi ne faciatis in eo omne opus: ingredientur per portas ciuitatis huius reges & principes ſedentes ſuper ſoliũ Dauid, & aſcendentes in curribus & equis, ipſi & principes eorum, viri Iuda, & habitatores Ieruſalẽ: & habitabitur ciuitas hæc in ſempiternũ. Et venient de ciuitatibus Iuda, & de circuitu Ieruſalẽ, & de terra Beniamin, & de cãpeſtribus, & de montuoſis, & ab auſtro, portantes holocauſtũ, & victimam, & ſacrificiũ, & thus, & inferent oblationem in domũ Domini. Si autem non audieritis me, vt ſanctificetis diem ſabbathi, & ne portetis onus, & ne inferatis per portas Ieruſalẽ in die ſabbathi: ſuccendã ignem in portis eius, & deuorabit domos Ieruſalem, & non extinguetur.

Maledicti cõfidentes in homine.

Benedicti quorũ dominus fiducia.

Pſal. 1 d

* Aliàs hominis.

Apoc. 2 f

Pſal. 7 c

1. Reg. 16 b

A domino vera ſalus petenda.

S. VT lutum in manu figuli, ſic homo in manu Dei, quem reuertentem Deus recipit, obſtinatum perdit, atq; in Iudæos utitur ultione quòd prophetam perſequantur.

CAPVT XVIII.

A VErbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, dicens, Surge & deſcende in domum figuli, & ibi audies verba mea, Et deſcendi in domum figuli, & ecce, ipſe faciebat opus ſuper rotam. Et diſſipatum eſt vas quod ipſe faciebat è luto, manibus ſuis: conuerſuſq;, fecit illud vas alterum, ſicut placuerat in oculis eius vt faceret. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens, Nunquid ſicut figulus iſte, non potero vobis facere domus Iſrael, ait Dominus? Ecce, ſicut lutum in manu figuli, ſic vos in manu mea, domus Iſrael. Repente loquar aduerſum gentem & aduerſus regnum, vt eradicem & deſtruã & diſperdam illud.
B Si pœnitentiam egerit gens illa à malo ſuo quod locutus ſum aduerſus eam: agam & ego pœnitentiã ſuper malo quod cogitaui vt facerem ei: & ſubito loquar de gente & de regno, vt ædificem & plantem illud. Si fecerit malum in oculis meis, vt non audiat vocem meam: pœnitentiã agam ſuper bono quod locutus ſum vt facerem ei. Nunc ergo dic viro Iuda, & habitatoribus Ieruſalem, dicens, Hæc dicit Dominus, Ecce ego fingo contra vos malum, & cogito contra vos cogitationem.

Romã 9

Reuertatur

Reuertatur vnuſquiſq; à via ſua mala, & dirigite vias veſtras & ſtudia veſtra. Qui dixerũt, Deſperauimus: poſt cogitationes enim noſtras ibimus, & vnuſquiſq; prauitatem cordis ſui mali faciemus. Ideò hæc dicit Dominus, Interrogate gentes, Ioan 3 d Infra 25 b & 35 c
C Quis audiuit talia horribilia, quæ fecit nimis virgo Iſrael? Nunquid deficiet de petra agri nix Libani? aut euelli poſſunt aquæ erumpẽtes frigidæ, & defluentes? Quia oblitus eſt mei populus meus, fruſtra libantes, & impingẽtes in vijs ſuis & in ſemitis ſeculi, vt ambularẽt per eas in itinere nõ trito: vt fieret terra eorũ in deſolationem, & in ſibilum ſempiternũ. Omnis qui præterierit eam, obſtupeſcet, & mouebit caput ſuũ. Sicut ventus vrens diſpergam eos corã inimico: dorſum, & non faciem oſtendã eis in die perditionis eorũ. Et dixerũt, Venite, & cogitemus contra Ieremiam cogitationes: nõ enim peribit lex à ſacerdote, neq; conſiliũ à ſapiente, nec ſermo à prophe-
D ta. venite, & percutiamus eũ lingua, & nõ attendamus ad vniuerſos ſermones eius. Attende Domine ad me, & audi vocem aduerſariorũ meorum. Nunquid reddetur pro bono malum: quia foderunt foueam animæ meæ? Recordare quòd ſteterim in conſpectu tuo vt loquerer pro eis bonũ, & auerterem indignationem tuam ab eis. Propterea da filios eorũ in famem, & deduc eos in manus gladij: fiant vxores eorum abſq; liberis, & viduæ: & viri earum interficiantur morte: iuuenes eorũ confodiantur gladio in prælio. Audiatur clamor de domibus eorum: adduces enim ſuper eos latronem repente: quia foderunt foueã, vt caperent me, & laqueos abſconderunt pedibus meis. Tu autem Domine ſcis omne conſilium eorum aduerſum me in mortem: ne propitieris iniquitati eorum, & peccatum eorum à facie tua non deleatur: fiant corruent es in conſpectu tuo, in tempore furoris tui abutere eis.

Infra 19 c & 49 c & 50 c

S. IEROSOLYMORVM *excidium propter idololatriam in Ennom, ac uerbi Dei, & cultus eius contemptum.*

CAPVT XIX.

A HAec dicit Dominus, Vade, & accipe lagunculam figuli teſtaceam à ſenioribus populi, & ſenioribus ſacerdotũ: & egredere ad vallem filij Ennom, quæ eſt iuxta introitum portæ fictilis: & prædicabis ibi verba quæ ego loquor ad te, & dices, Audite verbũ Domini reges Iuda, & habitatores Ieruſalem: hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Ecce ego inducam afflictionem ſuper locũ iſtum: ita vt omnis qui audierit illam, tinniant aures eius: eo quòd dereliquerunt me, & alienũ fecerũt locum iſtum: & libauerunt in eo dijs alienis, quos neſcierunt ipſi, &
B patres eorum, & reges Iuda: & repleuerunt locum iſtum ſanguine innocentum: & ædificauerunt excelſa Baalim ad comburendos filios ſuos igni in holocauſtũ Baalim; quæ nõ præcepi, nec locutus ſum, nec aſcenderunt in cor meũ. Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: & non vocabitur amplius locus iſte, Topheth, & Vallis filij Ennom, ſed Vallis occiſionis. Et diſſipabo conſilium Iuda, & Ieruſalẽm in loco iſto: &
C ſubuertã eos gladio in conſpectu inimicorũ ſuorũ, & in manu quærentium animas eorũ: & dabo cadauera eorum eſcam volatilibus cœli, & beſtijs terræ. Et ponam ciuitatem hanc in ſtuporem, & ſibilũ: omnis qui præterierit per eã, obſtupeſcet, & ſibilabit ſuper vniuerſa plaga eius. Et cibabo eos carnibus filiorum ſuorũ, & carnibus filiarũ ſuarũ: & vnuſquiſq; carnes amici ſui comedet in obſidione & in anguſtia in qua concludent eos inimici eorũ, & qui quærunt animas eorũ. Et conteres lagunculam in oculis virorũ qui ibunt tecũ. Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituũ, Sic conteram populũ iſtum, & ciuitatem iſtã: ſicut conteritur vas figuli, quod non poteſt vltrà inſtaurari: & in Topheth ſepelientur, eo quòd nõ
D ſit alius locus ad ſepeliendum. Sic faciam loco huic, ait Dominus, & habitatoribus eius: & ponam ciuitatem iſtam ſicut Topheth. Et erũt domus Ieruſalem, & domus regum Iuda ſicut locus Topheth, immundæ: omnes domus, in quarum domatibus ſacrificauerunt omni militiæ cœli, & libauerunt libamina dijs alienis. Vênit autem Ieremias de Topheth, quò miſerat eum Dominus ad prophetandum, & ſtetit in atrio domus Domini, & dixit ad omnem populum, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Ecce, ego inducam ſuper ciuitatem hanc & omnes vrbes eius vniuerſa mala quæ locutus ſum aduerſum eam: quoniam indurauerunt ceruicem ſuam, vt non audirent ſermones meos.

Supra 18 c Infra 49 c & 50 c

S. IEREMIAS *ob Dei uerbum percuſſus & in carcerem coniectus atq; deriſus Iudæis: Babylonicam gemebundus minatur captiuitatem.*

CAPVT XX.

A ET audiuit Phaſſur filius Emmer ſacerdos, qui cõſtitutus erat princeps in domo Domini, Ieremiã prophetantẽ ſermones iſtos. Et percuſsit Phaſſur Ieremiam prophetã, & miſit eum in neruũ, quod erat in porta Beniamin ſuperiori, in domo Domini. Cumq; illuxiſſet in craſtinum, eduxit Phaſſur Ieremiam de neruo. Et dixit ad eũ Ieremias, Non Phaſſur vocauit Dominus nomen tuum, ſed Pauorẽ vndiq;: quia hæc dicit Dominus, Ecce ego dabo te in pauorẽ, te & omnes amicos tuos: & corruent
B gladio inimicorum ſuorum, & oculi tui videbunt, & omnem Iudam dabo in manu regis Babylonis: & traducet eos in Babylonem, & percutiet eos gladio. Et dabo vniuerſam ſubſtantiam ciuitatis huius, & omnem laborem eius, omneq; pretiũ, & cunctos theſauros regum Iuda dabo in manu inimicorum eorum: & diripient eos, & tollent, & ducent in Babylonẽ. Tu autem Phaſſur, & omnes habitatores domus tuæ ibitis in captiuitatem, & in Babylonẽ venies, & ibi morieris: ibiq; ſepelieris tu, & omnes amici tui quibus prophetaſti mendacium. Seduxiſti me Domine, & ſeductus ſum: fortior me fuiſti, & inualuiſti: factus ſum in deriſum tota die, omnes ſubſannant me, Quia iam olim loquor, vociferans iniquitatem, & vaſti-
C tatem clamito. Et factus eſt mihi ſermo Domini in opprobrium, & in deriſum tota die. Et dixi, Non recordabor eius, neq; loquar vltrà in nomine illius. & factus eſt in corde meo quaſi ignis exæſtuans, clauſusq; in oſsibus meis; & defeci, ferre non ſuſtinens. Audiui enim cõtumelias multorum, & terrorẽ in circuitu, Perſequimini, & perſequamur eũ: ab omnibus viris qui erant pacifici mei, & cuſtodientes latus meum: ſi quo modo decipiatur, & præualeamus aduerſus eum, & conſequamur vltionẽ ex eo. Dominus autem mecũ eſt tanquam bellator fortis: idcirco qui perſequuntur me, cadent, & infirmi erunt: confundentur vehementer, quia non intellexerunt opprobrium ſempiternum, quod nunquam delebitur. Et tu Domine exercituũ probator iuſti, qui vides renes, & cor: videam quæſo vltionem tuam ex eis: tibi enim reuelaui cauſam
D meam. Cantate Domino, laudate Dominum: quia liberauit animam pauperis de manu malorum. Maledicta dies, in qua natus ſum: dies in qua peperit me mater mea, non ſit benedicta. Maledictus vir, qui annuntiauit patri meo, dicens, Natus eſt tibi puer maſculus: & quaſi gaudio lætificauit eum. Sit homo ille vt ſunt ciuitates quas ſubuertit Dominus, & non pœnituit eum. audiat clamorem mane, & vlulatum in tempore meridiano: qui non me interfecit à vulua, vt fieret mihi mater mea ſepulchrum, & vulua eius conceptus æternus. Quare de vulua egreſſus ſum, vt viderem laborẽ & dolorem, & conſumerentur in confuſione dies mei?

Nolens Ieremias cogitur prædicare verbum Dei.

Infra 23 g
Supra 11 d

Iob 3 a

S. PROPHETA *capiendam urbem ac exurendam uaticinatur, ac Sedechiam cum populo ſuo captiuandum.*

CAPVT XXI.

A VErbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino, quando miſit ad eum rex Sedechias Phaſſur filium Melchiæ, & Sophoniam filiũ Maaſiæ ſacerdotem, dicens, Interroga pro nobis Dominũ, quia Nabuchodonoſor rex Babylonis præliatur aduerſum

nos: si fortè faciat Dominus nobiscum secundum omnia mi-
B rabilia sua, & recedat à nobis. Et dixit Ieremias ad eos, Sic dicetis Sedechiæ, Hæc dicit Dominus Deus Israel, Ecce ego conuertam vasa belli, quæ in manibus vestris sunt, & quibus vos pugnatis aduersum regem Babylonis & Chaldæos, qui obsident vos in circuitu murorũ: & congregabo ea in medio ciuitatis huius. Et debellabo ego vos in manu extenta, & in brachio forti, & in furore, & in indignatione, & in ira grandi. Et percutiam habitatores ciuitatis huius: homines & bestiæ pestilẽtia magna morientur. Et post hoc, ait Dominus, dabo
C Sedechiam regem Iuda, & seruos eius, & populũ eius, & qui derelicti sunt in ciuitate hac à peste, & gladio, & fame, in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu inimicorũ eorum, & in manu quærentiũ animam eorũ: & percutiet eos in ore gladij, & non flectetur, neq; parcet, nec miserebitur. Et
Infra 38 a ad populũ hunc dices, Hæc dicit Dominus, Ecce ego do corã vobis viam vitæ, & viam mortis. Qui habitauerit in vrbe hac, morietur gladio & fame & peste: qui autem egressus fuerit, & trãsfugerit ad Chaldæos, qui obsident vos, viuet, & erit ei anima sua quasi spolium. Posui enim faciem meã super ciuitatẽ hanc in malũ, & nõ in bonũ, ait Dominus: in manu regis Ba-
D bylonis, dabitur, & exuret eã igni. Et domui regis Iuda, Audite verbũ Domini. Domus Dauid, hæc dicit Dominus, Iu-
Infra 22 a dicate mane iudiciũ, & eruite vi oppressum de manu calumniantis: ne fortè egrediatur vt ignis indignatio mea, & succendatur, & non sit qui extinguat propter malitiam studiorum vestrorũ. Ecce ego ad te habitatricem vallis solidæ atq; campestris, ait Dominus: qui dicitis, Quis percutiet nos? & quis ingredietur domus nostras? Et visitabo super vos iuxta fructum studiorũ vestrorum, dicit Dominus: & succendã ignem in saltu eius: & deuorabit omnia in circuitu eius.

S. MITTITVR *propheta nuntiaturus regi iudicium, iustitiam, oppressorum liberationem, & regis Ioachim confusionem.*

CAPVT XXII.

A HAec dicit Dominus: Descende in domum regis Iuda, & loquêris ibi verbum hoc, & dices, Audi verbum Domini rex Iuda qui sedes super soliũ Dauid: tu & serui tui, & populus tuus, qui ingre-
Supra 21 d dimini per portas istas. Hæc dicit Dominus, Facite iudicium & iustitiam: & liberate vi oppressum de manu calumniatoris: & aduenam, & pupillũ, & viduam nolite contristare, neq;
B opprimatis iniquè: & sanguinem innocentem ne effundatis in loco isto. Si enim facientes feceritis verbũ istud: ingredientur per portas domus huius reges sedentes de genere Dauid super thronũ eius, & ascendentes currus & equos, ipsi & ser-
Deut. 29 d ui, & populus eorũ. Quòd si non audieritis verba hæc: in me-
2. Reg. 9 b metipso iuraui, dicit Dominus, quia in solitudinem erit domus hæc. Quia hæc dicit Dominus super domum regis Iuda, Galaad tu mihi caput Libani: si non posuero te solitudinẽ, vrbes inhabitabiles. Et sanctificabo super te interficiẽtem vi-
C rum & arma eius: & succident electas cedros tuas, & præcipitabunt in ignem. Et pertrãsibunt gentes multæ per ciuitatem hanc: & dicet vnusquisq; proximo suo, Quare fecit Dominus sic ciuitati huic grandi? Et respondebunt, Eo quòd dereliquerint pactum Domini Dei sui, & adorauerint deos alienos, & seruierint eis. Nolite flere mortuum, neq; lugeatis super eum fletu: plangite eum qui egreditur, quia non reuertetur vltrà, nec videbit terram natiuitatis suæ: quia hæc dicit Dominus ad Sellum filium Iosiæ regis Iuda, qui regnauit pro Io-
D sia patre suo qui egressus est de loco isto, Non reuertetur huc amplius: sed in loco ad quem transtuli eum, ibi morietur, & terram istam non videbit amplius. Væ qui ædificat domum suam in iniustitia, & cœnacula sua non in iudicio: amicũ suũ opprimet frustra, & mercedem eius non reddet ei. Qui dicit, Aedificabo mihi domũ latam, & cœnacula spatiosa: qui aperit sibi fenestras, & facit laquearia cedrina: pingitq; sinopide.

Nunquid regnabis, quoniam confers te cedro? pater tuus nunquid non comedit & bibit, & fecit iudicium & iustitiam tunc cum bene erat ei? Iudicauit causam pauperis & egeni in bonum suũ. Nunquid non ideò quia cognouit me, dicit Do-
E minus? Tui verò oculi & cor ad auaritiam, & ad sanguinem innocentem fundendum, & ad calumniam, & ad cursum mali operis. Propterea hæc dicit Dominus ad Ioacim filium Iosiæ regem Iuda. Non plangent eum, Væ frater & væ soror: non concrepabunt ei, Væ Domine, & væ inclyte. Sepultura asini sepelietur, putrefactus & proiectus extra portas Ierusalem. Ascende Libanũ, & clama: & in Basan da vocem tuam, & clama ad transeuntes: quia contriti sunt omnes amatores tui. Locutus sum ad te in abundantia tua: dixisti, Non audiam. Hæc
F est via tua ab adolescentia tua, quia non audisti vocem meam. Omnes pastores tuos pascet ventus, & amatores tui in captiuitatem ibunt: & tunc confundêris, & erubescès ab omni malitia tua. Quæ sedes in Libano, & nidificas in cedris, quomodo congemuisti cum veniissent tibi dolores, quasi dolores parturientis? Viuo ego, dicit Dominus: quia si fueris Iechonias filius Ioacim regis Iuda, annulus in manus dextera mea: inde euellam te. Et dabo te in manu quærentium animam tuam, & in manu quorũ tu formidas faciem, & in manu Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manu Chaldæorum. Et mittam
G te & matrem tuam quæ genuit te, in terrã alienam, in qua nati non estis, ibiq; moriemini: & in terram ad quam ipsi leuant animam suam, vt reuertantur illuc, & non reuertentur. Nunquid vas fictile atq; cõtritum vir iste Iechonias? Nunquid vas absq; omni voluptate? quare abiecti sunt ipse & semen eius, & proiecti in terram quam ignorauerunt? Terra, terra, terra, audi sermonem Domini. Hæc dicit Dominus, Scribe virum istum sterilem, virũ qui in diebus suis non prosperabitur. nec enim erit de semine eius vir qui sedeat super solium Dauid, & potestatem habeat vltrà in Iuda.

S. COMMINATIO *Domini in prælatos & prophetas, ob scelera sua dispergendos, quòd populum ad malum induxerint per ficta uerba, per somnia, & per scripturæ deprauationem.*

CAPVT XXIII.

A VAe pastoribus qui disperdunt & dilacerant gre- *Ezc. 34 d*
gem pascuæ meæ, dicit Dominus. Ideò hæc dicit Dominus Deus Israel ad pastores qui pascunt populum meum, Vos dispersistis gregem meũ, & eiecistis eos, & non visitastis eos: ecce ego visitabo super vos malitiam studiorum vestrorũ, ait Dominus. Et ego congregabo reliquias gregis mei de omnibus terris, ad quas eiecero eos illuc: & conuertã eos ad rura sua, & crescent, & multiplicabuntur. Et suscitabo super eos pastores, & pascent eos: & non formidabũt vltrà, & nõ pauebunt: & nullus quæretur ex numero, dicit Dominus. Ecce dies veniunt, dicit Domi- CHR IST
nus: & suscitabo Dauid germen iustũ: & regnabit rex, & sa- veri pasto-
B piens erit: & faciet iudiciũ & iustitiã in terra. In diebus illius saluabitur Iuda, & Israel habitabit confidenter: & hoc est nomen quod vocabunt eum, Dominus iustus noster. Propter hoc ecce dies veniunt, dicit Dominus: & non dicent vltrà, Viuit Dominus qui eduxit filios Israel de terra Aegypti: sed, Viuit Dominus qui eduxit & adduxit semen domus Israel de terra aquilonis, & de cunctis terris, ad quas eieceram eos illuc: & habitabũt in terra sua. Ad prophetas, Contritũ est cor meum in medio mei, contremuerunt omnia ossa mea, factus sum quasi vir ebrius, & quasi homo madidus à vino, à facie Domini & à facie verborũ sanctorũ eius. Quia adulterijs repleta est terra, quia à facie maledictionis luxit terra, arefacta sunt arua deserti: factus est cursus eorum malus, & fortitudo
C eorum dissimilis. Propheta nanq; & sacerdos polluti sunt: & in domo mea inueni malum eorum, ait Dominus. Idcirco via eorum erit quasi lubricum in tenebris: impellentur enim, & corruent

Infra 33 c
Esa. 4 b
40 c 41 b
Ezec. 34
Dani. 9 g
Ioan. 1 g
Deut. 33 d
Supra 16 c

& corruent in ea: afferam enim ſuper eos mala, annum viſitationis eorum, ait Dominus. Et in prophetis Samariæ vidi fatuitatem, prophetabant in Baal, & decipiebant populũ meũ Iſrael. Et in prophetis Ieruſalẽ vidi ſimilitudinẽ, adulterium, & iter mendacij: & cõfortauerunt manus peſsimorũ, vt non cõuerteretur vnuſquiſq; à malitia ſua: facti ſunt mihi omnes vt Sodoma, & habitatores eius quaſi Gomorrha. Propterea hæc dicit Dominus exercituũ ad prophetas, Ecce ego cibabo eos abſynthio, & potabo eos felle: à Prophetis enim Ieruſalem egreſſa eſt pollutio ſuper omnem terrã. Hæc dicit Dominus exercituũ, Nolite audire verba prophetarũ, qui prophetant vobis, & decipiunt vos: viſionẽ cordis ſui loquũtur, non de ore Domini. Dicunt his qui blaſphemant me, Locutus eſt Dominus, Pax erit vobis. & omnibus qui ambulant in prauitate cordis ſui, dixerunt, Non veniet ſuper vos malũ. Quis enim affuit in conſilio Domini, & vidit & audiuit ſermonem eius? quis conſyderauit verbũ illius & audiuit? Ecce, turbo dominicæ indignationis egredietur, & tẽpeſtas erumpens ſuper caput impiorũ veniet. Non reuertetur furor Domini vſq; dum faciet & vſq; dum compleat cogitationẽ cordis ſui. in nouiſsimis diebus intelligetis conſilium eius. Non mittebam prophetas, & ipſi currebant: non loquebar ad eos, & ipſi prophetabant. Si ſtetiſſent in conſilio meo, & nota feciſſent verba mea populo meo: auertiſſem vtiq; eos à via ſua mala, & à cogitationibus ſuis peſsimis. Putáſne Deus è vicino ego ſum, dicit Dominus, & non Deus délonge? Si occultabitur vir in abſconditis: & ego non videbo eum, dicit Dominus? Nunquid non cœlum & terram ego impleo, dicit Dominus? Audiui quæ dixerunt prophetæ prophetantes in nomine meo mendacium, atque dicentes, Somniaui, ſomniaui. Vſquequo iſtud eſt in corde prophetarũ vaticinantium mendacium, & prophetantiũ ſeductiones cordis ſui? Qui volunt facere vt obliuiſcatur populus meus nominis mei propter ſomnia eorum quæ narrat vnuſquiſq; ad proximum ſuum: ſicut obliti ſunt patres eorum nominis mei propter Baal. Propheta qui habet ſomniũ, narret ſomniũ: & qui habet ſermonem meum, loquatur ſermonem meum verè. quid paleis ad triticum, dicit Dominus? Nunquid nõ verba mea ſunt quaſi ignis, dicit Dominus: & quaſi malleus conterens petram? Propterea ecce ego ad prophetas, ait Dominus: qui furantur verba mea vnuſquiſq; à proximo ſuo. Ecce ego ad prophetas, ait Dominus: qui aſſumunt linguas ſuas, & aiunt, dicit Dñs. Ecce ego ad prophetas ſomniantes mendacium, ait Dñs: qui narrauerũt ea, & ſeduxerunt populũ meum in mendacio ſuo & in miraculis ſuis: cum ego non miſiſſem eos, nec mandaſſem eis: qui nihil profuerunt populo huic, dicit Dominus. Si igitur interrogauerit te populus iſte, vel propheta, aut ſacerdos, dicens, Quod eſt onus Domini? dices ad eos, Vt quid vobis onus? proijciam quippe vos, dicit Dominus. Et propheta & ſacerdos & populus qui dicit, Onus Domini: viſitabo ſuper virum illum, & ſuper domum eius. Hæc dicetis vnuſquiſque ad proximũ & ad fratrem ſuum, Quid reſpondit Dominus? Et quid locutus eſt Dominus? Et onus Domini vltrà non memorabitur: quia onus erit vnicuique ſermo ſuus: & peruertiſtis verba Dei viuentis, Domini exercituum Dei noſtri. Hæc dices ad prophetam, Quid reſpondit tibi Dominus? & quid locutus eſt Dominus? Si autem Onus Domini dixeritis: propter hoc hæc dicit Dominus, Quia dixiſtis ſermonẽ iſtum, Onus Domini: & miſi ad vos, dicẽs, Nolite dicere, Onus Domini: propterea ecce ego tollam vos portans: & derelinquam vos, & ciuitatem quam dedi vobis, & patribus veſtris à facie mea, & dabo vos in opprobrium ſempiternum, & in ignominiam æternã, quæ nunquam obliuione delebitur.

S. VISIO ficuum bonarum & malarum partem populi reducendam, & partẽ cũ rege perdendã deſignat. CAP. XXIIII.

OStendit mihi Dominus: & ecce duo calathi pleni ficis, poſiti ante templũ Domini: poſtquã tranſtulit Nabuchodonoſor rex Babylonis Iechoniam filium Ioacim regẽ Iuda, & principes eius, & fabrum, & incluſorẽ de Ieruſalem, & adduxit eos in Babylonem. Calathus vnus, ficus bonas habebat nimis: vt ſolent ficus eſſe primi temporis. & Calathus vnus, ficus habebat malas nimis, quæ comedi non poterant, eo quòd eſſent malæ. Et dixit Dominus ad me, Quid tu vides Ieremia? Et dixi, Ficus: ficus bonas, bonas valde: & malas: malas valde, quæ comedi non poſſunt, eo quòd ſint malæ. Et factũ eſt verbum Domini ad me, dicens, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Sicut ficus hæ bonæ: ſic cognoſcam tranſmigrationem Iuda, quam emiſi de loco iſto in terram Chaldæorũ, in bonum. Et ponam oculos meos ſuper eos ad placandũ: & reducam eos in terram hanc: & ædificabo eos, & non deſtruã: & plantabo eos, & nõ euellam. Et dabo eis cor vt ſciãt me quia ego ſum Dominus: *Infrà 21 f* & erunt mihi in populũ, & ego ero eis in Deum: quia reuertentur ad me in toto corde ſuo. Et ſicut ficus peſsimæ, quæ comedi non poſſunt, eo quòd ſint malæ: hæc dicit Dominus, ſic *Infra 29 d* dabo Sedechiã regem Iuda, & principes eius, & reliquos de Ieruſalem, qui remanſerũt in vrbe hac, & qui habitant in terra Aegypti. Et dabo eos in vexationẽ afflictionemq́; omnibus regnis terræ: in opprobrium, & in parabolã, & in prouerbium, & in maledictionẽ in vniuerſis locis ad quæ eieci eos. Et mittam in eis gladium, & famem, & peſtem: donec conſumantur de terra, quam dedi eis & patribus eorum.

S. SEPTVAGINTA annorum captiuitas prænuntiata paſtores & magnates ad planctum uocat. CAPVT XXV.

VErbum quod factũ eſt ad Ieremiam de omni populo Iudæ: in anno quarto Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda, ipſe eſt annus primus Nabuchodonoſor regis Babylonis. Quod locutus eſt Ieremias propheta ad omnem populum Iuda, & ad vniuerſos habitatores Ieruſalẽ, dicens, A tertiodecimo anno Ioſiæ filij Amon regis Iuda vſq; ad diem hanc: iſte tertius & viceſimus annus, factũ eſt verbũ Domini ad me, & locutus ſum ad vos de nocte conſurgens & loquens: & nõ audiſtis. Et miſit Dominus ad vos omnes ſeruos ſuos prophetas cõſurgens diluculo, mittensq́ue & non audiſtis: neque inclinaſtis aures veſtras vt audiretis, cum diceret, Reuertimini vnuſquiſq; à via ſua mala, & *4. Reg. 17 d* à peſsimis cogitationibus veſtris: & habitabitis in terra quam *Supra 18 e* dedit Dominus vobis & patribus veſtris, à ſeculo & vſque in *Infra 35 c* ſeculũ. Et nolite ire poſt deos alienos, vt ſeruiatis eis, adoretisq́; eos: neque me ad iracundiam prouocetis in operibus manuum veſtrarum, & non affligã vos. Et non audiſtis me, dicit Dominus: vt me ad iracundiã prouocaretis in operibus manuum veſtrarũ, in malum veſtrũ. Propterea hæc dicit Dominus exercituũ, Pro eo quòd non audiſtis verba mea, ecce ego mittam, & aſſumã vniuerſas cognationes aquilonis, ait Dominus, & Nabuchodonoſor regem Babylonis ſeruum meũ: & adducam eos ſuper terrã iſtam, & ſuper habitatores eius, & ſuper omnes nationes quæ in circuitu illius ſunt: & interficiam eos, & ponam eos in ſtuporem & in ſibilum, & in ſolitudines ſempiternas. Perdamq́ue ex eis vocem gaudij & vocem lætitiæ, vocem ſponſi, & vocem ſponſæ, vocem molæ & lumen lucernæ. Et erit vniuerſa terra hæc in ſolitudinem & in ſtuporem: & ſeruient omnes gentes iſtæ regi Babylonis ſeptuaginta annis. Cumq́ue impleti fuerint ſeptuaginta anni, viſitabo ſuper regem Babylonis, & ſuper gentem illam, dicit Dominus, iniquitatem eorum, & ſuper terram Chaldæorum: & ponam illam in ſolitudines ſempiternas. Et adducam ſuper terram illam omnia verba mea quæ locutus ſum contra eam, omne quod ſcriptum eſt in libro iſto, quæcunq; prophetauit Ieremias aduerſum omnes gentes, Quia ſeruierunt eis, cum eſſent gentes multæ & reges

Infra 29 c *2. Par. 36 d* *1. Eſdr. 1 a* *Danie. 9 a*

magni: & reddam eis ſecundū opera eorum,& ſecundū facta manuum ſuarū. Quia ſic dicit Dominus Deus Iſrael, Sume calicē vini furoris huius de manu mea: & propinabis de illo cunctis gētibus ad quas ego mittā te. Et bibēt,& turbabūtur, & inſanient à facie gladij quem ego mittā inter eos. Et accepi calicē de manu Domini,& propinaui cunctis gentibus ad quas miſit me Dominus: Ieruſalē,& ciuitatibus Iuda, & regibus eius & principibus eius: vt darem eos in ſolitudinē & in ſtuporem,& in ſibilū,& in maledictionē, ſicut eſt dies iſta. Pharaoni regi Aegypti,& ſeruis eius,& principibus eius,& omni populo eius,& vniuerſis generaliter: cūctis regibus terræ Auſitidis,& cunctis regibus terræ Philiſtijm, & Aſcalonis,& Gazæ,& Accaron,& reliquijs Azoti, & Idumeæ, & Moab,& filijs Ammon,& cūctis regibus Tyri, & vniuerſis regibus Sidônis: & regibus terræ inſularū qui ſunt trans mare,& Dedan,& Theman,& Buz,& vniuerſis qui attonſi ſunt in comam,& cunctis regibus Arabiæ,& cūctis regibus Occidentis qui habitant in deſerto,& cunctis regibus Zambri, & cunctis regibus Elam,& cunctis regibus Medorum: cunctis quoq; regibus Aquilonis déprope & délonge, vnicuiq; contra fratrem ſuum: & omnibus regnis terræ, quæ ſuper faciem eius ſunt: & rex Seſach bibet poſt eos. Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituū Deus Iſrael, Bibite & inebriamini, & vomite: & cadite, neq; ſurgatis à facie gladij quē ego mittam inter vos. Cumq; noluerint accipere calicē de manu tua vt bibāt, dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituū, Bibentes bibetis, quia ecce in ciuitate in qua inuocatum eſt nomen meum, ego incipio affligere: & vos quaſi innocētes, & immunes eritis? non eritis immunes: gladium enim ego voco ſuper omnes habitatores terræ, dicit Dominus exercituum. Et tu prophetabis ad eos omnia verba hæc, & dices ad illos, Dominus de excelſo rugiet, & de habitaculo ſancto ſuo dabit vocem ſuā: rugiēs rugiet ſuper decórem ſuū; celeuſma quaſi calcantiū, cōcinetur aduerſus omnes habitatores terræ. Peruenit ſonitus vſq; ad extrema terræ: quia iudicium Domino cum gētibus: iudicatur ipſe cum omni carne, impios tradidi gladio, dicit Dominus. Hæc dicit Dominus exercituū, Ecce afflictio egredietur de gente in gentē: & turbo magnus egredietur à ſummitatibus terræ. Et erunt interfecti Domini in die illa à ſummo terræ vſq; ad ſummū eius: non plangentur, & non colligentur, neq; ſepelientur: in ſterquiliniū ſuper faciem terræ iacebunt. Vlulate paſtores, & clamate: & aſpergite vos cinere optimates gregis, quia cōpleti ſunt dies veſtri, vt interficiamini: & diſſipationes veſtræ, & cadetis quaſi vaſa pretioſa. Et peribit fuga à paſtoribus, & ſaluatio ab optimatibus gregis. Vox clamoris paſtorū, & vlulatus optimatū gregis: quia vaſtauit Dominus paſcua eorū, & conticuerunt arua pacis à facie iræ furoris Domini. Dereliquit quaſi leo vmbraculum ſuum: quia facta eſt terra eorum in deſolationem à facie iræ columbæ, & à facie iræ furoris Domini.

1. Pet. 4 d

Ioel 3 d

Amos 1 g

S. IEREMIAS *propter Dei uerbum à ſacerdotibus cōprehenſus, à principibus liberatur.* CAPVT XXVI.

IN principio regni Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda, factum eſt verbū iſtud à Domino, dicens, Hæc dicit Dominus, Sta in atrio domus Domini, & loquêris ad omnes ciuitates Iuda, de quibus veniunt vt adorēt in domo Domini, vniuerſos ſermones quos ego mādaui tibi vt loquaris ad eos: * nulli ſubtrahere verbū: ſi fortè audiant & conuertantur vnuſquiſq; à via ſua mala: & pœniteat me mali quod cogito facere eis propter malitiā ſtudiorum eorum. Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus, Si non audieritis me vt ambuletis in lege mea quam dedi vobis: vt audiatis ſermones ſeruorū meorum prophetarum, quos ego miſi ad vos de nocte conſurgens, & dirigens, & non audiſtis: dabo domum iſtam ſicut Silo, & vrbem hanc dabo in male dictionem cunctis gentibus terræ. Et audierunt ſacerdotes & prophetæ, & omnis populus Ieremiam loquentem verba hæc in domo Domini. Cumq; compleſſet Ieremias loquens omnia quæ præceperat ei Dominus vt loqueretur ad vniuerſum populum: apprehenderunt eum ſacerdotes, & prophetæ, & omnis populus, dicens, Morte moriatur. Quare prophetauit in nomine Domini, dicens, Sicut Silo erit domus hæc: & vrbs iſta deſolabitur, eo quòd nō ſit habitator? Et congregatus eſt omnis populus aduerſus Ieremiā in domo Domini: & audierunt principes Iuda verba hæc: & aſcenderunt de domo regis in domum Domini, & ſederunt in introitu portæ domus Domini nouæ. Et locuti ſunt ſacerdotes, & prophetæ ad principes, & ad omnem populū dicentes, Iudicium mortis eſt viro huic: quia prophetauit aduerſus ciuitatem iſtam, ſicut audiſtis auribus veſtris. Et ait Ieremias ad omnes principes, & ad vniuerſum populū, dicens, Dominus miſit me vt prophetarē ad domum iſtam, & ad ciuitatē hanc omnia verba quæ audiſtis. Nunc ergo bonas facite vias veſtras, & ſtudia veſtra, & audite vocem Domini Dei veſtri: & pœnitebit Dominum mali quod locutus eſt aduerſum vos. Ego autē ecce in manibus veſtris ſum: facite mihi quod bonum & rectū eſt in oculis veſtris. Veruntamen ſcitote & cognoſcite quòd ſi occideritis me, ſanguinē innocentem tradetis contra voſmetipſos, & contra ciuitatem iſtam, & habitatores eius. in veritate enim miſit me Dñs ad vos, vt loquerer in auribus veſtris omnia verba hæc. Et dixerunt principes, & omnis populus ad ſacerdotes & prophetas, Non eſt viro huic iudicium mortis: quia in nomine Domini Dei noſtri locutus eſt ad nos. Surrexerunt ergo viri de ſenioribus terræ: & dixerunt ad omnem cœtum populi, loquentes, Micheas de Moraſthi fuit propheta in diebus Ezechiæ regis Iuda: & ait ad omnē populū Iudæ, dicens, Hæc dicit Dominus exercituū, Sion quaſi ager arabitur: & Ieruſalē in aceruum lapidum erit, & mons domus Domini in excelſa ſyluarū. Nunquid morte condēnauit eum Ezechias rex Iuda, & omnis Iuda? nunquid non timuerunt Dominū, & deprecati ſunt faciem Domini, & pœnituit Dominum mali, quod locutus fuerat aduerſum eos? Itaq; nos facimus malum grande contra animas noſtras. Fuit quoq; vir prophetans in nomine Domini Vrias filius Semei de Cariathiarim: & prophetauit aduerſus ciuitatem iſtam, & aduerſus terram hanc iuxta omnia verba Ieremiæ. Et exaudiuit rex Ioacim, & omnes potētes, & principes eius verba hæc: & quæſiuit rex interficere eum. Et audiuit Vrias, & timuit, fugitq;, & ingreſſus eſt Aegyptū. Et miſit rex Ioacim viros in Aegyptum, Elnathan filium Achobor, & viros cum eo in Aegyptum. Et eduxerunt Vriam de Aegypto: & adduxerunt eum ad regem Ioacim, & percuſsit eum gladio: & proiecit cadauer eius in ſepulchris vulgi ignobilis. Igitur manus Ahicam filij Saphan fuit cum Ieremia, vt non traderetur in manus populi, & interficerent eum.

Aliâs, noli.

2. Reg. 4 b

S. REX *Iuda & uicini eius cū populis ſuis iubētur ſubijci Aſſyrijs, & non credere pſeudoprophetis.* CAPVT XXVII.

IN principio regni Ioacim filij Ioſiæ regis Iuda, factum eſt verbum iſtud ad Ieremiam à Domino, dicens, Hæc dicit Dominus ad me, Fac tibi vincula, & catenas: & pones eas in collo tuo. Et mittes eas ad regem Edom, & ad regem Moab, & ad regem filiorum Ammon, & ad regem Tyri, & ad regem Sidônis: in manu nuntiorum qui venerunt Ieruſalem ad Sedechiam regem Iuda, & præcipies eis vt ad dominos ſuos loquantur, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Hæc dicetis ad dominos veſtros, Ego feci terram, & homines, & iumenta, quæ ſunt ſuper faciem terræ, in fortitudine mea magna & in brachio meo extento: & dedi eam ei qui placuit in oculis meis. Et nunc itaque ego dedi omnes terras iſtas in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis ſerui mei: inſuper & beſtias agri dedi ei, vt ſeruiant illi. Et ſeruient ei omnes

Supra 7 d

omnes gẽtes,& filio eius,& filio filij eius: donec veniat tempus terræ eius & ipſius: & ſeruient ei gentes multæ & reges
B magni. Gens autem & regnũ quod non ſeruierit Nabuchodonoſor regi Babylonis,& quicunq; non curuauerit collum ſuum ſub iugo regis Babylonis: in gladio & in fame & in peſte viſitabo ſuper gentem illam, ait Dominus: donec conſumam eos in manu eius. Vos ergo nolite audire prophetas veſtros,& diuinos,& ſomniatores,& augures, & maleficos qui dicunt vobis. Non ſeruietis regi Babylonis, quia mendacium prophetant vobis: vt longe vos faciant de terra veſtra, & eijciant vos,& pereatis. Porrò gens quæ ſubiecerit cerui-
cem ſuam ſub iugo regis Babylonis,& ſeruierit ei: dimittam eam in terra ſua, dicit Dominus: & colet eam,& habitabit in ea. Et ad Sedechiã regem Iuda locutus ſum ſecundum omnia verba hæc, dicens, Subijcite colla veſtra ſub iugo regis Baby-
C lonis,& ſeruite ei,& populo eius,& viuetis. Quare moriemini tu,& populus tuus gladio, & fame,& peſte, ſicut locutus eſt Dominus ad gentẽ quæ ſeruire noluerit regi Babylonis? Nolite audire verba prophetarum dicentium vobis, Non ſeruietis regi Babylonis, quia mendacium ipſi loquuntur vobis. Quia non miſi eos, ait Dominus: & ipſi prophetant in no-
Supra 14 c mine meo mendaciter: vt eijciant vos, & pereatis tam vos
Supra 23 d quàm prophetæ qui vaticinantur vobis. Et ad ſacerdotes,&
Infra 29 b ad omnem populum iſtum locutus ſum, dicens, Hæc dicit Dominus, Nolite audire verba prophetarum veſtrorum, qui prophetant vobis, dicentes, Ecce vaſa domus Domini reuertentur de Babylone nunc cito: mendacium enim prophetant vobis. Nolite ergo audire eos, ſed ſeruite regi Babylonis, vt viuatis. quare datur hæc ciuitas in ſolitudinem? Et ſi prophe-
D tæ ſunt,& eſt verbũ Domini in eis: occurrant Domino exercituum: vt non veniant vaſa quæ derelicta fuerant in domo Domini,& in domo regis Iuda,& in Ieruſalem, in Babylonem. Quia hæc dicit Dominus exercituum ad columnas, &
Ad cap. 52 c ad mare,& ad baſes,& ad reliqua vaſorũ, quę remanſerunt in ciuitate hac: quæ non tulit Nabuchodonoſor rex Babylonis, cum transferret Iechoniam filium Ioacim regem Iuda de Ieruſalem in Babylonem,& omnes optimates Iuda & Ieruſalem. Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael ad vaſa quæ derelicta ſunt in domo Domini, & in domo regis Iuda & Ieruſalem: In Babylonẽ transferentur,& ibi erunt vſq; ad diem viſitationis ſuæ dicit Dominus: & afferri faciam ea, & reſtitui in loco iſto.

S. HANANIAS *pſeudopropheta captiuum populum poſt duos annos reducendum cum uaſis templi prædicens à Domino percutitur.* CAPVT XXVIII.

A ET factum eſt in anno illo in principio regni Sedechiæ regis Iuda, in anno quarto, in menſe quinto, dixit ad me Hananias filius Azur propheta de Gabaon, in domo Domini coram ſacerdotibus & omni populo, dicens, Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael, Contriui iugum regis Babylonis. Adhuc duo anni dierum,& ego referri faciam ad locum iſtum omnia vaſa domus Domini quæ tulit Nabuchodonoſor rex Babylonis de loco iſto,& tranſtulit ea in Babylonem. Et Iechoniam filium Ioacim regem Iuda,& omnem tranſmigrationem Iudæ, qui ingreſſi ſunt in Babylonem, ego conuertã ad locum iſtum, ait Dominus: conteram enim iugum regis Babylonis,
B Et dixit Ieremias propheta ad Hananiam prophetam in oculis ſacerdotũ,& in oculis omnis populi qui ſtabat in domo Domini: & ait Ieremias propheta, Amen, ſic faciat Dominus: ſuſcitet Dominus verba ſua quæ prophetaſti: vt referantur vaſa in domum Domini,& omnis tranſmigratio de Babylone ad locum iſtum. Verũtamen audi verbum hoc, quod ego loquor in auribus tuis,& in auribus vniuerſi populi, Prophetæ qui fuerunt ante me & ante te ab initio,& prophetauerunt ſuper terras multas,& ſuper regna magna, de prælio & de afflictione,& de fame. Propheta qui vaticinatus eſt pacẽ:
C cum venerit verbum eius, ſcietur propheta quem miſit Dominus in veritate. Et tulit Hananias propheta catenã de collo Ieremiæ prophetæ, & confregit eam. Et ait Hananias in cõſpectu omnis populi, dicens, hæc dicit Dominus, Sic confringã iugum Nabuchodonoſor regis Babylonis poſt duos annos dierum de collo omnium gentium. Et abijt Ieremias propheta in viam ſuam. Et factũ eſt verbum Domini ad Ieremiam, poſtquam confregit Hananias propheta catenam de collo Ieremiæ prophetæ, dicẽs, Vade,& dices Hananię, Hæc
D dicit Dominus, Catenas lineas contriuiſti: & facies pro eis catenas ferreas. Quia hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Iugum ferreũ poſui ſuper collum cunctarũ gentium iſtarum, vt ſeruiant Nabuchodonoſor regi Babylonis,& ſeruient ei: inſuper & beſtias terræ dedi ei. Et dixit Ieremias propheta ad Hananiam prophetã, Audi Hanania: non miſit te Dominus,& tu confidere feciſti populũ iſtum in mendacio. Idcirco hæc dicit Dñs, Ecce ego mittam te à facie terræ, hoc anno moriẽris. aduerſum enim Dominum locutus es. Et mortuus eſt Hananias propheta in anno illo menſe ſeptimo.

S. IEREMIAS *captiuos Babylonis poſt* LXX. *annos reducendos conſolatur ſcripturis, & ut pſeudoprophetas deuitent hortatur.* CAPVT XXIX.

A ET hæc ſunt verba libri quæ miſit Ieremias propheta de Ieruſalem, ad reliquias ſeniorũ tranſmigrationis,& ad ſacerdotes,& ad prophetas, & ad omnem populũ quem traduxerat Nabuchodonoſor de Ieruſalẽ in Babylonẽ: poſtquam egreſſus eſt Iechonias rex,& domina,& eunuchi,& principes Iuda, & Ieruſalẽ,& faber,& incluſor de Ieruſalẽ: in manu Elaſa filij Saphan, & Gamariæ filij Helciæ, quos miſit Sedechias rex Iuda ad Nabuchodonoſor regem Babylonis in Babylonẽ, dicẽs, Hęc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael, omni tranſmigratio-
B ni, quam tranſtuli de Ieruſalem in Babylonem, Aedificate domos,& habitate: & plantate hortos,& comedite fructum eorum. Accipite vxores,& generate filios & filias, & date filijs veſtris vxores: & filias veſtras date viris,& pariant filios & filias: & multiplicamini ibi, & nolite eſſe pauci numero. Et quærite pacem ciuitatis ad quam tranſmigrare vos feci: & ora te pro ea ad Dominũ: quia in pace illius erit pax vobis. Hæc Supra 14 c
C enim dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Non vos ſeducant prophetæ veſtri qui ſunt in medio veſtrum,& diuini veſtri: & ne attendatis ad ſomnia veſtra quę vos ſomniatis: quia falsò ipſi prophetant vobis in nomine meo, non miſi eos dicit Dominus. Quia hæc dicit Dñs. Cum cœperint impleri in Babylone ſeptuaginta anni, viſitabo vos, & ſuſcitabo ſuper vos verbũ meum bonum,& reducam vos ad locũ iſtum. Ego enim ſcio cogitationes, quas ego cogito ſuper vos, ait Supra 15 c
Dominus, cogitationes pacis & non afflictionis, vt dem vo- 2. Par. 36 d
D bis finẽ & patientiã. Et inuocabitis me, & ibitis: & orabitis Eſd. 1 a
me,& ego exaudiã vos: quæretis me,& inuenietis: cum quæ- Dani. 9. a
ſieritis me in toto corde veſtro. Et inueniar à vobis, ait Dominus: & reducã captiuitatem veſtrã,& congregabo vos de vniuerſis gẽtibus,& de cunctis locis ad quæ expuli vos, dicit Dominus: & reuertivos faciã de loco ad quem tranſmigrare vos feci. Quia dixiſtis, Suſcitabit nobis Dominus prophetas in Babylone. Quia hæc dicit Dominus ad regem qui ſedet ſuper ſolium Dauid & omnem populum habitatorẽ vrbis huius, ad fratres veſtros, qui non ſunt egreſſi vobiſcum in Supra 24 c
tranſmigrationẽ. Hæc dicit Dominus exercituum, Ecce ego mittam in eos gladium, & famem,& peſtem: & ponam eos quaſi ficus malas quæ comedi non poſſunt, eo quòd peſſimæ ſint. Et perſequar eos in gladio,& in fame,& in peſtilentia: & dabo eos in vexationẽ vniuerſis regnis terræ, in maledictionem,& in ſtuporem,& in ſibilum,& in opprobrium cunctis gentibus ad quas ego eieci eos, eo quòd nõ audierint

verba

verba mea, dicit Dominus: quæ misi ad eos per seruos meos prophetas de nocte cõsurgens & mittens, & non audistis, dicit Dominus. Vos ergo audite verbũ Domini omnis trãsmigratio, quam emisi de Ierusalẽ in Babylonẽ. Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel ad Achab filiũ Coliæ, & ad Sedechiã filium Maasiæ: qui prophetant vobis in nomine meo mẽdaciter, Ecce, Ego tradã eos in manus Nabuchodonosor regis Babylonis: & percutiet eos in oculis vestris. Et assumetur ex eis maledictio omni trãsmigrationi Iudę quę est in Babylone dicentiũ, Ponat te Dominus sicut Sedechiam, & sicut Achab: quos frixit rex Babylonis in igne, pro eo quod fecerint stultitiam in Israel, & mœchati sunt in vxores amicorum suorũ, & locuti sunt verbũ in nomine meo mendaciter quod non mandaui eis. ego sum iudex & testis, dicit Dominus. Et ad Semeam Nehelamitẽ dices, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Pro eo quòd misisti in nomine tuo libros ad omnem populũ qui est in Ierusalẽ, & ad Sophoniã filium Maasiæ sacerdotẽ, & ad vniuersos sacerdotes, dicens, Dominus dedit te sacerdotẽ pro Ioiade sacerdote: vt sis dux in domo Domini super omnẽ virum arreptitiũ & prophetantem, vt mittas eum in neruũ & in carcerem. Et nunc quare non increpasti Ieremiã Anathothiten, qui prophetat vobis? Quia super hoc misit in Babylonem ad nos, dicens, Longũ est: ædificate domos, & habitate: & plantate hortos, & comedite fructus eorũ. Legit ergo Sophonias sacerdos librũ istum in auribus Ieremiæ prophetæ. Et factum est verbum Domini ad Ieremiam, dicens, Mitte ad omnem trãsmigrationem, dicens, Hæc dicit Dominus ad Semeiam Nehelamitẽ. Pro eo quòd prophetauit vobis Semeias, & ego non misi eum: & fecit vos confidere in mendacio: idcirco hæc dicit Dominus, Ecce ego visitabo super Semeiam Nehelamitem, & super semen eius: non erit ei vir sedens in medio populi huius, & non videbit bonum quod ego faciam populo meo, ait Dominus: quia præuaricationem locutus est aduersus Dominum.

S. DOMINVS Israëlis liberationem, non solum à captiuitate seruitutis, sed & à uastatione populo consuetu prædicit.

CAPVT XXX.

HOc verbũ quod factum est ad Ieremiã à Domino, dicens, Hæc dicit Dominus Deus Israel, dicens, Scribe tibi omnia verba quæ locutus sum ad te, in libro. Ecce enim dies veniunt, dicit Dominus: & conuertam conuersionem populi mei Israel & Iuda, ait Dominus; & conuertã eos ad terram quam dedi patribus eorũ, & possidebunt eam. Et hæc verba quæ locutus est Dominus ad Israel & ad Iudam, Quoniam hæc dicit Dominus, vocem terroris audiuimus: formido, & non est pax. Interrogate & videte si generat masculus: quare ergo vidi omnis viri manum super lumbũ suum quasi parturiẽtis, & cõuersæ sunt vniuersæ facies in auriginẽ? Væ, quia magna dies illa, nec est similis eius: tempus ą; tribulationis est Iacob, & ex ipsa saluabitur. Et erit in die illa, ait Dominus exercituũ: conteram iugum eius de collo tuo, & vincula eius dirũpam: & non dominabuntur ei amplius alieni: sed seruient Domino Deo suo, & Dauid regi suo quem suscitabo eis. Tu ergo non timeas serue meus Iacob, ait Dominus, neq; paueas Israel: quia ecce ego saluabo te de terra longinqua, & semen tuũ de terra captiuitatis eorũ: & reuertetur Iacob, & requiescet, & cunctis affluet bonis, & non erit quẽ formidet: quoniã tecũ ego sum, ait Dominus, vt saluem te: faciam enim consummationem in cunctis gẽtibus, in quibus dispersi te: te non faciã in consummationẽ, sed castigabo te in iudicio, vt non videaris tibi innoxius. Quia hæc dicit Dominus, Insanabilis fractura tua, pessima plaga tua. Non est qui iudicet iudiciũ tuum ad alligandum: curationũ vtilitas non est tibi, Omnes amatores tui obliti sunt tui, teą; non quærẽt, plaga enim inimici percussi te castigatione crudeli: propter multitudinẽ iniquitatis tuæ, dura facta sunt peccata tua. Quid clamas super contritione tua? Insanabilis est dolor tuus: propter multitudinem iniquitatis tuæ, & dura peccata tua feci hæc tibi. Propterea omnes qui comedunt te, deuorabuntur: & vniuersi hostes tui in captiuitatẽ ducentur: & omnes qui te vastant, vastabũtur, cunctos q; prædatores tuos dabo in prædam. Obducã enim cicatricem tibi, & à vulneribus tuis sanabo te, dicit Dominus. Quia eiectam vocauerunt te Sion, Hæc est quæ non habebat requirẽtem. Hæc dicit Dominus, Ecce ego conuertam conuersionẽ tabernaculorum Iacob, & tectis eius miserebor: & ædificabitur ciuitas in excelso suo, & templum iuxta ordinem suum fundabitur. Et egredietur de eis laus, voxq; ludentiũ: & multiplicabo eos, & non minuentur: & glorificabo eos, & non attenuabuntur. Et erunt filij eius sicut à principio, & cœtus eius coram me permanebit. Et visitabo aduersum omnes qui tribulant eum. Et erit dux eius ex eo: & princeps de medio eius producetur: & applicabo eum, & accedet ad me. Quis enim iste est, qui applicet cor suum, vt appropinquet mihi, ait Dominus? Et eritis mihi in populum: & ego ero vobis in Deum. Ecce turbo Domini furor egrediens, procella ruens: in capite impiorum conquiescet. Non auertet iram indignationis Dominus, donec faciat & compleat cogitationem cordis sui: in nouissimo dierum intelligetis ea.

SIVDAEORVM reuocatio in Ierusalem, gentium uocationem ad Christianismum figurat: qui autem uenire contempserit, in peccato suo morietur.

CAPVT XXXI.

IN tempore illo, dicit Dominus, Ero Deus vniuersis cognationibus Israel, & ipsi erunt mihi in populũ. Hæc dicit Dominus, Inuenit gratiam in deserto populus qui remanserat gladio: vadet ad requiẽ suam Israel. Lõge Dñs apparuit mihi, Et in charitate perpetua dilexi te, ideò attraxi te miserãs. Rursumq; ædificabo te, & ædificaberis virgo Israel: adhuc ornaberis tympanis tuis, & egrediẽris in choro ludentiũ. Adhuc plantabis vineas in montibus Samariæ: plantabũt plantãtes, & donec tẽpus veniat, non vindemiabunt: quia erit dies in qua clamabũt custodes in monte Ephraim, Surgite, & ascẽdamus in Sion ad Dominũ Deũ nostrũ. Quia hæc dicit Dominus, Exultate in lætitia Iacob, & hinnite contra caput gentiũ: personate, & canite, & dicite, Salua Domine populũ tuũ reliquias Israel. Ecce ego adducã eos de terra aquilonis, & cõgregabo eos ab extremis terræ: inter quos erũt cæcus & claudus, & pregnãs & pariens simul cœtus magnus reuertentiũ huc. In fletu veniẽt: & misericordia reducã eos. Et adducam eos per torrentes aquarum in via recta, & nõ impingẽt in ea: quia factus sum Israëli pater, & Ephraim primogenitus meus est. Audite verbum Domini gentes, & annuntiate in insulis quæ procul sunt, & dicite, Qui dispersit Israel, cõgregabit eum, & custodiet eũ: sicut pastor gregẽ suum. Redimet enim Dominus Iacob, & liberabit eum de manu potentioris. Et venient, & laudabunt in monte Sion, & confluent ad bona Domini super frumento, & vino, & oleo, & fœtu pecorũ & armentorũ: eritq; anima eorum quasi hortus irriguus, & vltrà non esurient. Tunc lætabitur virgo in choro, iuuenes & senes simul, & conuertam luctum eorum in gaudium & consolabor eos, & lætificabo à dolore suo, & inebriabo animam sacerdotum pinguedine: & populus meus bonis meis adimplebitur, ait Dominus. Hæc dicit Dominus, Vox in excelso audita est lamentationis, luctus & fletus Rachel plorantis filios suos: & nolentis consolari super eis, quia non sunt. Hæc dicit Dominus, Quiescat vox tua à ploratu, & oculi tui à lachrymis: quia est merces operi tuo, ait Dominus, & reuertentur de terra inimici. Et est spes in nouissimis tuis, ait Dominus: & reuertentur filij tui ad terminos suos. Audiens audiui Ephraim transmigrantem, Castigasti me Domine, & eruditus sum, quasi iuuenculus indomitus. Conuerte me, & conuertar: quia tu Dominus

Joel. 2 c
Amos 5 c
Sopho. 1 d
Esa. 44 a
Lucæ 1 g
Supra 13 d
Supra 15 d
2. Cor. 6 d
Matth. 2 d

Dominus Deus meus. Poſtquàm enim conuertiſti me, egi pœnitentiã: & poſtquã oſtendiſti mihi, percuſsi femur meũ. Confuſus ſum, & erubui, quoniã ſuſtinui opprobriũ adoleſcentiæ meæ. Si filius honorabilis mihi Ephraim, ſi puer delicatus: quia ex quo locutus ſum de eo, adhuc recordabor eius. Idcirco conturbata ſunt viſcera mea ſuper eũ: miſerans miſerebor eius, ait Dominus. Statue tibi ſpeculam, pone tibi amaritudines: dirige cor tuũ in viam rectam, in qua ambulaſti: reuertere virgo Iſrael, reuertere ad ciuitates tuas iſtas. Vſquequo delicijs diſſoluêris filia vaga? quia creauit Dominus nouum ſuper terrã: FOEMINA CIRCVNDABIT VIRVM. Natiuitas CHRISTI prædicitur. Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Adhuc dicent verbũ iſtud in terra Iuda, & in vrbibus eius, cum conuertero captiuitatem eorum, Benedicat tibi Dominus pulchritudo iuſtitiæ, mons ſanctus: & habitabũt in eo Iudas, & omnes ciuitates eius ſimul: agricolæ & minantes greges. Quia inebriaui animam laſſam, & omnem animam eſurientẽ ſaturaui. ideò quaſi de ſomno ſuſcitatus ſum, & vidi: & ſomnus meus dulcis mihi. Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & ſeminabo domum Iſrael & domum Iuda ſemine hominum & ſemine iumentorum. Et ſicut vigilaui ſuper eos vt euellerem, & demolirer, & diſsiparem, & diſperderẽ, & affligerem: ſic vigilabo ſuper eos vt ædificem & plantẽ, ait Dominus. In diebus illis non dicent vltrà, Patres comederunt vuam arcerbã, & dentes filiorũ obſtupuerũt. Sed vnuſquiſq; in iniquitate ſua morietur: omnis homo qui comederit vuam acerbã, obſtupeſcẽt dentes eius. Ecce dies venient, dicit Dominus: & feriam domui Iſrael, & domui Iuda fœdus nouum. non ſecundum pactum quod pepigi cum patribus veſtris in die qua apprehendi manum eorum vt educerẽ eos de terra Aegypti: pactum quod irritũ fecerũt, & ego dominatus ſum eorũ, dicit Dominus. Sed hoc erit pactum quod feriam cũ domo Iſrael poſt dies illos dicit Dominus: Dabo legem meam in viſceribus eorum, & in corde eorum ſcribam eam: & ero eis in Deum: & ipſi erunt mihi in populum. Et non docebit vltrà vir proximum ſuũ, & vir fratrem ſuũ, dicens, Cognoſcite Dominum. omnes enim cognoſcent me à minimo eorum vſq; ad maximum, ait Dominus: quia propitiabor iniquitati eorũ, & peccati eorum non memorabor amplius. Hæc dicit Dominus qui dat ſolem in lumine diei, ordinẽ lunæ & ſtellarũ in lumine noctis: qui turbat mare & ſonant fluctus eius, Dominus exercituũ nomen illi. Si defecerint leges iſtæ corã me, dicit Dominus: tunc & ſemẽ Iſrael deficiet, vt non ſit gens coram me cũctis diebus. Hæc dicit Dñs. Si mẽſurari potuerint cœli ſurſum, & inueſtigari fundamẽta terræ deorſum: & ego abijciam vniuerſum ſemen Iſrael, propter omnia quæ fecerũt, dicit Dominus. Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & ædificabitur ciuitas Domino à turre Hananeel, vſq; ad portã anguli. Et exibit vltra normam menſuræ in cõſpectu eius ſuper collem Gareb: & circuibit Goátha, & omnẽ vallem cadauerum, & cineres, & vniuerſam regionem mortis, vſq; ad torrentem Cedron & vſq; ad angulũ portæ equorũ orientalis: ſanctum Domini nõ euelletur, & non deſtruetur vltrà in perpetuum.

S. IEREMIAS in uincula & carceres coniectus, Sedechiam captiuandum, à quo eiectus, populum ad agros ſuos reducẽdum deſignat. CAPVT XXXII.

VErbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino in anno decimo Sedechiæ regis Iuda, ipſe eſt annus decimuſoctauus Nabuchodonoſor. Tũc exercitus regis Babylonis obſidebat Ieruſalem: & Ieremias propheta erat cluſus in atrio carceris, qui erat in domo regis Iuda. Cluſerat enim eum Sedechias rex Iuda dicens, Quare vaticinaris, dicens, Hæc dicit Dominus, Ecce ego dabo ciuitatẽ iſtam in manu regis Babylonis, & capiet eam: Et Sedechias rex Iuda non effugiet de manu Chaldæorum: ſed tradetur in manu regis Babylonis: & loquetur os eius cum ore illius, & oculi eius oculos illius videbunt. Et in Babylonẽ ducet Sedechiã: & ibi erit donec viſitem eum, ait Dominus. ſi autem dimicaueritis aduerſum Chaldæos, nihil proſperũ habebitis. Et dixit Ieremias, Factum eſt verbũ Domini ad me, dicens, Ecce Hanameel filius Sellum patruelis tuus veniet ad te, dicens, Eme tibi agrũ meum qui eſt in Anathoth: tibi enim cõpetit ex propinquitate vt emas. Et venit ad me Hanameel filius patrui mei ſecundũ verbum Domini ad veſtibulũ carceris, & ait ad me, Poſside agrum meum qui eſt in Anathoth in terra Beniamin: quia tibi competit hæreditas, & tu propinquus es vt poſsideas. Intellexi autem quòd verbum Domini eſſet. Et emi agrum ab Hanameel filio patrui mei qui eſt in Anathoth: & appendi ei argentum ſeptem ſtateres, & decem argenteos. Et ſcripſi in libro, & ſignaui, & adhibui teſtes: & appendi argentũ in ſtatera. Et accepi librum poſſeſsionis ſignatũ, & ſtipulationes, & rata, & ſigna forinſecus. Et dedi librũ poſſeſsionis Baruch filio Neri filij Maaſiæ in oculis Hanameel patruelis mei, & in oculis teſtiũ qui ſcripti erant in libro emptionis, in oculis omnium Iudæorũ qui ſedebant in atrio carceris. Et præcepi Baruch coram eis, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael. Sume libros iſtos, librũ emptionis hunc ſignatum, & librũ hunc qui apertus eſt: & pones illos in vaſe fictili, vt permanere poſsint diebus multis. Hæc enim dicit Dñs exercituum Deus Iſrael, Adhuc poſsidebuntur domus, & agri, & vineæ in terra iſta. Et oraui ad Dominũ poſtquam tradidi librum poſſeſsionis Baruch filio Neri, dicens, Heu, heu, heu, Domine Deus: ecce tu feciſti cœlum & terrã in fortitudine tua magna, & in brachio tuo extẽto: non erit tibi difficile omne verbum. Qui facis miſericordiam in millibus, & reddis iuiquitatem patrum in ſinum filiorum eorum poſt eos fortiſsime, magne & potens, Dominus exercituum nomen tibi. Magnus conſilio & incomprehenſibilis cogitatu: cuius oculi aperti ſunt ſuper omnes vias filiorum Adam: vt reddas vnicuique ſecundum vias ſuas, & ſecundũ fructũ adinuentionum eius. Qui poſuiſti ſigna & portenta in terra Aegypti vſque ad diem hanc, & in Iſrael, & in hominibus: & feciſti tibi nomen ſicut eſt dies hæc, & eduxiſti populum tuum Iſrael de terra Aegypti, in ſignis, & in portẽtis, & in manu robuſta, & in brachio extẽto, & in terrore magno. Et dediſti eis terram hanc, quam iuraſti patribus eorum vt dares eis terram fluentẽ lacte & melle. Et ingreſsi ſunt, & poſſederunt eam: & non obedierũt voci tuæ, & in lege tua non ambulauerunt: omnia quæ mandaſti eis vt facerẽt, non fecerunt, & euenerunt eis omnia mala hæc. Ecce munitiones extructæ ſunt aduerſum ciuitatem, vt capiatur: & vrbs data eſt in manus Chaldæorũ, * & in manus regis Babylonis. .qui præliantur aduerſus eam à facie gladij, & famis, & peſtilentię: & quæcunq; locutus eſt, acciderunt, vt tu ipſe cernis. Et tu dicis mihi Domine Deus, Eme agrum argento, & adhibe teſtes: cum vrbs data ſit in manus Chaldæorum? Et factũ eſt verbum Domini ad Ieremiã, dicens, Ecce ego Dominus Deus vniuerſæ carnis: nunquid mihi difficile erit omne verbũ? Propterea hæc dicit Dominus, Ecce ego tradam ciuitatem iſtam in manus Chaldæorum, & in manus regis Babylonis, & capient eam: & venient Chaldæi præliantes aduerſum vrbem hanc, & ſuccendent eam igni, & comburent eam, & domos, in quarum domatibus ſacrificabant Baal, & libabant dijs alienis libamina ad irritandũ me. Erant enim filij Iſrael & filij Iuda iugiter facientes malum in oculis meis ab adoleſcentia ſua: filij Iſrael qui vſque nunc exacerbant me in opere manuum ſuarum, dicit Dominus. Quia in furore, & in indignatione mea facta eſt mihi ciuitas hæc, à die qua ædificauerunt eam, vſque ad diem iſtam, qua auferetur de conſpectu meo propter malitiam filiorum Iſrael & filiorum Iuda, quam fecerunt ad iracundiam me prouocantes, ipſi, & reges eorum, & principes eorum, & ſacerdotes eorum, & prophetæ eorum, viri Iuda & habitatores Ieruſalem:

Exod. 34 d

Ieruſalem? Et verterunt ad me terga & non facies: cum docerem eos diluculo, & erudirem: & nollent audire vt acciperēt
4.Reg.21.a diſciplinam. Et poſuerunt idōla ſua in domo, in qua inuocatum eſt nomen meum, vt polluerent eam. Et ædificauerunt excelſa Baal, quæ ſunt in valle filij Ennom: vt initiarent filios ſuos & filias ſuas Moloch: quod non mādaui eis, nec aſcendit in cor meum, vt facerēt abominationem hanc, & in peccatum deducerent Iudam. Et nunc propter iſta, hæc dicit Dominus Deus Iſrael ad ciuitatē hanc, de qua vos dicitis quòd tradatur in manus regis Babylonis in gladio, & in fame, & in peſte. Ecce ego congregabo eos de vniuerſis terris ad quas
Ezec.11.c eieci eos in furore meo, & in ira mea, & in indignatione gran
G di: & reducā eos ad locum iſtum, & habitare eos faciam confidēter. Et erunt mihi in populū, & ego ero eis in Deum. Et dabo eis cor vnū, & viam vnam, vt timeant me vniuerſis diebus: & bene ſit eis: & filijs eorum poſt eos. Et feriam eis pactum ſempiternum: & non deſinā eis benefacere: & timorem meum dabo in corde eorū, vt non recedant à me. Et lætabor ſuper eis, cum bene eis fecero: & plantabo eos in terra iſta in veritate in toto corde meo & in tota anima mea. Quia hæc dicit Dominus, Sicut adduxi ſuper populū iſtum omne malum hoc grande: ſic adducam ſuper eos omne bonum quod ego loquor ad eos. Et poſsidebuntur agri in terra iſta, de qua vos dicitis quòd deſerta ſit, eo quòd non remanſerit homo & iumentum, & data ſit in manus Chaldæorum. Agri ementur pecunia, & ſcribentur in libro, & imprimetur ſignum, & teſtes adhibebūtur in terra Beniamin, & in circuitu Ieruſalē in ciuitatibus Iuda, & in ciuitatibus mōtanis, & in ciuitatibus campeſtribus, & in ciuitatibus quæ ad auſtrum ſunt, quia cō uertam captiuitatem eorum, ait Dominus.

S. AD *orationem Ieremiæ pro populo remittit Dominus peccata, qui ſe poſtea naſciturum promittit, cuius regni non erit finis.*

CAPVT XXXIII.

A ET factum eſt verbū Domini ad Ieremiam ſecundò, cum adhuc clauſus eſſet in atrio carceris, dicens, Hæc dicit Dominus qui facturus eſt: Dominus formaturus illud, & paraturus, Dominus nomen eius. Clama ad me, & exaudiam te: & annuntiabo tibi grandia & firma quæ neſcis. Quia hæc dicit Dominus Deus Iſrael ad domos vrbis huius, & ad domos regis Iuda, quæ deſtructæ ſunt, ad munitiones, & ad gladiū venientiū vt dimicent cum Chaldæis, & impleant eas cadaueribus hominum, quos percuſsi in furore meo & in indignatione mea, abſcondens faciē meam à ciuitate hac propter omnem malitiam eorum. Ecce ego obducā eis cicatricem, & ſanitatem, & curabo eos: & reuelabo illis deprecationem pacis, & veritatis. Et conuertam conuerſionem Iuda, & conuerſionē Iſrael: & ædificabo eos ſicut à principio. Et emūdabo illos ab omni iniquita-
B te ſua, in qua peccauerūt mihi: & propitius ero cūctis iniquitatibus eorū in quibus deliquerunt mihi, & ſpreuerūt me. Et erit mihi in nomē, & in gaudiū, & in laudem, & in exultationē cunctis gētibus terræ, quæ audierūt omnia bona quæ ego facturus ſum eis: & pauebūt, & turbabūtur in vniuerſis bonis, & in omni pace quā ego faciā eis. Hæc dicit Dñs, Adhuc audietur in loco iſto (quē vos dicitis eſſe deſertum, eo quòd non ſit homo, neciumentū in ciuitatibus Iuda, & foris Ieruſalē, quæ deſolatæ ſunt abſq; homine & abſque habitatore & abſq; pecore) vox gaudij & vox lętitię, vox ſpōſi & vox ſpōſæ, vox dicentiū, Cōfitemini Domino exercituū, quoniā bonus Dominus, quoniā in æternū miſericordia eius: & portantiū vota in domū Domini, reducā enim conuerſionē terræ, ſicut à principio dicit Dominus, Hæc dicit Dñs exercituū, Adhuc erit in loco iſto deſerto abſq; homine, & abſq; iumēto, & in cūctis ciuitatibus eius, habitaculū paſtorū accuban-
C tium greges. Et in ciuitatibus mōtuoſis, & in ciuitatibus cāpeſtribus, & in ciuitatibus quæ ad auſtrū ſunt: & in terra Beniamin, & in circuitu Ieruſalē, & in ciuitatibus Iuda adhuc trāſibunt greges ad manum numerātis, ait Dominus. Ecce dies ve De CHRIniant, dicit Dominus: & ſuſcitabo verbū bonum, quod locu STI naſcituus ſum ad domū Iſrael & ad domum Iuda. In diebus illis, & turo. in tempore illo germinare faciam Dauid germen iuſtitiæ: & Supra 23.d faciet iudicium & iuſtitiam in terra. In diebus illis ſaluabitur Iuda, & Ieruſalē habitabit cōfidenter: & hoc eſt nomē quod vocabūt eum, Dominus iuſtus noſter. Quia hæc dicit Dominus, Non interibit de Dauid vir, qui ſedeat ſuper thronū do-
D mus Iſrael: Et de ſacerdotibus & Leuitis nō interibit vir à facie mea, qui offerat holocauſtomata, & incēdat ſacrificiū, & cædat victimas omnibus diebus. Et factū eſt verbū Domini Supra 33.d ad Ieremiam, dicens, Hæc dicit Dominus, Si irritum poteſt De regno fieri pactum meum cum die, & pactū meum cum nocte, vt CHRISTI non ſit dies & nox in tēpore ſuo: & pactum meum irritū eſſe in eccleſia poterit cum Dauid ſeruo meo, vt non ſit ex eo filius qui re- nunquam fi- gnet in throno eius, & leuitæ & ſacerdotes miniſtri mei. Si nituro. cut enumerari non poſſunt ſtellæ cœli, & metiri arenæ maris: ſic multiplicabo ſemen Dauid ſerui mei, & Leuitas miniſtros meos. Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiam, dicens, Nunquid non vidiſti quid populus hic locutus ſit, dicens? Duæ cognationes, quas elegerat Dominus abiectæ ſunt, & populum meum deſpexerunt, eo quòd non ſit vltrà gens coram eis. Hæc dicit Dominus. Si pactum meum inter diem & noctē, & leges cœli & terræ non poſui: equidem & ſemen Iacob, & Dauid ſerui mei proijciam, vt non aſſumam de ſemine eius principes ſeminis Abraham, Iſaac, & Iacob. reducam enim conuerſionem eorum, & miſerebor eis.

S. IN *obſidione Ieruſalem Ieremias ad Sedechiam mittitur exitium eius prædicaturus.*

CAPVT XXXIIII.

A VErbum quod factum eſt ad Ieremiā à Domino quando Nabuchodonoſor rex Babylonis, & omnis exercitus eius, vniuerſaq; regna terræ quæ erant ſub poteſtate manus eius, & omnes populi bellabant contra Ieruſalē, & cōtra omnes vrbes eius, dicens, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Vade, & loquere ad Sedechiam regē Iuda: & dices ad eum, Hæc dicit Dominus, Ecce ego tradam ciuitatē hanc in manu regis Babylonis, & ſuccendet eam igni. Et tu non effugies de manu eius: ſed cōprehenſione capiēris, & in manu eius tradēris: & oculi tui oculos regis Babylonis videbūt, & os eius ore tuo loquetur, & Babylonē introibis. Attamē audi verbū Domini Sedechia rex Iuda, hæc dicit Dñs ad te, Non moriēris in gladio, ſed in pace moriēris, & ſecundū cōbuſtiones patrum tuorū regum prio
B rum qui fuerūt ante te, ſic cōburent te: & væ Domine plangent te: quia verbū ego locutus ſum, dicit Dominus. Et locutus eſt Ieremias propheta ad Sedechiā regem Iuda vniuerſa verba hæc in Ieruſalem. Et exercitus regis Babylonis pugnabat contra Ieruſalē, & contra omnes ciuitates Iuda quæ reliquæ erant contra Lachis, & cōtra Azécha: hæ enim ſupererāt de ciuitatibus Iuda, vrbes munitę. Verbum quod factū eſt ad Ieremiam à Domino, poſtquàm percuſsit rex Sedechias fœdus cum omni populo in Ieruſalē, prædicās eis libertatē, Vt dimitteret vnuſquiſq; ſeruū ſuum, & vnuſquiſq; ancillā ſuā, Hebręū & Hebræam liberos: & nequaquā dominarētur eis, id eſt in Iudæo & fratre ſuo. Audierunt ergo omnes principes, & vniuerſus populus, qui inierant pactum, vt dimitteret vnuſquiſq; ſeruum ſuum & vnuſquiſq; ancillam ſuam liberos, & vltrà non dominarentur eis. Audierunt igitur, & dimiſerunt. Et cōuerſi ſunt deinceps: & retraxerunt ſeruos ſuos & ancillas ſuas, quos dimiſerunt liberos, & ſubiugauerūt in ſa-
C mulos & famulas. Et factum eſt verbum Domini ad Ieremiā à Domino, dicens, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, Ego Exo.21.d percuſsi fœdus cum patribus veſtris in die qua eduxi eos de Deut.15.c terra Aegypti de domo ſeruitutis, dicens, Cum completi fuerint ſeptem anni, dimittat vnuſquiſque fratrem ſuum

Hebræum

Hebræum, qui vẽditus eſt ei, & ſeruiet tibi ſex annis: & dimittes eum à te liberũ. & non exaudierunt patres veſtri me, nec inclinauerunt aurem ſuam. Et conuerſi eſtis vos hodie, & feciſtis quod rectũ eſt in oculis meis, vt prædicaretis libertatẽ vnuſquiſq; ad amicum ſuũ: & in iſtis pactũ in cõſpectu meo, in domo in qua inuocatũ eſt nomen meum ſuper eam: & reuerſi eſtis, & cõmaculaſtis nomen meum: & reduxiſtis vnuſquiſq; ſeruum ſuum, & vnuſquiſq; ancillam ſuam quos dimiſeratis vt eſſent liberi & ſuæ poteſtatis: & ſubiugaſtis eos vt ſint vobis ſerui & ancillæ. Propterea hæc dicit Dominus, Vos non audiſtis me, vt prædicaretis libertatem vnuſquiſq; fratri ſuo, & vnuſquiſq; amico ſuo: ecce ego prædico vobis
D libertatẽ, ait Dominus, ad gladiũ, ad peſtem, & ad famem: & dabo vos in commotionẽ cunctis regnis terræ. Et dabo viros qui præuaricãtur fœdus meum: & non obſeruauerunt verba fœderis, quibus aſſenſi ſunt in cõſpectu meo, vitulũ quem cõciderunt in duas partes, & tranſierũt inter diuiſiones eius, principes Iuda & principes Ieruſalẽ, eunuchi & ſacerdotes, & omnis populus terræ, qui tranſierunt inter diuiſiones vituli: & dabo eos in manus inimicorum ſuorum, & in manus quærentiũ animam eorũ: & erit morticinũ eorum in eſcam volatilibus cœli & beſtijs terræ. Et Sedechiam regem Iuda & principes eius dabo in manus inimicorũ ſuorum & in manus quærentium animas eorum, & in manus exercituum regis Babylonis, qui receſſerunt à vobis. Ecce ego præcipio, dicit Dominus: & reducam eos in ciuitatem hanc, & prælia-buntur aduerſus eam, & capient eã & incendent igni: & ciuitates Iuda dabo in ſolitudinẽ, eo quòd non ſit habitator.

S. RECHABITIS *paternum obſeruantibus mandatum, filij Iſraël diuinum præceptum neglexerunt.* CAPVT XXXV.

A VErbum quod factum eſt ad Ieremiam à Domino in diebus Ioacim filij Joſiæ regis Iuda, dicẽs, Vade ad domum Rechabitarum: & loquere eis, & introduces eos in domũ Domini in vnam exedram thaurorũ, & dabis eis bibere vinũ. Et aſſumpſi Iezoniam filium Ieremiæ filij Abſaniæ, & fratres eius, & omnes filios eius, & vniuerſam domum Rechabitarum: & introduxi eos in domum Domini, ad gazophylaciũ filiorum Hanam filij Iegedeliæ hominis Dei, quod erat iuxta gazophylacium principum, ſuper theſaurũ Maaſiæ filij Sellum, qui erat cuſtos veſtibuli. Et poſui coram filijs domus Rechabitarum ſcyphos plenos vino, & calices: & dixi ad eos. Bibite vinum.
B Qui reſponderunt, Non bibemus vinum: quia Ionadab filius Rechab, pater noſter, præcepit nobis, dicens, Non bibetis vinum vos & filij veſtri vſq; in ſempiternũ. Et domum nõ ædificabitis, & ſementẽ non ſeretis, & vineas non plantabitis, nec habebitis: ſed in tabernaculis habitabitis cunctis diebus veſtris, vt viuatis diebus multis ſuper faciẽ terræ in qua vos peregrinamini. Obediuimus ergo voci Ionadab filij Rechab, patris noſtri, in omnibus quæ præcepit nobis: ita vt non biberemus vinum cunctis diebus noſtris nos, & mulieres noſtræ, filij & filiæ noſtræ: & non ædificaremus domos ad habitandum: & vineam & agrum, & ſementẽ non habuimus, ſed habitauimus in tabernaculis, & obedientes fecimus iuxta omnia quæ præcepit nobis Ionadab pater noſter. Cum autem aſcendiſſet Nabuchodonoſor rex Babylonis ad terram no-
C ſtram, diximus, Venite, & ingrediamur Ieruſalẽ à facie exercitus Chaldæorũ, & à facie exercitus Syriæ: & manſimus in Ieruſalem. Et factũ eſt verbum Domini ad Ieremiam, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Vade, & dic viris Iuda & habitatoribus Ieruſalem, Nunquid non recipietis diſciplinam, vt obediatis verbis meis, dicit Dominus? Præualuerunt ſermones Ionadab filij Rechab, quos præcepit filijs ſuis vt non biberent vinum: & non biberunt vſq; ad diem hanc, quia obedierunt præcepto patris ſui: ego autem locutus ſum ad vos, de mane cõſurgens, & loquens: & non obediſtis mihi. Miſiq; ad vos omnes ſeruos meos prophetas, conſurgens diluculo, mittensq;, & dicens, Conuertimini vnuſquiſq; à via ſua peſsima, & bona facite ſtudia veſtra: & nolite ſequi deos alienos, neque colatis eos, & habitabitis in terra quam dedi vobis & patribus veſtris: & non inclinaſtis aurem veſtram, neq; audiſtis me. Firmauerũt igitur filij Ionadab filij Rechab præceptũ patris ſui quod præceperat eis: populus autem iſte non obediuit mihi. Idcirco hæc dicit Dominus exercituũ, Deus Iſrael, Ecce ego adduco ſuper Iudam & ſuper omnes habitatores Ieruſalem vniuerſam afflictionẽ quam locutus ſum aduerſum illos: eo quòd locutus ſum ad illos, & non audierunt: vocaui illos, & non reſponderunt mihi. Domui autem Rechabitarũ dixit Ieremias: Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael. Pro eo quôd obediſtis præcepto Ionadab patris veſtri, & cuſtodiſtis omnia mandata eius, & feciſtis vniuerſa quæ præcipit vobis: propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Non deficiet vir de ſtirpe Ionadab filij Rechab, ſtans in conſpectu meo cunctis diebus. *Supra 18 b & 25 b*

S. IEREMIAS *carceri mancipatus librum mittit ad regem quem rex ſtatim combuſſit, alterum uerò Ieremias mox illi conſcripſit.* CAPVT XXXVI.

A ET factum eſt in anno quarto Ioacim filij Joſiæ regis Iuda: factum eſt verbum hoc ad Ieremiam à Domino, dicens, Tolle volumen libri, & ſcribes in eo omnia verba quæ locutus ſum tibi aduerſum Iſrael & Iudam, & aduerſum omnes gentes: à die qua locutus ſum ad te ex diebus Joſiæ vſque ad diem hanc: Si fortè audiente domo Iuda vniuerſa mala quæ ego cogito facere eis, reuertatur vnuſquiſq; à via ſua peſsima: & propitius ero iniquitati, & peccato eorũ. Vocauit ergo Ieremias Baruch filium Neriæ: & ſcripſit Baruch ex ore Ieremiæ omnes ſermones Domini, quos locutus eſt ad eum, in volumine libri. Et præcepit Ieremias Baruch, dicẽs, Ego clauſus ſum, nec va-
B leo ingredi domum Domini. Ingredere ergo tu, & lege de volumine in quo ſcripſiſti ex ore meo verba Domini, audiente populo in domo Domini in die ieiunij: inſuper & audiente vniuerſo Iuda, qui veniunt de ciuitatibus ſuis, leges eis. Si fortè cadat oratio eorum in conſpectu Domini, & reuertatur vnuſquiſq; à via ſua peſsima: quoniã magnus furor & indignatio eſt, qua locutus eſt Dominus aduerſus populum hunc. Et fecit Baruch filius Neriæ iuxta omnia quæ præceperat ei Ieremias propheta, legens ex volumine ſermones Domini in domo Domini. Factum eſt autem in anno quinto Ioacim filij Joſiæ regis Iuda, in menſe nono: prædicauerunt ieiuniũ in conſpectu Domini omni populo Ieruſalem,
C & vniuerſæ multitudini quæ confluxerat de ciuitatibus Iuda in Ieruſalẽ. Legitq; Baruch ex volumine ſermones Ieremiæ in domo Domini in gazophylacio Gamariæ filij Saphan ſcribæ, in veſtibulo ſuperiori in introitu portæ nouæ domus Domini, audiente omni populo. Cumq; audiſſet Micheas filius Gamariæ filij Saphã omnes ſermones Domini ex libro: deſcendit in domum regis ad gazophylaciũ ſcribæ: & ecce, ibi omnes principes ſedebant, Eliſama ſcriba, & Dalaias filius Semeiæ, & Elnathan filius Achobor, & Gamarias filius Saphan, & Sedecias filius Hananiæ, & vniuerſi principes. Et nuntiauit eis Micheas omnia verba quæ audiuit, legente Ba-
D ruch, ex volumine in auribus populi. Miſerunt itaq; omnes principes ad Baruch, Iudi filium Nathaniæ filij Selemiæ filij Chuſi, dicẽtes, Volumen ex quo legiſti audiẽte populo, ſume in manu tua, & veni. Tulit ergo Baruch filius Neriæ volumen in manu ſua, & venit ad eos. Et dixerunt ad eum, Sede, & lege hæc in auribus noſtris. Et legit Baruch in auribus eorum. Igitur cum audiſſent omnia verba, obſtupuerunt vnuſquiſque ad proximum ſuum, & dixerunt ad Baruch. Nuntiare debemus regi omnes ſermones iſtos. Et interrogauerunt eum, dicentes, Indica nobis quomodo ſcripſiſti omnes

ſermones

sermones istos ex ore eius. Dixit autem eis Baruch, Ex ore
suo loquebatur quasi legens ad me omnes sermones istos: &
E ego scribebã in volumine, atramento. Et dixerunt principes
ad Baruch, Vade, & absconde re tu & Ieremias, & nemo sciat
vbi sitis. Et ingressi sunt ad regem in atrium. Porrò volumen
commẽdauerunt in gazophylacio Elisamæ scribæ: & nuntia
uerunt audiente rege omnes sermones. Misitq; rex Iudi, vt su
meret volumen. Qui tollens illud de gazophylacio Elisamæ
scribæ, legit audiente rege, & vniuersis principibus qui stabãt
circa regem. Rex autem sedebat in domo hyemali in mense
nono: & posita erat arula coram eo plena prunis. Cumq; le-
gisset Iudi tres pagellas vel quatuor, scidit illud scalpello scri
bæ: & proiecit in ignẽ qui erat super arulam: donec consume
F retur omne volumẽ igni qui erat in arula. Et non timuerũt,
neq; sciderunt vestimenta sua rex, & omnes serui eius qui au-
dierunt vniuersos sermones istos. Veruntamen Elnathan, &
Dalaias, & Gamarias contradixerunt regi, ne combureret li-
brũ: & non audiuit eos. Et præcepit rex Ieremiel filio Amẽ-
lech, & Saraiæ filio Ezriel, & Selemiæ filio Abdeel, vt cõpre
henderent Baruch scribã, & Ieremiam prophetam: abscondit
autem eos Dominus. Et factum est verbum Domini ad Iere-
miam postquam cõbussserat rex volumen, & sermones quos
scripserat Baruch ex ore Ieremiæ, dicens, Rursum tolle vo-
lumẽ aliud: & scribe in eo omnes sermones priores, qui erant
in primo volumine, quod combusit Ioacim rex Iuda. Et ad
Ioacim regẽ Iuda dices, Hæc dicit Dominus, Tu combusi-
G sti volumen istud, dicens, Quare scripsisti in eo annuntians,
Festinus veniet rex Babylonis, & vastabit terrã hanc: & ces-
sare faciet ex illa hominẽ & iumentum. Propterea hæc dicit
Dominus contra Ioacim regem Iuda. Non erit ex eo qui se-
deat super soliũ Dauid: & cadauer eius proijcietur ad æstum
per diem, & ad gelu per noctẽ. Et visitabo cõtra eum, & con-
tra semen eius, & contra seruos eius iniquitates suas: & addu-
cam super eos & super habitatores Ierusalẽ, & superviros Iu-
da omne malum quod locutus sum ad eos: & non audierunt.
Ieremias autem tulit volumen aliud, & dedit illud Baruch fi-
lio Neriæ scribæ: qui scripsit in eo ex ore Ieremiæ omnes ser
mones libri, quem combusserat Ioacim rex Iuda igni: & insu
per additi sunt sermones multo plures, quàm antea fuerant.

S. RECEDENTIBVS *à Ierosolymorum obsidione Ieremias ad diuidendam hæreditatem egressus, regressus ad carcerem sed à rege extractus quotidiano pane à rege in uestibulo donatus.*

CAPVT XXXVII.

A ET regnauit rex Sedechias filius Iosiæ pro Iecho
nia filio Ioacim: quem constituit regẽ Nabucho-
donosor rex Babylonis in terra Iuda. Et nõ obe-
diuit ipse, & serui eius, & populus terræ verbis
Domini quæ locutus est in manu Ieremiæ prophetæ. Et mi-
sit rex Sedechias Iuchal filiũ Selemiæ, & Sophoniam filium
Maasiæ sacerdotẽ ad Ieremiam prophetam, dicens, Ora pro
nobis Dominũ Deum nostrũ. Ieremias autem liberè ambu-
labat in medio populi. non enim miserant eum in custodiam
carceris. Igitur exercitus Pharaonis egressus est de Aegypto:
& audiẽtes Chaldæi qui obsidebant Ierusalem, huiuscemodi
B nuntium, recesserũt ab Ierusalẽ. Et factum est verbũ Domi-
ni ad Ieremiam prophetã, dicens, Hæc dicit Dominus Deus
Israel: Sic dicetis regi Iuda, qui misit vos ad me interrogan-
dum: Ecce exercitus Pharaonis, qui egressus est vobis in au-
xilium, reuertetur in terrã suam in Aegyptũ: & redient Chal
dæi, & bellabunt contra ciuitatẽ hanc: & capient eam, & suc-
cendent eam igni. Hæc dicit Dominus, Nolite decipere ani-
mas vestras, dicẽtes, Euntes abibũt, & recedent à nobis Chal-
dæi: quia non abibunt. Sed & si percusseritis omnem exerci-
tum Chaldæorũ qui præliãtur aduersum vos, & derelicti fue
rint ex eis aliqui vulnerati: singuli de tentorio suo consur-
gent, & incendent ciuitatem hanc igni. Ergo cum recessisset
exercitus Chaldeorũ ab Ierusalem propter exercitũ Pharao-
nis, egressus est Ieremias de Ierusalẽ vt iret in terram Benia-
C min, & diuideret ibi possessionẽ in conspectu ciuium. Cumq;
peruenisset ad portam Beniamin, erat ibi custos portæ per
vices, nomine Ierias, filius Selemiæ filij Hananiæ: & appre-
hendit Ieremiam prophetã, dicens, Ad Chaldæos profugis?
Et respondit Ieremias, Falsum est, non fugio ad Chaldæos.
Et non audiuit eum: sed cõprehendit Ierias Ieremiã, & addu-
xit eum ad principes. Quam ob rem irati principes cõtra Ie-
remiam, cæsum eum miserunt in carcerem qui erat in domo
Ionathan scribæ, ipse enim præpositus erat super carcerem.
Itaq; ingressus est Ieremias in domum laci & in ergastulũ: &
sedit ibi Ieremias diebus multis. Mittens autẽ Sedechias rex
tulit eum: & interrogauit eum in domo sua absconditè, & di-
xit, Putásne est sermo à Domino? Et dixit Ieremias, Est. Et
D ait, In manus regis Babylonis tradẽris. Et dixit Ieremias ad
regem Sedechiam, Quid peccaui tibi & seruis tuis & popu-
lo tuo, quia misisti me in domum carceris? Vbi sunt prophe-
tæ vestri qui prophetabant vobis, & dicebant, Non veniet
rex Babylonis super vos, & super terram hanc? Nunc ergo
audi obsecro, Domine mi rex, Valeat deprecatio mea in con
spectu tuo: & ne me remittas in domum Ionatham scribæ,
ne moriar ibi. Præcepit ergo rex Sedechias vt traderetur Ie-
remias in vestibulo carceris: & daretur ei torta panis quotidie,
excepto pulmento, donec consumerentur omnes panes de ci
uitate: & mansit Ieremias in vestibulo carceris.

S. IEREMIAS *ex carcere clàm à rege uocatus ad colloquiũ aperuit regi sub iuramento pericula eius.* CAP. XXXVIII.

A AVdiuit autem Saphatias filius Nathan & Gede-
lias filius Phassur, & Iuchal filius Selemiæ, &
Phassur filius Melchiæ, sermones quos Ieremias
loquebatur ad omnem populũ, dicens, Hæc di-
cit Dominus, Quicunq; manserit in ciuitate hac, morietur *Supra 21*
gladio & fame & peste: qui autem profugerit ad Chaldæos,
viuet, & erit anima eius sospes & viuens. Hæc dicit Domi-
nus, Tradendo tradetur ciuitas hæc in manu exercitus regis
Babylonis, & capiet eam. Et dixerunt principes regi, Roga-
mus vt occidatur homo iste: de industria enim dissoluit ma-
nus virorum bellantiũ, qui remanserũt in ciuitate hac, & ma-
nus vniuersi populi, loquẽs ad eos vniuersa verba hæc. siqui-
B dem homo iste non quærit pacem populo huic, sed malum.
Et dixit rex Sedechias, Ecce ipse in manibus vestris est: nec
enim fas est regem vobis quicquam negare. Tulerunt ergo
Ieremiam, & proiecerunt eum in lacum Melchiæ filij Amẽ-
lech qui erat in vestibulo carceris: & submiserunt Ieremiã in
funibus: & in lacu non erat aqua, sed lutum. descendit itaque
Ieremias in cœnũ. Audiuit autem Abdemélech Aethiops vir
eunuchus qui erat in domo regis quòd misissent Ieremiam in
lacum: porrò rex, sedebat in porta Beniamin. Et egressus est
C Abdemélech de domo regis, & locutus est ad regem, dicens,
Domine mi rex, male fecerũt viri isti omnia quęcunq; perpe
trarunt contra Ieremiã prophetam, mittentes eum in lacum,
vt moriatur ibi fame, non sunt enim panes vltrà in ciuitate.
Præcepit itaq; rex Abdemélech Aethiopi, dicens, Tolle tecũ
hinc triginta viros, & leua Ieremiam prophetã de lacu, ante-
quàm moriatur, Assumptis ergo Abdemélech secum viris,
ingressus est domum regis quæ erat sub cellario: & tulit inde
veteres pannos, & antiqua vestimenta quæ computruerant:
& submisit ea ad Ieremiam in lacum per funiculos. Dixitq;
D Abdemélech Aethiops ad Ieremiã, Pone veteres pannos, &
hæc scissa & putrida sub cubito manuũ tuarum, & subter fu-
nes. fecit ergo Ieremias sic. Et extraxerunt Ieremiã funibus,
& eduxerunt eum de lacu. mansit autem Ieremias in vestibu
lo carceris. Et misit rex Sedechias, & tulit ad se Ieremiã pro-
phetam ad ostium tertiũ quod erat in domo Domini: & di-
xit rex ad Ieremiã, Interrogo ego te sermonẽ, ne absscõdas à
me

me aliquid. Dixit autem Ieremias ad Sedechiam, Si annun-
tiauero tibi, nunquid nõ interficies me? Et ſi conſiliũ dedero
tibi, nõ me audies. Iurauit ergo rex Sedechias Ieremiæ clàm,
dicens, Viuit Dominus qui fecit nobis animam hanc, ſi occi-
dero te, & ſi tradidero te in manus virorũ iſtorum qui quæ-
E runt animam tuam. Et dixit Ieremias ad Sedechiam, Hæc di-
cit Dominus exercituũ, Deus Iſrael, Si profectus exieris ad
principes regis Babylonis, viuet anima tua, & ciuitas hæc non
ſuccendetur igni: & ſaluus eris tu, & domus tua. Si autem non
exieris ad principes regis Babylonis, tradetur ciuitas hæc in
manus Chaldæorum, & ſuccendent eam igni: & tu non effu-
gies de manu eorum. Et dixit rex Sedechias ad Ieremiã, Sol-
licitus ſum propter Iudæos, qui transfugerunt ad Chaldæos:
F ne fortè tradar in manus eorũ, & illudant mihi. Reſpondit au-
tem Ieremias, & dixit ad eum, Non te tradẽt. audi quæſo vo-
cem Domini, quam ego loquor ad te, & bene tibi erit, & vi-
uet anima tua. Quòd ſi nolueris egredi: iſte eſt ſermo, quem
oſtendit mihi Dominus, Ecce omnes mulieres quæ reman-
ſerunt in domo regis Iuda, educentur ad principes regis Ba-
bylonis: & ipſæ dicent, Seduxerũt te, & præualuerũt aduer-
ſum te viri pacifici tui: demerſerũt in cœno, & in lubrico pe-
des tuos, & receſſerunt à te. Et omnes vxores tuæ, & filij tui
educentur ad Chaldæos: & non effugies manus eorum, ſed in
manu regis Babylonis capieris, & ciuitatem hanc comburet
G igni. Dixit ergo Sedechias ad Ieremiam, Nullus ſciat verba
hæc, & nõ morieris. Si autẽ audierint principes quia locutus
ſum tecũ: & venerint ad te, & dixerint tibi, Indica nobis quid
locutus ſis cũ rege, ne cœles nos, & non te interficiemus: &
quid locutus eſt tecũ rex: dices ad eos, Proſtraui ego preces
meas corã rege, ne me reduci iuberet in domũ Ionathan, &
ibi morerer. Venerũt ergo omnes principes ad Ieremiam, &
interrogauerũt eũ: & locutus eſt eis iuxta omnia verba quæ
præceperat ei rex, & ceſſauerunt ab eo: nihil enim fuerat au-
ditũ. Manſit verò Ieremias in veſtibulo carceris, vſq; ad diem
quo capta eſt Ieruſalem: & factum eſt vt caperetur Ieruſalẽ.

S. IEROSOLYMA *capta & incenſa rex fugiens capitur, in cuius conſpectu filij trucidantur, ipſe exoculatur atque in captiuitatem ducitur.* CAPVT XXXIX.

A ANno nono Sedechiæ regis Iuda, menſe decimo,
venit Nabuchodonoſor rex Babylonis, & omnis
exercitus eius ad Ieruſalem, & obſidebant eam.
V Undecimo autem anno Sedechiæ, menſe quarto,
nono menſis aperta eſt ciuitas. Et ingreſſi ſunt omnes princi
pes regis Babylonis, & ſederunt in porta media: Neregel, Se-
réſer, Semegar-nabu, Sarſachim, Rabſares, Neregel, Seréſer,
Rebmag, & omnes reliqui principes regis Babylonis. Cumq;
vidiſſet eos Sedechias rex Iuda, & omnes viri bellatores, fuge
runt: & egreſſi ſunt nocte de ciuitate per viam horti regis, &
B per portam quæ erat inter duos muros, & egreſſi ſunt ad viã
deſerti. Perſecutus eſt autem eos exercitus Chaldæorum: &
comprehenderũt Sedechiam in campo ſolitudinis Ierichon-
tinæ, & captum adduxerunt ad Nabuchodonoſor regem Ba
bylonis in Reblátha, quæ eſt in terra Emath: & locutus eſt ad
eum iudicia. Et occîdit rex Babylonis filios Sedechiæ in Re-
blátha in oculis eius: & omnes nobiles Iuda occîdit rex Ba-
bylonis. Oculos quoq; Sedechiæ eruit: & vinxit eum compe-
C dibus, vt duceretur in Babylonẽ. Domum quoq; regis, & do-
mum vulgi ſuccenderunt Chaldæi igni: & murum Ieruſalem
ſubuerterũt. Et reliquias populi, quæ remanſerant in ciuitate,
& perfugas qui transfugerant ad eũ, & ſuperfluos vulgi qui
remanſerant, tranſtulit Nabuzardã magiſter militũ in Baby-
lonem, Et de plebe pauperũ, qui nihil penitus habebãt, dimi-
ſit Nabuzardan magiſter militũ in terra Iuda: & dedit eis vi-
neas & ciſternas in die illa. Præceperat autẽ Nabuchodono-
ſor rex Babylonis de Ieremia, Nabuzardã magiſtro militiæ,
dicens, Tolle illum, & pone ſuper eum oculos tuos, nihilq; ei
mali facias: ſed vt voluerit, ſic facias ei. Miſit ergo Nabuzar-
dã princeps militiæ, & Nabuſebaz & Rabſares, & Neregel:
& Seréſer, & Rebmag, & omnes optimates regis Babylonis,
D miſerũt, & tulerũt Ieremiã de veſtibulo carceris, & tradiderũt
eum Godoliæ filio Ahicam, filij Saphan, vt intraret in do-
mum, & habitaret in populo. Ad Ieremiam autem factus fue
rat ſermo Domini, cũ clauſus eſſet in veſtibulo carceris, dicẽs,
Vade, & dic Abdemélech Aethiopi, dicens, Hæc dicit Do-
minus exercituum Deus Iſrael, Ecce, ego inducam ſermones
meos ſuper ciuitatem hãc in malum, & non in bonũ: & erunt
in conſpectu tuo in die illa. Et liberabo te in die illa, ait Domi
nus: & non tradêris in manus virorum, quos tu formidas: ſed
eruens liberabo te, & gladio non cades: ſed erit tibi anima tua
in ſalutem, quia in me habuiſti fiduciam, ait Dominus.

S. IEREMIAS *mittitur liber ad Godoliam præfectum reliquiarum Iſraël, qui Iohanan ſuper cæde ſua prænonitus audire noluit.*

CAPVT XL.

A SErmo qui factus eſt ad Ieremiã à Domino, poſt-
quam dimiſſus eſt à Nabuzardan magiſtro mili-
tiæ de Rama, quando tulit eum vinctum catenis
in medio omnium qui migrabãt de Ieruſalem &
Iuda, & ducebãtur in Babylonem. Tollens ergo princeps mi
litiæ Ieremiam, dixit ad eum, Dominus Deus tuus locutus
eſt malum hoc ſuper locum iſtum, & adduxit, & fecit Domi
nus ſicut locutus eſt: quia peccaſtis Domino, & non audi-
ſtis vocem eius, & factus eſt vobis ſermo hic. Nunc ergo ecce
ſolui te hodie de catenis quæ ſunt in manibus tuis: ſi placet
tibi vt venias mecum in Babylonem, veni: & ponam oculos
meos ſuper te. ſi autẽ diſplicet tibi venire mecum in Babylo-
nem, reſide: ecce omnis terra in conſpectu tuo eſt, quod ele-
B geris, & quò placuerit tibi vt vadas, illuc perge. Et mecũ no-
li venire: ſed habita apud Godoliam filium Ahicam filij Sa-
phan, quem præpoſuit rex Babylonis ciuitatibus Iudæ: habi
ta ergo cum eo in medio populi: vel quocunq; placuerit tibi
vt vadas, vade. Dedit quoque ei magiſter militiæ cibaria, &
munuſcula, & dimiſit eum. Venit autẽ Ieremias ad Godoliã
filium Ahicam in Maſphath: & habitauit cum eo in medio
populi, qui relictus fuerat in terra. Cumque audiſſent omnes
principes exercitus, qui diſperſi fuerant per regiones, ipſi &
ſocij eorũ, quòd præfeciſſet rex Babylonis Godoliam filium
C Ahicam terræ: & quòd cõmendaſſet ei viros, & mulieres, &
paruulos, & de pauperibus terræ qui non fuerant tranſlati in
Babylonẽ: venerunt ad Godoliam in Maſphath: & Iſmahel
filius Nathaniæ, & Iohanan, & Ionathan filij Caree, & Sareas
filius Thanehumeth, & filij Ophi qui erant de Netophathi,
& Iezonias filius Maachathi, ipſi & viri eorum. Et iurauit eis
Godolias filius Ahicam filij Saphan, & comitibus eorũ, di-
cens, Nolite timere ſeruire Chaldæis: habitate in terra, & ſer- *Reg.4.25.f*
uite regi Babylonis, & bene erit vobis. Ecce ego habitabo in
Maſphath, vt reſpondeã præcepto Chaldæorũ qui mittun-
tur ad nos: vos autẽ colligite vindemiã, & meſſem & oleum,
& còndite in vaſis veſtris: & manete in vrbibus veſtris quas
D tenetis. Sed & omnes Iudæi qui erãt in Moab, & in filijs Am
mon, & in Idumæa, & in vniuerſis regionibus, audito quòd
dediſſet rex Babylonis reliquias in Iudæa, & quòd præpo-
ſuiſſet ſuper eos Godoliam filiũ Ahicam filij Saphan: reuerſi
ſunt in quã omnes Iudæi de vniuerſis locis ad quæ profuge-
rant; & venerũt in terrã Iuda ad Godoliam in Maſphath: &
collegerũt vinũ, & Meſſem multã nimis. Iohanan autẽ filius
Caree, & omnes principes exercitus, qui diſperſi fuerant in
regionibus, venerunt ad Godoliam in Maſphath, & dixe-
runt ei, Scito quòd Baalis rex filiorũ Ammon miſit Iſmahel
filium Nathaniæ percutere animã tuã. Et nõ credidit eis Go-
dolias filius Ahicam. Iohanan autẽ filius Caree, dixit ad Go-
doliam ſeorſum in Maſphath, loquens, Ibo, & percutiam Iſ-
mahel filium Nathaniæ nullo ſciente: ne interficiat animam

tuam,& diſsipentur omnes Iudæi qui cõgregati ſunt ad te,& peribũt reliquiæ Iuda. Et ait Godolias filius Ahicam ad Iohanan filium Caree, Noli facere verbum hoc: falſum enim tu loqueris de Iſmahel.

S. ISMAEL *occidit Godoliam reliquijs Iſraël à Chaldæorum rege præfectũ: & inde fugit ad Ammonitas.* CAPVT XLI.

A ET factum eſt in menſe ſeptimo, venit Iſmahel filius Nathaniæ, filij Eliſama de ſemine regali, & optimates regis,& decẽ viri cũ eo, ad Godoliam filium Ahicam in Maſphath: & comederũt ibi panes ſimul in Maſphath. Surrexit autem Iſmael filius Nathaniæ,& decẽ viri qui cum eo erant: & percuſſerunt Godoliam filiũ Ahicam filij Saphan gladio, & interfecerunt eum: quẽ præfecerat rex Babylonis terræ. Omnes quoq; Iudæos, qui erant cũ Godolia in Maſphath, & Chaldæos qui reperti ſunt ibi,& viros bellatores percuſsit Iſmahel. Secundo autem die poſtquã occiderat Godoliam nullo adhuc ſciente, venerunt viri de Sichem,& de Silo,& de Samaria octoginta viri: raſi barba,& ſciſsis veſtibus,& ſqualentes: & munera & thus
B habebant in manu,vt offerrent in dõmo Domini. Egreſſus ergo Iſmahel filius Nathaniæ in occurſum eorum de Maſphath,incedens & plorãs ibat: cum autem occurriſſet eis, dixit ad eos, Venite ad Godoliã filium Ahicam. Qui cum veniſſent ad medium ciuitatis, interfecit eos Iſmahel filius Nathaniæ circa mediũ laci, ipſi & viri qui erant cũ eo. Decem autem viri reperti ſunt inter eos, qui dixerũt ad Iſmahel, Noli occidere nos: quia habemus theſauros in agro, frumẽti,& hordei,& olei,& mellis. Et ceſſauit: & non interfecit eos cum fratribus ſuis. Lacus autem, in quẽ proiecerat Iſmahel omnia cadauera virorum, quos percuſsit propter Godoliam, ipſe eſt
C quem fecit rex Aſa, propter Baaſa regem Iſrael: ipſum replevit Iſmahel filius Nathaniæ occiſis. Et captiuas duxit Iſmahel omnes reliquias populi, qui erãt in Maſphath: filias regis, & vniuerſum populũ qui remanſerat in Maſphath: quos cõmendauerat Nabuzardan princeps militiæ, Godoliæ filio Ahicã. Et cepit eos Iſmahel filius Nathaniæ: & abijt, vt tranſiret ad filios Ammon. Audiuit autem Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorũ qui erant cum eo, omne malum quod fecerat Iſmahel filius Nathaniæ. Et aſſumptis vniuerſis viris, profecti ſunt vt bellarent aduerſum Iſmahelem filium Nathaniæ: & inuenerunt eum ad aquas multas, quæ ſunt in Gabaon. Cumq; vidiſſet omnis populus qui erat cum Iſmahel, Iohanan filium Caree, & vniuerſos principes bellatorũ qui erant cum eo, lætati ſunt. Et reuerſus eſt omnis populus,
D quem ceperat Iſmahel, in Maſphath: reuerſusq; abijt ad Iohanan filium Caree. Iſmahel autem filius Nathaniæ, fugit cum octo viris à facie Iohanan, & abijt ad filios Ammon. Tulit ergo Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorum qui erant cum eo, vniuerſas reliquias vulgi, quas reduxerant ab Iſmahel filio Nathaniæ de Maſphath: poſtquam percuſsit Godoliam filium Ahicam: fortes viros ad prælium, & mulieres,& pueros,& eunuchos quos reduxerat de Gabaon. Et abierunt,& ſederunt peregrinantes in Chamaam, quæ eſt iuxta Bethlehem: vt pergerent, & introirent Aegyptum à facie Chaldæorum. timebant enim eos, quia percuſſerat Iſmahel filius Nathaniæ Godoliam filium Ahicam, quem præpoſuerat rex Babylonis in terra Iuda.

S. RELIQVIAE *Iudæorum per Ieremiam Dominum conſulunt quò fugere debeant, quas prohibuit Dominus fugere in Aegyptum.* CAPVT XLII.

A ET acceſſerũt omnes principes bellatorum,& Iohanan filius Caree,& Iezonias filius Oſaiæ,& reliquum vulgus à paruo vſque ad magnum: dixeruntq; ad Ieremiã prophetam, Cadat oratio noſtra in cõſpectu tuo: & ora pro nobis ad Dominũ Deũ tuum pro vniuerſis reliquijs iſtis, quia derelicti ſumus pauci de pluribus, ſicut oculi tui nos intuentur: & annuntiet nobis Dominus Deus tuus viã per quam pergamus,& verbũ quod faciamus. Dixit autẽ ad eos Ieremias propheta, Audiui: ecce ego oro ad Dominũ Deũ veſtrũ ſecundũ verba veſtra. omne verbum quodcunq; reſponderit mihi, indicabo vobis: nec celabo vos quicquam. Et illi dixerũt ad Ieremiam, Sit Dominus
B inter nos teſtis veritatis & fidei, ſi non iuxta omne verbum in quo miſerit te Dominus Deus tuus ad nos, ſic faciemus, ſiue bonum eſt, ſiue malũ, voci Domini Dei noſtri ad quẽ mittimus te, obediemus: vt bene ſit nobis cũ audierimus vocem Domini Dei noſtri. Cum autẽ completi eſſent decẽ dies factum eſt verbũ Domini ad Ieremiam. Vocauitq; Iohanan filium Caree, & omnes principes bellatorũ, qui erant cũ eo,& vniuerſum populum à minimo vſq; ad maximũ, & dixit ad eos, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael, ad quem miſiſtis me, vt proſternerẽ preces veſtras in cõſpectu eius, Si quieſcẽtes mã
C ſeritis in terra hac, ædificabo vos,& nõ deſtruã: plantabo,& non euellã: iam enim placatus ſum ſuper malo quod feci vobis. Nolite timere à facie regis Babylonis, quem vos pauidi formidatis: nolite metuere eũ, dicit Dominus: quia vobiſcum ſum ego, vt ſaluos vos faciam, & eruã de manu eius,&
C dabo vobis miſericordias, & miſerebor veſtri, & habitare vos faciã in terra veſtra. Si autẽ dixeritis vos, Non habitabimus in terra iſta, nec audiemus vocẽ Domini Dei noſtri, dicentes, Nequaquam, ſed ad terrã Aegypti pergemus vbi non videbimus bellũ, & clangorẽ tubæ nõ audiemus,& famẽ nõ ſuſtinebimus: & ibi habitabimus. Propter hoc nũc audite verbum Domini reliquiæ Iuda, Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael, Si poſueritis faciẽ veſtrã vt ingrediamini Aegyptum,& intraueritis vt ibi habitetis: gladius quem vos formidatis, ibi cõprehendet vos in terra Aegypti: & fames pro qua
D eſtis ſoliciti, adhærebit vobis in Aegypto, & ibi moriemini. Omnesq; viri, qui poſuerunt faciẽ ſuã vt ingrediãtur Aegyptum, vt habitẽt ibi, moriẽtur gladio,& fame,& peſte: nullus de eis remanebit, nec effugiet à facie mali quod ego afferam
D ſuper eos. Quia hæc dicit Dominus exercituũ, Deus Iſrael, Sicut conflatus eſt furor meus,& indignatio mea ſuper habitatores Ieruſalẽ: ſic cõflabitur indignatio mea ſuper vos, cum ingreſsi fueritis Aegyptũ: & eritis in iuſiurandũ,& in ſtuporem,& in maledictũ,& in opprobriũ: & nequaquam vltrà videbitis locũ iſtum. Verbũ Domini ſuper vos reliquiæ Iuda, Nolite intrare Aegyptũ: ſcientes ſcietis quia obteſtatus ſum vobis hodie quia decepiſtis animas veſtras. vos enim miſiſtis me ad Deum veſtrum, dicentes, Ora pro nobis ad Dominum Deum noſtrum: & iuxta omnia quæcunq; dixerit tibi Dominus Deus noſter, ſic annuntia nobis, & faciemus. Et annuntiaui vobis hodie,& non audiſtis vocem Domini Dei veſtri ſuper vniuerſis, pro quibus miſit me ad vos. Nunc ergo ſcientes ſcietis quia gladio & fame & peſte moriemini in loco ad quem voluiſtis intrare vt habitaretis ibi.

S. RELIQVIAE *Iudæorum contra præceptum Domini fugerunt in Aegyptum: inde minatur illis Dominus ruinam.* CAPVT XLIII.

A FActum eſt autẽ, cũ compleſſet Ieremias loquens ad populũ vniuerſos ſermones Domini Dei eorum: pro quibus miſerat eũ Dominus Deus eorũ ad illos, omnia verba hæc: dixit Azarias filius Oſaiæ,& Iohanã filius Caree,& omnes viri ſuperbi, dicẽtes ad Ieremiã, Mendacium tu loqueris: non miſit te Dominus Deus noſter dicens, Ne ingrediamini Aegyptũ, vt habitetis illic. Sed Baruch filius Neriæ incitat te aduerſum nos, vt tra-
B dat nos in manus Chaldæorũ vt interficiat nos,& traduci faciat in Babylonem. Et non audiuit Iohanan filius Caree, & omnes principes bellatorũ,& vniuerſus populus, vocẽ Domini vt manerẽt in terra Iuda: ſed tollẽs Iohanã filius Caree, & vniuerſi

& vniuerſi principes bellatorum vniuerſos reliquiarũ Iuda, qui reuerſi fuerãt de cunctis gẽtibus ad quas fuerãt antè diſperſi, vt habitarent in terra Iuda: viros & mulieres, & paruulos, & filias regis: & omnẽ animam quam reliquerat Nabuzardan princeps militiæ cum Godolia filio Ahicam, filij Saphan: & Ieremiam prophetam, & Baruch filiũ Neriæ: & ingreſsi ſunt in terram Aegypti, quia non obedierunt voci Domini: & venerunt vſque ad Taphnis. Et factus eſt ſermo Domini ad Ieremiã in Taphnis, dicens, Sume tibi lapides grandes in manu tua, & abſcondes eos in crypta, quæ eſt ſub muro lateritio, in porta domus Pharaonis in Taphnis: cernentibus viris Iudæis. Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Ecce, ego mittam, & aſſumam Nabuchodonoſor regem Babylonis ſeruũ meũ: & ponam thronũ eius ſuper lapides iſtos quos abſcõdi, & ſtatuet ſoliũ ſuum ſuper eos. Veniensq; percutiet terrã Aegypti: quos in morte, in mortẽ: & quos in captiuitate, in captiuitatem: & quos in gladio, in gladiũ. Et ſuccendet ignẽ in delubris deorũ Aegypti, & comburet ea, & captiuos ducet illos: & amicietur terra Aegypti, ſicut amicitur paſtor pallio ſuo: & egredietur inde in pace. Et cõteret ſtatuas domus Solis quæ ſunt in terra Aegypti: & delubra deorum Aegypti comburet igni.

S. IVDAEI à Ieremia ſuper idololatria in Aegypto reprehenſi, malunt idõlis quàm Deo ſacrificare: quam ob rem minatur illis Dominus fãmem, peſtem, & gladium. CAP. XLIIII.

VErbum quod factum eſt ad Ieremiam, ad omnes Iudæos qui habitant in terra Aegypti, habitantes in Magdalo, & in Taphnis, & in Memphis, & in terra Phathures, dicẽs, Hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Vos vidiſtis omne malũ iſtud quod adduxi ſuper Ieruſalẽ, & ſuper omnes vrbes Iuda: & ecce deſertæ ſunt hodie, & non eſt in eis habitator: propter malitiam quam fecerunt, vt me ad iracundiam prouocarẽt, & irent, & ſacrificarent, & colerent deos alienos quos neſciebãt & illi & vos & patres veſtri. Et miſi ad vos omnes ſeruos meos prophetas de nocte conſurgens, mittensq;, & dicens, Nolite oro facere verbum abhominationis huiuſcemodi quam odiui. Et non audierũt, nec inclinauerunt aurẽ ſuam vt conuerterentur à malis ſuis, & nõ ſacrificarent dijs alienis. Et conflata eſt indignatio mea & furor meus: & ſuccenſa eſt in ciuitatibus Iuda, & in platẽis Ieruſalem: & verſæ ſunt in ſolitudinẽ & vaſtitatem ſecundũ diem hanc. Et nunc hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Quare vos facitis malũ grande hoc contra animas veſtras: vt intereat ex vobis vir & mulier, paruulus & lactẽs de medio Iudæ, nec relinquatur vobis quicquam reſiduum: prouocantes me in operibus manuum veſtrarum, ſacrificando dijs alienis in terra Aegypti, in quam ingreſsi eſtis vt habitetis ibi: & diſpereatis, & ſitis in maledictionem & in opprobriũ cunctis gentibus terræ? Nunquid obliti eſtis mala patrum veſtrorum, & mala regum Iuda, & mala vxorum eius, & mala veſtra, & mala vxorum veſtrarum, quæ fecerunt in terra Iuda & in regionibus Ieruſalẽ? Non ſunt mũdati vſq; ad diem hanc: & non timuerunt, & non ambulauerunt in lege Domini, & in præceptis meis, quæ dedi coram vobis & coram patribus veſtris. Ideò hæc dicit Dominus exercituum Deus Iſrael, Ecce ego ponam faciem meã in vobis in malũ: & diſperdã omnem Iudam. Et aſſumã reliquias Iudæ, qui poſuerũt facies ſuas vt ingrederentur terrã Aegypti, & habitarent ibi: & conſumentur omnes in terra Aegypti: & cadent in gladio, & in fame: & conſumentur à minimo vſque ad maximũ, in fame & in gladio morientur: & erunt in iuſiurandum, & in miraculũ, & in maledictionẽ, & in opprobrium. Et viſitabo ſuper habitatores terræ Aegypti, ſicut viſitaui Ieruſalẽ: in gladio, & fame, & peſte. Et non erit qui effugiat, & ſit reſiduus de reliquijs Iudæorũ qui vadunt vt peregrinentur in terra Aegypti: & reuertantur in terram Iuda ad quam ipſi eleuant animas ſuas, vt reuertantur & habitent ibi. non reuertentur niſi qui fugerint. Reſponderũt autẽ Ieremiæ omnes viri ſcientes quòd ſacrificarẽt vxores eorum dijs alienis: & vniuerſæ mulieres quarum ſtabat multitudo grandis: & omnis populus habitantiũ in terra Aegypti in Phathures, dicentes, Sermonẽ quem locutus es ad nos in nomine Domini non audiemus ex te: ſed facientes faciemus omne verbum quod egredietur de ore noſtro, vt ſacrificemus reginæ cœli, & libemus ei libamina, ſicut fecimus nos & patres noſtri, reges noſtri, & principes noſtri in vrbibus Iuda, & in platẽis Ieruſalẽ: & ſaturati ſumus panibus, & bene nobis erat, malum quę nõ vidimus. Ex eo autẽ tempore quo ceſſauimus ſacrificare reginæ cœli, & libare ei libamina, indiguimus omnibus, & gladio & fame cõſumpti ſumus. Quod ſi nos ſacrificamus reginæ cæli, & libamus ei libamina: nunquid ſine viris noſtris faciemus ei placẽtas ad colendũ eam, & libandum ei libamina? Et dixit Ieremias ad omnẽ populũ, aduerſum viros, & aduerſum mulieres, & aduerſum vniuerſam plebẽ, qui reſpõderant ei verbum, dicens, Nunquid non ſacrificium quod ſacrificaſtis in ciuitatibus Iuda & in platẽis Ieruſalẽ vos & patres veſtri, reges veſtri & principes veſtri & populus terræ, horum recordatus eſt Dominus, & aſcendit ſuper cor eius? Et non poterat Dominus vltrà portare propter malitiã ſtudiorum veſtrorũ, & propter abominationes quas feciſtis: & facta eſt terra veſtra in deſolationem, & ſtuporem & in maledictum, eo quòd non ſit habitator, ſicut eſt dies hæc. Propterea quòd ſacrificaueritis idõlis, & peccaueritis Domino: & non audieritis vocẽ Domini, & in lege & in præceptis & in teſtimonijs eius non ambulaueritis: idcirco euenerunt vobis mala hæc, ſicut eſt dies hæc. Dixit autem Ieremias ad omnem populum & ad vniuerſas mulieres, Audite verbũ Domini omnis Iuda, qui eſtis in terra Aegypti, Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael, dicẽs, Vos, & vxores veſtræ locuti eſtis ore veſtro, & manibus veſtris impleſtis, dicentes, Faciamus vota noſtra quæ vouimus, vt ſacrificemus reginæ cœli, & libemus ei libamina. Impleſtis vota veſtra, & opere perpetraſtis ea. Ideò audite verbum Domini omnis Iuda, qui habitatis in terra Aegypti, Ecce ego iuraui in nomine meo magno, ait Dominus: quia nequaquam vltrà vocabitur nomen meum ex ore omnis viri Iudæi, dicentis, Viuit Dominus Deus in omni terra Aegypti. Ecce ego vigilabo ſuper eos in malum, & nõ in bonum: & cõſumentur omnes viri Iuda, qui ſunt in terra Aegypti, gladio & fame, donec penitus cõſumãtur. Et qui fugerint gladiũ, reuertẽtur de terra Aegypti in terram Iuda viri pauci: & ſciẽt omnes reliquiæ Iuda ingredientium terrã Aegypti, vt habitent ibi: cuius ſermo cõpleatur, meus, an illorũ? Et hoc vobis ſignũ, ait Dominus, quòd viſitem ego ſuper vos in loco iſto: vt ſciatis quia verè cõplebuntur ſermones mei cõtra vos in malum. Hæc dicit Dominus, Ecce ego tradam Pharaonem Ephree regẽ Aegypti in manu inimicorum eius, & in manu quærentium animam illius: ſicut tradidi Sedechiam regem Iuda in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis inimici ſui. & quærentis animam eius.

Supra 7 d

S. DEVS per Ieremiam arguit Baruch puſillanimitatis, cui tamen promittit ſalutem ſuper cæteros. CAPVT XLV.

VErbum quod locutus eſt Ieremias propheta ad Baruch filium Neriæ, cum ſcripſiſſet verba hæc in libro ex ore Ieremiæ, anno quarto Ioacim filij Joſiæ regis Iuda, dicens, Hæc dicit Dominus Deus Iſrael ad te Baruch, Dixiſti, Væ miſero mihi, quoniã addidit Dominus dolorem dolori meo: laboraui in gemitu meo, & requiem non inueni. Hæc dicit Dominus, Sic dices ad eum, Ecce quos ædificaui, ego deſtruo: & quos plantaui, ego euello, & vniuerſam terram hanc. Et tu quæris tibi grandia? noli quærere. quia ecce ego adducã malum ſupet omnẽ carnem, ait Dominus: & dabo tibi animam tuam in ſalutem

in omnibus locis ad quæcunque perrexeris.

S. DESOLATIONEM *Dominus Pharaoni & Aegypto promittit, Israëli uerò & amicis eius consolationem, miserationem & liberationem.* CAPVT XLVI.

A QVod factum est verbũ Domini ad Ieremiã prophetam contra gentes ad Aegyptum aduersum exercitum Pharaonis Nechao regis Aegypti, qui erat iuxta fluuiũ Euphráten in Charcamis, quẽ percussit Nabuchodonosor rex Babylonis, in quarto anno Ioacim filij Iosiæ regis Iuda. Præparate scutum & clypeum, & procedite ad bellum. Iungite equos & ascendite equites: state in galeis, polite lanceas, induite vos loricis. Quid igitur?
B vidi ipsos pauidos & terga vertentes, fortes eorum cæsos: fugerunt conciti, nec respexerunt: terror vndique, ait Dominus, Non fugiat velox, nec saluari se putet fortis: ad aquilonem iuxta flumen Euphráten victi sunt, & ruerunt. Quis est iste, qui quasi flumen ascendit: & veluti fluuiorũ intumescunt gurgites eius? Aegyptus fluminis instar ascendit, & velut flumina mouebũtur fluctus eius: & dicet, Ascendẽs operiam terram, perdam ciuitatem, & habitatores eius. Ascen-
C dite equos, & exultate in curribus, & procedant fortes, Aethiopia & Libyes tenẽtes scutum, & Lydij arripientes, & iacientes sagittas. Dies autem ille Domini Dei exercituũ dies vltionis, vt sumat vindictam de inimicis suis: deuorabit gladius & saturabitur, & inebriabitur sanguine eorum: victima enim Domini Dei exercituũ in terra aquilonis iuxta flumen Euphráten. Ascende in Galaad, & tolle resinam virgo filia Aegypti: frustra multiplicas medicamina, sanitas non erit tibi. Audierunt gentes ignominiã tuam, & vlulatus tuus repleuit terram? quia fortis impegit in fortem, ambo pariter
D conciderunt. Verbum quod locutus est Dominus ad Ieremiam prophetam, super eo quòd venturus esset Nabuchodonosor rex Babylonis, & percussurus terram Aegypti. Annuntiate Aegypto, & auditum facite in Magdalo, & resonet in Memphis, & in Taphnis: dicite, Sta, & præparate: quia deuorabit gladius ea quæ per circuitum tuum sunt. Quare computruit fortis tuus? non stetit: quoniam Dominus subuertit eum. Multiplicauit ruentes, ceciditq; vir ad proximum suum: & dicent, Surge & reuertamur ad populũ nostrum, &
E ad terram natiuitatis nostræ à facie gladij columbæ. Vocate nomẽ Pharaonis regis Aegypti tumultũ, adduxit tempus. Viuo ego, inquit rex, Dominus exercituũ nomẽ eius: quoniam sicut Thabor in montibus, & sicut Carmelus in mari, veniet. Vasa transmigrationis fac tibi habitatrix filia Aegypti: quia Memphis in solitudinẽ erit, & deseretur, & inhabitabilis erit. Vitula elegans atque formosa Aegyptus: stimulator ab aquilone veniet ei. Mercenarij quoq; eius qui versabãtur in medio eius, quasi vituli saginati versi sunt, & fugerunt simul, nec stare potuerunt: quia dies interfectionis eorum
F venit super eos, tempus visitationis eorum. Vox eius quasi æris sonabit: quoniã cum exercitu properabunt, & cum securibus venient ei, quasi cædẽtes ligna. Succiderunt saltum eius, ait Dominus, qui supputari non potest: multiplicati sunt super locustas, & nõ est eis numerus. Confusa est filia Aegypti, & tradita in manus populi Aquilonis, Dixit Dominus exercituũ Deus Israel, Ecce ego visitabo super tumultũ Alexandriæ, & super Pharaonẽ, & super Aegyptum, & super deos eius, & super reges eius: & super Pharaonẽ, & super eos qui cõfidũt in eo, Et dabo eos in manus quærẽtiũ animã eorũ, & in manus Nabuchodonosor regis Babylonis, & in manus seruorũ eius: & post hæc habitabitur sicut diebus pristinis, ait
G Dominus. Et tu ne timeas serue meus Iacob, & ne paueas Israel: quia ecce ego saluũ te faciã de longinquo, & semẽ tuũ de terra captiuitatis suę: & reuertetur Iacob, & requiescet, & prosperabitur, & nõ erit qui exterreat eũ. Et tu noli timere serue meus Iacob, ait Dominus: quia tecũ ego sum, quia ego cõsu-
mam cunctas gentes ad quas eieci te: te verò non consumam, sed castigabo te in iudicio, nec quasi innocenti parcam tibi.

S. VASTATIO *Palæsthinorum & confinium eius cum incolis suis prædicitur.* CAPVT XLVII.

A QVod factum est verbum Domini ad Ieremiam prophetã cõtra Palæsthinos, antequã percutiet Pharao Gazan, Hæc dicit Dominus, Ecce aquę ascendũt ab aquilone, & erũt quasi torrens inun-
B dans: & operiẽt terrã & plenitudinẽ eius, vrbem & habitatores eius. Clamabunt homines, & vlulabunt omnes habitatores terræ à strepitu pompæ armorum, & bellatorum eius, à commotione quadrigarũ eius, & multitudine rotarum illius.
C Non respexerunt patres filios manibus dissolutis, pro aduẽtu diei in quo vastabũtur omnes Philistijm, & dissipabitur Tyrus & Sidon cũ omnibus reliquis auxilijs suis. depopulatu est enim Dominus Palæsthinos, reliquias insulæ Cappa-
D dociæ. Venit caluitiũ super Gazã: cõticuit Ascalõ, & reliquię vallis earũ. Vsquequo cõcideris? O mucro Dñi, vsquequo nõ quiesces? ingredere in vaginã tuã: refrigerare, & sile. Quomodo quiescet, cũ Dominus præceperit ei aduersus Ascalonẽ, & aduersum maritimas eius regiones, ibiq; condixerit illi?

S. VASTATIO *Moab & urbium eius prænuntiatur.* CAPVT XLVIII.

A AD Moab. Hæc dicit Dominus exercituũ Deus Israel, Væ super Nabo, quoniam vastata est, & confusa: capta est Cariathaim: confusa est fortis, & tremuit. Non est vltrà exultatio in Moab: contra Hesebon cogitauerunt malum. Venite, & disperdamus eam de gente. Ergo silens conticesces, sequeturq; te gladius. Vox clamoris de Oronaim: vastitas, & contritio magna. Contrita est Moab: annuntiate clamorem paruulis eius. Per
B ascensum enim Luith plorans ascendet in fletu: quoniam in descensu Oronaim hostes vlulatũ cõtritionis audierunt. Fugite, saluate animas vestras: & eritis quasi myricæ in deserto. Pro eo enim quòd habuisti fiduciã in munitionibus tuis & in thesauris tuis, tu quoque capiẽris: & ibit Chamos in transmigrationẽ, sacerdotes eius, & principes eius simul. Et veniet prædo ad omnem vrbem, & vrbs nulla saluabitur: & peribunt valles, & dissipabuntur campestria, quoniam dixit Dominus, Date florẽ Moab, quia florens egredietur: & ciuitates eius desertæ erũt, & inhabitabiles. Maledictus qui facit opus Domini fraudulenter: & maledictus qui prohibet gladium suum à sanguine. Fertilis fuit Moab ab adolescentia sua, & requieuit in fæcibus suis: nec transfusus est de vase in vas, & in transmigrationem non abijt: idcirco permansit gustus eius in eo, & odor eius non est immutatus. Propterea ecce dies veniunt, dicit Dominus: & mittam ei ordinatores, & stratores laguncularum, & sternent eum: & vasa eius exhaurient, & lagunculas eorum collident. Et confundetur
C Moab à Chamos, sicut confusa est domus Israel à Bethel, in qua habebat fiduciam. Quomodo dicitis, Fortes sumus, & viri robusti ad præliandum? Vastata est Moab, & ciuitates illius ascenderunt: & electi iuuenes eius descenderunt in occisionem: ait rex, Dominus exercituum nomen eius. Prope est interitus Moab, vt veniat: & malum eius velociter accurret nimis. Consolamini eum omnes qui estis in circuitu eius, & vniuersi qui scitis nomen eius: dicite, Quomodo confracta est virga fortis, baculus glorioſus? Descende de gloria, & sede in siti habitatio filiæ Dibon: quoniam vastator Moab ascendet ad te, dissipabit munitiones tuas.
D In via sta, & prospice habitatio Aroer: interroga fugientem, & ei qui euasit, dic, Quid accidit? Confusus est Moab, quoniam victus est: vlulate, & clamate, annuntiate in Arnon quoniam vastata est Moab, Et iudicium venit ad terram campestrẽ: super Helon, & sup Iasa, & super Mephaath, & super Dibon

Supra 17 6

3. Reg. 11 5
Esa. 16 6

Dibon,& ſuper Nabo,& ſuper domũ Deblathaim,& ſuper Cariathaim,& ſuper Beth gamul,& ſuper Beth maon, & ſuper Carioth, & ſuper Boſra: & ſuper omnes ciuitates terræ Moab,quę longè & propè ſunt. Abſciſſum eſt cornu Moab: & brachiũ eius contritũ eſt,ait Dominus. Inebriate eũ, quoniam cõtra Dominum erectus eſt: & allidet manum Moab in vomitu ſuo,& erit in deriſum etiam ipſe. fuit enim in deriſum tibi Iſrael:quaſi inter fures reperiſſes eum.propter verba ergo tua,quæ aduerſum illũ locutus es, captiuus ducêris. Relinquite ciuitates,& habitate in petra habitatores Moab: & E eſtote quaſi columba nidificans in ſummo ore foraminis. Audiuimus ſuperbiam Moab,ſuperbus eſt valde: ſublimitatem eius,& arrogantiã,& ſuperbiam,& altitudinem cordis eius. Ego ſcio,ait Dominus,iactantiam eius: & quòd nõ ſit iuxta eam virtus eius,nec iuxta quod poterat,conata ſit facere. Ideò ſuper Moab eiulabo,& ad Moab vniuerſam clamabo, ad viros muri Fictilis lamẽtantes. De plãctu Iazer plorabo tibi vinea Sabama: propagines tuæ tranſierunt mare, vſq; ad mare Iazer peruenerũt:ſuper meſſem tuam,& vindemiã tuã prędo Iſa.16 c irruit. Ablata eſt lætitia & exultatio de Carmelo & de terra Moab:& vinum de torcularibus ſuſtuli:nequaquam calcator vuæ ſolitũ celeuſma cãtabit. De clamore Heſebon vſq; Elea- F le & Iaſa,dederunt vocẽ ſuã: à Segor vſq; ad Oronaim vitulã conſternantẽ:aquæ quoq; Nemrim peſsimæ erunt. Et auferã de Moab,ait Dominus,offerentem in excelſis, & ſacrificantem dijs eius. Propterea cor meum ad Moab quaſi tibia æris reſonabit: & cor meum ad viros muri Fictilis dabit ſonitum Iſa.15 a tibiarũ:quia plus fecit,quã potuit,idcirco perierunt. Omne Ezec.7 e enim caput caluitiũ, & omnis barba raſa erit:in cunctis manibus colligatio,& ſuper omne dorſum cilicium. Et ſuper omnia tecta Moab,& in platẽis eius omnis plãctus:quoniã cõtriui Moab ſicut vas inutile, ait Dominus. Quomodo victa eſt,& vlulauerunt?quomodo deiecit ceruicem Moab, & confuſus eſt? eritq; Moab in deriſum, & in exemplum omnibus in circumitu ſuo. Hæc dicit Dominus, Ecce quaſi aquila vo- G labit,& extẽdet alas ſuas ad Moab. Capta eſt Carioth,& munitiones cõprehenſæ ſunt: & erit cor fortiũ Moab in die illa, ſicut cor mulieris parturientis. Et ceſſabit Moab eſſe populus:quoniam cõtra Dominum gloriatus eſt. Pauor & fouea Iſa.24 c & laqueus ſuper teô habitator Moab,ait Dominus. Qui fugerit à facie pauoris,cadet in foueam: & qui conſcenderit de fouea,capietur laqueo. adducam enim ſuper Moab annum viſitationis eorum,ait Dominus. In vmbra Heſebon ſteterunt de laqueo fugiẽtes:quia ignis egreſſus eſt de Heſebon,& flãma de medio Sion: & deuorauit partem Moab, & verticem filiorum tumultus. Væ tibi Moab,periſti populę Chamos: quia cõprehenſi ſunt filij tui, & filiæ tuæ in captiuitatem. Et conuertam captiuitatẽ Moab in nouiſsimis diebus, ait Dñs. Hucuſque iudicia Moab.

S. DESOLATIO *Ammon, Idumææ, & Damaſci prædicitur.* CAPVT XLIX.

A AD filios Ammon. Hæc dicit Dominus, Nunquid non filij ſunt Iſrael? aut hæres non eſt ei? Cur igitur hæreditate poſſedit Melchõ, Gad: & populus eius in vrbibus eius habitauit? Ideò ecce dies veniẽt in te,dicit Dñs: & auditum faciã ſuper Rabath filiorũ Ammon fremitũ prælij: & erit in tumultum diſsipata,filiæq; eius igne ſuccendentur,& poſsidebit Iſrael poſſeſſores ſuos, ait Dominus. Vlula Heſebõ, quoniã vaſtata eſt Hai. Clamate filiæ Rabbath,accingite vos cilicijs:plangite,& circuite per B ſepes:quoniã Melchõ in tranſmigrationem ducetur, ſacerdotes eius, & principes eius ſimul. Quid gloriaris in vallibus? Defluxit vallis tua filia delicata: quæ confidebas in theſauris tuis,& dicebas, Quis veniet ad me? Ecce ego inducã ſuper te terrorẽ,ait Dominus Deus exercituũ, ab omnibus qui ſunt in circumitu tuo:& diſpergemini ſinguli à conſpectu veſtro, nec erit qui cõgreget fugiẽtes. Et poſt hæc reuerti faciã captiuos filiorũ Ammõ,ait Dominus. Ad Idumeã. Hæc dicit Dominus exercituũ, Nunquid non vltrà eſt ſapiẽtia in Theman? Perijt conſiliũ à filijs:inutilis facta eſt ſapientia eorũ. Fugite, & terga vertite,deſcẽdite in voraginẽ habitatores Dedan:quoniam perditionẽ Eſau adduxi ſuper eum,tempus viſitationis eius. Si vindemiatores eius veniſſent ſuper te, nõ reliquiſſent racemũ: ſi fures in nocte,rapuiſſent quod ſufficeret ſibi. Ego C verò diſcooperui Eſau,reuelaui abſcõdita eius, & celari non poterit:vaſtatũ eſt ſemẽ eius,& fratres eiº,& vicini eius,& nõ erit. Relinque pupillos tuos,& ego faciã eos viuere:& viduæ tuæ in me ſperabũt. Quia hæc dicit Dominus, Ecce quibus nõ erat iudiciũ vt biberẽt calicẽ,bibẽtes bibẽt: & tu quaſi innocens relinquêris? Nõ eris innocens,ſed bibens bibes. Quia per memetipſum iuraui,dicit Dominus, quòd in ſolitudinẽ, & in opprobriũ,& in deſertũ, & in maledictionẽ erit Boſra: & omnes ciuitates eius erũt in ſolitudines ſempiternas. Au- Abd.1 a ditũ audiui à Domino,& legatus ad gẽtes miſſus eſt: Congregamini,& venite contra eam,& cõſurgamus in prælium. Ecce enim paruulũ dedi te in gẽtibus,contẽptibilẽ inter homines. Arrogãtia tua decepit te,& ſuperbia cordis tui: qui habitas D in cauernis petræ, & apprehendere niteris altitudinẽ collis. Cum exaltaueris quaſi aquila nidũ tuũ, inde detrahã te,dicit Dominus. Et erit Idumæa deſerta:omnis qui trãſibit per eã, ſtupebit,& ſibilabit ſuper omnes plagas eius. Sicut ſubuerſa Gene.19 c eſt Sodoma & Gomorrha,& vicinæ eius, ait Dominus: non habitabit ibi vir,& non incolet eam filius hominis. Ecce quaſi leo aſcẽdet de ſuperbia Iordanis ad pulchritudinẽ robuſtã: qui ſubito currere faciã eũ ad illam:& quis erit electus quem Iob 42 a præponam ei? quis enim ſimilis mei?& quis ſuſtinebit me?& quis eſt iſte paſtor, qui reſiſtat vultui meo? Propterea audite E conſilium Domini quod inijt de Edom: & cogitationes eius quas cogitauit de habitatoribus Theman, Si non deiecerint eos paruuli gregis,niſi diſsipauerint cũ eis habitaculũ eorum. A voce ruinæ eorum cõmota eſt terra:clamor in Mari rubro auditus eſt vocis eius. Ecce quaſi aquila aſcendet & auolabit: & expãdet alas ſuas ſuper Boſrã:& erit cor fortiũ Idumęæ in die illa,quaſi cor mulieris parturientis. Ad Damaſcũ. Confuſa eſt Emath & Arphad:quia auditũ peſsimũ audierũt, turbati ſunt: in mari præ ſolicitudine quieſcere non potuit. Diſſoluta eſt Damaſcus,verſa eſt in fugã,tremor apprehẽdit eã: anguſtia & dolores tenuerũt eã, quaſi parturientẽ. Quomodo dereliquerũt ciuitatẽ laudabilẽ,vrbẽ lætitiæ? Ideò cadent iuuenes eius in platẽis eius:& omnes viri prælij conticeſcent in die illa,ait Dominus exercituũ. Et ſuccendã ignem in muro Damaſci,& deuorabit mœnia Benadad. Ad Cedar,& ad re- F gna Aſor, quæ percuſsit Nabuchodonoſor rex Babylonis, hæc dicit Dominus,Surgite,& aſcendite ad Cedar,& vaſtate filios oriẽtis. Tabernacula eorũ,& greges eorũ capient:pelles eorũ,& omnia vaſa eorũ,& camelos eorũ tollent ſibi: & vocabunt ſuper eos formidinẽ in circumitu. Fugite, abite vehementer,in voraginibus ſedete qui habitatis Aſor, ait Dominus:inijt enim contra vos Nabuchodonoſor rex Babylonis conſilium,& cogitauit aduerſum vos cogitationes. Conſurgite,& aſcendite ad gentem quietam,& habitantem cõfidenter,ait Dominus: non oſtia, nec vectes eis: ſoli habitant. Et erunt cameli eorum in direptionem, & multitudo iumentorum in prædam: & diſpergam eos in omnem ventũ, qui ſunt attonſi in comam: & ex omni confinio eorum adducam interitum ſuper eos, ait Dominus. Et erit Aſor in habitaculum G draconum, deſerta vſque in æternum: non manebit ibi vir, nec incolet eam filius hominis. Quod factum eſt verbum Domini ad Ieremiam prophetam aduerſus AElam, in principio regni Sedechiæ regis Iuda,dicens, Hæc dicit Dominus exercituum, Ecce ego confringã arcum AElam,& ſumã fortitudinem eorum. Et inducam ſuper AElam quatuor ventos à quatuor plagis cœli: & ventilabo eos in omnes ventos

istos:& non erit gens, ad quam nõ perueniãt profugi AElã. Et pauere faciam AElam coram inimicis suis & in conspectu quærentium animam eorum:& adducam super eos malum,iram furoris mei,dicit Dominus:& mittam post eos gladium, donec consumam eos. Et ponam solium meum in AElam:& perdam inde reges & principes,ait Dominus. In nouissimis autem diebus reuerti faciam captiuos AElam, dicit Dominus.

S. DOMINATRIX *omnium nationum* Babylon *post cæteras à se subactas à Persis & Medis destruetur.* CAPVT L.

A VErbum quod locutus est Dominus de Babylone,& de terra Chaldæorum in manu Ieremię prophetæ.Annuntiate in gentibus,& auditum facite,leuate signum:prædicate,& nolite celare: dicite,Capta est Babylon,confusus est Bel,victus est Merodach, confusa sunt omnia sculptilia eorũ,superata sunt idôla eorũ. Quoniam ascendit contra eam gens ab aquilone, quæ ponet terram eius in solitudinem: & non erit qui habitet in ea, ab homine vsque ad pecus, & moti sunt & abierunt.In diebus illis,& in tẽpore illo ait Dominus, venient filij Israel.ipsi & filij Iuda simul:ambulantes & flentes properabunt,& Dominum Deum suum quærent.In Sion interrogabunt viam,huc facies eorum:venient,& apponentur ad Dominum fœdere sempiterno,quod nulla obliuione delebitur. Grex perditus
B factus est populus meus: pastores eorũ seduxerunt eos, fecerunt q; vagari in montibus: de monte in collem transierunt, obliti sunt cubilis sui. Omnes qui inuenerunt, comederunt eos: & hostes eorũ dixerunt.Non peccauimus: pro eo quòd peccauerunt Domino decóri iustitiæ, & expectationi patrũ eorum Domino.Recedite de medio Babylonis, & de terra Chaldæorum egredimini:& estote quasi hœdi ante gregem. Quoniam ecce ego suscitabo,& adducã in Babylonem, congregationem gentiũ magnarum de terra aquilonis: & præparabuntur aduersus eam,& inde capietur: sagitta eius quasi viri fortis interfectoris, non reuertetur vacua. Et erit Chaldæa in prædam: omnes vastantes eã replebuntur, ait Dominus. Quoniam exultatis,& magna loquimini,diripientes hæreditatem meam. quoniam effusi estis sicut vituli super herbam,& mugistis sicut tauri.Cõfusa est mater vestra nimis, & adæquata pulueri quæ genuit vos: ecce nouissima erit in
C gentibus,& deserta,inuia,& arens. Ab ira Domini nõ habitabitur, sed redigetur tota in solitudinem.Omnis qui transibit per Babylonem, stupebit & sibilabit super vniuersis plagis eius.Præparamini contra Babylonẽ per circuitũ omnes qui intẽditis arcũ,debellate eam,nõ parcatis iaculis: quia Domino peccauit.Clamate aduersus eam,vbiq; dedit manum,ceciderunt fundamẽta eius: destructi sunt muri eius, quoniã vltio Domini est. Vltionẽ accipite de ea: sicut fecit, facite ei. Disperdite satorẽ de Babylone,& tenentẽ falcem in tempore messis à facie gladij columbæ. Vnusquisq; ad populũ suũ cõuertetur,& singuli ad terram suam fugiẽt. Grex dispersus Israel, leones eiecerunt eũ.Primus comedit eum rex Assur: iste nouissimus exossauit eũ Nabuchodonosor rex Babylonis. Propterea hæc dicit Dominus exercituum Deus Israel, Ecce ego visitabo regẽ Babylonis, & terrã eius: sicut visitaui regem Assur.Et reducam Israel ad habitaculũ suum:&
D pascetur Carmelũ & Basan:& in monte Ephráim & Galaad saturabitur anima eius.In diebus illis & in tẽpore illo, ait Dominus, quæretur iniquitas Israel,& nõ erit: & peccatũ Iuda, & nõ inuenietur: quoniam propitius ero eis quos reliquero. Super terrã dominantiũ ascende, & super habitatores eius visita,dissipa,& interfice quæ post eos sunt,ait Dominus: & fac iuxta omnia quæ præcepi tibi. Vox belli in terra, & cõtritio magna. Quomodo confractus est, & contritus malleus vniuersæ terræ? quomodo versa est in desertum Babylon in gentibus? Illaqueaui te,& capta es Babylon,& nesciebas: inuenta es & apprehensa: quoniam Dominũ prouocasti. Aperuit Dominus thesaurum suum,& protulit vasa iræ suæ:quoniam opus est domino Deo exercituũ in terra Chaldæorum. Venite ad eam ab extremis finibus: aperite vt exeant qui cõculcent eam. Tollite de via lapides,& redigite in aceruos,&
E interficite eam: nec sit quicquam reliquũ. Dissipate vniuersos fortes eius,descendant in occisionem. Væ eis,quia venit dies eorũ,tempus visitationis eorũ. Vox fugientium,& eorum qui euaserunt de terra Babylonis: vt annuntient in Sion vltionem Domini Dei nostri,vltionẽ templi eius. Annuntiate in Babylonẽ plurimis omnibus qui tendunt arcum: consistite aduersus eam per gyrum,& nullus euadat. Reddite ei secundum opus suum: iuxta omnia quæ fecit, facite illi: quia contra Dominum erecta est,aduersum sanctũ Israel. Idcirco cadent iuuenes eius in platéis eius:& omnes viri bellatores eius conticescent in die illa,ait Dominus. Ecce ego ad te superbe,dicit Dominus Deus exercituũ:quia veniet dies tuus, tempus visitationis tuæ.Et cadet superbus,& corruet,& non
F erit qui suscitet eũ: succendã ignem in vrbibus eius,& deuorabit omnia in circuitu eius. Hæc dicit Dominus exercituũ, Calumniã sustinent filij Israel & filij Iuda simul:omnes qui ceperunt eos,tenent, nolunt dimittere eos. Redemptor eorum fortis,Dominus exercituũ nomen eius:iudicio defendet causam eorũ,vt exterreat terram,& cõmoueat habitatores Babylonis. Gladius ad Chaldæos,ait Dominus:& ad habitatores Babylonis,& ad principes,& ad sapientes eius. Gladius ad diuinos eius, qui stulti erunt: gladius ad fortes illius, qui timebunt. Gladius ad equos eius,& ad currus eius, & ad omne vulgus,quod est in medio eius,& erũt quasi mulieres: gladius ad thesauros eius,qui diripiẽtur.Siccitas super aquas eius erit, & arescent: quia terra sculptiliũ est,& in portentis gloriantur. Propterea habitabunt dracones cum fatuis ficarijs:& habitabunt in ea struthiones:& nõ inhabitabitur vltrà vsque in sempiternũ,nec extruetur vsque ad generationem & generationẽ.Sicut subuertit Dominus Sodomam & Go- *Gene.19 c*
G morrham,& vicinas eius,ait Dominus: non habitabit ibi vir, & non incolet eam filius hominis. Ecce populus veniet ab aquilone: & gens magna,& reges multi consurgent à finibus terræ.Arcum & scutũ apprehendent: crudeles sunt & immisericordes: vox eorum quasi mare sonabit, & super equos ascendent: sicut vir paratus ad prælium contra te filia Babylon.Audiuit rex Babylonis famam eorum, & dissolutæ sunt manus eius:angustia apprehendit eum, dolor quasi parturiẽtem. Ecce quasi leo ascendet de superbia Iordanis ad pulchri tudinem robustam: quia subito currere faciam eum ad illam: *Iob 41 d* & quis erit electus quem præponam ei? quis est enim similis mei? & quis sustinebit me? & quis est iste pastor,qui resistat vultui meo? propterea audite consilium Domini quod mente concepit aduersum Babylonem: & cogitationes eius quas cogitauit super terram Chaldæorum, Nisi detraxerint eos paruuli gregum,nisi dissipatum fuerit cum ipsis habitaculum eorum.A voce captiuitatis Babylonis commota est terra, & clamor inter gentes auditus est.

S. MALA *imminentia Babyloni & incolis eius super idôla sua.* CAPVT LI.

A HAec dicit Dominus,Ecce ego suscitabo super Babylonem & super habitatores eius, qui cor suum leuauerunt contra me. quasi ventũ pestilentem. Et mittam in Babylonẽ ventilatores, & ventilabunt eam, & demolientur terram eius: quoniam venerunt super eam vndique in die afflictionis eius. Non tendat qui tendit arcum suum: & non ascendat loricatus. nolite parcere iuuenibus eius, interficite omnem militiam eius. Et cadent interfecti in terra Chaldæorum:& vulnerati in regionibus eius. Quoniam non fuit viduatus Israel & Iuda à Deo suo Domino exercituũ: terra autem eorũ repleta est delicto

à sancto

à sancto Israel. Fugite de medio Babylonis, & saluet vnusquisque animã suam. nolite tacere super iniquitatẽ eius: quoniam tempus vltionis eius est à Domino, vicissitudinem ipse retribuet ei. Calix aureus Babylon in manu Domini, inebrians omnem terram: de vino eius biberunt gentes, & ideò Esa.21 c commotæ sunt. Subito cecidit Babylon, & contrita est: vlulate super eam, tollite resinam ad dolorem eius, si fortè sanetur. Curauimus Babylonem, & non est sanata: derelinquamus eam, & eamus vnusquisque in terram suam: quoniã peruenit vsque ad cœlos iudicium eius, & eleuatum est vsque ad nubes. Protulit Dominus iustitias nostras, venite & narremus in Sion opus Domini Dei nostri. Acuite sagittas, & implete pharetras: fuscitauit Dominus spiritum regum Medorum: & contra Babylonem mens eius est, vt perdat eam: quoniam vltio Domini est, vltio tẽpli sui. Super muros Babilonis leuate signũ, augete custodiã: leuate custodes, præparate insidias: quia cogitauit Dominus, & fecit quæcunque locutus est contra habitatores Babylonis. Quæ habitas super aquas multas locuples in thesauris: venit finis tuus pedalis præcisionis tuæ. Amos 6 c Iurauit Dominus exercituum per animam suam, Quoniam replebo te hominibus quasi brucho: & super te celeusma cãSupra 20 b tabitur. Qui fecit terrã in fortitudine sua, & præparauit orbem in sapientia sua, & prudentia sua extendit cœlos. Dante eo vocem multiplicantur aquæ in cœlo: qui leuat nubes ab extremo terræ, fulgura in pluuiam fecit: & producit ventos de thesauris suis. Stultus factus est omnis homo à scientia: confusus est omnis cõflator in sculptili: quia mendax est conflatio eius, nec est spiritus in eis. Vana sunt opera, & risu digna: in tempore visitationis suæ peribunt. Non sicut hæc, pars Iacob: quia qui fecit omnia ipse est, & Israel sceptrũ hæreditatis eius: Dominus exercituum nomen eius. Collidis tu mihi vasa belli, & ego collidam in te gentes, & disperdam in te regna. Et collidam in te equum, & equitem eius: & collidam in te currum, & ascensorem eius: & collidam in te virũ & mulierem, & collidam in te senem & puerum, & collidam in te iuuenem & virginem, & collidã in te pastorẽ & gregẽ eius, & collidam in te agricolam & iugales eius, & collidam in te duces & magistratus. Et reddam Babyloni, & cunctis habitatoribus Chaldææ omne malum suũ quod fecerunt in Sion, in oculis vestris, ait Dominus. Ecce ego ad te mons pestifer, ait Dominus: qui corrumpis vniuersam terram: & extẽdam manum meam super te, & euolam te de petris, & dabo te in montem combustionis, & non tollent de te lapidem in angulum, & lapidem in fundamento: sed perditus in æternum eris, ait Dominus. Leuate signũ in terra: clangite buccina in gentibus, sanctificate super eam gentes: annuntiate contra illam regibus Ararat, Menni, & Ascenez: numerate contra eam Taphsar, adducite equũ quasi bruchũ aculeatũ. Sanctificate contra eam gentes, reges Mediæ, duces eius, & vniuersos magistratus eius, cunctamq; terram potestatis eius. Et commouebitur terra, & conturbabitur: quia euigilabit cõtra Babylonem cogitatio Domini, vt ponat terram Babylonis desertam, & inhabitabilẽ. Cessauerunt fortes Babylonis à prælio, habitauerunt in præsidijs: deuoratum est robur eorũ, & facti sunt quasi mulieres: incensa sunt tabernacula eius, contriti sunt vectes eius. Currens obuiam currenti veniet: & nuntius obuius nuntianti: vt annuntiet regi Babylonis quia capta est ciuitas eius à summo vsque ad summum: & vada præoccupata sunt, & paludes incensæ sunt igni, & viri bellatores cõturbati sunt. Quia hæc dicit Dominus exercituum, Deus Israel, Filia Babylonis quasi area, tempus trituræ eius: adhuc modicum, & veniet tẽpus messionis eius. Comedit me, deuorauit me Nabuchodonosor rex Babylonis: reddidit me quasi vas inane: absorbuit me quasi draco, repleuit ventrẽ suum teneritudine mea, & eiecit me. Iniquitas aduersum me, & caro mea super Babylonem, dicit habitatio Sion: & sanguis meus super habitatores Chaldææ, dicit Ierusalem. Propterea hæc dicit Dominus, Ecce ego iudicabo causam tuam, & vlciscar vltionem tuã: & desertum faciã mare eius, & siccabo venam eius. Et erit Babylon in tumulos, habitatio draconũ: stupor, & sibilus, eo quòd nõ sit habitator. Simul vt leones rugient: excutient comas veluti catuli leonũ. In calore eorum ponam potus eorũ: & inebriabo eos, vt sopiantur, & dormiant somnum sempiternum, & nõ cõsurgãt: dicit Dominus. Deducam eos quasi agnos ad victimam, quasi arietes cum hœdis. Quomodo capta est Sesach, & comprehẽsa est inclyta vniuersæ terræ? quomodo facta est in stuporem Babylon inter gentes? Ascendit super Babylonẽ mare: multitudine fluctuũ eius operta est. Factæ sunt ciuitates eius in stuporẽ terra inhabitabilis & deserta, terra in qua nullus habitet, nec trãseat per eam filius hominis. Et visitabo super Bel in Babylone, & eijciam quod absorbuerat de ore eius: & non confluent ad eum vltrà gentes, siquidem & murus Babylonis corruet. Egredimini de medio eius populus meus: vt saluet vnusquisque animam suam ab ira furoris Domini. Et ne forte molleſcat cor vestrum, & timeatis auditum qui audietur in terra: & veniet in anno auditio, & post hũc annum auditio, & iniquitas in terra, & dominator super dominatorem. Propterea ecce dies veniunt, & visitabo super sculptilia Babylonis: & omnis terra eius cõfundetur, & vniuersi interfecti eius cadent in medio eius. Et laudabũt super Babylonẽ cœli & terra, & omnia quæ in eis sunt: quia ab aquilone veniẽt ei prædones, ait Dominus. Et quo modo feci Babylon vt caderent occisi in Israel: sic de Babylone cadent occisi in vniuersa terra. Qui fugistis gladium, venite, nolite stare: recordamini procul Domini, & Ierusalem ascendat super cor vestrum. Confusi sumus, quoniam audiuimus opprobriũ: operuit ignominia facies nostras: quia venerunt alieni super sanctificationem domus Domini. Propterea ecce dies veniunt, ait Dominus: & visitabo super sculptilia eius, & in omni terra eius mugiet vulneratus. Si ascenderit Babylon in cœlum, & firmauerit in excelso robur suum: à me venient vastatores eius, ait Dominus. Vox clamoris de Babylone, & contritio magna de terra Chaldæorum: quoniam vastauit Dominus Babylonem, & perdidit ex ea vocem magnam: & sonabunt fluctus eorum quasi aquæ multæ: dedit sonitum vox eorum: quia venit super eam, id est, super Babylonem prædo, & apprehensi sunt fortes eius, & emarcuit arcus eorum: quia fortis vltor Dominus reddens retribuet. Et inebriabo principes eius, & sapientes eius, duces eius, & magistratus eius, & fortes eius: & dormient somnum sempiternum, & non expergiscentur, ait rex, Dominus exercituum nomen eius. Hæc dicit Dominus exercituum, Murus Babylonis ille latissimus suffossione suffodietur, & portæ eius excelsæ igne comburẽtur, & labores populorum ad nihilum, & gentium in ignem erũt & disperibunt. Verbum quod præcepit Ieremias propheta, Saraię filio Neriæ filij Maasiæ, cum pergeret cum Sedechia rege in Babylonem, in anno quarto regni eius: Saraias autem erat princeps prophetiæ. Et scripsit Ieremias omne malũ quod venturum erat super Babylonem, in libro vno: omnia verba hæc quæ scripta sunt contra Babylonem. Et dixit Ieremias ad Saraiam, Cum veneris in Babylonem, & videris, & legeris omnia verba hæc, dices, Domine tu locutus es contra locum istum vt disperderes eum: ne sit qui in eo habitet ab homine vsq; ad pecus, & vt sit perpetua solitudo. Cumq; compleueris legere librum istum, ligabis ad eum lapidem, & proijcies illum in medium Euphráten, & dices, Sic submergetur Babylon, & non consurget à facie afflictionis quã ego adduco super eam, & dissoluetur.

Hucusque verba Ieremiæ.

S. IERVSALEM capitur, templum spoliatur, Sedechias excæcatur, & Ioachim à carcere liberato cibaria à rege constituuntur.

CAPVT LII.

A Filius viginti & vnius anni erat Sedechias, cum re
4.Re.24 d gnare cœpisset:& vndecim annis regnauit in Ie-
2.Par.36.b rusalem:& nomen matris eius Amital, filia Iere-
miæ de Lobna. Et fecit malũ in oculis Domini,
iuxta omnia quæ fecerat Ioacim. Quoniã furor Domini erat
in Ierusalem & in Iuda, vsquequo proijceret eos à facie sua:&
Supra 394 recessit Sedechias à rege Babylonis. Factũ est autẽ in anno no
4.Re.25 4 no regni eius, in mense decimo, decima die mensis: vênit Na-
buchodonosor rex Babylonis, ipse, & omnis exercitus eius
aduersus Ierusalẽ, & obsederũt eã, & ædificauerũt contra eam
B munitiones in circuitu. Et fuit ciuitas obsessa, vsq; ad vndeci-
mum annum regis Sedechiæ. Mense autem quarto, nona die
mẽsis, obtinuit fames ciuitatẽ: & nõ erant alimẽta populo ter
ræ. Et dirupta est ciuitas, & omnes viri bellatores eius fuge-
runt, exieruntq; de ciuitate nocte per viã portæ, quæ est in-
ter duos muros & ducit ad hortum regis: Chaldæis ob sidenti
bus vrbem in gyro: & abierunt per viam quæ ducit in erẽmũ.
Persecutus est autem Chaldæorũ exercitus regem: & appre-
henderunt Sedechiam in deserto, quod est iuxta Iericho: &
omnis comitatus eius diffugit ab eo. Cumq; cõprehendissent
C regem, adduxerunt eum ad regẽ Babylonis in Reblátha, quæ
est in terra Emath: & locutus est ad eum iudicia. Et iugulauit
rex Babylonis filios Sedechiæ in oculis eius: sed & oẽs princi-
pes Iuda occîdit in Reblátha. Et oculos Sedechiæ eruit, & vin
xit eum compedibus, & adduxit eum rex Babylonis in Baby
lonẽ: & posuit eũ in domo carceris vsq; ad diem mortis eius.
In mense autem quinto, decima mensis, ipse est annus no-
nusdecimus Nabuchodonosor regis Babylonis: vênit Na-
buzardan princeps militiæ qui stabat coram rege Babylonis
D in Ierusalem. Et incendit domũ Domini, & domum regis, &
omnes domus Ierusalem, & omnẽ domũ magnam igne com-
busit. Et totũ murum Ierusalẽ per circuitum destruxit cun-
ctus exercitus Chaldæorum qui erat cum magistro militiæ.
De pauperibus autem populi, & de reliquo vulgo quod re-
manserat in ciuitate, & de perfugis qui transfugerant ad re-
gem Babylonis, & cæteros de multitudine: transtulit Nabu-
zardan princeps militiæ. De pauperibus verò terræ reliquit
Nabuzardan princeps militiæ in vinitores, & agricolas. Cõ-
E lumnas quoq; æreas, quæ erant in domo Domini, & bases, &
mare æneum quod erat in domo Domini, cõfregerunt Chal-
dæi: & tulerunt omne æs eorum in Babylonem. Et lebetes, &
creagras, & psalteria, & phialas, & mortariola, & omnia vasa
ærea quæ in ministerio fuerant, tulerũt. Et hydrias, & thymia-
materia, & vrceos, & pelues, & cãdelabra, & mortaria, & cya-
thos: quotquot aurea, aurea: & quotquot argentea, argen-
tea: tulit magister militiæ, Columnas duas, & mare vnum,
& vitulos duodecim æreos, qui erant sub basibus quas fecerat
rex Salomon in domo Domini, nõ erat pondus æris omniũ
horum vasorum. De columnis autẽ, decem & octo cubiti alti-
tudinis erant in columna vna: & funiculus duodecim cubito-
rum circumibat eam: porrò grossitudo eius, quatuor digito-
F rum: & intrinsecus caua erat. Et capitella super vtranq; ærea:
altitudo capitelli vnius, quinq; cubitorum: & retiacula, & ma
logranata supra coronam in circuitu, omnia ærea: similiter co-
lumnę secundæ & malogranata. Et fuerũt malogranata nona
ginta sex dependentia: & omnia malogranata centum, retia-
culis circundabantur. Et tulit magister militiæ Saraiam sacer-
dotem primum, & Sophoniam sacerdotem secũdum: & tres
custodes vestibuli. Et de ciuitate tulit eunuchum vnum, qui
erat præpositus super viros bellatores: & septem viros de his
qui videbant faciem regis, qui inuenti sunt in ciuitate: & scri-
bam principem militum, qui probabat tyrones: & sexaginta
viros de populo terræ, qui inuenti sunt in medio ciuitatis. Tu
lit autem eos Nabuzardan magister militiæ: & duxit eos ad
regem Babylonis in Reblátha. Et percussit eos rex Babylo-
nis & interfecit eos in Reblátha in terra Emath: & transla
tus est Iuda de terra sua. iste est populus, quem transtulit Na-
buchodonosor, in anno septimo: Iudæos tria millia & vigin-
G ti tres. In anno octauodecimo, Nabuchodonosor transtulit
de Ierusalem animas octingentas trigintaduas. In anno vice-
simotertio Nabuchodonosor, transtulit Nabuzardan magi-
ster militiæ animas Iudæorum septingentas quadraginta
quinque. omnes ergo animæ, quatuor millia sexcentæ. Et fa-
ctum est in tricesimoseptimo anno transmigrationis Ioacim
regis Iuda, duodecimo mense, vicesima quinta mensis, eleua-
uit Euilmerodach rex Babylonis ipso anno regni sui, caput
Ioacim regis Iudæ: & eduxit eum de domo carceris. Et lo-
cutus est cum eo bona: & posuit thronum eius super thro-
nos regum qui erant post se in Babylone. Et mutauit vesti
menta carceris eius: & comedebat panem coram eo semper
cunctis diebus vitæ suæ. Et cibaria eius cibaria perpetua da-
bantur ei à rege Babylonis statuta per singulos dies, vsque ad
diem mortis suæ cunctis diebus vitæ eius.

FINIS.

Threni, id est lamenta-TIONES IEREMIAE

quæ cinoth Hebraicè inscribuntur.



ET FACTVM est, postquam in captiuitatem redactus est Israel, & Ierusalem deserta est, sedit Ieremias Propheta flens, & planxit Lamentatione hac super Ierusa-lem, & amaro animo suspirans & eiulans dixit.

Aleph.

A  VOMODO sedet sola ciuitas plena
populo: facta est quasi vidua domina
gentium? Princeps prouinciarum facta Iere.13 e
est sub tributo. BETH. Plorans plora
uit in nocte, & lachrymæ eius in ma-
xillis eius. Non est qui consoletur eam
ex omnibus charis eius. Omnes amici
eius spreuerunt eã, & facti sunt ei inimici. GIMEL. Migra-
uit Iudas propter afflictionẽ, & multitudinẽ seruitutis. Habi-
tauit inter gentes, nec inuenit requiem. Omnes persecutores
eius apprehẽderũt eã inter angustias. DALETH. Viæ Sion
lugent, eo quòd non sint qui veniant ad solẽnitatem. Omnes
B portæ eius destructæ, sacerdotes eius gemẽtes. Virgines eius
squalidæ, & ipsa oppressa amaritudine. HE. Facti sunt ho-
stes eius in capite, inimici eius locupletati sunt: quia Domi-
nus locutus est super eã propter multitudinẽ iniquitatũ eius.

Paruuli

Paruuli eius ducti sunt in captiuitatem ante faciem tribulantis. VAV. Et egressus est à filia Sion omnis decor eius. Facti sunt principes eius velut arietes nõ inuenientes pascua:& abierunt absq; fortitudine ante faciem subsequentis. ZAIN. Recordata est Ierusalem dierum afflictionis suæ, & præuaricationis omnium desyderabilium suorum quæ habuerat à diebus antiquis cũ caderet populus eius in manu hostili, & non esset auxiliator. Viderunt eam hostes,& derisserunt sabbatha eius. HETH. Peccatum peccauit Ierusalem, propterea instabilis facta est. Omnes qui glorificabant eam, spreuerunt illam:quia viderunt ignominiam eius. Ipsa autem gemens, & conuersa est retrorsum. TETH. Sordes eius in pedibus eius, nec recordata est finis sui. Deposita est vehementer, non habens consolatorem. Vide Domine afflictionem meam, quoniam erectus est inimicus. IOD. Manũ suam misit hostis ad omnia desyderabilia eius:quia vidit gẽtes ingressas sanctuariũ suum,de quibus præceperas ne intrarent in ecclesiam tuam. CAPH. Omnis populus eius gemẽs, & quærens panem:dederunt pretiosa quæq; pro cibo,ad refocillandũ animam. Vide Domine & consydera,quoniam facta sum vilis. LAMED. O vos omnes qui transitis per viam,attendite, & videte si est dolor sicut dolor meus. Quoniam vindemiauit me,vt locutus est Dominus in die iræ furoris sui. MEM. De excelso misit ignem in ossibus meis,& erudiuit me. Expandit rete pedibus meis, conuertit me retrorsum. Posuit me desolatam, tota die mœrore confectam. NVN. Vigilauit iugum iniquitatũ mearum in manu eius:cõuolutæ sunt,& impositæ collo meo. Infirmata est virtus mea:dedit me Dominus in manum de qua non potero surgere. SAMECH. Abstulit omnes magnificos meos Dominus de medio mei:vocauit aduersum me tempus, vt contereret electos meos. Torcular calcauit Dominus virgini filiæ Iuda. AIN. Idcirco ego plorans, & oculus meus deducens aquas:quia longe factus est à me consolator conuertens animam meam:facti sunt filij mei perditi,quoniam inualuit inimicus. PHE. Expandit Sion manus suas, non est qui consoletur eam. Mandauit Dominus aduersum Iacob, in circuitu eius hostes eius. Facta est Ierusalem quasi polluta menstruis inter eos. SADE. Iustus est Dominus, quia os eius ad iracundiã prouocaui. Audite obsecro vniuersi populi, & videte dolorem meũ. Virgines meæ & iuuenes mei abierunt in captiuitatem. COPH. Vocaui amicos meos, ipsi deceperunt me. Sacerdotes mei,& senes mei in vrbe cõsumpti sunt: quia quæsierunt cibũ sibi,vt refocillarent animã suam. RES. Vide Domine,quoniã tribulor,conturbatus est venter meus. Subuersum est cor meũ in memetipsa,quoniã amaritudine plena sum. Foris interficit gladius, & domi mors similis est. SIN. Audierũt quia ingemisco ego,& non est qui consoletur me. Omnes inimici mei audierũt malum meũ,lætati sunt:quoniã tu fecisti. Adduxisti diem consolationis, & fient similes mei. THAV. Ingrediatur omne malũ eorũ coram te: & vindemia eos sicut vindemiasti me propter omnes iniquitates meas. Multi enim gemitus mei,& cor meum mœrens.

Ier.14 c

CAPVT II.

ALEPH.

QVomodo obtexit caligine in furore suo Dominus filiam Sion:proiecit de cœlo in terram inclytam Israel, & non est recordatus scabelli pedum suorum in die furoris sui? BETH. Præcipitauit Dominus nec pepercit, omnia speciosa Iacob: destruxit in furore suo munitiones virginis Iuda,& deiecit in terram:polluit regnum,& principes eius. GIMEL. Confregit in ira furoris omne cornu Israel: auertit retrorsum dexteram suam à facie inimici:& succendit in Iacob, quasi ignem flammæ deuorantis in gyro. DALETH. Tetendit arcum suum quasi inimicus,firmauit dexteram suam quasi hostis: & occîdit omne quod pulchrũ erat visu in tabernaculo filiæ Siõ, effudit quasi ignem indignationem suam. HE. Factus est Dominus velut inimicus:præcipitauit Israel,præcipitauit omnia mœnia eius, dissipauit munitiones eius,& repleuit in filia Iuda humiliatũ & humiliatam. VAV. Et dissipauit quasi hortum tentorium suum,demolitus est tabernaculum suum. Obliuioni tradidit Dominus in Sion festiuitatem & sabbathũ: & in opprobriũ & in indignationẽ furoris sui regem & sacerdotem. ZAIN. Repulit Dominus altare suũ, maledixit sanctificationis suæ. Tradidit in manus inimici muros turrium eius. Vocem dederunt in domo Domini, sicut in die solenni. HETH. Cogitauit Dominus dissipare murum filiæ Sion:tetendit funiculum suum,& non auertit manum suam à perditione. Luxitq; antemurale, & murus pariter dissipatus est. TETH. Defixæ sunt in terram portæ eius:perdidit & contriuit vestes eius, regem eius & principes eius in gentibus. Non est lex: & prophetæ eius non inuenerunt visionem à Domino. IOD. Sederunt in terra,conticuerunt senes filiæ Sion: conspersserunt cinere capita sua,accincti sunt cilicijs. Abiecerunt in terra capita sua virgines Ierusalem. CAPH. Defecerunt præ lachrymis oculi mei, conturbata sunt viscera mea. Effusum est in terra iecur meum super cõtritionem filiæ populi mei,cum deficeret paruulus & lactens in platẽis oppidi. LAMED. Matribus suis dixerũt, Vbi est triticũ & vinũ?cum deficerent quasi vulnerati in platẽis ciuitatis:cum exhalarent animas suas in sinu matrũ suarum. MEM. Cui comparabo te,vel cui assimilabo te filia Ierusalẽ? Cui adæquabo te,& consolabor te virgo filia Sion?Magna est enim velut mare, contritio tua:quis medebitur tui? NVN. Phophetæ tui viderunt tibi falsa & stulta: nec aperiebant iniquitatem tuam,vt te ad pœnitentiam prouocarent. Viderunt autem tibi assumptiones falsas & eiectiones. SAMECH. Plausserunt super te manibus omnes transeuntes per viam:sibilauerunt & mouerũt capita sua super filiam Ierusalem, Hæccine est vrbs, dicentes,perfecti decõris, gaudiũ vniuersæ terræ? PHE. Aperuerũt super te os suũ omnes inimici tui:sibilauerũt & fremuerunt dentibus suis, & dixerunt, Deuorabimus: en ista est dies quam expectabamus, inuenimus,vidimus. AIN. Fecit Dominus quæ cogitauit: compleuit sermonem suũ, quem præceperat à diebus antiquis. Destruxit,& nõ pepercit,& lætificauit super te inimicũ,& exaltauit cornu hostiũ tuorum. SADE. Clamauit cor eorum ad Dominum super muros filiæ Sion, Deduc quasi torrentem lachrymas per diem & noctem:non des requiem tibi,neq; taceat pupilla oculi tui. COPH. Consurge, lauda in nocte in principio vigiliarum: effunde sicut aquam cor tuũ ante conspectum Domini:leua ad eum manus tuas pro anima paruulorum tuorũ qui defecerunt in fame in capite omniũ compitorum. RES. Vide Domine & consydera quem vindemiaueris ita. Ergóne comedent mulieres fructũ suum paruulos ad mensurã palmæ? si occiditur in sanctuario Domini sacerdos & propheta? SIN. Iacuerunt in terra foris puer & senex:virgines meæ & iuuenes mei ceciderũt in gladio. Interfecisti in die furoris tui: percussisti, nec misertus es. THAV. Vocasti quasi ad diem solennẽ,qui terrerent me de circuitu,& nõ fuit in die furoris Domini qui effugeret & relinqueretur. Quos educaui & enutriui,inimicus meus consumpsit eos.

Leui.26 b
Deut.28 b
Iere.14 c
Supra 1 f

CAPVT III.

ALEPH.

EGo vir videns paupertatem meam in virga indignationis eius. ALEPH. Me minauit,& adduxit in tenebras,& non in lucem. ALEPH. Tantum in me vertit,& conuertit manum suam tota die. BETH. Vetustã fecit pellem meam & carnem meam, contriuit ossa mea. BETH. Aedificauit in gyro meo, & circundedit me felle & labore. BETH. In tenebrosis collocauit me, quasi mortuos sempiternos. GIMEL. Circumædificauit

aduersum me, vt non egrediar: aggrauauit cõpedem meum. GIMEL. Sed & cũ clamauero & rogauero, excluſit orationem meam. GIMEL. Cõcluſit vias meas lapidibus quadris,
B ſemitas meas ſubuertit. DALETH. Vrſus inſidians factus eſt mihi, leo in abſcondito. DALETH. Semitas meas ſubuertit, & confregit me, poſuit me deſolatam. DALETH. Tetendit arcum ſuum, & poſuit me quaſi ſignum ad ſagittam. HE. Miſit in renibus meis filias pharetræ ſuæ. HE. Factus ſum in deriſum omni populo meo, canticum eorum tota die. HE. Repleuit me amaritudinibus, inebriauit me abſynthio. VAV.
C Et fregit ad numerum dentes meos, cibauit me cinere. VAV. Et repulſa eſt à pace anima mea, oblitus ſum bonorum. VAV. Et dixi, Perijt finis meus, & ſpes mea à Domino. ZAIN. Recordare paupertatis & tranſgreſſionis meæ, abſynthij & fellis. ZAIN. Memoria memor ero, & tabeſcet in me anima mea. ZAIN. Hæc recolens in corde meo, in deo ſperabo.
Miſericordia Dei. HETH. Miſericordiæ Domini quia non ſumus conſumpti: quia non defecerunt miſerationes eius. HETH. Noui diluculo, multa eſt fides tua. HETH. Pars mea Dominus, dixit anima mea: propterea expectabo eum. TETH. Bonus eſt Dominus ſperãtibus in eum, animæ quærenti illum. TETH. Bonum eſt præſtolari cum ſilentio ſalutare Dei. TETH. Bonum eſt viro cum portauerit iugum ab adoleſcẽtia ſua. IOD. Sedebit ſolitarius & tacebit: quia leuauit ſe ſuper ſe. IOD. Ponet in puluere os ſuũ, ſi forte ſit ſpes. IOD. Dabit percutienti ſe maxillam, ſaturabitur opprobrijs. CAPH. Quia non repellet in ſempiternum Dominus. CAPH. Quia ſi abiecit, & miſeribitur ſecundum multitudinem miſericordiarum ſuarum. CAPH. Non enim humiliauit ex corde ſuo, & abiecit filios hominum. LAMED. Vt contereret ſub pedibus ſuis omnes vinctos terræ. LAMED. Vt declinaret iudicium viri, in conſpectu vultus altiſſimi. LAMED. Vt peruerteret hominem in iudicio ſuo, Dominus ignorauit. MEM. Quis eſt iſte qui dixit vt fieret, Domino non iubente? MEM. Ex ore altiſſimi non egredientur nec mala nec bona? MEM. Quid
E murmurauit homo viuens, vir pro peccatis ſuis? NVN. Scrutemur vias noſtras, & queramus, & reuertamur ad Dominũ. Eſa 45 a NVN. Leuemus corda noſtra, cum manibus ad Dominũ in cœlos. NVN. Nos inique egimus & ad iracundiã prouocauimus: idcirco tu inexorabilis es. SAMECH. Operuiſti furore, & percuſſiſti nos: occidiſti, nec pepercíſti. SAMECH. Oppoſuiſti nubem tibi, ne tranſeat oratio. SAMECH. Eradicationem & abiectionem poſuiſti me in medio populorũ.
F PHE. Aperuerunt ſuper nos os ſuum omnes inimici noſtri. PHE. Formido & laqueus facta eſt nobis vaticinatio & contritio. PHE. Diuiſiones aquarum deduxit oculus meus in contritione filiæ populi mei. AIN. Oculus meus afflictus eſt nec tacuit, eo quòd non eſſet requies. AIN. Donec reſpiceret & videret Dominus de cœlis. AIN. Oculus meus deprædatus eſt animã meam in cunctis filiabus vrbis meæ. SADE. Venatione ceperũt me quaſi auẽ inimici mei gratis. SADE. Lapſa eſt in lacum vita mea, & poſuerunt lapidem ſuper me. SADE. Inundauerunt aquæ ſuper caput meum: dixi, Perij.
G COPH. Inuocaui nomen tuum Domine de lacis nouiſſimis. COPH. Vocem meam audiſti: ne auertas aurem tuam à ſingultu meo & clamoribus. COPH. Appropinquaſti in die quando inuocaui te: dixiſti, Ne timeas. RES. Iudicaſti Domine cauſam animæ meæ, redemptor vitæ meæ. RES. Vidiſti Domine iniquitatem illorum aduerſum me: iudica iudicium meum. RES. Vidiſti omnem furorem vniuerſas cogitationes eorum aduerſum me. SIN. Audiſti opprobria eorum Domine, omnes cogitationes eorũ aduerſum me. SIN. Labia inſurgentium mihi, & meditationes eorum aduerſum me tota die. SIN. Seſsionem eorum & reſurrectionem eorum vide, ego ſum pſalmus eorum. THAV. Reddes eis vicẽ Domine iuxta opera manuum ſuarum. THAV. Dabis eis ſcutum cordis laborem tuum. THAV. Perſequêris in furore tuo, & conteres eos ſub cœlis Domine.

CAPVT IIII.

ALEPH.

A QVomodo obſcuratũ eſt aurum, mutatus eſt color optimus, diſperſi ſunt lapides ſanctuarij in capite omniũ platearum? BETH. Filij Sion inclyti, & amicti auro primo: quomodo reputati ſunt in vaſa teſtea, opus manuum figuli? GIMEL. Sed & lamiæ nudauerunt mammam, lactauerunt catulos ſuos: filia populi mei crudelis quaſi ſtruthio in deſerto. DALETH. Adhæſit lingua lactentis ad palatũ eius in ſiti: paruuli petierunt panem, & non erat qui frangeret eis. HE. Qui veſcebantur voluptuosè, interierunt in vijs: qui nutriebantur in croceis, amplexati ſunt ſtercora. VAV. Et maior effecta eſt iniquitas fi-
B liæ populi mei peccato Sodomorũ: quæ ſubuerſa eſt in momento, & non ceperunt in ea manus. ZAIN. Candidiores Nazarei eius niue, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, ſaphiro pulchriores. HETH. Denigrata eſt ſuper carbones facies eorum, & non ſunt cogniti in platéis: adhæſit cutis eorũ oſsibus: aruit, & facta eſt quaſi lignũ. TETH. Melius fuit occiſis gladio quàm interfectis fame: quoniam iſti extabuerunt conſumpti à ſterilitate terræ. IOD. Manus mulierũ miſericordium coxerunt filios ſuos: facti ſunt cibus earũ in contritione filiæ populi mei. CAPH. Compleuit Dominus furorem ſuum, effudit iram indignationis ſuæ: & ſuccendit ignem
C in Sion, & deuorauit fundamenta eius. LAMED. Non crediderunt reges terræ, & vniuerſi habitatores orbis, quoniã ingrederetur hoſtis & inimicus per portas Ieruſalem. MEM. Propter peccata prophetarũ eius, & iniquitates ſacerdotum eius, qui effuderunt in medio eius ſanguinem iuſtorũ. NVN. Errauerunt cæci in platéis, polluti ſunt ſanguine: cumq; non poſſent intrare, tenuerũt lacinias ſuas. SAMECH. Recedite polluti, clamauerunt eis, Recedite, abite, nolite tangere: Iurgati quippe ſunt & commoti: dixerũt inter gẽtes, Non addet vltrà vt habitet in eis. PHE. Facies Domini diuiſit eos, non addet vt reſpiciat eos. Facies ſacerdotũ non erubuerunt neq; ſenum miſerti ſunt. AIN. Cum adhuc ſubſiſteremus defecerunt oculi noſtri ad auxilium noſtrum vanum: cum reſpiceremus attenti ad gentem quæ ſaluare nos nõ poterat. ZADE.
D Lubricauerunt veſtigia noſtra in itinere platearum noſtrarũ, appropinquauit finis noſter, completi ſunt dies noſtri, quia venit finis noſter. COPH. Velociores fuerunt perſecutores noſtri aquilis cœli: ſuper montes perſecuti ſunt nos, in deſerto inſidiati ſunt nobis. RES. Spiritus oris noſtri CHRISTVS Dominus captus eſt in peccatis noſtris: cui diximus, In vmbra tua viuemus in gẽtibus. SIN. Gaude & lætare filia Edom quæ habitas in terra Hus: ad te quoq; perueniet calix, inebriaberis, atq; nudaberis. THAV. Completa eſt iniquitas tua filia Sion, non addet vltrà vt tranſmigret te. Viſitauit iniquitatem tuam filia Edom, diſcooperuit peccata tua.

CHRISTVS per quem viuimus.

Oratio Ieremiæ.

CAPVT V.

A RECordare Domine quid acciderit nobis: intuere & reſpice opprobriũ noſtrum. Hæreditas noſtra verſa eſt ad alienos: domus noſtræ ad extraneos. Pupilli facti ſumus abſque patre: matres noſtræ quaſi viduæ. Aquã noſtrã pecunia bibimus: ligna noſtra pre-
B tio comparauimus. Ceruicibus noſtris minabamur, laſsis non dabatur requies. Aegypto dedimus manũ, & Aſſyrijs: vt ſaturaremur pane. Patres noſtri peccauerũt & nõ ſunt: & nos iniquitates eorum portauimus. Serui dominati ſunt noſtri: non fuit qui redimeret de manu eorũ. In animabus noſtris afferebamus panem nobis, à facie gladij in deſerto. Pellis noſtra, quaſi clibanus, exuſta eſt à facie tempeſtatũ famis. Mulieres in Sion

C in Sion humiliauerunt, & virgines in ciuitatibus Iuda. Principes manu ſuſpenſi ſunt:facies ſenum non erubuerunt. Adoleſcentibus impudicè abuſi ſunt:& pueri in ligno corruerũt. Senes defecerunt de portis:iuuenes de choro pſallentiũ. Defecit gaudiũ cordis noſtri:verſus eſt in luctum chorus noſter. Cecidit corona capitis noſtri: væ nobis, quia peccauimus. Propterea mœſtũ factũ eſt in dolore cor noſtrũ, ideò contenebrati ſunt oculi noſtri. Propter montẽ Sion quia diſperijt: vulpes ambulauerunt in eo. Tu autẽ Domine in æternũ permanebis, ſolium tuum in generatione & generationem. Quare in perpetuum obliuiſcẽris noſtri? derelinques nos in longitudine dierum? Conuertere nos Domine ad te, & conuertemur: innoua dies noſtros, ſicut à principio. Sed proijciens reſpiſcentia, donum Dei eſt. pulisti nos, iratus es contra nos vehementer.

Præfatio in librum Baruch PROPHETAE.

LIBER iſte, *qui* Baruch *nomine prænotatur, in* Hebræo *cano ne non habetur, ſed tantum in uulgata editione: ſimiliter & epiſtola* Ieremiæ. *Propter notitiam autem legentium hìc ſcripta ſunt, quia multa de* CHRISTO, *nouiſſimisq; temporibus indicant.*

Prophetia Baruch.

S. IVDAEI *à Babylone in Ieruſalem mittunt librum* Baruch *ad reliquos fratres, ut pro ipſis rogent.*

CAPVT I.

A ET HAEC verba libri quæ ſcripſit Baruch, filius Neriæ, filij Maaſiæ, filij Sedechiæ, filij Sedei, filij Helciæ in Babylonia, in anno quinto, in ſeptimo die menſis, in tempore quo ceperunt Chaldei Ieruſalem, & ſuccenderũt eam igni. Et legit Baruch verba libri huius ad aures Iechoniæ filij Ioacim regis Iuda, & ad aures vniuerſi populi venientis ad librum: & ad aures potentium filiorum regum, & ad aures presbyterorum, & ad aures populi, à minimo vſq; ad maximum eorum omnium habitantium in Babylonia, ad flumen Sodi. Quj audientes plorabant, & ieiunabãt, & orabant in conſpectu Domini. Et collegerunt pecuniam,
B ſecundum quod potuit vniuſcuiuſq; manus: & miſerunt in Ieruſalem ad Ioacim filiũ Helciæ filij Salom ſacerdotem, & ad reliquos ſacerdotes, & ad omnem populũ qui inuenti ſunt cum eo in Ieruſalem, cum acciperent vaſa tẽpli Domini quæ ablata fuerant de templo, reuocare in terram Iuda decima die menſis Siban, vaſa argentea quæ fecit Sedechias filius Ioſiæ rex Iuda, poſtea quàm cepiſſet Nabuchodonoſor rex Babylonis Iechoniam, & principes, & cunctos potentes, & populum terræ ab Ieruſalẽ, & duxit eos vinctos in Babylonem. Et dixerunt, Ecce miſimus ad vos pecunias, de quibus emite holocauſtomata, & thus, & facite manna, & offerte pro peccato ad aram Domini Dei noſtri: & orate pro vita Nabuchodonoſor regis Babylonis, & pro vita Balthaſar filij eius, vt ſint dies eorum ſicut dies cœli ſuper terram: & vt det Dominus virtu-
C tem nobis, & illuminet oculos noſtros, vt viuamus ſub vmbra Nabuchodonoſor regis Babylonis, & ſub vmbra Balthaſar filij eius, & ſeruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiã in conſpectu eorum. Et pro nobiſipſis orate ad Dominum Deum noſtrum: quia peccauimus Domino Deo noſtro, & non eſt auerſus furor eius à nobis vſq; in hunc diem. Et legite librum iſtum, quem miſimus ad vos recitari in templo Domini in die ſolenni & in die opportuno: & dicetis, Domino Deo noſtro iuſtitia: nobis autem confuſio faciei noſtræ, ſi- *Infra 2 b*
cut eſt dies hæc, omni Iuda & habitantibus in Ieruſalem, regibus noſtris, & principibus noſtris, & ſacerdotibus noſtris, & prophetis noſtris, & patribus noſtris. Peccauimus ante Dominum Deum noſtrum, & non credidimus, diffiden *Danie. 9 a*
tes in eum: & non fuimus ſubiectibiles illi, & non audiuimus vocem Domini Dei noſtri, vt ambularemus in mandatis eius quæ dedit nobis. A die qua eduxit patres noſtros de terra Ae-
D gypti, vſq; ad diem hanc eramus incredibiles ad Dominum Deum noſtrum: & diſsipati receſsimus, ne audiremus vocem ipſius. Et adhæſerũt nobis multa mala, & maledictiones, quæ conſtituit Dominus Moyſi ſeruo ſuo: qui eduxit patres no- *Deut. 28 b*
ſtros de terra Aegypti, dare nobis terrã fluentem lac & mel, ſicut hodierna die. Et non audiuimus vocem Domini Dei noſtri ſecundum omnia verba prophetarum quos miſit ad nos & ad iudices noſtros: abiuimus vnuſquiſq; in ſenſum cordis noſtri maligni, operari dijs alienis, facientes mala ante oculos Domini Dei noſtri.

S. IVDAEI *peccata ſua captiui agnoſcentes* Deo *gratias agunt, quòd uiui & non mortui dant gloriam* Deo: *propterea* Deus *illis æternum pollicetur teſtamentum.*

CAPVT II.

A PROpter quod ſtatuit Dominus Deus noſter verbum ſuum quod locutus eſt ad nos, & ad iudices noſtros qui iudicauerunt in Ieruſalem, & ad reges noſtros, & ad principes noſtros, & ad omnẽ Iſrael & Iuda: vt adduceret Dominus ſuper nos mala magna quæ non ſunt facta ſub cœlo quemadmodũ facta ſunt in Ieruſalem, ſecundum quæ ſcripta ſunt in lege Moyſi, vt mandu caret homo carnes filij ſui, & carnes filiæ ſuæ. Et dedit eos *Deut. 28 f*
ſub manu regum omnium qui ſunt in circuitu noſtro in improperium & in deſolationẽ, & in omnibus populis in quibus nos diſperſit Dominus. Et facti ſumus ſubtus, & non ſupra: quia peccauimus Domino Deo noſtro, non obaudiendo
B voci ipſius. Domino Deo noſtro iuſtitia: nobis autẽ & patribus noſtris confuſio faciei, ſicut eſt dies hæc. Quia locutus eſt Dominus ſuper nos omnia mala hæc quæ venerũt ſuper nos: *Supra 1 c*
& non ſumus deprecati faciẽ Domini Dei noſtri, vt reuerteremur vnuſquiſq; noſtrũ à vijs noſtris peſsimis. Et vigilauit Dominus in malis, & adduxit ea ſuper nos: quia iuſtus eſt Dominus in omnibus operibns ſuis quæ mandauit nobis: & nõ audiuimus vocem ipſius, vt iremus in præceptis Domini quæ dedit ante faciem noſtrã. Et nunc Domine Deus Iſrael,
C qui eduxiſti populũ tuum de terra Aegypti in manu valida, & in ſignis, & in prodigijs, & in virtute tua magna, & in brachio excelſo, & feciſti tibi nomen ſicut eſt dies iſte: peccauimus, impie egimus, inique geſsimus Domine Deus noſter in omnibus iuſtitijs tuis. Auertatur ira tua à nobis: quia derelicti ſumus pauci inter gẽtes, vbi diſperſiſti nos. Exaudi Domine preces noſtras, & orationes noſtras, & educ nos propter te: & da nobis inuenire gratiã ante faciem eorũ qui nos abduxerũt:
D vt ſciat omnis terra quia tu es Dominus Deus noſter, & quia nomen tuũ inuocatum eſt ſuper Iſrael, & ſuper genus ipſius. Reſpice Domine de domo ſancta tua in nos, & inclina aurem *Deut. 26 d*
tuã, & exaudi nos. Aperi oculos tuos, & vide: quia nõ mortui *Eſa. 63 d*
qui ſunt in inferno, quorum ſpiritus acceptus eſt à viſceribus *Pſal. 113 d*
ſuis, dabunt honorẽ & iuſtificationẽ Domino: ſed anima quæ triſtis eſt ſuper magnitudinẽ mali, & incedit curua & infirma, & oculi deficiẽtes: & anima eſuriens dat tibi gloriã & iuſtitiã Domino. Quia nõ ſecundũ iuſtitias patrũ noſtrorũ nos fundimus preces, & petimus miſericordiã ante conſpectũ tuum Domine Deus noſter: ſed quia miſiſti iram tuã, & furorẽ tuũ ſuper nos, ſicut locutus es in manu puerorũ tuorum prophe-
E tarum, dicens, Sic dicit Dominus, Inclinate humerũ veſtrũ, & ceruicem veſtram, & opera facite regi Babylonis: & ſedebitis

in terra

in terra quam dedi patribus veſtris. Quòd ſi non feceritis, nec audieritis vocem Domini Dei veſtri operari regi Babyloniæ:
Iere.29 b defectionē veſtrā faciam de ciuitatibus Iuda, & à foris Ieruſalem, & auferam à vobis vocē iucunditatis, & vocem gaudij, & vocē ſponſi & vocē ſponſæ, & erit omnis terra ſine veſtigio ab inhabitātibus eam. Et non audierunt vocē tuam, vt operarentur regi Babylonis: & ſtatuiſti verba tua quæ locutus es in manibus puerorū tuorū prophetarū, vt transferrētur oſſa re-
F gum noſtrorū, & oſſa patrum noſtrorum de loco ſuo, & ecce proiecta ſunt in calore ſolis, & in gelu noctis: & mortui ſunt in doloribus peſsimis, in fame & in gladio, & in emiſsione. Et poſuiſti templū, in quo inuocatū eſt nomen tuū in ipſo, ſicut hæc dies, propter iniquitatem domus Iſrael & domus Iuda. Et feciſti in nobis Domine Deus noſter ſecundū omnem bonitatem tuam, & ſecundū omnem miſerationē tuā illam ma-
Leui.26 b gnā: ſicut locutus es in manu pueri tui Moyſi in die qua præ-
Deut.28 b cepiſti ei ſcribere legem tuā coram filijs Iſrael, dicens, Si non
G audieritis vocē meam, multitudo hæc magna conuertetur in minimā inter gentes, quò ego eos diſpergam: quia ſcio quòd me nō audiet populus: populus eſt enim dura ceruice, & conuertetur ad cor ſuū in terra captiuitatis ſuæ: & ſcient quia ego ſum Dominus Deus eorū: & dabo eis cor, & intelligēt: & aures, & audient. Et laudabūt me in terra captiuitatis ſuæ, & memores erunt nominis mei. Et auertent ſe à dorſo ſuo duro & à malignitatibus ſuis: quia reminiſcentur viam patrū ſuorum quia peccauerūt in me. Et reuocabo illos in terram quam iuraui patribus eorū Abraham, Iſaac & Iacob, & dominabuntur eius: & multiplicabo eos, & non minorabūtur. Et ſtatuam illis teſtamentū alterum ſempiternum, vt ſim illis in Deum, & ipſi erunt mihi in populum: & non mouebo amplius populum meum filios Iſrael à terra quam dedi illis.

S. QVONIAM *Iudæi uiam ſapientiæ & prudentiæ deſeruerunt, anguſtia preſsi ſunt: Deus enim humiles elegit, quibus omnē uiam diſciplinæ tribuit.* CAPVT III.

A HEt nunc Domine omnipotēs Deus Iſrael, anima in anguſtijs, & ſpiritus anxius clamat ad te, audi Domine & miſerere, quia Deus es miſericors, & miſerere noſtri: quia peccauimus ante te. Quia tu ſedes in ſempiternum, & nos peribimus in æuum? Domine omnipotēs Deus Iſrael audi nunc orationē mortuorū Iſrael, & filiorū ipſorū, qui peccauerūt ante te, & nō audierunt vocē Domini Dei ſui, & agglutinata ſunt nobis mala. Noli meminiſſe iniquitatū patrum noſtrorū, ſed memēto manus tuæ & nominis tui in tēpore iſto: quia tu es Dominus Deus noſter, & laudabimus te Domine, quia propter hoc dediſti timorem tuum in cordibus noſtris, & vt inuocemus nomen tuū, & laudemus te in captiuitate noſtra, quia cōuertimur ab iniquitate
C patrū noſtrorū qui peccauerūt ante te. Et ecce nos in captiuitate noſtra ſumus hodie, qua nos diſperſiſti in improperiū, & in maledictū, & in peccatum, ſecundū omnes iniquitates patrum noſtrorum qui diſceſſerunt à te Domine Deus noſter.
B Audi Iſrael mādata vitæ: auribus percipe, vt ſciatis prudentiā. Quid eſt Iſrael quòd in terra inimicorū es? inueteraſti in terra aliena, coinquinatus es cum mortuis, deputatus es cū deſcendentibus in infernū. Dereliquiſti fontē ſapientiæ. Nā ſi in via Dei ambulaſſes, habitaſſes vtiq; in pace ſuper terrā. Diſce vbi ſit prudentia, vbi ſit virtus, vbi ſit intellectus: vt ſcias ſimul vbi ſit longiturnitas vitæ & victus, vbi ſit lumen oculorū, & pax. Quis inuenit locū eius? & quis intrauit in theſauros eius? Vbi ſunt principes gentium, & qui dominātur ſuper beſtias quæ ſunt ſuper terram? qui in auibus cœli ludunt, qui argentum theſaurizant & aurum in quo confidunt homines, & non eſt finis acquiſitionis eorum? qui argentum fabricant & ſoliciti ſunt, nec eſt inuentio operum illorum? exterminati ſunt, &
C ad inferos deſcenderunt, & alij loco eorum exurrexerunt. Iuuenes viderunt lumen, & habitauerunt ſuper terrā, viam autē diſciplinæ ignorauerunt, neq; intellexerūt ſemitas eius, neq; filij eorum ſuſceperunt eam, à facie ipſorum longe facta eſt: non eſt audita in terra Chanaan, neq; viſa eſt in Themā. Filij quoq; Agar qui exquirunt prudentiā quæ de terra eſt, negotiatores terræ, & Theman, & fabulatores, & exquiſitores intelligentiæ, viam autem ſapientiæ neſcierunt: neq; cōmemorati ſunt ſemitas eius. O Iſrael quàm magna eſt domus Dei, & ingēs locus poſſeſsionis eius? Magnus eſt, & non habet finem: excelſus & immenſus. Ibi fuerūt gigantes nominati illi qui ab initio fuerunt, ſtatura magna, ſciētes bellum. Non hos elegit Dominus, neq; viam diſciplinæ dedit illis, propterea perierunt. Et quoniam nō habuerunt ſapientiam, interierunt
D propter ſuam inſipientiam. Quis aſcendit in cœlum, & accepit eam, & deduxit eam de nubibus? Quis transfretauit mare: & inuenit illam, & attulit illam ſuper aurū electum? Non eſt qui poſsit ſcire vias eius, neq; qui exquirat ſemitas eius: ſed qui ſcit vniuerſa, nouit eam, & adinuenit eam prudentia ſua: qui præparauit terram in æterno tempore, & repleuit eam bipedibus & quadrupedibus: qui emittit lumen, & vadit: & vocauit illud, & obedit illi in tremore. Stellæ autem dederunt lumen in cuſtodijs ſuis, & lætate ſunt: vocatæ ſunt, & dixerunt, Adſumus & luxerunt ei cum iucunditate, qui fecit illas. Hic eſt Deus noſter, & non æſtimabitur alius aduerſus eum. Hic adinuenit omnem viam diſciplinæ, & tradidit illā Iacob puero ſuo, & Iſrael dilecto ſuo. Poſt hæc in terris viſus eſt, & cum hominibus conuerſatus eſt.

Solus Deus ſapiētiæ ad inuentor.

De CHRISTO incarnato.

S. DISCRIMEN *tenentium legem æternam, & derelinquentium eam.* CAPVT IIII.

A HIc liber mandatorum Dei, & lex quæ eſt in æternum: omnes qui tenent eam, perueniēt ad vitam: qui autem dereliquerunt eam, in mortem. Conuertere Iacob, & apprehende eam, ambula per viam ad ſplendorem eius contra lumen eius. Ne tradas alteri gloriā tuā, & dignitatem tuā genti alienæ. Beati ſumus Iſrael: quia quæ Deo placent, manifeſta ſunt nobis. Animæquior eſto populus Dei, memorabilis Iſrael. Vænundati eſtis gentibus, non in perditionem: ſed propter quod in ira Dei adiracundiā prouocaſtis Dominū, traditi eſtis aduerſarijs. Exacer-
B baſtis enim eum qui fecit vos, Deum æternum, immolantes dæmonijs & non Deo. Obliti enim eſtis eū qui nutriuit vos, & contriſtatis nutricem veſtrā Ieruſalem. Vidit enim iracundiam à Deo venientem vobis, & dixit, Audite confines Sion, adduxit enim mihi Deus luctū magnū: vidi enim captiuitatē populi mei, filiorum meorū & filiarū quam ſuperduxit illis æternus. Nutriui enim illos cum iucunditate: dimiſi autē illos cum fletu & luctu. Nemo gaudeat ſuper me viduam & deſo-
C latam: à multis derelicta ſum propter peccata filiorū meorū, quia declinauerunt à lege Dei. Iuſtitias autem ipſius neſcierunt, nec ambulauerunt per vias mandatorum Dei, neq; per ſemitas veritatis eius cum iuſtitia ingreſsi ſunt. Veniant confines Sion, & memorentur captiuitatem filiorum & filiarum mearum, quam ſuperduxit illis æternus. Adduxit ſuper illos gentem de lōginquo, gentem improbam, & alterius linguæ: qui non ſunt reueriti ſenem, neq; puerorum miſerti ſunt: & adduxerunt dilectos viduæ, & à filijs vnicam deſolauerunt. Ego autem quid poſſum adiuuare vos? Qui enim adduxit ſu-
D per vos mala, ipſe vos eripiet de manibus inimicorum veſtrorum. Ambulate filij, ambulate: ego enim derelicta ſum ſola. Exui me ſtola pacis, indui autem me ſacco obſecrationis, & clamabo ad Altiſsimū in diebus meis. Animæquiores eſtote filij, clamate ad Dominū, & eripiet vos de manu principum inimicorum. Ego enim ſperaui in æternum ſalutem veſtram: & venit mihi gaudium à ſancto ſuper miſericordia quæ ve-
E niet vobis ab æterno ſalutari noſtro. Emiſi enim vos cum luctu & ploratu: reducet autem vos mihi Dominus cū gaudio & iucunditate in ſempiternum. Sicut enim viderunt vicinæ Sion

Legē tenētium, merces, & ſpernentiū, pœna.

Sion captiuitatem vestram à Deo, sic videbũt & in celeritate
salutem vestram à Deo, quæ superueniet vobis cum honore
magno, & splẽdore æterno. Filij patiẽter sustinete iram, quæ
superuẽnit vobis, persecutus est enim te inimicus tuus, sed ci-
to videbitis perditionem ipsius: & super ceruices ipsius ascen
des. Delicati mei ambulauerunt vias asperas: ducti sunt enim
F vt grex direptus ab inimicis. Animæquiores estote filij, &
proclamate ad Dominũ: erit enim memoria vestra ab eo qui
duxit vos. Sicut enim fuit sensus vester vt erraretis à Deo: de-
cies tantũ iterum conuertentes requiretis eum. Qui enim in-
duxit vobis mala, ipse rursum adducet vobis sempiternã iu-
cunditatem cũ salute vestra. Animæquior esto Ierusalem: ex-
hortatur enim te qui te nominauit. Nocentes peribunt, qui te
vexauerunt: & qui gratulati sunt in tua ruina, puniẽtur. Ciui-
tates quibus seruierunt filij tui, puniẽtur, & quæ accepit filios
G tuos. Sicut enim gauisa est in tua ruina, & lætata est in casu
tuo: sic contristabitur in sua desolatione. Et amputabitur exul
tatio multitudinis eius, & gaudimonium eius erit in luctum.
Ignis enim superueniet ei ab æterno in longitudinis diebus,
& habitabitur à dæmonijs in multitudine temporis. Circum-
Isa. 54 b spice Ierusalem ad Orientem, & vide iucunditatem à Deo ti-
bi venientem. Ecce enim veniũt filij tui quos dimisisti disper-
sos: veniunt collecti ab Oriente vsq; ad Occidentem, in verbo
sancti gaudentes in honorem Dei.

S. IERVSALEM desolatã bono esse animo iubetur, qua CHRISTVS & ecclesia designatur.

CAPVT V.

A EXue te Ierusalẽ stola luctus & vexationis tuæ: &
indue te decore & honore, quæ à Deo tibi est
sempiterna gloria. Circũdato te diploide à Deo
iustitiæ, & impone mitrã capiti tuo honoris æter
ni. Deus enim ostendet splendorem suum in te, qui sub cœlo
B est. Nominabitur enim tibi nomen tuũ à Deo in sempiternũ.
Pax iustitiæ & honor pietatis. Exurge Ierusalẽ, & sta in ex-
celso: & circunspice ad Orientẽ, & vide collectos filios tuos
ab Oriente sole vsq; ad Occidentẽ, in verbo sancti gaudentes
Supra 4 g Dei memoria. Exierunt enim abs te pedibus ducti ab inimi-
C cis: adducet autẽ illos Dominus ad te portatos in honorẽ sicut
filios regni. Cõstituit enim Deus humiliare omnem montem
excelsum, & rupes perennes, & conualles replere in æqualita
tem terræ: vt ambulet Israel diligenter in honorẽ Dei. Obum
D brauerunt autẽ & syluæ, & omne lignũ suauitatis Israel man-
dato Dei. Adducet enim Deus Israel cũ iucũditate in lumine
maiestatis suæ cum misericordia & iustitia quæ est ex ipso.

EXEMPLVM EPISTOLAE QVAM misit Ieremias ad abducendos captiuos in Babyloniam à rege Babyloniorum, vt annuntiaret illis secundum quod præceptum est illi à Deo.

S. HORTATVR Ieremias Iudæos ut sibi à deorum mortuorum & insensibilium cultu caueant, sub nomine epistolæ.

CAPVT VI.

A PRopter peccata quæ peccastis ante Deum, abdu-
Ier. 29 14 cemini in Babyloniã captiui à Nabuchodonosor
rege Babyloniorũ. Ingressi itaq; in Babylonem,
eritis ibi annis plurimis & tẽporibus longis vsq;
Supra 4 4 b ad generationes septẽ: post hoc autẽ educã vos inde cũ pace.
Nunc autẽ videbitis in Babylonia deos aureos & argenteos,
& lapideos & ligneos in humeris portari, ostentantes metum
gentibus. Videte ergo ne & vos similes efficiamini factis alie-
nis, & metuatis, & metus vos capiat in ipsis. Visa itaq; turba
de retro & ab ante adorãtes, dicite in cordibus vestris, Te opor
tet adorari Domine. Angelus autẽ meus vobiscũ est: ipse autẽ
exquirã animas vestras. Nam ligna ipsorũ polita à fabro, ipsa
etiã inaurata & inargẽtata falsa sunt: & non possunt loqui. Et
sicut virgini amanti ornamẽta; ita accepto auro fabricati sunt.
Coronas certè aureas habẽt super capita sua dij illorum: vnde
subtrahũt sacerdotes ab eis aurũ & argentũ, & erogãt illud in
semetipsis. Dant autẽ & ex ipso prostitutis, & meretrices or-
nant: & iterũ cum receperint illud à meretricibus, ornãt deos
B suos. Hi autẽ non liberãtur ab ærugine & tinea. Opertis autẽ
illis veste purpurea, extergunt faciẽ ipsorũ propter puluerẽ
domus, qui est plurimus inter eos. Sceptrũ autẽ habet vt ho-
mo sicut iudex regionis qui in se peccantẽ nõ interficit. Ha-
bet etiã in manu gladiũ & securim: se autẽ de bello, & à latro-
nibus nõ liberat. Vnde vobis notũ sit quia nõ sunt dij. Nõ er-
go timueritis eos. Sicut enim vas hominis confractum inutile
efficitur: tales sunt & dij illorũ. Cõstitutis illis in domo, oculi
eorũ pleni sunt puluere à pedibus introeuntiũ. Et sicut alicui
qui regẽ offendit, circunseptæ sunt ianuæ: aut sicut ad sepul-
chrum adductũ mortuũ: ita tutantur sacerdotes ostia clausuris
& seris, ne à latronibus expoliẽtur. Lucernas accendũt illis, &
quidẽ multas: ex quibus nullã videre possunt: sunt autẽ sicut
trabes in domo. Corda verò eorũ dicunt elingere serpẽtes qui
de terra sunt, dum comedũt eos & vestimentũ ipsorũ, & non
sentiunt. Nigræ fiunt facies eorũ à fumo, qui in domo fit. Su-
C pra corpus eorũ, & supra caput eorũ volãt noctuæ, & hirun-
dines, & aues etiã, similiter & cattæ. Vnde sciatis quia nõ sunt
dij. Ne ergo timueritis eos. Aurum etiã quod habẽt, ad speciẽ
est. nisi aliquis exterserit æruginem, non fulgebũt: neq; enim Esa. 46 b
dum conflarentur, sentiebãt. Ex omni pretio empta sunt, in
quibus spiritus non inest ipsis. Sine pedibus in humeris por-
tantur, ostentantes, ignobilitatem suam hominibus. Confun-
dantur etiã qui colunt ea. Propterea si ceciderint in terram, à
semetipsis non cõsurgunt: neq; si quis cum statuerit rectum,
per semetipsum stabit, sed sicut mortuis humeri illis appo-
nentur. Hostias illorũ vendunt sacerdotes ipsorũ, & abutun-
tur: similiter & mulieres eorũ decerpentes, neq; infirmo, neq;
mendicanti aliquid impertiũt: de sacrificijs eorũ fœtæ & men
struatæ contingunt. Scientes itaq; ex his quia non sunt dij, ne
timeatis eos. Vnde enim vocantur dij? Quia mulieres appo-
nunt dijs argenteis, & aureis, & ligneis: & in domibus eorum
sacerdotes sedent, habẽtes tunicas scissas, & capita, & barbam
rasam: quorũ capita nuda sunt. Rugiunt autẽ clamãtes contra
D deos suos, sicut in cœna mortui. Vestimẽta eorũ auferunt sa-
cerdotes, & vestiũt vxores suas & filios suos. Neq; si quid ma
li patiuntur ab aliquo, neq; si quid boni, poterunt retribuere:
neq; regẽ constituere possunt, neq; auferre. Similiter neq; da-
re diuitias possunt, neq; malũ retribuere. Si quis illis votũ vo-
uerit, & nõ reddiderit: neq; hoc requirunt. Hominẽ à morte
non liberãt, neq; infirmũ à potentiori eripiũt. Hominẽ cæcũ,
adviſum nõ restituunt: de necessitate hominẽ non liberabũt.
Viduæ nõ miserebuntur, neq; orphanis benefacient. Lapidi-
bus de monte similes sunt dij illorũ, lignei & lapidei, & aurei
& argentei. Qui autẽ colunt ea, cõfundentur. Quomodo ergo
æstimandũ est, aut dicendũ illos esse deos? Adhuc enim ipsis
Chaldæis non honorantibus ea: qui cũ audierint mutum non
posse loqui offerũt illud ad Bel, postulãtes ab eo loqui: quasi
E possint sentire qui non habent motũ, & ipsi cũ intellexerint,
relinquent ea: sensum enim non habent ipsi dij illorũ. Mulie-
res autem circundatæ funibus, in vijs sedent, succedentes ossa
oliuarum. Cum autem aliqua ex ipsis attracta ab aliquo trãs-
eunte dormierit cũ eo, proximæ suæ exprobrat quòd ea nõ
sit digna habita, sicut ipsa, neq; funis eius diruptus sit. omnia
autem quæ illis fiunt, falsa sunt. Quomodo æstimandũ aut di-
cendum est illos esse deos? A fabris autem & ab aurificibus fa-
cta sunt. Nihil aliud erunt, nisi id quod volunt esse sacerdotes.
Aurifices etiã ipsi qui ea faciunt, nõ sunt multi tẽporis. Nun-
quid ergo possunt ea quæ fabricata sunt ab ipsis, esse dij? Re-
liquerunt autem falsa & opprobriũ posteà futuris. Nam cum
superuenerit illis prælium, & mala: cogitant sacerdotes post
se, vbi se abscondant cum illis. Quomodo ergo sentiri debeãt
quoniam dij sunt, qui nec de bello se liberant, neq; de malis se
eripiunt?

eripiunt? Nam cũ sint lignea, & inaurata, & inargẽtata, scietur postea quia falsa sunt ab vniuersis gẽtibus & regibus: quæ manifesta sunt quia non sunt dij, sed opera manuũ hominum, & nullũ Dei opus cum illis. Vnde ergo notũ est quia non sunt dij, sed opera manuum hominũ, & nullum Dei opus in ipsis est. Regem regioni nõ suscitant, neq; pluuiam hominibus dabunt. Iudiciũ quoq; non discernent, neq; regiones liberabunt ab iniuria: quia nihil possunt, sicut corniculæ inter mediũ cœli & terræ. Et enim cũ inciderit ignis in domũ deorum ligneorum, & argenteorũ, & aureorũ, sacerdotes quidem ipsorũ fugient, & liberabũtur: ipsi verò sicut trabes in medio cõburentur. Regi autem & bello nõ resistent. Quomodo ergo existimandũ est, aut recipiendũ quia dij sunt? Non à furibus, neq; à latronibus se liberabũt dij lignei, & lapidei, & inaurati, & inargentati, quibus iniqui fortiores sunt. Aurum & argentum, & vestimentũ quo operti sunt, auferent illis, & abibunt, nec sibi auxiliũ ferent. Itaq; melius est esse regẽ ostentãtem virtũtem suã: aut vas in domo vtile, in quo gloriabitur qui possidet illud: vel ostiũ in domo, quod custodit quæ in pace sunt: quàm falsi dij. Sol quidẽ & luna, ac sydera, cũ sint splẽdida & emissa ad vtilitates, obaudiũt. Similiter & fulgur cũ apparuerit, perspicuum est: idipsum autẽ & spiritus in omni regione spirat. Et nubes quibus cũ imperatum fuerit à Deo perambulare in vniuersum orbem, perficiũt quod imperatũ est eis. Ignis etiã missus désuper vt cõsumat montes & syluas facit quod præceptum est ei. Hæc autẽ, neq; speciebus, neq; virtutibus vni eorum similia sunt. Vnde neq; existimandũ est neq; dicendum illos esse deos, quãdo nõ possunt neq; iudicium iudicare, neq; quicquã facere hominibus. Scientes itaq; quia non sunt dij, ne ergo timueritis eos. Neq; enim regibus maledicẽt, neq; benedicent. etiã Signa in cœlo gentibus non ostendunt, neq; vt sol lucebũt, neq; illuminabũt vt luna. Bestiæ meliores sunt illis, possunt fugere sub tectũ, ac prodesse sibi. Nullo itaq; modo nobis est manifestum quia sunt dij: propter quod ne timeatis eos. Nã sicut in cucumerario formido nihil custodit: ita sunt dij illorũ lignei, & argẽtei, & inaurati. Eodẽ modo & in horto spina alba, supra quam omnis auis sedet. Similiter & mortuo proiecto in tenebris similes sunt dij illorũ lignei, & inaurati, & inargẽtati. A purpura quoq; & marmore, quæ supra illos teneãt, scietis itaq; quia nõ sunt dij. Ipsi etiã postremò comeduntur, & erit opprobriũ in regione. Melior est homo iustus qui non habet simulachra: nam erit longe ab opprobrijs.

FINIS.

Hieronymi in Ezechielem

PRAEFATIO.

EZECHIEL Propheta cum Ioacim rege Iuda captiuus ductus est in Babylonem: ibiq; his qui cum eo captiui fuerant prophetauit, pœnitentibus quod ad Ieremiæ uaticiniũ se ultro aduersarijs tradi dissent, & uiderent adhuc urbem Ierosolymã stare, quam ille casuram esse prædixerat. Tricesimo autẽ ætatis suæ anno, & captiuitatis quinto, exorsus est ad concaptiuos loqui. Et eodẽ tempore, licet posterior, hic in Chaldæa, Ieremias in Iudæa prophetauerunt. Sermo eius nec satis disertus, nec admodum rusticus est: sed ex utroq;, mediè temperatus. Sacerdos & ipse fuit, sicut Ieremias: principia uoluminis & finẽ magnis habens obscuritatibus inuoluta. Sed & uulgata eius editio non multum distat ab hebraico. Vnde non satis miror quid causæ extiterit, ut si eosdem in uniuersis libris habemus interpretes in alijs eadem, in alijs diuersa transtulerint. Legite igitur & hunc iuxta translationẽ nostram: quoniam per cola scriptus & commata, manifestiorem legentibus sensum tribuit. Si autem amici mei & hunc subsannauerint: dicite eis quòd nemo eos compellat ut scribant. Sed uereor ne illud eis eueniat quod Græcè significantius dicitur, ut uocentur philolœdori.

Prophetia Ezechielis.



S. EZECHIELI in captiuitate apparent uisiones throni Dei rotarum, animalium, & imaginis Dei.

CAPVT I.

A  T FACTVM est in tricesimo anno, in quarto, in quinta mensis: cum essem in medio captiuorum iuxta fluuium Chobar, aperti sunt cœli, & vidi visiones Dei. In quinta mensis, ipse est annus quintus transmigrationis regis Ioacim, factum est verbum Domini ad Ezechielem filium Buzi sacerdotem in terra Chaldæorũ, se-
B cus flumen Chobar: & facta est super eum ibi manus Domini. Et vidi, & ecce vẽtus turbinis veniebat ab Aquilone: & nubes magna, & ignis inuoluens, & splendor in circuitu eius: & de medio eius quasi species electri, id est de medio ignis. Et ex medio eius similitudo quatuor animalium: & hic aspectus eorũ, similitudo hominis in eis. Et quatuor facies vni: & quatuor pennæ vni. Et pedes eorũ pedes recti, & planta pedis eorum quasi planta pedis vituli, & scintillæ quasi aspectus æris
C candentis. Et manus hominis sub pennis eorũ in quatuor partibus, & facies & pẽnas per quatuor partes habebãt. Iunctæq; erant pennæ eorũ alterius ad alterũ. non reuertebantur cũ incederent: sed vnũquodq; ante faciem suam gradiebatur. Similitudo autem vultus eorũ, facies hominis: & facies leonis à dextris ipsorum quatuor: facies autem bouis, à sinistris ipsorum quatuor: & facies aquilæ désuper ipsorum quatuor. Et facies eorum, & pennæ eorũ extentæ désuper: duæ pennæ singulorum iungebantur, & duæ tegebãt corpora eorum. Et vnumquodq; eorũ coram facie sua ambulabat: vbi erat impetus spi-
D ritus, illuc gradiebantur, nec reuertebantur cũ ambularẽt. Et similitudo animaliũ, & aspectus eorũ quasi carbonũ ignis ardentium & quasi aspectus lampadarũ. Hæc erat visio discurrens in medio animaliũ, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Et animalia ibant, & reuertebãtur in similitudinẽ fulguris coruscantis. Cumq; aspicerem animalia, apparuit rota vna super terrã iuxta animalia, habens quatuor facies. Et aspectus rotarum, & opus earum, quasi visio maris: & vna similitudo ipsarum quatuor: & aspectus earum & opera, quasi sit rota in medio rotæ. Per quatuor partes earum euntes ibant: & non
E reuertebantur cum ambularent. Statura quoq; erat rotis, & altitudo, & horribilis aspectus: & totũ corpus oculis plenum in circuitu ipsarum quatuor. Cumq; ambularent animalia, ambulabant pariter & rotæ iuxta ea: & cum eleuarentur animalia de terra, eleuabantur simul & rotæ. Quocunq; ibat spiritus,

ſpiritus, illuceũte ſpiritu, & rotæ pariter eleuabãtur, ſequentes eum. ſpiritus enim vitæ erat in rotis. Cum euntibus ibant, & cum ſtantibus ſtabant: & cũ eleuatis à terra, pariter eleuabantur & rotæ, ſequẽtes ea: quia ſpiritus vitæ erat in rotis. Et
F ſimilitudo ſuper capita animaliũ firmamenti, quaſi aſpectus cryſtalli horribilis: & extẽſi ſuper capita eorum deſuper. Sub firmamento autem pennæ eorum rectæ alterius ad alterum, vnumquodq; duabus alis velabat corpus ſuum, & alterũ ſimiliter velabatur. Et audiebam ſonum alarum, quaſi ſonum
Infra 43 Apo. 4 aquarũ multarum, quaſi ſonum ſublimis Dei cum ambularent, quaſi ſonus erat multitudinis, vt ſonus caſtrorũ, cumq; ſtarent, demittebãtur pennæ eorum. Nam cum fieret vox ſuper firmamentum quod erat ſuper caput eorum, ſtabant, &
G ſubmittebant alas ſuas. Et ſuper firmamentum quod erat imminens capiti eorum, quaſi aſpectus lapidis ſaphiri ſimilitudo throni: & ſuper ſimilitudinẽ throni, ſimilitudo quaſi aſpectus hominis déſuper. Et vidi quaſi ſpeciẽ electri, velut aſpectum ignis intrinſecus eius per circuitum: à lumbis eius & déſuper: & à lumbis eius vſq; deorſum, vidi quaſi ſpeciem ignis ſplendentis in circuitu. Velut aſpectum arcus cum fuerit in nube in die pluuiæ, hic erat aſpectus ſplendoris per gyrum. Hæc viſio ſimilitudinis gloriæ Domini.

S. MITTITVR *propheta impiam domum Iſraël reuocaturus ab erroribus ſuis.* CAPVT II.

A ET vidi, & cecidi in faciem meam: & audiui vocem loquentis. Et dixit ad me, Fili hominis, ſta ſuper pedes tuos, & loquar tecum. Et ingreſſus eſt in me ſpiritus poſtquam locutus eſt mihi, & ſtatuit me ſupra pedes meos: & audiui loquentẽ ad me & dicentem.
B Fili hominis, mitto ego te ad filios Iſrael, ad gentes apoſtatrices, quæ receſſerunt à me. Ipſi & patres eorum præuaricati ſunt pactum meũ vſq; ad diem hanc. Et filij dura facie & indomabili corde ſunt, ad quos ego mitto te: & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Si fortè vel ipſi audiant, & ſi fortè quieſcant: quoniam domus exaſperans eſt, & ſcient quia prophe-
C ta fuerit in medio eorũ. Tu ergo fili hominis, ne timeas eos, neq; ſermones eorũ metuas: quoniã increduli & ſubuerſores ſunt tecum, & cum ſcorpionibus habitas: verba eorum ne timeas, & vultus eorũ ne formides: quia domus exaſperans eſt.
D Loquêris ergo verba mea ad eos, ſi fortè audiant, & quieſcant: quoniam irritatores ſunt. Tu autẽ fili hominis audi quæcunq; loquor ad te: & noli eſſe exaſperãs ſicut domus exaſperatrix eſt: aperi os tuum, & comede quæcunq; ego do tibi. Et vidi, & ecce manus miſſa ad me, in qua erat inuolutus liber: & expandit illum coram me, qui erat ſcriptus intus & foris, & ſcriptæ erant in eo lamentationes, & carmen, & væ.

S. NE *ſanguis impiorum requiratur de manibus prophetæ iubetur eos ad pœnitentiam uocare, peccata eorum annuntiãdo, ne in ipſis moriantur.* CAPVT III.

A ET dixit ad me, Fili hominis, quodcunq; inueneris comede: comede volumen iſtud, & vadens loquere ad filios Iſrael. Et aperui os meum, & cibauit me volumine illo, & dixit ad me, Fili hominis, venter tuus comedet, & viſcera tua cõplebuntur volumine iſto, quod ego do tibi. Et comedi illud: & factum eſt in ore meo ſicut mel dulce. Et dixit ad me, Fili hominis, vade ad do-
B mum Iſráel, & loquêris verba mea ad eos. Non enim ad populũ profundi ſermonis, & ignotæ linguæ tu mitteris, ad domum Iſrael: neque ad populos multos profundi ſermonis & ignotæ linguæ quorũ non poſsis audire ſermones: & ſi ad illos mitterer is, ipſi audirẽt te. Domus autẽ Iſrael nolunt audire te: quia nolũt audire me. omnis quippe domus Iſrael attrita fronte eſt, & duro corde. Ecce, dedi faciẽ tuam valentiorem faciebus eorũ, & frontẽ tuam duriorẽ frontibus eorũ. Vt adamantem & vt ſilicem dedi faciẽ tuam: ne timeas eos, neq; me-
C tuas à facie eorũ: quia domus exaſperans eſt. Et dixit ad me, Fili hominis, omnes ſermones meos quos ego loquor ad te, aſſume in corde tuo, & auribus tuis audi: & vade, ingredere ad tranſmigrationẽ ad filios populi tui, & loquêris ad eos, & dices eis, Hæc dicit Dominus Deus: ſi fortè audiant & quieſcant. Et aſſumpſit me ſpiritus, & audiui poſt me vocẽ commotionis magnæ, Benedicta gloria Domini de loco ſuo, & vocem alarum animalium percutientiũ alteram ad alteram: & vocem rotarum ſequentiũ animalia, & vocem commotionis
D magnæ. Spiritus quoq; leuauit me, & aſſumpſit me: & abij amarus in dignatione ſpiritus mei: manus Domini erat mecũ cõfortans me. Et veni ad tranſmigrationẽ ad Aceruum nouarum frugũ, ad eos qui habitabãt iuxta flumen Chobar: & ſedi vbi illi ſedebãt: & manſi ibi ſeptẽ diebus mœrens in medio eorũ. Cum autẽ pertranſiſſent ſeptem dies, factũ eſt verbum *Infra 33 b* Domini ad me, dicens, Fili hominis, ſpeculatorẽ dedi te do-
E mui Iſrael: & audies de ore meo verbum, & annũtiabis eis ex me. Si dicente me ad impium, Morte morieris: non annuntiaueris ei neq; locutus fueris vt auertatur à via ſua impia & viuat: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requiram. Si autem tu annuntiaueris impio, & ille non fuerit conuerſus ab impietate ſua, & à via ſua impia: ipſe quidẽ in impietate ſua morietur, tu autẽ animã tuam liberaſti. Sed & ſi cõuerſus iuſtus à iuſtitia ſua fuerit, &
F fecerit iniquitatem: ponam offendiculũ coram eo, ipſe morietur: quia non annuntiaſti ei, in peccato ſuo morietur, & nõ erunt in memoria iuſtitiæ eius quas fecit: ſanguinem verò eius de manu tua requirã. Si autẽ tu annũtiaueris iuſto vt non peccet iuſtus, & ille nõ peccauerit: viuens viuet, quia annuntiaſti ei, & tu animã tuam liberaſti. Et facta eſt ſuper me manus Domini, & dixit ad me, Surgẽs egredere in campũ, & ibi loquar tecum. Et ſurgens egreſſus ſum in campum: & ecce ibi gloria *Supra 1 d* Domini ſtabat, quaſi gloria quã vidi iuxta fluuium Chobar: & cecidi in faciẽ meam. Et ingreſſus eſt in me ſpiritus, & ſtatuit me ſuper pedes meos: & locutus eſt mihi, & dixit ad me,
G Ingredere, & includere in medio domus tuæ. Et tu fili hominis, ecce data ſunt ſuper te vincula, & ligabunt te in eis: & non egredieris in medio eorũ. Et linguam tuam adhærere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quaſi vir obiurgans: quia domus exaſperans eſt. Cum autẽ locutus fuero tibi, aperiam os tuũ, & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Qui audit, audiat: & qui quieſcit, quieſcat: quia domus exaſperans eſt.

S. IERVSALEM *obſidio lingua paratur, & decem tribuum captiuitas diuturna in anguſtia & fame ſignatur.*

CAPVT IIII.

A ET tu fili hominis, ſume tibi laterẽ, & pones eum coram te: & deſcribes in eo ciuitatẽ Ieruſalem. Et ordinabis aduerſus eam obſidionem, & ædificabis munitiones, & cõportabis aggerem, & dabis cõtra eam caſtra, & pones arietes in gyro. Et tu ſume tibi ſartaginem ferreã, & pones eam murũ ferreũ inter te & inter ciuitatẽ, & obfirmabis faciẽ tuam ad eam, & erit in obſidionem, & circundabis eam: ſignũ eſt domui Iſrael. Et tu dormies ſu- Diuturni-
per latus tuum ſiniſtrũ, & pones iniquitates domus Iſrael ſu- tas captiui-
B per eo: numero dierũ quibus dormies ſuper illud, & aſſumes tatis Iſrael & Iuda.
iniquitates eorũ. Ego autẽ dedi tibi annos iniquitatis eorum, numero dierũ trecentos & nonaginta dies: & portabis iniquitatem domus Iſrael. Et cum compleueris hæc, dormies ſuper *Num. 14 f*
latus tuum dextrũ ſecundo: & aſſumes iniquitatẽ domus Iuda quadraginta diebus, diem pro anno, diem inquam pro anno dedi tibi. Et ad obſidionem Ieruſalem conuertes faciem tuam, & brachium tuum erit exertum. & prophetabis aduer-
C ſus eam. Ecce circundedi te vinculis: & non te conuertes à latere tuo in latus aliud, donec compleas dies obſidionis tuæ. Et tu ſume tibi frumentum, & hordeum, & fabam, & lentem, & milium, & vitiam: & mittes ea in vas vnum, & facies tibi

panes

panes numero dierum quibus dormies ſuper latus tuum: trecentis & nonaginta diebus comedes illud. Cibus autem tuus quo veſcêris, erit in pondere viginti ſtatêres in die: à tempore vſq; ad tempus comedes illud. Et aquã in menſura bibes, ſextam partẽ hin: à tempore vſq; ad tempus bibes illud. Et quaſi ſubcinericium hordeaceum comedes illud, & ſtercore quod egreditur de homine, operies illud in oculis eorum. Hæc di-
D cit Dominus, Sic comedẽt filij Iſrael panem ſuum pollutum inter gentes ad quas eijciã eos. Et dixi, A, a, a, Domine Deus, ecce anima mea non eſt polluta, & morticinum & laceratum à beſtijs non comedi ab infantia mea vſq; nunc, & non eſt ingreſſa in os meũ omnis caro immunda. Et dixit ad me: Ecce dedi tibi fimum boum pro ſtercoribus humanis: & facies panem tuum in eo. Et dixit ad me, Fili hominis, ecce conteram baculum panis in Ieruſalem: & comedent panem ſuũ in pondere, & in ſollicitudine: & aquam in menſura, & in anguſtia bibent, vt deficientibus pane & aqua, corruat vnuſquiſq; ad fratrem ſuum, & contabeſcat in iniquitatibus ſuis.

Infra 5 4 & 14 d

3. IN *cæſarie & barba detonſis uaria populi iudicia deſignantur.*

CAPVT V.

A ET tu fili hominis, ſume tibi gladium acutum, radentem pilos: & aſſumes eum, & duces per caput tuum, & per barbam tuam: & aſſumes tibi ſtatêram ponderis & diuides eos. Tertiam partẽ igni combures in medio ciuitatis, iuxta completionẽ dierũ obſidionis: & aſſumes tertiã partem, & concides gladio in circuitu eius: tertiam verò aliam diſperges in ventũ, & gladium nudabo poſt eos. Et ſumes inde paruum numerũ: & ligabis eos in ſummitate pallij tui. Et ex eis rurſum tolles, & proijcies eos in medio ignis, & combures eos igni: & ex eo egredietur
B ignis in omnem domum Iſrael. Hæc dicit Dominus Deus, Iſta eſt Ieruſalem, in medio gẽtium poſui eam, & in circuitu eius terras. Et contẽpſit iudicia mea, vt plus eſſet impia quàm gentes: & præcepta mea vltrà quàm terræ quę in circuitu eius ſunt. iudicia enim mea proiecerunt, & in præceptis meis non ambulauerunt. Idcirco hæc dicit Dominus Deus, Quia ſuperaſtis gentes quæ in circuitu veſtro ſunt, & in præceptis meis non ambulaſtis, & iudicia mea non feciſtis, & iuxta iudicia
C gentium quæ in circuitu veſtro ſunt non eſtis operati: ideò hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te, & ipſe ego faciam in medio tui iudicia in oculis gẽtium: & faciam in te quæ non feci, & quibus ſimilia vltrà non faciam propter omnes abominationes tuas. Ideò patres comedent filios in medio tui, & filij comedent patres ſuos: & faciam in te iudicia, & ventilabo vniuerſas reliquias tuas in omnem ventum. Idcirco viuo ego dicit Dominus Deus, Niſi pro eo quòd ſanctum meum violaſti in omnibus offenſionibus tuis, & in cunctis abominationibus tuis: ego quoq; confringam, & nõ parcet oculus meus, & nõ miſerebor. Tertia pars tui peſte morietur, & fame conſumetur in medio tui: & tertia pars tui in gladio cadet in circuitu tuo: tertiam verò partem tuam in omnem ventũ diſper-
D gam, & gladium euaginabo poſt eos. Et complebo furorem meum, & requieſcere faciam indignationem meam in eis, & conſolabor: & ſcient quia ego Dominus locutus ſum in zelo meo, cum impleuero omnem indignationem meam in eis. Et dabo te in deſertũ & in opprobrium gẽtibus quæ in circuitu tuo ſunt, in conſpectu omnis prætereuntis. Et eris opprobriũ & blaſphemia, exemplũ & ſtupor in gentibus quæ in circuitu tuo ſunt, cum fecero in te iudicia in furore & in indignatione, & in increpationibus iræ: quę ego Dominus locutus ſum. quando miſero ſagittas famis peſsimas in eos, quæ erunt mortiferæ, & quas mittam vt diſperdam vos, & famem congrega-
Supra 4 a bo ſuper vos, & conteram in vobis baculum panis. Et immit-
Infra 14 d tam in vos famem & beſtias peſsimas vſq; ad internecionem: & peſtilentia & ſanguis tranſibunt per te, & gladiũ inducam ſuper te. ego Dominus locutus ſum.

Aenigma pilorũ ediſſerit Dominus.

S. PROPTER *peccatum idololatriæ populus plagis grauiter percuſſus eſt.*

CAPVT VI.

A ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicẽs, Fili hominis, pone faciem tuam ad mõtes Iſrael: & prophetabis ad eos, & dices, Montes Iſrael audite verbũ Domini Dei: hæc dicit Dominus Deus montibus & collibus, rupibus & vallibus, Ecce ego inducam ſuper vos gladium, & diſperdã excelſa veſtra, & demoliar aras veſtras, & confringentur ſimulachra veſtra: & deijciam interfectos veſtros ante idôla veſtra. Et dabo cadauera filiorum Iſrael ante faciem ſimulachrorum veſtrorũ: & diſpergam oſſa
B veſtra circa aras veſtras in omnibus habitationibus veſtris. Vrbes deſertæ erunt, & excelſa demolientur & diſsipabuntur: & interibunt aræ veſtræ, & confringentur: & ceſſabunt idôla veſtra, & conterentur delubra veſtra, & delebuntur opera veſtra. Et cadet interfectus in medio veſtri: & ſcietis quia ego ſum Dominus. Et relinquã in vobis eos qui fugerint gladium in gentibus, cum diſperſero vos in terras. Et recordabuntur mei liberati veſtri in gentibus ad quas captiui ducti
C ſunt: quia contriui cor eorum fornicans & recedens à me, & oculos eorum fornicantes poſt idôla ſua: & diſplicebunt ſibimet ſuper malis quæ fecerant in vniuerſis abominationibus ſuis, & ſcient quia ego Dominus non fruſtra locutus ſum vt facerem eis malum hoc. Hæc dicit Dominus Deus, Percute manu tua, & allide pedem tuũ, & dic Heu, ad omnes abominationes malorum domus Iſrael: quia gladio, fame, & peſte ruituri ſunt. Qui longe eſt, peſte morietur: qui autem propè,
D gladio corruet: & qui relictus fuerit & obſeſſus, fame morietur: & complebo indignationem meam in eis. Et ſcietis quia ego Dominus, cum fuerint interfecti veſtri in medio idôlorum veſtrorum in circuitu ararum veſtrarum in omni colle excelſo, & cunctis ſummitatibus montium, & ſubtus omne lignum nemoroſum, & ſubtus vniuerſam quercum frondoſam: locum vbi accenderunt thura redolentia vniuerſis idôlis ſuis. Et extendam manum meam ſuper eos: & faciam terram deſolatam & deſtitutam à deſerto Deblátha in omnibus habitationibus eorum: & ſcient quia ego Dominus.

S. ISRAELIS *excidium propter peccata ſua inſtare, ac omni ipſam auxilio deſtitui, hoſtibus latè peruagantibus manifeſtatur.*

CAPVT VII.

A ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Et tu fili hominis, hæc dicit Dominus Deus, terræ Iſrael, Finis venit, venit finis ſuper quatuor plagas terræ. Nunc finis ſuper te, & immittam furorem meum in te: & iudicabo te iuxta vias tuas: & ponam contra te omnes abominationes tuas. Et non parcet oculus meus ſuper te: & non miſerebor: ſed vias tuas ponam ſuper te, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & ſcietis quia ego
B Dominus. Hæc dicit Dominus Deus, Afflictio vna, afflictio ecce venit: finis venit, venit finis, euigilabit aduerſum te: ecce venit. Venit contritio ſuper te, qui habitas in terra: venit tempus, prope eſt dies occiſionis, & non gloriæ montium. Nunc de propinquo effundam iram meam ſuper te, & complebo furorem meum in te: & iudicabo te iuxta vias tuas, & imponã
C tibi omnia ſcelera tua. Et non parcet oculus meus, nec miſerebor: ſed vias tuas imponam tibi, & abominationes tuæ in medio tui erunt: & ſcietis quia ego ſum Dominus percutiẽs. Ecce dies, ecce venit: egreſſa eſt contritio, floruit virga, germinauit ſuperbia. Iniquitas ſurrexit in virga impietatis: non ex eis, non ex populo, neq; ex ſonitu eorum: & non erit re-
D quies in eis. Venit tempus, appropinquauit dies: qui emit, non lætetur: & qui vendit, non lugeat: quia ira ſuper omnem populum eius. Quia qui vendit, ad id quod vendidit non reuertetur; & adhuc in viuentibus vita eorum. viſio enim ad omnem

omnem multitudinem eius non regredietur: & vir in iniquitate vitæ ſuæ non confortabitur. Canite tuba, præparentur omnes, & nō eſt qui vadat ad prælium: ira enim mea ſuper vniuerſum populū eius. Gladius foris: & peſtis & fames intrinſecus. Qui in agro eſt, gladio morietur: & qui in ciuitate, peſtilentia & fame deuorabūtur. Et ſaluabuntur qui fugerint ex eis: & erūt in montibus quaſi columbæ conualliū omnes trepidi, vnuſquiſq; in iniquitate ſua. Omnes manus diſſoluētur, & omnia genua fluent aquis. Et accingēt ſe cilicijs, & operiet eos formido: & in omni facie confuſio, & in vniuerſis capitibus eorū caluitium. Argentū eorum foris proijcietur, & aurū eorum in ſterquiliniū erit. Argentum eorū & aurum eorum non valebit liberare eos in die furoris Domini. Animā ſuam non ſaturabūt, & ventres eorū non implebūtur: quia ſcandalū iniquitatis eorū factū eſt. Et ornamentū monilium ſuorū in ſuperbiā poſuerunt, & imagines abominationū ſuarum & ſimulachrorū fecerunt ex eo: propter hoc dedi eis illud in immunditiam: & dabo illud in manus alienorū ad diripiendū, & impijs terræ in prædā, & cōtaminabunt illud. Et auertam faciem meā ab eis, & violabunt archanū meū: & introibunt in illud emiſſarij, & contaminabunt illud. Fac concluſionē: quoniam terra plena eſt iudicio ſanguinū, & ciuitas plena iniquitate. Et adducā peſsimos de gentibus, & poſsidebunt domos eorum, & quieſcere faciā ſuperbiā potentiū, & poſsidebunt ſanctuaria eorū. Anguſtia ſuperueniente requirent pacem, & non erit. Conturbatio ſuper conturbationē veniet, & auditus ſuper auditū: & quærent viſionem de propheta: & lex peribit à ſacerdote, & conſilium à ſenioribus. Rex lugebit, & principes induentur mœrore, & manus populi terræ cōturbabuntur. Secundum viam eorum faciam eis, & ſecundū iudicia eorum iudicabo eos: & ſcient quia ego Dominus.

Ezec.15 a
Ierc.46 f
Prouer.11 a
Sophon.1 d
Eccle.5 c

S. RAPTVS *propheta in Ieruſalem peſsimas uidet Iudæorum abominationes, in figura parietis, idôli, thuribuli, & ramorum.*

CAPVT VIII.

IN factū eſt in anno ſexto, in ſexto menſe, in quinta menſis: ego ſedebā in domo mea, & ſenes Iuda ſedebant corā me, & cécidit ibi ſuper me manus Domini Dei. Et vidi, & ecce ſimilitudo quaſi aſpectus ignis: ab aſpectu lumborum eius & deorſum, ignis: & à lumbis eius & ſurſum, quaſi aſpectus ſplendoris, vt viſio electri. Et emiſſa ſimilitudo manus apprehēdit me in cincinno capitis mei: & eleuauit me ſpiritus inter terram & cœlum: & adduxit me in Ieruſalem in viſione Dei, iuxta oſtium interius quod reſpiciebat ad aquilonem, vbi erat ſtatutum idôlum zeli ad prouocandū æmulationē. Et ecce ibi gloria Dei Iſrael ſecundū viſionem quā videram in campo. Et dixit ad me, Fili hominis leua oculos tuos ad viam aquilonis. Et leuaui oculos meos ad viam aquilonis: & ecce ab aquilone portæ altaris idôlū zeli in ipſo introitu. Et dixit ad me, Fili hominis, Putáſne vides tu quid iſti faciunt, abominationes magnas, quas domus Iſrael facit hîc, vt procul recedam à ſanctuario meo? & adhuc conuerſus videbis abominationes maiores. Et introduxit me ad oſtiū atrij: & vidi, & ecce foramen vnū in pariete. Et dixit ad me, Fili hominis, fode parietem. Et cū perfodiſſem parietem, apparuit oſtiū vnum. Et dixit ad me, Ingredere, & vide abominationes peſsimas, quas iſti faciūt hîc. Et ingreſſus vidi, & ecce omnis ſimilitudo reptiliū, & animaliū, abominatio, & vniuerſa idôla domus Iſrael depicta erāt in pariete in circuitu per totum. Et ſeptuaginta viri de ſenioribus domus Iſrael, & Iezonias filius Saphan ſtabat in medio eorū, & ſtantium ante picturas: & vnuſquiſq; habebat thuribulū in manu ſua: & vapor nebulæ de thure cōſurgebat. Et dixit ad me, Certè vidiſti fili hominis, quæ ſeniores domus Iſrael faciunt in tenebris, vnuſquiſq; in abſcondito cubilis ſui: dicunt enim, Non videt Dominus nos, dereliquit Dominus terrā. Et dixit ad me, Adhuc cōuerſus videbis abominationes maiores, quas iſti faciūt. Et introduxit me per oſtiū portæ domus Domini, quod reſpiciebat ad aquilonem: & ecce ibi mulieres ſedebāt plangentes Adonidē. Et dixit ad me, Certe vidiſti fili hominis: adhuc conuerſus videbis abominationes maiores his. Et introduxit me in atrium domus Domini interius: & ecce in oſtio templi Domini inter veſtibulū & altare, quaſi vigintiquinq; viri dorſa habentes contra templum Domini, & facies ad orientem: & adorabant ad ortum ſolis. Et dixit ad me, Certè vidiſti fili hominis: nunquid leue eſt hoc domui Iuda, vt facerent abominationes iſtas quas fecerunt hîc: quia replentes terram iniquitate, conuerſi ſunt ad irritādum me? & ecce applicant ramum ad nares ſuas. Ergo & ego faciam in furore: non parcet oculus meus, nec miſerebor, & cum clamauerint ad aures meas voce magna, non exaudiam eos.

Deut.5 c

S. APPARENT *ſex uiri miſsi ad uaſtandum Ieruſalem: in qua ſaluantur ſoli ſigno Tau ſignati.* CAPVT IX.

ET clamauit in auribus meis voce magna, dicens, Appropinquauerunt viſitationes vrbis, & vnuſquiſq; vas interfectionis habet in manu ſua. Et ecce ſex viri veniebant de via portæ ſuperioris, quæ reſpicit ad aquilonē: & vnuſquiſq; vas interitus in manu eius: vir quoq; vnus in medio eorū veſtitus erat lineis, & attramentariū ſcriptoris ad renes eius: & ingreſsi ſunt, & ſteterūt iuxta altare æreum. Et gloria Domini Iſrael aſſumpta eſt de cherub, quæ erat ſuper eum ad limen domus: & vocauit virū qui indutus erat lineis, & attramentariū ſcriptoris habebat in lumbis ſuis. Et dixit Dominus ad eū, Tranſi per mediam ciuitatem in medio Ieruſalem: & ſigna thau ſuper frontes virorum gementiū & dolentium ſuper cunctis abominationibus quæ fiunt in medio eius. Et illis dixit audiente me, Tranſite per ciuitatem ſequentes eum, & percutite: non parcat oculus veſter, neq; miſereamini. Senem, adoleſcentulū & virginem, paruulū & mulieres interficite vſq; ad internecionē: omnem autem, ſuper quem videritis thau, ne occidatis, & à ſanctuario meo incipite. Cœperunt ergo à viris ſenioribus, qui erāt ante faciem domus. Et dixit ad eos, Contaminate domum, & implete atria interfectis: egredimini. Et egreſsi ſunt, & percutiebant eos qui erant in ciuitate. Et cæde completa, remāſi ego: ruiq́; ſuper faciem meam, & clamans aio, Heu, heu, heu, Domine Deus, ergóne diſperdes omnes reliquias Iſrael, effundens furorem tuum ſuper Ieruſalem? Et dixit ad me, Iniquitas domus Iſrael & Iuda magna eſt nimis valde, & repleta eſt terra ſanguinibus, & ciuitas repleta eſt auerſione: dixerunt enim, Dereliquit Dominus terram, & Dominus non videt. Igitur & meus non parcet oculus, neq; miſerebor: viam eorū ſuper caput eorū reddam. Et ecce vir qui erat indutus lineis, qui habebat attramentarium in dorſo ſuo, reſpondit verbum, dicens, Feci ſicut præcepiſti mihi.

Exo.12 c
Apo.7 a

S. VIDENS *propheta Cherubim & quatuor rotas, uidet pariter uirum carbones de medio rotarum accipientem.*

CAPVT X.

ET vidi, & ecce in firmamēto quod erat ſuper caput Cherubim, quaſi lapis ſaphirus, & quaſi ſpecies ſimilitudinis ſolij, apparuit ſuper ea. Et dixit ad virum qui indutus erat lineis, & ait, Ingredere in medio rotarum, quæ ſunt ſubtus Cherubim: & imple manum tuam prunis ignis quæ ſunt inter Cherubim, & effunde ſuper ciuitatem: ingreſſusq́; eſt in conſpectu meo. Cherubim autem ſtabant à dextris domus cum ingrederetur vir: & nubes impleuit atrium interius. Et eleuata eſt gloria Domini déſuper Cherub ad limen domus: & repleta eſt domus nube, & atrium repletum eſt ſplendore gloriæ Domini. Et ſonitus alarū Cherubim audiebatur vſq; ad atriū exterius, quaſi vox Dei omnipotentis loquentis. Cumq́; præcepiſſet viro qui indutus erat lineis, dicens, Sume ignem de medio rotarum

quæ ſunt inter Cherubim: ingreſſus ille ſtetit iuxta rotam, & extendit Cherub manum de medio Cherubim, ad ignem qui erat inter Cherubim: & ſumpſit, & dedit in manus eius qui indutus erat lineis: qui accipiens, egreſſus eſt. Et apparuit in Cherubim ſimilitudo manus hominis ſubtus pennas eorũ, & vidi, & ecce quatuor rotæ iuxta Cherubim: rota vna iuxta Cherub vnũ, & rota alia iuxta Cherub vnũ: ſpecies autẽ rotarum erat quaſi viſio lapidis chryſolithi: & aſpectus earum ſimilitudo vna quatuor: quaſi ſi ſit rota in medio rotæ. Cumq; ambularent, in quatuor partes gradiebantur: & non reuertebantur ambulantes: ſed ad locum ad quem ire declinabat quæ prima erat, ſequebãtur & cæteræ, nec reuertebãtur. Et omne corpus earum, & colla, & manus, & pennæ, & circuli plena erant oculis, in circuitu quatuor rotarum. Et rotas iſtas vocauit volubiles, audiẽte me. Quatuor autem facies habebat vnũ: facies vna, facies Cherub: & facies ſecunda, facies hominis: & in tertio facies leonis: & in quarto facies aquilæ. Et eleuata ſunt Cherubim: ipſum eſt animal quod videram iuxta fluuium Chobar. Cumq; ambularent Cherubim, ibant pariter & rotæ iuxta ea: & cum eleuarẽt Cherubim alas ſuas, vt exaltarentur de terra, non reſidebant rotæ, ſed & ipſæ iuxtà erant. Stantibus illis, ſtabant: & cum eleuatis eleuabantur: ſpiritus enim vitæ erat in eis. Et egreſſa eſt gloria Domini à limine templi: & ſtetit ſuper Cherubim. Et eleuantia Cherubim alas ſuas, exaltata ſunt à terra coram me: & illis egredientibus, rotæ quoq; ſubſecutæ ſunt: & ſtetit in introitu portæ domus Domini orientalis, & gloria Dei Iſrael erat ſuper ea. Ipſum eſt animal quod vidi ſubter Deum Iſrael iuxta fluuium Chobar: & intellexi quia Cherubim eſſent. Quatuor, quatuor vultus vni, & quatuor alæ vni: & ſimilitudo manus hominis ſub alis eorum. Et ſimilitudo vultuum eorũ, ipſi vultus quos videram iuxta fluuium Chobar, & intuitus eorum, & impetus ſingulorum ante faciem ſuam ingredi.

Supra 1 c

S. FIGVRA lebetis & carnium ſignat Iſraëlis interfectionem & diſperſionem, ſed & congregationem tranſmigrationis & eiuſdem conſolationem. CAPVT XI.

ET eleuauit me ſpiritus, & introduxit me ad portam domus Domini orientalem, quæ reſpicit ad ſolis ortũ: & ecce in introitu portæ viginti quinq; viri: & vidi in medio eorũ Iezoniam filiũ Azur, & Pheltiam filium Banaiæ, principes populi. Dixitq; ad me, Fili hominis, hi ſunt viri qui cogitant iniquitatem, & tractant conſilium peſſimum in vrbe iſta: dicentes, Nónne dudũ ædificatæ ſunt domus? hæc eſt lebes, nos autem carnes. Idcirco vaticinare de eis, vaticinare fili hominis. Et irruit in me ſpiritus Domini, & dixit ad me, Loquere, Hæc dicit Dominus, Sic locuti eſtis domus Iſrael, & cogitationes cordis veſtri ego noui. Plurimos occidiſtis in vrbe hac, & impleſtis vias eius interfectis. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Interfecti veſtri, quos poſuiſtis in medio eius, hi ſunt carnes, & hæc eſt lebes: & educam vos de medio eius. Gladium metuiſtis, & gladium inducam ſuper vos, ait Dominus Deus. Et eijciam vos de medio eius, daboq; vos in manu hoſtiũ, & faciam in vobis iudicia. Gladio cadetis: in finibus Iſrael iudicabo vos, & ſcietis quia ego Dominus. Hæc non erit vobis in lebetẽ, & vos non eritis in medio eius in carnes, in finibus Iſrael iudicabo vos. Et ſcietis quia ego Dominus: quia in præceptis meis nõ ambulaſtis, & iudicia mea nõ feciſtis, ſed iuxta iudicia gentium, quæ in circuitu veſtro ſunt, eſtis operati. Et factũ eſt, cũ prophetarem, Pheltias filius Banaiæ mortuus eſt: & cecidi in faciem meam clamans voce magna, & dixi, Heu, heu, heu Domine Deus, conſummationem tu facis reliquiarũ Iſrael? Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens, Fili hominis, fratres tui fratres tui viri propinqui tui, & omnis domus Iſrael, vniuerſi quibus dixerũt habitatores Ieruſalem, Longe recedite à Domino: nobis data eſt terra in poſſeſſionem. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Quia longe feci eos in gentibus, & quia diſperſi eos in terris: ero eis in ſanctificationem modicã in terris ad quas venerunt. Propterea loquere, Hæc dicit Dominus Deus, Congregabo vos de populis, & adunabo de terris in quibus diſperſi eſtis: daboq; vobis humũ Iſrael. Et ingredientur illuc, & auferẽt omnes offenſiones cũctasq; abominationes eius de illa. Et dabo eis cor vnũ, & ſpiritum nouũ tribuam in viſceribus eorũ: & auferã cor lapideũ de carne eorũ: & dabo eis cor carneum: vt in præceptis meis ambulent, & iudicia mea cuſtodiãt, faciantq; ea: & ſint mihi in populũ, & ego ſim eis in Deum. Quorũ autem cor poſt offendicula & abominationes ſuas ambulat, horũ viam in capite ſuo ponam, dicit Dominus Deus. Et eleuauerunt Cherubim alas ſuas, & rotæ cum eis: & gloria Dei Iſrael erat ſuper ea. Et aſcendit gloria Domini de medio ciuitatis, ſtetitq; ſuper montem, qui eſt ad orientem vrbis. Et ſpiritus leuauit me: adduxitq; in Chaldæam ad tranſmigrationem, in viſionem in ſpiritu Dei: & ſublata eſt à me viſio, quam videram. Et locutus ſum ad tranſmigrationem omnia verba Domini quæ oſtenderat mihi.

Ierem. 23 f

Infra 36 f

S. VIPET propheta inſtantem obſidionem Ieruſalem & direptionem, regisq; captiuitatem. CAPVT XII.

ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicẽs, Fili hominis, in medio domus exaſperãtis tu habitas: qui oculos habent ad videndum, & non vident: & aures ad audiendũ, & non audiunt: quia domus exaſperans eſt. Tu ergo fili hominis fac tibi vaſa tranſmigrationis, & tranſmigrabis per diem corã eis: tranſmigrabis autem de loco tuo ad locum alterũ in conſpectu eorum, ſi fortè aſpiciant: quia domus exaſperãs eſt. Et efferes foras vaſa tua quaſi vaſa tranſmigrantis per diem in conſpectu eorũ: tu autẽ egredieris veſpere coram eis, ſicut egreditur migrans. Ante oculos eorum perfode tibi parietem: & egredieris per eum. In conſpectu eorũ in humeris portaberis, in caligine efferẽris: faciẽ tuam velabis, & non videbis terrã: quia portentũ dedi te domui Iſrael: Feci ergo ſicut præceperat mihi Dominus: vaſa mea protuli quaſi vaſa tranſmigrantis per diẽ: & veſpere perfodi mihi parietem manu: & in caligine egreſſus ſum, & in humeris portatus in conſpectu eorum. Et factus eſt ſermo Domini mane ad me, dicens, Fili hominis, nunquid non dixerũt ad te domus Iſrael domus exaſperans, Quid tu facis? Dic ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Super ducem onus iſtud, qui eſt in Ieruſalem: & ſuper omnem domum Iſrael, quæ eſt in medio eorum. Dic, Ego portentũ veſtrum: quomodo feci, ſic fiet illis: in tranſmigrationem, & in captiuitatem ibũt. Et dux qui eſt in medio eorũ, in humeris portabitur, in caligine egredietur: parietem perfodient: vt educant eum: facies eius operietur, vt non videat oculis terram. Et extendam rete meũ ſuper eum, & capietur in ſagena mea: & adducam eum in Babylonem in terram Chaldæorum, & ipſam non videbit, ibiq; morietur. Et omnes qui circa eum ſunt, præſidium eius, & agmina eius diſpergam in omnem vẽtum: & gladium euaginabo poſt eos. Et ſcient quia ego Dominus quando diſperſero illos in gentibus, & diſſeminauero eos in terris. Et relinquã ex eis viros paucos à gladio, & fame, & peſtilentia: vt narrent omnia ſcelera eorũ in gentibus ad quas ingredientur: & ſcient quia ego Dominus. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, panem tuum in cõturbatione comede: ſed & aquam tuam in feſtinatione & mœrore bibe. Et dices ad populum terræ, Hæc dicit Dominus Deus ad eos, qui habitant in Ieruſalem in terra Iſrael, Panem ſuum in ſolicitudine comedent, & aquam ſuam in deſolatione bibent, vt deſoletur terra à multitudine ſua, propter iniquitatem omnium qui habitant in ea. Et ciuitates quæ nunc habitantur deſolatæ erunt, terraq; deſerta: & ſcietis quia ego Dominus. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicẽs, Fili hominis, quod eſt prouerbium iſtud vobis in terra Iſrael: dicentium, In longum differentur dies,

Infra 17 f & 32 f

dies,& peribit omnis visio.Ideò dic ad eos,Hæc dicit Dominus Deus, Quiescere faciam prouerbium istud, neq; vulgò dicetur vltrà in Israel.Et loquere ad eos quòd appropinquauerint dies, & sermo omnis visionis. Non enim erit vltrà omnis visio cassa,neq; diuinatio ambigua in medio filiorũ Israel. Quia ego Dominus loquar:& quodcunq; locutus fuero verbum,& fiet:non prolongabitur amplius: sed in diebus vestris domus exasperans loquar verbum, & faciam illud, dicit Dominus Deus. Et factus est sermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, ecce domus Israel dicentium, Visio quam hic videt,in dies multos:& in tempora lõga iste prophetat. Propterea dic ad eos,Hæc dicit Dominus Deus, Non prolongabitur vltrà omnis sermo meus: verbum quod locutus fuero, complebitur,dicit Dominus Deus.

S. PROPHETIA Domini in pseudoprophetas populi seductores.

CAPVT XIII.

ET factus est sermo Domini ad me dicens, Fili hominis vaticinare ad prophetas Israel,qui prophetant:& dices prophetãtibus de corde suo,Audite verbum Domini.Hæc dicit Dominus Deus, Væ prophetis insipientibus:qui sequuntur spiritum suum, & nihil vident.Quasi vulpes in desertis,prophetæ tui Israel erant. Non ascendistis ex aduerso,neq; opposuistis murum pro domo Israel:vt staretis in prælio in die Domini. Vident vana,& diuinant mendacium,dicentes,Ait Dominus.cum Dominus non miserit eos: & perseuerauerunt confirmare sermonem. Nunquid nõ visionem cassam vidistis,& diuinationem mendacem locuti estis?& dicitis,Ait Dominus: cum ego non sim locutus. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Quia locuti estis vana,& vidistis mendacium: ideò ecce ego ad vos, dicit Dominus Deus,Et erit manus mea super prophetas qui vident vana & diuinant mendaciũ: in concilio populi mei non erunt,& in scriptura domus Israel non scribentur,nec in terrã Israel ingredientur: & scietis quia ego Dominus Deus: eò quòd deceperint populũ meum,dicentes,Pax,pax,& nõ est pax:& ipse ædificabat parietem,illi autem liniebãt eum luto absq; paleis. Dic ad eos qui liniunt absq; temperatura quòd casurus sit:erit enim imber inundãs,& dabo lapides prægrandes désuper irruentes,& ventũ procellæ dissipantem. Siquidem ecce cécidit paries.Nunquid non dicetur vobis, Vbi est litura quam linistis? Propterea hæc dicit Dominus Deus: Et erumpere faciam spiritũ tempestatum in indignatione mea, & imber inundans in furore meo erit:& lapides grandes in ira in cõsumptionem.Et destruam parietem quem linistis absq; temperamẽto:& adæquabo eum in terra,& releuabitur fundamentum eius: & cadet, & consummetur in medio eius: & scietis quia ego sum Dominus.Et complebo indignationem meam in pariete,& in his qui liniunt eum absq; temperamento,dicamq́; vobis,Non est paries,& non sunt qui liniũt eum. Prophetæ Israel,qui prophetant ad Ierusalẽ,& vident ei visionem pacis:& non est pax,ait Dominus Deus.Et tu fili hominis pone faciem tuam cõtra filias populi tui,quæ prophetant de corde suo:& vaticinare super eas,& dic,Hæc dicit Dominus Deus, Væ qui cõsuunt puluillos sub omni cubito manus:& faciunt ceruicalia sub capite vniuersæ ætatis ad capiendas animas:& cũ caperent animas populi mei, viuificabãt animas eorum. Et violabant me ad populum meum propter pugillum hordei & fragmen panis,vt interficerent animas quæ non moriuntur,& viuificarent animas quæ non viuunt, mentientes populo meo credenti mendacijs. Propter hoc,hæc dicit Dominus Deus,Ecce ego ad puluillos vestros quibus vos capitis animas volantes:& dirumpam eos de brachijs vestris: & dimittam animas quas vos capitis,animas ad volandum,& dirumpam ceruicalia vestra, & liberabo populum meum de manu vestra,neq; erunt vltrà in manibus vestris ad prædandum:& scietis quia ego Dominus. Pro eò quòd mœrere fecistis cor iusti mendaciter,quem ego non contristaui: & confortastis manus impij , vt non reuerteretur à via sua mala, & viueret:propterea vana non videbitis, & diuinationes non diuinabitis amplius,& eruam populum meum de manu vestra: & scietis quia ego Dominus.

Ier. 23 d

Ezech. 14 c

Sermo Domini cõtra prophetis mendaces.

S. VLTIO Domini per Danielem, Iob, & Noë non potuit ab Israëlitis auerti propter illorum immunditias,nec à plagis per prophetas liberari.

CAPVT XIIII.

ET venerunt ad me viri seniorũ Israel,& sederunt coram me.Et factus est sermo Domini ad me,dicens,Fili hominis,viri isti posuerunt immunditias suas in cordibus suis,& scandalum iniquitatis suæ statuerũt contra faciem suam: nunquid interrogatus respondebo eis? Propter hoc loquere eis, & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus,Homo,homo de domo Israel, qui posuerit immunditias suas in corde suo, & scandalũ iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam,& venerit ad prophetam interrogans per eum me:ego Dominus respondebo ei in multitudine immunditiarũ suarum: Vt capiatur domus Israel in corde suo quo recesserũt à me in cunctis idôlis suis.Propterea dic ad domũ Israel, Hæc dicit Dominus Deus, Conuertimini,& recedite ab idôlis vestris, & ab vniuersis contaminationibus vestris auertite facies vestras.Quia homo,homo de domo Israel,& de proselitis quicunq; aduena fuerit in Israel: si alienatus fuerit à me,& posuerit idôla sua in corde suo,& scandalum iniquitatis suæ statuerit contra faciem suam, & venerit ad prophetã vt interroget per eũ me: ego Dominus respondebo ei per me.Et ponam faciem meam super hominem illũ, & faciã eum in exemplũ & in prouerbium, & disperdã eum de medio populi mei:& scietis quia ego Dominus. Et propheta cum errauerit,& locutus fuerit verbum:ego Dominus decepi prophetã illũ:& extendam manũ meam super illũ, & delebo eũ de medio populi mei Israel. Et portabũt iniquitatem suam:iuxta iniquitatẽ interrogantis,sic iniquitas prophetæ erit,vt non erret vltrà domus Israel à me, neq; polluatur in vniuersis præuaricationibus suis:sed sint mihi in populum,& ego sim eis in Deũ,ait Dominus exercituũ. Et factus est sermo Domini ad me,dicens,Fili hominis,terra cum peccauerit mihi,vt præuaricetur præuaricãs,extendam manũ meam super eam,& conteram virgã panis eius: & immittã in eam famem,& interficiam de ea hominem & iumentũ. Et si fuerint tres viri isti in medio eius,Noe,Daniel,& Iob:ipsi in iustitia sua liberabunt animas suas, ait Dominus exercituũ. Quòd si & bestias pessimas induxero super terram,vt vastem eam: & fuerit inuia,eò quòd nõ sit pertransiens propter bestias: Tres viri isti si fuerint in ea, viuo ego dicit Dominus Deus, quia nec filios nec filias liberabunt:sed ipsi soli liberabuntur, terra autem desolabitur. Vel si gladiũ induxero super terrã illam, & dixero gladio, Transi per terram: & interfecero de ea hominem & iumentũ: Et tres viri isti fuerint in medio eius:viuo ego dicit Dominus Deus,non liberabunt filios neq; filias:sed ipsi soli liberabuntur. Si autem & pestilentiam immisero super terram illam,& effudero indignationem meã super eam in sanguine,vt auferam ex ea hominem & iumentũ: Et Noe, & Daniel,& Iob fuerint in medio eius:viuo ego, dicit Dominus Deus,quia filium & filiam non liberabunt: sed ipsi iustitia sua liberabunt animas suas.Quoniam hæc dicit Dominus Deus, Quòd & si quatuor iudicia mea pessima, gladium, & famem,ac bestias malas,& pestilentiam immisero in Ierusalem,vt interficiã de ea hominem & pecus: Tamen relinquetur in ea saluatio educentiũ filios & filias: ecce ipsi egrediẽtur ad vos,& videbitis viam eorũ & adinuentiones eorum:& consolabimini super malo,quod induxi in Ierusalẽ, in omnibus quæ importaui super eam. Et consolabuntur vos, cum videritis viam eorũ & adinuentiones eorum: & cognoscetis quòd non frustra fecerim omnia quæ feci in ea,ait Dominus Deus.

Supra 13 d

Supra 4 d & 5 d

S. SERMO Domini contra Ieruſalem tanquam uitem infructuoſam comburendam. CAPVT XV.

A ET factus eſt ſermo Domini ad me dicẽs, Fili hominis, quid fiet de ligno vitis ex omnibus lignis nemorum, quæ ſunt inter ligna ſyluarum? Nunquid tolletur de ea lignum, vt fiat opus, aut fabricabitur de ea paxillus, vt depẽdeat in eo quodcũq; vas? Ecce, igni datum eſt in eſcam, vtranq; partẽ eius conſumpſit ignis, & medietas eius redacta eſt in fauillam: nunquid vtile erit ad
B opus? Etiam cum eſſet integrũ, non erat aptũ ad opus: quanto magis cum illud ignis deuorauerit, & combuſſerit. nihil ex eo fiet operis? Propterea hæc dicit Dominus Deus, Quomodo lignum vitis inter ligna ſyluarum, quod dedi igni ad deuorandum, ſic tradam habitatores Ieruſalem. Et ponam faciem meam in eos: de igne egredientur, & ignis conſumet eos. Et ſcietis quia ego Dominus cum poſuero faciem meam in eos, & dedero terram inuiam & deſolatam: eò quòd præuaricatores extiterint, dicit Dominus Deus.

S. INGRATITVDO Ieruſalem exprobratur, quæ comparata Sodomæ & Samariæ peior inuenitur.

CAPVT XVI.

A ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, notas fac Ieruſalẽ abominationes ſuas, & dices, Hæc dicit Dominus Deus Ieruſalem, Radix tua & generatio tua de terra Chanáan: pater tuus Amorrhæus, & mater tua Chethæa. Et quando nata es, in die ortus tui non eſt præciſus vmbilicus tuus, & in aqua non es lota in ſalutẽ, nec ſale ſalita, nec inuoluta pannis. Non pepercit ſuper te oculus, vt faceret tibi vnum de his, miſertus tui: ſed proiecta es ſuper faciem terræ in abiectione animæ tuæ in die qua nata es. Tranſiens autem per te, vidi te conculcatam in ſanguine tuo: & dixi tibi cum eſſes in ſanguine tuo, Viue. dixi inquam tibi, In ſanguine tuo, viue. Multiplicatam quaſi germen agri dedi te: & multiplicata es, & grandis effecta, & ingreſſa es, & perueniſti ad mundũ muliebrem: vbera tua intumuerũt, & pilus tuus germinauit: & eras nuda, & confuſione plena. Et tranſiui per te, & vidi te: & ecce tempus tuũ, tempus amantiũ: & expãdi amictum meũ ſuper te, & operui ignominiã tuam. Et iuraui tibi, & ingreſſus ſum pactũ tecũ,
B ait Dominus Deus: & facta es mihi. Et laui te aqua, & emundaui ſanguinem tuũ ex te: & vnxi te oleo. Et veſtiui te diſcoloribus, & calciaui te hyacintho: & cinxi te byſſo, & indui te ſubtilibus. Et ornaui te ornamento, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa collum tuũ. Et dedi inaurem ſuper os tuum, & circulos auribus tuis, & coronã decoris in capite tuo. Et ornata es auro & argento, & veſtita es byſſo, & polymito, & multis coloribus: ſimilam, & mel, & oleũ comediſti, & decora facta es vehemẽter nimis: & profeciſti in regnũ. Et egreſſum eſt nomen tuũ in gentes propter ſpeciem tuã: quia perfecta eras in decore meo quem poſuerã ſuper te, dicit Dominus Deus. Et habens fiduciã in pulchritudine tua fornicata es in nomine tuo: & expoſuiſti fornicationẽ tuã omni tranſeunti, vt eius fieres. Et ſumens de veſtimentis tuis, feciſti tibi excelſa hinc inde conſuta: & fornicata es ſuper eis, ſicut nõ eſt factum, neq; futurũ eſt. Et tuliſti vaſa decoris tui, de auro meo
C atq; argento meo, quæ dedi tibi: & feciſti tibi imagines maſculinas, & fornicata es in eis. Et ſumpſiſti veſtimenta tua multicoloria, & operuiſti illas: & oleum meũ, & thymiama meum poſuiſti coram eis. Et panem meũ quem dedi tibi, ſimilam & oleum & mel quibus enutriui te poſuiſti in cõſpectu eorum in odorem ſuauitatis, & factum eſt, ait Dominus Deus. Et tuliſti filios tuos & filias tuas quas generaſti mihi: & immolaſti eis ad deuorãdum. Nunquid parua eſt fornicatio tua? Immolaſti filios meos, & dediſti illos conſecrans eis. Et poſt omnes abominationes tuas, & fornicationes tuas, non es recordata dierũ adoleſcentiæ tuæ, quando eras nuda & confuſione plena, conculcata in ſanguine tuo. Et accidit poſt omnem malitiam tuam, Væ væ tibi: ait Dominus Deus. Et ædificaſti tibi lupanar, & feciſti tibi proſtibulũ in cunctis platéis. Ad omne caput viæ ædificaſti ſignum proſtitutionis tuæ: & abominabilem feciſti decorem tuũ: & diuiſiſti pedes tuos omni tranſ-
D eunti, & multiplicaſti omnes fornicationes tuas. Et fornicata es cũ filijs Aegypti vicinis tuis magnarum carnium: & multiplicaſti fornicationem tuam ad irritandũ me. Ecce ego extendam manũ meam ſuper te, & auferam ius tuum: & dabo te in animas odientiũ te filiarum Palæſthinarũ, quæ erubeſcunt in via tua ſcelerata. Et fornicata es in filijs Aſſyriorum, eò quòd necdum fueris expleta: & poſtquam fornicata es, nec ſic es ſatiata. Et multiplicaſti fornicationem tuã in terra Chanáan cũ Chaldæis: & nec ſic ſatiata es. In quo mundabo cor tuum, ait Dominus Deus: cũ facias omnia hæc opera mulieris meretricis & procacis? Quia fabricaſti lupanar tuum in capite omnis viæ, & excelſum tuũ feciſti in omni platéa: nec facta es quaſi meretrix faſtidio augens pretium, ſed quaſi mulier adultera quæ ſuper virũ ſuum inducit alienos. Omnibus meretricibus dantur mercedes: tu autem dediſti mercedes cunctis amatoribus tuis, & dona donabas eis vt intrarent ad te vndiq; ad fornicandum tecum. Factumq; eſt in te contra cõſuetudinem mulierum in fornicationibus tuis, & poſt te non erit fornicatio: in eò enim quòd dediſti mercedes, & mercedes nõ accepiſti, factum eſt in te contrariũ. Propterea meretrix audi verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus, Quia effuſum eſt æs tuum, & reuelata eſt ignominia tua in fornicationibus tuis ſuper amatores tuos, & ſuper omnia idóla abominationũ tuarũ in ſanguine filiorum tuorum quos dediſti eis: ecce ego congregabo omnes amatores tuos quibus commiſta es, & omnes
E quos dilexiſti cum vniuerſis quos oderas: & congregabo eos ſuper te vndiq;, & nudabo ignominiã tuam coram eis, & videbunt omnem turpitudinem tuam. Et iudicabo te iudicijs *Infra 23 b* adulterarum & effundentiũ ſanguinem: & dabo te in ſanguinem furoris & zeli. Et dabo te in manus eorũ, & deſtruent lupanar tuum, & demolientur proſtibulum tuum: & denudabunt te veſtimentis tuis, & auferent vaſa decoris tui: & derelinquent te nudam plenamq; ignominia. Et adducent ſuper te multitudinem, & lapidabunt te lapidibus, & trucidabũt te gladijs ſuis. Et comburent domos tuas igni, & faciẽt in te iu- *4. Reg. 25 d*
B dicia in oculis mulierum plurimarum: & deſines fornicari, & mercedes vltrà non dabis. Et requieſcet indignatio mea in te, & auferetur zelus meus à te, & quieſcam, nec iraſcar amplius. Eò quòd non fueris recordata dierum adoleſcentiæ tuæ, & prouocaſti me in omnibus his: quapropter & ego vias tuas in capite tuo dedi, ait Dominus Deus, & non feci iuxta ſcelera tua in omnibus abominationibus tuis. Ecce omnis qui dicit vulgò prouerbiũ, in te aſſumet illud, dicẽs, Sicut mater, ita & filia eius. Filia matris tuæ es tu, quæ proiecit virũ ſuum, & filios ſuos: & ſoror ſororũ tuarum es tu, quæ proiecerunt viros ſuos, & filios ſuos: mater veſtra Cethæa, & pater veſter Amor-
F rhæus. Et ſoror tua maior, Samaria, ipſa & filiæ eius quæ habitant ad ſiniſtram tuam: ſoror autem tua minor te, quæ habitat à dextris tuis, Sodoma & filiæ eius. Sed nec in vijs earum ambulaſti, neq; ſecundum ſcelera earũ feciſti pauxillum minus: penè ſceleratiora feciſti illis in omnibus vijs tuis. Viuo ego, dicit Dominus Deus: quia non fecit Sodoma ſoror tua ipſa, & filiæ eius, ſicut feciſti tu & filiæ tuæ. Ecce hæc fuit iniquitas Sodomæ ſororis tuæ, Superbia, ſaturitas panis, & abũ- *Cauſa abominationũ in quas incidérunt Sodomitæ.* dantia, & otium ipſius & filiarum eius: & manũ egeno & pauperi non porrigebant. Et eleuatæ ſunt, & fecerunt abomina- *Gene. 19 f*
tiones coram me: & abſtuli eas ſicut vidiſti. Et Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccauit: ſed viciſti eas ſceleribus tuis, & iuſtificaſti ſorores tuas in omnibus abominationibus tuis, quas operata es. Ergo & tu porta confuſionẽ tuã, quæ viciſti ſorores tuas peccatis tuis, ſceleratius agens ab eis:

iuſtificatæ

iuſtificatæ ſunt enim à te: ergo & tu confundere, & porta
ignominiam tuam, quæ iuſtificaſti ſorores tuas. Et cõuertam
reſtituens eas conuerſione Sodomorum cum filiabus ſuis, &
conuerſione Samariæ & filiarũ eius: & conuertã reuerſionem
tuam in medio earũ, vt portes ignominiã tuam, & cõfundaris
G in omnibus quæ feciſti, conſolans eas. Et ſoror tua Sodoma,
& filiæ eius reuertentur ad antiquitatem ſuam: & Samaria, &
filia eius reuertentur ad antiquitatem ſuam: & tu, & filiæ tuæ
reuertimini ad antiquitatem veſtrã. Non fuit autem Sodoma
ſoror tua audita in ore tuo, in die ſuperbiæ tuæ, antequã reue-
laretur malitia tua: ſicut hoc tempore in opprobriũ filiarũ Sy-
riæ, & cunctarũ in circuitu tuo filiarum Palæſthinarum, quæ
ambiunt te per gyrũ. Scelus tuum & ignominiã tuam tu por-
taſti, ait Dominus Deus. Quia hæc dicit Dominus Deus, Et
faciam tibi ſicut deſpexiſti iuramentũ, vt irritum faceres pa-
ctum: & recordabor ego pacti mei tecũ in diebus adoleſcẽtiæ
tuæ: & ſuſcitabo tibi pactum ſempiternũ. Et recordaberis via-
rum tuarũ, & confundéris: cum receperis ſorores tuas te ma-
iores cum minoribus tuis: & dabo eas tibi in filias, ſed non ex
pacto tuo. Et ſuſcitabo ego pactum meũ tecum: & ſcies quia
ego Dominus, vt recorderis & confundaris, & non ſit tibi vl-
trà aperire os præ confuſione tua, cum placatus tibi fuero in
omnibus quæ feciſti, ait Dominus Deus.

S. IOACHIM in Babylone captiuo Sedechias rex Ieruſalem cum urbe ſua capitur, & ſub figuris aduentus CHRISTI *prædicatur.*

CAPVT XVII.

A ET factus eſt ſermo Domini ad me dicẽs, Fili ho-
minis propone ænigma, & narra parabolã ad do-
mum Iſrael, & dices, Hæc dicit Dominus Deus,
Aquila grandis magnarũ alarũ, longo membro-
rum ductu, plena plumis & varietate venit ad Libanũ, & tu-
lit medullã cedri. Summitatẽ frondium eius auulſit: & tranſ-
portauit eam in terrã Chanaan, in vrbe negotiatorum poſuit
illam, & tulit de ſemine terræ, & poſuit illud in terra pro ſe-
mine: vt firmaret radicẽ ſuper aquas multas, in ſuperficie po-
B ſuit illud. Cumq; germinaſſet, creuit in vineã latiorem, humili
ſtatura, reſpiciẽtibus ramis eius ad eam: & radices eius ſub illa
erant. facta eſt ergo vinea, & fructificauit in palmites, & emi-
ſit propagines. Et facta eſt aquila altera grandis, magnis alis,
multisq; plumis: & ecce vinea iſta quaſi mittens radices ſuas
ad eã, palmites ſuos extendit ad illã, vt irrigaret eam de areo-
lis germinis ſui. Quæ in terra bona ſuper aquas multas plan-
tata eſt: vt faciat frondes, & portet fructũ, vt ſit in vineã gran-
C dem. Dic, Hæc dicit Dominus Deus, Ergóne proſperabitur?
nónne radices eius euellet, & fructus eius diſtringet, & ſicca-
bit omnes palmites germinis eius, & areſcet: & nõ in brachio
grandi, neq; in populo multo, vt euelleret eã radicitus? Ecce
plantata eſt: ergóne proſperabitur? nónne cũ tetigerit eã ven-
tus vrens ſiccabitur, & in areis germinis ſui areſcet? Et factum
D eſt verbũ Domini ad me, dicens, Dic ad domũ exaſperãtem,
Neſcitis quid iſta ſignificent? Dic, Ecce, veniet rex Babylonis
in Ieruſalem: & aſſumet regẽ, & principes eius, & adducet eos
ad ſemetipſum in Babylonem. Et tollet de ſemine regni, fe-
rietq; cũ eo fœdus, & ab eo accipiet iuſiurandũ. ſed & fortes
terræ tollet: vt ſit regnũ humile, & nõ eleuetur, ſed cuſtodiat
pactũ eius, & ſeruet illud. Qui recedẽs ab eo, miſit nuntios ad
E Aegyptũ, vt daret ſibi equos & populũ multũ. Nũquid pro-
ſperabitur, vel cõſequetur ſalutẽ, qui fecit hæc? & qui diſſol-
uit pactũ, nunquid effugiet? Viuo ego, dicit Dominus Deus,
quoniã in loco regis qui cõſtituit eum regem, cuius fecit irri-
tum iuramentũ, & ſoluit pactũ quod habebat cum eo, in me-
dio Babylonis morietur. Et non in exercitu grãdi, neq; in po-
pulo multo faciet contra eũ Pharao præliũ: in iactu aggeris,
& in extructione vallorũ, vt interficiat animas multas. Spre-
uerat enim iuramentũ, vt ſolueret fœdus, & ecce dedit manũ
ſuam, & cum omnia hæc fecerit, non effugiet. Propterea hæc
F dicit Dominus Deus, Viuo ego, quoniam iuramẽtum quod
ſpreuit, & fœdus quod præuaricatus eſt, ponã in caput eius.
Et expandam ſuper eum rete meum, & comprehendetur in
ſagena mea: & adducam eum in Babylonem, & iudicabo eum *Supra 12 d*
ibi in præuaricatione qua deſpexit me. Et omnes profugi *Infra 32 a*
eius cum vniuerſo agmine ſuo gladio cadent: reſidui autem in
omnem ventũ diſpergentur: & ſcietis quia ego Dominus lo-
G cutus ſum. Hæc dicit Dominus Deus. Et ſumam ego de me-
dulla cedri ſublimis, & ponam: de vertice ramorum eius tene- Prophetia
rum diſtringam, & plantabo ſuper mõtem excelſum & emi- de CHRI-
nentem. In monte ſublimi Iſrael plantabo illud, & erumpet STO.
in germen, & faciet fructũ, & erit in cedrum magnam: & habi
tabunt ſub eo omnes volucres, & vniuerſum volatile ſub vm-
bra frondium eius nidificabit. Et ſcient omnia ligna regionis
quia ego Dominus humiliaui lignum ſublime, & exaltaui li-
gnum humile: & ſiccaui lignum viride, & frondere feci lignũ
aridum. Ego Dominus locutus ſum & feci.

S. VNVSQVISQVAE onus ſuum portabit, neq; enim filius pro patre, neq; pater pro filio in peccatis reſpondebit: ſed ubi quis inuenietur, ibi iudicabitur. CAPVT XVIII.

A ET factus eſt ſermo Domini ad me dicens, Quid *Ierem. 31 e*
eſt quod inter vos parabolam vertitis in prouer-
bium iſtud in terra Iſrael? dicentes, Patres come-
derunt vuam acerbã, & dentes filiorũ obſtupue-
runt. Viuo ego dicit Dominus Deus, ſi erit vltrà vobis para-
bola hæc in prouerbium in Iſrael. Ecce omnes animæ, meæ
B ſunt: vt anima patris, ita & anima filij, mea eſt: anima quæ pec-
cauerit, ipſa morietur. Et vir ſi fuerit iuſtus, & fecerit iudiciũ
& iuſtitiam: in montibus non comederit, & oculos ſuos non
leuauerit ad idôla domus Iſrael: & vxorem proximi ſui non
violauerit, & ad mulierem menſtruatã nõ acceſſerit, & homi- *Eſa. 58 b*
nem nõ cõtriſtauerit, pignus debitori reddiderit, per vim ni- *Mat. 25 c*
hil rapuerit, panem ſuũ eſuriẽti dederit, & nudũ operuerit ve-
ſtimento: ad vſurã non commodauerit & amplius nõ accepe-
rit, ab iniquitate auerterit manũ ſuam, & iudiciũ verũ fecerit
C inter virum & virum: & in præceptis meis ambulauerit, &
iudicia mea cuſtodierit, vt faciat veritatem: hic iuſtus eſt, vita
viuet, ait Dominus Deus. Quòd ſi genuerit filiũ latronẽ effun
dentem ſanguinẽ, & fecerit vnũ de iſtis: & hæc quidẽ omnia
non facientẽ, ſed in montibus comedentẽ, & vxorẽ proximi
ſui polluentẽ: egenũ & pauperem contriſtantẽ, rapientẽ ra-
pinas, pignus non reddentẽ, & ad idôla leuãtem oculos ſuos,
D abominationem facientẽ, ad vſuram dantem & amplius acci-
pientem: nunquid viuet? Non viuet: cũ vniuerſa hæc deteſtan
da fecerit, morte morietur, ſanguis eius in ipſo erit. Quòd ſi
genuerit filiũ, qui videns omnia peccata patris ſui quæ fecit,
timuerit & nõ fecerit ſimile eis: ſuper montes nõ comederit,
& oculos ſuos nõ leuauerit ad idôla domus Iſrael, & vxorem
proximi ſui nõ violauerit, & virũ non contriſtauerit, pignus
non retinuerit, & rapinã non rapuerit, panem ſuum eſurienti
dederit, & nudum operuerit veſtimento: à pauperis iniuria
auerterit manũ ſuã, vſurã & ſuperabundantiã non acceperit,
& iudicia mea fecerit, & in præceptis meis ambulauerit: hic
E non morietur in iniquitate patris ſui, ſed vita viuet. Pater eius
quia calumniatus eſt, & vim fecit fratri, & malũ operatus eſt
in medio populi ſui: ecce mortuus eſt in iniquitate ſua. Et di-
citis, Quare non portabit filius iniquitatem patris? Videlicet,
quia filius iudiciũ & iuſtitiam operatus eſt, omnia præcepta
mea cuſtodiuit, & fecit illa, viuet vita. Anima quæ peccauerit, *Deut. 14 c*
ipſa morietur: filius non portabit iniquitatem patris, & pater *4. Reg. 4 b*
non portabit iniquitatem filij: iuſtitia iuſti ſuper eum erit, & *2. Par. 25 b*
impietas impij erit ſuper eum. Si autem impius egerit pœni-
tentiam ab omnibus peccatis ſuis quæ operatus eſt, & cuſto-
dierit omnia præcepta mea, & fecerit iudicium & iuſtitiam:
vita viuet, & non morietur. Omnium iniquitatum eius quas
operatus eſt, non recordabor: in iuſtitia ſua, quam operatus

Psal.29 d est, viuet. Nunquid voluntatis meæ est mors impij, dicit Dominus Deus, & non vt conuertatur à vijs suis, & viuat? Si
Infra 33 c F autem auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatē secundum omnes abominationes, quas operari solet impius, nunquid viuet? Omnes iustitiæ eius quas fecerat, nō recordabuntur: in præuaricatione qua præuaricatus est, & in peccato
Infra 33 d suo quod peccauit, in ipsis morietur. Et dixistis, Nō est æqua via Domini. Audite ergo domus Israel, Nunquid via mea nō est æqua, & non magis viæ vestræ prauæ sunt? Cū enim auerterit se iustus à iustitia sua, & fecerit iniquitatem, morietur in
G eis: in iniustitia quā operatus est, morietur. Et cū auerterit se impius ab impietate sua quam operatus est, & fecerit iudiciū & iustitiam: ipse animam suam viuificabit. Considerās enim, & auertēs se ab omnibus iniquitatibus suis quas operatus est: vita viuet & non morietur. Et dicūt filij Israel, Non est æqua via Domini. Nūquid viæ meæ non sunt æquæ domus Israel, & non magis viæ vestræ prauæ? Idcirco vnumquenq; iuxta vias suas iudicabo domus Israel, ait Dominus Deus. Conuertemini, & agite pœnitentiam ab omnibus iniquitatibus ve-
Matth. 3 stris: & non erit vobis in ruinam iniquitas. Proijcite à vobis
Benignitas Dei in peccatores. omnes præuaricationes vestras in quibus præuaricati estis, & facite vobis cor nouum, & spiritum nouum: & quare moriemini domus Israel?
Infra 33 c Quia nolo mortem morientis, dicit Dominus Deus: reuertemini, & viuite.

S. IOACHIM, *Ioachaz, & Ieconia captiui leonibus comparantur, cæteri uerò rege carentes uagantur undiq;.*

CAPVT XIX.

A ET tu fili hominis assume planctum super principes Israel, & dices, Quare mater tua leæna inter leones cubauit? in medio leunculorum enutriuit catulos suos? Et eduxit vnū de leunculis suis, leo factus est: & didicit capere prædā, hominemq; comedere. Et audierunt de eo gentes, & non absq; vulneribus suis ceperunt eum: & adduxerunt eū in catenis in terrā Aegypti. Quæ cū vi-
B disset quoniā infirmata est, & perijt expectatio eius: tulit vnū de leunculis suis, leonē constituit eū. Qui incedebat inter leones, & factus est leo: & didicit prædā capere, & homines deuorare. Didicit viduas facere, & ciuitates earū in desertum adducere: & desolata est terra & plenitudo eius à voce rugitus illius. Et conuenerūt aduersus eū gentes vndiq; de prouincijs,
C & expāderunt super eū rete suum, in vulneribus earū captus est. Et miserunt eum in caueā, in catenis adduxerunt eū ad regem Babylonis: miseruntq; eum in carcerē, ne audiretur vox eius vltrà super mōtes Israel. Mater tua quasi vinea in sanguine tuo super aquam plantata est: fructus eius, & frondes eius creuerunt ex aquis multis. Et factæ sunt ei virgæ solidæ in sceptra dominantiū, & exaltata est statura eius inter frōdes: &
D vidit altitudinē suam in multitudine palmitū suorū. Et euulsa est in ira, in terramq; proiecta: & ventus vrens siccauit fructum eius: marcuerunt, & arefactæ sunt virgæ roboris eius,
Osee 13 d ignis comēdit eam. Et nunc transplantata est in desertum, in terra inuia, & sitienti. Et egressus est ignis de virga ramorum eius, qui fructum eius comēdit: & non fuit in ea virga fortis, sceptrum dominantium. Planctus est, & erit in planctum.

S. BENEFICIA *eductionis Aegyptiacæ ingratis Iudæis imperantur propter eorum blasphemias & scelera, unde illorū sacrificia & legem reprobat.* CAPVT XX.

A ET factum est in anno septimo, in quinto, in decima mensis: venerunt viri de senioribus Israel, vt interrogarent Dominū, & sederūt coram me. Et factus est sermo Domini ad me, dicēs, Fili hominis loquere senioribus Israel, & dices ad eos: Hæc dicit Dominus Deus, Nunquid ad interrogandū me, vos venistis? Viuo ego quia nō respondebo vobis, ait Dominus Deus. Si iudicas eos, si iudicas fili hominis? abominationes patrū eorum ostende eis. Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, In die qua elegi Israel, & leuaui manū meā pro stirpe domus Iacob: & apparui eis in terra Aegypti, & leuaui manū meā pro eis, dicens, Ego Dominus Deus vester: in die illa leuaui manum meam pro eis, vt educerem eos de terra Aegypti, in terrā quā prouideram eis, fluentem lacte & melle, quæ est egregia inter omnes terras. Et dixi ad eos, Vnusquisq; offensiones oculorū
B suorum abijciat, & in idōlis Aegypti nolite pollui: ego Dominus Deus vester. Et irritauerūt me, noluerunt q; me audire: vnusquisq; abominationes oculorum suorū non proiecit, nec idōla Aegypti reliquerunt: & dixi vt effunderem indignationem meā super eos, & implerem iram meam in eis, in medio terræ Aegypti. Et feci propter nomen meū, vt non violaretur corā gentibus, in quarū medio erant, & inter quas apparui eis, vt educerem eos de terra Aegypti. Eieci ergo eos de terra Aegypti, & eduxi eos in desertum. Et dedi eis præcepta mea, Leuit. 18 d
& iudicia mea ostendi eis, quæ faciens homo viuet in eis. In- Rom. 10 d
super & sabbatha mea dedi eis, vt essent signū inter me & eos: Exo. 20 b
& scirent quia ego Dominus sanctificans eos. Et irritauerunt 31 c
me domus Israel in deserto, in præceptis meis nō ambulaue- Deut. 5 b
runt: & iudicia mea proiecerunt, quæ faciens homo viuet in eis: & sabbatha mea violauerūt vehemēter. dixi ergo vt effun- Exo. 16 f
C derem furorem meū super eos in deserto, & cōsumerem eos. Et feci propter nomen meū, ne violaretur coram gentibus: de quibus eieci eos in conspectu earū. Ego igitur leuaui manum meam super eos in deserto, ne inducerem eos in terram quam dedi eis fluētem lacte & melle, præcipuam terrarū omnium: quia iudicia mea proiecerūt, & in præceptis meis non ambulauerunt, & sabbatha mea violauerūt: post idōla enim cor eorum gradiebatur. Et pepercit oculus meus super eos, vt non interficerem eos: nec consumpsi eos in deserto. Dixi autem ad filios eorū in solitudine, In præceptis patrū vestrorum no lite incedere, nec iudicia eorū custodiatis, nec in idōlis eorum polluamini. Ego Dominus Deus vester, in præceptis meis ambulate, & iudicia mea custodite, & facite ea. Et sabbatha mea sanctificate, vt sint signū inter me & vos: & sciatur quia ego sum Dominus Deus vester. Et exacerbauerūt me filij, & in præceptis meis non ambulauerūt: & iudicia mea nō custodierunt, vt facerent ea: quæ cum fecerit homo, viuet in eis: &
D sabbatha mea violauerūt. & comminatus sum vt effunderem furorem meū super eos, & implerem iram meā in eis in deserto. Auerti autē manum meā, & feci propter nomen meum vt non violaretur coram gentibus, de quibus eieci eos in oculis earum. Iterū leuaui manū meam in eos in solitudine, vt dispergerem illos in nationes, & ventilarem in terras: eò quòd iudicia mea non fecissent, & præcepta mea reprobassent, & sabbatha mea violassent, & post idōla patrum suorū fuissent oculi eorum. Ergo & ego dedi eis præcepta non bona, & iudicia in quibus non viuent: & pollui eos in muneribus suis cū offerrent omne quod aperit vuluā, propter delicta sua: & scient quia ego Dominus. Quam ob rem loquere ad domum Israel
E fili hominis: & dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Adhuc & in hoc blasphemauerūt me patres vestri, cum sprevissent me contemnētes: & induxissem eos in terrā super quam leuaui manū meam vt darem eis: viderunt omnem collem excelsum, & omne lignum nemorosum, & immolauerūt ibi victimas suas: & dederunt ibi irritationē oblationis suæ, & posuerunt ibi odorē suauitatis suæ, & libauerūt libationes suas. Et dixi ad eos, Quid est excelsum ad quod vos ingredimini? Et vocatū est nomen eius Excelsum, vsq; ad hanc diem. Propterea dic ad domum Israel, Hæc dicit Dominus Deus, Certe in via patrum vestrorum vos polluimini, & post offendicula eorum vos fornicamini. Et in oblatione donorū vestrorum cum traducitis filios vestros per ignem, vos polluimini in omnibus idōlis vestris vsq; hodie: & ego respondebo vobis domus Israel? Viuo ego dicit Dominus Deus, quia nō respondebo vobis, Neq; cogitatio mentis vestræ fiet, dicentium,

tium, Erimus ſicut gentes, & ſicut cognationes terræ, vt colamus ligna & lapides. Viuo ego dicit Dominus Deus: quoniam in manu forti, & in brachio extento, & in furore effuſo
F regnabo ſuper vos. Et educã vos de populis: & congregabo vos de terris in quibus diſperſi eſtis: in manu valida & in brachio extento, & in furore effuſo regnabo ſuper vos. Et adducam vos in deſertum populorũ, & iudicabor vobiſcum ibi facie ad faciem. Sicut iudicio contendi aduerſum patres veſtros in deſerto terræ Aegypti: ſic iudicabo vos, dicit Dominus Deus. Et ſubijciam vos ſceptro meo, & inducã vos in vinculis fœderis. Et eligam de vobis tranſgreſſores & impios, & de terra incolatus eorum educam eos, & in terram Iſrael non ingrediẽtur: & ſcietis quia ego Dominus. Et vos domus Iſrael, hæc dicit Dominus Deus, Singuli poſt idôla veſtra ambulate & ſeruite eis. Quòd ſi & in hoc nõ audieritis me, & nomen meum ſanctũ pollueritis vltrà in muneribus veſtris & in idôlis veſtris: in monte ſancto meo, in monte excelſo Iſrael, ait Dominus Deus, ibi ſeruiet mihi omnis domus Iſrael, omnes inquam in terra in qua placebunt mihi: & ibi quæram primitias veſtras, & initium decimarum veſtrarum in omnibus ſanctificationibus veſtris. In odorem ſuauitatis ſuſcipiam vos cũ eduxero vos de populis, & cõgregauero vos de terris in quas
G diſperſi eſtis: & ſanctificabor in vobis in oculis nationum. Et ſcietis quia ego Dominus, cũ induxero vos ad terram Iſrael, in terram pro qua leuaui manũ meam vt darem eam patribus veſtris. Et recordabimini ibi viarũ veſtrarum, & omniũ ſcelerum veſtrorũ, quibus polluti eſtis in eis: & diſplicebitis vobis in conſpectu veſtro in omnibus malitijs veſtris quas feciſtis. Et ſcietis quia ego Dominus, cum benefecero vobis propter nomen meum, & non ſecundũ vias veſtras malas, neq; ſecundum ſcelera veſtra peſsima domus Iſrael, ait Dominus Deus. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, pone faciem tuam contra viam Auſtri, & ſtilla ad Aphricũ, & propheta ad ſaltũ agri meridiani. Et dices ſaltui meridiano, Audi verbum Domini: hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ſuccendam in te ignem, & comburam in te omne lignum viride, & omne lignum aridum: non extinguetur flamma ſuccenſionis: & comburetur in ea omnis facies ab Auſtro vſq; ad Aquilonem. Et videbit vniuerſa caro quia ego Dominus ſuccendi eã, nec extinguetur. Et dixi, A, a, a, Domine Deus: ipſi dicunt de me, Nunquid non per parabolas loquitur iſte?

S. MINATVR *Dominus Iſraẽli & Ammonitis gladium duplicatum, ſed & triplicatum.* CAPVT XXI.

A ET factus eſt ſermo Domini ad me dicens, Fili hominis, pone faciem tuam ad Ieruſalem, & ſtilla ad ſanctuaria, & propheta contra humũ Iſrael. Et dices terræ Iſrael, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te, & eijciam gladiũ meum de vagina ſua, & occidam in te iuſtum & impiũ. Pro eo autem quòd occîdi in te iuſtum & impium, idcirco egredietur gladius meus de vagina ſua ad
B omnem carnem ab Auſtro vſq; ad Aquilonem: vt ſciat omnis caro quia ego Dominus eduxi gladium meum de vagina ſua irreuocabilẽ. Et tu fili hominis ingemiſce in contritione lumborum, & in amaritudinibus ingemiſce coram eis. Cumq; dixerint ad te, Quare tu gemis? dices, Pro auditu, quia venit, & tabeſcet omne cor, & diſſoluentur vniuerſæ manus, & infirmabitur omnis ſpiritus, & per cuncta genua fluent aquæ: ecce venit & fiet, ait Dominus Deus. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, propheta, & dices, Hæc dicit Dominus Deus, Loquere, Gladius gladius exacutus eſt, & limatus. Vt cædat victimas, exacutus eſt: vt ſplendeat, limatus eſt: qui moues ſceptrũ filij mei, ſuccidiſti omne lignum. Et dedi
C eum ad læuigandum, vt teneatur manu: iſte exacutus eſt gladius, & iſte limatus eſt, vt ſit in manu interficientis. Clama & vlula fili hominis, quia hic factus eſt in populo meo, hic in cunctis ducibus Iſrael qui fugerant: gladio traditi ſunt cũ populo meo, idcirco plaude ſuper femur. quia probatus eſt, & hoc cum ſceptrũ ſubuerterit, & nõ erit, dicit Dominus Deus. Tu ergo fili hominis propheta, & percute manu ad manũ, & duplicetur gladius, ac triplicetur gladius interfectorũ: hic eſt
D gladius occiſionis magnæ, qui obſtupeſcere eos facit, & corde tabeſcere, & multiplicat ruinas. In omnibus portis eorum dedi conturbationem gladij acuti & limati ad fulgendũ, amicti ad cædem. Exacuere, vade ad dexteram ſiue ad ſiniſtram, quocunq; faciei tuæ eſt appetitus. Quin & ego plaudã manu ad manũ, & implebo indignationem meam: ego Dominus locutus ſum. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Et tu fili hominis pone tibi duas vias, vt veniat gladius regis Babylonis: de terra vna egredientur ambo. Et manu capiet coniecturam, in capite viæ ciuitatis conijciet. Viã pones, vt veniat gla-
E dius ad Rabbath filiorũ Ammon, & ad Iudam in Ieruſalem munitiſsimam. Stetit enim rex Babylonis in biuio, in capite duarum viarũ, diuinationem quærens, cõmiſcens ſagittas: interrogauit idôla, exta conſuluit: ad dexterã eius facta eſt diuinatio ſuper Ieruſalẽ, vt ponat arietes, vt aperiat os in cæde, vt eleuet vocem in vlulatu, vt ponat arietes cõtra portas, vt comportet aggerem, vt ædificet munitiones. Eritq; quaſi cõſulens fruſtra oraculũ in oculis eorum, & ſabbathorũ otium imitãs: ipſe autem recordabitur iniquitatis ad capiendũ. Idcirco hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd recordati eſtis iniquitatis
F veſtræ, & reuelaſtis præuaricationes veſtras, & apparuerunt peccata veſtra in omnibus cogitationibus veſtris: pro eo inquam quòd recordati eſtis, manu capiemini. Tu autẽ propha ne impie dux Iſrael, cuius venit dies in tempore iniquitatis præfinita: hæc dicit Dominus Deus, Aufer cidarim, tolle coronam: nónne hæc eſt quæ humilem ſubleuauit: & ſublimem humiliauit? Iniquitatẽ, iniquitatem, iniquitatẽ, ponam eam: & hoc non factum eſt, donec veniret cuius eſt iudicium, & tradam ei. Et tu fili hominis, propheta, & dic, Hæc dicit Domi-
G nus Deus ad filios Ammon, & ad opprobrium eorum: & dices, Mucro, mucro euagina te ad occidẽdum, lima te vt interficias, & fulgeas. Cum tibi viderentur vana, & diuinarentur mendacia, vt dareris ſuper colla vulneratorum impiorũ, quorum veniet dies in tempore iniquitatis præfinita. Reuertere ad vaginam tuam in locum in quo creatus es: in terra natiuitatis tuæ iudicabo te, & effundam ſuper te indignationem meam: in igne furoris mei ſufflabo in te, daboq; te in manus hominum inſipientium & fabricantium interitum. Igni eris cibus: ſanguis tuus erit in medio terræ: obliuioni tradêris: quia ego Dominus locutus ſum.

S. ABOMINATIONES *& ſcelera Ieroſolymis perpetrata in ſanguinis effuſione, parentum inhonoratione, & ſanctuarij à ſacerdotibus pollutione.* CAPVT XXII.

A ET factum eſt verbum Domini ad me, dicens, Et tu fili hominis, nónne iudicas ciuitatem ſanguinum, & oſtendis ei omnes abominationes ſuas? Et dices, Hęc dicit Dominus Deus, Ciuitas effundens ſanguinem in medio ſui, vt veniat tempus eius: & quæ fecit idôla contra ſemetipſam, vt pollueretur. In ſanguine tuo qui à te effuſus eſt, deliquiſti: & in idôlis tuis quæ feciſti, polluta es: & appropinquare feciſti dies tuos, & adduxiſti tẽpus
B annorum tuorũ: propterea dedi te opprobrium gentibus, & irriſionem vniuerſis terris. Quæ iuxta ſunt & quæ procul à te, triumphabunt de te: ſordida, nobilis, grandis interitu. Ecce principes Iſrael ſinguli in brachio ſuo fuerunt in te, ad effundendum ſanguinem. Patrem & matrẽ contumelijs affecerunt in te, aduenam calumniati ſunt in medio tui, pupillum & viduam contriſtauerunt apud te: Sanctuaria mea ſpreuiſtis, & ſabbatha mea polluiſtis. Viri detractores fuerũt in te ad effundendum ſanguinem, & ſuper montes comederũt in te, ſcelus operati ſunt in medio tui. Verecũdiora patris diſcooperuerũt in te, immunditiam menſtruatæ humiliauerũt in te. Et vnuſ- *Ierem. 5 c*

C quisq; in vxorem proximi sui operatus est abominationem, & socer nurũ suam polluit nefariè, frater sororem suam filiam patris sui oppressit in te. Munera acceperũt apud te ad effundendum sanguinem: vsuram & superabundantiam accepisti, & auarè proximos tuos calumniabaris: meiq; oblita es, ait Dominus Deus. Ecce complosi manus meas super auaritiã tuam quam fecisti, & super sanguinem qui effusus est in medio tui. Nunquid sustinebit cor tuũ, aut prævalebunt manus tuæ, in diebus quos ego faciam tibi? ego Dominus locutus sum, &
D faciam. Et dispergã te in nationes, & ventilabo te in terras, & deficere faciam immunditiã tuam à te. Et possidebo te in conspectu gentiũ: & scies quia ego Dominus. Et factum est verbum Domini ad me, dicẽs, Fili hominis, versa est mihi domus Israel in scoriam: omnes isti æs, & stannũ, & ferrum, & plumbum, in medio fornacis, scoria argenti facti sunt. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Eo quòd versi estis omnes in scoriam, propterea ecce ego cõgregabo vos in medio Ierusalem congregatione argenti, & æris, & stanni, & ferri, & plumbi in medio fornacis: vt succendam in ea ignem ad conflandum. sic congregabo in furore meo & in ira mea, & requiescã. Et con-
E flabo vos, & congregabo vos, & succendam vos in igne furoris mei, & conflabimini in medio eius. Vt cõflatur argentum in medio fornacis, sic eritis in medio eius: & scietis quia ego Dominus, cùm effuderim indignationem meam super vos. Et factus est sermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, dic ei, Tu es terra immunda, & nõ compluta in die furoris. Coniuratio prophetarũ in medio eius. Sicut leo rugiens rapiensq;
F prædam, animas deuorauerũt, opes & pretium acceperunt, viduas eius multiplicauerunt in medio illius. Sacerdotes eius contempserunt legem meam, & polluerunt sanctuaria mea: inter sanctum & prophanũ non habuerũt distantiam: & inter pollutum & mundum non intellexerunt: & à sabbathis meis auerterunt oculos suos, & coinquinabar in medio eorũ. Prin-
Principum tyrannis. cipes eius in medio illius quasi lupi rapientes prædã: ad effun-
Mich. 3 d dendum sanguinem, & ad perdendas animas, & auarè sectan-
Sopho. 3 d da lucra. Prophetæ autem eius liniebant eos absq; tempera-
G mento videntes vana, & diuinantes eis mendacium, dicentes, Hæc dicit Dominus Deus: cũ Dominus non sit locutus. Populi terræ calumniabantur calumniam, & rapiebant violenter egenum, & pauperem affligebant, & aduenam opprimebant calumnia absq; iudicio. Et quæsiui de eis virum qui interponeret sepem, & staret oppositus contra me pro terra, ne dissiparem eam: & non inueni. Et effudi super eos indignationem meam, & in igne iræ meæ consumpsi eos: viam eorum in caput eorum reddidi, ait Dominus Deus.

S. DOMVS *Israël duabus meretricibus comparatur, propter quarum immunditias ultio diuina paratur.*

CAPVT XXIII.

A ET factus est sermo Domini ad me, dicẽs, Fili hominis, duæ mulieres filiæ matris vnius fuerũt. Et fornicatæ sunt in Aegypto, in adolescẽtia sua fornicatæ sunt: ibi subacta sunt vbera earũ, & fractæ sunt mammæ pubertatis earum. Nomina autem earũ Oolla maior: & Ooliba soror eius minor: & habui eas, & pepererũt filios, & filias. Porrò earũ nomina, Samaria Oolla, & Ierusalem Ooliba. Fornicata est igitur super me Oolla, & insaniuit in amatores suos, in Assyrios propinquantes, vestitos hyacintho, principes & magistratus, iuuenes cupidinis vniuersos,
B equites, ascensores equorũ. Et dedit fornicationes suas super eos electos filios Assyriorũ vniuersos: & in omnibus in quos insaniuit, in immunditijs eorũ polluta est. Insuper & fornicationes suas quas habuerat in Aegypto, nõ reliquit: nam & illi dormierunt cũ ea in adolescentia eius, & illi confregerunt hubera pubertatis eius, & effuderunt fornicationem suam super eam. Propterea tradidi eam in manus amatorum suorum, in manus filiorum Assur, super quorum insaniuit libidine. Ipsi discooperuerunt ignominiã eius, filios & filias eius tulerũt, & ipsam occiderũt gladio: & factæ sunt famosæ mulieres, & iudicia perpetrauerũt in ea. Quod cũ vidisset soror eius Ooliba, plus quàm illa insaniuit libidine: & fornicationem suã super fornicationem sororis suæ ad filios Assyriorũ præbuit impudenter, ducibus & magistratibus ad se veniẽtibus indutis ve-
C ste varia, equitibus qui vectabantur equis, & adolescentibus forma cunctis egregia. Et vidi quòd polluta esset via vna ambarum. Et auxit fornicationes suas: cumq; vidisset viros depictos in pariete, imagines Chaldæorum expressas coloribus, & accinctos balteis renes, & tiaras tinctas in capitibus eorũ, formam ducum omniũ, similitudinem filiorum Babylonis, terræq; Chaldæorum in qua orti sunt: insaniuit super eos concupiscentia oculorũ suorum, & misit nuntios ad eos in Chaldæam. Cumq; venissent ad eã filij Babylonis ad cubile mammarum, polluerunt eam stupris suis, & polluta est ab eis, & saturata est anima eius ab illis. Denudauit quoq; fornicationes suas, & discooperuit ignominiam suam: & recessit anima mea ab ea, sicut recesserat anima mea à sorore eius. Multiplicauit enim fornicationes suas, recordãs dies adolescentiæ suæ, quibus fornicata est in terra Aegypti. Et insaniuit libidine super concubitũ eorum, quorũ carnes sunt vt carnes asinorũ: &
D sicut fluxus equorũ fluxus eorũ. Et visitasti scelus adolescentiæ tuæ, quando subacta sunt in Aegypto hubera tua, & confractæ sunt mammæ pubertatis tuæ. Propterea Ooliba, hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego suscitabo omnes amatores tuos contra te, de quibus satiata est anima tua: & congregabo eos aduersum te in circuitu, filios Babylonis, & vniuersos Chaldæos, nobiles, tyrãnosq; & principes omnes filios Assyriorum, iuuenes forma egregia, duces & magistratus vniuersos, principes principũ, & nominatos ascensores equorũ. Et venient super te instructi curru & rota multitudo populorũ: lorica & clypeo & galea armabuntur contra te vndiq;: & dabo coram eis iudicium, & iudicabunt te iudicijs suis. Et ponã zelum meum in te, quem excercent tecum in furore: nasum tuum & aures tuas præcident: & quæ remãserint, gladio cõcident: ipsi filios tuos & filias tuas capient, & nouissimum tuum deuorabitur igni. Et denudabunt te vestimentis tuis, &
E tollent vasa gloriæ tuæ. Et requiescere faciam scelus tuũ de te, & fornicationem tuam de terra Aegypti: nec leuabis oculos tuos ad eos, & Aegypti non recordaberis amplius. Quia hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego tradam te in manus eorũ quos odisti, in manus de quibus satiata est anima tua, & agent tecũ in odio: & tollent omnes labores tuos, & dimittent te nudam & ignominia plenam, & reuelabitur ignominia fornicationũ tuarum, scelus tuũ & fornicationes tuæ. Fecerũt hæc tibi quia fornicata es post gentes, inter quas polluta es in idôlis earum. In via sororis tuæ ambulasti: & dabo calicẽ eius in manu tua. Hæc dicit Dominus Deus, Calicem sororis tuæ bibes profundum & latũ: eris in derisum & in subsannationem quæ est capacissima. Ebrietate & dolore repleberis: calice mœroris & tristitiæ, calice sororis tuæ Samariæ. Et bibes illũ, & potabis vsq; ad fæces, & fragmenta eius deuorabis, & hubera tua lacerabis: quia ego locutus sum, ait Dominus Deus. Propterea
F hæc dicit Dominus Deus, Quia oblita es mei, & proiecisti me post corpus tuũ, tu quoq; porta scelus tuũ, & fornicationes tuas. Et ait Dominus ad me, dicens, Fili hominis, nunquid iudicas Oollam & Oolibã, & annuntias eis scelera earũ? quia adulteratæ sunt, & sanguis in manibus earũ, & cum idôlis suis fornicatæ sunt: insuper & filios suos quos genuerũt mihi, obtulerunt eis ad deuorandum. Sed & hoc fecerũt mihi, Polluerunt sanctuariũ meũ in die illa, & sabbatha mea prophanauerunt. Cumq; immolarent filios suos idôlis suis, & ingrederentur sanctuariũ meum in die illa vt polluerent illud: etiam hæc fecerunt in medio domus meæ. Miserunt ad viros venientes délonge, ad quos nuntiũ miserant, itaq; ecce venerunt: quibus

te lauisti,

Supra 16 c

te lauisti,& circũliniſti ſtibio oculos tuos, & ornata es mundo muliebri. Sediſti in lecto pulcherrimo, & mẽſa ornata eſt ante te: thymiama meum,& vnguentũ meum poſuiſti ſuper eam. Et vox multitudinis exultantis erat in ea: & in viris qui de multitudine hominũ adducebantur & veniebant de deſerto, poſuerunt armillas in manibus eorum,& coronas ſpecioſas in capitibus eorum. Et dixi ei quæ attrita eſt in adulterijs,
G Nunc fornicabitur in fornicatione ſua etiam hæc. Et ingreſſi ſunt ad eam, quaſi ad mulierem meretricem: ſic ingrediebantur ad Oollam & ad Oolibam mulieres nefarias. Viri ergo iuſti ſunt: hi iudicabunt eas iudicio adulterarum, & iudicio effundentium ſanguinem: qui adulteræ ſunt,& ſanguis in manibus earum,& cum idôlis ſuis fornicatæ ſunt. Hæc enim dicit Dominus Deus, Adduc ad eas multitudinem, & trade eas in tumultũ & in rapinã: & lapidentur lapidibus populorum, & cõfodiantur gladijs eorum: filios & filias earũ interficient, & domus earum igne ſuccendent. Et auferam ſcelus de terra, & diſcent omnes mulieres ne faciant ſecundum ſcelus earum. Et dabunt ſcelus veſtrum ſuper vos,& peccata idôlorum veſtrorum portabitis: & ſcietis quia ego Dominus Deus.

S. EX parabola ollæ oſſibus plenæ & igni admotæ, Ieruſalẽ incendium & populi exitium deſignatur. CAPVT XXIIII.

A ET factum eſt verbũ Domini ad me in anno nono, in menſe decimo, decima menſis, dicens, Fili hominis, ſcribe tibi nomen diei huius, in qua confirmatus eſt rex Babylonis aduerſum Ieruſalem hodie. Et dices per prouerbiũ ad domũ irritatricẽ parabolam, & loquêris ad eos. Hæc dicit Dominus Deus, Pone ollam: pone inquã,& mitte in eam aquã. Cõgere fruſta eius in eam,
B omnem partẽ bonam,& femur & armũ, electa & oſſibus plena. Pinguiſſimũ pecus aſſume, cõpone quoq; ſtrues oſſium ſub ea: efferbuit coctio eius,& diſcocta ſunt oſſa illius in medio eius. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Væ ciuitati
Nam 3 c ſanguinũ, ollæ cuius rubigo in ea eſt,& rubigo eius nõ exiuit
Ebr. 2 c de ea: per partes & per partes ſuas eijce eam, nõ cecidit ſuper eam ſors. Sanguis enim eius in medio eius eſt, ſuper limpidiſſimam petrã effudit illum: nõ effudit illũ ſuper terrã, vt poſſit operiri puluere. Vt ſuperinducerẽ indignationem meã,&
C vindicta vlciſcerer: dedi ſanguinẽ eius ſuper petrã limpidiſſimam, ne operiretur: Propterea hæc dicit Dñs Deus, Væ ciuitati ſanguinũ, cuius ego grandem faciã pyram. Cõgere oſſa quæ igne ſuccendã: conſumẽtur carnes, & concoquetur vniuerſa cõpoſitio,& oſſa tabeſcent. Pone quoq; eam ſuper prunas vacuã, vt incaleſcat & liquefiat æs eius: & cõfletur in medio eius inquinamentũ eius,& cõſumatur rubigo eius. Mul-
D to labore ſudatum eſt,& non exiuit de ea nimia rubigo eius, neq; per ignẽ. Immunditia tua execrabilis: quia mũdare te volui,& nõ es mũdata à ſordibus tuis: ſed nec mũdaberis prius, donec quieſcere faciam indignationem meam in te. Ego Dominus locutus ſum. Veni,& faciã: non tranſeam, nec parcam, nec placabor: iuxta vias tuas,& iuxta adinuẽtiones tuas iudicabo te, dicit Dominus. Et factum eſt verbũ Domini ad me, dicens, Fili hominis, ecce ego tollo à te deſyderabile oculorũ
E tuorum in plaga: & non planges, neq; plorabis, neque fluent lachrymæ tuæ. Ingemiſce tacens, mortuorum luctum non facies: corona tua circunligata ſit tibi, & calceamenta tua erunt in pedibus tuis: nec amictu ora velabis, nec cibos lugentium comedes. Locutus ſum ergo ad populũ mane, & mortua eſt vxor mea veſpere: feciq; mane ſicut præceperat mihi. Et dixit ad me populus, Quare non indicas nobis quid iſta ſignificent quæ tu facis? Et dixi ad eos, Sermo Domini factus eſt ad
F me, dicens, Loquere domui Iſrael: Hæc dicit Dñs Deus, Ecce ego polluam ſanctuariũ meum, ſuperbiã imperij veſtri, & deſyderabile oculorum veſtrorum,& ſuper quo pauet anima veſtra: & filij veſtri & filiæ veſtræ quas reliquiſtis, gladio cadent. Et facietis ſicut fecit. Ora amictu non velabitis, & cibos lugentium non comedetis: coronas habebitis in capitibus veſtris,& calceamenta in pedibus: non plangetis neq; flebitis, ſed tabeſcetis in iniquitatibus veſtris, & vnuſquiſq; gemet ad
G fratrem ſuum. Eritq; Ezechiel vobis in portentum: iuxta omnia quæ fecit, facietis cum venerit iſtud: & ſcietis quia ego Dominus Deus. Et tu fili hominis, ecce in die qua tollam ab ab eis fortitudinem eorum,& gaudium dignitatis, & deſyderium oculorum eorum ſuper quo requieſcunt animæ eorũ, filios & filias eorum: in die illa cùm venerit fugiens ad te, vt annuntiet tibi: in die in quam illa aperietur os tuum cum eo qui fugit,& loquêris,& non ſilebis vltrà: eriſq; eis in portentum,& ſcietis quia ego Dominus.

S. AMMONI, Moab, Seir, & Palæſtinis minatur Dominus ultionem, quia afflictos Ieruſalem affligebant, & de eorum afflictione gaudebant. CAPVT XXV.

A ET factus eſt ſermo Domini ad me dicẽs, Fili hominis, pone faciem tuam contra filios Ammon, & prophetabis de eis. Et dices filijs Ammon, Audite verbũ Domini Dei: Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd dixiſti euge euge ſuper ſanctuariũ meũ, quia pollutũ eſt: & ſuper terrã Iſrael, quoniã deſolata eſt: & ſuper domũ Iuda, quoniã ducti ſunt in captiuitatẽ: idcirco ecce ego tradã te filijs orientalibus in hæreditatẽ, & collocabunt caulas ſuas in te,& ponent in te tentoria ſua: ipſi comedent fruges tuas,& ipſi bibent lac tuũ. Daboq; Rabbath in habitaculũ camelorũ, & filios Ammon in cubile pecorum: &
B ſcietis quia ego Dominus. Quia hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd plauſiſti manu, & percuſſiſti pede,& gauiſa es ex toto affectu ſuper terrã Iſrael: idcirco ecce ego extẽdam manũ meam ſuper te,& tradam te in direptionem Gentium, & interficiã te de populis,& perdam de terris,& cõteram: & ſcies quia ego Dominus. Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd dixerunt Moab & Seir, Ecce ſicut omnes gentes, do-
C mus Iuda: idcirco ecce ego aperiam humerũ Moab de ciuitatibus, de ciuitatibus inquam eius,& de finibus eius inclytas terræ Bethieſimoth,& Béelmeon,& Cariathãim, filijs orientis cum filijs Ammon, & dabo eam in hæreditatẽ: vt non ſit vltrà memoria filiorũ Ammon in gẽtibus. Et in Moab faciã iudicia: & ſcient quia ego Dñs. Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd fecit Idumæa vltionem, vt ſe vindicaret de filijs Iuda, peccauitq; delinquens,& vindictã expetiuit de eis: idcir
eo hæc dicit Dominus Deus, Extendã manum meam ſuper Idumæam,& auferam de ea hominẽ & iumentum,& faciam
D eam deſertã ab Auſtro: & qui ſunt in Dedan, gladio cadẽt. Et dabo vltionem meam ſuper Idumæam per manũ populi mei Iſrael: & facient in Edom iuxta iram meam & furorẽ meum: & ſcient vindictam meam, dicit Dominus Deus. Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd fecerunt Palæſthini in vindictam, & vlti ſe ſunt toto animo, interficientes & implẽtes inimicitias veteres: propterea hæc dicit Dñs Deus, Ecce ego extendam manum meam ſuper Palæſthinos, & interficiam interfectores,& perdã reliquias maritimæ regionis: faciamq; in eis vltiones magnas arguẽs in furore: & ſciẽt quia ego Dominus, cum dedero vindictam meam ſuper eos.

S. TYRI inclytæ urbis prædicatur interitus, quia ſuper Ieruſalem contritiones exultauit. CAPVT XXVI.

A ET factum eſt in vndecimo anno, prima menſis, factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Fili hominis, pro eò quòd dixit Tyrus de Ieruſalẽ, Euge, confracta ſunt portæ populorũ, conuerſa eſt ad me: implebor, deſerta eſt: propterea hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ſuper te Tyre, & aſcendere faciam ad te gentes multas, ſicut aſcendit mare fluctuans. Et diſſipabunt muros Tyri, & deſtruent turres eius: & radam puluerem eius de ea, & dabo eam in limpidiſſimam petram. Siccatio

ſagenarum erit in medio maris, quia ego locutus ſum, ait Dominus Deus: & erit in direptionem gentibus. Filiæ quoq; eius quæ ſunt in agro, gladio interficientur: & ſcient quia ego
B Dominus. Quia hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego adducam ad Tyrum Nabuchodonoſor regem Babylonis, ab Aquilone regem regum, cũ equis, & curribus, & equitibus, & cœtu, populoq; magno. Filias tuas quæ ſunt in agro, gladio interficiet: & circũdabit te munitionibus, & comportabit aggerem in gyro: & eleuabit contra te clypeum. Et vineas & arietes temperabit in muros tuos, & turres tuas deſtruet in armatura ſua, Inundatione equorũ eius operiet te puluis eorum: à ſonitu equitũ & rotarũ & curruũ mouebũtur muri tui, cum
C egreſſus fuerit portas tuas quaſi per introitum vrbis diſſipatæ. Vngulis equorũ ſuorum cõculcabit omnes platéas tuas: populum tuum gladio cædet, & ſtatuæ tuæ nobiles in terrã corruent. Vaſtabunt opes tuas, diripient negotiationes tuas: Et deſtruẽt muros tuos, & domos tuas præclaras ſubuertent: & lapides tuos, & ligna tua, & puluerem tuum in medio aqua
Iere. 7 g rum ponent. Et quieſcere faciam multitudinem canticorum tuorum, & ſonitus cithararũ tuarum non audietur amplius. Et dabo te in limpidiſſimam petram, ſiccatio ſagenarum eris, nec ædificaberis vltrà: quia ego Dominus locutus ſum, ait Dominus Deus. Hæc dicit Dominus Deus Tyro, Nunquid non à ſonitu ruinæ tuæ & gemitu interfectorũ tuorum cum occiſi fuerint, in medio tui commouebũtur inſulæ & deſcendent de ſedibus ſuis omnes principes maris: & auferent exuuias ſuas, & veſtimenta ſua varia abijciẽt, & induentur ſtupore: in terra ſedebũt, & attoniti ſuper repẽtino caſu tuo admi-
D rabuntur? Et aſſũmentes ſuper te lamentũ, dicent tibi, Quomodo perijſti quę habitas in mari, vrbs inclyta quæ fuiſti fortis in mari cum habitatoribus tuis, quos formidabunt vniuerſi? Nunc ſtupebunt naues in die pauoris tui: & turbabuntur inſulæ in mari, eò quòd nullus egrediatur ex te. Quia hæc dicit Dominus Deus, Cum dedero te vrbẽ deſolatã ſicut ciuitates quæ non habitãtur: & adduxero ſuper te abyſſum, & operuerint te aquæ multæ: & detraxero te cum his qui deſcendunt in lacũ ad populũ ſempiternũ, & collocauero te in terra nouiſſima ſicut ſolitudines veteres cum his qui deducuntur in lacum, vt non habitẽris, porrò cum dedero gloriam in terra viuentium: In nihilum redigam te, & non eris, & requiſita non inueniẽris vltrà in ſempiternum, dicit Dominus Deus.

S. TYRI *urbis opulentiſſimæ ruina deſletur, cuius negotiationes plurimæ deſcribuntur.* CAPVT XXVII.

A ET factum eſt verbũ Domini ad me, dicens, Tu ergo fili hominis, aſſume ſuper Tyrum lamentum: & dices Tyro, quæ habitat in introitu maris, negotiationi populorum ad inſulas multas, Hæc dicit Dominus Deus, O Tyre, tu dixiſti, Perfecti decõris ego ſum, & in corde maris ſita. Finitimi tui qui te ædificauerũt, impleuerunt decorem tuum: abietibus de Sanir extruxerũt te cum omnibus tabulatis maris: cedrum de Libano tulerunt, vt facerent tibi malũ: quærcus de Baſan dolauerunt in remos tuos: & tranſtra tua fecerũt tibi ex ebore Indico, & prætoriola de inſulis Italiæ. Byſſus varia de Aegypto texta eſt tibi in velum, vt poneretur in malo: hyacinthus & purpura de inſulis Eliſa, facta ſunt operimentũ tuum. Habitatores Sidônis & Aradij fuerunt remiges tui: ſapientes tui Tyre facti ſunt gubernatores tui. Senes Giblij & prudentes eius ha-
B buerunt nautas ad miniſterĩu variæ ſupellectilis tuæ: omnes naues maris & nautæ earum fuerunt in populo negotiationis tuæ. Perſæ, & Lidi & Libyes erant in exercitu tuo viri bellatores tui: clypeum & galeã ſuſpenderunt in te pro ornatu tuo. Filij Aradij cum exercitu tuo erant ſuper muros tuos in circuitu: ſed & Pigmæi qui erant in turribus tuis pharetras ſuas ſuſpenderunt in muris tuis per gyrum: ipſi compleuerũt pulchritudinẽ tuam. Carthaginẽſes negotiatores tui, à multitudine cunctarum diuitiarum: argento, ferro, ſtanno, plum-
C bo q; repleuerunt nundinas tuas. Græcia, & Thubal, & Moſoch, ipſi inſtitores tui: mãcipia, & vaſa ærea adduxerunt populo tuo. De domo Thogormæ, equos, & equites, & mulos adduxerũt ad forum tuum. Filij Dedan negotiatores tui: inſulæ multæ negotiatio manus tuæ: dentes eburneos & hebeninos commutauerunt in pretio tuo. Syrus negotiator tuus propter multitudinem operum tuorũ, guttam, & purpuram, & ſcutulata, & byſſum, & fericũ, & chodchod poſuerunt in mercatu tuo. Iuda & terra Iſrael ipſi inſtitores tui in frumento primo balſamũ, & mel, & oleũ, & reſinã poſuerũt
D in nũdinis tuis. Damaſcenus negotiator tuus in multitudine operum tuorũ, in multitudine diuerſarum opum, in vino pingui, in lanis coloris optimi. Dan, & Græcia, & Mozel in nundinis tuis poſuerunt ferrũ fabrefactũ, ſtacte, & calamus in negotiatione tua. Dedan inſtitores tui in tapetibus ad ſedendum. Arabia & vniuerſi principes Cedar, ipſi negotiatores manus tuæ: cum agnis, & arietibus, & hœdis venerunt ad te,
E negotiatores tui. Venditores Saba & Reema ipſi negotiatores tui: cum vniuerſis primis aromatibus, & lapide pretioſo & auro, quod poſuerũt in mercatu tuo. Haran, & Chenne, & Edem negotiatores tui Saba: Aſſur, & Chelmad venditores tui. Ipſi negotiatores tui multifariam, inuolucris hyacinthi, & polymitorũ, gazarum q; pretioſarũ quæ obuolutæ & aſtrictæ erant funibus: cedros quoq; habebant in negotiationibus tuis. Naues maris, principes tui in negotiatione tua: & repleta es, & glorificata nimis in corde maris. In aquis multis adduxerũt te remiges tui: ventus Auſter cõtriuit te in cor-
F de maris. Diuitiæ tuæ, & theſauri tui, & multiplex inſtrumẽtum tuũ, nautæ tui, & gubernatores tui qui tenebant ſupellectilem tuã, & populo tuo præerant: viri quoq; bellatores tui qui erant in te, cum vniuerſa multitudine tua quæ eſt in medio tui: cadẽt in corde maris in die ruinæ tuæ. A ſonitu clamoris gubernatorũ tuorum conturbabũtur claſſes, & deſcendent de nauibus ſuis omnes qui tenebant remũ: nautæ & vniuerſi gubernatores maris in terra ſtabunt, & eiulabunt ſuper te voce magna, & clamabunt amarè: & ſuperiacient puluerẽ capitibus ſuis, & cinere conſpergentur. Et radent ſuper te caluiG tium, & accingentur cilitijs: & plorabunt te in amaritudine ploratu amariſſimo. Et aſſument ſuper te carmen lugubre, & plangent te, Quæ eſt vt Tyrus, quæ obmutuit in medio maris? Quæ in exitu negotiationũ tuarum de mari impleſti populos multos: in multitudine diuitiarũ tuarum, & populorũ tuorum ditaſti reges terræ: Nunc cõtrita es à mari, in profundis aquarũ opes tuæ, & omnis multitudo tua quæ erat in medio tui, ceciderũt. Vniuerſi habitatores inſularum obſtupuerunt ſuper te: & reges earũ omnes tẽpeſtate percuſſi mutauerunt vultus. Negotiatores populorũ ſibilauerunt ſuper te: ad nihilum deducta es, & non eris vſq; in perpetuum.

S. CONTRA *ſuperbũ principem Tyri, & contra Sidõnẽ inuehitur: quia filios Iſraël inſua ruina afflixit.* CAP. XXVIII.

A ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicẽs, Fili hominis dic principi Tyri: Hæc dicit Dñs Deus, Eò quòd eleuatũ eſt cor tuũ, & dixiſti, Deus ego ſum, & in cathedra Dei ſedi in corde maris: cum ſis homo & nõ Deus: & dediſti cor tuũ quaſi cor Dei. Ecce ſapiẽtior es tu Daniele: omne ſecretũ non eſt abſcõditũ à te.
B In ſapiẽtia tua & prudentia tua feciſti tibi fortitudinẽ: & acquiſiſti aurũ & argẽtũ in theſauris tuis. In multitudine ſapientiæ tuæ, & in negotiatiõe tua multiplicaſti tibi fortitudinẽ: & eleuatũ eſt cor tuum in robore tuo. Propterea hæc dicit Dñs Deus, Eò quòd eleuatũ eſt cor tuũ quaſi cor Dei: idcirco ecce ego adducã ſuper te alienos robuſtiſſimos gentium: & nudabũt gladios ſuos ſuper pulchritudinẽ ſapientiæ tuæ, & pol-
C luent decorẽ tuum. Interficient & detrahent te: & morieris in interitu occiſorum in corde maris. Nunquid dicens loquẽris, Deus

Deus ego ſum,corã interficientibus te: cum ſis homo & non Deus,in manu occidentiũ te? Morte incircũciſorũ moriêris in manu alienorũ:quia ego locutus ſum, ait Dominus Deus. Et factus eſt ſermo Domini ad me,dicens,Fili hominis, leua planctũ ſuper regem Tyri : & dices ei, Hæc dicit Dominus Deus, Tu ſignaculũ ſimilitudinis plenus ſapientia,& perfectus decôre.In delicijs paradiſi Dei fuiſti:omnis lapis pretioſus operimentum tuum:ſardius,topazius,& iaſpis , chryſolithus, & onyx, & beryllus, ſapphirus,& carbũculus,& ſmaragdus:aurũ opus decôris tui, & foramina tua, in die qua cõditus es præparata ſunt. Tu Cherub extẽtus & protegens,& poſui te in monte ſancto Dei,in medio lapidũ ignitorũ ambulaſti. Perfectus in vijs tuis à die cõditionis tuæ:donec inuẽta eſt iniquitas in te.In multitudine negotiationis tuæ repleta ſunt interiora tua iniquitate,& peccaſti:& eieci te de monte Dei,& perdidi te ô Cherub , protegens de medio lapidũ ignitorũ. Et eleuatum eſt cor tuũ in decôre tuo : perdidiſti ſapientiã tuam in decôre tuo,in terram proieci te : ante faciem regum dedi te,vt cernerent te. In multitudine iniquitatũ tuarum,& iniquitate negotiationis tuæ polluiſti ſanctificationem tuam:producam ergo ignem de medio tui qui comedat te,& dabo te in cinerem ſuper terram in conſpectu omnium videntiũ te. Omnes qui viderint te in gentibus,obſtupeſcent ſuper te:nihili factus es,& non eris in perpetuũ. Et factus eſt ſermo Domini ad me,dicẽs, Fili hominis, pone faciem tuam cõtra Sidônem:& prophetabis de ea,& dices,Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te Sidon, & glorificabor in medio tui:& ſcient quia ego Dominus cum fecero in ea iudicia , & ſanctificatus fuero in ea.Et immittam ei peſtilentiã & ſanguinem in platéis eius : & corruẽt interfecti in medio eius gladio per circuitum:& ſcient quia ego Dominus. Et non erit vltrà domui Iſrael offendiculũ amaritudinis,& ſpina dolorem inferens,vndiq; per circuitũ eorum qui aduerſantur eis: & ſcient quia ego Dominus Deus. Hæc dicit Dominus Deus, Quando congregauero domũ Iſrael de populis in quibus diſperſi ſunt, ſanctificabor in eis coram gentibus:& habitabunt in terra ſua quam dedi ſeruo meo Iacob.Et habitabunt in ea ſecuri:& ædificabũt domos,& plantabunt vineas , & habitabunt confidenter,cum fecero iudicia in omnibus qui aduerſantur eis per circuitum:& ſcient quia ego Dominus Deus eorum.

S. CONTRA *Aegyptum & regem eius inſtatur, quia tandem in ſolitudinem redigetur.* CAPVT XXIX.

IN anno decimo,decimo mẽſe , duodecima menſis,factum eſt verbũ Domini ad me, dicens, Fili hominis pone faciẽ tuam contra Pharaonem regem Aegypti:& prophetabis de eo,& de Aegypto vniuerſa. Loquere,& dices , Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te Pharao rex Aegypti draco magne,qui cubas in medio fluminũ tuorum: & dicis, Meus eſt fluuius, & ego feci memetipſum.Et ponã frænũ in maxillis tuis : & agglutinabo piſces fluminũ tuorum ſquamis tuis : & extraham te de medio fluminum tuorum , & vniuerſi piſces tui ſquamis tuis adhærebunt. Et proijciam te in deſertũ , & omnes piſces fluminis tui:ſuper faciẽ terræ cades,non colligéris , neq; congregaberis:beſtijs terræ, & volatilibus cæli dedi te ad deuorandum. Et ſcient omnes habitatores Aegypti quia ego Dominus: pro eo quòd fuiſti baculus arundineus domui Iſrael. Quando apprehenderunt te manu, & confractus es,& lacerati omnem humerũ eorum:& innitentibus eis ſuper te, comminutus es,& diſſoluiſti omnes renes eorum. Propterea hæc dicit Dominus Deus , Ecce ego adducam ſuper te gladium: & interficiam de te hominẽ & iumentum. Et erit terra Aegypti in deſertũ & in ſolitudinem : & ſcient quia ego Dominus pro eo quòd dixeris, Fluuius meus eſt, & ego feci eum.Idcirco ecce ego ad te,& ad flumina tua : daboq; terram Aegypti in ſolitudinem gladio diſſipatam,à turre Syenes, vſq; ad terminos Aethiopiæ.Non pertranſibit eam pes hominis , neq; pes iumenti gradietur in ea : & non habitabitur quadraginta annis.Daboq; terram Aegypti deſertam in medio terrarum deſertarũ,& ciuitates eius in medio vrbium ſubuerſarum , & erunt deſolatæ quadraginta annis : & diſpergã Aegyptios in nationes, & ventilabo eos in terras. Quia hæc dicit Dominus Deus,Poſt finẽ quadraginta annorũ congregabo Aegyptum de populis in quibus diſperſi fuerant. Et reducã captiuitatẽ Aegypti,& collocabo eos in terra Phathures , in terra natiuitatis ſuæ , in terra de qua ſumpti ſunt:& erunt ibi in regnũ humile. Et inter cætera regna erit humillima, & non eleuabitur vltrà ſuper nationes, & imminuam eos ne imperent gentibus. Neq; erunt vltrà domui Iſrael in cõfidentia,docentes iniquitatẽ,vt fugiant & ſequantur eos : & ſcient quia ego Dominus Deus. Et factũ eſt in viceſimo & ſeptimo anno,in primo,in vna mẽſis : factũ eſt verbum Domini ad me, dicẽs, Fili hominis, Nabuchodonoſor rex Babylonis ſeruire fecit exercitũ ſuum ſeruitute magna aduerſus Tyrũ : omne caput decaluatũ,& omnis humerus depilatus eſt:& merces non eſt reddita ei,neq; exercitui eius de Tyro,pro ſeruitute qua ſeruiuit mihi aduerſus eã.Propterea hæc dicit Dñs Deus, Ecce ego dabo Nabuchodonoſor regẽ Babylonis in terra Aegypti:& accipiet multitudinem eius,& deprædabitur manubias eius,& diripiet ſpolia eius : & erit merces exercitui illius : & operi pro quo ſeruiuit aduerſus eam,dedi ei terram Aegypti: pro eo quòd laborauerint mihi,ait Dominus Deus.In die illo pullulabit cornu domui Iſrael, & tibi dabo apertum os in medio eorum:& ſcient quia ego Dominus.

S. AEGYPTI *& urbium eius deſtructio plangitur,ac Aethiopiæ & urbium illi fœderatarum.* CAPVT XXX.

ET factum eſt verbũ Domini ad me , dicens, Fili hominis, propheta & dic , Hæc dicit Dominus Deus, Vlulate,væ væ diei : quia iuxta eſt dies, & appropinquabit dies Domini : dies nubis, tẽpus gentium erit.Et veniet gladius in Aegyptũ : & erit pauor in Aethiopia,cũ ceciderint vulnerati in Aegypto,& ablata fuerit multitudo illius,& deſtructa fundamenta eius.Aethiopia, & Lybia,& Lydi,& omne reliquũ vulgus,& Chub,& filij terræ fœderis:cũ eis gladio cadent. Hæc dicit Dominus Deus, Et corruent fulciẽtes Aegyptũ,& deſtruetur ſuperbia imperij eius:à turre Syenes gladio cadẽt in ea,ait Dñs Deus exercituũ:& diſſipabũtur in medio terrarum deſolatarũ,& vrbes eius in medio ciuitatũ deſertarũ erunt. Et ſciẽt quia ego Dominus,cũ dedero ignem in Aegypto,& attriti fuerint omnes auxiliatores eius.In die illa egredientur nuntij à facie mea in trieribus ad conterendã Aethiopiæ confidentiam, & erit pauor in eis in die Aegypti:quia abſq; dubio veniet. Hæc dicit Dominus Deus,Et ceſſare faciã multitudinẽ Aegypti in manu Nabuchodonoſor regis Babylonis. Ipſe & populus eius cum eo fortiſſimi gentiũ adducẽtur ad diſperdendam terram: & euaginabũt gladios ſuos ſuper Aegyptũ, & implebunt terram interfectis.Et faciã alueos fluminũ aridos, & tradam terram in manus peſsimorũ:& diſsipabo terrã,& plenitudinem eius in manus alienorũ.ego Dominus locutus ſum.Hæc dicit Dominus Deus, Et diſperdam ſimulachra,& ceſſare faciam idôla de Memphis : & dux de terra Aegypti nõ erit amplius: & dabo terrorem in terra Aegypti.Et diſperdã terram Phathures,& dabo ignem in Taphnis, & faciam iudicia mea in Alexandria. Et effundam indignationem meam ſuper Peluſium robur Aegypti, & interficiam multitudinem Alexandriæ. Et dabo ignem in Aegypto : quaſi parturiens dolebit Peluſium,& Alexandria erit diſsipata, & in Memphis anguſtiæ quotidianæ.Iuuenes Heliopoleos,& Pubáſti gladio cadent , & ipſæ captiuæ ducentur. Et in Taphnis nigreſcet dies,cũ cõtriuero ibi ſceptra Aegypti, & defecerit in ea ſuperbia potentiæ eius:ipſam nubes operiet,filiæ autẽ eius in capti

Zach. 13. e

in captiuitatem ducentur. Et iudicia faciam in Aegypto: & ſcient quia ego Dominus. Et factum eſt in vndecimo anno, in primo menſe, in ſeptima menſis, factum eſt verbũ Domini ad me, dicẽs, Fili hominis, brachiũ Pharaonis regis Aegypti confregi: & ecce non eſt obuolutũ, vt reſtitueretur ei ſanitas, vt ligaretur pannis, & faſciretur linteolis, & recepto robore poſsit tenere gladiũ. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad Pharaonẽ regem Aegypti: & cõminuã brachiũ eius forte, ſed confractũ: & deijciam gladium de manu eius.
G Et diſpergam Aegyptum in gentibus, & ventilabo eos in terris. Et confortabo brachia regis Babylonis, daboq́; gladium meum in manu eius: & confringam brachia Pharaonis, & gement gemitibus interfecti coram facie eius. Et cõfortabo brachia regis Babylonis, & brachia Pharaonis concident: & ſciẽt quia ego Dominus, cum dedero gladium meum in manu regis Babylonis, & extenderit eum ſuper terram Aegypti. Et diſpergam Aegyptum in nationes, & ventilabo eos in terras, & ſcient quia ego Dominus.

S. VT *Aſſur ſublimis deiectus eſt, ita Pharao Aegyptius rex humiliandus eſt.* CAPVT XXXI.

A ET factum eſt in anno vndecimo, tertio menſe, vna menſis, factum eſt verbũ Domini ad me, dicens, Fili hominis, dic Pharaoni regi Aegypti, & populo eius, Cui ſimilis factus es in magnitudine tua? Ecce Aſſur quaſi cedrus in Libano pulcher ramis, & frondibus nemoroſus, excelſus q́; altitudine, & inter condenſas frondes eleuatũ eſt cacumen eius. Aquæ nutrierũt illum,
B abyſſus exaltauit illum: flumina eius manabant in circuitu radicum eius, & riuos ſuos emiſit ad vniuerſa ligna regionis. Propterea eleuata eſt altitudo eius ſuper omnia ligna regionis: & multiplicata ſunt arbuſta eius, & eleuati ſunt rami eius præ aquis multis. Cumq́; extendiſſet vmbram ſuam, in ramis eius fecerũt nidos omnia volatilia cœli, & ſub frondibus eius
C genuerunt omnes beſtiæ ſaltuum, & ſub vmbraculo illius habitabat cœtus gentium plurimarum. Eratq́; pulcherrimus in magnitudine ſua, & in dilatatione arbuſtorum ſuorum: erat enim radix illius iuxta aquas multas. Cedri non fuerunt altiores illo in paradiſo Dei, abietes non adæquauerũt ſummitatem eius, & platani non fuerũt æquæ frondibus illius: omne lignum paradiſi Dei non eſt aſsimilatũ illi, & pulchritudini eius: quoniã ſpecioſum feci eum, & multis condenſisq́; frondibus: & æmulata ſunt eum omnia ligna voluptatis, quæ erãt
D in paradiſo Dei. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Pro eò quòd ſublimatus eſt in altitudine, & dedit ſummitatem ſuam virentem atq; condenſam, & eleuatũ eſt cor eius in altitudine ſua: tradidi eum in manus fortiſsimi gentium, faciens faciet ei iuxta impietatem eius. Eieci eum, & ſuccident eum alieni & crudeliſsimi nationũ, & proijcient eum ſuper montes, & in cunctis conuallibus corruent rami eius, & confringentur arbuſta eius in vniuerſis rupibus terræ, & recedent de vmbraculo eius omnes populi terræ, & relinquent eum. In ruina eius habitauerũt omnia volatilia cœli, & in ramis eius fuerunt vniuerſæ beſtiæ regionis. Quam ob rem non eleua-
E buntur in altitudine ſua omnia ligna aquarũ, nec ponent ſublimitatem ſuam inter nemoroſa atq; frondoſa, nec ſtabunt in ſublimitate ſua omnia quæ irrigantur aquis: quia omnes traditi ſunt in mortem ad terram vltimam in medio filiorum hominum ad eos qui deſcendunt in lacum. Hæc dicit Domi
F nus Deus, In die quando deſcẽdit ad inferos induxi luctum, operui eum abyſſo: & prohibui flumina eius, & coercui aquas multas: contriſtatus eſt ſuper eum Libanus, & omnia ligna agri concuſſa ſunt. A ſonitu ruinæ eius cõmoui gentes, cum deducerem eum ad infernum cum his qui deſcendebant in lacum: & conſolata ſunt in terra infima omnia ligna voluptatis egregia atq; præclara in libano, vniuerſa quæ irrigabantur aquis. Nam & ipſi cum eo deſcendent ad infernum ad interfectos gladio: & brachiũ vniuſcuiuſq; ſedebit ſub vmbraculo eius in medio nationũ eius. Cui aſsimilatus es ô inclyte atq; ſublimis inter ligna voluptatis? Ecce deductus es cum lignis voluptatis ad terram vltimam: in medio incircunciſorum dormies, cum eis qui interfecti ſunt gladio. ipſe eſt Pharao, & omnis multitudo eius: dicit Dominus Deus.

S. PHARAONIS *ruinam multi obſtupuerunt, & eius ad inferos deſcenſum.* CAPVT XXXII.

A ET factum eſt: duodecimo anno, in menſe duodecimo, in vna menſis, factũ eſt verbũ Domini ad me, dicens, Fili hominis, aſſume lamentum ſuper Pharaonẽ regẽ Aegypti, & dices ad eum, Leoni gentium aſsimilatus es, & draconi qui eſt in mari: & ventilabas cornu in fluminibus tuis, & conturbabas aquas pedibus tuis, & conculcabas flumina earũ. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Expãdam ſuper te rete meũ in multitudine populorũ multorũ, & extraham te in ſagena mea. Et proijciam te in terrã, ſuper faciem agri abijciã te: & habitare faciam ſu- *Supra 11 d*
B per te omnia volatilia cœli, & ſaturabo de te beſtias vniuerſæ terræ. Et dabo carnes tuas ſuper montes, & implebo colles tuos ſanie tua. Et irrigabo terram fœtore ſanguinis tui ſuper montes, & valles implebuntur ex te. Et operiam cum extinctus fueris, cœlos: & nigreſcere faciam ſtellas eius: ſolem nube tegam, & luna non dabit lumẽ ſuũ. Omnia luminaria cœli mœrere faciam ſuper te: & dabo tenebras ſuper terrã tuam, dicit Dominus Deut. Et irritabo cor populorũ multorũ, cũ induxero contritionem tuam in gentibus ſuper terras quas neſcis. Et ſtupeſcere faciam ſuper te populos multos, & reges eorum horrore nimio formidabunt ſuper te propter vniuerſas iniquitates quas operatus es, cum volare cœperit gladius meus ſuper facies eorum: & obſtupeſcent repente ſinguli
C pro anima ſua in die ruinæ ſuæ. Quia hæc dicit Dominus Deus, Gladius regis Babylonis veniet tibi, in gladijs fortium deijciam multitudinem tuam, inexpugnabiles omnes gentes hæ: & vaſtabunt ſuperbiam Aegypti, & diſsipabitur multitudo eius. Et perdam omnia iumenta eius, quæ erant ſuper aquas plurimas: & non conturbabit eas pes hominis vltrà, neque vngula iumentorum turbabit eas. Tunc puriſsimas reddam aquas eorum, & flumina eorum quaſi oleum adducam, ait Dominus Deus, cum dedero terram Aegypti deſolatam. Deſeretur autem terra à plenitudine ſua, quãdo percuſſero omnes habitatores eius: & ſcient quia ego Dominus. Plan
D ctus eſt, & plangent eum: filiæ gentium plangent eum, ſuper Aegyptũ, & ſuper multitudinẽ eius plangent eum, ait Dominus Deus. Et factũ eſt in duodecimo anno, in quintadecima menſis, factũ eſt verbũ Domini ad me, dicens, Fili hominis, cane carmẽ lugubre ſuper multitudinem Aegypti: & detrahe eam ipſam, & filias gentiũ robuſtarũ ad terram vltimam cum his qui deſcendunt in lacum. Quo pulchrior es? Deſcẽde, & dormi cum incircunciſis. In medio interfectorum gladio cadent: gladius datus eſt, & attraxerunt eam, & omnes populos eius. Loquẽtur ei potẽtiſsimi robuſtorũ de medio inferni qui cum auxiliatoribus eius deſcenderũt, & dormierunt incircũciſi, interfectiq́; gladio. Ibi Aſſur, & omnis multitudo eius:
E in circuitu illius ſepulchra eius: omnes interfecti, & qui ceciderunt gladio. Quorum data ſunt ſepulchra in nouiſsimis laci: & facta eſt multitudo eius per gyrum ſepulchri eius, vniuerſi interfecti, cadentesq́; gladio, qui dederant quondam formidinẽ ſuã in terra viuentiũ. Ibi AElam, & omnis multitudo eius per gyrum ſepulchri ſui, omnes hi interfecti, ruentesq́; gladio, qui deſcenderunt incircunciſi ad terram vltimam: qui poſuerunt terrorem ſuum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam ſuam cum his qui deſcenderunt in lacum. In medio interfectorum poſuerunt cubile eius in vniuerſis populis eius: in circuitu eius ſepulchrum illius, omnes
F hi incircunciſi interfectiq́; gladio, dederunt enim terrorem ſuum

ſuum in terra viuentium, & portauerunt ignominiam ſuam cum his qui deſcendunt in lacum, in medio interfectorũ poſiti ſunt. Ibi Moſoch, & Thubal, & omnis multitudo eius: in circuitu eius ſepulchra illius. omnes hi incircunciſi interfecti, & cadentes gladio: quia dederunt formidinẽ ſuam in terra viuentium. Et non dormient cum fortibus, cadentibusq;, & incircunciſis qui deſcẽderunt ad infernum cum armis ſuis: & poſuerunt gladios ſuos ſub capitibus ſuis, & fuerũt iniquitates eorum in oſsibus eorum: quia terror fortium facti ſunt in terra viuentium. Et tu ergo in medio incircunciſorum conterêris, & dormies cum interfectis gladio. Ibi Idumæa, & reges eius, & omnes duces eius, qui dati ſunt cũ exercitu ſuo cũ interfectis gladio: & qui cum incircunciſis dormierunt, & cũ his qui deſcenderunt in lacum. Ibi principes Aquilonis omnes, & vniuerſi venatores: qui deducti ſunt cũ interfectis, pauentes, & in ſua fortitudine confuſi: quia dormierunt incircunciſi cum interfectis gladio, & portauerunt confuſionẽ ſuam cum his qui deſcendunt in lacum. Vidit eos Pharao, & conſolatus eſt ſuper vniuerſa multitudine ſua, quæ interfecta eſt gladio, Pharao & omnis exercitus eius, ait Dominus Deus: quia dedit terrorem in terra viuentium, & dormiuit in medio incircunciſorum cum interfectis gladio Pharao & omnis multitudo eius: ait dominus Deus.

S. PASTORIS officium eſt plagis Domini occurrere, & miſeri cordiam populo reuertẽti promittere & impunitatem: ſinautem perſeueret in peccatis, pœnam. CAPVT XXXIII.

ET factum eſt verbum Domini ad me, dicens, Fili hominis, loquere ad filios populi tui, & dices ad eos, Terra cum induxero ſuper eam gladium, & tulerit populus terræ virum vnum de nouiſſimis ſuis, & conſtituerit eum ſuper ſe ſpeculatorem: & ille viderit gladium venientem ſuper terram, & cecinerit buccina, & annuntiauerit populo: audiens autem quiſquis ille eſt, ſonitum buccinæ, & non ſe obſeruauerit, veneritq; gladius, & tulerit eum: ſanguis ipſius ſuper caput eius erit. Sonum buccinæ audiuit, & non ſe obſeruauit, ſanguis eius in ipſo erit: ſi autem ſe cuſtodierit, animam ſuam ſaluabit. Quòd ſi ſpeculator viderit gladium venientem, & non inſonuerit buccina: & populus ſe non cuſtodierit, veneritq; gladius, & tulerit de eis animam: ille quidem in iniquitate ſua captus eſt, ſanguinem autem eius de manu ſpeculatoris requiram. Et tu fili hominis ſpeculatorem dedi te domui Iſrael: audiens ergo ex ore meo ſermonem, annuntiabis eis ex me. Si me dicente ad impium, Impie, morte morieris: non fueris locutus vt ſe cuſtodiat impius à via ſua: ipſe impius in iniquitate ſua morietur, ſanguinem autem eius de manu tua requirã. Si autem annuntiante te ad impiũ vt à vijs ſuis conuertatur, non fuerit conuerſus à via ſua: ipſe in iniquitate ſua morietur: porrò tu animam tuam liberaſti. Tu ergo fili hominis, dic ad domum Iſrael, Sic locuti eſtis, dicẽtes, Iniquitates noſtræ, & peccata noſtra ſuper nos ſunt, & in ipſis nos tabeſcimus: quomodo ergo viuere poterimus? Dic ad eos. Viuo ego, dicit Dominus Deus: nolo mortẽ impij, ſed vt conuertatur impius à via ſua, & viuat. Conuertimini cõuertimini à vijs veſtris peſsimis: & quare moriemini domus Iſrael? Tu itaq; fili hominis, dic ad filios populi tui, Iuſtitia iuſti non liberabit eum in quacũq; die peccauerit: & impietas impij nõ nocebit ei, in qnacũq; die conuerſus fuerit ab impietate ſua: & iuſtus non poterit viuere in iuſtitia ſua in quacunq; die peccauerit. Etiã ſi dixero iuſto quòd vita viuat, & cõfiſus in iuſtitia ſua fecerit iniquitatẽ: omnes iuſtitiæ eius obliuioni tradentur, & in iniquitate ſua quam operatus eſt in ipſa morietur. Si autem dixero impio, Morte morieris: & egerit pœnitentiã à peccato ſuo, feceritq; iudiciũ & iuſtitiã, & pignus reſtituerit ille impius, rapinãq; reddiderit, & in mãdatis vitæ ambulauerit, nec fecerit quicquã iniuſtum: vita viuet & nõ morietur. Omnia peccata eius quæ peccauit, nõ imputabuntur ei: iudiciũ & iuſtitiã fecit, vita viuet. Et dixerunt Filij populi tui, Nõ eſt æqui põderis via Domini: & ipſorũ via iniuſta eſt. Cũ enim receſſerit iuſtus à iuſtitia ſua, feceritq; iniquitates: morietur in eis. Et cum receſſerit impius ab impietate ſua, feceritq; iudiciũ & iuſtitiã: viuet in eis. Et dicitis, Non eſt recta via Domini. Vnumquẽq; iuxta vias ſuas iudicabo de vobis domus Iſrael. Et factum eſt in duodecimo anno, in decimo menſe, in quinta menſis tranſmigrationis noſtræ: venit ad me qui fugerat de Ieruſalem, dicens, Vaſtata eſt ciuitas. Manus autem Domini facta fuerat ad me veſpere antequam veniret qui fugerat: aperuiq; os meum donec veniret ad me mane, & aperto ore meo non ſilui amplius. Et factum eſt verbũ Domini ad me, dicens, Fili hominis, qui habitant in ruinoſis his, ſuper humũ Iſrael loquentes aiunt, Vnus erat Abraham, & hæreditate poſſedit terrã: nos autem multi ſumus, nobis data eſt terra in poſſeſsionem. Idcirco dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Qui in ſanguine comeditis, & oculos veſtros leuatis ad immũditias veſtras, & ſanguinem funditis: nunquid terram hæreditate poſsidebitis? Stetiſtis in gladijs veſtris, feciſtis abominationes, & vnuſquiſq; vxorem proximi ſui polluit: & terrã hæreditate poſsidebitis? Hæc dices ad eos, Sic dicit Dominus Deus, Viuo ego, quia qui in ruinoſis habitant, gladio cadent: & qui in agro eſt, beſtijs tradetur ad deuorandũ: qui autem in præſidijs & ſpeluncis ſunt, peſte morientur. Et dabo terrã in ſolitudinẽ & in deſertum, & deficiet ſuperba fortitudo eius: & deſolabuntur montes Iſrael, eò quòd nullus ſit qui per eos tranſeat. Et ſcient quia ego Dominus, cum dedero terrã eorũ deſolatam & deſertam propter vniuerſas abominationes ſuas quas operati ſunt. Et tu fili hominis: fili populi tui qui loquuntur de te iuxta muros, & in oſtijs domorũ: & dicunt vnus ad alterũ, vir ad proximum ſuum loquentes, Venite, & audiamus quis ſit ſermo egrediens à Domino. Et veniũt ad te, quaſi ſi ingrediatur populus, & ſedent coram te populus meus: & audiũt ſermones tuos, & non faciunt eos: quia in canticũ oris ſui vertunt illos, & auaritiam ſuam ſequitur cor eorum. Et es eis quaſi carmen muſicum, quod ſuaui dulciq; ſono canitur: & audient verba tua, & non facient ea. Et cũ venerit quod prædictũ eſt (ecce enim venit) tunc ſcient quia prophetes fuerit inter eos.

S. VAE paſtoribus ſeipſos neglecto grege Domini paſcentibus: in quos Dominus gregem uiſitans durè animaduertet, & gregi pacem afferet. CAPVT XXXIIII.

ET factum eſt verbum Domini ad me dicens, Fili hominis propheta de paſtoribus Iſrael: prophetа, & dices paſtoribus, Hæc dicit Dñs Deus, Væ paſtoribus Iſrael, qui paſcebant ſemetipſos: nónne greges à paſtoribus paſcuntur? Lac comedebatis, & lanis operiebamini: & quod craſſum erat, occidebatis: gregẽ autem meum non paſcebatis. Quod infirmũ fuit non conſolidaſtis, & quod ægrotum non ſanaſtis, quod cõfractũ eſt non alligaſtis, & quod abiectũ eſt non reduxiſtis, & quod perierat non quæſiſtis: ſed cum auſteritate imperabatis eis, & cum potentia. Et diſperſæ ſunt oues meæ, eò quòd non eſſet paſtor: & factæ ſunt in deuorationẽ omnium beſtiarũ agri, & diſperſæ ſunt. Errauerũt greges mei in cunctis montibus, & in vniuerſo colle excelſo: & ſuper omnem faciẽ terræ diſperſi ſunt greges mei, & non erat qui requireret, nõ erat inquam qui requireret. Propterea paſtores audite verbũ Domini, Viuo ego, dicit Dominus Deus, quia pro eò quòd facti ſunt greges mei in rapinam, & oues meæ in deuorationem omniũ beſtiarum agri, eò quòd non eſſet paſtor (neq; enim quæſierũt paſtores mei gregem meũ: ſed paſcebãt paſtores ſemetipſos, & greges meos nõ paſcebãt) propterea paſtores audite verbũ Domini, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ipſe ſuper paſtores requiram gregem meum de manu eorũ, & ceſſare eos faciam vt vltrà non paſcant gregem, nec paſcant amplius paſtores ſemet-

Supra 18 g

semetipsos:& liberabo gregem meum de ore eorum, & non erit vltrà eis in escam. Quia hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ipse requiram oues meas,& visitabo eas. Sicut visitat pastor gregem suum in die quando fuerit in medio ouium suarum dissipatarũ:sic visitabo oues meas, & liberabo eas de omnibus locis in quibus dispersæ fuerant in die nubis & caligi-
D nis. Et educam eas de populis,& congregabo eas de terris, & inducam eas in terram suã:& pascam eas in mõtibus Israel, in riuis,& in cunctis sedibus terræ. In pascuis vberrimis pascã eas,& in montibus excelsis Israel erunt pascua earum : ibi requiescent in herbis virentibus,& in pascuis pinguibus pascẽtur super montes Israel. Ego pascam oues meas:& ego eas accubare faciam, dicit Dominus Deus. Quod perierat, requiram : & quod abiectũ erat,reducam:& quod cõfractũ fuerat, alligabo:& quod infirmũ fuerat,cõsolidabo:& quod pingue
E & forte,custodiam:& pascam illas in iudicio. Vos autem greges mei,hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego iudico inter pecus & pecus,arietum & hircorũ. Nónne satis vobis erat pascua bona depasci? insuper & reliquias pascuarum vestrarum conculcastis pedibus vestris:& cum purissimam aquam bibere tis,reliquã pedibus vestris turbastis. Et oues meæ his quæ conculcata pedibus vestris fuerant, pascebantur: & quę pedes vestri turbauerant,hæc bibebant. Propterea hæc dicit Dominus Deus ad vos, Ecce ego ipse iudico inter pecus pingue & macilentum. Pro eo quòd lateribus, & humeris impingebatis,& cornibus vestris ventilabatis omnia infirma pecora,donec dispergerentur foras : saluabo gregem meum, & non erit
F vltrà in rapinam, & iudicabo inter pecus & pecus. Et suscitabo super eas pastorẽ vnum, qui pascat eas,seruũ meũ Dauid: ipse pascet eas, & ipse erit eis in pastorem. Ego autem Dominus ero eis in Deum : & seruus meus Dauid princeps in medio eorum : ego Dominus locutus sum. Et faciam cum eis pactum pacis,& cessare faciam bestias pessimas de terra : & qui habitant in deserto,securi dormient in saltibus. Et ponam eos
G in circuitu collis mei benedictionem:& deducam imbrem in tempore suo,& pluuiæ benedictionis erunt. Et dabit lignum agri fructum suum,& terra dabit germen suum, & erũt in terra sua absq; timore:& scient quia ego Dominus, cum contriuero catenas iugi eorum,& eruero eos de manu imperantiũ sibi. Et non erunt vltrà in rapinam gentibus,neque bestiæ terræ deuorabunt eos:sed habitabunt confidenter absq; vllo terrore. Et suscitabo eis germen nominatum:& non erunt vltrà imminuti fame in terra, neq; portabunt amplius opprobria gentium. Et scient quia ego Dominus Deus eorum cum eis, & ipsi populus meus domus Israel : ait Dominus Deus. Vos autem greges mei, greges pascuæ meæ homines estis :& ego Dominus Deus vester, dicit Dominus Deus.

Verum pastorẽ CHRISTVM promittit & cũ eo pacem. Ioan.10 b & 1 g Esa. 40 c & 45 b Danie.9 g

Ioan.10 b

S. IVDMAEA *uastabitur, quoniam populum Domini hactenus afflixerit.* CAPVT XXXV.

A ET factus est sermo Domini ad me,dicens,Fili hominis,pone faciem tuam aduersum mõtem Seir, & prophetabis de eo,& dices illi, Hæc dicit Dominus Deus,Ecce ego ad te mons Seir,& extendam manum meam super te,& dabo te desolatum atque desertum. Vrbes tuas demoliar,& tu desertus eris : & scies quia ego Dominus. Eo quòd fueris inimicus sempiternus,& conduseris filios Israel in manus gladij in tempore afflictionis eorum,in tempore iniquitatis extremæ:propterea viuo ego, di
B cit Dominus Deus,quoniam sanguini tradam te, & sanguis te persequetur:& cum sanguinem oderis, sanguis persequetur te. Et dabo montem Seir desolatũ atq; desertum:& auferã de eo euntem & redeuntẽ. Et implebo montes eius occisorũ suorum:in collibus tuis,& in vallibus tuis, atq; in torrẽtibus, interfecti gladio cadẽt. In solitudines sempiternas tradam te,
C & ciuitates tuæ non habitabuntur:& scietis quia ego Dominus Deus. Eo quòd dixeris,Duæ gentes,& duæ terræ meæ erunt,& hæreditate possidebo eas:cũ Dominus esset ibi:propterea viuo ego dicit Dominus Deus,quia faciã iuxta iram tuam,& secundum zelum tuũ quem fecisti odio habens eos:
D & notus efficiar per eos cum te iudicauero. Et scies, quia ego Dominus audiui vniuersa opprobria tua quæ locutus es de montibus Israel, dicens, Deserti nobis ad deuorandum dati sunt. Et insurrexistis super me ore vestro,& derogastis aduersum me: verba vestra ego audiui. Hæc dicit Dominus Deus, Lætante vniuersa terra,in solitudinem te redigam. Sicuti gauisus es super hæreditatem Domus Israel,eò quòd fuerit dissipatà,sic faciam tibi : dissipatus eris mons Seir,& Idumæa omnis : & scient quia ego Dominus Deus.

S. IVDAEA *à gentibus usurpata, tandem uerò non suis meritis sed Dei misericordia restituetur, ubi in præceptis eius ambulet.* CAPVT XXXVI.

A TV autem Fili hominis, propheta super montes Israel,& dices,Montes Israel,audite verbum Domini,Hæc dicit Dominus Deus, Eo quòd dixerit inimicus de vobis,Euge, altitudines sempiternæ in hæreditatẽ datæ sunt nobis:propterea vaticinare,& dic, Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd desolati estis,& cõculcati per circuitũ, & facti in hæreditatem reliquis gẽtibus, & ascendistis super labium linguæ,& opprobriũ populi:propterea montes Israel audite verbum Domini Dei, Hæc dicit Dominus Deus montibus,& collibus,torrẽtibus,vallibusq;, & desertis,parietinis,& vrbibus derelictis, quæ depopulatæ sunt & subsannatæ à reliquis gentibus per circuitũ. Propter-
B ea hæc dicit Dominus Deus, Quoniã in igne zeli mei locutus sum de reliquis gentibus,& de Idumæa vniuersa:quæ dederunt meam terram sibi in hæreditatem cum gaudio,& toto corde,& ex animo:& eiecerunt eam,vt vastarent : iccirco vaticinare super humum Israel:& dices montibus & collibus, iugis & vallibus,Hæc dicit Dominus Deus,Ecce ego in zelo meo,& in furore meo locutus sum,eò quòd confusionem gentiũ sustinueritis. Idcirco hæc dicit Dominus Deus, Ego leuaui manũ meam,vt gentes quæ in circuitu vestro sunt,ipsę confusionẽ suam portent:vos autem montes Israel ramos ve-
C stros germinetis & fructũ vestrum afferatis populo meo Israel:prope enim est vt veniat. Quia ecce ego ad vos, & conuertar ad vos,& arabimini, & accipietis sementẽ. Et multiplicabo in vobis homines,omnemq; domum Israel:& habitabuntur ciuitates,& ruinosa instaurabuntur. Et replebo vos hominibus & iumentis : & multiplicabuntur,& crescent:& habitare vos faciã sicut à principio,bonisq; donabo maioribꝰ quàm habuistis ab initio : & scietis quia ego Dominus. Et adducam super vos homines populũ meum Israel,& hæreditate possidebunt te :& eris eis in hæreditatem, & non addes vltrà vt absque eis sis. Hæc dicit Dominus Deus, Pro eo quòd di-
D cunt de vobis : Deuoratrix hominum es, & suffocans gentẽ tuam : propterea homines non comedes amplius, & gentem tuam non necabis vltrà,ait Dominus Deus : nec auditam faciam in te amplius confusionem gentium, & opprobrium populorum nequaquam portabis,& gentem tuam non amittes amplius, ait Dominus Deus. Et factum est verbum Domini ad me, dicens, Fili hominis, domus Israel habitauerunt in humo sua,& polluerunt eam in vijs suis,& in studijs suis : iuxta immunditiam menstruatæ facta est via eorum coram me. Et effudi indignationem meam super eos pro
E sanguine quem fuderunt super terram,& in idolis suis polluerunt eam,& dispersi eos in gentes:& ventilati sunt in terras : iuxta vias eorum , & adinuentiones eorum iudicaui eos. Et ingressi sunt ad gentes ad quas introierunt:& polluerunt nomen sanctum meum cum diceretur de eis, Populus Domini iste est,& de terra eius egressi sunt. Et peperci nomini sancto meo,quod polluerat domus Israel in gẽtibus ad quas ingressi sunt. Idcirco dices domui Israel, Hæc dicit

Supra 6 a

Esai. 2 c Roma. 2 d

dicit Dominus Deus, Non propter vos ego faciam domus Iſrael: ſed propter nomen ſanctũ meũ quod polluiſtis in gentibus ad quas intraſtis. Et ſanctificabo nomen meum magnũ, quod pollutum eſt inter gentes, quod polluiſtis in medio earum: vt ſciant gentes quia ego Dominus, ait Dominus exercituum, cum ſanctificatus fuero in vobis coram eis. Tollam quippe vos de gentibus, & congregabo vos de vniuerſis terris, & adducam vos in terram veſtram. Et effundam ſuper vos aquam mundam, & mundabimini ab omnibus inquinamentis veſtris, & ab vniuerſis idôlis veſtris mundabo vos. Et dabo vobis cor nouum, & ſpiritũ nouum ponam in medio veſtri: & auferam cor lapideum de carne veſtra, & dabo vobis cor carneum. Et ſpiritum meum ponam in medio veſtri: & faciam vt in præceptis meis ambuletis, & iudicia mea cuſtodiatis & operemini. Et habitabitis in terra quam dedi patribus veſtris: & eritis mihi in populum, & ego ero vobis in Deum. Et ſaluabo vos ex vniuerſis inquinamentis veſtris: & vocabo frumentum, & multiplicabo illud, & non imponam vobis famem. Et multiplicabo fructũ ligni, & genimina agri: vt non portetis vltrà opprobriũ famis in gentibus. Et recordabimini viarum veſtrarum peſſimarum, ſtudiorumque non bonorum: & diſplicebunt vobis iniquitates veſtræ & ſcelera veſtra. Non propter vos ego faciam, ait Dominus Deus, notum ſit vobis: confundimini & erubeſcite ſuper vijs veſtris domus Iſrael. Hęc dicit Dominus Deus, In die qua mundauero vos ex omnibus iniquitatibus veſtris, & inhabitari fecero vrbes, & inſtauratæ ruinoſa: & terra deſerta, fuerit exculta, quæ quondam erat deſolata in oculis omnis viatoris: dicent, Terra illa inculta, facta eſt vt hortus voluptatis: & ciuitates deſertæ, & deſtructæ atque ſubfoſſæ, munitæ ſederunt. Et ſcient gentes quæcunque derelictæ fuerint in circuitu veſtro, quia ego Dominus ædificaui diſſipata, plantauique inculta, ego Dominus locutus ſim & fecerim. Hæc dicit Dominus Deus, Adhuc in hoc inuenient me domus Iſrael, vt faciam eis: Multiplicabo eos ſicut gregem hominum, vt gregem ſanctum, vt gregem Ieruſalem in ſolẽnitatibus eius. Sic erunt ciuitates deſertæ, & plenæ gregibus hominum: & ſciẽt quia ego Dominus.

S. REDVCENDAE *tandem duodecim tribus Iſraël aridis oſſibus prædicantur, quarum unicus erit paſtor* CHRISTVS, *finale iudicium executurus.* CAPVT XXXVII.

FActa eſt ſuper me manus Domini, & eduxit me in ſpiritu Domini: & dimiſit me in medio campi qui erat plenus oſſibus, & circunduxit me per ea in gyro: erant autem multa valde ſuper faciem campi, ſiccaq; vehementer. Et dixit ad me, Fili hominis, putáſne viuent oſſa iſta? Et dixi, Domine Deus tu noſti. Et dixit ad me, Vaticinare de oſſibus iſtis, & dices eis, Oſſa arida audite verbum Domini. Hæc dicit Dominus Deus oſſibus his, Ecce ego intromittam in vos ſpiritum, & viuetis: & dabo ſuper vos neruos, & ſuccreſcere faciam ſuper vos carnes, & ſuperextendam in vobis cutem: & dabo vobis ſpiritum, & viuetis: & ſcietis quia Dominus. Et prophetaui ſicut præceperat mihi. Factus eſt autem ſonitus prophetante me, & ecce commotio: & acceſſerunt oſſa ad oſſa, vnumquodq; ad iuncturam ſuam. Et vidi, & ecce ſuper ea nerui, & carnes aſcenderunt: & extenta eſt in eis cutis déſuper, & ſpiritum non habebant. Et dixit ad me, Vaticinare ad ſpiritum, vaticinare fili hominis, & dices ad ſpiritum, Hæc dicit Dominus Deus, A quatuor vẽtis veni ſpiritus: & inſuffla ſuper interfectos iſtos, & reuiuiſcãt. Et prophetaui, ſicut præceperat mihi: & ingreſſus eſt in ea ſpiritus, & reuixerũt: ſteterũtq; ſuper pedes ſuos exercitus grandis nimis valde. Et dixit ad me, Fili hominis, oſſa hæc vniuerſa, domus Iſrael eſt: ipſi dicunt, Aruerũt oſſa noſtra, & perijt ſpes noſtra, & abſciſi ſumus. Propterea vaticinare, & dices ad eos. Hæc dicit Dominus, Ecce ego aperiam tumulos veſtros, & educam vos de ſepulchris veſtris populus meus: & inducam vos in terram Iſrael. Et ſcietis quia ego Dominus, cum aperuero ſepulchra veſtra, & eduxero vos de tumulis veſtris populo meus: & dedero ſpiritũ meum in vobis, & vixeritis, & requieſcere vos faciã ſuper humum veſtram, & ſcietis quia ego Dominus locutus ſum, & feci, ait Dominus Deus. Et factus eſt ſermo Domini ad me, dicens, Et tu fili hominis, ſume tibi lignũ vnum: & ſcribe ſuper illud, Iudæ & filiorum Iſrael ſociorum eius: & tolle lignum alterum, & ſcribe ſuper illud, Ioſeph lignũ Ephráim, & cunctæ domus Iſrael, ſociorumq; eius. Et adiunge illa, vnum ad alterum tibi in lignum vnum: & erunt in vnionem in manu tua. Cum autẽ dixerint ad te filij populi tui loquentes, Nónne indicas nobis quid in his tibi velis? loquêris ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego aſſumam lignum Ioſeph, quod eſt in manu Ephráim, & tribus Iſrael quæ ſunt ei adiunctæ: & dabo eas pariter cum ligno Iuda, & faciam eas in lignum vnum, & erunt vnum in manu eius. Erunt autem ligna ſuper quæ ſcripſeris in manu tua, in oculis eorum. Et dices ad eos, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego aſſumam filios Iſrael de medio nationum ad quas abierunt: & cõgregabo eos vndiq;, & adducam eos ad humum ſuam. Et faciam eos in gentem vnã in terra in montibus Iſrael, & rex vnus erit omnibus imperans: & non erunt vltrà duæ gentes, nec diuidẽtur amplius in duo regna. Neque polluẽtur vltrà in idôlis ſuis, & cunctis iniquitatibus ſuis: & ſaluos eos faciam de vniuerſis ſedibus ſuis in quibus peccauerũt, & emũdabo eos: & erunt mihi populus, & ego ero eis Deus. Et ſeruus meus Dauid rex ſuper eos, & paſtor vnus erit omnium eorum: in iudicijs meis ambulabunt, & mandata mea cuſtodient, & facient ea. Et habitabunt ſuper terram quam dedi ſeruo meo Iacob, in qua habitauerunt patres veſtri: & habitabunt ſuper eam ipſi, & filij eorum, & filij filiorum eorum, vſque in ſempiternum: & Dauid ſeruus meus princeps eorum in perpetuum. Et percutiã illis fœdus pacis, pactum ſempiternũ erit eis: & fundabo eos, & multiplicabo, & dabo ſanctificationem meam in medio eorum in perpetuũ. Et erit tabernaculum meũ in eis: & ero eis Deus, & ipſi erũt mihi populus. Et ſcient gentes quia ego Dominus ſanctificator Iſrael cum fuerit ſanctificatio mea in medio eorum in perpetuum.

Ioan. 10 b

Supra 34 f
Ioan. 1 g
& 10 b
Eſa. 40 e
Iere. 23 a
Dan. 9 g
Ioan. 12 e
Pſal. 109 b
& 10 a

S. GOG *& Magog in gregem Domini ſæuientes ab ouili repellẽtur & occidentur.* CAPVT XXXVIII.

ET factus eſt ſermo Domini ad me, dicẽs, Fili hominis, pone faciem tuam contra Gog & terram Magog, principẽ capitis Moſoch & Thubal: & vaticinare de eo, & dices, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ad te Gog principẽ capitis Moſoch & Thubal, & circumagam te, & ponam frenũ in maxillis tuis: & educam te & omnem exercitum tuum, equos & equites veſtitos loricis vniuerſos, multitudinem magnam haſtam & clypeum arripientiũ & gladium. Perſæ, Aethiopes, & Libies cum eis: omnes ſcutati & galeati. Gomer, & vniuerſa agmina eius, domus Thogorma latera Aquilonis, & totum robur eius: populiq; multi tecum. Præpara & inſtrue te & omnem multitudinẽ tuam quæ coaceruata eſt ad te: & eſto eis in præceptũ. Poſt dies multos viſitaberis: in nouiſſimo annorũ venies ad terram quæ reuerſa eſt à gladio & congregata eſt de populis multis: ad montes Iſrael, qui fuerũt deſerti iugiter: hæc de populis educta eſt, & habitabunt in ea confidenter vniuerſi. Aſcendens autem quaſi tẽpeſtas venies & quaſi nubes, vt operias terram tu & omnia agmina tua, & populi multi tecum. Hæc dicit Dominus Deus. In die illa aſcẽdent ſermones ſuper cor tuũ, & cogitabis cogitationẽ peſſimã: & dices, Aſcendam ad terrã abſq; muro: veniã ad quieſcentes habitantes que ſecurè: hi omnes habitant ſine muro, vectes & portæ nõ ſunt eis. Vt diripias ſpolia, & inuadas prædam, vt inferas manum

Apoc. 20 c

tuam

tuam ſuper eos qui deſerti fuerant & poſtea reſtituti, & ſuper populũ qui eſt congregatus ex gẽtibus, qui poſsidere cœpit & eſſe habitator vmbilici terræ. Saba, & Dedan, & negotiatores Tharſis, & omnes leones eius dicent tibi, Nunquid ad ſumendam polia tu venis? ecce ad diripiendam prædam congregaſti multitudinem tuam, vt tollas argentum & aurum, & auferas ſupellectilẽ atq; ſubſtantiã, & diripias manubias infinitas. Propterea vaticinare fili hominis, & dices ad Gog, Hæc dicit Dñs Deus, Nunquid non in die illo, cum habitauerit populus meus Iſrael confidentet, ſcies? Et venies de loco tuo à lateribus aquilonis tu & populi multi tecum, aſcẽſores equorum vniuerſi, cœtus magnus, & exercitus vehemens. Et aſcendes ſuper populum meum Iſrael quaſi nubes, vt operias terram. In nouiſsimis diebus eris, & adducam te ſuper terram meam: vt ſciant gentes me, cum ſanctificatus fuero in te in oculis eorum ô Gog. Hæc dicit Dominus Deus, Tu ergo ille es, de quo locutus ſum in diebus antiquis in manu ſeruorum meorum prophetarum Iſrael, qui prophetauerunt in diebus illorum temporum, vt adducerem te ſuper eos. Et erit in die illa in die aduentus Gog ſuper terram Iſrael, ait Dominus Deus, aſcendet indignatio mea in furore meo. Et in zelo meo, & in igne iræ meæ locutus ſum, Quia in die illa erit cõmotio magna ſuper terram Iſrael: & commouebũtur à facie mea piſces maris, & volucres cæli, & beſtiæ agri, & omne reptile quod mouetur ſuper humũ, cunctiq; homines qui ſunt ſuper faciem terræ: & ſubuertentur mõtes, & cadent ſepes, & omnis murus corruet in terram. Et conuocabo aduerſus eum in cunctis montibus meis gladium, ait Dominus Deus: gladius vniuſcuiuſq; in fratrem ſuum dirigetur. Et iudicabo eum peſte, & ſanguine, & imbre vehementi, & lapidibus immenſis: ignem, & ſulphur pluam ſuper eum, & ſuper exercitum eius, & ſuper populos multos qui ſunt cum eo. Et magnificabor & ſanctificabor, & notus ero in oculis multarum gentiũ: & ſcient quia ego Dominus.

Matt. 24 c
Lucæ 21 c

S. GOG & Magog deſtruendi feris & auibus præda fient: populum autem captiuum Dominus rurſum libertate donabit.

CAPVT XXXIX.

TV autem fili hominis, vaticinare aduerſum Gog, & dices, Hæc dicit Dominus Deus, Ecce ego ſuper te Gog principem capitis Moſoch & Thubal: & circumagam te, & educam te, & aſcendere te faciam de lateribus Aquilonis: & adducam te ſuper montes Iſrael. Et percutiam arcum tuum in manu ſiniſtra tua: & ſagittas tuas de manu dextera tua deijciam. Super mõtes Iſrael cades tu, & omnia agmina tua, & populi tui qui ſunt tecum: feris, auibus, omniq; volatili, & beſtijs terræ dedi te ad deuorandum. Super faciẽ agri cades: quia ego locutus ſum, ait Dominus Deus. Et immittam ignem in Magog, & in his qui habitant in inſulis confidenter: & ſcient quia ego Dominus. Et nomen ſanctũ meum notum faciam in medio populi mei Iſrael, & non polluam nomen ſanctum meum amplius: & ſcient gentes quia ego Dominus ſanctus Iſrael. Ecce venit & factum eſt, ait Dominus Deus: hæc eſt dies, de qua locutus ſum. Et egredientur habitatores de ciuitatibus Iſrael, & ſuccendent & comburent arma, clypeum & haſtas, arcum & ſagittas, & baculos manuũ, & contos: & ſuccendẽt ea igni ſeptem annis. Et non portabunt ligna de regionibus, neq; ſuccident de ſaltibus: quoniam arma ſuccendent igne, & deprædabuntur eos quibus prædæ fuerant, & diripient vaſtatores ſuos, ait Dominus Deus. Et erit in die illa: dabo Gog locum nominatũ ſepulchrum in Iſrael: vallem viatorũ ad Orientem maris, quæ obſtupeſcere faciet prætereuntes: & ſepelient ibi Gog, & omnem multitudinem eius, & vocabitur Vallis multitudinis Gog. Et ſepelient eos domus Iſrael, vt mundent terram ſeptem menſibus. Sepeliet autem eum omnis populus terræ, & erit eis nominata dies in qua glorificatus ſum, ait Dominus Deus. Et viros iugiter conſtituent luſtrantes terram qui ſepeliant, & requirant eos qui remanſerant ſuper faciem terræ, vt emundent eam: poſt mẽſes autem ſeptem quærere incipient. Et circuibunt peragrantes terram: cumq; viderint os hominis, ſtatuent iuxta illud titulum, donec ſepeliant illud polinctores in valle multitudinis Gog. Nomen autem ciuitatis Amona, & mundabunt terram. Tu ergo fili hominis, hæc dicit Dominus Deus, Dic omni volucri, & vniuerſis auibus, cunctisque beſtijs agri, Conuenite, properate, concurrite vndique ad victimam meam quam ego immolo vobis, victimam grandem ſuper montes Iſrael: vt comedatis carnem, & bibatis ſanguinem. Carnes fortium comedetis, & ſanguinem principum terræ bibetis: arietum, & agnorum, & hircorum, taurorumque & altilium, & pinguium omniũ. Et comedetis adipem in ſaturitatem, & bibetis ſanguinem in ebrietatem, de victima quam ego immolaui vobis: & ſaturabimini ſuper menſam meam de equo, & equite forti, & de vniuerſis viris bellatoribus, ait Dominus Deus. Et ponam gloriam meam in gentibus: & videbunt omnes gentes iudicium meum quod fecerim, & manum meam quam poſuerim ſuper eos. Et ſcient domus Iſrael quia ego Dominus Deus eorum, à die illa & deinceps. Et ſcient gentes quoniam in iniquitate ſua capta ſit domus Iſrael? eo quòd dereliquerint me, & abſconderim faciem meam ab eis, & tradiderim eos in manus hoſtium, & ceciderint in gladio vniuerſi. Iuxta immunditiam eorum & ſcelus feci eis, & abſcõdi faciem meã ab illis. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Nunc reducam captiuitatem Iacob, & miſerebor omnis domus Iſrael: & aſſumam zelum pro nomine ſancto meo. Et portabunt confuſionem ſuam, & omnem præuaricationem qua præuaricati ſunt in me, cum habitauerint in terra ſua confidenter neminem formidantes, & reduxero eos de populis, & congregauero de terris inimicorum ſuorum, & ſanctificatus fuero in eis in oculis gentium plũrimarum. Et ſcient quia ego Dominus Deus eorum, eo quòd tranſtulerim eos in nationes, & cõgregauerim eos ſuper terram ſuam, & nõ dereliquerim quenquam ex eis ibi. Et non abſcondam vltrà faciem meam ab eis, eo quòd effuderim ſpiritum meum ſuper omnem domum Iſrael, ait Dominus Deus.

Apo. 20 c

Supra 36 c



S. AEDIFICABITVR templum, ueſtibulum, & altare, & quæ illis neceſſaria ſunt: ac ciuitas cum muris ſuis, cũ certa omnũ mẽſura.

CAPVT XL.

IN viceſimoquinto anno tranſmigrationis noſtræ, & in exordio anni, decima menſis, quartodecimo anno, poſtquam percuſſa eſt ciuitas: in ipſa hac die facta eſt ſuper me manus Domini, & adduxit me illuc. In viſionibus Dei adduxit me in terrã Iſrael, & dimiſit me ſuper montem excelſum nimis: ſuper quem erat quaſi ædificium ciuitatis vergentis ad auſtrum. Et introduxit me illuc: & ecce vir, cuius erat ſpecies quaſi ſpecies æris, & funiculus lineus in manu eius, & calamus mẽſuræ

ſuræ in manu eius: ſtabat autem in porta. Et locutus eſt ad me
idem vir, Fili hominis, vide oculis tuis, & auribus tuis audi, &
pone cor tuum in omnia quæ ego oſtendam tibi: quia vt oſtẽ
Alias, omnibus. dantur tibi adductus es huc: annuntia omnia quæ tu vides, do
mui Iſrael. Et ecce murus foriſecus in circuitu domus vndi-
que, & in manu viri calamus menſuræ ſex cubitorum & pal-
mo: & menſus eſt latitudinem ædificij calamo vno, altitudi-
B nem quoq; calamo vno. Et venit ad portam quæ reſpiciebat
viam orientalem, & aſcendit per gradus eius: & menſus eſt li
men portæ calamo vno latitudinem, id eſt, limen vnum cala-
mo vno in latitudine: & thalamum vno calamo in longum,
& vno calamo in latum: & inter thalamos quinque cubitos:
& limen portæ iuxta veſtibulum portæ intrinſecus, calamo
vno. Et menſus eſt veſtibulum portæ octo cubitorũ, & fron
tem eius duobus cubitis: veſtibulum autem portæ erat in-
trinſecus. Porrò thalami portæ ad viam orientalem, tres hinc
& tres inde: menſura vna trium, & menſura vna frontium ex
vtraq; parte. Et menſus eſt latitudinem liminis portæ decem
cubitorũ: & longitudinẽ portæ tredecim cubitorũ: & mar-
ginẽ ante thalamos cubiti vnius: & cubitus vnus finis vtrinq;.
thalami autem, ſex cubitorum erant hinc & inde. Et menſus
C eſt portam à tecto thalami, vſq; ad tectũ eius, latitudinem vi-
gintiquinque cubitorũ: oſtium contra oſtium. Et fecit fron-
tes per ſexaginta cubitos: & ad frontem atriũ portæ vndique
per circuitum. Et ante faciem portæ quæ pertingebat vſq; ad
faciem veſtibuli portæ interioris, quinquaginta cubitos. Et
feneſtras obliquas in thalamis & in frontibus eorũ quæ erant
intra portam vndique per circuitum: ſimiliter autem erant
& in veſtibulis feneſtræ per gyrum intrinſecus, & ante fron-
tes pictura palmarum cælata. Et eduxit me ad atriũ exterius,
& ecce gazophylacia, & pauimentum ſtratum lapide in atrio
per circuitum: triginta gazophylacia in circuitu pauimenti.
Et pauimẽtum in fronte portarum ſecundum longitudinem
portarum erat inferius. Et menſus eſt latitudinẽ à facie por-
tæ inferioris vſq; ad frontem atrij interioris extrinſecus, cen-
tum cubitos, ad orientem & ad aquilonem. Portam quoque
quæ reſpiciebat viã aquilonis atrij exterioris, menſus eſt tam
D in longitudine quàm in latitudine. Et thalamos eius tres hinc
& tres inde: & frontem eius & veſtibulum eius ſecundum
menſuram portæ prioris: quinquaginta cubitorum longitu
dinem eius, & latitudinem vigintiquinq; cubitorũ. Feneſtræ
autem eius, & veſtibulum, & ſculpturæ ſecundũ menſuram
portæ quæ reſpiciebat ad orientẽ: & ſeptem graduum erat
aſcenſus eius, & veſtibulũ ante eam. Et porta atrij interioris
contra portam aquilonis, & orientalem: & menſus eſt à porta
vſque ad portam, centum cubitos. Et eduxit me ad viam au-
ſtralem, & ecce porta quæ reſpiciebat ad auſtrum: & men-
ſus eſt frontẽ eius, & veſtibulum eius iuxta menſuras ſuperio
res. Et feneſtras eius & veſtibula in circuitu, ſicut feneſtras
cæteras: quinquaginta cubitorũ longitudine, & latitudine vi-
gintiquinque cubitorũ. Et in gradibus ſeptẽ aſcendebatur ad
eam: & veſtibulũ ante fores eius: & cælatæ palmæ erant, vna
hinc, & altera inde in fronte eius. Et porta atrij interioris in
E via auſtrali: & menſus eſt à porta vſq; ad portam in via auſtra
li, centum cubitos. Et introduxit me in atriũ interius ad por-
tam auſtralem: & menſus eſt portã iuxta menſuras ſuperio-
res. Thalamum eius, & frontem eius, & veſtibulum eius hiſ-
dem menſuris: & feneſtras eius, & veſtibulũ eius in circuitu
quinquaginta cubitos lõgitudinis, & latitudinis vigintiquin-
que cubitos. Et veſtibulũ per gyrũ longitudine vigintiquin-
que cubitorum, & latitudine quinque cubitorum. Et veſtibu
lum eius ad atrium exterius, & palmas eius in fronte: & octo
gradus erant quibus aſcendebatur per eam. Et introduxit me
in atrium interius per viam orientalem: & menſus eſt portã
ſecundum menſuras ſuperiores. Thalamũ eius, & frontẽ eius,
& veſtibulum eius, ſicut ſuprà: & feneſtras eius, & veſtibula
in circuitu, longitudine quinquaginta cubitorũ, & latitudine
vigintiquinque cubitorum. Et veſtibulum eius, id eſt atrij
exterioris: & palmæ cælatæ in fronte eius hinc & inde: & in-
F octo gradibus aſcenſus eius. Et introduxit me ad portã quæ
reſpiciebat ad aquilonem: & menſus eſt ſecundũ menſuras ſu
periores. Thalamum eius, & frontẽ eius, & veſtibulum eius,
& feneſtras eius per circuitum, longitudine quinquaginta cu-
bitorum, & latitudine vigintiquinque cubitorum. Et veſtibu
lum eius reſpiciebat ad atrium exterius: & cælatura palma-
rum in frõte eius hinc & inde: & in octo gradibus aſcenſus
eius. Et per ſingula Gazophylacia oſtium in frontibus porta
rum: ibi lauabant holocauſtum. Et in veſtibulo portæ duæ
menſæ hinc, & duæ menſæ inde: vt immoletur ſuper eas ho-
locauſtum, & pro peccato, & pro delicto. Et ad latus exterius
quod aſcendit ad oſtium portæ quæ pergit ad aquilonẽ, duæ
menſæ: & ad latus alterum ante veſtibulum portæ, duæ men-
ſæ. Quatuor menſæ hinc, & quatuor menſæ inde: per látera
portæ octo menſæ erant ſuper quas immolabãt. Quatuor au-
tem menſæ ad holocauſtum, de lapidibus quadris extructæ:
longitudine cubiti vnius & dimidij, & latitudine cubiti vnius
& dimidij, & altitudine cubiti vnius: ſuper quas ponent vaſa
G in quibus immolatur holocauſtũ & victima. Et labia earum
palmæ vnius, reflexa intrinſecus per circuitum: ſuper men-
ſas autem, carnes oblationis. Et extra portam interiorem Ga-
zophylacia cantorũ in atrio interiori, quod erat in látere por-
tæ reſpicientis ad aquilonem: & facies eorũ contra viam au-
ſtralem, vna ex látere potæ orientalis quę reſpiciebat ad viam
aquilonis. Et dixit ad me, Hoc eſt gazophylacium quod re-
ſpicit viam meridianam: ſacerdotũ qui excubant in cuſtodijs
templi. Porrò gazophylacium quod reſpicit ad viam aquilo-
nis, ſacerdotum erit qui excubant ad miniſterium altaris. iſti
ſunt filij Sadoch, qui accedũt de filijs Leui ad Dominũ, vt mi
niſtrent ei. Et menſus eſt atrium longitudine centũ cubitorũ,
& latitudine centum cubitorũ per quadrum: & altare ante fa-
ciem templi. Et introduxit me in veſtibulũ templi: & men-
ſus eſt veſtibulũ quinq; cubitis hinc, & quinq; cubitis inde: &
latitudinem portæ trium cubitorũ hinc, & trium cubitorum
inde. Longitudinem autem veſtibuli, viginti cubitorũ, & lati
tudinem vndecim cubitorũ: & octo gradibus aſcendebatur ad
eam. Et columnę erãt in frontibus: vna hinc, & altera inde.

S. MENSVRA *templi iuxta partes ſuas, & quæ eiſdem pertinẽt.* CAPVT XLI.

A ET introduxit me in templum, & mẽſus eſt fron
tes ſex cubitos latitudinis hinc, & ſex cubitos lati
tudinis inde, latitudinẽ tabernaculi. Et latitudo
portæ, decem cubitorũ erat: & látera portæ quin
que cubitis hinc, & quinque cubitis inde. & menſus eſt longi
tudinem eius quadraginta cubitorum, & latitudinem viginti
cubitorum. Et introgreſſus intrinſecus, menſus eſt in fronte
portæ duos cubitos: & portam, ſex cubitorũ: & latitudinem
portæ, ſeptem cubitorũ. Et menſus eſt longitudinem eius vi
ginti cubitorum. & latitudinem viginti cubitorum, ante fa-
ciem templi: & dixit ad me, Hoc eſt ſanctum ſanctorum. Et
menſus eſt parietem domus ſex cubitorum: & latitudinem lá
teris, quatuor cubitorum vndique per circuitum domus.
Látera autem latus, ad latus bis trigintatria: & erant eminen-
tia quæ ingrederentur per parietem domus, in lateribus per
circuitum, vt continerent, & non attingerent parietem tem-
B pli. Et platea erat in rotundũ, aſcendens ſurſum per cochleam
& in cœnaculum templi deferebat per gyrum: idcirco latius
erat templũ in ſuperioribus: & ſic de inferioribus aſcendeba-
tur ad ſuperiora, & in medium. Et vidi in domo altitudinem
per circuitum, fundata látera ad menſuram calami ſex cu-
bitorum ſpatio: & latitudinem per parietem láteris foriſe
cus quinque cubitorum: & erat interior domus in lateribus
domus. Et inter gazophylacia latitudinẽ viginti cubitorum
in circuitu domus vndique. Et oſtium láteris ad oratio-

nem, oſtium vnũ ad viam Aquilonis, & oſtium vnũ ad viam Auſtralem: & latitudinem loci ad orationem, quinq; cubitorum in circuitu. Et ædificiũ quod erat ſeparatum verſumq; ad viam reſpicientem ad mare, latitudinis ſeptuaginta cubitorũ. Paries autem ędificij, quinq; cubitorum latitudinis per circui
C tum: & longitudo eius, nonaginta cubitorum. Et menſus eſt domus longitudinem, centum cubitorum: & quod ſeparatũ erat ædificium, & parietes eius, longitudinis centum cubitorum. Latitudo autem ante faciem domus: & eius quod erat ſeparatũ contra Orientem, centũ cubitorũ. Et menſus eſt longitudinem ædificij contra faciem eius quod erat ſeparatum ad dorſum, hecthecas ex vtraq; parte centum cubitorum: & templum interius, & veſtibula atrij. Limina & feneſtras obliquas, & hecthecas in circuitu per tres partes, cõtra vniuſcuiuſq; limen, ſtratumq; ligno per gyrum in circuitu: terra autem vſq; ad feneſtras, & feneſtrę clauſæ ſuper oſtia. Et vſq; ad domum interiorem, & forinſecus: & omnem parietem in circuitu intrinſecus, ad menſuram. Et fabrefacta Cherubim & palmæ: &
D palma inter Cherub & Cherub, duas q; facies habebat Cherub. Faciem hominis iuxta palmam ex hac parte, & faciẽ leonis iuxta palmam ex alia parte: expreſſam per omnem domũ in circuitu. De terra vſq; ad ſuperiora portę, Cherubim & palme cælatæ erant, in pariete templi. Limen, quadrangulum: & facies ſanctuarij, aſpectus contra aſpectum. Altaris lignei triũ cubitorum altitudo: & longitudo eius, duorum cubitorum: & anguli eius, & longitudo eius, & parietes eius lignei. & locutus eſt ad me, Hæc eſt menſa coram Domino. Et duo oſtia erant in templo, & in ſanctuario. Et in duobus oſtijs ex vtraque parte bina erant oſtiola, quæ in ſeinuicem plicabãtur: bina enim oſtia erant ex vtraq; parte oſtiorum. Et cælata erant in ipſis oſtijs templi Cherubim, & ſculptura palmarum, ſicut in parietibus quoq; expreſſa erant: quam ob rem & groſſiora erant ligna in veſtibuli fronte forinſecus. Super quæ feneſtræ obliquæ & ſimilitudo palmarũ hinc atq; inde in humerulis veſtibuli: ſecundũ làtera domus, latitudinemq; parietũ.

S. GAZOPHYLACIORVM *dimenſio, cæterorumq; uſui ſacrorum utilium reparatio.* CAPVT XLII.

A ET eduxit me in atrium exterius per viam ducentem ad Aquilonẽ, & introduxit me in gazophylacium, quod erat contra ſeparatum ædificium & contra ædem vergentẽ ad Aquilonẽ. In facie longitudinis, centum cubitos oſtij Aquilonis: & latitudinis quinquaginta cubitos: contra viginti cubitos atrij interioris, & cõtra pauimentum ſtratum lapide atrij exterioris, vbi erat porticus iuncta porticui triplici. Et ante gazophylacia deambulatio decem cubitorũ latitudinis, ad interiora reſpiciens viæ cubiti vnius. Et oſtia eorũ ad Aquilonẽ: vbi erant Gazophylacia in ſuperioribus humiliora: quia ſupportabant porticus quæ ex illis eminebant de inferioribus, & de medijs ædificij.
B Triſtega enim erant, & nõ habebant colũnas, ſicut erant columnæ atriorum: propterea eminebant de inferioribus, & de medijs à terra cubitis quinquaginta. Et peribolus exterior, ſecundum gazophylacia, quæ erant in via atrij exterioris ante gazophylacia: longitudo eius, quinquaginta cubitorũ. Quia longitudo erat gazophylaciorum atrij exterioris: quinquaginta cubitorum, & longitudo ante faciem templi, centum cubitorũ. Et erat ſubter gazophylacia hæc introitus ab Oriente ingredientium in ea de atrio exteriori: in latitudine periboli atrij, quod erat contra viam Orientalem, in faciem ædificij ſeparati. Et erant ante ædificium gazophylacia: & via ante faciem eorũ iuxta ſimilitudinem gazophylaciorũ, quæ erant in
C via Aquilonis: ſecundũ longitudinem eorũ, ſic & latitudo eorum: & omnis introitus eorũ, & ſimilitudines, & oſtia eorum ſecundum oſtia gazophylaciorũ quæ erant in via reſpiciente ad notum: oſtium in capite viæ, quę via erat ante veſtibulum ſeparatum per viam oriẽtalem ingrediẽtibus. Et dixit ad me, Gazophylacia Aquilonis, & gazophylacia Auſtri, quæ ſunt ante ædificium ſeparatum: hæc ſunt gazophylacia ſancta, in quibus veſcuntur ſacerdotes qui appropinquant ad Dominũ in ſancta ſanctorũ. ibi ponent ſancta ſanctorũ, & oblationem pro peccato, & pro delicto: locus enim ſanctus eſt. Cum autem ingreſſi fuerint ſacerdotes, non ingredientur de ſanctis in
D atrium exterius: & ibi reponent veſtimenta ſua in quibus miniſtrant, quia ſancta ſunt: veſtientur q; veſtimentis alijs, & ſic procedent ad populum. Cumque compleſſet menſuras domus interioris, eduxit me per viam portæ quæ reſpiciebat ad viam Orientalem: & menſus eſt eam vndique per circuitum. Menſus eſt autem contra ventũ orientalem calamo mẽſuræ: quingentos calamos in calamo menſuræ per circuitũ. Et menſus eſt contra ventum Aquilonis quingẽtos calamos, in calamo menſuræ per gyrum. Et ad ventũ Auſtralem menſus eſt quingentos calamos, in calamo menſuræ per circuitum. Et ad ventum occidentalem menſus eſt quingentos calamos, in calamo menſuræ. Per quatuor ventos menſus eſt murum eius vndique per circuitum. longitudinem quingentorũ cubitorum, & latitudinem quingẽtorum cubitorum, diuidẽtem inter ſanctuarium & vulgi locum.



S. MAIESTAS Domini prophetæ apparens, *docet eum ſacrificia eligenda, & portam Sanctuarij perpetuò claudendam, & nulli aperiendam.* CAPVT XLIII.

A ET duxit me ad portam quæ reſpiciebat ad viam orientalem. Et ecce gloria Dei Iſrael ingrediebatur per viam orientalem: & vox erat ei quaſi vox aquarũ multarum, & terra ſplẽdebat à maieſtate eius. Et vidi viſionẽ ſecundũ ſpeciem quam videram, quando venit vt diſperderet ciuitatem: & ſpecies ſecũdum aſpectum quem videram iuxta fluiuum Chobar: & cecidi ſuper faciem meam. Et maieſtas Domini ingreſſa eſt templum per viam portæ quæ reſpiciebat ad orientẽ. Et eleuauit me ſpiritus, & introduxit me in atrium interius: & ecce repleta erat gloria
B Domini domus. Et audiui loquentem ad me de domo, & vir ſtabat iuxta me. Et dixit ad me, Fili hominis, locus ſolij mei, & locus veſtigiorũ pedum meorũ, vbi habito in medio filiorum Iſrael in æternũ: & nõ polluẽt vltrà domus Iſrael nomẽ ſanctum meum, ipſi, & reges eorũ in fornicationibus ſuis, & in ruinis regũ ſuorum, & in excelſis. Qui fabricati ſunt limen ſuum iuxta limẽ meum, & poſtes ſuos iuxta poſtes meos: & murus erat inter me & eos: & polluerũt nomẽ ſanctũ meum
C in abominationibus quas fecerunt: propter quod conſumpſi eos in ira mea. Nunc ergo repellant procul fornicationem ſuam, & ruinas regum ſuorũ à me: & habitabo in medio eorum ſemper. Tu autem fili hominis oſtẽde domui Iſrael templum, & cõfundantur ab iniquitatibus ſuis: & metiantur fabricam, & erubeſcant ex omnibus quæ fecerunt. Figurã domus, & fabricæ eius exitus & introitus, & omnẽ deſcriptionem eius, & vniuerſa præcepta eius, cunctumq; ordinẽ eius, & omnes leges eius oſtende eis, & ſcribes in oculis eorum: vt cuſtodiant omnes deſcriptiones eius, & præcepta illius, & faciant ea.

Supra 9 4

Supra 1 4

D ciant ea. Iſta eſt lex domus, In ſummitate montis omnis finis
eius in circuitu ſanctũ ſanctorũ eſt. hæc eſt ergo lex domus.
Iſtæ autẽ menſuræ altaris in cubito veriſsimo, qui habebat
cubitum & palmũ: in ſinu eius erat cubitus, & cubitus in la-
titudine: & definitio eius vſq; ad labium eius, in circuitu pal-
mus vnus. hæc quoque erat foſſa altaris. Et de ſinu terræ vſq;
ad crepidinẽ nouiſsimã duo cubuti, & latitudo cubiti vnius:
E & à crepidine minore vſq; ad crepidinem maiorem quatuor
cubiti, & latitudo cubiti vnius. Ipſe autem ariel quatuor cubi
torum: & ab ariel vſque ſurſum cornua quatuor. Et ariel
duodecim cubitorum in longitudine per duodecim cubitos
latitudinis: quadrangulatum æquis lateribus. Et crepido qua
tuordecim cubitorum longitudinis per quatuordecim cubi-
tos latitudinis in quatuor angulis eius: & corona in circuitu
eius dimidij cubiti, & ſinus eius vnius cubiti per circuitum:
F gradus autem eius verſi ad orientem. Et dixit ad me, Fili ho
minis, hæc dicit Dominus Deus, Hi ſunt ritus altaris, in
quacunq; die fuerit fabricatum: vt offeratur ſuper illud holo-
cauſtum, & effundatur ſanguis. Et dabis ſacerdotibus & Leui
tis, qui ſunt de ſemine Sadoc, qui accedunt ad me, ait Domi-
nus Deus, vt offerant mihi vitulum de armento pro peccato.
Et aſſumens de ſanguine eius, pones ſuper quatuor cornua
eius, & ſuper quatuor angulos crepidinis, & ſuper coronã in
circuitu: & mundabis illud & expiabis. Et tolles vitulum qui
oblatus fuerit pro peccato: & combures eũ in ſeparato loco
domus extra ſanctuariũ. Et in die ſecũda offeres hircũ capra-
G rum immaculatũ pro peccato: & expiabũt altare, ſicut expia-
uerunt in vitulo. Cumq; cõpleueris expiãs illud, offeres vitu
lum de armẽto immaculatũ, & arietẽ de grege immaculatũ.
Et offeres eos in cõſpectu Domini: & mittent ſacerdotes ſu-
per eos ſal, & offerent eos in holocauſtum Domino. Septem
diebus facies hircum pro peccato quotidie: & vitulũ de armẽ-
to, & arietẽ de pecoribus immaculatos offerẽt. Septẽ diebus
expiabunt altare, & mundabunt illud: & implebunt manum
eius. Expletis autẽ ſeptem diebus, in die octaua & vltrà, faciẽt
ſacerdotes ſuper altare holocauſta veſtra, & quæ pro pace of-
ferunt: & placatus ero vobis, ait Dominus Deus.

S. QVIBVS *templi aditus ingreſſusq; ſit conceſſus, & altaris mi-*
niſterium. CAPVT XLIIII.

A ET conuertit me ad viam portæ ſanctuarij exterio
ris, quæ reſpiciebat ad orientem: & erat clauſa. Et
dixit Dominus ad me, Porta hæc, clauſa erit: non
aperietur, & vir non tranſiet per eam: quoniam
Dominus Deus Iſrael ingreſſus eſt per eã, eritq; clauſa prin
cipi. Princeps ipſe ſedebit in ea, vt comedat panem corã Do
mino: per viam portæ veſtibuli ingredietur, & per viam eius
egredietur. Et adduxit me per viam portæ Aquilonis in con
ſpectu domus: & vidi, & ecce impleuit gloria Dñi domum
C Domini: & cecidi in faciem meam. Et dixit ad me Dominus,
Fili hominis, pone cor tuum, & vide oculis tuis, & auribus
tuis audi omnia quæ ego loquor ad te de vniuerſis cæremo-
nijs domus Domini, & de cunctis legibus eius: & pones cor
tuum in vijs templi, per omnes exitus ſanctuarij. Et dices ad
exaſperantem me domum Iſrael, Hæc dicit Dominus Deus,
Sufficiant vobis omnia ſcelera veſtra domus Iſrael: eo quòd
inducitis filios alienos incircunciſos corde & incircunciſos
carne, vt ſint in ſanctuario meo, & polluant domum meam:
C & offertis panes meos, adipem & ſanguinem: & diſſoluitis pa
ctum meum in omnibus ſceleribus veſtris. Et non ſeruaſtis
præcepta ſanctuarij mei: & poſuiſtis cuſtodes obſeruationũ
mearum in ſanctuario meo vobiſmetipſis. Hæc dicit Domi-
nus Deus, Omnis alienigena incircunciſus corde, & incircũ-
ciſus carne non ingredietur ſanctuarium meum: omnis filius
alienus qui eſt in medio filiorum Iſrael. Sed & Leuitæ qui
longè receſſerunt à me in errore filiorum Iſrael, & errauerũt
à me poſt Idóla ſua, & portauerunt iniquitatem ſuam, erunt
in ſanctuario meo æditui, & ianitores portarum domus, & mi
niſtri domus. Ipſi mactabunt holocauſta, & victimas popu-
li: & ipſi ſtabunt in conſpectu eorum, vt miniſtrent eis. Pro
eo quòd miniſtrauerunt illis in cõſpectu idôlorum ſuorum,
& facti ſunt domui Iſrael in offendiculum iniquitatis: idcir-
D co leuaui manum meã ſuper eos, ait Dominus Deus, & por-
tauerunt iniquitatem ſuam. Et non appropinquabunt ad me,
vt ſacerdotio fungantur mihi, neque accedent ad omne ſan-
ctuarium meum iuxta ſancta ſanctorum: ſed portabunt con
fuſionem ſuam, & ſcelera ſua quæ fecerunt. Et dabo eos ia-
nitores domus in omni miniſterio eius, & in vniuerſis quæ
fiunt in ea. Sacerdotes autem & Leuitæ filij Sadoc qui cuſto-
dierunt cæremonias ſanctuarij mei, cum errarent filij Iſrael
à me: & ipſi accedent ad me, vt miniſtrent mihi: ſtabũt in cõ
ſpectu meo, vt offerant mihi adipem & ſanguinem, ait Do-
E minus Deus. Ipſi ingredientur ſanctuarium meum, & ipſi
accedent ad menſam meam, vt miniſtrent mihi, & cuſtodiãt
cæremonias meas. Cumq; ingredientur portas atrij interio-
ris, veſtibus lineis induentur: nec aſcendet ſuper eos quic-
quam laneum, quando miniſtrant in portis atrij interioris &
intrinſecus. Vittę lineæ erunt in capitibus eorum, & fœmina-
lia linea erunt in lumbis eorum, & nõ accingentur in ſudore.
Cumq; egredientur atrium exterius ad populũ, exuent ſe ve
ſtimentis ſuis in quibus miniſtrauerant, & reponent ea in ga-
zophylacio ſanctuarij, & veſtient ſe veſtimentis alijs: & non
ſanctificabunt populum in veſtibus ſuis. Caput autem ſuum
non radent, neq; comam nutrient: ſed tondẽtes attondent ca
F pita ſua. Et vinum nõ bibet omnis ſacerdos, quando ingreſſu
rus eſt atrium interius. Et viduam, & repudiatã nõ accipient
vxores, ſed virgines de ſemine domus Iſrael: ſed & viduam, *Leuit.21 c*
quæ fuerit vidua à ſacerdote, accipient. Et populum meum
docebunt quid ſit inter ſanctũ & pollutũ: & inter mundũ &
immundum oſtendent eis. Et cum fuerit cõtrouerſia, ſtabunt
in iudicijs meis, & iudicabunt: leges meas, & præcepta mea
in omnibus ſolennitatibus meis cuſtodient, & ſabbatha mea
ſanctificabunt. Et ad mortuũ hominem non ingredientur, ne
polluantur: niſi ad patrem & matrẽ, & filium & filiam, & fra-
G trem & ſororem quæ alterum virũ non habuit: in quibus con
taminabuntur. Et poſtquã fuerit emundatus, ſeptem dies nu
merabuntur ei. Et in die introitus ſui in ſanctuariũ ad atrium
interius, vt miniſtret mihi in ſanctuario, offeret pro peccato *Deut.18 a*
ſuo, ait Dominus Deus. Erit autẽ eis hæreditas, ego hæredi- *Nume.18 c*
tas eorum: & poſſeſsionem nõ dabitis eis in Iſrael. ego enim
poſſeſsio eorũ. Victimam & pro peccato & pro delicto ipſi *Exod.22 d*
comedent: & omne votum in Iſrael, ipſorum erit. Et primiti-
ua omnium primogenitorum, & omnia libamenta ex omni-
bus quæ offeruntur, ſacerdotum erunt: & primitiua ciborũ
veſtrorum dabitis ſacerdoti, vt reponat benedictionẽ domui *Leuit.22 b*
ſuæ. Omne morticinum, & captum à beſtia de auibus & de
pecoribus, non comedent ſacerdotes.

S. TERRA *ſorte ſacerdotibus, Leuitis, ciuitati, & principibus*
certa menſura diuiſa, iubet Dominus æquitatẽ in menſuris, ponde
ribus, & primitijs ſeruari, & tria præcipua feſta celebrari.
CAPVT XLV.

A CVmq; cœperitis terram diuidere ſortito, ſepara-
te primitias Domino ſanctificatum de terra lon-
gitudine vigintiquinque millia, & latitudine de-
cẽ millia: ſanctificatũ erit in omni termino eius
per circuitũ. Et erit ex omni parte ſanctificatum quingentos
per quingẽtos, quadrifariã per circuitũ: & quinquaginta cubi
tis in ſuburbana eius per gyrum. Et à menſura iſta mẽſurabis
longitudinẽ vigintiquinq; milliũ, & latitudinẽ decem milliũ,
B & in ipſo erit templũ, ſanctumq; ſanctorum. Sanctificatũ de
terra erit ſacerdotibus miniſtris ſanctuarij, qui accedunt ad
miniſteriũ Domini: & erit eis locus in domos, & in ſanctua-
rium ſanctitatis. Vigintiquinq; autem millia longitudinis &

decem millia latitudinis erunt Leuitis qui miniſtrant domui: ipſi poſsidebunt viginti gazophylacia. Et poſſeſsionem ciuitatis dabitis quinque millia latitudinis, & longitudinis vigintiquinq; millia, ſecundũ ſeparationẽ ſanctuarij, omni domui Iſrael. Principi quoq; hinc & inde in ſeparationẽ ſanctuarij, & in poſſeſsionẽ ciuitatis, contra faciem ſeparationis ſanctuarij, & contra faciẽ poſſeſsionis vrbis: à latere maris vſq; ad mare, & à látere orientis vſq; ad orientem: longitudinem autem iuxta vnamquanq; partẽ à termino occidentali vſq; ad terminũ orientalẽ. De terra erit ei poſſeſsio in Iſrael: & non depopulabuntur vltrà principes populũ meũ: ſed terram dabunt domui Iſrael ſecundũ tribus eorũ. Hæc dicit Dominus Deus, Sufficiat vobis principes Iſrael: iniquitatem & rapinas intermittite, & iudiciũ & iuſtitiã facite, ſeparate confinia veſtra à populo meo, ait Dominus Deus. Statera iuſta, & ephi iuſtum, & batus iuſtus erit vobis. Ephi & batus æqualia, & vnius menſuræ erũt: vt capiat decimã partẽ cori batus, & decimã partẽ cori Ephi: iuxta menſurã cori erit æqua libratio eorũ. Siclus autẽ, viginti obolos habet. Porrò viginti ſicli, & vigintiquinq; ſicli, & quindecim ſicli, mnam faciunt. Et hæ ſunt primitiæ quas tolletis: ſextã partẽ ephi de coro frumenti, & ſextã partẽ ephi de coro hordei. Mẽſura quoq; olei, Batus olei, decima pars cori eſt: & decẽ bati, corũ faciunt: quia decẽ bati implent corũ. Et arietẽ vnũ de grege ducentorũ de his quæ nutriũt Iſrael in ſacrificium, & in holocauſtũ. & in pacifica: ad expiandũ pro eis, ait Dominus Deus. Omnis populus terræ tenebitur primitijs his principi in Iſrael. Et ſuper principẽ erunt holocauſta, & ſacrificiũ, & libamina in ſolennitatibus, & in calẽdis, & in ſabbathis, & in vniuerſis ſolennitatibus domus Iſrael, ipſe faciet pro peccato ſacrificiũ, & holocauſtum, & pacifica: ad expiandum pro domo Iſrael. Hęc dicit Dominus Deus, In primo menſe, vna menſis ſumes vitulum de armento immaculatũ: & expiabis ſanctuarium. Et tollet ſacerdos de ſanguine quod erit pro peccato: & ponet in poſtibus domus, & in quatuor angulis crepidinis altaris, & in poſtibus portæ atrij interioris. Et ſic facies in ſeptima menſis pro vnoquoq; qui ignorauit, & errore deceptus eſt, & expiabis pro domo. In primo menſe, quartadecima die menſis erit vobis paſchæ ſolennitas: ſeptem diebus azyma comedentur. Et faciet princeps in die illa pro ſe & pro vniuerſo populo terræ, vitulum pro peccato. Et in ſeptem dierum ſolennitate faciet holocauſtum Domino ſeptem vitulos, & ſeptem arietes immaculatos quotidie ſeptem diebus: & pro peccato hircum caprarum quotidie. Et ſacrificium ephi per vitulum, & ephi per arietem faciet: & olei hin per ſingula ephi. Septimo menſe, quintadecima die menſis in ſolennitate faciet ſicut ſupradicta ſunt per ſeptem dies: tam pro peccato, quàm pro holocauſto, & in ſacrificio, & in oleo.

De æquitate põderis & mẽſuræ. Siclus. Exod. 30 b Leuit. 27 c Nume. 3 g Mna.

S. SACRIFICIA *ſabbathi & Neomeniæ, ingreſſus populi & principum in templum, & quid ab eis offerendum, & tandem eorum egreſſus.* CAPVT XLVI.

HAec dicit Dominus Deus, Porta atrij interioris, quæ reſpicit ad orientem, erit clauſa ſex diebus in quibus opus fit: die autem ſabbathi aperietur, ſed & in die calendarum aperietur. Et intrabit princeps per viam veſtibuli portæ déforis, & ſtabit in limine portæ: & faciẽt ſacerdotes holocauſtum eius, & pacifica eius: & adorabit ſuper limẽ portæ, & egredietur: porta autẽ nõ claudetur vſq; ad veſperã. Et adorabit populus terræ ad oſtium portæ illius in ſabbathis & in calendis corã Domino. Holocauſtum autẽ hoc offeret princeps Domino: in die ſabbathi ſex agnos immaculatos, & arietẽ immaculatũ: & ſacrificium ephi per arietẽ: in agnis autẽ ſacrificiũ quod dederit manus eius: & olei hin, per ſingula ephi. In die autẽ calendarũ vitulũ de armento immaculatum: & ſex agni, & arietes immaculati erũt. Et ephi per vitulũ, ephi quoq; per arietẽ faciet ſacrificiũ: de agnis autem, ſicut inuenerit manus eius: & olei hin, per ſingula ephi. Cumq; ingreſſurus eſt princeps, per viam veſtibuli portæ ingrediatur, & per eandẽ viam exeat. Et cum intrabit populus terræ in cõſpectu Domini in ſolennitatibus: qui ingreditur per portam aquilonis vt adoret, egrediatur per viã portæ meridianæ: porrò qui ingreditur per viam portæ meridianæ, egrediatur per viam portæ Aquilonis: non reuertetur per viã portæ per quam ingreſſus eſt, ſed è regione illius egredietur. Princeps autem in medio eorũ cum ingredientibus ingredietur: & cum egredientibus egredietur. Et in nundinis, & in ſolennitatibus erit ſacrificiũ ephi per vitulũ, & ephi per arietem: in agnis autem erit ſacrificiũ, ſicut inuenerit manus eius: & olei hin, per ſingula ephi. Cum autem fecerit princeps ſpontaneũ holocauſtũ, aut pacifica voluntaria Domino: aperietur ei porta quæ reſpicit ad orientẽ, & faciet holocauſtum ſuum, & pacifica ſua, ſicut fieri ſolet in die ſabbathi: & egredietur, claudeturq; porta poſtquam exierit. Et agnũ eiuſdem anni, immaculatũ, faciet holocauſtũ quotidie Domino: ſemper mane faciet illud. Et faciet ſacrificiũ ſuper eo catà mane, mane ſextã partẽ ephi: & de oleo tertiã partem hin, vt miſcetur ſimilæ: ſacrificiũ Domino legitimũ, iuge atq; perpetuũ. Faciet agnũ & ſacrificiũ, & oleum catà mane, mane holocauſtum ſempiternũ. Hæc dicit Dominus Deus, Si dederit princeps donũ alicui de filijs ſuis: hæreditas eius filiorũ ſuorum erit, poſsidebunt eam hæreditariè. Si autẽ dederit legatum de hæreditate ſua vni ſeruorũ ſuorũ: erit illius vſq; ad annũ remiſsionis, & reuertetur ad principẽ: hæreditas autem eius filijs eius erit. Et non accipiet princeps de hæreditate populi per violentiã, & de poſſeſsione eorum: ſed de poſſeſsione ſua hæreditatẽ dabit filijs ſuis: vt non diſpergatur populus meus vnuſquiſque à poſſeſsione ſua. Et introduxit me per ingreſſum qui erat ex látere portæ in gazophylacia ſanctuarij ad ſacerdotes, quæ reſpiciebant ad Aquilonem: & erat ibi locus vergens ad occidentem. Et dixit ad me, Iſte eſt locus, vbi coquent ſacerdotes pro peccato, & pro delicto: vbi coquẽt ſacrificium, vt nõ efferant in atriũ exterius, & ſanctificetur populus. Et eduxit me in atrium exterius, & circũduxit me per quatuor angulos atrij: & ecce, atriolum erat in angulo atrij, atriola ſingula per angulos atrij. In quatuor angulis atrij atriola diſpoſita: quadraginta cubitorũ per longũ, & triginta per latũ: menſuræ vnius quatuor erãt. Et paries per circuitum ambiens quatuor atriola: & culinæ fabricatæ erant ſubter porticus per gyrũ. Et dixit ad me, Hæc eſt domus culinarũ in qua coquent miniſtri domus Domini victimas populi.

Coquinæ ſacerdotũ.



S. AQVAE *multæ è templo manantes, gratiam baptiſmi præſagiunt: terra uerò ſancta iuxta tribus ſuas mẽſuratur, & partibus diuiditur.* CAPVT XLVII.

ET conuertit me ad portam domus, & ecce aquæ egrediebantur ſubter limen domus ad orientem: facies enim domus reſpiciebat ad orientem: aquæ autem deſcendebant in latus templi dextrum ad meridiem

meridiem altaris. Et eduxit me per viam portæ Aquilonis, & conuertit me ad viam foras portam exteriorem, viam quæ respiciebat ad orientem: & ecce aquæ redundantes à latere dextro. Cum egrederetur vir ad Orientem, qui habebat funiculum in manu sua, & mensus est mille cubitos: & traduxit me per aquam vsque ad talos. Rursumq; mensus est mille, & traduxit me per aquam vsq; ad genua: & mensus est mille, & traduxit me per aquam vsque ad renes. Et mensus est mille, torrentem quem non potui pertransire: quoniam intumuerant
B aquæ profundi torrentis qui non potest transuadari. Et dixit ad me, Certe vidisti fili hominis. Et eduxit me, & cõuertit ad ripam torrentis. Cumq; me cõuertissem, ecce in ripa torrentis ligna multa nimis ex vtraq; parte. Et ait ad me, Aquæ istæ quæ egrediuntur ad tumulos sabuli orientalis, & descendunt ad plana deserti, intrabũt mare, & exibũt, & sanabũtur aquæ. Et omnis anima viuens quæ serpit, quocunque venerit torrens, viuet: & erunt pisces multi satis postquam venerint illuc aquæ istæ, & sanabũtur: & viuent omnia ad quæ venerit torrens. Et stabunt super illa piscatores, ab Engaddi vsq; ad Enagallim siccatio sagenarum erit: plurimæ species erunt piscium
C eius, sicut pisces maris magni, multitudinis nimiæ: in litoribus autem eius, & in palustribus non sanabuntur, quia in salinas dabuntur. Et super torrẽtem orietur in ripis eius ex vtraque parte omne lignum pomiferum: non defluet folium ex eo, & non deficiet fructus eius: per singulos menses afferet primitiua, quia aquæ eius de sanctuario egredientur: & erunt fructus eius in cibũ, & folia eius ad medicinã. Hæc dicit Dominus Deus, Hic est terminus in quo possidebitis terram in duodecim tribubus Israel: quia Ioseph duplicẽ funiculũ habet. Possidebitis autẽ eam singuli æquè vt frater suus: super
Gene. 48. d quam leuaui manum meã vt darem patribus vestris: & cadet terra hæc vobis in possessionem. Hic est autẽ terminus terræ: ad plagam septentrionalem, à mari magno via Hethalon, venientibus Sedãda, Emath, Berotha, Sabarim, quæ est inter
D terminũ Damasci & confiniũ Emath, domus Thichon quæ est iuxta terminũ Aurã. Et erit terminus à mari vsq; ad atriũ Enon terminus Damasci, & ab Aquilone ad Aquilonem, terminus Emath: plaga septentrionalis. Porrò plaga orientalis de medio Auran & de medio Damasci, & de medio Galaad, & de medio terræ Israel, Iordanis disterminans ad mare orientale, metiemini etiã plagam orientalẽ. Plaga autem australis meridiana, à Thamar vsq; ad aquas cõtradictionis Cades: & torrens vsq; ad mare magnũ: & hæc est plaga ad meridiem australis. Et plaga maris, mare magnũ à confinio per directum, donec venias Emath: hæc est plaga maris. Et diuidetis terram istam vobis per tribus Israel: & mittetis eam in hereditatem vobis, & aduenis qui accesserint ad vos, qui genuerint filios in medio vestrũm: & erũt vobis sicut indigenæ inter filios Israel: vobiscum diuident possessionem in medio tribuum Israel. In tribu autem quacũq; fuerit aduena, ibi dabitis possessionem illi, ait Dominus Deus.

S. DIVISIO *terræ in duodecim tribus, & duodecim portæ ciuitatis iuxta tribus suas.* CAPVT XLVIII.

A HAec nomina tribuum à finibus Aquilonis iuxta viam Hethalon pergentibus Emath atrium Enan terminus Damasci ab Aquilone iuxta viam Emath. Et erit ei plaga orientalis mare, Dan vna. Et à termino Dan, à plaga orientali vsque ad plagam maris, Aser vna: & super terminũ Aser, à plaga oriẽtali vsq; ad plagã maris, Nephthali vna. Et super terminũ Nephthali, à plaga orientali vsque ad plagã maris, Manasse vna. Et super terminũ Manasse, à plaga Oriẽtali vsq; ad plagã maris, Ephraim vna. Et super terminũ Ephraim, à plaga orientali vsq; ad plagam maris, Ruben vna. Et super terminũ Rubẽ, à plaga orientali vsq; ad plagam maris, Iuda vna. Et super terminũ Iuda, à plaga oriẽtali vsq; ad plagam maris, erunt primitiæ quas separabitis vigintiquinq; millibus latitudinis & lõgitudinis, sicuti singulæ partes à plaga orientali vsq; ad plagã maris: & erit sanctuarium in medio eius. Primitiæ quas separabitis Domino: longitudo vigintiquinq; millibus, & latitudo decẽ millibus.
B Hæ autem erunt primitiæ sanctuarij sacerdotũ: ad Aquilonem longitudinis vigintiquinque millia, & ad mare latitudinis decem millia, sed & ad orientẽ latitudinis decẽ millia, & ad meridiem longitudinis vigintiquinque millia: & erit sanctuariũ Domini in medio eius. Sacerdotibus sanctuariũ erit de filijs Sadoc, qui custodierunt ceremonias meas, & non errauerunt cum errarent filij Israel, sicut errauerunt & Leuitæ. Et erunt eis primitiæ de primitijs terræ sanctũ sanctorum, iuxta terminum Leuitarum. Sed & Leuitis similiter iuxta fines sacerdotũ vigintiquinque millia longitudinis, & latitudinis decem millia. Omnis longitudo viginti & quinq; millium, & latitudo decem millium. Et non vænundabũt ex eo, neq; mutabunt, neque transferentur primitiæ terræ, quia sanctificatæ sunt Domino. Quinq; millia autẽ quæ supersunt in latitudine per vigintiquinque millia, prophana erunt vrbis in habitaculum, & in suburbana: & erit ciuitas in medio eius. Et hæ mensuræ eius. Ad plagã septentrionalẽ, quingenti & quatuor millia: & ad plagam meridianã, quingenti & quatuor millia: & ad plagam orientalem, quingenti & quatuor millia: & ad plagam occidentalem, quingenti & quatuor millia. Erunt autem suburbana ciuitatis, ad Aquilonẽ ducenti quinquaginta, & ad meridiem ducenti quinquaginta, & ad orientem ducẽti
C quinquaginta, ad mare ducenti quinquaginta. Quod autẽ reliquum fuerit in longitudines secundum primitias sanctuarij, decem millia in orientẽ, & decẽ millia in occidentẽ, erunt sicut primitiæ sanctuarij: & erunt fruges eius panes his qui seruiunt ciuitati. Seruientes autẽ ciuitati, operabũtur ex omnibus tribubus Israel. Omnes primitiæ vigintiquinque milliũ, per vigintiquinq; millia: in quadrum separabuntur in primitias sanctuarij, & possessionẽ ciuitatis. Quod autẽ reliquum fuerit, principis erit ex omni parte primitiarum sanctuarij, & possessionis ciuitatis è regione vigintiquinq; milliũ primitiarum vsque ad terminũ orientalem, sed & à mari è regione vigintiquinque milliũ vsque ad terminũ maris, similiter in partibus principis erit: & erunt primitiæ sanctuarij, & sanctuarium templi in medio eius. De possessione autẽ Leuitarum, & de possessione ciuitatis in medio partium principis erit: inter terminũ Iuda, & inter terminũ Beniamin, & ad principẽ pertinebit. Et reliquis tribubus, A plaga orientali, vsque ad
D plagam occidentalẽ, Beniamin vna. Et contra terminum Beniamin, à plaga orientali vsque ad plagã occidentalẽ, Symeon vna. Et super terminum Symeonis, à plaga orientali vsque ad plagam occidentalem, Issachar vna. Et super terminum Issachar, à plaga orientali vsque ad plagam occidentalem, Zabulon vna. Et super terminũ Zabulon, à plaga orientali vsq; ad plagam maris, Gad vna. Et super terminum Gad, ad plagam Austri in meridiem: & erit finis de Thamar, vsque ad aquas contradictionis Cades, hereditas contra mare magnum. Hæc est terra quam mittetis in sortem tribubus Israel: & hæ partitiones earum, ait Dominus Deus. Et hi egressus ciuitatis: A plaga septentrionali quingentos & quatuor millia mensurabis. Et portæ ciuitatis in nominibus tribuum Israel: portæ tres à septentrione, porta Ruben vna, porta Iuda vna, porta Leui vna. Et ad plagam orientalem, quingentos & quatuor millia: & portæ tres, porta Ioseph vna, porta Beniamin vna, porta Dan vna. Et ad plagam meridianam, quingentos & quatuor millia metiêris: & portæ tres, porta Symeonis vna, porta Issachar vna, porta Zabulon vna. Et ad plagam occidentalem, quingentos & quatuor millia: & portæ eorum tres, porta Gad vna, porta Aser vna, porta Nephthali vna. Per circuitum, decem & octo millia: & nomen ciuitatis ex illa die, Dominus ibidem.

FINIS.

Hieronymi in Danielem PRAEFATIO.

DANIELEM prophetam iuxta ſeptuaginta interpretes, Domini ſaluatoris eccleſiæ nõ legũt, utentes Theodotionis editione: & hoc cur acciderit, neſcio. Siue enim quia ſermo Chaldaicus eſt, & quibuſdam proprietatibus à noſtro eloquio diſcrepat, noluerunt ſeptuaginta interpretes eaſdem linguæ lineas in trãslatione ſeruare: ſiue ſub nomine eorum ab alio neſcio quo non ſatis Chaldæam linguam ſciente, editus eſt liber: ſiue aliud quid cauſæ extiterit ignorans: hoc unum affirmare poſſum, quòd multũ à ueritate diſcordet, & recto iudicio repudiatus ſit. Sciendũ quippe eſt Danielem maximè & Eſdram Hebraicis quidem literis, ſed Chaldæo ſermone conſcriptos: & unam Ieremiæ pericopen: Iob quoq; cum Arabica lingua plurimã habere ſocietatem. Deniq; & ego adoleſcentulus poſt Quintiliani & Tullij lectionẽ ac flores rhetoricos, cum me in linguæ huius piſtrinum recluſiſſem: & multo ſudore, multoq; tempore uix cœpiſſem anhelantia ſtridentiaq; uerba reſonare, & quaſi per cryptam ambulans, rarũ déſuper lumen aſpicerem, impegi nouiſſime in Danielem: & tanto tædio affectus ſum, ut deſperatione ſubita omnem laborem ueterẽ uoluerim contemnere. Verũ adhortãte me quodã Hebræo, & illud mihi crebrius in ſua lingua ingerente, Labor improbus omnia uincit: & qui mihi uidebar ſciolus inter Hæbræos, cœpi rurſus diſcipulus eſſe Chaldaicus. Et ut uerũ fatear, uſque ad præſentem diem magis poſſum ſermonẽ Chaldaicũ legere & intelligere, quàm ſonare. Hæc idcir co refero, ut difficultatẽ uobis Danielis oſtenderẽ: qui apud Hebræos nec Suſannæ habet hiſtoriam, nec hymnũ triũ puerorum, nec Belis draconiſq; fabulas: quas nos, quia in toto orbe diſperſæ ſunt, ueru anteposito, easq; iugulante ſubiecimus: ne uideremur apud imperitos magnã partem uoluminis detruncaſſe. Audiui ego quendam de præceptoribus Iudæorum, cum Suſannæ derideret hiſtoriam, & à Græco neſcio quo eam diceret eſſe confictam: illud opponere quod Origeni quoq; Africanus obpoſuit, etymologias has ἀ πὸ τ῀ σχίνυ σχίσαι, καὶ ἀ πὸ τ῀ πρίνυ πρίσαι, de Græco ſermone deſcẽdere. Cuius rei nos intelligentiã noſtris hanc poſſumus dare: ut uerbi gratia, dicamus de arbore ilice dixiſſe eũ, ilico pereas: à lentiſco, in lentẽ te cõminuat angelus: uel nõ lente pereas, aut lentus, id eſt flexibilis ducaris ad mortẽ: ſiue aliud quid ad arboris nomen conueniens. Deinde tantũ fuiſſe otij tribus pueris cauillabatur, ut in camino æſtuantis incendij metro luderent: & per ordinẽ ad laudẽ Dei omnia elementa prouocarent. aut quod miraculũ diuinæq; aſpirationis indiciũ, uel draconẽ interfectum oſſa picis, uel ſacerdotũ Belis machinas deprehenſas: quæ magis prudentia ſolertis uiri, quàm prophetali eſſent ſpiritu perpetrata? Cũ uerò ad Habacuc ueniret, & de Iudæa in Chaldæam raptũ diſcophorũ lectitaret, quærebat exemplũ ubi legiſſemus in toto ueteri teſtamento quenquã ſanctorũ graui uolaſſe corpore & in puncto horæ tantã terrarũ ſpatia trãſiſſe. Cui cũ quidã è noſtris ſatis ad loquendũ prõptulus, Ezechielẽ adduxiſſet in mediũ, & diceret eũ de Chaldæa in Iudæã fuiſſe translatũ: deriſit hominẽ, & ex ipſo uolumine demonſtrauit Ezechielẽ in ſpiritu ſe uidiſſe tranſpoſitũ. Deniq; & apoſtolũ noſtrũ uidelicet ut eruditũ uirum & qui legẽ ab Hebræis didiciſſet, non fuiſſe auſum affirmare ſe raptum in corpore, ſed dixiſſe ſiue in corpore, ſiue extra corpus: neſcio, Deus ſcit. His & talibus argumẽtis apocryphas in libro eccleſiæ fabulas arguebat. Super qua re lectoris arbitrio iudicium derelinquens, illud admoneo, non haberi Danielem apud Hebræos inter prophetas, ſed inter eos qui hagiographa conſcripſerunt. In tres ſiquidem partes omnis ab eis ſcriptura diuiditur: in legem, in prophetas, & in hagiagrapha, id eſt, in quinq;, & octo, & in undecim libros: de quo non eſt huius tẽporis diſſerere. Quæ autem ex hoc propheta, imo cõtra hunc librũ Porphyrius obijciat: teſtes ſunt Methodius, Euſebius & Apolinaris: qui multis uerſuum milibus eius ueſaniæ reſpondentes, neſcio an curioſo lectori ſatisfecerint. Vnde obſecro uos ô Paula & Euſtochium fundatis prome ad Dominum preces: ut quamdiu in hoc corpuſculo ſum, ſcribã aliquid gratũ uobis, utile eccleſiæ, dignum poſteris. Præſentiũ quippe iudicijs oblatrãtiũ nõ ſatis mouecor: q̃ in utrãq; partẽ, aut amore labũtur, aut odio.

Danielis Prophetia.

S. QVATVOR pueri Hebræorum Chaldæos ſapientia & forma præcellentes eliguntur à Nabuchodonoſor, ut Chaldæis literis erudiantur. CAPVT I.

A ANNO tertio regni Ioacim regis Iuda, venit Nabuchodonoſor rex Babylonis in Ieruſalem, & obſedit eam. Et tradidit Dominus in manu eius Ioacim regem Iudæ, & partem vaſorum domus Dei: & aſportauit ea in terram Sennaar, in domum Dei ſui, & vaſa intulit in domum theſauri Dei ſui. Et ait rex Alphenez præpoſito eunuchorum, vt introduceret de filijs Iſrael, & de ſemine regio, & tyrannorum pueros in quibus nulla eſſet macula, decoros forma, & eruditos omni ſapientia, cautos ſcientia, & doctos diſciplina, & qui poſſent ſtare in palatio regis: vt doceret eos literas, & linguam Chaldæorum. Et conſtituit eis rex annonam per ſingulos dies de cibis ſuis, & de vino vnde bibebat ipſe: vt enutriti tribus annis, poſtea ſtarent in conſpectu regis. Fuerunt ergo inter eos de filijs Iudæ, Daniel, Ananias, B Miſael, & Azarias. Et impoſuit eis præpoſitus eunuchorũ, nomina: Danieli, Baltaſſar: Ananiæ, Sidrach: Miſaeli, Miſach: & Azariæ, Abdenago. Propoſuit autẽ Daniel in corde ſuo, ne polluereturde menſa regis, neque de vino potus eius, & rogauit eunuchorum præpoſitũ ne contaminaretur. Dedit autem Deus Danieli gratiam & miſericordiam in conſpectu principis eunuchorum. Et ait princeps eunuchorum ad Danielem, Timeo ego Dominũ meum regem qui conſtituit vobis cibum & potum: qui ſi viderit vultus veſtros macilentiores præ cæteris adoleſcentibus coæuis veſtris, condemnabitis caput meum regi. Et dixit Daniel ad Malaſar, quem cõ C ſtituerat princeps eunuchorum ſuper Danielem, Ananiam, Miſaelem, & Azariam. Tenta nos obſecro ſeruos tuos diebus decem, & dentur nobis legumina ad veſcendum, & aqua ad bibendum: & contemplare vultus noſtros, & vultus puerorum qui veſcuntur cibo regio: & ſicut videris, facies cum ſeruis tuis. Qui audito ſermone huiuſcemodi, tentauit eos diebus decem. Poſt dies autem decem apparuerunt vultus eorum meliores & corpulentiores præ omnibus pueris qui veſcebantur cibo regio. Porrò Malaſar tollebat cibaria, & vinum potus eorum: dabatque eis legumina. Pueris autem his dedit Deus ſcientiam & diſciplinam in omni libro & ſa- D pientia: Danieli autem intelligentiam omnium viſionum & ſomniorum. Completis itaque diebus, poſt quos dixerat rex vt introducerentur: introduxit eos præpoſitus eunuchorum in conſpectu Nabuchodonoſor. Cumque eis locutus fuiſſet rex, nõ ſunt inuenti tales de vniuerſis, vt Daniel, Ananias, Miſael, & Azarias: & ſteterunt in conſpectu regis. Et omne verbum ſapientiæ & intellectus quod ſciſcitatus eſt ab eis rex, inuenit in eis decuplum ſuper cunctos hariolos & magos qui erant in vniuerſo regno eius. Fuit autem Daniel vſq; Infra 68 ad annum primum Cyri regis.

S. SOMNIVM Nabuchodonoſor non Chaldæi ſapientes, ſed Daniel ſolus potuit interpretari. CAPVT II.

IN anno ſecundo regni Nabuchodonoſor vidit Nabuchodonoſor ſomniũ: & conterritus eſt ſpiritus eius, & ſomnium eius fugit ab eo. Præcepit autem rex vt conuocarentur harioli, & magi, & malefici, & Chaldæi: vt indicarent regi ſomnia ſua. Qui cum veniſſent, ſteterunt coram rege; & dixit ad eos rex, Vidi

ſomnium

ſomnium: & mente conſuſus ignoro quid viderim. Reſpon-
deruntq; Chaldæi regi Syriace, Rex in ſempiternum viue: dic
ſomnium ſeruis tuis, & interpretationē eius indicabimus. Et
reſpondens rex ait Chaldæis, Sermo receſſit à me: niſi indi-
caueritis mihi ſomniū & coniecturam eius, peribitis vos, &
domus veſtræ publicabuntur. Si autē ſomnium & coniectu-
ram eius narraueritis: præmia, & dona, & honorem multum
accipietis à me. ſomniū igitur, & interpretationē eius indica-
te mihi. Reſponderunt ſecundò atq; dixerunt, Rex ſomniū di
cat ſeruis ſuis, & interpretationē illius indicabimus. Reſpon-
ditq; rex: & ait, Certè noui quòd tempus redimitis, ſcientes
quòd receſſerit à me ſermo. Si ergo ſomniū nō indicaueritis
mihi, vna eſt de vobis ſententia, quòd interpretationem quo-
que fallacem & deceptione plenam compoſueritis, vt loqua
mini mihi donec tempus pertranſeat. Somnium itaque dicite
mihi, vt ſciam quòd interpretationem quoque eius veram lo-
quamini. Reſpondentes ergo Chaldæi coram rege, dixerunt,
Non eſt homo ſuper terram, qui ſermonem tuum, rex, poſsit
implere: ſed neque regum quiſquam magnus & potens, ver-
bum huiuſcemodi ſciſcitatur ab omni hariolo, & mago, &
Chaldæo: Sermo enim, quem tu quæris, rex, grauis eſt: nec
reperietur quiſquam qui indicet illum in cōſpectu regis: ex-
ceptis dijs quorū non eſt cum hominibus conuerſatio. Quo
audito, rex in furore & in ira magna præcepit vt perirent o-
mnes ſapientes Babylonis. Et egreſſa ſententia, ſapiētes inter-
ficiebātur: quærebaturque Daniel & ſocij eius, vt perirent.
Tunc Daniel requiſiuit de lege atq; ſententia ab Arioch prin
cipe militiæ regis, qui egreſſus fuerat ad interficiendos ſapien
tes Babylonis. Et interrogauit eum qui à rege poteſtatem ac-
ceperat, quam ob cauſam tam crudelis ſententia à facie regis
eſſet egreſſa. Cum ergo rem indicaſſet Arioch Danieli, Da-
niel ingreſſus rogauit regē, vt tempus daret ſibi ad ſolutionē
indicandam regi. Et ingreſſus eſt domū ſuam, Ananiæque &
Miſaeli, & Azariæ ſocijs ſuis, indicauit negotium: vt quære-
rent miſericordiam à facie Dei cœli ſuper ſacramento iſto,
& non perirent Daniel & ſocij eius, cum cæteris ſapientibus
Babylonis. Tunc Danieli myſterium per viſionem noctæ re-
uelatum eſt: & benedixit Daniel Deum cœli, & locutus ait,
Sit nomen Domini benedictum à ſeculo & vſq; in ſeculum:
quia ſapientia & fortitudo eius ſunt. Et ipſe mutat tempora
& ætates: transfert regna atque conſtituit: dat ſapientiam ſa-
pientibus, & ſcientiam intelligentibus diſciplinam. Ipſe reue-
lat profunda & abſcondita: & nouit in tenebris conſtituta: &
lux cum eo eſt. Tibi Deus patrum meorum confiteor, teque
laudo: quia ſapientiam & fortitudinem dediſti mihi, & nunc
oſtendiſti mihi quæ rogauimus te, quia ſermonem regis ape-
ruiſti nobis. Poſt hæc Daniel ingreſſus ad Arioch quem cō-
ſtituerat rex vt perderet ſapientes Babylonis, ſic ei locutus
eſt, Sapientes Babylonis ne perdas: introduc me in conſpe-
ctu regis, & ſolutionem regi narrabo. Tunc Arioch feſtinus
introduxit Danielem ad regem, & dixit ei, Inueni hominem
de filijs tranſmigrationis Iudæ, qui ſolutionem regi annun-
tiet. Reſpondit rex, & dixit Danieli cuius nomen erat Bal-
taſſar, Putáſne verè potes mihi indicare ſomnium quod vidi,
& interpretationem eius? Et reſpondens Daniel coram rege,
ait, Myſterium quod rex interrogat, ſapientes, magi, & hario
li, & aruſpices nequeunt indicare regi: ſed eſt Deus in cœlo
reuelans myſteria, qui indicauit tibi rex Nabuchodonoſor,
quæ ventura ſunt nouiſsimis temporibus. Somnium tuum,
& viſiones capitis tui in cubili tuo, huiuſcemodi ſunt, Tu rex
cogitare cœpiſti in ſtratu tuo quid eſſet futurum poſt hæc:
& qui reuelat myſteria, oſtendit tibi quæ ventura ſunt. Mihi
quoque non in ſapientia quæ eſt in me plus quàm in cunctis
viuentibus, ſacramentum hoc reuelatum eſt: ſed vt interpre-
tatio regi manifeſta fieret, & cogitationes mentis tuæ ſcires.
Tu rex videbas, & ecce quaſi ſtatua vna grandis: ſtatua illa
magna, & ſtatura ſublimis ſtabat contra te, & intuitus eius
erat terribilis. Huius ſtatuæ caput, ex auro optimo erat: pe-
ctus autem & brachia, de argento: porrò venter & fœmora,
ex ære. Tibiæ autem ferreæ: pedum quædam pars erat ferrea,
quædam autē fictilis. Videbas ita, donec abſciſſus eſt lapis de
monte ſine manibus: & percuſsit ſtatuam in pedibus eius fer-
reis & fictilibus, & comminuit eos. Tunc contrita ſunt pari-
ter ferrum, teſta, æs, argentum & aurum, & redacta quaſi in
fauillam æſtiuæ areæ, quæ rapta ſunt vento: nullus q; locus
inuentus eſt eis. Lapis autem qui percuſſerat ſtatuā, factus eſt
mons magnus: & impleuit vniuerſam terrā. hoc eſt ſomniū.
Interpretationem quoq; eius dicemus coram te, rex. Tu rex
regum es: & Deus cœli regnum & fortitudinem & imperiū
& gloriam dedit tibi: & omnia in quibus habitant filij homi-
num & beſtiæ agri, volucres quoque cœli dedit in manu tua,
& ſub ditione tua vniuerſa conſtituit. tu es ergo caput aureū.
Et poſt te conſurget regnum aliud minus te: & regnum ter-
tium aliud æreū, quod imperabit vniuerſæ terræ: & regnum
quartum erit velut ferreum. Quo modo ferrum cōminuit &
domat omnia, ſic comminuet & conteret omnia hæc. Porrò
quia vidiſti pedū & digitorum partem teſteam figuli, & par-
tem ferreā: regnum diuiſum erit, quod tamē de plantario fer-
ri orietur. Secundū quod vidiſti ferrū miſtū teſtæ ex luto, &
digitos pedū ex parte ferreos & ex parte fictiles: ex parte re
gnum erit ſolidū, & ex parte contritum. Quòd autem vidiſti
ferrum miſtum teſtæ ex luto, commiſcebuntur quidē huma
no ſemini, ſed non adhærebunt ſibi, ſicuti ferrū miſceri non
poteſt teſtæ. In diebus autem regnorū illorū ſuſcitabit Deus
cœli regnū quod in eternū non diſsipabitur, & regnum eius
alteri populo non tradetur: cōminuet autem & conſumet vni
uerſa regna hæc: & ipſum ſtabit in æternū. Secundū quod vi-
diſti, quòd de mōte abſciſſus eſt lapis ſine manibus, & cōmi-
nuit teſtam, & ferrū, & æs, & argentū, & aurū, Deus magnus
oſtendit regi, quæ ventura ſunt poſtea, & verum eſt ſomniū,
& fidelis interpretatio eius. Tunc rex Nabuchodonoſor cé-
cidit in faciem ſuam, & Danielem adorauit: & hoſtias, & in-
cenſum præcepit vt ſacrificarent ei. Loquēs ergo rex, ait Da-
nieli. Vere Deus veſter Deus Deorū eſt & Dominus regū,
reuelans myſteria: quoniā tu potuiſti aperire hoc ſacramen
tum. Tūc rex Danielem in ſublime extulit, & munera multa
& magna dedit ei: & conſtituit eum principē ſuper omnes
prouincias Babylonis, & præfectum & magiſtrum ſuper cū-
ctos ſapientes Babylonis. Daniel autem poſtulauit à rege: &
conſtituit ſuper opera prouinciæ Babylonis, Sidrach, Mi-
ſach, & Abdenago: ipſe autem Daniel erat in fortibus regis.

De regno CHRISTI æterno.

Lapis Chriſtus.



S. TRES pueri Hebræorum ſtatuam auream cæteris adorantibus adorare negantes in fornacem miſsi ſunt, à qua exire meruerunt illæſi. CAPVT III.

NAbuchodonoſor rex fecit ſtatuam auream alti-
tudine cubitorum ſexaginta, latitudine cubitorū
ſex: & ſtatuit eam in campo Duram prouinciæ
Babylonis. Itaq; Nabuchodonoſor rex miſit ad

congregãdos ſatrapas,magiſtratus & iudices,duces & tyrannos,& præfectos,omnesq; principes regionũ,vt cõuenirent ad dedicationem ſtatuæ quã erexerat Nabuchodonoſor rex. Tunc congregati ſunt ſatrapæ,magiſtratus & iudices, duces, tyranni,& optimates qui erant in poteſtatibus conſtituti, & vniuerſi principes regionum,vt cõuenirent ad dedicationem ſtatuæ quam erexerat Nabuchodonoſor rex. Stabant autem in conſpectu ſtatuæ quam poſuerat Nabuchodonoſor rex, & præco clamabat valenter,Vobis dicitur populis, tribubus
B & linguis,In hora qua audieritis ſonitum tubæ & fiſtulæ & citharæ,ſambucæ,& pſalterij,& ſymphoniæ & vniuerſi generis muſicorũ,cadẽtes adorate ſtatuã auream quam cõſtituit Nabuchodonoſor rex. Si quis autẽ non proſtratus adorauerit,eadem hora mittetur in fornacem ignis ardentis.Poſt hæc igitur ſtatim vt audierunt omnes populi ſonitũ tubæ, fiſtulæ & citharæ,ſambucæ & pſalterij,ſymphoniæ & omnis generis muſicorũ:cadentes omnes populi,tribus,& linguæ adorauerunt ſtatuã auream quam conſtituerat Nabuchodonoſor rex. Statim quæ & in ipſo tempore accedentes viri Chaldæi accuſauerũt Iudæos: dixeruntq; Nabuchodonoſor regi,Rex in æternum viue.tu rex,poſuiſti decretũ,vt omnis homo qui audierit ſonitum tubæ,fiſtulæ & citharæ,ſambucæ & pſalterij,& ſymphoniæ,& vniuerſi generis muſicorũ, proſternat ſe,& adoret ſtatuam auream,ſi quis autem non procidens adorauerit mittatur in fornacem ignis ardentis.Sunt ergo viri Iudæi,quos conſtituiſti ſuper opera regionis Babyloniæ, Sidrach,Miſach,& Abdenago : viri iſti contempſerunt,rex decretum tuum:deos tuos non colunt,& ſtatuam auream quam
C erexiſti non adorant. Tunc Nabuchodonoſor rex in furore & in ira præcepit vt adducerentur Sidrach,Miſach,& Abdenago:qui confeſtim adducti ſunt in conſpectu regis.Pronuntiansq́ue Nabuchodonoſor rex,ait eis,Veréne Sidrach, Miſach,& Abdenago deos meos non colitis? & ſtatuam auream quam conſtitui non adoratis? Nunc ergo ſi eſtis parati, quacunque hora audieritis ſonitum tubæ,fiſtulæ,citharæ,ſambucæ &pſalterij & ſymphoniæ,omnisq́ue generis muſicorum, proſternite vos,& adorate ſtatuã quam feci: quòd ſi non adorueritis,eadem hora mittemini in fornacem ignis ardentis:& quis eſt Deus qui eripiet vos de manu mea? Reſpõdentes Sidrach,Miſach,& Abdenago, dixerunt regi Nabuchodonoſor,Non oportet nos de hac re reſpondere tibi. Ecce enim Deus noſter quem colimus, poteſt eripere nos de camino ignis ardentis,& de manibus tuis,ô rex, liberare. Quòd ſi noluerit,notum ſit tibi,rex,quia deos tuos non colimus : & ſtatuam auream quam erexiſti non adoramus. Tunc Nabucho donoſor repletus eſt furore : & aſpectus faciei illius immutatus eſt ſuper Sidrach,Miſach,& Abdenago. Et præcepit vt ſuccenderetur fornax ſeptuplum quàm ſuccendi conſueuerat.Et viris fortiſsimis de exercitu ſuo iuſsit vt ligatis pedibus Sidrach. Miſach,& Abdenago mitterẽt eos in fornacem ignis ardentis.Et confeſtim viri illi vincti cum braccis ſuis,& tiaris,& calceamentis,& veſtibus,miſsi ſunt in medium fornacis ignis ardentis.nam iuſsio regis vrgebat : fornax autem ſuccenſa erat nimis. Porrò viros illos qui miſerant Sidrach, Miſach,& Abdenago,interfecit flamma ignis. Viri autem hi tres,id eſt,Sidrach,Miſach, & Abdenago,ceciderunt in medio camino ignis ardentis,colligati.

Recuſant.

Quæ ſequuntur,in Hebræis voluminibus non reperi.

Azariæ oratio humilitatis plena.

Et ambulabant in medio flammæ laudantes Deum,& benedicentes Domino.Stans autem Azarias,orauit ſic, aperienśq; os ſuum in medio ignis ait,Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorum,& laudabile & glorioſum nomen tuum in ſecula:quia iuſtus es in omnibus quæ feciſti nobis, & vniuerſa opera tua vera,& viæ tuæ rectæ,& omnia iudicia tua vera. Iudicia enim vera feciſti iuxta omnia quæ induxiſti ſup nos, & ſuper ciuitatem ſanctam patrum noſtrorum Ieruſalem:
D quia in veritate & in iudicio induxiſti omnia hæc propter peccata noſtra.Peccauimus enim & inique egimus recedentes à te:& deliquimus in omnibus,& præcepta tua non audiuimus,nec obſeruauimus, nec fecimus ſicut præceperas nobis vt bené nobis eſſet.omnia ergo quæ induxiſti ſuper nos, & vniuerſa quæ feciſti nobis,in vero iudicio feciſti : & tradidiſti nos in manibus inimicorum noſtrorum iniquorum & peſsimorum,præuaricatorumq́; ,& ,regi iniuſto & peſsimo vltra omnem terram.Et nunc non poſſumus aperire os , confuſio,& opprobrium facti ſumus ſeruis tuis,& his qui colunt te.Ne,quæſumus,tradas nos in perpetuũ propter nomẽ tuũ, & ne diſsipes teſtamentuum tuum,neq; auferas miſericordiã tuam à nobis propter Abraham dilectũ tuum, & Iſaac ſeruũ tuum,& Iſrael ſanctũ tuũ:quibus locutus es, pollicens quòd multiplicares ſemen eorum ſicut ſtellas cœli, & ſicut arenam quæ eſt in littore maris : quia Domine imminuti ſumus pluſquam omnes gentes,ſumusq́; humiles in vniuerſa terra hodie propter peccata noſtra.Et non eſt in tempore hoc princeps, & dux,& propheta,neq; holocauſtum,neq; ſacrificiũ, neque oblatio,neq; incenſum,neq; locus primitiarũ corã te,vt poſſimus inuenire miſericordiam tuam:ſed in anima contrita', & ſpiritu humilitatis ſuſcipiamur.Sicut in holocauſto arietum & taurorum,& ſicut in millibus agnorum pinguium: ſic fiat ſacrificium noſtrum in conſpectu tuo hodie, vt placeat tibi: quoniam non eſt confuſio confidentibus in te. Et nũc ſequimur te in toto corde,& timemus te, & querimus faciẽ tuam. Ne confundas nos:ſed fac nobiſcum iuxta manſuetudinem tuam,& ſecundum multitudinem miſericordiæ tuæ. Et erue nos in mirabilibus tuis,& da gloriam nomini tuo Domine:& confundantur omnes qui oſtendunt ſeruis tuis mala,confundantur in omni potentia,& robur eorum conteratur:& ſciant quia tu es Dominus Deus ſolus,& glorioſus ſuper orbẽ ter-
E rarum.Et nõ ceſſabant qui miſerant eos miniſtri regis ſuccendere fornacẽ,naphtha & ſtuppa & pice & malleolis, & effundebatur flamma ſuper fornacem cubitis quadraginta nouem: & erupit,& incendit quos reperit iuxta fornacem de Chaldæis. Angelus autem Domini decẽdit cum Azaria & ſocijs eius in fornacẽ:& excuſsit flammam ignis de fornace, & fecit mediũ fornacis quaſi ventum roris flantẽ,& non tetigit eos omnino ignis,neq; cõtriſtauit,nec quicquam moleſtiæ intulit. Tunc hi tres quaſi ex vno ore laudabãt & glorificabãt & benedicebãt Deum in fornace:dicentes, Benedictus es Domine Deus patrum noſtrorũ,& laudabilis & ſuperexaltatus in ſecula:& benedictum nomen gloriæ tuę ſanctum & laudabile & ſuperexaltatũ in omnibus ſeculis. Benedictus es in templo ſancto glorię tuæ,& ſuperlaudabilis & ſuperglorioſus in ſecula. Benedictus es in throno regni tui, & ſuperlaudabilis & ſuperexaltatus in ſecula. Benedictus es q intueris abyſſos, & ſedes ſuper Cherubim,& laudabilis & ſuperexaltatus in ſecula. Benedictus es in firmamẽto cœli,& laudabilis & glorioſus in ſecula.Benedicite omnia opera Domini Domino, laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite angeli Domini Domino,laudate & ſupexaltate eũ in ſecula. Benedicite cœli Domino,laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite aquæ omnes quæ ſuper cœlos ſunt Dño,laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite omnes virtutes Domini Dño, laudate & ſuperexaltate eumin ſecula. Benedicite ſol & luna Domino,laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite ſtellæ cœli Dño,laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula.Benedicite omnis imber & ros Dño, laudate & ſupexaltate eũ in ſecula. Benedicite omnis ſpiritus Dei Dño,laudate & ſuperexaltate eum in ſecula. Benedicite ignis & æſtus Dño,laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite frigus & æſtas Domino,laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite rores
F & pruina Domino,laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite gelu & frigus Domino, laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite glacies & niues Domino,laudate & ſuperexaltate eũ in ſecula. Benedicite noctes & dies Domino, laudate &

pſal.148

laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite lux & tenebræ Domino, laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite fulgura & nubes Domino, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicat terra Dominũ, laudet & superexaltet eũ in secula. Benedicite montes & colles Domino, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite vniuersa germinantia in terra Domino, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite fontes Dño, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite maria & flumina Domino, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite cete, & omnia quæ mouentur in aquis Dño, laudate & superexaltate eum in secula. Benedicite omnes volucres cœli Dño, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite omnes bestiæ & pecora Dño, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite filij hominum Dño, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicat Israel Dñm, laudet & superexaltet eũ in secula. Benedicite sacerdotes Domini Domino, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite serui Domini Domino, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite spiritus & animæ iustorum Domino, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite sancti & humiles corde Domino, laudate & superexaltate eũ in secula. Benedicite Anania, Azaria, Misael Domino, laudate & superexaltate eũ in secula: quia eruit nos de inferno, & saluos fecit de manu mortis, & liberauit nos de medio ardẽtis flamme, & de medio ignis eruit nos. Cõfitemini Domino, quoniã bonus, quoniam in seculũ misericordia eius. Benedicite omnes religiosi Domino Deo Deorũ, laudate & confitemini ei, quia in omnia secula misericordia eius.

Hucusque in Hebræo non habetur: & quæ posuimus, de Theodotionis editione translata sunt.

Tunc Nabuchodonosor rex obstupuit, & surrexit properè, & ait optimatibus suis, Nónne tres viros misimus in medium ignis cõpeditos? Qui respõdentes regi, dixerũt, Verè rex. Respondit rex, & ait, Ecce ego video quatuor viros solutos, & ambulantes in medio ignis, & nihil corruptionis in eis est, & species quarti similis filio Dei. Tunc accessit Nabuchodonosor ad ostiũ fornacis ignis ardentis, & ait, Sidrach, Misach, & Abdenago serui Dei excelsi, egredimini, & venite. Statimq; egressi sunt Sidrach, Misach, & Abdenago de medio ignis. Et cõgregati satrapæ, & magistratus, & iudices, & potẽtes regis, contemplabãtur viros illos, quoniã nihil potestatis habuisset ignis in corporibus eorum, & capillus capitis eorum nõ esset adustus, etiã sarabala eorum non fuissent immutata, & odor ignis nõ transisset per eos. Et erũpens Nabuchodonosor, ait, Benedictus Deus eorum, Sidrach videlicet, Misach, & Abdenago, qui misit angelũ suum. & eruit seruos suos qui crediderunt in eũ: & verbũ regis immutauerũt, & tradiderũt corpora sua ne seruirẽt & ne adorarent omnẽ Deũ excepto Deo suo. A me ergo positũ est hoc decretũ, vt omnis populus, tribus, & lingua quæcunq; locuta fuerit blasphemiã contra Deũ Sidrach, Misach, & Abdenago, dispereat, & domus eius vastetur: neq; enim est alius Deus, qui possit ita saluare. Tunc rex promouit Sidrach, Misach, & Abdenago in prouincia Babylonis. NABVCHODONOSOR rex, omnibus populis, gẽtibus, & linguis, qui habitãt in vniuersa terra, pax vobis multiplicetur. Signa & mirabilia fecit apud me Deus excelsus. Placuit ergo mihi prædicare signa eius, quia magna sunt: & mirabilia eius, quia fortia: & regnũ eius, quia regnum sempiternum, & potestas eius in generatione & generationem.

A rege exaltantur,

infra 7 d

S. SOMNIVM *Nabuchodonosor super magna arbore præcisa Daniel interpretatur, unde rex pellitur regno, cum bestijs comedit, donec ad se reuersus peccata sua Deo confiteretur.* CAP. IIII.

EGo Nabuchodonosor quietus erã in domo mea, & florens in palatio meo. somniũ vidi quod perterruit me: & cogitationes meæ in stratu meo & visiones capitis mei conturbauerunt me. Et per me propositum est decretũ, vt introducerentur in conspectu meo cuncti sapientes Babylonis, & vt solutionẽ somnij indicarent mihi. Tunc ingrediebantur harioli, magi, Chaldæi, & aruspices, & somniũ narraui in cõspectu eorũ: & solutionem eius non indicauerũt mihi, donec collega ingressus est in conspectu meo Daniel, cui nomẽ Baltassar secundũ nomen Dei mei qui habet spiritũ deorum sanctũ in semetipso: & somniũ corã ipso locutus sum. Baltassar princeps hariolorũ, quoniã ego scio quòd spiritũ sanctorũ deorum habeas in te, & omne sacramentũ nõ est impossibile tibi: visiones somniorũ meorum quas vidi, & solutionem earũ narra. Visio capitis mei in cubili meo, Videbã: & ecce arbor in medio terræ, & altitudo eius nimia. Magna arbor & fortis: & proceritas eius contingens cœlũ: aspectus illius erat vsq; ad terminos vniuersæ terræ. Folia eius pulcherrima, & fructus eius nimius: & esca vniuersorum in ea. subter eam habitabãt animalia & bestiæ, & in ramis eius conuersabantur volucres cœli: & ex ea vescebatur omnis caro. Videbã in visione capitis mei super stratũ meũ, & ecce vigil & sanctus de cœlo descẽdit: Clamauit fortiter, & sic ait, Succidite arborẽ, & præcidite ramos eius: excutite folia eius, & dispergite fructus eius: fugiãt bestiæ quæ subter eã sunt, & volucres de ramis eius. Verũtamen germẽ radicũ eius in terra sinite, & alligetur in vinculo ferreo & æreo in herbis quæ foris sunt, & rore cœli tingatur, & cum feris pars eius in herba terræ. Cor eius ab humano cõmutetur, & cor feræ detur ei: & septẽ tẽpora mutẽtur super eũ. In sententia vigilũ decretũ est, & sermo sanctorũ, & petitio: donec cognoscant viuentes quoniã dominatur excelsus in regno hominũ, & cuicunq; voluerit, dabit illud, & humillimũ hominem cõstituerit super eum. Hoc somniũ vidi ego Nabuchodonosor rex: tu ergo Baltassar interpretationem narra festinus: quia omnes sapientes regni mei non queunt solutionem edicere mihi: tu autem potes, quia spiritus deorũ sanctorũ in te est. Tunc Daniel, cuius nomen Baltassar, cœpit intra semetipsum tacitus cogitare quasi vna hora: & cogitationes eius conturbabant eum. Respõdens autẽ rex, ait, Baltassar, somniũ & interpretatio eius non conturbent te. Respondit Baltassar, & dixit, Domine mi, somniũ his qui te oderunt: & interpretatio eius hostibus tuis sit. Arborem quã vidisti sublimẽ atq; robustã, cuius altitudo pertingit ad cœlũ, & aspectus illius in omnẽ terram, & rami eius pulcherrimi, & fructus eius nimius, & esca omniũ in ea, subter eã habitantes bestiæ agri, & in ramis eius cõmorantes aues cæli: tu es rex, qui magnificatus es, & inualuisti: & magnitudo tua creuit, & peruenit vsq; ad cœlum, & potestas tua in terminos vniuersæ terræ. Quòd autem vidit rex vigilem, & sanctũ descẽdere de cœlo, & dicere, Succidite arborẽ, & dissipate illam, attamen germen radicũ eius in terra dimittite, & vinciatur ferro & ære in herbis foris, & rore cœli cõspergatur, & cum feris sit pabulũ eius, donec septẽ tempora mutẽtur super eũ: hæc est interpretatio sententiæ altissimi, quæ peruenit super dominũ meum regẽ. Eijciẽt te ab hominibus, & cum bestijs feris q; erit habitatio tua, & fœnũ vt bos comedes, & rore cœli infundẽris: septem quoq; tẽpora mutabuntur super te, donec scias quòd dominetur excelsus super regnũ hominum, & cuicunq; voluerit, det illud. Quòd autem præcepit vt relinqueretur germen radicũ eius, id est, arboris: regnũ tuum tibi manebit, postquã cognoueris potestatẽ esse cœlestẽ. Quam ob rem, rex, consilium meum placeat tibi, & peccata tua eleemosynis redime, & iniquitates tuas misericordijs pauperum: forsitan ignoscet Deus delictis tuis. Omnia hæc venerũt super Nabuchodonosor regẽ. Post finem mensium duodecim, in aula Babylonis deambulabat. Respondit q; rex, & ait, Nónne hæc est Babylon ciuitas magna quam ego ædificaui in domum regni mei, in robore fortitudinis meæ, & in gloria decõris mei? Cumq; sermo adhuc esset in ore regis vox de cœlo ruit, Tibi dicitur Nabuchodonosor rex, Regnũ tuũ transibit à te, & ab hominibus ejciente te, & cũ bestijs &

Infra 5 f

Eccle. 3 d

feris erit habitatio tua: fœnũ quasi bos cõmedes, & septẽ tempora mutabũtur super te: donec scias quòd dominetur excelsus in regno hominum, & cuicunq; voluerit, det illud. Eadem hora sermo completus est super Nabuchodonosor, & ex hominibus abiectus est, & fœnum vt bos comẽdit, & rore cœli corpus eius infectũ est: donec capilli eius in similitudinẽ aquilarum crescerent, & vngues eius quasi auium. Igitur post finẽ dierũ ego Nabuchodonosor oculos meos ad cœlũ leuaui, & sensus meus redditus est mihi: & altissimo benedixi, & viuentem in sempiternum laudaui, & glorificaui: quia potestas eius potestas sempiterna, & regnũ eius in generatione & generationem: & omnes habitatores terræ apud eum in nihilũ reputati sunt. Iuxta voluntatem enim suam facit tam in virtutibus cœli quàm in habitatoribus terræ: & nõ est qui resistat manui eius, & dicat ei, Quare fecisti? In ipso tẽpore, sensus meus reuersus est ad me, & ad honorem regni mei, decoremq; peruenit: & figura mea reuersa est ad me: & optimates mei, & magistratus mei requisierunt me, & in regno meo restitutus sum: & magnificentia mea amplior addita est mihi. Nunc igitur ego Nabuchodonosor laudo, & magnifico, & glorifico regem cœli: quia omnia opera eius vera, & omnes viæ eius iudicia: & gradientes in superbia potest humiliare.

Infra 7 d

S. EXPLICAT *Daniel regi uisionem manus in pariete scribentis, qua regem pellendum, & Darium Medum sufficiendum signabatur.* CAPVT V.

BAlsasar rex fecit grande conuiuium optimatibus suis mille: & vnusquisq; secundũ suã bibebat ætatem. Præcepit ergo iam temulẽtus, vt afferrentur vasa aurea & argẽtea quæ asportauerat Nabuchodonosor pater eius de tẽplo, quod fuit in Ierusalẽ: vt biberent in eis rex & optimates eius, vxores q; eius & concubinæ. Tũc allata sunt vasa aurea quæ asportauerat de templo quod fuerat in Ierusalẽ: & biberunt in eis rex & optimates eius, vxores & concubinæ illius. Bibebant vinum, & laudabant deos suos aureos & argẽteos, æreos, ferreos, ligneos q; & lapideos. In eadẽ hora apparuerũt digiti, quasi manus hominis scribentis cõtra candelabrũ in superficie parietis aulæ regiæ: & rex aspiciebat articulos manus scribẽtis. Tunc facies regis commutata est, & cogitationes eius conturbabant eum: & compages renũ eius soluebantur, & genua eius ad seinuicem collidebantur. Exclamauit itaq; rex fortiter, vt introducerẽt magos, Chaldæos, & aruspices. Et proloquens rex, ait sapientibus Babylonis. Quicunq; legerit scripturã hanc, & interpretationem eius manifestam mihi fecerit, purpura vestietur, & torquem auream habebit in collo, & tertius in regno meo erit. Tunc ingressi omnes sapientes regis, non potuerũt nec scripturã legere, nec interpretationẽ eius indicare regi. Vnde rex Balsasar satis conturbatus est, & vultus illius immutatus est: sed & optimates eius turbabantur. Regina autem pro re quæ acciderat regi & optimatibus eius, domũ conuiuij ingressa est: & proloquens ait, Rex in æternũ viue: non te conturbent cogitationes tuæ, neq; facies tua immutetur. Est vir in regno tuo, qui spiritum deorum sanctorũ habet in se: & in diebus patris tui scientia & sapientia inuentæ sunt in eo: nã & rex Nabuchodonosor pater tuus principem magorũ, incantatorũ, Chaldæorũ, & aruspicum constituit eũ. Pater inquam tuus ô rex, quia spiritus amplior, & prudẽtia intelligentiaq;, & interpretatio somniorum, & ostensio secretorũ, ac solutio ligatorũ inuentæ sunt in eo, hoc est in Daniele: cui rex posuit nomen Baltassar. nunc itaq; Daniel vocetur, & interpretationẽ narrabit. Igitur introductus est Daniel corã rege. Ad quem, præfatus rex, ait, Tu es Daniel de filijs captiuitatis Iudæ, quem adduxerat pater meus rex de Iudæa? Audiui de te quoniã spiritũ deorum habeas: & scientia intelligentiaq; ac sapiẽtia ampliores inuentæ sunt in te. Et nunc introgressi sunt in conspectu meo sapiẽtes magi, vt scripturã hanc legerent, & interpretationẽ eius indicarent mihi, & nequiuerunt sensum huius sermonis edicere. Porrò ego audiui de te, quòd possis obscura interpretari, & ligata dissoluere: si ergo vales scripturã legere, & interpretationem eius indicare mihi, purpura vestiẽris, & torquẽ aureã circa collũ tuũ habebis, & tertius in regno meo princeps eris. Ad quæ respondens Daniel, ait coram rege, Munera tua sint tibi, & dona domus tuæ alteri da: scripturã autem legam tibi, rex, & interpretationẽ eius ostendã tibi. O rex, Deus altissimus regnũ & magnificentiã, gloriam & honorem dedit Nabuchodonosor patri tuo: & propter magnificentiã quam dederat ei, vniuersi populi, tribus & linguæ tremebãt, & metuebant eum. Quos volebat, interficiebat: & quos volebat, percutiebat: & quos volebat, exaltabat: & quos volebat, humiliabat. Quando autem eleuatũ est cor eius, & spiritus illius obfirmatus est ad superbiã, depositus est de solio regni sui, & gloria eius ablata est: & à filijs hominũ eiectus est, sed & cor eius cũ bestijs positũ est, & cum onagris erat habitatio eius: fœnum quoq; vt bos comedebat, & rore cœli corpus eius infectũ est: donec cognosceret quòd potestatem haberet altissimus in regno hominũ, & quemcũq; voluerit suscitabit super illud. Tu quoq; filius eius Balsasar, non humiliasti cor tuũ, cum scires hæc omnia: sed aduersum dominatorẽ cœli eleuatus es, & vasa domus eius allata sunt corã te: & tu, & optimates tui, & vxores tuæ: & concubinæ tuæ vinũ bibistis in eis: deos quoq; argenteos, & aureos, & æreos, ferreos, ligneos q;, & lapideos qui non vident, neq; audiunt, neq; sentiũt, laudasti: porrò Deum qui habet flatum tuũ in manu sua & omnes vias tuas, nõ glorificasti. Idcirco ab eo missus est articulus manus, qui scripsit hoc quod exaratum est. Hæc est autem scriptura quæ digesta est: Mane, thecel, phares. Et hæc est interpretatio sermonis. Mane: numerauit Deus regnũ tuum, & compleuit illud. Thecel: appensus es in statera, & inuentus es minus habens. Phares: diuisum est regnũ tuum, & datum est Medis & Persis. Tunc iubente rege, indutus est Daniel purpura, & circundata est torques aurea collo eius: & prædicatũ est de eo quòd haberet potestatem tertius in regno suo. Eadem nocte interfectus est Balsasar rex Chaldæus. Et Darius Medus successit in regnum, annos natus sexaginta duos.

Supra 4 c

Iere. 50 d

S. DANIEL *læsæ maiestatis accusatus in lacum leonum mittitur: à quo extractus & eius accusatores immissi sunt subito dilaniandi, unde Darius Deum Danielis prædicat solum adorandum.*

CAPVT VI.

APlacuit Dario, & cõstituit super regnum satrapas centum viginti, vt essent in toto regno suo. Et super eos principes tres, ex quibus Daniel vnus erat: vt satrapæ illis redderent rationem, & rex non sustineret molestiã. Igitur Daniel superabat omnes principes & satrapas: quia spiritus Dei amplior erat in illo. Porrò rex cogitabat constituere eum super omne regnum: vnde principes & satrapæ quærebant occasionẽ, vt inuenirent Danieli ex latere regis: nullamq; causam, & suspicionẽ reperire potuerunt. eo quòd fidelis esset, & omnis culpa & suspicio nõ inueniretur in eo. Dixerũt ergo viro illi, Non inueniemus Danieli huic aliquã occasionẽ, nisi forte in lege Dei sui. Tunc principes & satrapæ surripuerũt regi, & sic locuti sunt ei, Dari rex, in æternũ viue: consiliũ inierũt omnes principes regni tui, magistratus & satrapæ, senatores & iudices: vt decretũ imperatoriũ exeat, & edictũ, Vt omnis qui petierit aliquã petitionẽ à quocũq; deo & homine, vsq; ad triginta dies, nisi à te, rex, mittatur in lacũ leonum. Nunc itaq;, rex, confirma sententiam, & scribe decretum: vt non immutetur quod statutum est à Medis & Persis, nec præuaricari cuiquam liceat. Porrò rex Darius proposuit edictum, & statuit. Quod cum Daniel comperisset, id est, constitutam legem, ingressus est domum suam: & fenestris apertis in cœnaculo suo, contra Ierusalem, tribus tẽporibus in die flectebat genua sua, & adorabat,

Edicti et cogitatio aduersus Danielem.

rabat, confitebaturq; coram Deo suo sicut & antè facere consueuerat. Viri ergo illi curiosius inquirentes, inuenerunt Danielem orantem, & obsecrantem Deum suum. Et accedētes, locuti sunt regi super edicto, Rex, nunquid non constituisti, vt omnis homo qui rogaret quemquam de dijs & hominibus vsq; ad dies triginta, nisi te, rex, mitteretur in lacum leonum? Ad quos respōdens rex, ait, Verus est sermo iuxta decretum
D Medorum atq; Persarum, quod præuaricari non licet. Tunc respondentes, dixerunt coram rege, Daniel de filijs captiuitatis Iudæ, non curauit de lege tua & de edicto quod constituisti: sed tribus temporibus per diem orat obsecratione sua. Quod verbum cum audisset rex, satis contristatus est: & pro Daniele posuit cor vt liberaret eum, & vsq; ad occasum solis laborabat vt erueret illum. Viri autem illi intelligētes regem, dixerunt ei, Scito, rex, quia lex Medorū atq; Persarum est, vt omne decretum quod constituerit rex, non liceat immutari.
E Tunc rex præcepit, & adduxerunt Danielem, & miserūt eū in lacū leonū. Dixitq; rex Danieli, Deus tuus quē colis semper, ipse liberabit te. Allatusq; est lapis vnus, & positus est super os laci: quē obsignauit rex annulo suo, & annulo optimatū suorū, ne quid fieret contra Danielē. Et abijt rex in domum suā, & dormiuit incœnatus, cibiq; nō sunt allati coram eo, insuper & somnus recesit ab eo. Tunc rex primo diluculo cōsurgēs, festinus ad lacū leonū perrexit: appropinquāsq;
F lacui, Danielē voce lachrymabili inclamauit, & affatus est eū, Daniel serue Dei viuētis, Deus tuus cui tu seruis semper, putásne valuit te liberare à leonibus? Et Daniel regi respondens, ait, Rex inæternū viue, Deus meus misit angelū suū, & cōclusit ora leonū, & nō nocuerūt mihi: quia corā eo iustitia inuēta est in me: sed & corā te, rex, delictū nō feci. Tunc vehemēter rex gauisus est super eo, & Danielem præcepit educi de lacu: eductusq; est Daniel de lacu, & nulla læsio inuenta est in eo, quia credidit Deo suo. Iubēte autē rege, adducti sunt viri illi, qui accusauerūt Danielē: & in lacū leonū missi sunt, ipsi & filij, & vxores eorū: & non peruenerūt vsq; ad pauimentū laci,
G donec arriperent eos leones, & omnia ossa eorū comminuerunt. Tunc Darius rex scripsit vniuersis populis tribubus, & linguis habitātibus in vniuersa terra, PAX vobis multiplicetur. A me ergo constitutū est decretū, vt in vniuerso imperio & regno meo tremiscant, & paueant Deū Danielis. Ipse est enim Deus viuens & æternus in secula: & regnū eius nō dissipabitur, & potestas eius vsq; in æternum. Ipse liberator atq;
supra 2 d saluator faciens signa & mirabilia in cœlo & in terra: qui liberauit Danielem de lacu leonum. Porrò Daniel perseuerauit vsq; ad regnum Darij regnumq; Cyri Persæ.



S. VISIO *quatuor bestiarum Danieli ostensarum partim explicatur de antiquo dierum, de auditu filij hominis, de Antichristo, & iudicio futuro.* CAPVT VII.

A ANno primo Balsasar regis Babylonis, Daniel somnium vidit. Visio autem capitis eius in cubili suo: & somnium scribens, breui sermone comprehendit, summatimq; perstringens, ait, Videbam *in visione mea nocte*, & ecce quatuor venti cœli pugnabant *in mari magno*. Et quatuor bestiæ grandes ascendebant de mari diuersæ inter se. Prima quasi leæna, & alas habebat aquilæ. Aspiciebam donec euulsæ sunt alæ eius, &
B sublata est de terra, & super pedes quasi homo stetit, & cor hominis datum est ei. Et ecce bestia alia similis vrso in parte stetit: & tres ordines erant in ore eius, & in dentibus eius, & sic dicebant ei, Surge, comede carnes plurimas. Post hæc aspiciebam, & ecce alia quasi pardus, & alas habebat quasi auis, quatuor super se: & quatuor capita erant in bestia, & potestas data est ei. Post hæc, aspiciebam in visione noctis, & ecce bestia quarta terribilis, atq; mirabilis, & fortis nimis: dentes ferreos habebat magnos, comedens atq; comminuens, & reliqua pedibus suis conculcans: dissimilis autem erat cæteris bestijs
C quas videram ante eam, & habebat cornua decem. Cōsyderabam cornua, & ecce cornu aliud paruulū ortum est de medio eorum: & tria de cornibus primis euulsa sunt à facie eius. Et ecce oculi, quasi oculi hominis erant in cornu isto, & os loquens ingentia. Aspiciebam, donec throni positi sunt, & antiquus dierum sedit: vestimentū eius candidum quasi nix, & capilli capitis eius quasi lana munda: thronus eius, flammæ ignis: rotæ eius, ignis accensus. Fluuius igneus rapidusq; egre
diebatur à facie eius. Millia millium ministrabant ei, & decies *Apo. 5 a*
millies centena millia assistebant ei. Iudicium sedit, & libri aperti sunt. Aspiciebam propter vocem sermonū grandium, quos cornu illud loquebatur: & vidi quoniam interfecta esset bestia, & perijsset corpus eius, & traditum esset ad comburendū igni, aliarum quoq; bestiarum ablata esset potestas: & tempora vitæ constituta essent eis vsq; ad tempus & tempus. Aspi-
D ciebam ergo in visione noctis, & ecce cū nubibus cœli quasi filius hominis veniebat, & vsq; ad antiquum dierū peruenit: & in conspectu eius obtulerunt eum. Et dedit ei potestatem, & honorem, & regnū: & omnes populi, tribus, & linguæ ipsi *Luc. 1 c*
seruient: potestas eius, potestas æterna quæ non auferetur, & *Mic. 4 c*
regnū eius quod nō corrumpetur. Horruit spiritus meus: ego *Supra 3 g*
Daniel territus sum in his, & visiones capitis mei conturba- *& 4 g*
uerunt me. Accessi ad vnū de assistentibus, & veritatem quæ-
E rebam ab eo de omnibus his. Qui dixit mihi interpretationē sermonū, & docuit me. Hæ quatuor bestiæ magnæ, quatuor sunt regna, quæ consurgent de terra, Suscipient autem regnum sancti Dei altissimi: & obtinebunt regnum vsq; in seculum & in seculum seculorum. Post hoc, volui libenter discere de bestia quarta, quæ erat dissimilis valde ab omni-
F bus, & terribilis nimis: dentes & vngues eius ferrei: comedebat & comminuebat, & reliqua pedibus suis conculcabat: & de cornibus decem quæ habebat in capite: & de alio quod ortum fuerat ante quod ceciderant tria cornua: & de cornu illo *De potentia & incremento Antichristi.*
quod habebat oculos, & os loquens grandia, & maius erat cæteris. Aspiciebam: & ecce cornu illud faciebat bellum aduersus sanctos, & prævalebat eis: donec venit antiquus dierum, & iudicium dedit sanctis excelsi: tempus aduenit, & regnum obtinuerunt sancti. Et sic ait, Bestia quarta, regnum quartum erit in terra, quod maius erit omnibus regnis, & deuorabit vniuersam terram, & conculcabit, & comminuet eam. Porrò cornua decem ipsius regni decem reges erūt: & alius consurget post eos, & ipse potentior erit prioribus, & tres reges hu-
G miliabit. Et sermones contra excelsum loquetur, & sanctos altissimi conteret: & putabit quòd possit mutare tempora & leges, & tradentur in manu eius vsq; ad tempus & tempora & dimidium temporis. Et iudicium sedebit, vt auferatur potentia, & conteratur, & dispereat vsq; in finem. Regnum autem, & potestas, & magnitudo regni quæ est subter omne cœlum, detur populo sanctorum altissimi: cuius regnum, regnum sempiternū est, & omnes reges seruient ei & obedient. *De regno* Hucusque finis verbi. Ego Daniel multum cogitationibus *CHRISTI* meis conturbabar, & facies mea mutata est in me, verbum au- *æterno.*
tem in corde meo conseruaui. *Lucæ 1 c*

S. VISIO-



S. VISIONIS arietis & hirci interpretatio & figura, & regnum Antichristi.

CAPVT VIII.

A ANno tertio regni Balsasar regis, visio apparuit mihi, ego Daniel, post id quod viderã in principio. Vidi in visione mea, cum essem in Susan castro quod est in Aelam regione: vidi autem in visione esse me super portam Vlai: Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce aries vnus stabat ante paludem, habens cornua excelsa, & vnũ excelsius altero atq; succrescens. Postea vidi arietem cornibus ventilantem contra Occidentẽ, & contra Aquilonem, & contra Meridiem: & omnes bestiæ non poterant resistere ei, neq; liberari de manu eius: fecitq; secundũ voluntatẽ suam,
B & magnificatus est. Et ego intelligebã: ecce autem hircus caprarum veniebat ab Occidente super faciem totius terræ, & non tangebat terrã: porrò hircus habebat cornu insigne inter oculos suos. Et venit vsq; ad arietem illum cornutũ, quem videram stantem ante portã, & cucurrit ad eum in impetu fortitudinis suæ. Cumq; appropinquasset prope arietem, efferatus est in eum, & percussit arietem: & comminuit duo cornua eius, & non poterat aries resistere ei: cumq; eũ misisset in ter-
C ram, conculcauit, & nemo quibat liberare arietem de manu eius. Hircus autem caprarũ, magnus factus est nimis: cumq; creuisset, fractum est cornu magnũ, & orta sunt quatuor cornua subter illud per quatuor ventos cœli. De vno autem ex eis egressum est cornu vnum modicum: & factum est grande contra meridiem, & contra Orientem, & cõtra fortitudinem. Et magnificatũ est vsq; ad fortitudinem cœli: & deiecit de fortitudine & de stellis, & conculcauit eas. Et vsq; ad principem fortitudinis magnificatũ est: & ab eo tulit iuge sacrificium, & deiecit locum sanctificationis eius. Robur autem datum est ei
D contra iuge sacrificiũ propter peccata: & prosternetur veritas in terra, & faciet, & prosperabitur. Et audiui vnum de sanctis loquentem: & dixit vnus sanctus alteri nescio cui loquenti. Vsquequo visio, & iuge sacrificium, & peccatũ desolationis quæ facta est: & sanctuarium, & fortitudo conculcabitur? Et dixit ei, Vsq; ad vesperam & mane, dies duo millia trecenti: & mundabitur sanctuariũ. Factũ est autem cum viderem ego Daniel visionem, & quærerem intelligentiam: ecce stetit in conspectu meo quasi species viri. Et audiui vocem viri inter Vlai: & clamauit, & ait, Gabriel fac intelligere istam visionẽ.
E Et venit, & stetit iuxta vbi ego stabã: cumq; venisset, pauens
Infra 9 f corrui in faciem meã, & ait ad me, Intellige fili hominis, quoniam in tempore finis complebitur visio. Cumq; loqueretur ad me, collapsus sum pronus in terrã: & tetigit me, & statuit me in gradu meo, dixitq; mihi, Ego ostendam tibi quæ futura sunt in nouissimo maledictionis: quoniam habet tempus finem suũ. Aries quem vidisti habere cornua, rex Medorum est atq; Persarũ. Porrò hircus caprarũ, rex Græcorum est: &
F cornu grande quod erat inter oculos eius: ipse est rex primus. Quòd autem fracto illo surrexerũt quatuor pro eo: quatuor reges de gente eius consurgent, sed nõ in fortitudine eius. Et post regnum eorũ cum creuerint iniquitates, consurget rex impudens facie, & intelligens propositiones, & roborabitur fortitudo eius, sed nõ in viribus suis: & supra quàm credi potest, vniuersa vastabit, & prosperabitur, & faciet. Et interficiet robustos, & populũ sanctorum secundũ voluntatem suam,
G & dirigetur dolus in manu eius: & cor suũ magnificabit, & in copia rerum omnium occidet plurimos: & contra principem principũ consurget, & sine manu conteretur. Et visio vespere & mane, quæ dicta est, vera est: tu ergo visionem signa, quia post multos dies erit. Et ego Daniel langui, & ægrotaui per dies: cumq; surrexissem, faciebã opera regis, & stupebam ad visionem, & non erat qui interpretaretur.

S. ORANTI Danieli ostenduntur ab angelo septuaginta hebdomades usq; ad unctionem sancti sanctorum, ad mortem eius, & Iudæorum electionem.

CAPVT IX.

A IN anno primo Darij filij Assueri de semine Medorum, qui imperauit super regnũ Chaldæorũ: *Ierem.25 c & 29 c* Anno vno regni eius, ego Daniel intellexi in libris numerum annorum, de quo factus est sermo Domini ad Ieremiã prophetam, vt complerentur desolationis Ierusalẽ septuagínta anni. Et posui faciem meam ad Dominum Deum meum rogare & deprecari in ieiunijs, sacco & cinere. Et oraui ad Dominũ Deum meũ, & confessus sum, & *2. Esdr. 1 b* dixi, Obsecro Domine Deus magne & terribilis, custodiens pactum & misericordiam diligentibus te & custodientibus mãdata tua. Peccauimus, iniquitatem fecimus, impie egimus,
B & recessimus: & declinauimus à mãdatis tuis ac iudicijs. Non *Baruch 1 e* obediuimus seruis tuis prophetis qui locuti sunt in nomine tuo regibus nostris, principibus nostris, patribus nostris, omniq; populo terræ. Tibi Domine iustitia: nobis autem confusio faciei sicut est hodie viro Iuda, & habitatoribus Ierusalem & omni Israel, his qui prope sunt, & his qui procul in vniuersis terris ad quas eiecisti eos propter iniquitates eorum, in quibus peccauerunt in te Domine, nobis confusio faciei, regibus nostris, principibus nostris, & patribus nostris
C qui peccauerunt: tibi autem Domino Deo nostro misericordia & propitiatio, quia recessimus à te, & non audiuimus vocem Domini Dei nostri vt ambularemus in lege eius quam posuit nobis per seruos suos prophetas. Et omnis Israel præuaricati sunt legem tuam, & declinauerũt ne audirent vocem *Deut. 27 c* tuam: stillauit super nos maledictio & detestatio quæ scripta est in libro Moysi serui Dei, quia peccauimus ei. Et statuit sermones tuos quos locutus est super nos & super principes nostros qui iudicauerunt nos, vt superinduceret in nos magnum malum quale nunquam fuit sub omni cœlo, secũdum quod factũ est in Ierusalem. Sicut scriptũ est in lege Moysi,
D omne malum hoc venit super nos: & non rogauimus faciem tuam Domine Deus noster, vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris, & cogitaremus veritatem tuam. Et vigilauit Dominus super malitiã, & adduxit eam super nos: iustus Dominus Deus noster in omnibus operibus suis quæ fecit, non *Baruch 1 e* enim audiuimus vocem eius. Et nunc Domine Deus noster *Exod. 13 c* qui eduxisti populũ tuum de terra Aegypti in manu forti, & fecisti tibi nomen secundũ diem hanc, peccauimus, iniquitatem fecimus. Domine in omnẽ iustitiam tuã, auertatur obsecro ira tua, & furor tuus à ciuitate tua Ierusalem, & à monte sancto tuo, Propter peccata enim nostra, & iniquitates patrum nostrorum, Ierusalem & populus tuus in opprobrium sunt omnibus per circuitum nostrum. Nunc ergo exaudi Deus noster orationem serui tui, & preces eius: & ostende fa-
E ciem tuam super sanctuarium tuum quod desertum est propter temetipsum. Inclina Deus meus aurem tuã, & audi: aperi oculos tuos, & vide desolationem nostram, & ciuitatem super quam inuocatũ est nomen tuum. neq; enim in iustificationibus

tionibus noſtris proſternimus preces ante faciē tuam, ſed in miſerationibus tuis multis. Exaudi Domine, placare Domine: attēde & fac, ne moreris propter temetipſum Deus meus: quia nomen tuum inuocatū eſt ſuper ciuitatē & ſuper populum tuum. Cumq; adhuc loquerer, & orarē, & cōfiterer peccata mea & peccata populi mei Iſrael vt proſternerem preces meas in cōſpectu Dei mei, pro monte ſancto Dei mei: adhuc me loquēte in oratione mea, ecce vir Gabriel quem videram in viſione à principio, cito volans tetigit me in tempore ſacrificij veſpertini. Et docuit me, & locutus eſt mihi, dixitq;, Daniel, nunc egreſſus ſum vt docerem te, & intelligeres. Ab exordio precum tuarū egreſſus eſt ſermo: ego autem veni vt indicarem tibi, quia vir deſyderiorum es: tu ergo animaduerte ſermonē, & intellige viſionem. Septuaginta hebdomades abbreuiatæ ſunt ſuper populum tuum & ſuper vrbem ſanctam tuam, vt conſummetur preuaricatio, & finē accipiat peccatū, & deleatur iniquitas, & adducatur iuſtitia ſempiterna, & impleatur viſio & prophetia: & vngatur Sanctus ſanctorū. Scito ergo & animaduerte: ab exitu ſermonis vt iterum ædificetur Ieruſalem, vſq; ad CHRISTVM ducem, hebdomades ſeptē & hebdomades ſexaginta duæ erunt: & rurſum ædificabitur platea, & muri in anguſtia temporum. Et poſt hebdomades ſexaginta duas occidetur CHRISTVS: & non erit eius populus qui eum negaturus eſt. Et ciuitatem & ſanctuariū diſſipabit populus cum duce venturo: & finis eius vaſtitas, & poſt finem belli ſtatuta deſolatio. Confirmabit autem pactū multis hebdomada vna: & in dimidio hebdomadis deficiet hoſtia & ſacrificiū: & erit in templo abominatio deſolationis: & vſq; ad conſummationem & finem perſeuerabit deſolatio.

Supra 8 c

Mat. 24 b

Ioan. 1 g

Vnctio CHRISTI

CHRISTI ducis.

Mat. 24 b

S. APPARET *Danieli uir lineis indutus ueſtibus, principis Perſarum & Græcorum nuntians diſcrimina.* CAPVT X.

ANno tertio regni Cyri regis Perſarum, verbum reuelatum eſt Danieli cognomento Baltaſſar, & verbum verum, & fortitudo magna: intellexitq; ſermonem, intelligētia enim eſt opus in viſione. In diebus illis ego Daniel lugebam trium hebdomadarū diebus, panem deſyderabilem nō comedi, & caro & vinum non introierunt in os meū, ſed neq; vnguento vnctus ſum: donec complerentur trium hebdomadarum dies. Die autem viceſima & quarta menſis primi eram iuxta fluuium magnum, qui eſt Tigris. Et leuaui oculos meos & vidi: & ecce vir vnus veſtitus lineis, & renes eius accincti auro obrizo: & corpus eius quaſi chryſolithus, & facies eius velut ſpecies fulguris, & oculi eius vt lampas ardens: & brachia eius, & quæ deorſum ſunt vſq; ad pedes, quaſi ſpecies æris candentis: & vox ſermonum eius vt vox multitudinis. Vidi autē ego Daniel ſolus viſionē: porrò viri qui erant mecum non viderunt, ſed terror nimius irruit ſuper eos, & fugerunt in abſconditū. Ego autē relictus ſolus vidi viſionem grandem hanc: & non remanſit in me fortitudo, ſed & ſpecies mea immutata eſt in me, & emarcui, nec habui quicquam virium. Et audiui vocem ſermonum eius: & audiens iacebam conſternatus ſuper faciem meam, & vultus meus hærebat terræ. Et ecce manus tetigit me, & erexit me ſuper genua mea, & ſuper articulos manuum mearum. Et dixit ad me, Daniel vir deſyderiorum intellige verba quæ ego loquor ad te, & ſta in gradu tuo: nunc enim ſum miſſus ad te. Cumq; dixiſſet mihi ſermonem iſtum, ſteti tremens. Et ait ad me, Noli metuere Daniel: quia ex die primo quo poſuiſti cor tuum ad intelligendum, vt teaffligeres in conſpectu Dei tui, exaudita ſunt verba tua, & ego veni propter ſermones tuos. Princeps autem regni Perſarum reſtitit mihi viginti & vno diebus: & ecce Michael vnus de principibus primis venit in adiutorium meum, & ego remanſi ibi iuxta regem Perſarum. Veni autem vt docerem te quæ vētura ſunt populo tuo in nouiſsimis diebus: quoniam adhuc viſio in dies. Cumq; loqueretur mihi huiuſcemodi verbis, deieci vultum meū ad terram, & tacui. Et ecce quaſi ſimilitudo filij hominis tetigit labia mea: & aperiēs os meum locutus ſum, & dixi ad eum qui ſtabat contra me, Domine mi, in viſione tua diſſolutæ ſunt compages meæ, & nihil in me remanſit virium. Et quomodo poterit ſeruus Domini mei loqui cum Domino meo? nihil enim in me remāſit virium, ſed & halitus meus intercluditur. Rurſum ergo tetigit me quaſi viſio hominis, & cōfortauit me, & dixit, Noli timere vir deſyderiorum, pax tibi: confortare, & eſto robuſtus. Cumq; loqueretur mecum, conualui, & dixi, Loquere Domine mi, quia confortaſti me. Et ait, Nūquid ſcis quare venerim ad te? & nūc reuertar, vt prælier aduerſum principem Perſarū. Cum enim egrederer, apparuit princeps Græcorum veniens. Veruntamen annuntiabo tibi, quod expreſſum eſt in ſcriptura veritatis: & nemo eſt adiutor meus in omnibus his, niſi Michael princeps veſter.

S. POST *uarios reges reuelabitur filius iniquitatis ſe contra Deum erigens.* CAPVT XI.

EGo autem ab anno primo Darij Medi ſtabam vt confortaretur & roboraretur. Et nunc veritatem annuntiabo tibi. Ecce adhuc tres reges ſtabunt in Perſide, & quartus ditabitur opibus nimijs ſuper omnes: & cum inualuerit diuitijs ſuis, cōcitabit omnes aduerſum regnum Græciæ. Surget vero rex fortis, & dominabitur poteſtate multa: & faciet quod placuerit ei. Et cum ſteterit, conteretur regnum eius, & diuidetur in quatuor ventos cœli: ſed non in poſteros eius, neq; ſecundū potentiam illius, qua dominatus eſt. Iacerabitur enim regnum eius etiam in externos, exceptis his. Et confortabitur rex Auſtri, & de principibus eius: & prævalebit ſuper eū, & dominabitur ditione, multa enim dominatio eius. Et poſt finem annorū, fœderabūtur: filiaq; regis Auſtri veniet ad regē Aquilonis facere amicitiā, & non obtinebit fortitudinē brachij, nec ſtabit ſemen eius: & tradetur ipſa, & qui adduxerunt eam, adoleſcentes eius, & qui confortabant eā in temporibus. Et ſtabit de germine radicum eius plantatio: & veniet cum exercitu, & ingredietur prouinciam regis Aquilonis: & abutetur eis, & obtinebit. Inſuper & deos eorū, & ſculptilia, vaſa quoq; pretioſa auri & argenti, captiua ducet in Aegyptū: ipſe prævalebit aduerſus regē Aquilonis. Et intrabit in regnū rex Auſtri, & reuertetur ad terram ſuam. Filij autem eius prouocabuntur & cōgregabunt multitudinem exercituū plurimorū: & veniet properans & inundans: & reuertetur & concitabitur, & cōgredietur cū robore eius. Et prouocatus rex Auſtri egredietur, & pugnabit aduerſus regē Aquilonis, & præparabit multitudinem nimiā, & dabitur multitudo in manus eius. Et capiet multitudinē, & exaltabitur cor eius, & deijciet multa millia: ſed non prævalebit. Cōuertetur enim rex Aquilonis, & præparabit multitudinē multo maiorem quàm prius: & in fine temporū annorumq; veniet properans cū exercitu magno & opibus nimijs. Et in temporibus illis multi conſurgent aduerſus regē Auſtri: filij quoq; prævaricatorū populi tui extollentur vt impleant viſionem, & corruēt. Et veniet rex Aquilonis, & comportabit aggerem, & capiet vrbes munitiſsimas: & brachia Auſtri non ſuſtinebunt, & conſurgent electi eius ad reſiſtendū, & nō erit fortitudo. Et faciet veniens ſuper eum iuxta placitū ſuum, & non erit qui ſtet cōtra faciem eius: & ſtabit in terra inclyta, & conſumetur in manu eius. Et ponet faciem ſuam vt veniat ad tenendum vniuerſum regnum eius, & recta faciet cum eo: & filiam fœminarū dabit ei, vt euertat illud: & non ſtabit, nec illius erit. Et conuertet faciem ſuam ad inſulas, & capiet multas: & ceſſare faciet principem opprobrij ſui, & opprobrium eius conuertetur in eum. Et conuertet faciem ſuam ad imperium terræ ſuæ. & impinget & corruet, & non inuenietur. Et ſtabit in loco eius viliſsimus, & indignus decore regio: & in paucis diebus conteretur, non in furore nec in prælio. Et ſtabit

Eſa. 19 a

ſtabit in loco eius deſpectus,& nõ tribuetur ei honor regius:
& veniet clàm,& obtinebit regnũ in fraudulentia. Et brachia
pugnantis expugnabũtur à facie eius,& conterentur:inſuper
& dux fœderis. Et poſt amicitias,cum eo faciet dolũ:& aſcen
det,& ſuperabit in modico populo. Et abundantes & vberes
vrbes ingredietur:& faciet quæ non fecerũt patres eius,& pa-
tres patrũ eius:rapinas & prædã & diuitias eorũ diſsipabit,&
contra firmiſsimas cogitationes inibit:& hoc,vſq; ad tempus.
Et concitabitur fortitudo eius & cor eius aduerſum regẽ Au-
E ſtri in exercitu magno: & rex Auſtri prouocabitur ad bellũ
multis auxilijs & fortibus nimis:& non ſtabunt,quia inibunt
aduerſus eum conſilia. Et comedentes panem cum eo, conte-
rent illũ,exercitusq; eius opprimetur:& cadẽt interfecti plu-
rimi. Duorũ quoq; regum cor erit vt malefaciant, & ad men-
ſam vnam mendaciũ loquentur,& non proficient:quia adhuc
finis in aliud tempus. Et reuertetur in terrã ſuam cum opibus
multis:& cor eius aduerſum teſtamentũ ſanctum,& faciet, &
reuertetur in terrã ſuã. Statuto tẽpore reuertetur,& veniet ad
Auſtrũ:& non erit priori ſimile nouiſsimũ. Et venient ſuper
eum trieres,& Romani,& percutietur,& reuertetur: & indi-
gnabitur contra teſtamentũ ſanctuarij,& faciet:reuerteturq;,
& cogitabit aduerſum eos qui dereliquerunt teſtamentũ ſan-
ctuarij. Et brachia ex eo ſtabũt,& polluent ſanctariũ fortitu-
F dinis,& auferent iuge ſacrificiũ:& dabunt abominationem in
deſolationem. Et impij in teſtamentũ ſimulabunt fraudulen-
ter:populus autem ſciens Deum ſuum obtinebit & faciet. Et
docti in populo docebunt plurimos: & ruent in gladio & in
flãma & in captiuitate & in rapina dierũ. Cumq; corruerint,
ſubleuabuntur auxilio paruulo:& applicabũtur eis plurimis
fraudulenter. Et de eruditis ruent,vt conflentur & eligãtur &
dealbentur vſq; ad tempus præfinitũ:quia adhuc aliud tẽpus
erit. Et faciet iuxta volũtatem ſuam rex,& eleuabitur & ma-
gnificabitur aduerſus omnem deũ: & aduerſus Deum deorũ
loquetur magnifica,& dirigetur,donec compleatur iracũdia:
perpetrata quippe eſt definitio. Et Deum patrum ſuorũ non
reputabit:& erit in cõcupiſcentijs fœminarũ, nec quenquam
deorũ curabit:quia aduerſum vniuerſa conſurget. deũ autem
Maozim in loco ſuo venerabitur:& deum quem ignoraue-
G runt patres eius colet auro,& argento,& lapide pretioſo, re-
busq; pretioſis. Et faciet vt muniat Maozim cum deo alieno
quem cognouit,& multiplicabit gloriã:& dabit eis poteſtatẽ
in multis,& terram diuidet gratuito. Et in tempore præfini-
to præliabitur aduerſus eum rex Auſtri:& quaſi tẽpeſtas ve-
niet contra illũ rex Aquilonis in curribus & equitibus & in
claſſe magna:& ingredietur terras,& conteret & pertranſiet.
Et introibit in terram glorioſam,& multi corruent:hæ autem
ſolæ ſaluabuntur de manu eius,Edom,& Moab,& principiũ
filiorum Ammon. Et mittet manum ſuam in terras: & terra
Aegypti non effugiet. Et dominabitur theſaurorum auri, &
argenti,& in omnibus pretioſis Aegypti:per Libyam quoq;,
& Aethiopiam tranſibit. Et fama turbabit eum ab Oriente &
ab Aquilone:& veniet in multitudine magna vt cõterat & in-
terficiat plurimos. Et figet tabernaculũ ſuum Apadno inter
maria,ſuper montem inclytum & ſanctum: & veniet vſq; ad
ſummitatem eius,& nemo auxiliabitur ei.

S. BONORVM *& malorum uaria reſurrectio,occultumq; Dei iudicium cum libro clauſo,occultisq; ſermonibus.*

CAPVT XII.

A IN tempore autem illo conſurget Michael princeps magnus,qui ſtat pro filijs populi tui: & veniet tẽpus quale non fuit ab eo ex quo gẽtes eſſe cœperunt vſq; ad tempus illud. Et in tẽpore illo ſaluabitur populus tuus,omnis qui inuentus fuerit ſcriptus in libro. Et multi de his qui dormiunt in terræ puluere, euigilabunt:alij in vitam æternam, alij in opprobriũ vt videant ſem-
B per. Qui autẽ docti fuerint,fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti:& qui ad iuſtitiã erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates. Tu autẽ Daniel claude ſermones, & ſigna librum vſq; ad tempus ſtatutũ:plurimi pertrãſibunt,& multiplex erit ſcientia. Et vidi ego Daniel, & ecce quaſi duo alij ſtabant:vnus hinc ſuper ripam fluminis,& alius inde ex altera
C ripa fluminis. Et dixit viro qui erat indutus lineis, qui ſtabat ſuper aquas fluminis, Vſquequo finis horũ mirabiliũ? Et audiui virum qui indutus erat lineis,qui ſtabat ſuper aquas fluminis,cum eleuaſſet dexteram & ſiniſtrã ſuam in cœlum, & iuraſſet per viuentem in æternũ: quia in tempus & tempora, & dimidium temporis. Et cum completa fuerit diſperſio manus populi ſancti,complebũtur vniuerſa hæc. Et ego audiui, & non intellexi. Et dixi,Domine mi, quid erit poſt hæc? Et ait,Vade Daniel:quia clauſi ſunt,ſignatiq; ſermones vſq; ad
D præfinitum tempus. Eligentur & dealbabũtur, & quaſi ignis probabũtur multi:& impie agẽt impij,neq; intelligẽt omnes impij, porrò docti intelligent. Et à tempore cum ablatum fuerit iuge ſacrificium,& poſita fuerit abominatio in deſolationem:dies mille, ducenti nonaginta. Beatus qui expectat & peruenit vſq; ad dies mille trecentos trigintaquinque. Tu autem Daniel vade ad præfinitum: & requieſces, & ſtabis in ſorte tua, in finem dierum.

Prophetiæ huius obſcuritas.

Apo. 10 d

Prophetat mortuorũ reſurrectionem.

Matt. 24 c

Hucuſque Danielem in Hebræo volumine legimus.

Quæ ſequuntur vſque ad finem libri, de Theodotionis editione translata ſunt.



S. SVSANNAM *caſtiſſimam ueteres preſbyteri adulterij accuſantes,& mortis ream,lege talionis à Daniele iudicati ſunt.*

CAPVT XIII.

A ET erat vir habitans in Babylone, & nomen eius Ioacim:& accepit vxorem nomine Suſannam filiam Helciæ,pulchrã nimis,& timentem Deum. Parẽtes enim illius cum eſſent iuſti, erudierũt filiam ſuam ſecundũ legẽ Moyſi. Erat autem Ioacim dives valde,& erat ei pomariũ vicinũ domui ſuæ:& ad ipſum cõfluebant Iudæi,eo quòd eſſet honorabilior omnium. Et cõſtituti ſunt duo ſenes,iudices in illo anno,de quibus locutus eſt Dominus, Quia egreſſa eſt iniquitas de Babylone à ſenioribus iudicibus,qui videbantur regere populum. Iſti frequentabãt domum Ioacim,& veniebant ad eum omnes qui habebãt iudicia. Cum autem populus reuertiſſet per meridiẽ, ingrediebatur Suſanna, & deambulabat in pomario viri ſui. Et videbant eam ſenes quotidie ingredientem, & deambulantem: & exarſerunt in concupiſcentiã eius:& euerterũt ſenſum ſuũ,&
B declinauerunt oculos ſuos vt non viderent cœlũ, neq; recordarentur iudiciorum iuſtorum. Erant ergo ambo vulnerati amore eius,nec indicauerũt ſibi viciſsim dolorem ſuũ: erubeſcebãt enim indicare ſibi concupiſcentiã ſuam, volentes concumbere cũ ea:& obſeruabãt quotidie ſolicitius videre eam. Dixitq; alter ad alterum, Eamus domum, quia hora prandij eſt. Et egreſſi receſſerũt à ſe. Cumq; reuertiſſent, venerunt in vnum:

vnum:& ſciſcitantes abinuicem cauſam,confeſsi ſunt concupiſcentiam ſuã:& tunc in cõmuni ſtatuerunt tempus,quando eam poſſent inuenire ſolam.Factum eſt autem,cum obſeruarent diem aptũ, ingreſſa eſt aliquãdo ſicut heri & nudiuſtertius,cũ duabus ſolis puellis,voluitq́; lauari in pomario: æſtus quippe erat,& non erat ibi quiſquam, præter duos ſenes abſconditos,& contemplantes eam.Dixit ergo puellis, Afferte mihi oleũ,& ſmigmata,& oſtia pomarij claudite, vt lauer.Et fecerũt ſicut præceperat,clauſeruntq́; oſtia pomarij:& egreſſæ ſunt per poſticũ vt afferrẽt quæ iuſſerat,neſciebatq́; ſenes intus eſſe abſconditos.Cum autẽ egreſſæ eſſent puellæ,ſurrexerunt duo ſenes:& accurrerũt ad eam,& dixerũt, Ecce oſtia pomarij clauſa ſunt,& nemo nos videt,& nos in cõcupiſcentia tui ſumus:quam ob rem aſſentire nobis, & cõmiſcere nobiſcũ.quòd ſi nolueris,dicemus contra te teſtimonium, quòd fuerit tecum iuuenis,& ob hanc cauſam emiſeris puellas à te. Ingemuit Suſanna,& ait,Anguſtiæ ſunt mihi vndiq;: ſi enim hoc egero,mors mihi eſt:ſi autẽ non egero, non effugiã manus veſtras. Sed melius eſt mihi abſq; opere incidere in manus veſtras,quàm peccare in cõſpectu Domini. Et exclamauit voce magna Suſanna: exclamauerunt autem ſenes aduerſus eam. Et cucurrit vnus ad oſtia pomarij,& aperuit. Cum ergo audiſſent clamorẽ famuli domus in pomario, irruerunt per poſticum,vt viderent quidnam eſſet.Poſtquã autem ſenes locuti ſunt,erubuerunt ſerui vehementer: quia nunquam dictus fuerat ſermo huiuſcemodi de Suſanna.Et facta eſt dies craſtina. Cumq́; veniſſet populus ad Ioacim virũ eius, venerunt & duo presbyteri pleni iniqua cogitatione aduerſus Suſannam,vt interficerent eam.Et dixerunt corã populo, Mittite ad Suſannam filiam Helciæ vxorẽ Ioacim.Et ſtatim miſerunt.Et venit cum parentibus,& filijs,& vniuerſis cognatis ſuis.Porrò Suſanna erat delicata nimis,& pulchra ſpecie.At iniqui illi iuſſerunt vt diſcooperiretur(erat enim cooperta)vt vel ſic ſatiarentur decore eius.Flebant igitur ſui,& omnes qui nouerant eam.Conſurgentes autem duo presbyteri in medio populi, poſuerunt manus ſuas ſuper caput eius.Quæ flens ſuſpexit ad cœlum:erat enim cor eius fiduciam habens in Domino. Et dixerunt presbyteri, Cum deambularemus in pomario ſoli,ingreſſa eſt hæc cũ duabus puellis,& clauſit oſtia pomarij, & dimiſit à ſe puellas. Venitq́; ad eam adoleſcens qui erat abſconditus,& concubuit cum ea. Porrò nos cũ eſſemus in angulo pomarij,videntes iniquitatem cucurrimus ad eos,& vidimus eos pariter commiſceri.Et illum quidem non quiuimus comprehendere,quia fortior nobis erat, & aperto oſtio exiliuit:hanc autem cum apprehendiſſemus, interrogauimus quiſnam eſſet adoleſcens,& noluit indicare nobis.huius rei teſtes ſumus.Credidit eis multitudo quaſi ſenibus & iudicibus populi,& condemnauerunt eam ad mortem.Exclamauit autem voce magna Suſanna,& dixit,Deus æterne, qui abſconditorũ es cognitor,qui noſti omnia antequam fiant, tu ſcis quoniam falſum teſtimonium tulerunt contra me:& ecce morior,cum nihil horum fecerim quæ iſti malitioſe compoſuerunt aduerſum me.Exaudiuit autem Dominus vocẽ eius. Cumq́; duceretur ad mortẽ,ſuſcitauit Dominus ſpiritũ ſanctum pueri iunioris,cuius nomen Daniel:& exclamauit voce magna,Mundus ego ſum à ſanguine huius. Et conuerſus omnis populus ad eum dixit,Quis eſt iſte ſermo quem tu locutus es?Qui cum ſtaret in medio eorum,ait,Sic fatui filij Iſrael,non iudicantes,neq; quod verum eſt cognoſcentes, condemnaſtis filiã Iſrael?Reuertimini ad iudiciũ, quia falſum teſtimonium locuti ſunt aduerſus eam. Reuerſus eſt ergo populus cum feſtinatione,& dixerunt ei ſenes, Veni, & ſede in medio noſtrũ,& indica nobis:quia tibi Deus dedit honorem ſenectutis.Et dixit ad eos Daniel, Separate illos ab inuicem procul,& dijudicabo eos. Cum ergo diuiſi eſſent alter ab altero,vocauit vnum de eis,& dixit ad eum, Inueterate dierum malorũ,nunc venerunt peccata tua quæ operabaris prius, iudicans iudicia iniuſta,innocẽtes opprimens & dimittens noxios,dicente Domino,Innocentem & iuſtum nõ interficies. Exo.23 a
Nunc ergo ſi vidiſti eam, dic ſub qua arbore videris eos colloquentes ſibi. Qui ait,Sub ſchino. Dixit autẽ Daniel. Rectè mentitus es in caput tuũ:ecce enim angelus Dei accepta ſententia ab eo,ſcindet te mediũ. Et amoto eo, iuſsit venire aliũ, & dixit ei,Semen Chanáam,& non Iuda,ſpecies decepit te, & concupiſcentia ſubuertit cor tuum:ſic faciebatis filiabus Iſrael,& illæ timentes loquebantur vobis:ſed filia Iuda non ſuſtinuit iniquitatem veſtram.Nunc ergo dic mihi ſub qua arbore comprehenderis eos loquentes ſibi. Qui ait,Sub prino. Dixit autem ei Daniel,Rectè mentitus es & tu in caput tuũ: manet enim angelus Domini gladium habens,vt ſecet te medium,& interficiat vos. Exclamauit itaq; omnis cœtus voce magna,& benedixerunt Deum qui ſaluat ſperantes in ſe. Et conſurrexerunt aduerſus duos presbyteros(conuicerat enim eos Daniel ex ore ſuo falſum dixiſſe teſtimoniũ) fecerunt q́; eis ſicut male egerant aduerſus proximam, vt facerent ſecundum legem Moyſi:& interfecerũt eos,& ſaluatus eſt ſanguis Deut.9 d
innoxius in die illa.Helcias autem, & vxor eius laudauerunt Deum pro filia ſua Suſanna cum Ioacim marito eius, & cognatis omnibus:quia non eſſet inuenta in ea res turpis.Daniel autẽ factus eſt magnus in conſpectu populi à die illa,& deinceps.Et rex Aſtyages appoſitus eſt ad patres ſuos,& ſuſcepit Cyrus Perſes regnum eius.



S. DANIEL *ſacerdotibus Belis cũ familia ſua interfectis,Bel deſtruxit,& draconem eius interfecit: in lacum leonum miſſus ab Habacuc paſtus eſt & inde extractus, æmulis ſuis in lacum miſsis ſubito deuorandis.* CAPVT XIIII.

ERat autem Daniel cõuiua regis, & honoratus ſuper omnes amicos eius. Erat quoq; idôlum apud Babylonios nomine Bel:& impendebantur in eo per dies ſingulos, ſimilæ artabæ duodecim, & oues quadraginta,viniq́; amphoræ ſex.Rex quoq; colebat eũ, & ibat per ſingulos dies adorare eum:porrò Daniel adorabat Deum ſuũ.Dixitq́; ei rex,Quare non adoras Bel? Qui reſpõdens,ait ei,Quia nõ colo idôla manufacta,ſed viuentẽ Deum qui creauit cœlũ & terrã,& habet poteſtatẽ omnis carnis. Et dixit rex ad eũ,Nónne videtur tibi eſſe Bel viuẽs Deus ? Annon vides quanta comedat & bibat quotidie? Et ait Daniel arridẽs,Ne erres rex,Iſte eſt enim intrinſecus luteus,& forinſecus æreus,neq; comedit aliquando.Et iratus rex vocauit ſacerdotes eius,& ait eis,Niſi dixeritis mihi quis eſt qui comedat impẽſas has,moriemini.Si autem oſtenderitis quoniã Bel comedat hæc,morietur Daniel,quia blaſphemauit in Bel. Et dixit Daniel regi,Fiat iuxta verbũ tuum.Erant autẽ ſacerdotes Bel ſeptuaginta,exceptis vxoribus & paruulis & filijs.Et venit rex cum Daniele in templũ Belis.Et dixerũt ſacerdotes Belis,Ecce nos egrediemur foras:& tu rex,pone eſcas, & vinũ miſce,& claude oſtiũ,& ſigna annulo tuo: & cũ ingreſſus fueris mane,niſi inueneris omnia comeſta à Bel, morte moriemur,vel Daniel,qui mentitus eſt aduerſum nos.Cõtemnebant

bant autem, quia fecerant ſub menſa abſconditũ introitum,& per illũ ingrediebantur ſemper,& deuorabant ea. Factum eſt igitur poſtquã egreſsi ſunt illi,& rex poſuit cibos ante Bel, præcepit Daniel pueris ſuis,& attulerũt cinerem,& cribrauit per totum templũ coram rege:& egreſsi clauſerũt oſtium: & ſignantes annulo regis, abierunt. Sacerdotes autẽ ingreſsi ſunt nocte iuxta conſuetudinem ſuam,& vxores,& filij eorum:& comederunt omnia,& biberũt. Surrexit autem rex primo di-
D luculo,& Daniel cũ eo. Et ait rex, Saluáne ſunt ſignacula Daniel? Qui reſpondit, Salua rex. Statimq; cũ aperuiſſet oſtium, intuitus rex mẽſam, exclamauit voce magna, Magnus es Bel, & non eſt apud te dolus quiſquam. Et riſit Daniel: & tenuit regem, ne ingrederetur intrò,& dixit, Ecce pauimẽtum, animaduerte cuius veſtigia ſint hæc. Et dixit rex, Video veſtigia virorum,& mulierũ,& infantium. Et iratus eſt rex. Tunc apprehendit rex ſacerdotes,& vxores & filios eorũ:& oſtenderunt ei abſcondita oſtiola per quæ ingrediebantur & conſumebant quæ erant ſuper menſam. Occîdit ergo illos rex,& tradidit Bel in poteſtatem Danielis: qui ſubuertit eũ,& tem-
E plum eius. Et erat draco magnus in loco illo,& colebant eum Babylonij. Et dixit rex Danieli, Ecce nunc non potes dicere quia iſte non ſit Deus: viuẽs adora ergo eum. Dixitq; Daniel regi, Dominũ Deum meum adoro: quia ipſe eſt Deus viuẽs: iſte autem non eſt Deus viuens. Tu autem rex da mihi poteſtatem,& interficiam draconem abſq; gladio & fuſte. Et ait rex, Do tibi. Tulit ergo Daniel picem,& adipem,& pilos,& coxit pariter: fecitq; maſſas,& dedit in os draconis,& diruptus eſt draco. Et dixit Daniel, Ecce quem colebatis. Quod cum audiſſent Babylonij, indignati ſunt vehementer: & congregati aduerſum regem, dixerũt, Iudæus factus eſt rex: Bel deſtruxit, draconem interfecit,& ſacerdotes occîdit. Et dixerunt cũ veniſſent ad regem, Trade nobis Danielem, alioquin
F interficiemus te,& domũ tuam. Vidit ergo rex quòd irruerẽt in eum vehementer:& neceſsitate compulſus tradidit eis Danielem. Qui miſerunt eum in lacum leonũ,& erat ibi diebus ſex. Porrò in lacu erant leones ſeptẽ,& dabantur eis duo corpora quotidie,& duæ oues:& tunc non data ſunt eis, vt deuorarent Danielem. Erat autem Habacuc propheta in Iudæa,& ipſe coxerat pulmentũ,& intriuerat panes in alueolo: & ibat in campum vt ferret meſſoribus. Dixitq; angelus Domini ad Habacuc, Ferprandium quod habes in Babylonem Danieli, qui eſt in lacu leonũ. Et dixit Habacuc, Domine, Babylonem
Ezec. 8 b non vidi,& lacum neſcio. Et apprehendit eũ angelus Domi-
G ni in vertice eius,& portauit eum capillo capitis ſui, poſuitq; eum in Babylonem ſuper lacum in impetu ſpiritus ſui. Et clamauit Habacuc, dicens, Daniel ſerue Dei, tolle prandiũ quod miſit tibi Deus. Et ait Daniel, Recordatus es mei Deus,& nõ dereliquiſti diligentes te. Surgens q; Daniel comedit. Porrò angelus Domini reſtituit Habacuc confeſtim in loco ſuo. Venit ergo rex die ſeptimo vt lugeret Danielem:& venit ad lacum,& introſpexit,& ecce Daniel ſedens in medio leonũ. Et exclamauit voce magna rex, dicens, Magnus es Domine Deus Danielis. Et extraxit eum de lacu leonum. Porrò illos qui perditionis eius cauſa fuerant, intromiſit in lacum,& deuorati ſunt in momento coram eo.

FINIS.

Hieronymi in XII.

Prophetas Præfatio.

NON IDEM *ordo eſt duodecim prophetarum apud Hebræos, qui eſt apud nos. Vnde ſecundum id quod ibi legitur, hîc quoq; diſpoſiti ſunt. Oſee commaticus eſt, & quaſi per ſententias loquens. Ioël planus in principijs: in fine obſcurior. Et uſque ad Malachiam, habent ſinguli proprietates ſuas: quem Eſdram ſcribam, legisq; doctorem Hebræi autumant. Et quia longum eſt nunc de omnibus dicere: hoc tantum uos ô Paula & Euſtochium admonitas uolo, unum librum eſſe duodecim prophetarum: Et Oſee ſynchronum Eſaiæ: Malachiam uero Aggæi & Zachariæ fuiſſe temporibus. In quibus autem tempus non præfertur in titulo: ſub illis eos regibus prophetaſſe, ſub quibus & hi qui ante eos habent titulos, prophetauerunt.*

Alius Prologus.

REGVLAE *ſunt hæ ſub quibus ſignificationibus nominum, ad quas tribus per prophetas ſermo Domini dirigatur. Quotieſcunq; ad decem tribus tenditur prophetia, ſub his nominibus deſignantur, id eſt Ephraim, Samaria, Iſrael, Ioſeph, Iezrahel, Bethauen, & interdum Iacob. Quando autem ad duas loquitur tribus, ſub his nominibus ſermo profertur: id eſt Iuda, Ieruſalem, Beniamin, Domus Dauid: & interdum Iacob. Aliquoties Iſrael ad totas duodecim tribus refertur. Duplex eſt apud Hebræos ſententia de his quatuor uerſibus, qui in capite ſunt prænotati. Plerique enim dicunt quòd ab Eſdra ſcriba in omnibus prophetis ſic fuerit titulatum: ut præſcripto uniuſcuiuſq; nomine, prophetia cuius ſit ſequens, noſcatur. Ipſe eſt autem Eſdras qui ultimus prophetarum Malachiæ nomine ſcribitur. Alij uero dicunt quòd ab ipſis prophetis per ſpiritum ſanctum, ut cætera, ſunt conſcripta.*

Præfatio Hieronymi in Oſee Prophetam.

TEMPORIBVS *Oſiæ, & Ioatham, Achaz, & Ezechiæ, regum Iuda, & Ieroboam filij Ioas regis Iſrael: Oſee filius Beeri, ad prophetiam dicendam, ſpiritu ſancto repletus eſt. De memorato itaq; numero regum, Achaz rex Iuda, & Ieroboam rex Iſrael, Dominum derelinquentes, ut hiſtoriæ regum & Paralipomenon indicant: etiam Iſraël Idololatriæ crimen imperio ac poteſtate ſua admittere coëgerunt. Propter quod Deus ad Oſee hæc locutus eſt, dicens, Accipe tibi uxorem fornicariam ſiue fornicationum: & fac tibi filios fornicationis. Fornicariam itaq;, non elocati corporis meretricem, ſed gentilem Deum ignorantem, appellat: quæ Dei creatoris ſui amore contempto, ſimulachrorum ſe ſubiecit deſyderijs. Sed cum Dei præcepto propheta in hac re paruiſſet, conceptum ex ea filium, Iezrahel præcepit nominare: Deo pollicente, poſt breue tempus ſanguinem Iezrahel in domo Iehu uindicare. cuius promiſſionis hæc cauſa eſt: Iehu per Eliſæum in regem inuncto ad defendendum ſanguinem Naboth ciuis Iezrahel, quæ tunc temporis metropolis erat, quem Iezabel Achab regis Iſraël uxor interemerat, ſicut Regum hiſtoria exponit: is cum grauiter iuxta diuinum præceptum uindicandi ſanguinis cauſa, in omnem memorati domum deſæuiſſet, hoc peracto Dominum dereliquiſſe inuenitur. cuius pronepote Ieroboam (qui lectione comprehenſus eſt) originis ſuæ facta imitante, ac contra Dei præcepta & religionem cum populo Iſraël agente: ſanguis Naboth, qui in loco certe Iezrahel fuerat profuſus, in domo Iehu patris memorati Ieroboam pro peccato redundaturus ſignificatur. Hinc factum eſt, ut ira Dei in populo Iſraël per denuntiationem prophetæ, proceſſura diceretur. Domui autem Iudæ miſericordia lectione comprehenſa, ob hoc promiſſa eſt, quia Ezechias rex Iuda filius Achaz ſublatis idòlis quæ tam pater eius quàm cæteri reges conſecrauerant, templum Dei purgaſſe & purificaſſe monſtratur.*

Liber Oſee prophetæ.



S. PROPHETA *fornicariam ducere uxorem iuſſus duos filios & unam filiam ex ea generans, currit in Ieruſalem, & fit unum ouile, & unus eſt paſtor.*

CAPVT I.

A Quo tempore Oſee propheta-uerit.

VERBVM Domini quod factum eſt ad Oſee filiũ Beeri in diebus Oziæ, Ioathã, Achaz, Ezechiæ regũ Iuda, & in diebus Ieroboã filij Ioas regis Iſrael. Principiũ loquendi Dominũ in Oſee: & dixit Dominus ad Oſee, Vade, ſume tibi vxorem fornicationũ, & fac tibi filios fornicationis: quia fornicans fornicabitur terra à Domino. Et abijt, & accepit Gomer filiam Debelãim: & concepit, & peperit ei filium. Et dixit Dominus ad eum, Voca nomen eius Iezrahel: quoniam adhuc modicũ, & viſitabo ſanguinem Iezrahel ſuper domũ Iehu, & quieſcere faciam regnũ domus Iſrael. Et in illa die conteram arcũ Iſrael in valle Iezrahel. Et concepit adhuc, & peperit filiã. Et dixit ei, Voca nomen eius Abſq; miſericordia: quia nõ addã vltrà miſereri domui Iſrael, ſed obliuione obliuiſcar eorũ. Et domui Iuda miſerebor, & ſaluabo eos in Domino Deo ſuo: & non ſaluabo eos in arcu & gladio & in bello & in equis & in equitibus. Et ablactauit eam quæ erat Abſq; miſericordia. Et cõcepit & peperit filiũ. Et dixit, Voca nomen eius, Non populus meus: quia vos nõ populus meus, & ego non ero veſter. Et erit numerus filiorum Iſrael, quaſi arena maris quæ ſine menſura eſt, & non numerabitur. Et erit in loco vbi dicetur eis, Non populus meus vos: dicetur eis, Filij Dei viuentis. Et congregabuntur filij Iuda, & filij Iſrael pariter: & ponent ſibimet caput vnũ, & aſcendent de terra: quia magnus dies Iezrahel.

S. RESPVIT *Deus populum impium, ut maritus uxorem adulteram, quam nec lauacro dignatur.* CAPVT II.

A DIcite fratribus veſtris, Populus meus: & ſorori veſtræ, Miſericordiã conſecuta. Iudicate matrẽ veſtram, iudicate: quoniã ipſa non vxor mea, & ego nõ vir eius. Auferat fornicationes ſuas à facie ſua, & adulteria ſua de medio huberũ ſuorũ: ne fortè expoliem eã nudam, & ſtatuã eam ſecundũ diem natiuitatis ſuæ: & ponam eam quaſi ſolitudinẽ, & ſtatuã eam velut terrã inuiam, & interficiam eã ſiti. Et filiorũ illius nõ miſerebor: quoniã filij fornicationũ ſunt, quia fornicata eſt mater eorũ, confuſa eſt quæ cõcepit eos, quia dixit, Vadam poſt amatores meos qui dant panes mihi & aquas meas, lanã meã & linũ meum, oleũ meũ & potum meũ. Propter hoc ecce ego ſepiã viam tuã ſpinis, & ſepiam eã maceria: & ſemitas ſuas nõ inueniet. Et ſequetur amatores ſuos, & non apprehendet eos: & quæret eos, & non inueniet: & dicet, Vadã & reuertar ad virũ meum priorẽ: quia bene mihi erat tunc magis quàm nunc. Et hæc neſciuit quia ego dedi ei frumentũ, & vinũ, & oleũ, & argentũ multiplicaui ei, & aurũ quæ fecerunt Baal. Idcirco cõuertar, & ſumã frumentum meũ in tempore ſuo, & vinũ meũ in tempore ſuo, & liberabo lanam meã & linum meũ, quæ operiebant ignominiam eius. Et nunc reuelabo iuſtitiã eius in oculis amatorũ eius: & vir non eruet eam de manu mea: & ceſſare faciã omne gaudiũ eius, ſolennitatem eius, neomeniã eius, ſabbathũ eius, & omnia feſta tempora eius. Et corrumpã vineam eius, & ficum eius, de quibus dixit, Mercedes hæ meæ ſunt, quas dederunt mihi amatores mei. Et ponam eam in ſaltũ, & comedet eam beſtia agri. Et viſitabo ſuper eam dies Baalim, quibus accendebat incenſum, & ornabatur inaure ſua & monili ſuo, & ibat poſt amatores ſuos, & mei obliuiſcebatur, dicit Dominus. Propter hoc, ecce ego lactabo eam, & ducam eam in ſolitudinẽ: & loquar ad cor eius. Et dabo ei vinitores eius ex eodem loco, & vallem Achor ad aperiendam ſpem: & canet ibi iuxta dies iuuentutis ſuæ & iuxta dies aſcenſionis ſuæ de terra Aegypti. Et erit in die illa, ait Dominus: vocabit me Vir meus, & non vocabit me vltrà Baalim. Et auferã nomina Baalim de ore eius, & non recordabitur vltrà nominis eorum. Et percutiam cũ eis fœdus in die illa cũ beſtia agri, & cum volucre cœli, & cũ reptili terræ: & arcum, & gladiũ, & bellũ conteram de terra: & dormire eos faciã fiducialiter. Et ſponſabo te mihi in ſempiternũ: & ſponſabo te mihi in iuſtitia & iudicio, & in miſericordia, & in miſerationibus. & ſponſabo te mihi in fide: & ſcies quia ego Dominus. Et erit in die illa: exaudiã, dicit Dominus, exaudiam cœlos, & illi exaudient terram. Et terra exaudiet triticũ & vinum, & oleum: & hæc exaudient Iezrahel. Et ſeminabo eam mihi in terram, & miſerebor eius quæ fuit Abſq; miſericordia. Et dicam, Non populo meo, Populus meus es tu: & ipſe dicet, Deus meus es tu.

S. SYNAGOGA *à Deo dilecta non reddidit Deo uicem, ideò abiecta eſt Meſſiam diutius expectatura.* CAPVT III.

A ET dixit Dominus ad me, Adhuc vade, & dilige mulierem dilectam amico & adulterã: ſicut dilexit Dominus filios Iſrael, & ipſi reſpiciunt ad deos alienos, & diligunt vinacia vuarum. Et fodi eam mihi quindecim argẽteis, & coro hordei, & dimidio coro hordei: & dixi ad eam, Dies multos expectabis me: non fornicaberis, & non eris viro: ſed & ego expectabo te. quia dies multos ſedebunt fili Iſrael ſine rege, & ſine principe, & ſine ſacrificio, & ſine altari, & ſine ephod, & ſine theraphim. Et poſt hæc reuertentur filij Iſrael, & quærent Dominum Deum ſuum, & Dauid regem ſuum: & pauebunt ad Dominum, & ad bonum eius in nouiſsimo dierum. *Roma. 9 c 1. Pet. 2 b*

S. OB *multa Iſraëlis ſcelera terra eius deſolatur, Iſraël abijcitur, ſacerdotes increpantur, & admonetur Iudas, ne Iſraëlis uitia ſequatur.* CAPVT IIII.

A AVdite verbũ Domini filij Iſrael, quia iudiciũ Domino cũ habitatoribus terræ: nõ eſt enim veritas, & non eſt miſericordia, & non eſt ſcientia Dei in terra. Maledictũ & mendaciũ & homicidium & furtũ & adulteriũ inundauerũt, & ſanguis ſanguinem tetigit. Propter hoc lugebit terra, & infirmabitur omnis qui habitat in ea, in beſtia agri, & in volucre cœli: ſed & piſces maris congregabuntur. Veruntamẽ vnuſquiſq; nõ iudicet, & nõ arguatur vir: populus enim tuus ſicut hi qui contradicũt ſacerdoti. Et corues hodie, & corruet etiã propheta tecũ: nocte tacere feci matrẽ tuã. Conticuit populus meus, eo quòd nõ habuerit ſcientiã: quia tu ſcientiam repulliſti, repellam te, ne ſacerdotio

fungaris mihi:& oblita es legis Dei tui, obliuiſcar filiorũ tuorum & ego. Secundũ multitudinẽ eorum ſic peccauerunt mihi: gloriam eorum in ignominiã commutabo. Peccata populi mei comedent, & ad iniquitatẽ eorum ſubleuabunt animas eorum. Et erit ſicut populus, ſic ſacerdos: & viſitabo ſuper eũ vias eius, & cogitationes eius reddam ei. Et comedent, & non ſaturabuntur: fornicati ſunt, & non ceſſauerunt: quoniã Dominum dereliquerunt in non cuſtodiendo. Fornicatio, & vinum, & ebrietas auferunt cor. Populus meus in ligno ſuo interrogauit, & baculus eius annuntiauit ei: ſpiritus enim fornicationum decepit eos, & fornicati ſunt à Deo ſuo. Super capita montium ſacrificabant, & ſuper colles accendebant thymiama: ſubtus quercũ & populum & terebinthum, quia bona erat vmbra eius. Ideo fornicabuntur filiæ veſtræ, & ſponſæ veſtræ adulteræ erunt. Non viſitabo ſuper filias veſtras cũ fuerint fornicatæ, & ſuper ſponſas veſtras cũ adulterauerint: quoniam ipſi cum meretricibus conuerſabantur, & cũ effœminatis ſacrificabant, & populus non intelligens vapulabit. Si fornicaris tu Iſrael, non delinquat ſaltem Iuda, & nolite ingredi in Galgala, & ne aſcenderitis in Bethãuem: neq; iurauerit is, Viuit Dominus. Quoniam ſicut vacca laſciuiens declinauit Iſrael: nunc paſcet eos Dominus quaſi agnum in latitudine. Particeps idolorum Ephráim dimitte eum. Separatum eſt conuiuium eorum, fornicatione fornicati ſunt: dilexerunt afferre ignominiam protectores eius. Ligauit eum ſpiritus in alis ſuis, & confundentur à ſacrificijs ſuis.

1.Sam.14 c

S. ISRAELEM *increpans carnalium ſacrificia ſubſannat, & cui Dominus aduerſatur, humanum fruſtrà quærit auxilium.*

CAPVT V.

AVdite hoc ſacerdotes, & attendite domus Iſrael, & domus regis auſcultate: quia vobis iudiciũ eſt, quoniã laqueus facti eſtis ſpeculationi, & ſicut rete expãſum ſuper thabor. Et victimas declinaſtis in profundũ: & ego eruditor omniũ eorũ. Ego ſcio Ephráim, & Iſrael non eſt abſconditus à me: quia nunc fornicatus eſt Ephráim, contaminatus eſt Iſrael. Non dabunt cogitationes ſuas vt reuertantur ad Deum ſuum: quia ſpiritus fornicationũ in medio eorũ, & Dominũ nõ cognouerunt. Et reſpondebit arrogãtia Iſrael in facie eius: & Iſrael & Ephráim ruent in iniquitate ſua, ruet etiã Iudas cũ eis. In gregibus ſuis & in armentis ſuis vadẽt ad quærendũ Dominũ, & nõ inuenient: ablatus eſt ab eis. In Domino præuaricati ſunt, quia filios alienos genuerunt: nunc deuorabit eos menſis cũ partibus ſuis. Clãgite buccina in Gabaa, tuba in Rama: vlulate in Bethãuem, poſt tergum tuum Beniamin. Ephráim in deſolatione erit in die correptionis: in tribubus Iſrael oſtendi fidẽ. Facti ſunt principes Iuda quaſi aſſumentes terminum: ſuper eos effundã quaſi aquam iram meam. Calumniam patiens eſt Ephráim, fractus iudicio: quoniam cœpit abire poſt ſordes. Et ego quaſi tinea Ephráim: & quaſi putredo domui Iuda. Et vidit Ephráim languorem ſuum, & Iudas vinculũ ſuum: & abijt Ephráim ad Aſſur, & miſit ad regẽ vltorem: & ipſe nõ poterit ſanare vos, nec ſoluere poterit à vobis vinculũ. Quoniã ego quaſi leæna Ephráim, & quaſi catulus leonis domui Iuda: ego ego capiã & vadam: tollam, & non eſt qui eruat. Vadens reuertar ad locum meum: donec deficiatis, & quæratis faciem meam.

Auxilia hominũ vana aduerſus manũ Dei.

S. DOMINVS *percutiens & ſanans queritur quòd Iſrael plagis non emendetur, uerum à maioribus ad minores oritur iniquitas.*

CAPVT VI.

IN tribulatione ſua mane conſurgent ad me, Venite & reuertamur ad Dominum: quia ipſe cepit, & ſanabit nos: percutiet, & curabit nos. Viuificabit nos poſt duos dies: in die tertia ſuſcitabit nos, & viuemus in cõſpectu eius. Sciemus, ſequemurq́; vt cognoſcamus Dominũ: quaſi diluculũ præparatus eſt egreſſus eius, & veniet quaſi imber nobis temporaneus & ſerotinus terræ. Quid faciã tibi Ephráim? quid faciam tibi Iuda? miſericordia veſtra quaſi nubes matutina, & quaſi ros mane pertranſiens. Propter hoc dolaui in prophetis, & occidi eos in verbis oris mei: & iudicia tua quaſi lux egrediẽtur. Quia miſericordiã volui, & non ſacrificiũ: & ſcientiam Dei plus quàm holocauſta. Ipſi autẽ ſicut Adam tranſgreſſi ſunt pactum, ibi præuaricati ſunt in me. Galaad ciuitas operantiũ dolum, ſupplantata ſanguine. Et quaſi fauces virorũ latronum, particeps ſacerdotũ, in via interficientiũ pergentes de Sichem: quia ſcelus operati ſunt. In domo Iſrael vidi horrẽdũ: ibi fornicationes Ephráim, contaminatus eſt Iſrael. Sed & Iuda pone meſſem tibi, cum conuertero captiuitatem populi mei.

1.Cor.15 a

Matth.9 b 12 a

Eccle.4 d

1.Reg.15 e

S. ISRAEL *ob plurima ſcelera non ex toto corde ad Deum conuerſus à creaturis quærit auxilium.*

CAPVT VII.

CVm ſanare vellem Iſrael, reuelata eſt iniquitas Ephráim & malitia Samariæ quia operati ſunt mẽdacium: & fur ingreſſus eſt ſpolians, latrunculus foris. Et ne fortè dicant in cordibus ſuis omnem malitiam eorũ me recordatum: nunc circũdederunt eos adinuentiones ſuæ, coram facie mea factæ ſunt. In malitia ſua lætificauerunt regẽ: & in mendacijs ſuis principes. Omnes adulterantes, quaſi clibanus ſuccenſus à coquente: quieuit paululum ciuitas à commiſtione fermenti, donec fermentaretur totum. Dies regis noſtri, cœperunt principes furere à vino: extendit manũ ſuam cum illuſoribus. Quia applicauerunt quaſi clibanum, cor ſuum, cum inſidiaretur eis: tota nocte dormiuit coquẽs eos, mane ipſe ſuccenſus quaſi ignis flammæ. Omnes calefacti ſunt quaſi clibanus, & deuorauerunt iudices ſuos, omnes reges eorum ceciderunt, non eſt qui clamet in eis ad me. Ephráim in populis ipſe commiſcebatur: Ephráim factus eſt ſubcineritius panis, qui non reuerſatur. Comederunt alieni robur eius, & ipſe neſciuit: ſed & cani effuſi ſunt in eo, & ipſe ignorauit. Et humiliabitur ſuperbia Iſrael in facie eius: nec reuerſi ſunt ad Dominũ Deum ſuum, & non quæſierunt eum in omnibus his. Et factus eſt Ephráim quaſi columba ſeducta, non habens cor. Aegyptum inuocabant, ad Aſſyrios abierunt. Et cum profecti fuerint, expandam ſuper eos rete meum: & quaſi volucrem cœli detrahã eos, cædam eos ſecundum auditionem cœtus eorum. Væ eis, quoniam receſſerũt à me: vaſtabuntur, quia præuaricati ſunt in me: ego redemi eos, & ipſi locuti ſunt contra me mendacia. Et non clamauerũt ad me in corde ſuo, ſed vlulabant in cubilibus ſuis: ſuper triticum & vinum ruminabant, receſſerunt à me. Et ego erudiui eos, & confortaui brachia eorum: & in me cogitauerunt malitiam. Reuerſi ſunt, vt eſſent abſq; iugo: facti ſunt quaſi arcus doloſus: cadent in gladio principes eorum, à furore linguæ ſuæ. iſta ſubſannatio eorum in terra Aegypti.

S. ISRAELITAE *uitulum in Samaria in malum ſuum erigentes, deſtruendi ſunt per Aſſyrios, & Iudæ urbes concremandæ.*

CAPVT VIII.

IN gutture tuo ſit tuba quaſi aquila ſuper domum Domini: pro eo quòd trãſgreſſi ſunt fœdus meũ, & legem meam præuaricati ſunt. Me inuocabũt, Deus meus cognouimus te Iſrael. Proiecit Iſrael bonũ, inimicus proſequetur eum. Ipſi regnauerunt, & nõ ex me: principes extiterũt, & non cognoui: aurũ ſuum, & argentum ſuũ fecerunt ſibi idôla, vt interirent: proiectus eſt vitulus tuus Samaria, iratus eſt furor meus in eos. vſquequo nõ poterunt emundari? Quia ex Iſrael & ipſe eſt: artifex fecit illũ, & nõ eſt Deus: quoniã in aranearũ telas erit vitulus Sammariæ. Quia ventũ ſeminabunt, & turbiuẽ metent: culmus ſtans non eſt in eo, germen non faciet farinã: quòd & ſi fecerit, alieni comedent eam. Deuoratus eſt Iſrael: nunc factus eſt in nationibus quaſi vas immundũ. Quia ipſi aſcenderunt ad Aſſur, onager

ger ſolitarius ſibi: Ephráim munera dederũt amatoribus ſuis.
Sed & cum mercede conduxerint nationes, nunc cõgregabo
eos: & quieſcent pauliſper ab onere regis & principum. Quia
D multiplicauit Ephráim altaria ad peccandũ: factæ ſunt ei aræ
in delictũ. Scribam ei multiplices leges meas, quæ velut alie-
næ computatæ ſunt. Hoſtias offerent: immolabunt carnes, &
comedent, & Dominus non ſuſcipiet eas: nunc recordabitur
iniquitatis eorũ & viſitabit peccata eorum, ipſi in Aegyptum
cõuertentur. Et oblitus eſt Iſrael factoris ſui, & ædificauit de-
lubra: & Iudas multiplicauit vrbes munitas, & mittam ignem
in ciuitates eius, & deuorabit ædes illius.

S. SAMARIAE *fames, ſterilitas & captiuitas annuntiantur, quia filij à parentibus ſuis degenerant.*

CAPVT IX.

A NOli lætari Iſrael, noli exultare ſicut populi: quia
fornicatus es à Deo tuo, dilexiſti mercedẽ ſuper
omnes areas tritici. Area & torcular non paſcet
eos: & vinum mentietur eis. Non habitabunt in
terra Domini: reuerſus eſt Ephráim in Aegyptũ, & in Aſſy-
rijs pollutum comẽdit. Non libabunt Domino vinum, & nõ
placebunt ei: ſacrificia eorum quaſi panis lugentium: omnes
qui comedent eum, cõtaminabuntur: quia panis eorũ animæ
B ipſorũ, non intrabit in domũ Domini. Quid facietis in die ſo-
lenni, in die feſtiuitatis Domini? Ecce enim profecti ſunt à va
ſtitate: Aegyptus cõgregabit eos, Memphis ſepeliet eos: de-
ſyderabile argentum eorũ vrtica hæreditabit, lappa in taber-
naculis eorũ. Venerunt dies viſitationis, venerunt dies retribu
tionis: ſcitote Iſrael ſtultũ prophetam, inſanũ virum ſpiritua-
lem, propter multitudinem iniquitatis tuæ, & multitudinem
amẽtiæ. Speculator Ephráim cũ Deo meo: propheta laqueus
C ruinæ factus eſt ſuper omnes vias eius, inſania in domo Dei
3.Reg.8.a eius. Profundé peccauerũt, ſicut in diebus Gabaa: recordabi-
tur iniquitates eorũ, & viſitabit peccata eorum. Quaſi vuas in
deſerto inueni Iſrael: quaſi prima poma ficulneæ in cacumine
eius vidi patres eorũ: ipſi autem intrauerũt ad Beelphegor, &
abalienati ſunt in confuſionẽ, & facti ſunt abominabiles ſicut
ea quæ dilexerũt. Ephráim quaſi auis auolauit, gloria eorũ à
partu, & ab vtero, & à conceptu. Quòd ſi & enutrierint filios
ſuos, abſq; liberis faciã eos in hominibus: ſed & væ eis, cũ re-
D ceſſero ab eis. Ephráim, vt vidi, Tyrus erat fundata in pulchri-
tudine: & Ephráim educet ad interfectorẽ filios ſuos. Da eis
Domine: quid dabis eis? Da eis vuluam ſine liberis, & hubera
arentia. Omnes nequitiæ eorũ in Galgal, quia ibi exoſos ha-
bui eos: propter malitiam adinuentionũ eorum de domo mea
eijciam eos: non addã vt diligam eos, omnes principes eorum
recedẽtes. Percuſſus eſt Ephráim, radix eorum exiccata eſt,
fructum nequaquã facient. Quòd & ſi genuerint, interficiam
amantiſsima vteri eorum. Abijciet eos Deus meus, quia non
audierunt eum: & erunt vagi in nationibus.

S. INGRATITVDO *Iſraëlis propter idôla, interitum populo & terræ uaſtationem afferet, cui maior promittitur afflictio niſi redeat ad cor.*

CAPVT X.

A VItis frondoſa Iſrael, fructus adæquatus eſt ei: ſe-
cundum multitudinem fructus ſui multiplicauit
altaria, iuxta vbertatem terræ ſuæ exuberauit ſi-
mulachris. Diuiſum eſt cor eorũ, nunc interibũt:
ipſe confringet ſimulachra eorũ, depopulabitur aras eorum.
Quia nunc dicent, Non eſt rex nobis: nõ enim timemus Do-
minũ: & rex quid faciet nobis? Loquimini verba viſionis inu-
tilis, & ferietis fœdus: & germinabit quaſi amaritudo iudiciũ
ſuper ſulcos agri. Vaccas Bethãuem coluerũt habitatores Sa-
mariæ: quia luxit ſuper eũ populus eius, & æditui eius ſuper
B eum exultauerunt in gloria eius, quia migrauit ab eo. Siqui-
dem & ipſe in Aſſur delatus eſt, munus regi vltori: confu-
ſio Ephráim capiet, & confundetur Iſrael in voluntate ſua.
Tranſire fecit Samaria regẽ ſuum quaſi ſpumã ſuper faciem
aquæ. Et diſperdentur excelſa idôli, peccatum Iſrael: lappa &
tribulus aſcendet ſuper aras eorum: & dicent mõtibus, Ope- Eſa. 2 d
C rite nos: & collibus, Cadite ſuper nos. Ex diebus Gabaa pec- Apo. 9 b
cauit Iſrael, ibi ſteterunt: non comprehendet eos in Gabaa Luc. 23 d
prælium ſuper filios iniquitatis. Iuxta deſyderiũ meum cor- Iudi. 10 a b
ripiam eos: congregabũtur ſuper eos populi, cum corripien-
tur propter duas iniquitates ſuas. Ephráim vitula docta dili-
gere triturам, & ego trãſiui ſuper pulchritudinem colli eius:
aſcendam ſuper Ephráim, arabit Iudas, confringet ſibi ſulcos
D Iacob. Seminate vobis in iuſtitia, & metite in ore miſericor- Ierem. 4 b
diæ, innouate vobis nouale: tempus autem requirendi Domi-
num, cum venerit qui docebit vos iuſtitiam. Araſtis impieta-
tem, iniquitatem meſſuiſtis, comediſtis frugem mẽdacij: quia
confiſus es in vijs tuis, in multitudine fortium tuorum. Con-
ſurget tumultus in populo tuo: & omnes munitiones tuæ va-
ſtabuntur ſicut vaſtatus eſt Salmana à domo eius qui vindica- Iudic. 8 c
uit Baal in die prælij, matre ſuper filios alliſa. Sic fecit vobis
Bethel à facie malitiæ nequitiarum veſtrarum.

S. DEVS *ingratis etiam Iudæis benefaciens, beneficia improperat: ſed quia ingrati ſunt, captiuantur tandem liberandi.*

CAPVT XI.

A SIcut mane trãſijt, pertrãſijt rex Iſrael. Quia puer Matt. 2 c
Iſrael, & dilexi eum: & ex Aegypto vocaui filiũ
meum. Vocauerunt eos, ſic abierunt à facie eorũ:
Baalim immolabant, & ſimulachris ſacrificabant.
B Et ego quaſi nutritius Ephráim, portabã eos in brachijs meis:
& neſcierunt quòd curarem eos. In funiculis Adam trahã eos,
in vinculis charitatis: & ero eis quaſi exaltans iugũ ſuper ma-
xillas eorũ: & declinaui ad eum, vt veſceretur. Nõ reuertetur
in terrã Aegypti, & Aſſur ipſe rex eius: quoniam noluerunt
conuerti. Cœpit gladius in ciuitatibus eius, & conſumet ele-
C ctos eius, & comedet capita eorũ. Et populus meus pendebit
ad reditũ meum: iugũ autem imponetur eis ſimul, quod non
auferetur. Quomodo dabo te Ephráim, protegam te Iſrael? Gene. 19 e
quomodo dabo te ſicut Adama, ponã te, vt Seboim? Conuer-
ſum eſt in me cor meũ, pariter conturbata eſt plenitudo mea.
Non faciam furorem iræ meæ, non conuertar, vt diſperdam
D Ephráim: quoniam Deus ego, & nõ homo: in medio tui ſan-
ctus, & nõ ingrediar ciuitatẽ. Poſt Dominũ ambulabũt, quaſi
leo rugiet: quia ipſe rugiet, & formidabũt filij maris. Et auo-
labunt quaſi auis ex Aegypto, & quaſi colũba de terra Aſſy-
riorũ: & collocabo eos in domibus ſuis, dicit Dominus. Cir-
cúmdedit me in negatione Ephráim, & in dolo domus Iſrael:
Iudas autem teſtis deſcendit cum Deo, & cum ſanctis fidelis.

S. ISRAELITAS *beneficiorum patris ſui Iacob immemores reuocat Dominus ab idololatria, impietatem eorum & pœnam repetens.*

CAPVT XII.

A EPhráim paſcit ventum, & ſequitur æſtum: tota
die mendacium & vaſtitatem multiplicat: & fœ-
dus cũ Aſſyrijs inijt, & oleũ in Aegyptũ ferebat.
Iudicium ergo Domini cum Iuda, & viſitatio ſu-
per Iacob iuxta vias eius, & iuxta adinuentiones eius reddet
B ei. In vtero ſupplãtauit fratrem ſuũ, & in fortitudine ſua dire- Gene. 25 c
ctus eſt cũ angelo, & inualuit ad angelũ, & cõfortatus eſt: fle- Gene. 32 f
uit, & rogauit eum: in Bethel inuenit eũ, & ibi locutus eſt no-
biſcum. Et Dominus Deus exercituũ, Dominus memoriale
eius. Et tu ad Deum tuũ conuertêris: miſericordiam & iudi-
cium cuſtodi, & ſpera in Deo tuo ſemper Chanáan in manu
C eius ſtatera doloſa, calumniam dilexit. Et dixit Ephráim. Ve
runtamen diues effectus ſum, inueni idôlum mihi: omnes la-
bores mei non inuenient mihi iniquitatem quam peccaui. Et
ego Dominus Deus tuus ex terra Aegypti, adhuc ſedere te
faciam in tabernaculis, ſicut in diebus feſtiuitatis. Et locutus
ſum ſuper prophetas, & ego viſionem multiplicaui, & in ma-

nu prophetarum assimilatus sum. Si Galaad idôlum, ergo fu-
D stra erant in Galgal bobus immolantes: nam & altaria eorum
quasi acerui super sulcos agri. Fugit Iacob in regionẽ Syriæ,
& seruiuit Israel in vxorem, & in vxorẽ seruiuit. In prophe-
ta autem eduxit Dominus Israel de Aegypto: & in prophe-
ta seruatus est. Ad iracundiã me prouocauit Ephráim in ama-
Gene.28 a ritudinibus suis, & sanguis eius super eum veniet, & oppro-
Exo.14 c brium eius restituet ei Dominus suus.

S. DEVS Xelotes *alium* DEum *non fert, Israëli exitium ob ingra-titudinem minatur, uictoriam mortis & inferni per* CHRI-STVM *pollicetur.* CAPVT XIII.

A LOquente Ephráim, horror inuasit Israel: & deli-
quit in Baal, & mortuus est. Et nunc addiderunt
ad peccandum: feceruntq; sibi conflatile de argen
to suo quasi similitudinem idolôrum, fractura
artificum totum est. His ipsi dicunt, Immolate homines vi-
tulos adorantes. Idcirco erunt quasi nubes matutina, & sicut
ros matutinus præteriens, sicut puluis turbine raptus ex area,
Esa.43 b & sicut fumus de fumario. Ego autẽ Dominus Deus tuus ex
terra Aegypti: & Deum absq; me nescies, & saluator non est
B præter me. Ego cognoui te in deserto, in terra solitudinis. Iu-
xta pascua sua adimpleti sunt, & saturati sunt: & eleuauerunt
cor suum, & obliti sunt mei. Et ego ero eis quasi leæna, sicut
pardus in via Assyriorũ. Occurram eis quasi vrsa raptis catu-
lis, & dirumpam interiora iecoris eorum: & cõsumam eos ibi
C quasi leo, bestia agri scindet eos. Perditio tua Israel: tantum-
modo in me auxilium tuum. Vbi est rex tuus? maximè nunc
saluet te in omnibus vrbibus tuis: & iudices tui, de quibus di-
xisti, Da mihi regem & principes. Dabo tibi regem in furore
1.Reg.8 a meo, & auferam in indignatione mea. Colligata est iniquitas
D Ephráim, absconditum peccatum eius. Dolores parturientis
Victoria mortis & inferni per Christum. venient ei: ipse filius non sapiens, nunc enim nõ stabit in con
tritione filiorum. De manu mortis liberabo eos, de morte re-
dimam eos: ero mors tua ô mors, morsus tuus ero inferne, cõ-
solatio abscondita est ab oculis meis. Quia ipse inter fratres
1.Cor.15 g diuidet: adducet vrentem ventum Dominus de deserto ascen-
Hebræ.2 d dentem: & siccabit venas eius, & desolabit fontẽ eius, & ipse
Eze.19 d diripiet thesaurum omnis vasis desiderabilis.

S. SAMARIAE *interitus adesse monstratur, plurima autem bona conuersis promittuntur, modò non redeant ad peccatum.*

CAPVT XIIII.

A PEreat Samaria, quoniam ad amaritudinem conci-
tauit Deum suum: in gladio pereant, paruuli eo-
rum elidantur, & fœtæ eius discindãtur. Conuer-
tere Israel ad Dominum Deum tuum: quoniam
corruisti in iniquitate tua. Tollite vobiscũ verba, & conuer-
timini ad Dominum: dicite ei, Omnem aufer iniquitatem, &
B accipe bonum: & reddemus vitulos labiorum nostrorũ. Assur
non saluabit nos, super equos non ascendemus: nec dicemus
vltrà, Dij nostri opera manuum nostrarum: quia eius qui in
te est, miserebe ris pupilli. Sanabo contritiones eorum, & dili-
gam eos spontanee: quia auersus est furor meus ab eis. Ero
quasi ros Israëli, germinabit sicut liliũ: & erumpet radix eius
vt Libani. Ibunt rami eius, & erit quasi oliua gloria eius: &
C odor eius vt Libani. Conuertentur sedentes in vmbra eius: viu-
ent tritico, & germinabunt quasi vinea: memoriale eius sicut
vinum Libani. Ephráim quid mihi vltrà idôla? ego exaudiam,
& dirigam eum ego vt abietem virentem: ex me fructus tuus
D inuentus est. Quis sapiens, & intelliget ista? intelligẽs, & sciet
hæc? quia rectæ viæ Domini, & iusti ambulabunt in eis: præ-
uaricatores verò corruent in eis.

FINIS.

Prologus in Ioel pro-PHETIAM.

Ex principio commentariorum Hieronymi in Ioel.

SANCTVS Ioël *apud Hæbræos post Osee ponitur. Et sicut ibi sub nomine Ephráim, ad decem tribus confertur uaticinium, quæ uel Samaria, uel Israël sæpe memorantur: sic in hoc propheta omne quod dicitur, ad tribum Iuda & ad Ierusalem pertinere credendũ est: & nullam omnino Israëlis, id est, decem tribuum, in hoc fieri mentionem. Tempora quoq; quibus prophetauit, eadẽ debemus accipere quæ in Osee legimus, In diebus Oziæ, Ioatham & Achaz, & Ezechiæ regum Iuda, & in diebus Ieroboam filij Ioas regis Israël. Porrò factum esse sermonem domini, ad meritum eius refertur cui fit, non ad conditionem illius qui fieri dicitur, ut alibi legimus, Dominus factus est mihi in salutem. Auditus autem in scripturis sanctis, non est iste qui ad aures sonat, sed qui in corde percipitur: iuxta illud quod Dominus loquitur in Euangelio, Qui habet aures audiendi, audiat. Quod autem dicitur Hebraicè* HAAZINV, *Græcè* ἐνωτίσασθε, *Latine sonat, auribus percipite: proprie non aure, sed corde percipitur. Qui senes sunt & cœlestes, audiũt spiritualiter: qui autem habitant in terra appellanturq; terreni, auribus percipiunt. Vbicunq; autem hæc duo uerba iuncta ponuntur: non ad simplicem tantum uerborum sonum, sed ad reconditam quoq; dictorum intelligentiam pertinere intelligẽdum est. In Genesi Lamech loquitur ad uxores suas Ada & Sella, Audite uerba mea uxores Lamech: auribus percipite sermones meos: quia uirum occidi in uulnus meum, & iuuenem in liuorem meum. Et Esaias, Audite cœli, & auribus percipe terra.*

Ioel Prophetia.



S. IMMINENTIBVS *quatuor plagis excitantur populi, & præcipuè sacerdotes ad orationem, ieiunium, & planctum.*

CAPVT I.

A VERBVM Domini quod factũ est
ad Ioel filium Phathuel. Audite hæc se-
nes, & auribus percipite omnes habita-
tores terræ: si factum est istud in diebus
vestris, aut in diebus patrũ vestrorum.
Super hoc filijs vestris narrate, & filij
vestri filijs suis, & filij eorũ generationi
B alterę. Residuũ erucæ comedit locusta, & residuũ locustæ co-
medit bruchus, & residuũ bruchi comedit rubigo. Expergi-
scimini ebrij, & flete, & vlulate omnes qui bibitis vinũ in dul-
cedine: quoniã perijt ab ore vestro. Gens enim ascẽdit super
terrã meã, fortis & innumerabilis: dẽtes eius, vt dentes leonis:
& molares eius, vt catuli leonis. Posuit vineã meã in desertũ,
& ficum meã decorticauit: nudãs spoliauit eã & proiecit, albi
facti

facti ſunt rami eius. Plange quaſi virgo accincta ſacco ſuper
virũ pubertatis ſuæ. Perijt ſacrificiũ & libatio de domo Do-
C mini: luxerunt ſacerdotes miniſtri Domini. Depopulata eſt
regio, luxit humus: quoniã deuaſtatũ eſt triticum, confuſum
eſt vinum, elanguit oleum. Confuſi ſunt agricolæ, vlulauerũt
vinitores ſuper frumento, & hordeo, quia perijt meſsis agri.
Vinea confuſa eſt, & ficus elanguit: malogranatũ, & palma,
& malũ, & omnia ligna agri aruerunt: quia confuſum eſt gau-
dium à filijs hominum. Accingite vos, & plangite ſacerdotes,
vlulate miniſtri altaris: ingredimini, cubate in ſacco miniſtri
Dei mei: quoniam interijt de domo Dei veſtri ſacrificiũ & li-
batio. Sanctificate ieiunium, vocate cœtum, cõgregate ſenes,
omnes habitatores terræ in domũ Domini Dei veſtri, & cla-
ſupra 2 d mate ad Dominum, A, a, a, diei: quia propè eſt dies Domini,
D & quaſi vaſtitas à potente veniet. Nunquid non coram oculis
veſtris alimenta perierũt de domo Dei noſtri, lætitia & exul-
tatio? Computruerunt iumenta in ſtercore ſuo, demolita ſunt
horrea, diſsipatæ ſunt apothecæ: quoniam confuſum eſt tri-
ticum. Quid ingemuit animal, mugierunt greges armenti?
Quia non eſt paſcua eis: ſed & greges pecorũ diſperierũt. Ad
te Domine clamabo: quia ignis comẽdit ſpecioſa deſerti, &
flamma ſuccendit omnia ligna regionis. Sed & beſtiæ agri
quaſi area ſitiens imbrem, ſuſpexerunt ad te: quoniã exiccati
ſunt fontes aquarum, & ignis deuorauit ſpecioſa deſerti.

S. TERRIBILIS *propter hoſtium crudelitatem dies Domini populum excitat ad ceſſandum à peccatis, quandoquidem Dominus orbem renouans ſpiritum ſuum mittet in terram.*

CAPVT II.

A ANite tuba in Sion, vlulate in monte ſancto meo,
cõturbentur omnes habitatores terræ: quia venit
dies Domini, quia propè eſt dies tenebrarum &
caliginis, dies nubis & turbinis. Quaſi mane ex-
panſum ſuper montes populus multus & fortis: ſimilis ei nõ
fuit à principio, & poſt eum nõ erit vſq; in annos generatio-
nis & generationis. Ante faciem eius ignis vorãs, & poſt eum
exurens flamma: quaſi hortus voluptatis terra corã eo, & poſt
eum ſolitudo deſerti: neq; eſt qui effugiat eũ. Quaſi aſpectus
B equorũ, aſpectus eorum: & quaſi equites ſic current. Sicut ſo-
nitus quadrigarũ ſuper capita montium exilient, ſicut ſonitus
flammæ ignis deuorantis ſtipulam, velut populus fortis præ-
paratus ad prælium. A facie eius cruciabuntur populi: omnes
vultus redigẽtur in ollam. Sicut fortes current: quaſi viri bel-
latores aſcendent murũ: viri in vijs ſuis gradientur, & non de
clinabunt à ſemitis ſuis. Vnuſquiſq; fratrem ſuũ nõ coartabit,
ſinguli in calle ſuo ambulabunt: ſed & per feneſtras cadent &
C non demolientur. Vrbẽ ingrediẽtur, in muro current: domos
Mat.24 c conſcendent, per feneſtras intrabũt quaſi fur. A facie eius cõ-
Marc.13 c tremuit terra, moti ſunt cœli: ſol & luna obtenebrati ſunt, &
Luc.21 e ſtellæ retraxerũt ſplendorẽ ſuum. Et Dominus dedit vocem
Ezec.1 b ſuam ante faciem exercitus ſui: quia multa ſunt nimis caſtra
Eſa.13 b eius, quia fortia, & faciẽtia verbũ eius. magnus enim dies Do-
Ierem.30 b mini, & terribilis valde: & quis ſuſtinebit eum? Nunc ergo,
Amos 5 c dicit Dominus, conuertimini ad me in toto corde veſtro, in
Zoph.1 d ieiunio, & in fletu & in planctu. Et ſcindite corda veſtra, & nõ
veſtimenta veſtra, & cõuertimini ad Dominũ Deum veſtrũ,
Pſal.85 a quia benignus & miſericors eſt, patiens & multæ miſericor-
Ioel.4 a diæ, & præſtabilis ſuper malitia. Quis ſcit, ſi conuertatur, &
Ioel.3 d ignoſcat, & relinquat poſt ſe benedictionem? ſacrificiũ & li-
D bamen Domino Deo veſtro. Canite tuba in Sion, ſanctifica-
ſupra 1 c te ieiunium, vocate cœtũ, congregate populum, ſanctificate
eccleſiam, coadunate ſenes: congregate paruulos, & ſugentes
hubera: egrediatur ſponſus de cubili ſuo, & ſponſa de thala-
mo ſuo. Inter veſtibulũ & altare plorabunt ſacerdotes mini-
ſtri Domini: & dicent, Parce Domine, parce populo tuo: &
ne des hæreditatem tuam in opprobriũ, vt dominẽtur eis na-
tiones. quare dicunt in populis, Vbi eſt Deus eorum? Zelatus
eſt Dominus ſuper terram ſuam, & pepercit populo ſuo. Et
reſpondit Dominus, & dixit populo ſuo, Ecce ego mittam
E vobis frumentũ, & vinum, & oleum, & replebimini eo: & nõ
dabo vos vltrà opprobriũ in gentibus. Et eum qui ab Aqui-
lone eſt, procul faciam à vobis: & expellam eũ in terram in-
uiam & deſertã, faciẽ eius contra mare orientale, & extremũ
eius vſq; ad mare nouiſsimũ: & aſcendet fœtor eius, & aſcen-
det putredo eius, quia ſuperbe egit. Noli timere terra, exulta
& lætare: quoniam magnificauit Dominus vt faceret. Nolite
timere animalia regionis: quia germinauerunt ſpecioſa deſer-
ti, quia lignum attulit fructum ſuum, ficus & vinea dederunt Doctor ec-
F virtutem ſuam. Et filij Sion exultate, & lætamini in Domino cleſiæ Chri
Deo veſtro: quia dedit vobis doctorem iuſtitiæ, & deſcende- ſtus.
re faciet ad vos imbrem matutinum & ſerotinũ ſicut in prin-
cipio. Et implebuntur areæ frumento, & redundabũt torcu-
laria vino & oleo. Et reddam vobis annos quos comẽdit locu-
ſta, bruchus, & rubigo, & eruca: fortitudo mea magna, quam
miſi in vos. Et comedetis veſcentes, & ſaturabimini: & lauda-
bitis nomen Domini Dei veſtri qui fecit mirabilia vobiſcũ, &
non cõfundetur populus meus in ſempiternũ. Et ſcietis quia
in medio Iſrael ego ſum: & ego Dominus Deus veſter, & nõ
G eſt amplius: & non confundetur populus meus in æternum. Miſsio ſpi-
Et erit poſt hæc: effundam ſpiritũ meum ſuper omnem car- ritus ſancti.
nem: & prophetabunt filij veſtri & filiæ veſtræ: ſenes veſtri Act.2 c
ſomnia ſomniabunt, & iuuenes veſtri viſiones videbunt. Sed Eſa.44 a
& ſuper ſeruos meos & ancillas in diebus illis effundam ſpi-
ritum meũ. Et dabo prodigia in cœlo, & in terra, ſanguinem, Mat.24
& ignem, & vaporem fumi. Sol cõuertetur in tenebras, & lu- Luc.21 c
na in ſanguinem antequã veniat dies Domini magnus & hor-
ribilis. Et erit: omnis qui inuocauerit nomen Domini, ſaluus
erit: quia in monte Sion, & in Ieruſalem erit ſaluatio, ſicut di- Rom.10 c
xit Dominus, & in reſiduis quos Dominus vocauerit.

S. IVDICATVRVS *orbem terræ Dominus in valle Ioſaphat, uiuos & mortuos uocat ad iudicium, uerbũ Dei annuntiatur, baptiſmo Dei eccleſia continuatur.* CAPVT III.

A QVia ecce in diebus illis & in tempore illo, cũ con-
uertero captiuitatẽ Iuda & Ieruſalem: cõgregabo
omnes gẽtes, & ducam eas in vallem Ioſaphat: &
diſceptabo cum eis ibi ſuper populo meo, & hæ-
reditate mea Iſrael, quos diſperſerũt in nationibus, & terram
meam diuiſerũt. Et ſuper populũ meũ miſerũt ſortem: & po-
ſuerunt puerũ in proſtibulo, & puellam vendiderũt pro vino
vt biberẽt. Verũ quid vobis & mihi Tyrus & Sidõ, & omnis
terminus Palæſthinorũ? nũquid vltionẽ vos redditis mihi? &
B ſi vlciſcimini vos contra me, cito velociter reddã viciſsitudinẽ
vobis ſuper caput veſtrum. Argentũ enim meũ & aurũ tuli-
ſtis: & deſyderabilia mea & pulcherrima intuliſtis in delubra
veſtra. Et filios Iuda, & filios Ieruſalẽ vendidiſtis filijs Græ-
corum, vt lõge faceretis eos de finibus ſuis. Ecce ego ſuſcita-
bo eos de loco in quo vendidiſtis eos: & conuertã retributio-
nem veſtrã in caput veſtrũ. Et vendam filios veſtros & filias
veſtras in manibus filiorũ Iuda, & vænundabunt eos Sabæis
genti longinquæ, quia Dominus locutus eſt. Clamate hæc in
gẽtibus, ſanctificate bellũ, ſuſcitate robuſtos: accedant, aſcen-
C dant omnes viri bellatores. Concidite aratra veſtra in gladios,
& ligones veſtros in lanceas. Infirmus dicat, Quia fortis ego
ſum. Erumpite & venite omnes gẽtes de circuitu, & congre-
gamini: ibi occumbere faciet Dominus robuſtos tuos. Con-
ſurgant & aſcendant gentes in vallem Ioſaphat: quia ibi ſede- Apo.14 d
bo, vt iudicẽ omnes gentes in circuitu. Mitte falces, quoniam
maturauit meſsis: venite & deſcẽdite, quia plenũ eſt torcular,
exhuberant torcularia: quia multiplicata eſt malitia eorũ. Po-
puli populi in valle cõciſionis: quia iuxta eſt dies Domini in
valle conciſionis. Sol & luna obtenebrati ſunt: & ſtellæ retra-
xerunt ſplendorẽ ſuũ. Et Dominus de Sion rugiet, & de Ie- Ierem.25 f
ruſalem dabit vocẽ ſuã: & mouebuntur cœli & terra, & Do- Amos 1 d

minus ſpes populi ſui & fortitudo filiorũ Iſrael. Et ſcietis quia ego Dominus Deus veſter habitans in Sion in monte ſancto
Amos 9 d meo: & erit Ieruſalem ſancta, & alieni nõ tranſibunt per eam amplius. Et erit in die illa: ſtillabunt montes dulcedinem, & colles fluent lacte: & per omnes riuos Iuda ibũt aquæ: & fons
D de domo Domini egredietur, & irrigabit torrentem ſpinarum. Aegyptus in deſolationem erit, & Idumæa in deſertum perditionis: pro eo quòd iniquè egerint in filios Iuda, & effu-
Eccleſiæ æternitas. derint ſanguinem innocentem in terra ſua. Et Iudæa in æternum habitabitur, & Ieruſalem in generationem & generationem. Et mundabo ſanguinem eorum, quos non mundauerã: & Dominus commorabitur in Sion.

FINIS.

Præfatio in Amos prophetiam.

Ozias Rex cum Dei religionẽ ſolicitè æmularetur: nimio religionis amore prouocatus, contra præceptum legis Moyſi arrepto thuribulo (ut in hiſtoria libri ſecundi Paralipomenon oſtenditur) ſacerdotale officium præſumere conatus eſt. ob eam rem terræmotum in templo dei exortum conſtat, cuius etiam Zacharias propheta meminit. Ante hunc itaq; terræmotum Amos propheta temporibus prædicti regis, & temporibus Ieroboam filij Ioas regis Iſraël: in eas gentes quæ lectione cõprehenſæ ſunt, iram Dei ob eas cauſas quas memorauit, affuturam denuntiat. Et quia idem propheta in ſequentibus ait, Super tribus impietatibus & ſuper quatuor non conuertam eum: tertio peccatorum indulgẽtiam Deum dare poſſe ſignificat: quam quarto eadem peccata admittentibus, nec pœnitentiam nec indulgentiam daturũ annuntiat. Nam per ignis ſimilitudinẽ, quem in prædictas gentes immittendũ prædixit: grauem atq; irreuocabilem Dei irã ad auerſionem earumdem ciuitatum proceſſuram uoluit demonſtrare.

Alia præfatio.

Ex principio commentariorum Hieronymi in Amos.

Hic Amos propheta & paſtor qui ſequitur Ioelem, & eſt tertius duodecim prophetarum, non fuit pater Eſaiæ prophetæ: quamquam & ille propheta extiterit. Nam alijs literis ille, alijs iſte apud Hebræos ſcribitur: quæ differentia literarum apud Latinos non habetur: & ille fortis uel robuſtus, hic uero populus auulſus interpretatur: quia loquitur contra decem tribus, quæ per idololatriam à cultu Dei, & à regno Dauid erant auulſæ. Fuit autem cognatio eius ex oppido Techue, quod ſex milliaribus diſtat à Bethlehem: curam gerens pecorum in latitudine camporum qui ſunt proximi oppido Techue, in quibus humo arida atq; arenoſa nihil omnino frugum gignitur, ſed huberrimis paſcuis abundant: & ideo cuncta ſunt plena paſtoribus, & ſterilitas terræ compenſatur pecorum multitudine. Ex hoc numero paſtorum fuit Amos, imperitus ſermone, ſed non ſcientia. Prophetauit autem eiſdem temporibus quibus Ioel, Nahum, Ionas, Oſee, Eſaias. Sed aliquantulum exorſus eſt prophetare antequam Eſaias. Maximè autem contra decem tribus locutus eſt: pauca de duabus interſerens. Hunc ablatum de numero paſtorum miſit Dominus, ut in Samaria prophetaret: quem Amaſias ſacerdos frequenter plagis afflixit: tandem filius eius Ozias uecte per tempora transfixit. Poſt hæc ſemiuiuus in terram ſuam euectus, poſt aliquot dies dolore uulneris expirauit: ſepultusq; eſt cum patribus ſuis.

Prophetia Amos.



Svltio Domini in decem tribus Iſraël, in Damaſcum, Philiſthæos, Tyrum, Idumæam, & Ammon, ac regum earum.

CAPVT I.



A ERBA Amos, qui fuit in paſtoralibus Thecue: quæ vidit ſuper Iſrael in diebus Oziæ regis Iuda, & in diebus Ieroboã filij Ioas regis Iſrael, ante duos annos terræmotus. Et dixit, Dominus de Sion rugiet, & de Ieruſalem dabit vo- Zach. 14 e
cem ſuam: & luxerunt ſpecioſa paſtorũ, Iere. 25 f
& exiccatus eſt vertex Carmeli. Hæc dicit Dominus, Super Ioel 3 c
tribus ſceleribus Damaſci, & ſuper quatuor non conuertam eum: eo quòd triturauerint in plauſtris ferreis Galaad. Et mit-
B tam ignem in domũ Azael, & deuorauit domos Benadad. Et conteram vectem Damaſci: & diperdã habitatorem de campo idôli, & tenentem ſceptrum de domo voluptatis: & tranſferetur populus Syriæ Cyrenem, dicit Dominus. Hæc dicit Dominus, Super tribus ſceleribus Gazæ, & ſuper quatuor non conuertam eũ: eo quòd tranſtulerint captiuitatem perfectam, vt concluderent eam in Idumæa. Et mittã ignem in mu-
C rum Gazæ, & deuorabit ædes eius. Et diſperdã habitatorem de Azoto, & tenentem ſceptrũ de Aſcalone: & conuertã manum meam ſuper Accaron, & peribunt reliqui Philiſthinorum, dicit Dominus Deus. Hæc dicit Dominus, Super tribus ſceleribus Tyri, & ſuper quatuor non conuertã eum: eo quòd concluſerint captiuitatem perfectam in Idumæa. & non ſint recordati fœderis fratrũ. Et mittã ignem in murũ Tyri, & deuorabit ædes eius. Hæc dicit Dominus, Super tribus ſceleribus Edom, & ſuper quatuor nõ conuertã eũ: eo quòd perſecutus ſit in gladio fratrem ſuum, & violauerit miſericordiam
D eius, & tenuerit vltrà furorem ſuum, & indignationem ſuam ſeruauerit vſq; in finem. Mittam ignem in Theman, & deuorabit ædes Boſræ. Hæc dicit Dominus, Super tribus ſceleribus filiorum Ammon, & ſuper quatuor non conuertã eum: eo quòd diſſecuerit prægnantes Galaad ad dilatandum terminum ſuum. Et ſuccendam ignem in muro Rabbath: & deuorabit ædes eius in vlulatu in die belli, & in turbine in die commotionis. Et ibit Melchom in captiuitatem ipſe, & principes eius ſimul, dicit Dominus.

Svltio Domini in Moab pro crudelitate in mortuos, in Iudam & Iſraëlem, qui pro ſingulis beneficijs ſemper fuere rebelles & ingrati, ideò meritò delendi. CAPVT II.



A Haec dicit Dominus, Super tribus ſceleribus Moab, & ſuper quatuor non conuertam eum: eo quòd incenderit oſſa regis Idumææ vſque ad cinerem. Et mittam ignem in Moab, & deuorabit ædes Crioth: & morietur in ſonitu Moab, in clangore tubæ:

tubæ:& diſperdam iudicem de medio eius, & omnes principes eius interficiam cum eo, dicit Dominus. Hæc dicit Dominus, Super tribus ſceleribus Iuda, & ſuper quatuor non conuertam eum: eo quòd abiecerit legẽ Domini, & mandata eius
B non cuſtodierit: deceperũt enim eos idôla ſua, poſt quæ abierant patres eorum. Et mittam ignem in Iudam, & deuorabit
Numer.21 c Exo.14 c ædes Ieruſalem. Hæc dicit Dominus, Super tribus ſceleribus Iſrael, & ſuper quatuor non conuertã eum: pro eo quòd vendiderit pro argento iuſtum, & pauperem pro calceamentis.
Qui conterũt ſuper puluerem terræ capita pauperũ, & viam humilium declinant: & filius ac pater eius ierunt ad puellam,
Deut.23 f vt violarent nomen ſanctum meum. Et ſuper veſtimentis pi-
C gnoratis accubuerunt iuxta omne altare: & vinum damnatorum bibebant in domo Dei ſui. Ego autẽ exterminaui Amorrhæum à facie eorum: cuius altitudo cedrorum altitudo eius, & fortis ipſe quaſi quercus: & contriui fructum eius déſuper, & radices eius ſubter. Ego ſum qui aſcendere vos feci de terra Aegypti: & eduxi vos in deſertum quadraginta annis, vt poſſideretis terram Amorrhæi. Et ſuſcitaui de filijs veſtris in prophetas, & de iuuenibus veſtris nazaræos. Nunquid non ita eſt
D filij Iſrael, dicit Dominus? Et propinabitis nazaræis vinum: & prophetis mandabitis, dicentes, Ne prophetetis, Ecce ego ſtridebo ſubter vos, ſicut ſtridet plauſtrum onuſtum fœno. Et peribit fuga à veloce, & fortis non obtinebit virtutẽ ſuã, & robuſtus non ſaluabit animam ſuam: & tenens arcum non ſtabit, & velox pedibus ſuis non ſaluabitur, & aſcenſor equi non ſaluabit animam ſuam: & robuſtus corde inter fortes nudus fugiet in illa die, dicit Dominus.

S. SOLI Iudæi olim populus Dei electus ſed ingratus, ideò pro idôlis & uoluptatibus uaſtandus.

CAPVT III.

A AVdite verbum quod locutus eſt Dominus ſuper vos filij Iſrael: ſuper omnem cognationem quam eduxit de terra Aegypti, dicens, Tantummodo vos cognoui ex omnibus cognationibus terræ: idcircò viſitabo ſuper vos omnes iniquitates veſtras. Nũquid ambulabunt duo pariter, niſi conuenerit eis? Nunquid rugiet leo in ſaltu, niſi habuerit prædã? Nunquid dabit catulus leo-
B nis vocem de cubili ſuo, niſi aliquid apprehenderit? Nunquid cadet auis in laqueũ terræ, abſq; aucupe? Nunquid auferetur laqueus de terra, antequã quid ceperit? Si clanget tuba in ciuitate, & populus non expaueſcet? Si erit malũ in ciuitate, quod Dominus non fecit? Quia nõ faciet Dominus Deus verbum, niſi reuelauerit ſecretum ſuum ad ſeruos ſuos prophetas. Leo rugiet, quis non timebit? Dominus Deus locutus eſt, quis
C nõ prophetabit? Auditum facite in ædibus Azoti, & in ædibus terræ Aegypti: & dicite, Cõgregamini ſuper montes Samariæ, & videte inſanias multas in medio eius, & calumniã patientes in penetralibus eius. Et neſcierũt facere rectũ, dicit Dominus: theſaurizantes iniquitatem, & rapinas in ædibus ſuis. Propterea hæc dicit Dominus Deus, Tribulabitur & circũdabitur terra: & detrahetur ex te fortitudo tua, & diripiẽtur ædes tuæ. Hæc dicit Dominus, Quomodo ſi eruat paſtor de ore leonis duo crura, aut extremum auriculæ: ſic eruentur filij Iſrael qui habitant in Samaria, in plaga lectuli, & in Damaſci
D grabato. Audite, & conteſtamini in domo Iacob, dicit Dominus Deus exercituum: quia in die cum viſitare cœpero præuaricationes Iſrael, ſuper eũ viſitabo & ſuper altaria Bethel: & amputabuntur cornua altaris, & cadent in terrã. Et percutiam domũ hyemalem cum domo æſtiua: & peribunt domus eburneæ, & diſsipabuntur ædes multæ, dicit Dominus.

S. SVB typo uaccarum pinguium inuehitur Deus in primates Samariæ, quorum duritiam & ſcelera multis modis ulciſcitur, reuocans ad pœnitentiam.

CAPVT IIII.

A AVdite verbum hoc vaccæ pingues, quæ eſtis in monte Samariæ: quæ calumniam facitis egenis, & cõfringitis pauperes: quæ dicitis dominis veſtris, Afferte & bibemus. Iurauit Dominus Deus in ſancto ſuo, quia ecce dies veniẽt ſuper vos, & leuabunt vos in contis, & reliquias veſtras in ollis feruentibus. Et per aperturas exibitis altera cõtra alteram, & proijciemini in Armon,
B dicit Dominus. Venite ad Bethel, & impie agite: ad Galgalã, & multiplicate præuaricationẽ: & offerte mane victimas veſtras, tribus diebus decimas veſtras. Et ſacrificate de fermentato laudẽ: & vocate voluntarias oblationes, & annuntiate: ſic enim voluiſtis filij Iſrael, dicit Dominus Deus. Vnde & ego dedi vobis ſtuporẽ dentiũ in cunctis vrbibus veſtris, & indigentiam panũ in omnibus locis veſtris: & nõ eſtis reuerſi ad me, dicit Dominus. Ego quoq; prohibui à vobis imbrem, cũ adhuc tres menſes ſupereſſent vſq; ad meſſem: & plui ſuper
C vnã ciuitatem, & ſuper alterã ciuitatẽ nõ plui: pars vna compluta eſt, & pars ſuper quam nõ plui, aruit. Et venerunt duæ & tres ciuitates ad vnam ciuitatem vt biberent aquam, & non ſunt ſatiatæ: & non rediſtis ad me, dicit Dominus. Percuſsi vos in vento vrente & in aurugine, multitudinem hortorum veſtrorum, & vinearũ veſtrarũ, oliueta veſtra & ficeta veſtra comedit eruca: & non rediſtis ad me, dicit Dominus. Miſi in vos mortẽ in via Aegypti, percuſsi in gladio iuuenes veſtros, vſq; ad captiuitatem equorũ veſtrorum: & aſcendere feci pu-
D tredinem caſtrorum veſtrorũ in nares veſtras: & non rediſtis ad me, dicit Dominus. Subuerti vos, ſicut ſubuertit Deus Sodomam & Gomorrham, & facti eſtis quaſi torris raptus ab incendio: & non rediſtis ad me, dicit Dominus. Quapropter Gene.19 c hæc faciam tibi Iſrael: poſtquàm autem hæc fecero tibi, præparare in occurſum Dei tui Iſrael. Quia ecce formãs montes, & creans ventum, & annuntians homini eloquium ſuum, faciens matutinam nebulã, & gradiens ſuper excelſa terræ: Dominus Deus exercituum nomen eius.

S. PERPETVA Iſraëlis captiuitas ob idôla, ob odiũ in prophetas, ob pauperum oppreſsionem plangitur, & eius feſta & ſacrificia abijciuntur. CAPVT V.

A AVdite verbũ iſtud, quod ego leuo ſuper vos planctum. Domus Iſrael cecidit, & non adijciet vt reſurgat, Virgo Iſrael proiecta eſt in terrã ſuam, & non eſt qui ſuſcitet eã. Quia hæc dicit Dominus Deus, Vrbs de qua egrediebãtur mille, relinquẽtur in ea centum: & de qua egrediebãtur centũ, relinquentur in ea decẽ in domo Iſrael. Quia hæc dicit Dominus Deus domui Iſrael, Quærite me, & viuetis. Et nolite quærere Bethel, & in Galgalam nolite intrare, & in Berſabee nõ trãſibitis: quia Galgala
B captiua ducetur, & Bethel erit inutilis. Quærite Dominũ, & viuite: ne fortè cõburatur domus Ioſeph vt ignis: & deuorabit, & nõ erit qui extinguat Bethel. Qui conuertitis in abſinthium iudiciũ, & iuſtitiã in terra relinquitis. Facientẽ arcturũ, & orionẽ, & conuertentẽ in mane tenebras, & diem in noctẽ
C mutantẽ: qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciẽ terræ: Dominus nomẽ eſt eius. Qui ſubridet vaſtitatẽ ſuper ro- *Infra 9 b*
buſtũ, & depopulationẽ ſuper potentẽ affert. Odio habuerũt corripientẽ in porta: & loquentem perfectè abominati ſunt. Idcircò, pro eo quòd diripiebatis pauperẽ, & prædã electam tollebatis ab eo: domos quadro lapide ædificabitis, & non habitabitis in eis: vineas plantabitis amantiſsimas, & non bibetis
D vinum earũ. Quia cognoui multa ſcelera veſtra, & fortia peccata veſtra: hoſtes iuſti accipientes munus & pauperes deprimentes in porta. Ideò prudẽs in tẽpore illo tacebit, quia tempus malum eſt. Quærite bonũ, & non malũ, vt viuatis: & erit Dominus Deus exercituum vobiſcum, ſicut dixiſtis. Odite Soph.1 c malum, & diligite bonum, & conſtituite in porta iudicium: ſi Roma.12 b
E fortè miſereatur Dominus Deus exercituũ reliquijs Ioſeph. Propterea hæc dicit Dominus Deus exercituũ dominator,

In omnibus platéis planctus:& in cunctis quæ foris sunt, dicetur Væ væ:& vocabunt agricolam ad luctũ,& ad plãctum
F eos qui sciunt plãgere. Et in omnibus vineis erit plãctus:quia
Ier.30 b pertransibo in medio tui,dicit Dominus. Væ desyderantibus
Ioel 2 c diem Domini:ad quid eã vobis?dies Domini ista tenebræ, &
Soph.1 d nõ lux. Quomodo si fugiat vir à facie leonis,& occurrat ei vrsus:& ingrediatur domũ,& innitatur manu sua super parietẽ,
& mordeat eũ coluber. Nũquid nõ tenebræ dies Domini, &
Esa.1 d nõ lux:& caligo,& nõ splẽdor in ea? Odi & proieci festiuitates vestras:& nõ capiã odorem cœtuũ vestrorũ. Quòd si ob-
Malac.1 d tuleritis mihi holocaustomata,& munera vestra,non suscipiã:
2 c
G & vota pinguium vestrorũ non respiciã. Aufer à me tumultum carminũ tuorũ:& cantica lyræ tuæ non audiã. Et reuela-
Act.7 c bitur quasi aqua iudiciũ,& iustitia quasi torrens fortis. Nunquid hostias & sacrificiũ obtulistis mihi in deserto quadraginta annis,domus Israel? Et portastis tabernacula Moloch vestro,& imaginem idôlorũ vestrorum, sydus Dei vestri: quæ fecistis vobis adorare eas. Et migrare vos faciam trans Damascum, dicit Dominus Deus exercituum nomen eius.

S. QVAM *horrenda uoluptuosos pœna manet, in quos* Dominus *se impleturum iurat quod proposuit.* CAPVT VI.

A Væ vobis qui opulenti estis in Sion,& confiditis
Luc.6 d in monte Samariæ:optimates capita populorum, ingredientes pompaticè domum Israel. Transite in Chalanne,& videte,& ite inde in Emath magnam: & descendite in Geth Palæsthinorum,& ad optima quoq; regna horũ:si latior terminus eorũ termino vestro est.
B Quj separati estis in diem malũ:& appropinquatis solio iniquitatis. Quj dormitis in lectis eburneis,& lasciuitis in stratis vestris. Quj comeditis agnũ de grege,& vitulos de medio armenti. Qui canitis ad vocem psalterij: sicut Dauid putauerũt se habere vasa cantici. Bibentes vinũ in phialis,& optimo vnguento delibuti:& nihil patiebãtur super cõtritione Ioseph.
C Quapropter nunc migrabũt in capite transmigrantiũ:& auferetur factio lasciuientium. Iurauit Dominus Deus in anima sua,dicit Dominus Deus exercituũ, Detestor ego superbiã
Ier. 51 b Iacob,& domos eius odi,& tradã ciuitatem cũ habitatoribus
Infra 8 b suis. Quòd si reliqui fuerint decem viri in domo vna,& ipsi moriẽtur. Et tollet eũ propinquus suus,& cõburet eũ,vt efferat ossa de domo: & dicet ei qui in penetralibus domus est,
D Nunquid adhuc est penes te? Et respondebit, Finis est. Et dicet ei, Tace,& nõ recorderis nominis Domini,quia ecce Dominus mãdauit,& percutiet domũ maiorem ruinis,& domũ minorem scissionibus. Nũquid currere queũt in petris equi? aut arari potest in bubalis?quoniã conuertistis in amaritudinẽ iudicium,& fructum iustitiæ in absinthium. Qui lætamini in nihili,qui dicitis, Nunquid non in fortitudine nostra assumpsimus nobis cornua? Ecce enim suscitabo super vos domus Israel,dicit Dominus Deus exercituum,gentem:& conteret vos ab introitu Emath,vsq; ad torrentem deserti.

S. PLACARET *propheta iram Domini,nisi populus contradiceret. Populi captiuitas prænuntiatur,aduersante Amasia sacerdote.* CAPVT VII.

A Hæc ostendit mihi Dominus Deus: & ecce fictor locustæ in principio germinantium serotini imbris,& ecce serotinus post tõsionem regis. Et factum est cum consummasset comedere herbam terræ,dixi, Domine Deus propitius esto obsecro:quis suscitabit Iacob,quia paruulus est? Misertus est Dominus super hoc: Non erit,dicit Dominus. Hæc ostendit mihi Dominus Deus:& ecce vocabat iudiciũ ad ignẽ Dominus Deus, & deuorauit abyssum multã,& comedit simul partẽ. Et dixi, Domine Deus, quiesce obsecro: quis suscitabit Iacob, quia paruulus est? Misertus est Dominus super hoc: Sed & istud non
B erit,dicit Dominus Deus. Hæc ostendit mihi: & ecce Dominus stans super murum litum,& in manu eius trulla cæmentarij. Et dixit Dominus ad me, Quid tu vides Amos? Et dixi, Trullam cæmentarij. Et dixit Dominus, Ecce ego ponam trullam in medio populi mei Israel: non adijciam vltrà superinducere eum. Et demolientur excelsa idôli, & sanctificationes Israel desolabuntur:& cõsurgam super domũ Ieroboam
C in gladio. Et misit Amasias sacerdos Bethel,ad Ieroboam regem Israel dicens, Rebellauit contra te Amos in medio domus Israel: non poterit terra sustinere vniuersos sermones eius. Hæc enim dicit Amos, In gladio morietur Ieroboam,& Israel captiuus migrabit de terra sua. Et dixit Amasias ad Amos, Qui vides,gradere, fuge in terram Iuda: & comede ibi panem,& prophetabis ibi. Et in Bethel non adijcies vltrà vt prophetes: quia sanctificatio regis est,& domus regni est. Re-
D sponditq; Amos,& dixit ad Amasiam, Non sum propheta, & non sum filius prophetæ: sed armentarius ego sum vellicãs sycomoros. Et tulit me Dominus,cũ sequerer gregem: & dixit Dominus ad me, Vade,propheta ad populum meum Israel. Et nunc audi verbum Domini, Tu dicis, Non prophetabis super Israel,& non stillabis super domum idôli. Propter hoc hæc dicit Dominus, Vxor tua in ciuitate fornicabitur, & filij tui & filiæ tuæ in gladio cadent, & humus tua funiculo metietur: & tu in terra polluta morieris, & Israel captiuus migrabit de terra sua.

S. PER *furorem Domini in Iudæos & eorum calamitatem ob pauperum oppreßionem & populi auaritiã, Domini paßio & uerbi eius penuria figuratur.* CAPVT VIII.

A Hæc ostendit mihi Dominus Deus: & ecce vncinus pomorum. Et dixit, Quid tu vides Amos? Et dixi, Vncinum pomorum. Et dixit Dominus ad me, Venit finis super populum meum Israel: In pauperũ oppressores.
non adijciam vltrà vt pertranseam eum. Et stridebunt cardines templi in die illa, dicit Dominus Deus: multi morientur
B in omni loco,proijcietur silentiũ. Audite hoc qui conteritis pauperem,& deficere facitis egenos terræ,dicentes, Quando transibit mensis, & vænundabimus merces: & sabbathum, & aperiemus frumentũ:vt imminuamus mensuram,& augeamus siclum,& supponamus statéras dolosas, vt possideamus Supra 6 c
in argento egenos,& pauperes pro calceamentis, & quisquilias frumenti vendamus? Iurauit Dominus in superbiã Iacob, Si oblitus fuero vsq; in finem omnia opera eorum. Nunquid super isto non commouebitur terra, & lugebit omnis habi-
C tator eius: & ascendet quasi fluuius vniuersus,& eijcietur,& defluet quasi riuus Aegypti? Et erit in die illa dicit Dominus: occidet sol in meridie, & tenebrescere faciam terram in die luminis. Et conuertam festiuitates vestras in luctum,& Ier.15 b
omnia cantica vestra in planctum: & inducam super omne Tobiæ 2 b
dorsum vestrum saccum,& super omne caput caluitium: & 1.Mac.1 c
ponam eam quasi luctum vnigeniti, & nouissima eius quasi diem amarum. Et ecce, dies veniunt,dicit Dominus: & emit-
D tam famem in terram,non famem panis,neq; sitim aquæ, sed Fames verbi Dei.
audiendi verbum Domini. Et commouebuntur à mari vsq; ad mare, & ab aquilone vsq; ad orientem: circuibunt quærentes verbum Domini,& non inuenient. In die illa deficiẽt virgines pulchræ,& adolescentes in siti. Qui iurant in delicto Samariæ,& dicunt, Viuit Deus tuus Dan,& viuit via Bersabee. Et cadent,& non resurgent vltrà.

S. IMPII *non poterunt ab oculis Dei euadere: sed* Dominus *propter principum auaritiam euertet templum & urbem, tandem uerò per prædicatores ædificabitur ecclesia.*

CAPVT IX.

A Vidi Dominum stantẽ super altare,& dixit, Percute cardinem, & commoueãtur superliminaria: auaritia enim in capite omnium, & nouissimum eorum in gladio interficiam: non erit fuga eis qui fugient:

psal.138 a qui fugient:& non ſaluabitur ex eis qui fugerit. Si deſcenderint vſq; ad infernũ, inde manus mea educet eos:& ſi aſcenderint vſq; ad cœlũ, inde detraham eos. Et ſi abſconditi fuerint
B in vertice Carmeli, inde ſcrutans auferã eos: & ſi celauerint ſe ab oculis meis in profundo maris, ibi mãdabo ſerpenti & mordebit eos. Et ſi abierint in captiuitatem coram inimicis ſuis, ibi mãdabo gladio, & occîdet eos: & ponã oculos meos
Ierc.44 c ſuper eos in malũ, & non in bonum. Et Dominus Deus exercituum qui tangit terram, & tabeſcit: & lugebunt omnes habitantes in ea: & aſcendet ſicut riuus omnis, & defluet ſicut
supra 5 c fluuius Aegypti. Qui ædificat in cœlo aſcenſionẽ ſuam, & faſciculum ſuũ ſuper terram fundauit: qui vocat aquas maris, & effundit eas ſuper faciẽ terræ, Dominus nomen eius. Nunquid non vt filij Aethiopũ vos eſtis mihi filij Iſrael, ait Dominus? Nunquid non Iſrael aſcendere feci de terra Aegypti:
C & Palæſthinos de Cappadocia, & Syrios de Cyrene? Ecce oculi Domini Dei ſuper regnũ peccans, & conteram illud à facie terræ: veruntamen conterens non conteram domum Iacob, dicit Dominus. Ecce enim mandabo ego, & concutiam in omnibus gentibus domũ Iſrael, ſicut concutitur in cribro: & non cadet lapillus ſuper terrã. In gladio morientur omnes peccatores populi mei: qui dicũt, Nõ appropinquabit, & nõ
Ieleſiæ in ſeratio. veniet ſuper nos malũ. In die illa ſuſcitabo tabernaculum Dauid, quod cécidit: & reædificabo aperturas murorum eius, & Act. 15 c ea quæ corruerant inſtaurabo: & reædificabo eum ſicut in diebus antiquis. Vt poſſideant reliquias Idumeæ, & omnes nationes, eo quòd inuocatũ ſit nomẽ meum ſuper eos: dicit Do
D minus faciens hæc. Ecce dies veniunt, dicit Dominus: & comprehendet arator meſſorem, & calcator vuæ mittentẽ ſemen: & ſtillabunt montes dulcedinem, & omnes colles culti erũt.
Ioel 3 d Et conuertã captiuitatẽ populi mei Iſrael: & ædificabunt ciuitates deſertas, & inhabitabũt: & plantabunt vineas, & bibẽt vinum earum: & facient hortos, & comedent fructus eorum. Et plantabo eos ſuper humum ſuam: & nõ euellam eos vltrà de terra ſua quam dedi eis, Dicit Dominus Deus tuus.

Prologus in Abdiæ PROPHETIAM.

Iacob patriarcha habuit fratrẽ Eſau: qui ob coctionẽ ruſam, propter quam uendidit primogenita, Edom Hebræa lingua appellatus eſt, quod Latine ruſus dicitur. Is memoratũ fratrẽ ſuũ, qui Iſraël nomen acceperat, graui odio commotus interimere conatus eſt. Qua de cauſa omnes qui populũ Iſraël, id eſt filios patriarchæ Iacob, prædicti Eſau odiũ imitati, perſecuti ſunt, Eſau & Edom appellati ſunt. Et quia populus Iſraël de captiuitate Chaldæorũ per Cyrum regem Perſarũ nutu Dei reuocatus in Ieruſalẽ, ab alio regno grauiter afflictus atq; oppreſſus eſt: ideo hoc regnum, quod more Eſau, prædictum populũ perſecutũ eſt, per denũtiationẽ Abdiæ prophetæ increpatur, quòd nõ Dei indignatione, ſed ſua uirtute populum ſuperatũ gloriabatur. de quo regno olim per Dauid in pſalmo centeſimo trigeſimo ſexto dictum eſt, Memorare Domine filiorũ Edom in die Ieruſalem. Nam reliqua lectione comprehenſa, futurum in gentes iudiciũ ob cauſas lectione comprehenſas: regnumq; Dei in populo Iſraël ſignificatur. Hebræi hunc dicunt eſſe, qui ſub rege Samariæ Achab, & impiiſſima Iezabel, pauit centum prophetas in ſpecubus, qui non curuauerunt genu ante Baal: & de ſeptem millibus erat, quos Elias arguitur ignoraſſe. Sepulchrũ quoq; eius uſq; hodie cum mauſoleo Eliſæi prophetæ & Baptiſtæ Iohãnis, in Sebaſte uenerationi habetur, quæ olim Samaria dicebatur. Hãc Herodes rex Iudææ, Antipatri filius, in honorem Auguſti Cæſaris Græco nomine uocauit Auguſtam. Hic igitur quia centum prophetas pauerat, accepit gratiam prophetalem: & de duce exercitus, ſit dux eccleſiæ. Tunc in Samaria paruum gregem pauerat: nunc in toto orbe CHRISTI *paſcit eccleſias, &* φιρώνυμος, *ſicut in Actis Apoſtolorum Stephanus martyrio coronatus: ita & hic, ſeruus appellatus eſt Domini.*

Prophetia Abdiæ.

S. ob tyrannidem Edom in fratrem ſuum Iſraël uaticinatur Abdias exitium eius, & captiuitatem ab Aſſyrijs, Iudeorum uerò reſurrectionem, & populorum ſubiectionem.

A  ISIO Abdiæ. Hæc dicit Dominus Ierc.49 c Deus ad Edom, Auditum audiuimus à Domino, & legatum ad gentes miſit, ſurgite, & conſurgamus aduerſus eum in prælium. Ecce paruulum dedi te in gẽtibus: contemptibilis tu es valde. Superbia cordis tui extulit te, habitantem in
B ſciſſuris petrarum, exaltantẽ ſolium tuum: qui dicis in corde Ierc.49 a tuo, Quis detrahet me in terrã? Si exaltatus fueris vt aquila, & ſi inter ſydera poſueris nidum tuum: inde detraham te, dicit Dominus. Si fures introiſſent ad te, ſi latrones per noctẽ: quomodo cõticuiſſes? nónne furati eſſent ſufficientia ſibi? Si vindemiatores introiſſent ad te, nunquid ſaltem racemum reliquiſſent tibi? Quomodo ſcrutati ſunt Eſau: inueſtigauerunt abſcõdita eius? Vſq; ad terminũ emiſerunt te omnes viri fœ-
C deris tui, illuſerunt tibi. Inualuerunt aduerſum te viri pacis tuæ: qui comedunt tecum, ponent inſidias ſubter te: non eſt prudẽtia in eo. Nunquid non in die illa, dicit Dominus, perEſa.29 c dam ſapiẽtes de Idumæa, & prudentiã de monte Eſau? Et ti- 1.Cor.1 c mebunt fortes tui à meridie, vt intereat vir de monte Eſau. Propter interfectionẽ, & propter iniquitatẽ in fratrem tuum Iacob, operiet te confuſio, & peribis in æternum. In die cum
D ſtares aduerſus eum, quãdo capiebant alieni exercitũ eius, & extranei ingrediebantur portas eius, & ſuper Ieruſalẽ mittebant ſortem: tu quoq; eras quaſi vnus ex eis. Et non deſpicies in die fratris tui, in die peregrinationis eius: & non lætaberis ſuper filios Iuda, in die perditionis eorum: & non magnificabis os tuum in die anguſtiæ. Neq; ingredieris portam populi mei in die ruinæ eorum: neq; deſpicies & tu in malis eius in die vaſtitatis illius: & non emittêris aduerſus exercitũ eius in
E die vaſtitatis illius. Neq; ſtabis in exitibus, vt interficias eos qui fugerint: & non concludes reliquos eius in die tribulationis. Quoniã iuxta eſt dies Domini ſuper omnes gentes: ſicut feciſti, fiet tibi, retributionem tuam conuertã in caput tuum. Quomodo enim bibiſti ſuper montem ſanctum meum, bibent omnes gentes iugiter: & bibent & abſorbebũt, & erunt quaſi non ſint. Et in monte Sion erit ſaluatio, & erit ſanctus: & poſſidebit domus Iacob eos qui ſe poſſederant. Et erit domus Iacob ignis, & domus Ioſeph flamma, & domus Eſau ſtipula: & ſuccendentur in eis, & deuorabunt eos: & non erũt
G reliquiæ domus Eſau, quia Dominus locutus eſt. Et hæreditabunt hi qui ad Auſtrum ſunt montem Eſau, & qui in campeſtribus Philiſtijm: & poſſidebunt regionem Ephráim & regionem Samariæ: & Beniamin poſſidebit Galaad. Et tranſmigratio exercitus huius filiorum Iſrael, omnia loca Chananæorum vſq; ad Saréptam: & tranſmigratio Ieruſalem, quæ in Boſphoro eſt, poſſidebit ciuitates Auſtri. Et aſcendent ſaluatores in montem Sion iudicare montem Eſau: & erit Domino regnum.

Prologus in prophetiam IONAE.

Ex procœmio commentariorum Hieronymi in Ionam.

IONAM *ſanctũ Hebræi affirmãt filiũ fuiſſe mulieris uiduæ Sareptanæ, quẽ Elias propheta mortuũ ſuſcitauit: matre poſteà dicente*

ad eum, Nunc cognoui quia uir Dei es tu, & uerbum Dei in ore tuo ueritas est. Ob hãc etiã causam ipsum puerum sic uocauit, Amathi: Amathi enim in nostra lingua, ueritatem sonat. Et ex eo quòd uerum Elias locutus est: ille qui suscitatus est, filius esse dicitur ueritatis. Ideò de ueritate columba nascitur: quia Ionas columbam sonat. In cõdemnationem autem Israël Ionas ad gentem mittitur: quòd Niniue agente pœnitentiam, illi in malitia perseuerant. Temporibus quippe Ieroboam filij Ioas regis Israël, qui Deo derelicto, cum populo suo in Samaria idõlis sacrificabat, Ionam prophetam fuisse, quartus liber Regum indicat. Is cum prophetia illuminante peccatores ciuitatis Niniue Dei misericordiam consecuturos uideret: ne falsa prædicare uideretur, ad denuntiandum interitum eiusdem ciuitatis ire nolebat. Nam sicut Deus ad Abraham de impietate Sodomorum & Gomorrhæorum locutus est, Clamor Sodomorum & Gomorrhæorum peruenit ad me: Ita & de Niniue dicitur, Eo quòd ascenderit clamor malitiæ eius ad Deum. Et quia sententia Dei de Sodomis facta, minime reuocata est: ita & Ionas aduersum Niniuen prolatam sentẽtiam reuocari nolebat: diuinæ dispensationis ignarus, qui salutem hominum ad se conuertentium magis uult, quàm interitum. Hoc illi acciderat quod & sancto Eliseo, qui filium Sunamitidis mulieris, mortuum ignorauit. Ideò à conspectu Dei fugere se Ionas putabat, humanum aliquid passus, dicente Dauid, Quo ibo à spiritu tuo: & à facie tua quo fugiam?

Ionæ Prophetia.



S. IONAS *missus in Niniuen ad prædicandum fugit in Tharsis: orta autem tempestate mittitur in mare, & tempestas cessauit.* CAPVT I.

A ET FACTVM est uerbum Domini ad Ionam filiũ Amathi, dicens, Surge, & uade in Niniuen ciuitatẽ grandem, & prædica in ea: quia ascendit malitia eius coram me. Et surrexit Ionas, vt fugeret in Tharsis à facie Domini, & descendit in Iopen, & inuenit nauem euntem in Tharsis: & dedit naulum eius, & descendit in eam, vt iret cum eis in Tharsis à facie Domini. Dominus autẽ misit ven-
B tum magnũ in mare: & facta est tempestas magna in mari, & nauis periclitabatur conteri. Et timuerunt nautæ, & clamauerunt viri ad Deum suum: & miserunt vasa quæ erant in naui in mare, vt alleuiaretur ab eis: & Ionas descẽdit ad interiora nauis, & dormiebat sopore graui. Et accessit ad eum gubernator, & dixit ei, Quid tu sopore deprimeris? surge, inuoca Deum tuum, si fortè recogitet Deus de nobis, & non pereamus. Et dixit vir ad collegam suum, Venite, & mittamus sortes, & sciamus quare hoc malum sit nobis. Et miserunt sor-
C tes, & cecidit sors super Ionam. Et dixerunt ad eum, Indica nobis cuius causa malum istud sit nobis: quod est opus tuũ? & quæ terra tua? & quò vadis? vel ex quo populo es tu? Et dixit ad eos, Hebræus ego sum, & Dominum Deum cœli ego
D timeo, qui fecit mare & aridam. Et timuerunt viri timore magno, & dixerunt ad eum, Quid hoc fecisti? Cognouerũt enim viri quòd à facie Domini fugeret: quia indicauerat eis. Et dixerunt ad eum, Quid faciemus tibi, & cessabit mare à nobis? quia mare ibat, & intumescebat super eos. Et dixit ad eos, Tollite me, & mittite in mare, & cessabit mare à vobis: scio enim ego quoniam propter me tempestas hæc grandis venit super vos. Et remigabant viri, vt reuerterentur ad aridam, & non valebant: quia mare ibat, & intumescebat super eos. Et clamauerunt ad Dominũ, & dixerunt, Quæsumus Domine, ne pereamus in anima viri istius, & ne des super nos sanguinem innocentem: quia tu Domine, sicut voluisti, fecisti. Et tulerunt Ionam & miserunt in mare: & stetit mare à feruore suo. Et timuerunt viri timore magno Dominum, & immolauerunt hostias Domino, & vouerunt vota.

S. ABSORPTVS *Ionas à ceto inuocando Dominum exauditur, & in aridam euomitur.* CAPVT II.

A ET præparauit Dominus piscem grandem, vt deglutiret Ionam: & erat Ionas in ventre piscis tribus diebus & tribus noctibus. Et orauit Ionas ad Dominum Deum suum de vtero piscis. Et di- Matth. 12 c & 16 a Luc. 11 d 1. Cor. 15 a
xit, Clamaui de tribulatione mea ad Dominum, & exaudi-
B uit me: de ventre inferi clamaui, & exaudisti vocem meam. Et proiecisti me in profundũ in corde maris, & flumen circũdedit me: omnes gurgites tui, & fluctus tui super me transierunt. Et ego dixi, Abiectus sum à conspectu oculorum Psal. 119 a
C tuorum: veruntamen rursus videbo templum sanctum tuum. Circundederunt me aquæ vsque ad animam, abyssus vallauit me, pelagus operuit caput meum. Ad extrema montium de- Psal. 68. a
D scendi, terræ vectes concluserunt me in æternum: & subleuabis de corruptione vitam meam, Domine Deus meus. Cũ angustiaretur in me anima mea, Domini recordatus sum: vt veniat ad te oratio mea ad templum sanctum tuum. Qui custodiunt vanitates frustra, misericordiam suam derelinquunt. Ego autem in voce laudis immolabo tibi: quæcunque voui reddam pro salute Domino. Et dixit Dominus pisci: & euomuit Ionam in aridam.

S. NINIVITAS *hortatur Ionas ad pœnitentiã, ad cuius prædicationem populus conuertitur, & Dominus illius miseretur, ac sententiam reuocauit.* CAPVT III.

A ET factum est verbum Domini ad Ionam secundò, dicens, Surge, & vade in Niniuen ciuitatem magnam: & prædica in ea prædicationem quam ego loquor ad te. Et surrexit Ionas, & abijt in Niniuen iuxta verbum Domini: & Niniue erat ciuitas magna Deo, itinere trium dierum. Et cœpit Ionas introire ciui-
B tatem itinere diei vnius: & clamauit, & dixit, Adhuc quadraginta dies, & Niniue subuertetur. Et crediderunt viri Niniui Matth. 12 d
tæ in Dominum: & prædicauerunt ieiunium, & vestiti sunt Luc. 11 c
saccis à maiore vsque ad minorem. Et peruenit verbum ad
C regem Niniue: & surrexit de solio suo, & abiecit vestimentum suum à se, & indutus est sacco, & sedit in cinere. Et clamauit, & dixit in Niniue ex ore regis & principum eius, dicens, Homines, & iumenta, & boues, & pecora non gustent quicquã: nec pascantur, & aquam non bibant. Et operiantur Iere. 18 b
D saccis homines & iumenta, & clament ad Deum in fortitudine: & conuertatur vir à via sua mala & ab iniquitate quæ est in manibus eorũ. Quis scit, si conuertatur, & ignoscat Deus, & reuertatur à furore iræ suæ, & non peribimus? Et vidit Deus opera eorum quia conuersi sunt de via sua mala: & misertus est Deus super malitia quam locutus fuerat vt faceret eis, & non fecit. Ioel 2 c

S. IONAS

S. IONAS humanũ quid passus dolet super arefacta hedera, quo probat ei Dominus quia debuit amplius pro Niniue condolere. CAPVT IIII.

A ET afflictus est Ionas afflictione magna, & iratus est: & orauit ad Dominũ, & dixit, Obsecro Domine, nunquid non hoc est verbum meum, cum adhuc essem in terra mea? propter hoc præoccupaui vt fugerẽ in Tharsis: scio enim quia tu Deus clemẽs & misericors es, patiens & multæ miserationis, & ignoscens super malitia. Et nunc Domine tolle quæso animam meam à
B me: quia melior est mihi mors quàm vita. Et dixit Dominus, Putásne bene irasceris tu? Et egressus est Ionas de ciuitate, & sedit contra Orientem ciuitatis: & fecit sibimet vmbraculũ ibi, & sedebat subter illud in vmbra, donec videret quid accideret ciuitati. Et præparauit Dominus Deus hederã, & ascendit super caput Ionæ, vt esset vmbra super caput eius, & protegeret eũ, laborauerat enim: & lætatus est Ionas super hede
C ra, lætitia magna. Et parauit Deus vermem ascensu diluculi in crastinum hederam: & percussit, & exaruit. Et cũ ortus fuisset sol, præcepit Dominus vento calido & vrenti: & percussit sol super caput Ionæ, & æstuabat: & petiuit animæ suæ vt moreretur, & dixit, Melius est mihi mori, quàm viuere. Et dixit Deus ad Ionam, Putásne bene irasceris tu super hederam? Et dixit, Bene irascor ego vsq; ad mortem. Et dixit
D Dominus, Tu doles super hederam, in qua nõ laborasti, neq; fecisti vt crescret, quæ sub vna nocte nata est, & sub vna nocte perijt: & ego non parcam Niniue ciuitati magnæ, in qua sunt plusquam centum viginti millia hominum, qui nesciunt quid sit inter dexteram & sinistram suam, & iumenta multa?

FINIS.

Prologus in Michææ PROPHETIAM.

TEMPORIBVS *Ioatham & Achaz & Ezechiæ regum Iuda, Michæam prophetã ad hanc prophetiam spiritu sancto repletum fuisse, lectio ipsa demonstrat. Sed de supradicto numero regum, Ioatham & Ezechiam Deo ob religionem placuisse, historia libri quarti Regum, & secundi Paralipomenon indicat. Achaz uerò relicto Deo, idôla Samariæ, quibus etiam filios suos im sacrificium igni cõcremẽdos obtulerat, coluisse cõstat. Quã ob rem, Deus Samariã, quæ reges Israël & Iuda memoratorũ simulachrorũ superstitione fefellerat, increpans, indignationẽ suam in eam processuram comminatus est. Populo etiam Israël præuaricatori, & principibus eius, qui eundem populum fallaci suasione ad colenda idôla impulerant, uerbis in sequentibus, captiuitatem & interitum affuturum denuntiat.*

Michææ Prophetia.

S. COMMINATIO Domini in Samariam, Ierusalem, & Philisthæos propter idôla. CAPVT I.

A VERBVM Domini quod factũ est ad Michæam Morasthitem, in diebus Ioatham, Achaz, & Ezechiæ regum Iuda: quod vidit Super Samariã & Ierusalẽ. Audite populi omnes: & attẽdat terra & plenitudo eius: & sit Dñs Deus vobis in testẽ, Dominus de templo sancto suo. Quia ecce Dominus egredietur de loco suo: & descẽdet, & calcabit super excelsa terræ. Et consumẽtur montes subtus eum: & valles scindentur sicut cera à facie ignis, sicut aquæ quæ decurrunt in præceps: In scelere Iacob omne istud, & in
B peccatis domus Israel. Quod scelus Iacob? nónne Samaria? Et quę excelsa Iudæ? nónne Ierusalẽ? Et ponã Samariã, quasi aceruum lapidũ in agro cum plantatur vinea: & detrahã in vallem lapides eius, & fundamenta eius reuelabo. Et omnia sculptilia eius concidentur, & omnes mercedes eius comburentur igne, & omnia idôla eius ponam in perditionem: quia de mercedibus meretricis congregata sunt, & vsque ad mer-
C cedẽ meretricis reuertentur. Super hoc plangam, & vlulabo: vadam spoliatus & nudus: faciam planctũ velut draconum, & luctũ quasi struthionum: quia desperata est plaga eius, quia venit vsq; ad Iudam, tetigit portã populi mei vsq; ad Ierusalem. In Geth nolite annuntiare, lachrymis ne ploretis: in domo pulueris puluere vos cõspergite, & trãsite, vobis habitatio pulchra, cõfusa ignominia: non est egressa, quæ habitat in exitu: planctũ domus vicinæ accipiet ex vobis, quæ stetit sibi
D met. Quia infirmata est in bonũ quæ habitat in amaritudinibus: quia descendit malũ á Dño in portã Ierusalẽ. Tumultus quadrigæ stuporis habitãti Lachis: principiũ peccati est filiæ Sion, quia in te inuẽta sunt scelera Israël. Propterea dabit emissarios super hæreditatẽ Geth: domos mendacij in deceptionẽ regibus Israel. Adhuc hæredẽ adducã tibi quæ habitas in Maresa: vsq; ad Odollam veniet gloria Israel. Decaluare, & tondêre super filios delitiarum tuarum: dilata caluitium tuum sicut aquila: quoniam captiui ducti sunt ex te.

S. PECCATA populi quæ Dominum ad ultionẽ prouocant, reuertentibus tamen promittit saluatorem, qui cernentibus illis in cœlum ascendet. CAPVT II.

A VAe qui cogitatis inutile, & operamini malum in cubilibus vestris: in luce matutina faciunt illud, quoniam contra Deum est manus eorum. Et concupierunt agros & violenter tulerunt, & rapuerunt domos: & calumniabantur virum & domum eius, virum & hæreditatem eius. Idcirco hæc dicit Dominus, Ecce ego cogito super familiam istam malum: vnde nõ auferetis colla vestra, & non ambulabitis superbi, quoniã tempus pessimũ
B est. In die illa sumetur super vos parabola, & cantabitur canti cum cũ suauitate, dicẽtiũ, Depopulatione vastati sumus, pars populi mei cõmutata est, quomodo recedet à me, quum reuertatur qui regiones nostras diuidat? Propter hoc, non erit tibi, mittens funiculum sortis in cœtu Domini: Ne loquamini loquentes, Non stillabit super istos, non comprehendet cõfusio. Dicit domus Iacob, Nunquid abbreuiatus est spiritus
C Domini, aut tales sunt cogitationes eius? Nónne verba mea bona sunt cum eo qui rectè graditur? Et econtrario populus meus in aduersarium consurrexit. Désuper tunicam pallium sustuliſtis: & eos qui transibant simpliciter, cõuertistis in bellum. Mulieres populi mei eiecistis de domo deliciarum suarum: à paruulis earum tulistis laudem meam in perpetuũ. Surgite, & ite, quia non habetis hîc requiem: propter immunditiam eius corrumpetur putredine pessima. Vtinam nõ essem vir habens spiritũ, & mendaciũ potius loquerer: stillabo tibi in vinum, & in ebrietatẽ: & erit super quem stillatur populus
D iste. Congregatione congregabo Iacob totum te: in vnum cõducam reliquias Israel, pariter ponam illum quasi gregem in ouili, quasi pecus in medio caularum, tumultuabuntur à multitudine hominum. Ascendet enim pandens iter ante eos: diuidet, & transibũt portam, & egredientur per eam: & transibit rex eorum coram eis, & Dominus in capite eorum.

S. PROPTER principum tyrannidem, pseudoprophetarum fallaciam, & iudicum crudelitatem comminatur Dominus Ieroſolymæ deletionem. CAPVT III.

A ET dixi, audite principes Iacob, & duces domus Israel, Nunquid non vestrum est scire iudicium, qui odio habetis bonum, & diligitis malum: qui violenter tollitis pelles eorum désuper eis, &

carnem

carnem eorum déſuper oſsibus eorum? Qui comederunt carnem populi mei, & pellem eorum déſuper excoriauerunt: & oſſa eorum confregerunt, & conciderunt ſicut in lebete, &
B quaſi carnẽ in medio ollæ. Tunc clamabunt ad Dominum, & non exaudiet eos: & abſcondet faciẽ ſuam ab eis in tempore illo, ſicut nequiter egerunt in adinuentionibus ſuis. Hæc dicit Dominus ſuper prophetas qui ſeducunt populũ meum: qui mordent dentibus ſuis, & prædicant pacem: & ſi quis nõ dederit in ore eorum quippiam, ſanctificant ſuper eum præliũ. Propterea nox vobis pro viſione erit, & tenebræ vobis pro diuinatione: & occumbet ſol ſuper prophetas, & obtenebra-
C bitur ſuper eos dies. Et confundentur qui vident viſiones, & confundentur diuini: & operient omnes vultus ſuos, quia nõ eſt reſponſum Dei. Veruntamen ego repletus ſum fortitudine ſpiritus Domini, iudicio & virtute: vt annuntiem Iacob ſcelus ſuum, & Iſrael peccatum ſuum. Audite hæc principes domus Iacob, & iudices domus Iſrael: qui abominamini iudicium, & omnia recta peruertitis. Quj ædificatis Sion in ſanguinibus, & Ieruſalem in iniquitate. Principes eius in muneribus iudicabant, & ſacerdotes eius in mercede docebant, &
D prophetæ eius in pecunia diuinabant: & ſuper Dominum requieſcebant, dicentes, Nunquid non Dominus in medio noſtrûm? non veniẽt ſuper nos mala. Propter hoc, cauſa veſtri, Sion quaſi ager arabitur, & Ieruſalem quaſi aceruus lapidum erit, & mons templi in excelſa ſyluarum.

Prophetæ Dei authoritas.

Ezec. 22 f
Soph. 3 a

Iere. 26 f

S. TEMPORE Meßiæ exibit uerbum Domini & pax magna ab Ieruſalem, quibus uocabuntur, & eccleſia confirmabitur.

CAPVT IIII.

A ET erit in nouiſsimo dierum mons domus Domini præparatus in vertice montium, & ſublimis ſuper colles: & fluent ad eum populi. Et properabunt gentes multæ, & dicent, Venite, aſcẽdamus ad montẽ Domini & ad domũ Dei Iacob: & docebit nos de vijs ſuis, & ibimus in ſemitis eius: quia de Siõ egredietur lex, & verbum Domini de Ieruſalem. Et iudicabit inter populos multos, & corripiet gentes fortes vſq; in longinquum: & cõcident gladios ſuos in vomeres, & haſtas ſuas in ligones: non ſumet gens aduerſus gentem gladiũ, & non diſcent vltrà bel-
B ligerare. Et ſedebit vir ſubtus vineam ſuam, & ſubtus ficum ſuam, & non erit qui deterreat: quia os Domini exercituum locutum eſt. Quia omnes populi ambulabunt vnuſquiſq; in nomine Domini Dei ſui: nos autem ambulabimus in nomine Dei noſtri in æternum & vltrà. In die illa dicit Dominus, congregabo claudicantem: & eam quam eieceram, colligam, & quam afflixeram. Et ponam claudicantem, in reliquias: &
C eam quæ laborauerat, in gentem robuſtam: & regnabit Dominus ſuper eos in monte Sion, ex hoc nunc & vſq; in æternum. Et tu turris gregis, nebuloſa filia Sion vſq; ad te veniet: & veniet poteſtas prima regnum filiæ Ieruſalem. Nunc quare mœrore contraheris? Nunquid rex non eſt tibi, aut conſiliarius tuus perijt, quia comprehẽdit te dolor ſicut parturientem? Dole, & ſatage filia Sion quaſi parturiens: quia nũc egredieris de ciuitate, & habitabis in regione, & venies vſq; ad Babylonẽ: ibi liberaberis: ibi redimet te Dominus de manu inimicorum tuorum. Et nunc congregatæ ſunt ſuper te gentes
D multæ: quæ dicunt, Lapidetur & aſpiciat in Sion oculus noſter. Ipſi autem non cognouerunt cogitationes Domini, & non intellexerunt conſilium eius: quia congregauit eos quaſi fœnum areæ. Surge, & tritura filia Sion: quia cornu tuum ponam ferreum, & vngulas tuas ponam æreas: & comminues populos multos, & interficies Domino rapinas eorũ, & fortitudinem eorum Domino vniuerſæ terræ.

Eſa. 2 d

Soph. 3 d

Lucæ 1 c
Dani. 7

S. BETHLEHEM ortu Meßiæ inſignita ac Ieruſalem eius morte uaſtata fuit, Iſraëlis autem reliquiæ exaltatæ, & uerbum Domini prædicatum eſt. CAPVT V.

A NVnc vaſtaberis filia latronis: obſidionem poſuerunt ſuper nos, in virga percutient maxillam iudicis Iſrael. ET TV BETLEHEM Ephráta, paruulus es in millibus Iuda: ex te mihi egredietur qui ſit dominator in Iſrael: & egreſſus eius ab initio à diebus æternitatis. Propter hoc dabit eos vſq; ad tẽpus, in quo partu-
B riens pariet: & reliquiæ fratrũ eius conuertentur ad filios Iſrael. Et ſtabit, & paſcet in fortitudine Domini, in ſublimitate nominis Domini Dei ſui: & conuertẽtur, quia nunc magnificabitur vſq; ad terminos terræ. Et erit iſte pax: Aſſyrius quũ venerit in terram noſtram, & quando calcauerit in domibus noſtris: & ſuſcitabimus ſuper eum ſeptem paſtores, & octo primates homines. Et paſcent terram Aſſur in gladio, & terrã Nemrod in lanceis eius: & liberabit ab Aſſur, quum venerit in terram noſtram, & quum calcauerit in terminis noſtris. Et erunt reliquiæ Iacob in medio populorũ multorum quaſi ros
C à Domino, & quaſi ſtillæ ſuper herbã quæ non expectat virum & non præſtolatur filios hominũ. Et erunt reliquiæ Iacob in gentibus in medio populorũ multorũ, quaſi leo in iumentis ſyluarum, & quaſi catulus leonis in gregibus pecorũ: qui quũ tranſierit, & cõculcauerit, & ceperit, nõ eſt qui eruat. Et exaltabitur manus tua ſuper hoſtes tuos, & omnes inimici
D tui interibũt. Et erit in die illa, dicit Dominus: auferam equos tuos de medio tui, & diſperdam quadrigas tuas. Et perdam ciuitates terræ tuæ, & deſtruam omnes munitiones tuas, & auferam maleficia de manu tua, & diuinationes non erunt in te. Et perire faciam ſculptilia tua, & ſtatuas tuas de medio tui: & non adorabis vltrà opera manuũ tuarum. Et euellã lucos tuos de medio tui, & conteram ciuitates tuas. Et faciam in furore & in indignatione vltionẽ in omnibus gẽtibus quæ nõ audierũt.

CHRISTVS dux Iſraëlis ex Bethlehem naſciturus. Matth. 2 a Ioan. 7 f

S. DISCEPTAT Dominus cum ingratis ſua illis exprobrans beneficia, quæ expetat ſacrificia inſinuat, & ob impietates populum grauiter affligit.

CAPVT VI.

A AVdite quæ Dominus loquitur, Surge, contende iudicio aduerſum montes, & audiant colles vocẽ tuam. Audiant montes iudicium Domini, & fortia fundamenta terræ: quia iudicium Domini cũ populo ſuo, & cum Iſrael dijudicabitur. Populе meus quid feci tibi, aut quid moleſtus fui tibi? reſponde mihi, Quia edu-
B xi te de terra Aegypti, & de domo ſeruientiũ liberaui te: & miſi ante faciem tuam Moyſem, & Aaron, & Mariam? popule meus memẽto quæſo quid cogitauerit cõtra te Balach rex Moab: & quid reſponderit ei Balaam filius Beor, de Setim vſq; ad Galgalam, vt cognoſceres iuſtitias Domini. Quid dignum offeram Domino? curuabo genu Deo excelſo? Nunquid offeram ei holocauſtomata, & vitulos anniculos? Nun-
C quid placari poteſt Dominus in millibus arietũ, aut in multis millibus hircorum pinguium? Nunquid dabo primogenitũ meum pro ſcelere meo, fructum ventris mei pro peccato animæ meæ? Indicabo tibi ô homo quid ſit bonum, & quid Dominus requirat à te, Vtiq; facere iudicium, & diligere miſericordiam, & ſolicitum ambulare cum Deo tuo. Vox Domini ad ciuitatem clamat, & ſalus erit timentibus nomen eius audite tribus, & quis approbabit illud? Adhuc ignis in domo impij theſauri iniquitatis, & menſura minor iræ plena. Nunquid iuſtificabo ſtateram impiam, & ſacculi pondera dolo-
D ſa? in quibus diuites eius repleti ſunt iniquitate, & habitantes in ea loquebantur mendacium, & lingua eorum fraudulenta in ore eorum. Et ego ergo cœpi percutere te perditione ſuper peccatis tuis. Tu comedes & non ſaturaberis, & humiliatio tua in medio tui. Et apprehendes, & non ſaluabis: & quos ſaluaueris in gladium dabo. Tu ſeminabis, & non metes: tu calcabis oliuam, & non vngẽris oleo: & muſtũ, & non bibes vinum: & cuſtodiſti præcepta Amri, & omne opus domus Achab: & ambulaſti in voluntatibus eorũ, vt darem te in perdi-

Exo. 15 c
Nume. 22 d
& 23 b

Deut. 28 d
Agg. 1 b

perditionem, & habitantes in ea in ſibilum, & opprobrium populi mei portabitis.

S. IMPIORVM *luget multitudinem, & piorũ paucitatem, quoniam non in homine quamuis proximo, ſed in ſolo Deo confidendum, quibus firmitatem eccleſiæ promittit æternam.*

CAPVT VII.

A VAe mihi, quia factus ſum ſicut qui colligit in Autumno racemos vindemiæ: non eſt botrus ad comedendum, præcoquas ficus deſyderauit anima mea. Perijt ſanctus de terra, & rectus in hominibus non eſt: omnes in ſanguine inſidiantur, vir fratrem ſuum ad mortẽ venatur. Malum manuũ ſuarum dicunt bonũ: princeps poſtulat, & iudex in reddẽdo eſt: & magnus locutus eſt deſyderiũ animæ ſuæ, & cõturbauerũt eam. Qui optimus in eis eſt, quaſi paliurus: & qui rectus, quaſi ſpina de ſepe. Dies ſpeculationis tuæ, viſitatio tua venit: nunc erit vaſtitas eorum.

B Nolite credere amico: & nolite confidere in duce, ab ea quæ dormit in ſinu tuo cuſtodi clauſtra oris tui. Quia filius contumeliam facit patri, & filia conſurget aduerſus matrem ſuam, nurus aduerſus ſocrum ſuam: & inimici hominis domeſtici eius. Ego autem ad Dominũ aſpiciam, expectabo Deum ſaluatorem meũ: audiet me Deus meus. Ne læteris inimica mea ſuper me, quia cecidi: cõſurgã quum ſedero in tenebris, Dominus lex mea eſt. Iram Domini portabo, quoniam peccaui ei: donec cauſam meam iudicet, & faciat iudiciũ meum: educet me in lucem, videbo iuſtitiã eius. Et aſpiciet inimica mea, & operietur confuſione, quæ dicit ad me, Vbi eſt Dñs Deus tuus? Oculi mei videbunt in eam: nũc erit in cõculcationẽ, vt lutũ platearũ. Dies vt ædificẽtur maceriæ tuæ: in die illa longe fiet lex. In die illa & vſq; ad te veniet Aſſur, & vſq; ad ciuitates munitas: & à ciuitatibus munitis vſque ad flumen, & ad mare de mari, & ad montẽ de mõte. Et terra erit in deſolationem propter habitatores ſuos, & propter fructũ cogitationũ eorũ. Paſce populũ tuũ in virga tua, gregem hæreditatis tuæ, habitantes ſolos in ſaltu, in medio carmeli: paſcẽtur Baſan & Galaad iuxta dies antiquos. Secundum diem egreſſionis tuæ

D de terra Aegypti oſtendam ei mirabilia. Videbũt gentes, & confundentur ſuper omni fortitudine ſua: ponẽt manũ ſuper os, aures eorum ſurdæ erunt. Lingent puluerem ſicut ſerpentes, velut reptilia terræ turbabũtur de ædibus ſuis. Dominum Deũ noſtrũ deſyderabunt, & timebunt te. Quis Deus ſimilis tui, qui aufers iniquitatẽ, & tranſfers peccatum reliquiarũ hæreditatis tuæ? Non immittet vltrà furorem ſuum, quoniã volens miſericordiã eſt. Reuertetur, & miſerebitur noſtri: deponet iniquitates noſtras, & proijciet in profundũ maris omnia

Mich. 7 g peccata noſtra. Dabis veritatem Iacob, miſericordiam Abraham: quæ iuraſti patribus noſtris à diebus antiquis.

FINIS.

Prologus in prophetiam NAHVM.

Ex *proœmio commentariorum* Hieronymi *in Nahum.*

NAHVM *prophetã ante aduentũ regis Aſſyriorũ, qui populum Iſrael captiuũ in ſuam regionem tranſtulerat, fuiſſe, Hebræorũ traditio confirmat. Siquidẽ in fine huius lectionis, prædicti regis aduentum, idem propheta annuntiare monſtratur. Sed cum habitatores Niniue, Iona interitũ ciuitatis prædicante, ne diuina ira denuntiatũ interitum ſuſtinerẽt, peccatorũ & impietatis pœnitentiã egiſſent, acceptã Dei miſericordia, grauioribus ſe criminibus implicuerunt. Qua de cauſa memoratus propheta ſpiritu ſancto plenus, iudiciũ Dei annuntians, ita locutus eſt, Deus zelans, & vlciſcens Dominus eſt, &c. Iam enim decem tribus ab Aſſyrijs deductæ fuerant in ciuitatem ſub Ezechia rege Iuda: ſub quo etiam nunc in conſolationẽ populi trãſmigrati aduerſum Niniuen uiſio cernitur. Nec erat parua conſolatio, tam his qui iam Aſſyrijs ſeruiebant, quàm reliquis qui ſub Ezechia de tribu Iuda & Beniamin ab eiſdem hoſtibus obſidebantur, ut audirent Aſſyrios quoque à Chaldæis eſſe capiendos: ſicut in ſequentibus libri huius demonſtrabitur. Sciẽdum autem eſt quòd Niniue in noſtra lingua de Hebræo, ſpecioſam ſonat. Specioſus autem, hic mundus dicitur. Vnde & apud Græcos κόσμος ab ornatu nomen accepit. Et quicquid nunc aduerſum Niniuen dicitur: de mundo figuraliter prædicari ſentiamus. Quam ob cauſam & aſſumptio quam ſeptuaginta interpretantur λῆμμα, & Aquila ἆρμα interpretatus eſt: apud Hebræos* MASSA *ponitur, id eſt graue onus: eo quòd eam aduerſus quam uidetur, premat, nec ſinat eleuare ceruicem. Simulq; hoc attendendum, quòd hæc ipſa uel aſſumptio, uel onus, uel pondus prophetæ, uiſio ſit. Non enim loquitur propheta in ὑπάρσει, ut Montanus & Priſca, Maximillaq; delyrant: ſed quod prophetat, liber eſt uiſionis intelligentis uniuerſa quæ loquitur: & pondus hoſtiũ faciẽtis ſuo populo uiſionem. De cõſummatione itaq; mũdi ſecundũ ἀναϲκωλῆ, ô Paula & Euſtochium, in conſolationem ſanctorum prophetia texitur: ut quæcunq; in mundo uident quaſi prætereuntia & caduca contemnant, & præparent ſe ad iudicij diem, ubi ultor aduerſum ueros Aſſyrios affuturus eſt Dominus.*

Prophetia Nahum.

S. VLTIO *Domini in Niniuen & Aſſyrios, & miſeratio ſuper Iudæorum captiuitatem, & confuſio ſuper Sennacherib captiuantem.* CAPVT I.

A ONVS Niniue. Liber viſionis Nahum Elceſæi. Deus æmulator, & vlciſcens Dñs, vlciſcens Dñs & habens furorem: vlciſcens Dñs in hoſtes ſuos, & iraſcens ipſe inimicis ſuis. Dñs patiens, & magnus fortitudine, & mundans non faciet innocentem: Dominus in tempeſtate

B & turbine viæ eius, & nebulæ puluis pedum eius. Increpans mare & exiccãs illud: & omnia flumina ad deſertum deducẽs. Infirmatus eſt Baſan, & Carmelus: & flos Libani elãguit. Mõtes cõmoti ſunt ab eo, & colles deſolati ſunt: & cõtremuit terra à facie eius, & orbis, & omnes habitantes in eo. Ante faciẽ indignatiõis eius quis ſtabit? & quis reſiſtet in ira furoris eius? indignatio eius effuſa eſt vt ignis: & petræ diſſolutæ ſunt ab eo. Bonus Dominus, & confortans in die tribulationis: & ſciens ſperantes in ſe. Et in diluuio prætereunte conſummationem faciet loci eius: & inimicos eius perſequẽtur tenebræ.

C Quid cogitatis contra Dominum? conſummationem ipſe faciet: non conſurget duplex tribulatio. Quia ſicut ſpinæ ſeinuicem complectuntur: ſic conuiuiũ eorum pariter potantiũ, cõſumetur quaſi ſtipula ariditate plena. Ex te exibit cogitãs contra Dominum malitiam: mente pertractans præuaricationem. Hæc dicit Dominus, Si perfecti fuerint & ita plures: ſic

D quoq; attondẽtur, & pertranſibit: afflixi te, & nõ affligam te vltrà. Et nunc conteram virgam eius de dorſo tuo, & vincula tua diſrumpam. Et præcipiet ſuper te Dominus, non ſeminabitur ex nomine tuo amplius: de domo Dei tui interficiã ſculptile & conflatile: ponam ſepulchrum tuũ, qui inhonoratus es. Ecce ſuper montes pedes euangelizantis & annũtiantis pacem: celebra Iuda feſtiuitates tuas, & redde vota tua: quia non adijciet vltrà vt pertranſeat in te Belial, vniuerſus interijt.

Eſa. 52 b
Rom. 10 c

S. OBSIDIO *Niniue, & eius à Chaldæis depopulatio, atque ſuperbiæ eius deiectio.* CAPVT II.

A Ascendit qui dispergat corã te, qui custodiat obsidionem: contẽplare viam, conforta lumbos, robora virtutem valde. Quia reddidit Dominus superbiam Iacob, sicut superbiam Israel: quia vastatores dissipauerũt eos, & propagines eorum corruperũt. Clypeus fortiũ eius ignitus, viri exercitus in coccineis: igneæ habenæ currus in die præparationis eius, & agitatores consopiti sunt. In itineribus conturbati sunt, quadrigæ collisæ sunt
B in platéis: aspectus eorũ quasi lampades, quasi fulgura discurrentia. Recordabitur fortium suorũ, ruent in itineribus suis: velociter ascendent muros eius, & præparabitur vmbraculum. Portæ fluuiorũ apertæ sunt, & templum ad solum dirutum. Et miles captiuus abductus est: & ancillæ eius minabantur gementes vt columbæ, murmurantes in cordibus suis. Et
C Niniue quasi piscina aquarum aquæ eius: ipsi verò fugerunt. State, state: & non est qui reuertatur. Diripite argentũ, diripite aurum: & non est finis diuitiarũ ex omnibus vasis desyderabilibus. Dissipata est, & scissa, & dilacerata: & cor tabescens, & dissolutio geniculorum, & defectio in cunctis reni-
Esa.13 b bus: & facies omnium sicut nigredo ollæ. Vbi est habitaculum leonum, & pascua catulorum leonum: ad quam iuit leo, vt ingrederetur illuc: catulus leonis, & non est qui exterreat?
D Leo cepit sufficiẽter catulis suis, & necauit leænis suis: & impleuit præda speluncas suas, & cubile suum rapina. Ecce ego ad te, dicit Dominus exercituum, & succendam vsque ad fumum quadrigas tuas, & leunculos tuos comedet gladius: & exterminabo de terra prædam tuã, & non audietur vltrà vox nuntiorum tuorum.

S. NINIVE *urbs sanguinum uastabitur sub nomine adulteræ, & populus eius occidetur.* CAPVT III.

A VAE ciuitas sanguinum, vniuersa mendacij dilaceratione plena: non recedet à te rapina. Vox flagelli, & vox impetus rotæ, & equi fremẽtis, & quadrigæ feruentis, & equitis ascendentis: & micantis gladij, & fulgurantis hastæ, & multitudinis interfectæ, & grauis ruinæ: nec est finis cadauerum, & corruent in corporibus suis. Propter multitudinẽ fornicationum meretricis speciosæ, & gratæ, & habentis maleficia, quæ vendidit gentes in
Ezec.24 b
Abac.2 c
fornicationibus suis, & familias in maleficijs suis: Ecce ego
Esa.47 ad te, dicit Dominus exercituũ: & reuelabo pudenda tua in facie tua, & ostẽdã in gentibus nuditatẽ tuam, & regnis ignominiam tuam. Et proijciam super te abominationes, & contumelijs te afficiam, & ponam te in exemplũ. Et erit omnis qui viderit te, resiliet à te, & dicet, Vastata est Niniue: quis commouebit super te caput? unde quærã consolatorẽ tibi? Nunquid melior es Alexandria populorũ, quæ habitat in fluminibus? aquæ in circuitu eius: cuius diuitiæ, mare: aquæ, muri eius. Aethiopia fortitudo eius, & Aegyptus, & non est finis:
C Aphrica & Libyes fuerũt in auxilio tuo. Sed & ipsa in transmigrationẽ ducta est in captiuitatem: paruuli eius elisi sunt in capite omniũ viarum, & super inclytos eius miserũt sortẽ, & omnes optimates eius confixi sunt in cõpedibus. Et tu ergo inebriaberis, & eris despecta: & tu quæres auxiliũ ab inimico. Omnes munitiones tuæ sicut ficus cũ grossis suis: si concussæ fuerint, cadent in os comedentis. Ecce populus tuus mulieres in medio tui: inimicis tuis ad apertionẽ pandentur portæ terræ tuæ, deuorabit ignis vectes tuos. Aquam propter obsidionem hauri tibi, extrue munitiones tuas: intra in lutum & calca, subigens tene laterem. Ibi comedet te ignis: peribis gla-
D dio, deuorabit te vt bruchus. Congregare ergo vt bruchus, multiplicare vt locusta. Plures fecisti negotiationes tuas, quàm stellæ sint cœli: bruchus expansus est, & auolauit. Custodes tui quasi locustæ: & paruuli tui quasi locustæ locustarum quæ considunt in sepibus in die frigoris: sol ortus est & auolauerunt, & non est cognitus locus earũ vbi fuerint. Dormitauerunt pastores tui rex Assur, sepeliẽtur principes tui: latitauit populus tuus in montibus, & non est qui congreget. Non est obscura contritio tua, pessima est plaga tua: omnes qui audierunt auditionem tuam, compresserunt manũ super te: quia super quem non transit malitia tua semper?

FINIS.

Prologus in prophetiam HABACVC.

Ex *proœmio commentariorum Hieronymi in Habacuc.*

QVATVOR *prophetæ in duodecim prophetarum uolumine continentur: è quibus tres in principio* λήμμα, *id est, pondus titulum habent* Nahum, Habacuc *&* Malachias. Porrò Zacharias, *in medio & circa finẽ duos huiusmodi ponit titulos: è quibus unus est,* Onus *uerbi* Domini *in terra* Adrach *&* Damasci *requiei eius. alter in fine,* Onus *uerbi* Domini *super* Israël. De Nahum, *orationibus tuis iam liber editus est: de* Zacharia *&* Malachia, *si uita comes fuerit, dissetur. Nunc* Habacuc *habemus in manibus, qui uel ex eo quòd amabilis* Domini *est, uocatur amplexatio: uel quod in certamen & luctam & (ut ita dicã) amplexũ cum Deo cõgreditur, amplexãtis, id est, luctantis, sortitus est nomẽ. Nullus enim tam audaci uoce ausus est Deũ ad disceptationẽ iustitiæ prouocare, & dicere ei, Cur in rebus humanis, & in mundi istius* πολιτείᾳ *tanta rerũ uersatur iniquitas? Vociferabor ad uim patiens, & non saluabis? Quare ostẽdisti mihi iniquitatem & laborem uidere? Lacerata est lex, & nõ peruenit usque ad finem iudicium: qua impius prævalet aduersum iustum: ideo egreditur iudicium peruersum. Vides quòd temeraria uox sit, & quodammodo blasphemantis creatorem suum ad iudicium prouocare: & uas fragile aduersus figulum, cur tale uel tale factum sit disputare? Necnon & hoc animaduertendum, quòd assumptio uel pondus, quæ grauia esse iam diximus, prophetæ uisio est: & aduersum Montani dogma peruersum, intelligit quod uidet: nec ut amens loquitur, nec more insanientium fœminarum dat sine mente sonum. Vnde & Apostolus iubet ut si prophetantibus alijs, alij fuerit reuelatũ, taceant qui prius loquebantur. Et statim: Non est, inquit, dissensionis Deus, sed pacis. Ex quo intelligitur, cum quis uoluntate reticet, & alteri locum dat ad loquendum, posse & loqui & tacere cum uelit. Qui autem in* ἐνθουσιασμῷ, *id est, inuitus loquitur: nec tacere nec loqui in sua potestate habet. Illud quoque disce (quia semel à me uiolenter exigis, ut quasi quosdam gradus & scalas ad altiora nitenti, historiam tibi interpreter) prophetiam esse contra* Babylonem *&* Nabuchodonosor *regem* Chaldæorũ: *ut quomodo prior propheta* Naum, *quem* Habacuc *sequitur, uaticinium habuit contra* Niniuen *&* Assyrios, *qui uastauerunt decem tribus, quæ uocãtur* Israël: *ita* Habacuc *prophetiã habeat aduersus* Babylonem *&* Nabuchodonosor, *à quibus* Iudæa *&* Ierusalem, *templumq; subuersa sunt. Et ut scias eo tempore fuisse* Habacuc, *quo iam duæ tribus quæ uocabantur* Iudas, *ductæ erant in captiuitatem,* Daniel *docere te poterit: ad quem in lacum leonum* Habacuc *cum prandio mittitur: quanquam apud Hebræos hæc ipsa non legatur historia. Igitur siue quis recipiat scripturã illam, siue non recipiat, utrumq; pro nobis est. Aut enim recipit, & iam post factam rem liber* Habacuc *texitur: aut nõ recipit, & quasi propheta scribit quæ uentura cognoscit. Interim secundum literam causatur aduersum Deum propheta: cur* Nabuchodonosor templum Dei *uastet &* Iudam: *cur* Ierusalẽ *quondam urbs* Domini, *destruatur: quare clamet populus, & non exaudiatur: uociferetur ad* Dominum *oppressus à* Chaldæis, *& non saluetur. quare etiam ipse propheta uel populus, ex cuius persona nunc loquitur, ad hoc uixerit, & hucusque perductus sit, ut iniquitatem hostium & suum laborem uideat, cur iniustitia prævaleat aduersum se. Et hoc dicit præ mẽtis angustia, nesciens aurum in igne conflari & tres pueros de camino ignis puriores exisse quàm intrauerant. Sed & hoc generaliter accipere possumus quòd ex persona humanæ impatientiæ loquatur: ut in querulã uocem & plenã doloris erũpat, dicẽs, Quare respicis cõtemptores, & taces cõculcãte impio iustiorem*

iuſtiorem ſe? Hæc autem loquitur, neſciens iudicia Dei inueſtigabilia, & profundum diuitiarum ſapientiæ & ſcientiæ eius, quòd non ita uideat Deus ut uidet homo. Homo tantum præſentia reſpicit, Deus futura & æterna cognoſcit. Et quomodo ſi ægrotus & æſtuans febribus aquam frigidam poſtulet, & dicat ad medicum, Vim patior, crucior, uror, exanimor, uſquequo medice clamabo, & non exaudies? Et reſpondeat ei ſapientiſſimus ac clementiſſimus medicus, Scio quo tempore dare debeam quod poſtulas: & non miſereor modo, quia miſericordia iſta crudelitas eſt, & uoluntas tua contra te petit. Ita & Deus noſter ſciens clementiæ ſuæ pondera atque menſuras, interdum non exaudit clamantem, ut eum probet, & magis prouocet eum ad rogandum, & quaſi igne excoctum iuſtiorem & puriorem faciat. Quod intelligens Apoſtolus ſecundum id quod miſericordiam conſecutus eſt à Domino, ait, Sed non deficimus in tribulationibus. Et benedicit Dominum in omni tempore: & ſcit quòd qui perſeuerauerit uſque in finem, hic ſaluus erit: & gloriatur in labore & dolore. Et cum Ieremia dicit, Tribulationẽ & miſeriam inuocabo: ut quomodo alius inuocat Deum, ſic ſanctus uir & bellator inuictus ad exercẽdum ſe & probandum, tribulationem & miſeriam uenire deſyderat.

Prophetia Habacuc.



S. CONQVERVNTVR *ſancti cur iuſtos mali perſequantur, unde Aſſyrios in Iudæos armat Dominus, ſed eos tandem affligit.*

CAPVT I.

A ONVS quod vidit Habacuc propheta. Vſquequo Domine clamabo, & non exaudies? vociferabor ad te vim patiẽs, & non ſaluabis? Quare oſtendiſti mihi iniquitatem & laborem, videre prædam & iniuſtitiam contra me? Quare reſpicis cõtemptores, & taces, cõculcãte impio iuſtiorem ſe? Et facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptilia non habentia ducẽ? & factũ eſt iudiciũ & contradictio
B potentior? Propter hoc lacerata eſt lex, & nõ peruẽnit vſq; ad finẽ iudiciũ: quia impius prævalet aduerſus iuſtũ, propterea
15.13 f egredietur iudiciũ peruerſum. Aſpicite in gẽtibus, & videte, & admiramini, & obſtupeſcite: quia opus factum eſt in diebus veſtris, quod nemo credet cum narrabitur. Quia ecce ego ſuſcitabo Chaldæos, gentem amaram & velocem, ambulantem ſuper latitudinem terræ, vt poſſideat tabernacula
C non ſua. Horribilis & terribilis eſt: ex ſemetipſa iudicium & onus eius egredietur. Leuiores pardis equi eius, & velociores lupis veſpertinis, & diffundentur equites eius: equites namq; eius delonge venient, volabunt quaſi aquila feſtinans ad comedendum. Omnes ad prædam venient, facies eorum ventus vrens: & cõgregabit quaſi arenã, captiuitatem. Et ipſe de regibus triumphabit, & tyranni ridiculi eius erunt: ipſe ſuper omnem munitionem ridebit, & comportabit aggerem, & ca-
D piet eam. Tunc mutabitur ſpiritus, & pertrãſibit, & corruet: hæc eſt fortitudo eius Dei ſui. Nunquid non tu à principio Domine Deus meus, ſancte meus, & nõ moriemur? Domine in iudicium poſuiſti eum: & fortem vt corriperes, fundaſti eum. Mundi ſunt oculi tui, ne videas malum, & reſpicere ad iniquitatem non poteris. Quare non reſpicis ſuper iniqua agentes, & taces deuorante impio iuſtiorem ſe? Et facies homines quaſi piſces maris, & quaſi reptile non habens principem. Totum in hamo ſubleuauit, traxit illud in ſagena ſua, & congregauit in rete ſuum: ſuper hoc lætabitur & exultabit. Propterea immolabit ſagenæ ſuæ, & ſacrificabit reti ſuo: quia in ipſis incraſſata eſt pars eius, & cibus eius electus. Propter hoc ergo expandit ſagenam ſuam, & ſemper interficere gentes non ceſſat.

S. SVPERBIA *impios euertit, auaritia confundit auaros, ebrietas adducit ignominiam, & idololatria exilium.*

CAPVT II.

A SVper cuſtodiam meam ſtabo, & figam gradum ſuper munitionem: & contemplabor, vt videam quid dicatur mihi, & quid reſpondeã ad arguentem me. Et reſpondit mihi Dominus & dixit, Scribe viſum, & explana eum ſuper tabulas: vt percurrat qui legerit eum. Quia adhuc viſus procul, & apparebit in finem, & non mentietur: ſi morã fecerit, expecta illum: quia veniens veniet, & nõ tardabit. Ecce qui incredulus eſt, non erit recta anima eius in ſemetipſo: iuſtus autẽ in fide ſua viuet. Et quo modo vinum potantem decipit: ſic erit vir ſuperbus, & non decorabitur: qui dilatauit quaſi infernus animã ſuam: & ipſe quaſi mors, & non adimpletur: & congregabit ad ſe omnes
B gentes, & coaceruabit ad ſe omnes populos. Nunquid non omnes iſti ſuper eum parabolã ſument, & loquelã ænigmatum eius: & dicetur, Væ ei qui multiplicat non ſua? vſquequo & aggrauat contra ſe denſum lutum? Nunquid non repente cõſurgent, qui mordeant te: & ſuſcitabuntur lacerantes te, & eris in rapinã eis? Quia tu ſpoliaſti gentes multas, ſpoliabunt te omnes qui reliqui fuerint de populis: propter ſanguinẽ hominis, & iniquitatẽ terræ ciuitatis, & omnium habitantium in ea. Væ qui congregat auaritiã malã domui ſuæ, vt ſit in ex-
C celſo nidus eius, & liberari ſe putat de manu mali. Cogitaſti cõfuſionem domui tuæ, cõcidiſti populos multos, & peccauit anima tua. Quia lapis de pariete clamabit: & ſignum quod inter iuncturas ædificiorum eſt, reſpõdebit. Væ qui ædificat ciuitatem in ſanguinibus, & præparat vrbẽ in iniquitate. Nunquid non ſunt hæc à Domino exercituum? Laborabũt enim populi in multo igne: & gentes in vacuum, & deficiẽt. Quia replebitur terra, vt cognoſcant gloriam Domini, quaſi aquæ
D operientes mare. Væ qui potum dat amico ſuo, mittens fel ſuum, & inebrians: vt aſpiciat nuditatẽ eius. Repletus es ignominia pro gloria: bibe tu quoq;, & conſopire: circundabit te calix dexteræ Domini, & vomitus ignominiæ ſuper gloriam tuã. Quia iniquitas Libani operiet te, & vaſtitas animalium deterrebit eos de ſanguinibus hominis & iniquitate terræ, & ciuitatis, & omniũ habitantiũ in ea. Quid prodeſt ſculptile, quia ſculpſit illud fictor ſuus conflatile & imaginem falſam? quia ſperauit in figmẽto fictor eius vt faceret ſimulachra muta? Væ qui dicit ligno, Expergiſcere: Surge, lapidi tacenti. Nunquid ipſe docere poterit? ecce iſte coopertus eſt auro & argento: & omnis ſpiritus non eſt in viſceribus eius. Dñs autem in templo ſancto ſuo: ſileat à facie eius omnis terra.

Eſa.21 c

Ioan.3.d
Eſa.21 a
Roma.1 b
Hebr.10 g
Gal.3 b

Ezech.24 b
Naum 3 a
Babylonis incendiũ & ſpoliatio.

Cõtra idolorum cultum.

Pſal.10 b

ORATIO HABACVC pro ignorantijs. CAP. III.

A DOmine audiui auditionem tuam, & timui. Domine opus tuum in medio annorum viuifica illud: in medio annorũ notũ facies: cum iratus fueris, miſericordiæ recordaberis. Deus ab auſtro veniet,

veniet,& ſanctus de monte Pharam ſemper: operuit cœlos
CHRISTI aduẽtus, & victoria ad uerſus peccatũ, mortẽ & infernum.
gloria eius,& laudis eius plena eſt terra. Splendor eius vt lux erit,cornua in manibus eius: ibi abſcõdita eſt fortitudo eius. Ante faciem eius ibit mors,& egredietur diabolus ante pedes eius. Stetit,& menſus eſt terram: aſpexit, & diſſoluit gentes: & contriti ſunt montes ſeculi: incuruati ſunt colles mundi, ab itineribus æternitatis eius. Pro iniquitate vidi tentoria
B Aethiopiæ,turbabũtur pelles terræ Madian. Nunquid in fluminibus iratus es Domine? aut in fluminibus furor tuus? vel in mari indignatio tua, qui aſcendis ſuper equos tuos,& quadrigæ tuæ ſaluatio? Suſcitans ſuſcitabis arcum tuum: iuramenta tribubus quæ locutus es ſemper: fluuios ſcindes terræ. Vi-
C derunt te,& doluerunt montes, gurges aquarum tranſit, dedit abyſſus vocem ſuam, altitudo manus ſuas leuauit. Sol & luna ſteterũt in habitaculo ſuo, in luce ſagittarũ tuarum ibunt, in ſplendore fulgurantis haſtæ tuæ. In fremitu conculcabis terram,& in furore obſtupefacies gentes. Egreſſus es in ſalutem populi tui, in ſalutem cum CHRISTO tuo. Percuſſiſti caput de domo impij, denudaſti fundamentum vſq; ad collum ſemper. Maledixiſti ſceptris eius, capiti bellatorum eius, venientibus vt turbo ad diſpergendum me: exultatio eorum,
D ſicut eius qui deuorat pauperem in abſcondito. Viam feciſti in mari equis tuis, in luto aquarum multarum. Audiui,& conturbatus eſt venter meus, à voce contremuerunt labia mea: ingrediatur putredo in oſsibus meis & ſubter me ſcateat: vt requieſcam in die tribulationis, vt aſcendam ad populum accinctum noſtrum. Ficus enim non florebit, & non erit germen in vineis: mentietur opus oliuæ,& arua non afferent cibum: abſcindetur de ouili pecus, & non erit armentum in præſepibus. Ego autem in Domino gaudebo, & exultabo in Deo Ieſu meo. Deus Dominus fortitudo mea, & ponet pedes meos quaſi ceruorum,& ſuper excelſa mea deducet me victor, in pſalmis canentem.

FINIS.

Prologus in Sophoniæ PROPHETIAM.

Ex principio commentariorum Hieronymi in Sophoniam.

TRADVNT Hebræi, *cuiuſcunq; prophetæ pater aut auus po natur in titulo, ipſos quoque prophetas fuiſſe. Vnde & Amos unus de duodecim prophetis qui dixerat, Non ſum propheta, nec filius prophetæ, ſed paſtor caprarum uellicans ſycomoros: patris nomen in titulo non habet. Hoc ſi uerum eſt, Sophonias propheta, nomine (ut ita dicam) prophetico, & glorioſa maiorum ſuorum ſtirpe generatus eſt: habuit enim patrem Chuſi, auum Godoliam, proauum Amariam, attauum Ezechiam: & talem quadrigam ipſe uelut extremus auriga compleuit. Nomen Sophoniæ, alij ſpeculam: alij arcanum Domini tranſtulerunt. Siue igitur ſpecula, ſiue abſconditum Domini interpretetur: utrunque prophetæ conuenit. Dicitur enim ad Ezechielem, Fili hominis ſpeculatorem te poſui domui Iſrael. Iſte ergo propheta qui erat in ſpecula & in ſublimibus conſtitutus, & nouerat myſteria Domini: filius erat Chuſi qui interpretatur humilitas. Habebat quoque auum Godoliam qui dicitur magnitudo Domini: & proauum Amariam, qui & ipſe uertitur in ſermonem Domini: & attauum Ezechiã, qui ſonat fortitudo Domini. De fortitudine itaque domini natus eſt ſermo Domini: & de ſermone Domini, nata eſt magnitudo Domini: de magnitudine nata eſt humilitas: ut cum peruenerit aliquis ad perfectum, dicat, Quia non ſum dignus uocari apoſtolus. Et illud in pſalmis, Domine non eſt exaltatum cor meum: neque elati ſunt oculi mei. Ioſiam regem Iudæ cuius temporibus Sophonias prophetaſſe inuenitur, Deo præ omnibus regibus Iudæ placuiſſe, hiſtoria quarti libri regum & ſecundi Paralipomenon demonſtrat. Ioſias ſimulachra quæ pater ſuus Ammon, uel auus Manaſſes in templo Dei collocauerat, deiecta comminuiſſe mõſtratur: in quibus etiam ſerpentem æreum à Moyſe factum: quem errori inductus populus, ſuperſtitione idõlorum detentus, admiſerat. Idem cuſtodiſſe paſcha: & intermiſſis tẽporibus multis ſolus celebraſſe monſtratur. Ideo Deus per prophetam temporibus memorati regis quæ prouentura erant oſtendens gentibus quidem lectione comprehenſis affuturum iudicium: populo uero Iſrael ſalutem: & ciuitati Ieruſalem reſtaurationem tunc temporis tribuendam textu lectionis denuntiauit.*

Sophoniæ Pro_ PHETIA.

S. SEVERVM Domini in impios iudicium: unde Ieruſalem propter idõla, & mundus propter ſcelera uenit iudicandus.

CAPVT I.

A 

VERBVM Domini quod factum eſt ad Sophoniam filium Chuſi, filij Godoliæ, filiæ Amariæ, filij Ezechię, in diebus Ioſiæ filij Amon regis Iudæ. Congregans congregabo omnia à facie terræ, dicit Dominus: congregans hominem & pecus, congregans volatilia cœli & piſces maris: & ruinæ impiorũ erunt: & diſperdã homines à facie terræ, dicit Dominus. Et extendam manum meam
B ſuper Iudam & ſuper omnes habitantes Ieruſalem: & diſperdam de loco hoc reliquias Baal, & nomina ædituorũ cum ſacerdotibus: & eos qui adorant ſuper tecta militiam cœli, & adorant & iurant in domino, & iurant in Melchom: & qui auertuntur de poſt tergũ Domini, & qui non quæſierũt Dominum nec inueſtigauerunt eum. Silete à facie Domini Dei: quia iuxta eſt dies Domini, quia præparauit Dominus hoſtiam, ſanctificauit vocatos ſuos. Et erit in die hoſtiæ Domini: viſitabo ſuper principes, & ſuper filios regis, & ſuper omnes qui induti ſunt veſte peregrina; & viſitabo ſuper o-
C mnem qui arroganter ingreditur ſuper limen in die illa, qui complent domum Domini Dei ſui iniquitate & dolo. Et erit in die illa, dicit dominus, vox clamoris à porta piſcium, & vlulatus à Secunda, & contritio magna à collibus. Vlulate habitatores pilæ: conticuit omnis populus Chanáan, diſperierunt omnes inuoluti argento. Et erit in tempore illo: ſcrutabor Ieruſalem in lucernis, & viſitabo ſuper viros defixos in fęcibus ſuis: qui dicunt in cordibus ſuis, Non faciet benè Dominus, & non faciet malè. Et erit fortitudo eorum in direptionem, & domus eorum in deſertum: & ædificabunt domos, & non habitabunt: & plantabunt vineas, & non bibent vinum earum. Iuxta eſt dies Domini magnus, iuxta eſt & ve
D lox nimis: vox diei Domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulationis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarum & caliginis, dies nebulæ & turbinis: dies tubæ & clangoris ſuper ciuitates munitas & ſuper angulos excelſos. Et tribulabo homines, & ambulabunt vt cæci, quia domino peccauerunt: & effundetur ſanguis eorum ſicut humus, & corpora eorum ſicut ſtercora. Sed & argentum eorum, & aurum eorum non poterit liberare eos in die iræ Domini: in igne zeli eius deuorabitur omnis terra, quia conſummationem cum feſtinatione faciet cunctis habitantibus terram.

Amos 5 c
Dies Domini. Ierem. 30 d
Ioel 2 c
Amos 5 e
Ezechiel 7 a
Infra 3 b

S. OMNES gentes terræ ſanctæ adiacẽtes ad reſipiſcẽtiam uocat, inuehitur tamen in Philiſthæos, Moabitas, Ammonitas, Aethiopes, & Aſſyrios. CAPVT II.

Conuenite,

A CONuenite, congregamini gens nõ amabilis: priuſquam pariat iuſsio quaſi puluerem tranſeuntem diem, antequam veniat ſuper vos ira furoris Domini, antequam veniat ſuper vos dies indignationis Domini. Quærite Dominũ omnes manſueti terræ, quia iudicium eius eſtis operati: quærite iuſtum, quærite manſuetũ: ſi quo modo abſcondamini in die furoris Domini. Quia Gaza deſtructa erit, & Aſcalon in deſertũ, Azotũ in meridie eijcient, & Accaron eradicabitur. Væ qui habitatis funiculũ maris, gens perditorum: verbum Domini ſupervos Chanáan terra Philiſthinorum, & diſperdam te, ita vt non ſit inhabitator. Et erit funiculus maris requies paſtorum & caulæ pecorum: & erit funiculus eius qui remanſerit de domo Iuda, ibi paſcentur: in domibus Aſcalonis ad veſperam requieſcent: quia viſitabit eos Dominus Deus eorum, & auertet captiuitatem eorũ. Audiui opprobriũ Moab, & blaſphemias filiorum Ammon: quæ exprobrauerunt populo meo, & magnificati ſunt ſuper terminos eorũ. Propterea viuo ego, dicit Dominus exercituũ Deus Iſrael: quia Moab vt Sodoma erit, & filij Ammon quaſi Gomorrha, ficcitas ſpinarũ & acerui ſalis, & deſertum vſq; in æternũ: reliquiæ populi mei diripiẽt eos, reſidui gentis meæ poſsidebunt illos. Hoc eis eueniet pro ſuperbia ſua: quia blaſphemauerũt, & magnificati ſunt ſup populum Dñi exercituũ. Horribilis Dñs ſuper eos, & attenuabit omnes deos terræ, & adorabũt eũ viri de loco ſuo, omnes inſulæ gentium. Sed & vos Aethiopes interfecti gladio meo eritis. Et extendet manũ ſuam ſuper aquilonẽ, & perdet Aſſur: & ponet Speciosam in ſolitudinẽ & in inuium & quaſi deſertũ. Et accubabunt in medio eius greges omnes beſtiæ gentiũ: & onocrotalus & ericius in liminibus eius morabuntur: vox cantantis in feneſtra, coruus in ſuperliminari, quoniã attenuabo robur eius. Hæc eſt ciuitas glorioſa habitãs in confidentia: quæ dicebat in corde ſuo, Ego ſum, & extra me non eſt alia amplius: quomodo facta eſt in deſertũ cubile beſtiæ? Omnis qui tranſit per eam, ſibilabit, & mouebit manũ ſuam.

Iſa.34 c

S. INCREPAT Dominus Ieruſalem, duces eius, principes, iudices, & ſacerdotes, quòd ad prophetarũ uocem non pœnituerint.

CAPVT III.

A VAe prouocatrix & redempta ciuitas, columba. Non audiuit vocem, & non ſuſcepit diſciplinam: in Domino non eſt confiſa, ad Deum ſuum non appropinquauit. Principes eius in medio eius quaſi leones rugientes: iudices eius lupi veſpere, nõ relinquebant in mane. Prophetæ eius veſani, viri infideles: ſacerdotes eius polluerunt ſanctum, iniuſtè egerunt contra legẽ. Dominus iuſtus in medio eius non faciet iniquitatem: mane mane iudicium ſuũ dabit in luce, & nõ abſcõdetur: neſciuit autem iniquus confuſionẽ. Diſperdidi gentes, & diſsipati ſunt anguli earũ: deſertas feci vias eorum, dum non eſt qui tranſeat: deſolatæ ſunt ciuitates eorũ, nõ remanente viro, neq; vllo habitatore. Dixi, Attamen timebis me, ſuſcipies diſciplinã: & non peribit habitaculũ eius, propter omnia in quibus viſitaui eã: veruntamen diluculo ſurgentes, corruperunt omnes cogitationes ſuas. Quapropter expecta me, dicit Dominus, in die reſurrectionis meæ in futurum, quia iudicium meum vt congregem gentes, & colligam regna: & effundã ſuper eos indignationem meam, omnẽ iram furoris mei: in igne enim zeli mei deuorabitur omnis terra. Quia tunc reddam populis labium electũ, vt inuocẽt omnes in nomine Domini, & ſeruiãt ei humero vno. Vltra flumina Aethiopiæ, inde ſupplices mei filij diſperſorũ meorũ deferẽt munus mihi. In die illa nõ confundêris ſuper cunctis adinuentionibus tuis, quibus præuaricata es in me: quia tunc auferã de medio tui magniloquos ſuperbiæ tuæ, & non adijcies exaltari amplius in monte ſancto meo. Et derelinquam in medio tui populũ pauperem & egenum: & ſperabunt in nomine Domini. Reliquiæ Iſrael non facient iniquitatem, nec loquentur mendacium, & non inuenietur in ore eorum lingua doloſa: quoniam ipſi paſcentur & accubabunt, & nõ erit qui exterreat. Lauda filia Sion, iubila Iſrael: lætare, & exulta in omni corde filia Ieruſalem. Abſtulit Dominus iudicium tuũ, auertit inimicos tuos: rex Iſrael Dominus in medio tui, non timebis malum vltrà. In die illa dicetur Ieruſalem, Noli timere: Sion, nõ diſſoluantur manus tuę. Dominus Deus tuus in medio tui fortis, ipſe ſaluabit: gaudebit ſup te in lętitia, ſilebit in dilectione tua, & exultabit: ſuper te in laude. Nugas quæ à lege receſſerant, congregabo, quia ex te erant: vt non vltrà habeas ſuper eis opprobrium. Ecce ego interficiam omnes qui afflixerunt te in tempore illo: & ſaluabo claudicantem, & eam quæ eiecta fuerat congregabo: & ponam eos in laudẽ & in nomen, in omni terra confuſionis eorum. In tempore illo quo adducam vos, & in tempore quo congregabo vos: dabo enim vos in nomen, & in laudem omnibus populis terræ, cum conuertero captiuitatem veſtram coram oculis veſtris, dicit Dominus.

Micb.4 b

FINIS.

Prologus in prophetiam AGGAEI.

IEREMIAS *propheta ob cauſam periurij Sedeciæ regis (ut hiſtoria libri ſecundi Paralipomenon indicat) qui fidem promiſſam Nabuchodonoſor regi Chaldæorum nõ ſeruauerat, populũ Iſraël refert cum memorato rege Ieruſalẽ, expugnata Ieruſalẽ, captiuũ in Babylonem fuiſſe perductũ. Sed cũ memoratus populus multis temporibus idôlis ſeruiendo, & effuſione ſanguinis innocentũ ſe grauiter impiaſſet: uolens Deus generationẽ uniuerſam eiuſdẽ populi ob cauſas memoratas penitus deperire, ſeptuaginta annorum captiuitatẽ eundẽ populum in regno Chaldæorum ſtatuit ſuſtinere: hac ratione, ut cõpleto numero annorum, nouus populus à memoratis peccatis immunis ad renouationem Ieruſalem perueniret. Sexageſimo itaq; ſecundo anno, regno Chaldæorum ſubuerſo, cui adhuc octo anni reſtabant ad regnandũ, quod etiam ſexta uiſio Danielis oſtendit: cum propter cauſam ſacrilegij, quod in eadem uiſione cõtinetur, fuiſſet extinctum, Darius qui Medis imperabat, ut ſeptima uiſio Danielis oſtendit, memoratorum regno ſucceßit. Cuius primo anno regni, ut decima uiſio Danielis manifeſtat, Daniel ſupputatis annis uidens appropinquare tempus reuerſionis, quæ per Ieremiam fuerat promiſſa, orãs tam pro ſe quàm pro populo, eãdem promißionem à Deo poſtulabat impleri. Cui per Gabrielem archangelum in eadem uiſione iuxta preces eiuſdem, uniuerſa completa eſſe, Deus dixit. Nam moriente ſupradicto Dario rege Medorũ, & ſuccedente in regno, Cyro rege Perſarum: promißione Dei completa, per eundem regem populũ Iſraël in Ieruſalem reductũ, hiſtoria ſecundi libri Paralipomenon, & initium Eſdræ prophetæ confirmant. Cumq; à populo Iſraël & ſenioribus templum Dei ædificari cœpiſſet: mortuo Cyro rege, ac regnante Dario rege Perſarum, qui memorato Cyro ſucceſſerat: uicinæ gentes ciuitatis Ieruſalem, (ut idem Eſdras refert) reſtaurationẽ templi & ciuitatis reſiſtendo impedire cœperunt. Qua ratione deterritus populus Iſraël, reparationem ſupradicti templi Domini necdum iuxta promißionem conceſſam eſſe credebat. Propter quod in ſecundo anno regni memorati Darij regis Perſarum, Aggæus propheta à Deo miſſus, Zorobabel qui de tribu erat Iuda qui poteſtatem regni ſuſcepturus erat, & Ieſum filium Ioſedec ſummum ſacerdotem admonet, ut credant completo numero annorum tempus reſtaurationis Ieruſalem aduenisſe: hoc etiam addito, ne incredulitatem populi uellẽt imitari, de quo Deus per eum dixit, Populus hic dicit, Nondum uenit tempus ut ædificetur domus Dei. Omnia autem quæ textu huius prophetiæ continentur, reuerſionem populi, ædificationem templi, renouationem ciuitatis, obſeruantiam ſacerdotalem, & interitum regnorum gentium exterarum ſignificant.*

Aggæi Prophetia.

S. INCITANTVR *principes & populus ad templi reædificationem, quòd illo neglecto propria curabant: unde* Zorobabel *& Ieſus opus aggrediuntur.* CAPVT I.

A IN ANNO ſecundo Darij regis, in
2 Eſdr. 5 a menſe ſexto, in die vna menſis: factū eſt verbum Domini in manu Aggæi prophetæ ad Zorobabel filium Salathiel ducem Iuda, & ad Ieſum filiū Ioſedec ſacerdotē magnū, dicens, Hæc ait Dominus exercituū, dicēs, Populus iſte dicit, Nondū venit tempus domus Domini ædificandæ. Et factū
B eſt verbū Domini in manu Aggæi prophetæ, dicēs, Nūquid tempus vobis eſt, vt habitetis in domibus veſtris laqueatis, &
Deut. 28 d domus iſta deſerta? Et nunc hæc dicit Dominus exercituum,
Mich. 6 d Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras. Seminaſtis multum, & intuliſtis parum: comediſtis, & non eſtis ſatiati: bibiſtis, & nō eſtis inebriati: operuiſtis vos, & nō eſtis calefacti: & qui mercedes cōgregauit, miſit eas in ſacculum pertuſum. Hæc dicit Dominus exercituū, Ponite corda veſtra ſuper vias veſtras,
C aſcendite in montē, portate ligna, & ædificate domum: & acceptabilis mihi erit, & glorificabor, dicit Dominus. Reſpexiſtis ad amplius, & ecce factum eſt minus: & intuliſtis in domum, & exufflaui illud: quam ob cauſam, dicit Dominus exercituum? quia domus mea deſerta eſt, & vos feſtinatis vnuſquiſque in domū ſuam. Propter hoc ſuper vos prohibiti ſunt cœli ne darent rorem, & terra prohibita eſt ne daret germen ſuum: & vocaui ſiccitatem ſuper terram, & ſuper montes, & ſuper triticum, & ſuper vinum, & ſuper oleum, & quæcunq; profert humus, & ſuper homines, & ſuper iumenta, & ſuper omnem laborē manuū. Et audiuit Zorobabel filius Salathiel,
D & Ieſus filius Ioſedec ſacerdos magnus, & omnes reliquiæ populi vocem Dei ſui, & verba Aggæi prophetæ, ſicut miſit eum Dominus Deus eorum ad eos: & timuit populus à facie Domini. Et dixit Aggæus nuntius Domini, de nuntijs Domini, populo dicens, Ego vobiſcum ſum, dicit Dominus. Et ſuſcitauit Dominus ſpiritum Zorobabel filij Salathiel ducis Iuda, & ſpiritum Ieſu filij Ioſedec ſacerdotis magni, & ſpiritum reliquorum de omni populo: & ingreſſi ſunt, & faciebant opus in domo Domini exercituum Dei ſui.

S. MAIOR *gloria nouiſſimæ domus quàm prioris ſperatur propter* CHRISTI *aduentum, qui ſua præſentia illam glorificabit actis & miraculis.* CAPVT II.

A IN die viceſima & quarta menſis, in ſexto menſe, in anno ſecundo Darij regis. In ſeptimo menſe, viceſima & prima menſis: factum eſt verbū Domini in manu Aggæi prophetæ, dicens, Loquere ad Zorobabel filium Salathiel ducē Iuda, & ad Ieſum filium Ioſedec ſacerdotem magnum, & ad reliquos populi, dicens, Quis in vobis eſt derelictus, qui vidit domum iſtam in gloria ſua prima? & quid vos videtis hanc nunc? nunquid non ita eſt, quaſi non ſit in oculis veſtris? Et nunc confortare Zorobabel, dicit Dominus: & confortare Ieſu fili Ioſedec ſacerdos magne, & confortare omnis populus terræ, dicit Dominus exer
B cituum. Et facite, quoniam ego vobiſcum ſum, dicit Dominus exercituum. Verbum quod pepigi vobiſcū cum egrederemini de terra Aegypti: & ſpiritus meus erit in medio veſtrum, nolite timere. Quia hæc dicit Dominus exercituum,
Hebr. 12 b Adhuc vnum modicum eſt, & ego commouebo cœlum & terram, & mare, & aridam. Et mouebo omnes gentes, & veniet deſyderatus cunctis gentibus: & implebo domum iſtam gloria, dicit Dominus exercituum. Meum eſt argentum, &
C meum eſt aurum, dicit Dominus exercituū. Magna erit gloria domus iſtius nouiſſimæ plus quàm primæ, dicit Dominus exercituum: & in loco iſto dabo pacem, dicit Dominus exercituum. In viceſima & quarta noni menſis, in anno ſecūdo Darij regis, factum eſt verbum Domini ad Aggæum prophetam, dicens, Hæc dicit Dominus Deus exercituū, Interroga ſacerdotes legem, dicens, Si tulerit homo carnē ſanctificatam in ora veſtimenti ſui, & tetigerit de ſummitate eius panem, aut pulmentū, aut vinum, aut oleum, aut omnē cibum: nunquid ſanctificabitur? Reſpondentes autem ſacerdotes dixerunt, Non. Et dixit Aggæus, Si tetigerit pollutus in anima, ex omnibus his, nunquid contaminabitur? Et reſpondentes ſacerdotes, & dixerūt, Cōtaminabitur. Et reſpōdit Aggæus, & dixit, Sic populus iſte, & ſic gens iſta ante faciem meā, dicit Dominus, & ſic omne opus manuum eorum: & omnia quæ obtulerunt ibi, cōtaminata erunt. Et nunc ponite corda veſtra, à die hac & ſuprà antequam poneretur lapis ſuper lapidem in templo Domini. Cum accederetis ad aceruū viginti modiorū, & fierent decem: & intraretis ad torcular vt exprimeretis quinquaginta lagenas, & fiebāt viginti. Percuſſi vos vento vrente, & aurugine, & grandine omnia opera manuum veſtrarum: & non fuit in vobis qui reuerteretur ad me, dicit Dominus. Ponite corda veſtra ex die iſta & in futurum,
D à die viceſima & quarta noni menſis: à die qua fundamenta iacta ſunt templi Domini, ponite ſuper cor veſtrum. Nunquid iam ſemen in germine eſt: & adhuc vinea, & ficus, & malogranatum, & lignum oliuæ non floruit? ex die iſta benedicam. Et factum eſt verbum Domini ſecundò ad Aggæum, in viceſima & quarta menſis, dicens, Loquere ad Zorobabel ducem Iuda, dicens, Ego mouebo cœlum pariter & terrā. Et ſubuertam ſolium regnorum, & cōteram fortitudinem regni gentium: & ſubuertam quadrigam & aſcenſorem eius: & deſcendent equi, & aſcenſores eorum, vir in gladio fratris ſui. In die illo, dicit dominus exercituum, aſſumam te Zorobabel fi- Eccl. 49. c
lij Salathiel ſerue meus, dicit Dominus: & ponam te quaſi ſignaculum, quia te elegi, dicit Dominus exercituum.

FINIS.

Prologus in Zachariæ prophetiam.

SECVNDO *anno Darij regis Medorum Aggæum & Zachariam prophetaſſe, lectiones eorundem declarant. Sed hac de cauſa Aggæus Zachariæ in ordine prophetarum prælatus eſſe uidetur, quòd eum duobus menſibus, ut prædictorū lectiones oſtendunt, in prophetia præceſſiſſe inuenitur, & ad reparationem templi præcepto Dei populum animaſſe, ut Eſdras refert, dicens, In ſecundo anno Darij regis Perſarum prophetauerunt Aggæus & Zacharias filius Addo prophetæ, ſuper Iudæos qui erant in Iuda & Ieruſalem, ſuper Iſraël in nomine Dei Iſraël ſuper eos. Tunc ſurrexerunt Zorobabel filius Salathiel, & Ieſus filius Ioſedec, & principes eius: inchoaueruntq; ædificare domum Dei, quæ eſt in Ieruſalem. Quibus cum adeſſent prophetæ, exhortatione ſua adiuuerunt eos. Nam & populum Iſraël ab imitatione paternorum delictorum, per ſuam admonitionem idem propheta cupiens reuocare, uerbis lectione comprehenſis uſus eſt, Vidi nocte: & ecce uir aſcenderat ſuper equum rubeum, &c. Vidit propheta uirum equo rubeo ſedentē, & ſtantem in medio myrteti umbroſi: cuius uiſionis hæc ſolutio eſt: Vir aſcēdens equum rubeum, licet Angelus intelligatur, tamen quia prædicti coloris equum conſcendere uiſus eſt, uindictam ſanguinis in eam gentem ſignificat afferendam, quæ populum Iſraël in captiuitatem redegerat. Nam & Eſaias propheta per ruborem ueſtimentorū, inter gentes uindictam cū ſanguine à Deo proferendā demonſtrans, his uerbis uſus eſt, dicēs, Quis eſt iſte qui uenit de Edom, tinctis ueſtibus de*

Boſra,

Bosra, &c. Stantem uerò in medio myrteti umbrantis quòd dixit: lætitiam populo affuturam, per myrteti significationem uoluit designari. Eius ligni Moyses in Leuitico cum faceret mentionem, ait, Accipietis die prima fructus ligni speciosi, ut lætitiam populi, per bene olentis ligni & speciosi umbraculum demonstraret. Sed hanc uisionem, quæ liberationem populi, & uindictam de aduersarijs affuturam demõstrat, ob hoc noctu propheta se uidisse memorauit, quia populum Israël in prima liberatione de terra Aegypti, noctu discessisse constabat: cuius exempli quia præsens populus aliquam partem in se retinere uidebatur, liberatio eiusdem ac reditus captiuitatis de terra Chaldæorum per noctem prophetæ est reuelata.

Prophetia zachariæ.



S. HORTATVR *propheta populum ad resipiscentiam, ne patres suos prophetas persequentes imitentur, pro quibus promittitur saluator, & in populos animaduersio.* CAPVT I.

A IN MENSE octauo, in anno secundo Darij, factum est verbũ Domini ad Zachariam filium Barachiæ filij Addo prophetam, dicens, Iratus est Dominus super patres vestros iracũdia. Et dices ad eos, Hæc dicit Dñs exercituum, Conuertimini ad me, ait Dominus exercituum: & conuertar ad vos, dicit Dominus exercituũ. Ne sitis sicut patres vestri, ad quos clamabãt prophetæ priores, dicẽtes, Hęc dicit Dominus exercituum, Conuertimini de vijs vestris malis, & de cogitationibus vestris pessimis: & non audierunt, neque attenderunt ad me, dicit Dominus. Patres vestri vbi sunt? & prophetæ nunquid in sempiternum viuent? Verumtamen verba mea & legitima mea quæ mandaui seruis meis prophetis, nunquid non cõprehenderũt patres vestros? & conuersi sunt, & dixerunt, Sicut cogitauit Dominus exercituum facere nobis secundum vias nostras, & secundũ adinuentiones nostras, fecit nobis. In die vicesima & quarta vndecimi mensis Sabat: in anno secundo Darij, factum est verbũ Domini ad Zachariã filium Barachię filij Addo prophetam, dicens, Vidi per noctẽ, & ecce vir ascendẽs super equum rufum, & ipse stabat inter myrteta quæ erant in profundo: & post eũ equi rufi, varij & albi. Et dixit, Quid sunt isti, Domine mi? Et dixit ad me Angelus qui loquebatur in me, Ego ostendam tibi quid sint hæc. Et respondit vir qui stabat inter myrteta, & dixit, Isti sunt quos misit Dominus, vt perambulent terram. Et responderunt angelo Domini, qui stabat inter myrteta, & dixerunt, Perambulauimus terram, & ecce omnis terra habitatur & quiescit. Et respondit angelus Domini, & dixit, Domine exercituũ, vsquequo tu nõ miserebris Ierusalem & vrbiũ Iuda, quibus iratus es? iste iam septuagesimus annus est. Et respondit Dominus angelo qui loquebatur in me verba bona, verba consolatoria. Et dixit ad me angelus, qui loquebatur in me, Clama, dicẽs, Hæc dicit Dominus exercituũ, Zelatus sum Ierusalẽ & Sion zelo magno. Et ira magna ego irascor super gẽtes opulẽtas: quia ego iratus sum parum, ipsi verò adiuuerunt in malum. Propterea hæc dicit Do
D minus, Reuertar ad Ierusalem in misericordijs: domus mea ædificabitur in ea, ait Dominus exercituũ: & perpendiculũ extendetur super Ierusalẽ. Adhuc clama dicẽs, Hęc dicit Dominus exercituũ, Adhuc affluẽt ciuitates meæ bonis: & cõsolabitur adhuc Dominus Sion, & eliget adhuc Ierusalẽ. Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce quatuor cornua. Et dixi ad angelũ qui loquebatur in me, Quid sunt hæc? Et dixit ad me, Hęc sunt cornua quę ventilauerũt Iudã, & Israel, & Ierusalẽ. Et ostẽdit mihi Dominus quatuor fabros. Et dixi, Quid isti veniũt facere? Qui ait, dicẽs, Hæc sunt cornua, quæ vẽtilauerunt Iudam per singulos viros, & nemo eorũ leuauit caput suum: & venerunt isti deterrere ea, vt deijciant cornua gentiũ quæ leuauerũt cornu super terram Iuda vt dispergerẽt eam.

S. INSTAVRATIO *Ierusalem, & inhabitatio eius promittitur dispersis propter saluatoris aduentum, & gentium in ecclesiam ingressum.* CAPVT II.

A ET leuaui oculos meos, & vidi: & ecce vir, & in manu eius funiculus mensorum. Et dixi, Quò tu vadis? Et dixit ad me, Vt metiar Ierusalẽ, & videam quanta sit longitudo eius, & quanta latitudo eius. Et ecce angelus qui loquebatur in me, egrediebatur, & angelus alius egrediebatur in occursum eius. Et dixit ad
B eum, Curre, loquere ad puerũ istum, dicens, Absq; muro habitabitur Ierusalem præ multitudine hominũ & iumentorũ in medio eius. Et ego ero ei, ait Dominus, murus ignis in circuitu: & in gloria ero in medio eius. O, ò, fugite de terra Aquilonis, dicit Dominus: quoniam in quatuor ventos cœli dispersi vos, dicit Dominus, O Sion fuge quæ habitas apud
C filiam Babylonis, quia hæc dicit Dominus exercituum, Post gloriã misit me ad gentes quæ spoliauerunt vos: qui enim tetigerit vos, tangit pupillã oculi mei: quia ecce ego leuo manum meã super eos, & erũt prædæ his qui seruiebãt sibi: & cognoscetis quia Dominus exercituũ misit me. Lauda & lætare filia Sion: quia ecce ego venio, & habitabo in medio tui, ait
D Dominus. Et applicabuntur gentes multæ ad Dominum in die illa, & erunt mihi in populum, & habitabo in medio tui: & scies quia Dominus exercituum misit me ad te. Et possidebit Dominus Iudam partem suam in terra sanctificata: & eliget adhuc Ierusalem. Sileat omnis caro à facie Domini: quia consurrexit de habitaculo sancto suo.

Aduentus CHRISTI.

S. IGNOMINIA *in* CHRISTVM *& gloria, sub typo Iesu sacerdotis super uxore alienigena accusati, & uestium mutatione.* CAPVT III.

A ET ostendit mihi Iesum sacerdotẽ magnum stantem corã angelo Domini: & Satan stabat à dextris eius, vt aduersaretur ei. Et dixit Dominus ad Satan, Increpet Dominus in te Satan: & increpet Dominus in te, qui elegit Ierusalẽ: nũquid nõ iste torris est, erutus de igne? Et Iesus erat indutus vestibus sordidis: & sta
B bat ante faciẽ angeli. Qui respõdit, & ait ad eos qui stabãt coram se, dicens, Auferte vestimenta sordida ab eo. Et dixit ad eum, Ecce abstuli à te iniquitatem tuã, & indui te mutatorijs. Et dixit, Ponite cidarim mundã super caput eius. Et posuerunt cidarim mũdã super caput eius, & induerũt eũ vestibus: & angelus Domini stabat. Et cõtestabatur angelus Domini
C Iesum, dicens, Hæc dicit Dominus exercituũ, Si in vijs meis ambulaueris, & custodiã meã custodieris: tu quoq; iudicabis domum meã, & custodies atria mea, & dabo tibi ambulãtes

D de eis qui nunc hîc aſsiſtũt. Audi Ieſu ſacerdos magne, tu & amici tui qui habitant coram te, quia viri portendentes ſunt, ecce enim ego adducam ſeruum meum Orientem. Quia ecce lapis quem dedi coram Ieſu: ſuper lapidem vnum ſeptem oculi ſunt. Ecce ego celabo ſculpturam eius, ait Dominus exercituum: & auferam iniquitatem terræ illius in die vna. In die illa, dicit Dominus exercituũ, vocabit vir amicum ſuum ſubter vineam & ſubter ficum.

De Chriſto prophetia. Luc. 1 g

S. CANDELABRVM *aureum & duæ oliuæ* CHRISTVM *& eccleſiam præſagiunt.* CAPVT IIII.

A ET reuerſus eſt angelus qui loquebatur in me: & ſuſcitauit me, quaſi virũ qui ſuſcitatur de ſomno ſuo. Et dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi, Vidi, & ecce candelabrum aureum totum, & lampas eius ſuper caput ipſius: & ſeptem lucernæ eius ſuper illud: & ſeptem infuſoria lucernis quæ erant ſuper caput eius. Et duæ oliuæ ſuper illud: una à dextris lãpadis, & vna à ſiniſtris eius. Et reſpondi, & aio ad angelum qui loquebatur in me: dicens,
B Quid ſunt hæc domine mi? Et reſpondit angelus qui loquebatur in me: & dixit ad me, Nunquid neſcis quid ſunt hæc? Et dixi, Non, Domine mi. Et reſpondit, & ait ad me, dicens, Hoc eſt verbũ Domini ad Zorobabel, dicens, Non in exercitu, nec in robore: ſed in ſpiritu meo, dicit Dominus exercituum. Quis tu mons magne coram Zorobabel in planum?
C & educet lapidem primariũ, & exæquabit gratiæ eius. Et factum eſt verbũ Domini ad me, dicẽs, Manus Zorobabel fundauerunt domum iſtã, & manus eius perficiẽt eam: & ſcietis quia Dominus exercituũ miſit me ad vos. Quis enim deſpexit dies paruos? & lætabuntur, & videbunt lapidem ſtanneũ
D in manu Zorobabel. Septẽ iſti: oculi ſunt Domini, qui diſcurrunt in vniuerſam terrã. Et reſpondi, & dixi ad eũ, Quid ſunt duæ oliuæ iſtæ ad dexteram candelabri, & ad ſiniſtram eius? Et reſpondi ſecundò, & dixi ad eum, Quid ſunt duæ ſpicæ oliuarum, quæ ſunt iuxta duo roſtra aurea, in quibus ſunt ſuffuſoria ex auro? Et ait ad me, dicens, Nunquid neſcis quid ſunt hæc? Et dixi, Non domine mi. Et dixit, Iſti ſunt duo filij olei, qui aſsiſtunt Dominatori vniuerſæ terræ.

S. LIBER *volans & mulier amphore inſidens populum in captiuitatem ducendum ſignificat.* CAPVT V.

A ET conuerſus ſum, & leuaui oculos meos: & vidi, & ecce volumen volans. Et dixit ad me, Quid tu vides? Et dixi, Ecce ego video volumen volans: longitudo eius viginti cubitorũ, & latitudo eius decem cubitorũ. Et dixit ad me, Hæc eſt maledictio quę egreditur ſuper faciem omnis terræ: quia omnis fur, ſicut ibi
B ſcriptũ eſt, iudicabitur: & omnis iurans, ex hoc ſimiliter iudicabitur. Educam illud, dicit Dominus exercituũ: & veniet ad domũ furis, & ad domũ iurantis in nomine meo mendaciter: & cõmorabitur in medio domus eius, & cõſumet eã, & ligna eius & lapides eis. Et egreſſus eſt angelus qui loquebatur in
C me, & dixit ad me: Leua oculos tuos, & vide: quid eſt hoc quod egreditur? Et dixi, Quidnã eſt? Et ait, Hæc eſt amphora egrediens. Et dixit, Hæc eſt oculus eorũ in vniuerſa terra. Et ecce talentũ plumbi portabatur, & ecce mulier vna ſedẽs in medio amphoræ. Et dixit, Hæc eſt impietas. Et proiecit eam in medio amphoræ, & miſit maſſam plumbeã in os eius,
D Et leuaui oculos meos, & vidi: & ecce duæ mulieres egrediẽtes, & ſpiritus in alis earũ, & habebant alas quaſi alas milui: & leuauerunt amphoram inter terram & cœlum. Et dixi ad angelum qui loquebatur in me, Quò iſtæ deferunt amphoram? Et dixit ad me, Vt ædificetur ei domus in terra Sennáar, & ſtabiliatur, & ponatur ibi ſuper baſem ſuam.

S. QVATVOR *quadrigæ quatuor regnorũ ſucceſſiones indicant ſub typo regni* CHRISTI *& ſacerdotij eius.* CAP. VI.

A ET conuerſus ſum, & leuaui oculos meos, & vidi: & ecce quatuor quadrigæ egredientes de medio duorum montiũ: & montes, mõtes ærei. In quadriga prima equi rufi, in quadriga ſecunda equi nigri, in quadriga tertia equi albi, & in quadriga quarta equi varij & fortes. Et reſpondi, & dixi ad angelũ qui loquebatur in me, Quid ſunt hæc domine mi? Et reſpondit angelus, & ait ad me, Iſti ſunt quatuor venti cœli, qui egrediũtur vt ſtẽt
B coram dominatore omnis terræ. In qua erant equi nigri, egrediebantur in terram Aquilonis: & albi egreſsi ſunt poſt eos: & varij egreſsi ſunt ad terram Auſtri: qui autem erant robuſtiſsimi, exierunt, & quærebant ire, & diſcurrere per omnem terram. Et dixit, Ite, perambulate terram, & perambulauerũt terram. Et vocauit me, & locutus eſt ad me, dicens, Ecce qui egrediuntur in terram Aquilonis, requieſcere fecerunt ſpiri-
C tum meum in terra Aquilonis. Et factum eſt verbum Domini ad me, dicens, Sume à tranſmigratione ab Oldai, & à Tobia, & ab Idaia: & venies tu in die illa, & intrabis domũ Ioſiæ filij Sophoniæ, qui venerunt de Babylone. Et ſumes aurum, & argentum, & facies coronas: & pones in capite Ieſu filij Ioſedec ſacerdotis magni, & loquêris ad eũ, dicens, Hæc ait Dominus exercituum, dicẽs, Ecce vir, Oriens nomẽ eius: & ſubter eum orietur, & ædificabit templum Domino. Et ipſe extruet templum Domino: & ipſe portabit gloriam, &
D ſedebit, & dominabitur ſuper ſolio ſuo. Et erit ſacerdos ſuper ſolio ſuo, & conſilium pacis erit inter illos duos. Et coronæ erunt Helem, & Tobiæ, & Idaiæ, & Hen filio Sophonię, memoriale in templo Domini. Et qui procul ſunt, venient, & ædificabunt in templo Domini, & ſcietis quia Dominus exercituum miſit me ad vos. Erit autem hoc, ſi auditu audieritis vocem Domini Dei veſtri.

Figura regni & ſacerdotij Chriſti. Luc. 1 g

S. IEIVNIA *abſq; operibus miſericordiæ parum* [illegible] *lia ſunt, diſpergentur autem Iudæi propter cõtemptũ diuinorum mandatorum: quorum* Dominus *miſeretur ſi reſipuerint.* CAPVT VII.

ET factum eſt in anno quarto Darij regis, factum eſt verbum Domini ad Zachariã, in quarta menſis noni, qui eſt Caſleu. Et miſerũt ad domũ Dei Saràſar & Rogommélech, & viri qui erant cũ eo, ad precandum faciem Domini: vt dicerent ſacerdotibus domus Domini exercituum & prophetis, loquentes, Nunquid flendum eſt mihi in quinto menſe, vel ſanctificare me debeo:
B ſicut iam feci multis annis? Et factũ eſt verbum Domini exercituum ad me, dicens, Loquere ad omnem populum terræ, & ad ſacerdotes, dicens, Cum ieiunaretis, & plangeretis in quinto & ſeptimo per hos ſeptuaginta annos: nunquid ieiunium ieiunaſtis mihi? & cum comediſtis & bibiſtis: nunquid non vobis comediſtis, & vobiſmetipſis bibiſtis? Nunquid non ſunt verba quæ locutus eſt Dominus in manu prophetarum priorũ, cum adhuc Ieruſalem habitaretur, & eſſet opu
C lenta, ipſa, & vrbes in circuitu eius, & ad auſtrum & in campeſtribus habitaretur? Et factum eſt verbum Domini ad Zachariam, dicens, Hæc ait Dominus exercituum, dicens, Iudicium verum iudicate: & miſericordiam & miſerationes facite vnuſquiſque cũ fratre ſuo. Et viduam & pupillũ, & aduenam, & pauperem nolite calumniari: & malum vir fratri ſuo non cogitet in corde ſuo. Et noluerunt attendere, & auerterunt ſcapulã recedentes: & aures ſuas aggrauauerunt, ne audirent. Et cor ſuum poſuerunt vt adamantem, ne audirẽt legem
D & verba quæ miſit Dominus exercituum in ſpiritu ſuo per manum prophetarũ priorum: & facta eſt indignatio magna à Domino exercituum. Et factum eſt ſicut locutus ſum, & nõ audierunt: ſic clamabunt, & non exaudiam, dicit Dominus exercituum. Et diſperſi eos per omnia regna quæ neſciunt: & terra deſolata eſt ab eis, eo quòd non eſſet tranſiens & reuertens: & poſuerunt terram deſyderabilem in deſertum.

Exo. 22 d Eſa. 1 f Iere. 6 g

S. EXILII

S. EXILII [*Iudaici miſertus Dominus populum reuocat in Ieruſalem, multa promittens ſi præcepta ſua illæſa ſeruauerint, cum quibus gentes ad* CHRISTVM *tandem conuenient.*

CAPVT VIII.

A ET factum eſt verbum Domini exercituũ ad me, dicens, Hæc dicit Dominus exercituũ, Zelatus ſum Sion zelo magno, & indignatione magna zelatus ſum eam. Hæc dicit Dominus exercituum, Reuerſus ſum ad Sion: & habitabo in medio Ieruſalem: & vocabitur Ieruſalem Ciuitas veritatis, & Mons Domini exercituũ, mons ſanctificatus. Hæc dicit Dominus exercituum, Adhuc habitabunt ſenes, & anus in platéis Ieruſalem: & viri baculus in manu eius præ multitudine dierũ. Et plateæ ciuitatis complebuntur infantibus, & puellis ludentibus in platéis eius. Hæc dicit Dominus exercituum, Si videbitur difficile in oculis reliquiarum populi huius in diebus illis: nũquid in oculis meis difficile erit, dicit Dominus exercituũ? Hæc dicit Dominus exercituũ, Ecce ego ſaluabo populum meũ de terra orientis, & de terra occaſus ſolis. Et adducam eos, & habitabunt in medio Ieruſalẽ: & erunt mihi in populum, & ego ero eis in Deũ in veritate & in iuſtitia. Hæc dicit Dominus exercituum, Confortentur manus veſtræ, qui auditis in his diebus ſermones iſtos per os prophetarũ in die qua fundata eſt domus Domini exercituũ, vt templũ ædificaretur. Siquidẽ ante dies illos merces hominum non erat, nec merces iumentorũ erat, neq; introeunti neq; exeunti erat pax præ tribulatione: & dimiſi omnes homines vnumquenque contra proximũ ſuum. Nunc autẽ nõ iuxta dies priores ego faciam reliquijs populi huius, dicit Dominus exercituũ, ſed ſemen pacis erit: vinea dabit fructum ſuũ, & terra dabit germen ſuum, & cœli dabunt rorem ſuum: & poſſidere faciam reliquias populi eius vniuerſa hæc. Et erit: ſicut eratis maledictio in gentibus, domus Iuda & domus Iſrael, ſic ſaluabo vos: & eritis benedictio. Nolite timere, confortentur manus veſtræ: quia hæc dicit Dominus exercituũ, Sicut cogitaui vt affligerem vos, cùm ad iracundiam prouocaſſent patres veſtri me, dicit Dominus, & non ſum miſertus: ſic conuerſus cogitaui in diebus iſtis vt benefaciam domui Iuda & Ieruſalẽ: nolite timere. Hæc ſunt ergo verba quæ facietis, Loquimini veritatem vnuſquiſque cum proximo ſuo: veritatem & iudicium pacis iudicate in portis veſtris. Et vnuſquiſq; malũ contra amicum ſuum ne cogitetis in cordibus veſtris: & iuramentum mendax ne diligatis. omnia enim hæc ſunt quæ odi, dicit Dominus. Et factum eſt verbum Domini exercituum ad me, dicens, Hæc dicit Dominus exercituum, Ieiunium quarti, & ieiunium quinti, & ieiunium ſeptimi, & ieiunium decimi erit domui Iudæ in gaudiũ & in lætitiam & in ſolennitates præclaras: veritatem tantum & pacem diligite. Hæc dicit Dominus exercituum, Vſquequo veniant populi, & habitẽt in ciuitatibus multis, & vadant habitatores vnus ad alterum dicentes, Eamus, & deprecemur faciem Domini, & quæramus Dominum exercituum: vadam etiam ego. Et venient populi multi, & gentes robuſtæ ad quærendum Dominum exercituum in Ieruſalem, & deprecandam faciem Domini. Hæc dicit Dominus exercituum, In diebus illis, in quibus apprehendent decem homines ex omnibus linguis gentium, & apprehendent fimbriam viri Iudæi, dicẽtes, Ibimus vobiſcum: audiuimus enim quoniam Deus vobiſcum eſt.

B

C

D

Præcepta ſanctiſſima. Eph. 4 f

Concurſus gẽtium ad Chriſtum.

S. HVMILIS *Chriſti aduentus ſuper aſinam gentes ad ſe conuertet, & in eccleſiam introducet, multa patietur, ac inferno ſpoliato reſurget.* CAPVT IX.

A ONus verbi Domini in terra Adrach & Damaſci requiei eius: quia Domini eſt oculus hominis, & omnium tribuum Iſrael. Emath quoq; in terminis eius, & Tyrus, & Sidon: aſſumpſerunt quippe ſibi ſapientiam valde. Et ædificauit Tyrus munitionem ſuam, & coaceruauit argentum quaſi humum, & aurum vt lutum platearum. Ecce Dominus poſſidebit eam, & percutiet in mari fortitudinem eius, & hæc igni deuorabitur. Videbit Aſcalon, & timebit: & Gaza, & dolebit nimis: & Accaron, quoniam confuſa eſt ſpes eius: & peribit rex de Gaza, & Aſcalon non habitabitur. Et ſedebit ſeparator in Azoto, & diſperdam ſuperbiam Philiſthinorum. Et auferam ſanguinẽ eius de ore eius, & abominationes eius de medio dentium eius: & relinquetur etiam ipſe Deo noſtro, & erit quaſi dux in Iuda, & Accaron quaſi Iebuſæus. Et circundabo domum meam ex his qui militant mihi euntes & reuertentes, & non tranſibit ſuper eos vltrà exactor: quia nunc vidi in oculis meis. Exulta ſatis filia Sion, iubila filia Ieruſalem: Ecce rex tuus veniet tibi iuſtus & ſaluator: ipſe pauper & aſcendens ſuper aſinam & ſuper pullum filiũ aſinæ. Et diſperdam quadrigam ex Ephráim, & equum de Ieruſalem, & diſſipabitur arcus belli: & loquetur pacem gentibus, & poteſtas eius à mari vſque ad mare, & à fluminibus vſque ad fines terræ. Tu quoque in ſanguine teſtamenti tui emiſiſti vinctos tuos de lacu, in quo non eſt aqua. Conuertimini ad munitionem vincti ſpei: hodie quoque annuntians duplicia reddam tibi. Quoniam extendi mihi Iudam quaſi arcũ, impleui Ephráim: & ſuſcitabo filios tuos Sion ſuper filios tuos Græcia, & ponam te quaſi gladium fortium. Et Dominus Deus ſuper eos videbitur, & exibit vt fulgur iaculum eius: & Dominus Deus in tuba canet, & vadet in turbine auſtri. Dominus exercituum proteget eos: & deuorabunt, & ſubijcient lapidibus fundæ: bibentes inebriabuntur quaſi à vino, & replebuntur vt phialæ, & quaſi cornua altaris. Et ſaluabit eos Dominus Deus eorum in die illa, vt gregem populi ſui: quia lapides ſancti eleuabuntur ſuper terram eius. Quid enim bonum eius eſt, & quid pulchrum eius, niſi frumentum electorum, & vinum germinant virgines?

B

C

D

Matth. 11 d

Eſa. 62 d

S. INCITATVR *populus veritatis doctrinam à Domino petere, huic Dominus ſe promittit domum Iuda, & domum Iſraël viſitaturum.*

CAPVT X.

A PEtite à Domino pluuiam in tempore ſerotino, & Dominus faciet niues, & pluuiam imbris dabit eis, ſingulis herbam in agro. Quia ſimulachra locuta ſunt inutile, & diuini viderunt mendacium, & ſomniatores locuti ſunt fruſtra, & vanè conſolabantur: idcirco abducti ſunt quaſi grex: affligentur, quia non eſt eis paſtor. Super paſtores iratus eſt furor meus, & ſuper hircos viſitabo: quia viſitauit Dominus exercituum gregem ſuum domum Iuda, & poſuit eos quaſi equum gloriæ ſuæ in bello. Ex ipſo angulus, ex ipſo paxillus, ex ipſo arcus prælij, & ex ipſo egredietur omnis exactor ſimul. Et erunt quaſi fortes, conculcantes lutum viarũ in prælio: & bellabunt, quia Dominus cum eis: & confundentur aſcenſores equorum. Et confortabo domum Iuda, & domum Ioſeph ſaluabo: & conuertam eos quia miſerebor eorũ: & erunt ſicut fuerunt quando non proieceram eos: ego enim Dominus Deus eorum, & exaudiam eos. Et erunt quaſi fortes Ephráim, & lætabitur cor eorum quaſi à vino: & filij eorum videbunt, & lætabuntur, & exultabit cor eorum in domino. Sibilabo eis, & congregabo illos, quia redemi eos: & multiplicabo eos ſicut ante fuerant multiplicati. Et ſeminabo eos in populis, & délonge recordabuntur mei: & viuent cum filijs ſuis, & reuertentur. Et reducam eos de terra Aegypti, & de Aſſyrijs congregabo eos, & ad terram Galaad, & Libani adducam eos: & non inuenietur eis locus. Et tranſibit in maris freto, & percutiet in mari fluctus, & cõfundẽtur omnia profunda fluminis: & humiliabitur ſuperbia Aſſur, & ſceptrũ Aegypti recedet. Confortabo eos in Domino, & in nomine eius ambulabunt: dicit Dominus,

B

C

D

S. PLANCTVS *magnus super tẽpli destructione per Romanos, nec parcetur gregi cui pastores non parcebant:* CHRISTVS *autem gregem pascet, antichristus dissipabit.* CAPVT XI.

A APeri Libane portas tuas, & comedet ignis cedros tuas. Vlula abies, quia cécidit cedrus, quoniam magnifici vastati sunt: vlulate quercus Basan, quoniam succisus est saltus munitus. Vox vlulatus pastorum, quia vastata est magnificentia eorum: vox rugitus leonũ, quoniã vastata est superbia Iordanis. Hæc dicit Dominus Deus meus, Pasce pecora occisionis, quæ qui possederant, occidebant, & nõ dolebant: & vendebant ea, dicentes, Benedictus Dominus: diuites facti sumus, & pastores eorum non parcebant eis. Et ego non parcam vltrà super habi-
B tantes terram, dicit Dominus: ecce ego tradam homines, vnum quenque in manu proximi sui, & in manu regis sui: & concident terrã, & non eruam de manu eorũ. Et pascam pecus occisionis propter hoc ô pauperes gregis: & assumpsi mihi duas virgas, vnam vocaui Decórem, & alteram vocaui Funiculũ: & paui gregem. Et succidi tres pastores in mense vno, & contracta est anima mea in eis: siquidem & anima
Iere.15 d C eorum variauit in me. Et dixi, Non pascam vos: quod moritur, moriatur: & quod succiditur, succidatur: & reliqui deuorent vnusquisq; carnẽ proximi sui. Et tuli virgam meam, quæ vocabatur Decus, & abscidi eam: vt irritum facerem fœdus meum quod percussi cum omnibus populis. Et in irritũ deductum est in die illa: & cognouerunt sic pauperes gregis qui custodiunt mihi, quia verbũ Domini est. Et dixi ad eos, Si bonum est in oculis vestris, afferte mercedem meam: & si
Matt.27.a non, quiescite. Et appenderunt mercedem meam triginta argenteos. Et dixit Dominus ad me, Proijce illud ad statuariũ
D decórum pretium quo appretiatus sum ab eis. Et tuli triginta argenteos: & proieci illos in domo Domini, ad statuarium. Et præscidi virgam meam secundam, quæ appellabatur Funiculus, vt dissoluerem germanitatem inter Iudam & Israel. Et dixit Dominus ad me, Adhuc sume tibi vasa pastoris stulti. Quia ecce ego suscitabo pastorẽ in terra, qui derelicta non visitabit, dispersum non quæret, & contritum non sanabit, & id quod stat nõ enutriet, & carnes pinguium comedet, & vngulas eorum dissoluet. O pastor & idólum, derelinquens gregem: gladius super brachium eius, & super oculum dextrũ eius: brachium eius ariditate siccabitur, & oculus dexter eius tenebrescens obscurabitur.

Christus triginta argẽteis æstimatur.

De pastore Antichristo.

S. VASTATO *templo Ierusalem exaltabitur: in cuius filios spiritus sanctus effundetur, & eos ad* CHRISTVM *conuertet.* CAPVT XII.

A ONus verbi Domini super Israel. Dixit Dominus extendens cœlum, & fundans terram, & fingens spiritum hominis in eo, Ecce ego ponam Ierusalem superliminare crapulæ omnibus populis in circuitu: sed & Iuda erit in obsidione contra Ierusalem. Et erit in die illa, ponam Ierusalem lapidem oneris cunctis populis: omnes qui leuabunt eum, cõcisione lacerabuntur, & colligẽtur aduersus eam omnia regna terræ. In die illa
B dicit Dominus, percutiam omnem equum in stuporem, & ascensorem eius in amentiam: & super domũ Iuda aperiam oculos meos, & omnem equũ populorum percutiam cæcitate. Et dicent duces Iuda in corde suo, Confortentur mihi habitatores Ierusalem in Domino exercituum Deo eorum. In die illa ponam duces Iuda sicut caminum ignis in lignis, & sicut faciem ignis in fœno: & deuorabunt ad dexteram & ad sinistram omnes populos in circuitu: & habitabitur Ierusalem rursus in loco suo in Ierusalem. Et saluabit Dominus tabernacula Iuda, sicut in principio: vt non magnificè glorietur domus Dauid, & gloria habitantium Ierusalem contra Iudam. In die illa, proteget Dominus habitatores Ierusalem: & erit
C qui offenderit ex eis in die illa, quasi Dauid: & domus Dauid quasi Dei, sicut angelus Domini in cõspectu eius. Et erit in die illa: quæram conterere omnes gentes quæ veniunt contra Ierusalem. Et effundam super domum Dauid, & super habitatores Ierusalem spiritum gratiæ & precum: & aspiciẽt ad me, quem confixerunt: & plangent eum planctu quasi super
D vnigenitum, & dolebunt super eum vt doleri solet in morte primogeniti. In die illa magnus erit planctus in Ierusalem, sicut plãctus Adadremmon in campo Mageddon. Et planget terra familiæ & familiæ seorsum: familiæ domus Dauid seorsum, & mulieres eorũ seorsum: familiæ domus Nathan seorsum, & mulieres eorum seorsum: familiæ domus Leui seorsum, & mulieres eorum seorsum: familiæ Semei seorsum, & mulieres eorum seorsum. Omnes familiæ reliquæ, familię & familiæ seorsum, & mulieres eorum seorsum.

2.Par.35 d

S. ADVENIENTE *Christo baptisma instituetur, idololatria & pseudoprophetia auferetur,* CHRISTVS *autem patiens probabit electos.* CAPVT XIII.

A IN die illa, erit fons patens domui Dauid & habitantibus Ierusalem: in ablutionem peccatoris & menstruatæ. Et erit in die illa, dicit Dominus exercituum, Disperdam nomina idólorum de terra, & non memorabũtur vltrà: & pseudoprophetas, & spiritum immũdum auferam de terra. Et erit: cum prophetauerit quis-
B piam vltrà, dicent ei pater eius & mater eius qui genuerunt eum, Non viues: quia mendaciũ locutus es in nomine Domini. & cõfigent eũ pater eius & mater eius genitores eius cum prophetauerit. Et erit: in die illa confundentur prophetæ vnusquisq; ex visione sua cum prophetauerint, nec operientur pallio saccino, vt mentiantur: sed dicet, Non sum prophe
C ta, homo agricola ego sum: quoniam Adam exemplũ meum ab adolescẽtia mea. Et dicetur ei, Quid sunt plagæ istæ in medio manuum tuarum? Et dicet, His plagatus sum in domo eorum qui diligebãt me. Phramea suscitate super pastorẽ meũ, & super virum cohærentem mihi, dicit Dominus exercituũ: percute pastorem, & dispergentur oues: & conuertam manum meam ad paruulos. Et erunt in omni terra, dicit Domi-
D nus, partes duæ in ea dispergentur & deficient: & tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiã partem per ignẽ, & vram eos sicut vritur argentũ: & probabo eos, sicut probatur aurũ. Ipse vocabit nomen meum, & ego exaudiã eum. Dicam, Populus meus es: & ipse dicet, Dominus Deus meus.

Ezec.30 d

De passione CHRISTI. *Matt.26 c Mar.14 c*

S. PVGNABIT *Christus pro Ierusalem, & ibi mirabilia faciet: ecclesiam dilatabit, hostes afflliget, impiosq; ab ecclesia expellet.* CAPVT XIIII.

A ECce dies Domini venit, dicit Dominus: & diuidentur spolia tua in medio tui. Et congregabo omnes gentes ad Ierusalẽ in prælium, & capietur ciuitas, & vastabũtur domus, & mulieres violabũtur: & egredietur media pars ciuitatis in captiuitatem, & reliquum populi non auferetur ex vrbe. Et egredietur Dominus, & præliabitur contra gentes illas: sicut præliatus est in die certaminis. Et stabunt pedes eius in die illa super mõtem oliuarum qui est cõtra Ierusalẽ ad orientẽ: & scindetur mons oliuarum ex media parte sui ad orientem & occidentẽ præruptu grandi valde, & separabitur mediũ montis ad Aquilonẽ, & mediũ eius ad meridiẽ. Et fugietis ad vallem montium eorũ, quoniã cõiungetur vallis montiũ vsq; ad proximum: & fu-
B gietis sicut fugistis à facie terræmotus in diebus Oziæ regis Iuda: & veniet Dominus Deus meus, omnesq; sancti cũ eo. Et erit in die illa: non erit lux, sed frigus & gelu. Et erit dies vna quæ nota est Domino, non dies neq; nox: & in tempore vesperi erit lux. Et erit in die illa: exibunt aquæ viuæ de Ierusalem: mediũ earum ad mare orientale, & mediũ earum ad mare nouissimum: in æstate, & in hyeme erũt. Et erit Dominus rex super omnẽ terram: in die illa erit Dominus vnus & erit nomen

2.Par.26 d Amos 1 a De die iudicij soli Deo nota.

erit nomen eius vnum. Et reuertetur omnis terra vſque ad deſertum, de colle Remmon ad auſtrum Ieruſalem: & exaltabitur, & habitabitur in loco ſuo, à porta Beniamin vſque ad
C locum portæ prioris & vſque ad portam angulorum: & à turre Hananeel vſque ad torcularia regis. Et habitabunt in ea, & anáthema non erit amplius: ſed ſedebit Ieruſalem ſecura. Et hæc erit plaga qua percutiet Dominus omnes gentes quæ pugnauerũt aduerſus Ieruſalem, Tabeſcet caro vniuſcuiuſq; ſtantis ſuper pedes ſuos, & oculi eius contabeſcent in foramini bus ſuis, & lingua eorum contabeſcet in ore ſuo. In die illa erit tumultus Domini magnus in eis: & apprehendet vir manum proximi ſui, & conſeretur manus eius ſuper manũ proximi ſui. Sed & Iudas pugnabit aduerſus Ieruſalem, & cõgregabuntur diuitiæ omnium gentium in circuitu, aurum & argentum & veſtes multæ ſatis. Et ſic erit ruina equi & muli & cameli & aſini, & omniũ iumentorũ quæ fuerint in caſtris illis: ſicut ruina hæc. Et omnes qui reliqui fuerint de vniuerſis gentibus quæ venerunt contra Ieruſalẽ, aſcendent ab anno
D in annum, vt adorent regem Dominum exercituum, & celebrent feſtiuitatem tabernaculorum. Et erit: qui non aſcenderint de familijs terræ ad Ieruſalem, vt adorent regem dominũ exercituum, nõ erit ſuper eos imber. Quòd & ſi familia Aegypti non aſcenderit, & non venerit: nec ſuper eos erit, ſed erit ruina qua percutiet Dominus omnes gentes quæ non aſcenderint ad celebrandã feſtiuitatem tabernaculorum. Hoc erit peccatum Aegypti, & hoc peccatum omnium gentium quæ non aſcenderint ad celebrandam feſtiuitatem tabernaculorum. In die illa erit quod ſuper frænum equi eſt ſanctum Domino: & erunt lebetes in domo Domini quaſi phialæ coram altari. Et erit omnis lebes in Ieruſalem & in Iuda ſanctificatus Domino exercituum: & venient omnes immolãtes, & ſument ex eis, & coquent in eis: & non erit mercator vltrà in domo Domini exercituum in die illo.

FINIS.

Prologus in Malachiæ PROPHETIAM.

DEVS per Moyſem populo Iſraël præceperat, ſacerdotes tabernaculi ſui omni corporali uitio liberos hoſtias omni uitio uacuas ſibi offerre. Quibus legem ſuam ad regendum populum ob hoc dederat, ut per ſacrificiorum oblationem internuntij Dei & hominum facti, populum præceptis cœleſtibus facerent obedire. Vnde ſacerdotes angelos Dei eſſe, hoc in loco ſcriptura teſtatur. Sed quia tanti muneris gratiam contemnentes, ſupradictus populus ac ſacerdotes ſacrificia uitio deturpata ipſi criminibus atque impietatibus maculati Deo offerre cœperunt: Ideo per Malachiam prophetam Deus populum ſuum Iſraël increpans, ait, Dilexi uos, dicit Dominus. Et dixiſtis, In quo dilexiſti nos? Nónne frater erat Eſau Iacob, dicit Dominus: & dilexi Iacob, Eſau autem odio habui? Eſau autem fratrem Iacob non iniqua aut ſpontanea uoluntate odio habitum à Deo, uel ſine meriti gratia Iacob dilectum, manifeſtum eſt: cum ſecundum præſcientiam ſuam Eſau quidem effuſionem fraterni ſanguinis concupiſcere, Iacob autem in ſua cognitione obſeruandam legem deſyderare cognoſceret. Cuius rei gratia ſupradicto uſus eſt exemplo, dicens, Dilexi Iacob: Eſau autem odio habui. Quamuis ex operibus memoratorum (quorum liber Geneſeos meminit) in quo unuſquiſq; eorũ futurus erat propoſito, manifeſte conſtaret, ut ſcriptum eſt, Creuerũt pueri: & erat Eſau homo agreſtis, ſciens uenari, Iacob autem, homo ſimplex, manens in tabernaculo. Nam reliqua quæ lectione comprehenſa ſunt, præuaricationem populi Iſraël in obſeruandis ſacrificijs Dei, increpationemq; in eundẽ quòd Deos alienos coluerit, ſignificãt.

Prophetia Malachiæ.

S. APPROBATO Iacob, & reprobato Eſau, conqueritur Dominus ſuo honore & timore tuo, & ſuper ſacrificio indebito & doloſo. CAPVT I.

ONVS verbi Domini ad Iſrael in manu Malachiæ prophetæ, Dilexi vos, dicit Dominus: & dixiſtis, In quo dilexiſti nos? Nónne frater erat Eſau Iacob, dicit Dominus, & dilexi Iacob? Eſau autem odio habui, & poſui montes eius in ſolitudinem, & hæreditatem eius in dracones deſerti. Quòd ſi dixerit Idumæa, Deſtructi ſumus, ſed reuertentes ædificabimus quæ deſtructa ſunt: hæc dicit Dominus exercituũ, Iſti ædificabunt, & ego deſtruã: & voca- Rom. 9 c
B buntur termini impietatis, & populus cui iratus eſt Dominus vſque in æternum. Et oculi veſtri videbunt: & vos dicetis, Magnificetur Dominus ſuper terminum Iſrael. Filius honorat patrem, & ſeruus dominum ſuum: ſi ergo pater ego ſum, vbi eſt honor meus? & ſi Dominus ego ſum, vbi eſt timor meus: dicit Dominus exercituum? ad vos ô ſacerdotes, qui deſpicitis nomen meum, & dixiſtis, In quo deſpeximus nomen tuum? Offertis ſuper altare meum panem polluto: & dicitis, In quo polluimus te? In eo quod dicitis, Menſa Domini deſpecta eſt. Si offeratis cæcum ad immolandum, nónne malũ eſt? & ſi offeratis claudum, & languidum, nónne
C malum eſt? offer illud duci tuo, ſi placuerit ei, aut ſi ſuſceperit faciem tuam, dicit Dominus exercituum. Et nunc deprecamini vultum Dei, vt miſereatur veſtri: de manu enim veſtra factum eſt hoc, ſi quo modo ſuſcipiat facies veſtras, dicit Dominus exercituum. Quis eſt in vobis qui claudat oſtia & incendat altare meum gratuito? non eſt mihi voluntas in vobis, dicit Dominus exercituum: & munus non ſuſcipiam de manu veſtra. Ab ortu enim ſolis vſq; ad occaſum, magnũ eſt no- Pſal. 112 a
men meum in gentibus, & in omni loco ſacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum eſt nomen meum in gentibus, dicit Dominus exercituum. Et vos pol-
D luiſtis illud in eo quod dicitis, Menſa Domini contaminata eſt: & quod ſuperponitur, contemptibile eſt cum igne qui illud deuorat. Et dixiſtis, Ecce de labore, & exufflaſtis illud, dicit Dominus exercituum. & intuliſtis de rapinis claudum & languidum, & intuliſtis munus: nunquid ſuſcipiã illud de manu veſtra, dicit Dominus? Maledictus doloſus qui habet in grege ſuo maſculum, & votum faciens, immolat debile Do- Amos 5 f
mino: quia rex magnus ego, dicit Dominus exercituum, & nomen meum horribile in gentibus.

S. SACERDOTES legis Dei contemptores, & proximos affligentes increpat Dominus, & eorum reprobat ſacrificia, & uiolatum ab eis fructum. CAPVT II.

ET nunc ad vos mandatum hoc ô ſacerdotes. Si Leui. 26 b
A nolueritis audire, & ſi nolueritis ponere ſuper Deut. 28 b
cor vt detis gloriam nomini meo, ait Dominus exercituum: mittam in vos egeſtatem, & maledicam benedictionibus veſtris, & maledicam illis: quoniam non poſuiſtis ſuper cor. Ecce ego proijciam vobis brachiũ, & diſpergã ſuper vultũ veſtrũ ſtercus ſolennitatũ veſtrarũ: & aſſumet vos ſecũ. Et ſcietis quia miſi ad vos mandatũ iſtud: vt eſſet pactum meũ cum Leui, dicit Dominus exercituum. Pactum meũ fuit cum eo vitæ & pacis: & dedi ei timorem, & timuit me, & à facie nominis mei pauebat. Lex veritatis
B fuit in ore eius, & iniquitas non eſt inuenta in labijs eius: in

pace & in equitate ambulauit mecũ, & multos auertit ab iniquitate. Labia enim sacerdotis custodient scientiam, & legem requirent ex ore eius: quia angelus Domini exercituum est.
Vos autẽ recessistis de via, & scandalizastis plurimos in lege: irritum fecistis pactum Leui, dicit Dominus exercituum.
Propter quod & ego dedi vos contemptibiles, & humiles omnibus populis, sicut non seruastis vias meas, & accepistis
Matt. 23 c faciem in lege. Nunquid non pater vnus omniũ nostrũ? Nun-
Ephe. 4 b quid non Deus vnus creauit nos? Quare ergo despicit vnusquisq; vestrũ fratrem suũ, violans pactum patrũ nostrorum?
Transgressus est Iuda, & abominatio facta est in Israel & in
C Ierusalem: quia contaminauit Iudas sanctificationẽ Domini, quam dilexit, & habuit filiã Dei alieni. Disperdet Dominus virum qui fecerit hoc, magistrum & discipulũ de tabernaculo
Amos 5 f Iacob, & offerentẽ munus Domino exercituum. Et hoc rursum fecistis, Operiebatis lachrymis altare Domini, fletu & mugitu, ita vt non respiciã vltrà ad sacrificiũ, nec accipiã placabile quid de manu vestra. & dixistis, Quã ob causam? Quia
Dominus testificatus est inter te & vxorem pubertatis tuæ,
D quam tu despexisti: & hæc particeps tua, & vxor fœderis tui. Nónne vnus fecit, & reliduum spiritus eius est? Et quid vnus quærit, nisi semen Dei? Custodite ergo spiritum vestrum, & vxorem adolescẽtiæ tuæ noli despicere. Cum odio habueris, dimitte, dicit Dominus Deus Israel: operiet autẽ iniquitas vestimentum eius, dicit Dominus exercituum. Custodite spiritum vestrũ, & nolite despicere. Laborare fecistis Dominũ in sermonibus vestris. Et dixistis, In quo eũ fecimus laborare? In eo quod dicitis, Omnis qui facit malũ, bonus est in conspectu Domini, & tales ei placẽt, aut certe vbi est Deus iudicij?

S. ADVENIENTE *Domini præcursore* CHRISTVS *in impios animaduertet, blasphemantes in eũ supplicijs afficiet, & iustos mercede donabit.* CAPVT III.

A Ecce ego mitto angelũ meum, & præparabit viã
Matt. 11 b ante faciem meam. Et statim veniet ad templum
Mar. 1 a suum dominator quem vos quæritis, & angelus
Luc. 1 b & testamenti, quẽ vos vultis. Ecce venit, dicit Do-
7 d minus exercituũ: & quis poterit cogitare diem aduentus eius?
Psal. 131 & quis stabit ad videndum eum? Ipse enim quasi ignis con-
De purgatione fideliũ & eorũ sacrificijs. flans, & quasi herba fullonũ: & sedebit conflans & emundans argentum, & purgabit filios Leui, & colabit eos quasi aurũ & quasi argentũ, & erunt Domino offerentes sacrificia in iustitia. Et placebit Domino sacrificiũ Iuda & Ierusalẽ sicut dies
B seculi & sicut anni antiqui. Et accedam ad vos in iudicio, & ero testis velox maleficis & adulteris & periuris, & qui calũ-
De iudicio Christi aduersus impios. niantur mercedẽ mercenarij, & humiliãt viduas & pupillos, & opprimunt peregrinum, nec timuerũt me, dicit Dominus exercituum. Ego enim Dominus, & nõ mutor: & vos filij Iacob nõ estis cõsumpti. A diebus enim patrũ vestrorũ recessistis à legitimis meis, & non custodistis. Reuertimini ad me,
Zach. 1 a & reuertar ad vos, dicit Dominus exercituum. Et dixistis, In quo reuertemur? Si affiget homo Deum, quia vos configitis me? Et dixistis, In quo cõfigimus te? In decimis, & in primitijs. Et in penuria vos maledicti estis, & me vos cõfigitis gens tota. Inferte omnem decimã in horreũ meũ, & sit cibus in do-
C mo mea, & probate me super hoc, dicit Dominus, si nõ aperuero vobis cataractas cœli, & effudero vobis benedictionẽ vsque ad abundantiã, & increpabo pro vobis deuorantem, & non corrumpet fructum terræ vestræ: nec erit sterilis vinea in agro, dicit Dominus exercituum, & beatos vos dicent omnes gentes: eritis enim vos terra desyderabilis, dicit Dominus exercituum. Inualuerunt super me verba vestra, dicit Dominus.
Blasphemia impiorũ in Deũ. Iob 21 b Et dixistis, Quid locuti sumus contra te? Dixistis, Vanus est qui seruit Deo: & quod emolumentum quia custodiuimus præcepta eius, & quia ambulauimus tristes coram Domino
D exercituum? Ergo nunc beatos dicimus arrogantes: siquidem ædificati sunt facientes impietatem, & tentauerunt Deum, & salui facti sunt. Tunc locuti sunt timentes Deum vnusquisq; cum proximo suo: Et attendit Dominus, & audiuit: & scriptus est liber monimenti coram eo timentibus Dominum & cogitantibus nomen eius. Et erunt mihi, ait Dominus exercituum, in die qua ego facio in peculium: & parcã eis, sicut parcit vir filio suo seruienti sibi. Et conuertimini, & videbitis quid sit inter iustum & impium: & inter seruientem Deo, & non seruientem ei.

Sermo fidelium de cura Dei erga seruos suos.

S. IN *aduentum* CHRISTI *ueniet Ioannes Baptista in spiritu Eliæ uenturi.* CAPVT IIII.

A Ecce enim dies veniet succensa quasi caminus: &
erunt omnes superbi, & omnes facientes impietatem stipula: & inflammabit eos dies veniens, dicit Dominus exercituum, quæ non derelinquet eis radicem & germen. Et orietur vobis timentibus nomen Luc. 1 g
meum sol iustitiæ, & sanitas in pennis eius: & egrediemini, &
B salietis sicut vituli de armento. Et calcabitis impios, cum fuerint cinis sub planta pedum vestrorum in die qua ego facio, dicit Dominus exercituũ. Memẽtote legis Moysi serui mei, Exo. 20 c
quam mandaui ei in Horeb ad omnem Israel præcepta & iudicia. Ecce ego mittam vobis Eliam prophetã, antequam ve- Matt. 17 b
niat dies Domini magnus & horribilis. Et conuertet cor pa- Marci 9 c
trum ad filios, & cor filiorum ad patres eorum: ne fortè veniã, Luc. 1 b
& percutiam terram anathemate.

FINIS.

Præfatio in libros Machabæorum.

MACHABAEORVM *libri licet non habeantur in cánone Hebræorum, tamen ab ecclesia inter diuinorum uoluminum annotantur historias. Notant autem prælia inter Hebræorum duces gentesq; Persarum, pugnam quoq; sabbathorũ, & nobiles Machabæi triumphos, fœdus quoq; amicitiarum cum Romanorum ducibus, atq; legationum. Machabæi septem fratres ab una matre Machabæa nomine geniti, custodientes legem, patris traditionem, non manducantes carnem porcinam, ob hoc ab Antiocho rege sæuissimo in Antiochia martyrij gloria coronati sunt cum matre sua: atq; sepulti cum magna ueneratione, ibi quiescunt.*

Liber primus Machabæorum.

S. MORTVO *Alexandro succedẽs Antiochus prophanauit Ierusalem, quam spoliata Aegypto spoliauit, & inde percussit, leges idololatriæ Iudæos sequi præcepit, ac renitẽtes miserè trucidauit.* CAPVT I.

A ET FACTVM est, postquã percussit Alexãder Philippi Macedo, qui exiuit de terra Cethim, & percussit Dariũ regem Persarum & Medorum: & regnauit in loco eius primus in Græcia, & cõstituit prælia multa, & obtinuit munitiones, & interfecit reges terræ: & pertransijt vsq; ad fines terræ, & accepit spolia multitudinis gẽtium: & siluit terra in cõspectu eius, & exaltatũ est & eleuatũ cor eius. Et cõgregauit virtutẽ, & exercitũ fortẽ nimis: & obtinuit regiones gentiũ, & tyrãnos: & facti sunt illi in tributũ.

Et post

Et poſt hæc décidit in lectum, & cognouit quia moreretur.
Et vocauit pueros ſuos nobiles, qui ſecum erant nutriti à iuuentute: & diuiſit illis regnũ ſuum, cum adhuc viueret. Et re-
B gnauit Alexander annis duodecim, & mortuus eſt. Et obtinuerunt pueri eius regnũ, vnuſquiſq; in loco ſuo: & impoſuerunt omnes ſibi diademata poſt mortẽ eius, & filij eorũ poſt eos annis multis, & multiplicata ſunt mala in terra. Et exijt ex eis radix peccati Antiochus illuſtris, filius Antiochi regis qui fuerat Romæ obſes: & regnauit in anno centeſimo tricesimoſeptimo regni Græcorũ. In diebus illis exierũt ex Iſrael filij iniqui, & ſuaſerunt multis, dicentes, Eamus, & diſponamus teſtamentum cum gentibus quæ circa nos ſunt: quia ex quo receſsimus ab eis, inuenerunt nos multa mala. Et bonus viſus eſt ſermo in oculis eorũ. Et deſtinauerunt aliqui de populo, & abierunt ad regem: & dedit illis poteſtatẽ, vt facerent iuſtitiam gentium. Et ædificauerunt gymnaſium in Ieroſolymis ſecundũ leges nationum: & fecerunt ſibi præputia, & receſſerunt à teſtamẽto ſancto, & iuncti ſunt nationibus, & venundati ſunt vt facerẽt malum. Et paratum eſt regnũ in con-
C ſpectu Antiochi, & cœpit regnare in terra Aegypti, vt regnaret ſuper duo regna. Et intrauit in Aegyptũ in multitudine graui, in curribus & elephantis, & equitibus, & copioſa nauium multitudine: & cõſtituit bellum aduerſus Ptolemæum regem Aegypti, & veritus eſt Ptolemæus à facie eius, & fugit, & ceciderunt vulnerati multi. Et comprehendit ciuitates munitas in terra Aegypti, & accepit ſpolia terræ Aegypti. Et conuertit Antiochus, poſtquam percuſsit Aegyptũ in centeſimo & quadrageſimo tertio anno: & aſcendit ad Iſrael, & aſcendit Ieroſolymã in multitudine graui. Et intrauit in ſanctificationem cum ſuperbia, & accepit altare aureum, & candelabrum luminis, & vniuerſa vaſa eius, & menſam propoſitionis, & libatoria, & phialas, & mortariola aurea, & velum,
& coronas, & ornamentũ aureum quod in facie templi erat: & comminuit omnia. Et accepit argentum & aurum & vaſa concupiſcibilia: & accepit theſauros occultos quos inuenit: & ſublatis omnibus abijt in terram ſuam. Et fecit cædem hominum, & locutus eſt in ſuperbia magna. Et factus eſt planctus magnus in Iſrael, & in omni loco eorum: & ingemuerũt prin
D cipes & ſeniores, & iuuenes & virgines infirmati ſunt, & ſpecioſitas mulierũ immutata eſt. Omnis maritus ſumpſit lamentum: & quæ ſedebãt in thoro maritali, lugebãt: & cõmota eſt terra ſuper habitantes in ea, & vniuerſa domus Iacob induit confuſionẽ. Et poſt duos annos dierũ miſit rex principẽ tributorũ in ciuitates Iuda, & venit Ieruſalem cũ turba magna. Et locutus eſt ad eos verba pacifica in dolo: & crediderunt ei. Et irruit ſuper ciuitatem repente, & percuſsit eam plaga magna, & perdidit populũ multum ex Iſrael. Et accepit ſpolia ciuitatis: & ſuccẽdit eam igni, & deſtruxit domos eius, & muros eius in circuitu: & captiuas duxerũt mulieres, & natos, & pecora poſſederunt. Et ædificauerunt ciuitatem Dauid muro magno, & firmo, & turribus firmis, & facta eſt illis in arcẽ: &
poſuerũt illic gentẽ peccatricẽ viros iniquos, & conualuerũt in ea, & poſuerũt arma, & eſcas, & congregauerũt ſpolia Ieruſalem, & repoſuerũt illic: & facti ſunt in laqueum magnũ. Et
E factũ eſt hoc ad inſidias ſanctificationi, & in diabolũ malum in Iſrael: & effuderũt ſanguinem innocẽtem per circuitũ ſanctificationis, & contaminauerũt ſanctificationẽ. Et fugerunt habitatores Ieruſalẽ propter eos, & facta eſt habitatio exterorum, & facta eſt extera ſemini ſuo, & nati eius reliquerunt eam. Sanctificatio eius deſolata eſt ſicut ſolitudo, dies feſti eius conuerſi ſunt in luctũ, ſabbatha eius in opprobriũ, honores eius in nihilum. Secundum gloriam eius multiplicata eſt ignominia eius: & ſublimitas eius conuerſa eſt in luctum. Et ſcripſit rex Antiochus omni regno ſuo, vt eſſet omnis populus, vnus: & relinquerent vnuſquiſq; legem ſuam. Et cõſenſerunt omnes gẽtes ſecundũ verbum regis Antiochi: & multi ex Iſrael conſenſerũt ſeruituti eius & ſacrificauerũt idõlis, &
F coinquinauerũt ſabbathũ. Et miſit rex libros per manus nuntiorum in Ieruſalẽ & in omnes ciuitates Iudæ: vt ſequerentur leges gentiũ terræ, & prohiberent holocauſta, & ſacrificia & placationes fieri in tẽplo Dei, & prohiberẽt celebrari ſabbathum, & dies ſolẽnes: & iuſsit coinquinari ſancta & ſanctum populum Iſrael. Et iuſsit ædificari aras, & templa, & idõla, & immolari carnes ſuillas, & pecora cõmunia, & relinquere filios ſuos incircunciſos, & coinquinari animas eorũ in omnibus immunditijs & abominationibus, ita vt obliuiſcerentur legem, & immutarent omnes iuſtificationes Dei. Et quicũq; non feciſſent ſecundum verbum regis Antiochi, morerentur. Secundùm omnia verba hæc ſcripſit omni regno ſuo: & præpoſuit principes populo qui hæc fieri cogerent. Et iuſſerunt ciuitatibus Iudæ ſacrificare. Et congregati ſunt multi de populo ad eos qui dereliquerant legẽ Domini: & fecerunt mala
ſuper terram: & effugauerunt populũ Iſrael in abditis, & in
G abſconditis fugitiuorũ locis. Die quintadecima mẽſis Caſleu, quinto & quadrageſimo & centeſimo anno, ædificauit rex Antiochus abominandum idõlum deſolationis ſuper altare Dei, & per vniuerſas ciuitates Iudæ in circuitu ædificauerunt aras: & ante ianuas domorũ, & in platéis incendebant thura, & ſacrificabant, & libros legis Dei combuſſerunt igni, ſcindentes eos: & apud quemcunq; inueniebantur libri teſtamenti Domini, & quicunq; obſeruabat legem Domini, ſecundum edictum regis trucidabant eum in virtute ſua. Secundum hæc faciebant populo Iſrael qui inueniebatur in omni menſe & menſe in ciuitatibus. Et quinta & viceſima die mẽſis ſacrificabant ſuper arã, quæ erat ſupra altare. Et mulieres quæ circunciderant filios ſuos, trucidabantur ſecundũ iuſſum: & ſuſpendebant pueros à ceruicibus per vniuerſas domos eorũ: & eos qui circunciderant illos, trucidabant. Et multi de populo Iſrael definierũt apud ſe, vt non manducarent immunda: & elegerunt magis mori, quàm cibis coinquinari immundis: & noluerunt infringere legem Dei ſanctam, & trucidati ſunt: & facta eſt ira magna ſuper populum Iſrael valde.

S. MATATHIAS legis Dei zelator Antiochi leges contemnens fugit in montem cum filijs & amicis ſuis: ubi tandem moriens iubet filios ſuos exemplo patrum ſuorum legem Dei tueri.

CAPVT II.

A IN diebus illis ſurrexit Matathias filius Iohannis filij Symeonis, ſacerdos ex filijs Ioarim ab Ieruſalem, & conſedit in monte Modin: & habebat filios quinq;, Iohannẽ, qui cognominabatur Gaddis: & Simõnem, qui cognominabatur Thaſsi: & Iudam, qui vocabatur Machabæus: & Eleazarum, qui cognominabatur Abaron: & Ionathan, qui cognominabatur Apphus. hi viderunt mala quæ fiebant in populo Iuda & in Ieruſalẽ. Et dixit Matathias, Væ mihi, vt quid natus ſum videre contritionem populi mei, & contritionẽ ciuitatis ſanctæ, & ſedere illic, cum datur in manibus inimicorũ? Sancta in manu extraneorũ facta ſunt: templũ eius ſicut homo ignobilis. Vaſa gloriæ eius captiua abducta ſunt: trucidati ſunt ſenes eius in platéis, & iuuenes eius ceciderũt in gladio inimicorũ. Quæ gens non hæ-
B reditauit regnũ eius, & non obtinuit ſpolia eius? Omnis compoſitio eius ablata eſt. Quæ erat libera, facta eſt ancilla. Et ecce ſancta noſtra, & pulchritudo noſtra, & claritas noſtra deſolata eſt, & coinquinauerũt ea gẽtes. Quo ergo nobis adhuc viuere? Et ſcidit veſtimẽta ſua Matathias, & filij eius: & operuerunt ſe cilicijs, & planxerunt valde, & venerunt illuc qui miſsi erant à rege Antiocho, vt cogerent eos qui cõfugerant in ciuitatem Modin, immolare, & accendere thura, & à lege Dei diſcedere. Et multi de populo Iſrael conſentientes acceſſerunt ad eos: ſed Matathias & filij eius conſtanter ſteterunt. Et reſpondentes qui miſsi erant ab Antiocho, dixerũt Mata- Iuſsi idõlis
thiæ, Princeps & clariſsimus & magnus es in hac ciuitate, & ſacrificare,
ornatus filijs, & fratribus; ergo accede prior, & fac iuſſum recuſant.

regis,ſicut fecerunt omnes gentes,& viri Iuda,& qui remanſerunt in Ieruſalem:& eris tu,& filij tui inter amicos regis,& amplificati auro,& argento,& muneribus multis. Et reſpon-
C dit Matathias, & dixit magna voce, Et ſi omnes gentes regi Antiocho obediunt,vt diſcedant vnuſquiſq; à ſeruitute legis patrum ſuorũ,& conſentiant mãdatis eius:ego & filij mei, & fratres mei obediemus legi patrũ noſtrorũ:propitius ſit nobis Deus:non eſt nobis vtile relinquere legem, & iuſtitias Dei. non audiemus verba regis Antiochi,nec ſacrificabimus,tranſgredientes legis noſtræ mãdata,vt eamus altera via. Et vt ceſſauit loqui verba hæc,acceſsit quidam Iudæus in omniũ oculis ſacrificare idõlis ſuper aram in ciuitate Modin ſecundum iuſſum regis:& vidit Matathias,& doluit,& contremuerunt renes eius,& accenſus eſt furor eus ſecundũ iudicium legis, & inſiliens trucidauit eum ſuper aram: ſed & virũ quem rex Antiochus miſerat, qui cogebat immolare, occîdit in ipſo tempore:& arã deſtruxit,& zelatus eſt legem,ſicut fecit Phi-
Nume.25 b nees Zambri filio Salomi. Et exclamauit Matathias voce magna in ciuitate,dicens, Omnis qui zelum habet legis ſtatuens teſtamentũ,exeat poſt me. Et fugit ipſe,& filij eius in mõtes, & reliquerunt quæcunq; habebant in ciuitate. Tunc deſcen-
D derunt multi quærentes iudiciũ,& iuſtitiam in deſertũ: & ſederunt ibi ipſi,& filij eius,& mulieres eorum,& pecora eorũ: quoniam inundauerũt ſuper eos mala. Et renuntiatũ eſt viris regis,& exercitui qui erat in Ieruſalem ciuitate Dauid, quoniam diſceſsiſſent viri quidam,qui diſsipauerunt mandatũ regis in loca occulta in deſerto, & abijſſent poſt illos multi. Et ſtatim perrexerũt ad eos,& conſtituerunt aduerſus eos prælium in die ſabbathorũ,& dixerũt ad eos, * Reſiſtitis & nunc adhuc ?.. exite & facite ſecundum verbum regis Antiochi,& viuetis. Et dixerũt, Non exibimus,neq; faciemus verbum regis,vt polluamus diem ſabbathorũ. Et concitauerũt aduerſus eos prælium. Et non reſponderunt eis,nec lapidem miſerunt in eos,nec oppilauerunt loca occulta:dicentes, Moriamur omnes in ſimplicitate noſtra:& teſtes erunt ſuper nos cœlũ & terra quòd iniuſtè perditis nos. Et intulerunt illis bellũ ſabbathis:& mortui ſunt ipſi & vxores eorum,& filij eorum,& pe-
E cora eorum vſq; ad mille animas hominum. Et cognouit Mathias & amici eius,& luctum habuerunt ſuper eos valde. Et dixit vir proximo ſuo, Si omnes fecerimus ſicut fratres noſtri fecerunt, & non pugnauerimus aduerſus gentes pro animabus noſtris & iuſtificationibus noſtris:nunc citius diſperdent nos à terra. Et cogitauerunt in die illa, dicentes, Omnis quicunq; venerit ad nos in bello die ſabbathorũ, pugnemus aduerſus eum:& non moriemur omnes,ſicut mortui ſunt fratres noſtri in occultis. Tunc congregata eſt ad eos ſynagôga Aſidæorum fortis viribus ex Iſrael, omnis voluntarius in lege:& omnes qui fugiebant à malis,additi ſunt ad eos,& facti ſunt illis ad firmamentum. Et collegerunt exercitum, & percuſſerunt peccatores in ira ſua,& viros iniquos in indignatione ſua:& cæteri fugerũt ad nationes,vt euaderent. Et circuiuit Matathias,& amici eius,& deſtruxerunt aras:& circunciderunt puèros incircunciſos quotquot inuenerunt in finibus Iſrael in fortitudine. Et perſecuti ſunt filios ſuperbiæ,& proſperatum eſt opus in manibus eorũ:& obtinuerunt legem de manibus gentiũ,& de manibus regum:& non dederũt cornu
F peccatori. Et appropinquauerũt dies Matathiæ moriendi,& dixit filijs ſuis, Nunc confortata eſt ſuperbia,& caſtigatio,& tẽpus euerſionis,& ira indignationis. Nunc ergo ô filij,æmulatores eſtote legis,& date animas veſtras pro teſtamento patrum noſtrorũ,& mementote operum patrũ,quæ fecerũt in generationibus ſuis:& accipietis gloriam magnam,& nomen
Gene.22 c æternũ. Abraham,nõnne in tentatione inuentus eſt fidelis,& reputatũ eſt ei ad iuſtitiam ? Ioſeph in tempore anguſtiæ ſuæ
Gene.41 c cuſtodiuit mandatũ:& factus eſt Dominus Aegypti. Phinees
Num.25 c pater noſter,zelando zelum Dei,accepit teſtamentum ſacer-
Eccle.45 d dotij æterni. Ieſus dum impleuit verbum, factus eſt dux in Iſrael. Caleb dum teſtificatur in eccleſia,accepit hæreditatem. *Ioſue 14* Dauid in ſua miſericordia cõſecutus eſt ſedem regni in ſecu- *Num.14 b* la. Elias dum zelat zelum legis,receptus eſt in cœlũ. Ananias *Ioſue 14 d* & Azarias & Miſael,credentes,liberati ſunt de flamma. Da- *2.Reg.2 a* niel in ſua ſimplicitate liberatus eſt de ore leonum. Et ita co- *4.Reg.2 d* gitate per generationem & generationem: quia omnes qui *Dan. 3 c*
G ſperant in eum,non infirmantur. Et à verbis viri peccatoris ne *Dan. 6 f* timueritis:quia gloria eius,ſtercus & vermis eſt:hodie extollitur,& cras non inuenietur:quia conuerſus eſt in terrã ſuam, & cogitatio eius perijt. Vos ergo filij,confortamini,& viriliter agite in lege:quia * cum feceritis quæ vobis præcepta ſunt in lege à Domino Deo veſtro,.. in ipſa glorioſi eritis. Et ecce Simon frater veſter,ſcio quòd vir conſilij eſt: ipſum audite ſemper,& ipſe erit vobis pater. Et Iudas Machabæus fortis viribus à iuuentute ſua:ſit vobis princeps militiæ,& ipſe aget bellum populi. Et adducetis ad vos omnes factores legis:& vindicate vindictam populi veſtri. Retribuite retributionem gentibus,& intendite in præceptum legis. Et benedixit eos,& appoſitus eſt ad patres ſuos. Et defunctus eſt anno centeſimo & quadrageſimoſexto: & ſepultus eſt à filijs ſuis in ſepulchris patrum ſuorum in Modin, & planxerunt eum omnis Iſrael planctu magno.

§. IVDAS *Machabæus Iudæis præfectus Apollonium & Seron principes occîdit, Lyſiæ præfecto Syriæ miſſo ad delendam Iudæam occurrit uiriliter ordines inſtituens.*

CAPVT III.

A ET ſurrexit Iudas qui vocabatur Machabæus filius eius pro eo:& adiuuabant eum omnes fratres eius,& vniuerſi qui ſe coniunxerant patri eius,& præliabantur præliũ Iſrael cum lætitia. Et dilatauit gloriam populo ſuo,& induit ſe loricã ſicut gigas,& ſuccinxit ſe arma bellica ſua in prælijs,& protegebat caſtra gladio ſuo. Similis factus eſt leoni in operibus ſuis,& ſicut catulus leonis rugiẽs in venatione. Et perſecutus eſt iniquos perſcrutans eos: & qui conturbabant populũ ſuum, omnes ſuccendit flammis: & repulſi ſunt inimici eius præ timore eius, & omnes operarij iniquitatis conturbati ſunt: & directa eſt ſalus in manu eius. Et exacerbabat reges multos, & lætificabat Iacob in operibus ſuis,& in ſeculum memoria eius in benedictione. Et perambulabat ciuitates Iuda, & perdidit impios ex eis, & auertit iram ab Iſrael. Et nominatus eſt vſq; ad nouiſsimũ terræ & congregauit pereuntes. Et cõgregauit
B Apollonius gentes, & à Samaria virtutem multam & magnam,ad bellandũ contra Iſrael. Et cognouit Iudas, & exijt obuiã illi:& percuſsit,& occîdit illum: & ceciderũt vulnerati multi,& reliqui fugerũt:& accepit ſpolia eorum: & gladium Apollonij abſtulit Iudas,& erat pugnans in eo omnibus diebus. Et audiuit Seron princeps exercitus Syriæ,quòd cõgregauit Iudas cõgregationẽ fideliũ & eccleſiã ſecum,& ait, Faciam mihi nomen,& glorificabor in regno, & debellabo Iudam,& eos qui cum ipſo ſunt, qui ſpernebant verbũ regis. Et præparauit ſe:& aſcenderunt cum eo caſtra impiorum fortes auxiliarij, vt facerẽt vindictã in filios Iſrael. Et appropinquauerunt vſq; ad Bethhorõ:& exiuit Iudas obuiã illi cũ paucis. Vt autẽ viderũt exercitũ venientẽ ſibi obuiã, dixerunt Iudæ, Quomodo poterimus pauci pugnare contra multitudinem hanc tantã & tam fortem,& nos fatigati ſumus ieiunio hodie? Et ait Iudas, Facile eſt concludi multos in manu paucorũ: & non eſt differentia in cõſpectu Dei cœli liberare in multis & in paucis:quoniã non in multitudine exercitus victoria belli,ſed de cœlo fortitudo eſt. Ipſi veniunt ad nos in multitudi-
C ne contumaci & ſuperbia, vt diſperdant nos, & vxores noſtras, & filios noſtros, & vt ſpolient nos:nos verò pugnabimus pro animabus noſtris,& legibus noſtris: & ipſe Dominus cõteret eos ante faciem noſtrã:vos autẽ ne timueritis eos. Vt ceſſauit autem loqui,inſiluit in eos ſubito: & contritus eſt

Seron

Seron,& exercitus eius in conſpectu ipſius:& perſecutus eſt eum in deſcenſu Bethhoron vſq; in campum,& ceciderũt ex eis octingenti viri,reliqui autem fugerũt in terrã Philiſtijm. Et cecidit timor Iudæ ac fratrũ eius,& formido,ſuper omnes gentes in circuitu eorum:& peruẽnit ad regem nomen eius, & de prælijs Iudæ narrabant omnes gentes. Vt audiuit autem rex Antiochus ſermones iſtos, iratus eſt animo: & miſit,& congregauit exercitum vniuerſi regni ſui,caſtra fortia valde: & aperuit ærarium ſuum, & dedit ſtipendia exercitui in an-
D num,& mandauit illis vt eſſent parati ad omnia. Et vidit quòd defecit pecunia de theſauris ſuis, & tributa regionis modica propter diſſenſionem & plagam quam fecit in terra, vt tolleret legitima quæ erant à primis diebus:& timuit ne nõ haberet vt ſemel & bis in ſumptus & donaria quæ dederat antè larga manu:& abundauerat ſuper reges,qui ante eum fuerãt. Et conſternatus erat animo valde,& cogitauit ire in Perſidem, vt acciperet tributa regionum, & congregaret argentũ multum. Et reliquit Lyſiam hominem nobilem de genere regali, ſuper negotia regia,à flumine Euphrãte vſq; ad flumẽ Aegypti: & vt nutriret Antiochum filium ſuũ,donec rediret. Et tradidit ei medium exercitum & elephantos: & mandauit ei de omnibus quæ volebat,& de inhabitãtibus Iudæam & Ieruſalem:& vt mitteret ad eos exercitũ ad conterendam & extirpãdam virtutẽ Iſrael,& reliquias Ieruſalẽ, & auferendã memoriam eorum de loco:& vt conſtituerent habitatores filios alie-
E nigenas in omnibus finibus eorum, & ſorte diſtribueret terram eorum. Et rex aſſumpſit partẽ exercitus reſidui, & exiuit ab Antiochia ciuitate regni ſui anno centeſimo & quadrageſimoſeptimo:& transfretauit Euphrãten flumẽ,& perambulabat ſuperiores regiones. Et elegit Lyſias Ptolemæum filium Dorymini, & Nicanorem & Gorgiam viros potentes ex amicis regis:& miſit cum eis quadraginta millia virorum, & ſeptem millia equitum:vt venirent in terrã Iuda,& diſperderent eam ſecundũ verbum regis. Et proceſſerunt cum vniuerſa virtute ſua, & venerunt, & applicuerunt Emmaum in terra campeſtri. Et audierunt mercatores regionum nomen eorum:& acceperunt argentũ & aurum multũ valde, & pueros,& venerunt in caſtra, vt acciperent filios Iſrael in ſeruos, & additi ſunt ad eos exercitus Syriæ,& terræ alienigenarum. Et vidit Iudas & fratres eius quia multiplicata ſunt mala, & exercitus applicabant ad fines eorum, & cognouerunt verba
F regis quæ mandauit populo facere in interitũ & conſummationem:& dixerunt vnuſquiſq; ad proximũ ſuum,Erigamus deiectionẽ populi noſtri,& pugnemus pro populo noſtro, & ſanctis noſtris. Et congregatus eſt conuentus,vt eſſent parati in prælijũ:& vt orarent & peterent miſericordiã, & miſerationes. Et Ieruſalẽ non habitabatur, ſed erat ſicut deſertum: non erat qui ingrederetur & egrederetur de natis eius: & ſanctum cõculcabatur: & filij alienigenarũ erant in arce, ibi erat habitatio gentiũ:& ablata eſt voluptas à Iacob, & defecit ibi tũba & cithara. Et congregati ſunt, & venerunt in Maſpha contra Ieruſalem:quia locus orationis erat in Maſpha antè in Iſrael. Et ieiunauerunt illa die,& induerunt ſe cilicijs,& cinerem impoſuerunt capiti ſuo:& diſciderunt veſtimenta ſua,& expanderũt libros legis,de quibus ſcrutabantur gentes ſimilitudinẽ ſimulachrorũ ſuorum:& attulerũt ornamenta ſacerdotalia,& primitias,& decimas, & ſuſcitauerunt Nazaræos,
G qui impleuerãt dies:& clamauerũt voce magna in cœlum,di- ratio Na cẽtes, Quid faciemus iſtis,& quò eos ducemus? & ſancta tua zæorũ. conculcata ſunt,& contaminata ſunt,& ſacerdotes tui facti ſunt in luctũ & in humilitatem:& ecce nationes conuenerunt aduerſum nos,vt nos diſperdant, tu ſcis quæ cogitant in nos. Quomodo poterimus ſubſiſtere ante faciem eorum, niſi tu Deus adiuues nos? Et tubis exclamauerunt voce magna. Et
rut.10 a poſt hæc cõſtituit Iudas duces populi,tribunos, & centurio- dic.7 a nes,& pentacontarchos,& decuriones. Et dixit his qui ædificabant domos,& ſponſabãt vxores, & plantabant vineas, & formidoloſis,vt redirẽt vnuſquiſq; in domũ ſuam ſecundum legẽ. Et mouerũt caſtra,& collocauerũt ad Auſtrũ Emmaũ. Et ait Iudas, Accingimini,& eſtote filij potẽtes,& eſtote parati in mane:vt pugnetis aduerſus nationes has quæ conuenerunt aduerſus nos diſperdere nos & ſancta noſtra: quoniam melius eſt nos mori in bello,quàm videre mala gentis noſtræ & ſanctorum. Sicut autem fuerit voluntas in cœlo,ſic fiat.

S. IVDAS *Gorgiam inſidiantem & Lyſiam inuadentem fugat, templum altari erecto purificat,& eius dedicationem celebrat.*

CAPVT IIII.

A ET aſſumpſit Gorgias quinq; millia virorum, & mille equites electos: & mouerunt caſtra nocte, vt applicarent ad caſtra Iudæorũ, & percuterent eos ſubito:& filij qui erant ex arce, erant illis duces. Et audiuit Iudas,& ſurrexit ipſe & potẽtes percutere virtutem exercituũ regis,qui erant in Emmaũ. Adhuc enim diſperſus erat exercitus à caſtris. Et venit Gorgias in caſtra Iudæ noctu,& neminem inuenit,& quærebat eos in montibus: quoniã dixit,Fugiunt hi à nobis. Et cum dies factus eſſet, apparuit Iudas in campo cum tribus millibus virorũ tantũ: qui tegumenta & gladios nõ habebãt vt volebãt:& viderũt caſtra gentiũ valida,& loricatos,& equitatus in circuitu eorũ, & hi docti ad prælium. Et ait Iudas viris qui ſecum erant, Ne timueritis multitudinem eorum,& impetum eorum ne formidetis. Exo.14 b
Mementote qualiter ſalui facti ſunt patres noſtri in mari Rubro,cum ſequeretur eos Pharao cũ exercitu multo. Et nunc clamemus in cœlum:& miſerebitur noſtri Dominus,& memor erit teſtamenti patrum noſtrorũ, & conteret exercitum
B iſtum ante faciem noſtrã hodie: & ſcient omnes gentes quia eſt qui redimat & liberet Iſrael. Et leuauerũt alienigenæ oculos ſuos,& viderunt eos venientes ex aduerſo. Et exierunt de caſtris in prælium,& tuba cecinerunt hi qui erant cum Iuda. Et cõgreſi ſunt:& contritæ ſunt gentes,& fugerunt in campum. Nouiſſimi autẽ omnes ceciderũt in gladio, & perſecuti ſunt eos vſq; Gezeron,& vſq; in campos Idumææ,& Azoti,& Iamniæ:& ceciderunt ex illis vſq; ad tria millia virorum. Et reuerſus eſt Iudas,& exercitus eius,ſequens eum. Dixitq; ad populum,Non cõcupiſcatis ſpolia:quia bellũ contra nos eſt,& Gorgias & exercitus eius prope nos in monte:ſed ſtate nunc contra inimicos noſtros,& expugnate eos,& ſumetis poſtea ſpolia ſecuri. Et adhuc loquente Iuda hæc,ecce ap-
C paruit pars quædam proſpiciens de monte. Et vidit quòd in fugam conuerſi ſunt,& ſuccenderunt caſtra: fumus enim qui videbatur,declarabat quod factum eſt. Quibus illi conſpectis timuerunt valde,aſpicientes ſimul & Iudam & exercitum in campo paratum ad prælium. Et fugerunt omnes in campum alienigenarum:& Iudas reuerſus eſt ad ſpolia caſtrorũ: & acceperunt aurum multum,& argentũ, & hyacinthum & purpuram marinam. & opes magnas. Et conuerſi, hymnum canebant,& benedicebant Deum in cœlum quoniã bonus eſt, quoniam in ſeculũ miſericordia eius. Et facta eſt ſalus magna in Iſrael in die illa. Quicunq; autem alienigenarum euaſerũt, venerunt, & nuntiauerunt Lyſiæ vniuerſa quæ acciderant. Quibus ille auditis conſternatus animo deficiebat: quia non qualia voluit, talia contigerunt in Iſrael, & qualia mandauit rex. Et ſequenti anno congregauit Lyſias virorum electorum ſexaginta millia, & equitum quinq; millia, vt debellaret eos. Et venerunt in Iudæam,& caſtra poſuerunt in Beth-
D horon,& occurrit illis Iudas cũ decem millibus viris. Et viderunt exercitum fortem, & orauit,& dixit, Benedictus es ſaluator Iſrael,qui contriuiſti impetũ potentis in manu ſerui tui Dauid,& tradidiſti caſtra alienigenarum in manu Ionathæ filij Saul,& armigeri eius. Conclude exercitum iſtum in manu populi tui Iſrael,& confundatur in exercitu ſuo & equitibus. Da illis formidinem,& tabefac audaciam virtutis eorum, & commoueantur cõtritione ſua. Deijce illos gladio diligen-

tium

tium te: & collaudent te omnes qui nouerunt nomen tuum in hymnis. Et commiſerunt prælium: & ceciderunt de exercitu Lyſiæ quinq; millia virorũ. Videns autem Lyſias fugam ſuorum, & Iudæorũ audaciam, & quòd parati ſunt aut viuere aut mori fortiter, abijt Antiochiam, & elegit milites, vt multiplicati rurſus venirent in Iudæam. Dixit autem Iudas, & fratres eius, Ecce contriti ſunt inimici noſtri, aſcendamus nunc mundare ſancta, & renouare. Et congregatus eſt omnis exercitus, & aſcenderunt in montem Sion. Et viderũt ſanctificationem deſertam, & altare prophanatũ, & portas exuſtas, & in atrijs virgulta nata ſicut in ſaltu vel in montibus, & paſtophoria diruta. Et ſciderunt veſtimenta ſua, & planxerunt planctu magno, & impoſuerũt cinerem ſuper caput ſuũ: & ceciderunt in faciem ſuper terram, & exclamauerunt tubis ſignorũ, & clamauerunt in cœlũ. Tunc ordinauit Iudas viros, vt pugnarent aduerſus eos qui erant in arce, donec emundarent ſancta. Et elegit ſacerdotes ſine macula, voluntatẽ habentes in lege Dei: & mundauerunt ſancta, & tulerũt lapides contaminationis in locum immundũ. Et cogitauit de altari holocauſtorum quod prophanatũ erat, quid de eo faceret. Et incidit illis conſilium bonũ, vt deſtruerẽt illud: ne fortè illis eſſet in opprobriũ, quia contaminauerunt illud gentes, & demoliti ſunt illud. Et repoſuerunt lapides in monte domus in loco apto, quoaduſq; veniret propheta, & reſponderet de eis. Et acceperũt lapides integros ſecundũ legem, & ædificauerunt altare nouum ſecundum illud quod fuit prius: & ædificauerunt ſancta, & quæ intra domũ erant intrinſecus: & ædem, & atria ſanctificauerunt. Et fecerũt vaſa ſancta noua, & intulerunt candelabrũ, & altare incenſorũ, & menſam in templũ. Et incenſum poſuerunt ſuper altare, & accenderũt lucernas quæ ſuper candelabrũ erãt: & lucebant in templo. Et poſuerunt ſuper menſam panes, & appenderunt vela, & conſummauerũt omnia opera quæ fecerant. Et ante matutinũ ſurrexerũt quinta & viceſima die menſis noni (hic eſt menſis Caſleu) centeſimi quadrageſimi octaui anni: & obtulerunt ſacrificium ſecundũ legem ſuper altare holocauſtorũ nouum, quod fecerunt. Secundũ tempus & ſecundum diem in qua contaminauerũt illud gentes, in ipſa renouatum eſt in canticis, & citharis, & cinyris, & cymbalis. Et cécidit omnis populus in faciem, & adorauerunt & benedixerunt in cœlum eum qui proſperauit eis. Et fecerunt dedicationem altaris diebus octo, & obtulerunt holocauſta cũ lætitia, & ſacrificium ſalutaris & laudis. Et ornauerunt faciem templi coronis aureis & ſcutulis: & dedicauerũt portas & paſtophoria, & impoſuerũt eis ianuas. Et facta eſt lætitia in populo magna valde, & auerſum eſt opprobrium gentium. Et ſtatuit Iudas & fratres eius & vniuerſa eccleſia Iſrael, vt agatur dies dedicationis altaris in temporibus ſuis ab anno in annum per dies octo à quinta & viceſima die menſis Caſleu, cũ lætitia & gaudio. Et ædificauerunt in tempore illo montem Sion, & per circuitum muros altos & turres firmas: nequãdo venirent gentes, & conculcarent eum ſicut antea fecerunt. Et collocauit illic exercitum, vt ſeruarent eum: & muniuit eum ad cuſtodiendam Bethſurã, vt haberet populus munitionem contra faciem Idumææ.

Inſtitutio Encæniorum.

Ioan. 10 c

S. IVDAS auxiliantibus fratribus gentes inimicas percutit, Timothæum & filios Eſau expugnat, & gentium idôla ſuccendit.

CAPVT V.

AT factum eſt, vt audierunt gentes in circuitu quia ædificatũ eſt altare & ſanctuarium ſicut prius, iratæ ſunt valde: & cogitabant tollere genus Iacob qui erant inter eos, & cœperunt occídere de populo, & perſequi. Et debellabat Iudas filios Eſau in Idumæa, & eos qui erant in Arabathane: quia circũſedebant Iſraëlitas. Et percuſsit eos plaga magna. Et recordatus eſt malitiã filiorum Bean, qui erant populo in laqueum & in ſcãdalum, inſidiantes ei in via: & cõcluſi ſunt ab eo in turribus, & applicuit ad eos, & anathematizauit eos, & incendit turres eorum igni cum omnibus qui in eis erant. Et tranſiuit ad filios Ammon, & inuenit manũ fortẽ, & populũ copioſum, & Timóthæum ducẽ ipſorũ: & cõmiſit cum eis prælia multa, & contriti ſunt in conſpectu eorũ, & percuſsit eos, & cepit Gazar ciuitatẽ & filias eius, & reuerſus eſt in Iudæam. Et cõgregatæ ſunt gentes quæ ſunt in Galaad, aduerſus Iſraëlitas qui erant in finibus eorũ, vt tollerẽt eos: & fugerũt in Datheman munitionem, & miſerunt literas ad Iudã & fratres eius, dicentes, Congregatæ ſunt aduerſum nos gẽtes per circuitum, vt nos auferant: & parant venire, & occupare munitionem in quam cõfugimus: & Timóthæus eſt dux exercitus eorũ. Nunc ergo veni, & eripe nos de manibus eorum, quia cecidit multitudo de nobis. Et omnes fratres noſtri qui erant in locis Tubin, interfectí ſunt: & captiuas duxerunt vxores eorũ, & natos, & ſpolia, & peremerunt illic ferè mille viros. Et adhuc epiſtolæ legebantur, & ecce alij nuntij venerũt de Galilæa conſciſsis tunicis, nuntiantes ſecundũ verba hæc: dicentes cõueniſſe aduerſum ſe à Ptolemaida, & Tyro, & Sydone: & repleta eſt omnis Galilæa alienigenis vt nos conſumant. Vt audiuit autem Iudas & populus ſermones iſtos, conuenit eccleſia magna cogitare quid facerent fratribus ſuis qui in tribulatione erant, & expugnabãtur ab eis. Dixitq; Iudas Simoni fratri ſuo, Elige tibi viros, & vade, & libera fratres tuos in Galilæa: ego autem & frater meus Ionathas ibimus in Galaaditim. Et reliquit Ioſephum filium Zachariæ, & Azariam duces populi cũ reſiduo exercitu in Iudæa ad cuſtodiã, & præcepit illis, dicens, Præſtote populo huic: & nolite bellũ committere aduerſum gẽtes, donec reuertamur. Et partiti ſunt Simoni viri tria millia, vt iret in Galilæam: Iudæ autem octo millia in Galaaditim. Et abijt Simon in Galilæam, & commiſit prælia multa cum gẽtibus: & contritæ ſunt gentes à facie eius, & perſecutus eſt eos vſq; ad portam Ptolemaidis: & ceciderunt de gentibus ferè tria millia virorum, & accepit ſpolia eorum: & aſſumpſit eos qui erãt in Galilæa & in Arbatis cum vxoribus & natis & omnibus quæ erant illis, & adduxit in Iudæam cum lætitia magna. Et Iudas Machabæus & Ionathas frater eius tranſierunt Iordanem, & abierunt viam triũ dierũ per deſertum. Et occurrerunt eis Nabuthæi, & ſuſceperũt eos pacifice, & narrauerunt eis omnia quæ acciderant fratribus eorum in Galaaditide, & quia multi ex eis comprehenſi ſunt in Baraſa, & Boſor, & in Alimis: & in Caſphor, & Mageth, & Carnaim. hæ omnes ciuitates munitæ, & magnæ. Sed & in cæteris ciuitatibus Galaaditidis tenẽtur cõphrehẽſi, & in craſtinũ cõſtituerũt admouere exercitũ ciuitatibus his, & cõprehendere, & tollere eos in vna die. Et conuertit Iudas & exercitus eius viam in deſertum Boſor repente, & occupauit ciuitatẽ: & occidit omnem maſculũ in ore gladij, & accepit omnia ſpolia eorũ, & ſuccendit eam igni. Et ſurrexerunt inde nocte, & ibant vſq; ad munitionẽ. Et factũ eſt diluculo: cũ eleuaſſent oculos ſuos, & ecce populus multus, cuius non erat numerus portantes ſcalas & machinas vt cõprehenderẽt munitionẽ: & expugnabant eos. Et vidit Iudas quia cœpit bellũ, & clamor belli aſcẽdit ad cœlum ſicut tuba, & clamor magnus de ciuitate: & dixit exercitui ſuo, Pugnate hodie pro fratribus veſtris. Et venit tribus ordinibus poſt eos, & exclamauerũt tubis, & clamauerunt in oratione. Et cognouerunt caſtra Timóthei quiã Machabæus eſt, & refugerunt à facie eius: & percuſſerũt eos plaga magna, & ceciderũt ex eis in die illa ferè octo millia virorũ. Et diuertit Iudas in Maſpha, & expugnauit, & cepit eam: & occídit omnẽ maſculũ eius, & aſſumpſit ſpolia eius, & ſuccendit eam igni. Inde perrexit, & cepit Caſbon, & Mageth, & Boſor, & reliquas ciuitates Galaaditidis. Poſt hæc autem verba, congregauit Timótheus exercitum alium, & caſtra poſuit contra Raphon trans torrentem. Et miſit Iudas ſpeculari exercitum: & renuntiauerunt ei, dicentes, Quia conuenerunt ad

eum

eum omnes gentes quæ in circuitu noſtro ſunt, & exercitus multus nimis, & Arabas conduxerunt in auxilium ſibi, & caſtra poſuerunt trans torrentem, parati ad te venire in prælio. Et abijt Iudas obuiã illis. Et ait Timótheus principibus exercitus ſui, Cum appropinquauerit Iudas, & exercitus eius ad torrentem aquæ: ſi tranſierit ad nos prior, non poterimus ſuſtinere eum: quia potens poterit aduerſum nos: ſi verò timuerit tranſire, & poſuerit caſtra extra flumen, tranſfretemus ad eos, & poterimus aduerſus illum. Vt autem appropinquauit Iudas ad torrentem aquæ, ſtatuit ſcribas populi ſecus torrentem, & mandauit eis, dicens, Neminem hominum reliqueritis, ſed veniãt omnes in prælio. Et tranſfretauit ad illos prior, & omnis populus poſt eum: & contritæ ſunt omnes gentes à facie eorum, & proiecerunt arma ſua, & fugerunt ad phanum quod erat in Carnaim. Et occupauit ipſam ciuitatem, & phanum ſuccendit igni cum omnibus quæ erant in ipſo: & oppreſſa eſt Carnaim, & non potuit ſuſtinere contra faciem Iudæ. Et congregauit Iudas vniuerſos Iſraëlitas qui erant in Galaaditide, à minimo vſq; ad maximum, & vxores eorum & natos, & vaſa, & exercitum magnum valde, vt venirent in terram Iudæ. Et venerunt vſq; Ephron: & hæc ciuitas magna in ingreſſu poſita, munita valde: & non erat declinare ab ea dextra vel ſiniſtra, ſed per medium iter erat. Et incluſerunt ſe qui erant in ciuitate, & obſtruxerunt portas lapidibus: & miſit ad eos Iudas verbis pacificis dicens, Trãſeamus per terram veſtram, vt eamus in terram noſtram: & nemo vobis nocebit, tantum pedibus tranſibimus. & nolebant eis aperire. Et præcepit Iudas prædicari in caſtris vt applicarent vnuſquiſq; in quo erat loco: & applicuerunt ſe viri virtutis, & oppugnauit ciuitatem illam tota die & tota nocte, & tradita eſt ciuitas in manu eius: & peremerunt omnem maſculum in ore gladij, & eradicauit eam & accepit ſpolia eius, & tranſiuit per totam ciuitatem ſuper interfectos. Et tranſgreſsi ſunt Iordanem in campo magno, contra faciem Bethſan. Et erat Iudas congregans extremos, & exhortabatur populum per totam viam, donec venirent in terram Iuda: & aſcenderunt in montẽ Sion cum lætitia & gaudio, & obtulerunt holocauſta, quòd nemo ex eis cecidiſſet donec reuerterẽtur in pace. Et in diebus quibus erat Iudas, & Ionathas in terra Galaad, & Simon frater eius in Galilæa contra faciem Ptolemaidis, audiuit Ioſephus Zachariæ filius, & Azarias principes virtutis res bene geſtas, & prælia quæ facta ſunt, & dixit, Faciamus & ipſi nobis nomen, & eamus pugnare aduerſus gentes quæ in circuitu noſtro ſunt. Et præcepit his qui erant in exercitu ſuo, & abierũt Iamniam. Et exiuit Gorgias de ciuitate, & viri eius obuiam illis in pugnam. Et fugati ſunt Ioſephus & Azarias vſq; in fines Iudææ: & ceciderunt illa die de populo Iſrael ad duo millia viri, & facta eſt plaga magna in populo, quia non audierũt Iudam, & fratres eius, exiſtimantes fortiter ſe facturos: ipſi autem non erant de ſemine virorum illorum, per quos ſalus facta eſt in Iſrael. Et vir Iuda & fratres eius magnificati ſunt valde in conſpectu omnis Iſrael, & gentium omnium vbi audiebatur nomen eorum. Et conuenerunt ad eos fauſta acclamantes. Et exiuit Iudas & fratres eius, & expugnabant filios Eſau in terra quæ ad Auſtrum eſt, & percuſsit Chebron, & filias eius: & muros eius & turres ſuccẽdit igni in circuitu. Et mouit caſtra, vt iret in terram alienigenarũ, & perambulabat Samariam. In die illa ceciderunt ſacerdotes in bello, dum vult fortiter facere, dum ſine conſilio exit in prælium. Et declinauit Iudas in Azotum in terram alienigenarum, & diruit aras eorum, & ſculptilia deorum ipſorum ſuccendit igni: & cepit ſpolia ciuitatum, & reuerſus eſt in terram Iuda.

S. ANTIOCHVS *patri in obſidione* Elymaidis *mortuo ſuccedẽs uenit* Ieruſalem, *& cum pacem iuraſſet, fregit iuſiurandum, & reuerſus* Antiochiam *inuenit* Philippum *ciuitati dominantem.*

CAPVT VI.

A ET rex Antiochus perambulabat ſuperiores regiones, & audiuit eſſe ciuitatem Elymaidem in Perſide nobiliſsimam, & copioſam in argento & auro, templumq́; in ea locuples valde: & illic vela mina aurea, & loricæ, & ſcuta, quæ reliquit Alexander Philippi rex Macedo, qui regnauit primus in Græcia. Et venit, & quærebat capere ciuitatem, & deprædari eam, & non potuit: quoniã innotuit ſermo his qui erãt in ciuitate: & ſurrexerunt in prælium, & fugit inde, & abijt cum triſtitia magna, & reuerſus eſt in Babyloniam. Et venit qui nuntiaret ei in Perſide, Quia fugata ſunt caſtra quæ erant in terra Iuda: & quia abijt Lyſias cũ virtute forti in primis, & fugatus eſt à facie Iudæorum, & inualuerũt armis & viribus, & ſpolijs multis quæ ceperunt de caſtris quæ exciderũt: & quia diruerunt abominationem quã ædificauerãt ſuper altare quod erat in Ieruſalẽ: & ſanctificationem, ſicut prius circundederũt muris excelſis: ſed & Bethſurã ciuitatem ſuã. Et factũ eſt, vt audiuit rex ſermones iſtos, expauit, & cõmotus eſt valde: & décidit in lectũ, B & incidit in languorẽ præ triſtitia, quia nõ factum eſt ei ſicut cogitabat. Et erat illic per dies multos: quia renouata eſt in eo triſtitia magna, & arbitratus eſt ſe mori. Et vocauit omnes amicos ſuos, & dixit illis, Receſsit ſomnus ab oculis meis, & concidi & corrui corde præ ſolicitudine: & dixi in corde meo, In quantam tribulationem deueni, & in quos fluctus triſtitiæ in qua nunc ſum: qui iucundus erã, & dilectus in poteſtate mea? Nunc verò reminiſcor malorũ quæ feci in Ieruſalem, vnde & abſtuli omnia ſpolia aurea & argentea quæ erant in ea, & miſi auferre habitãtes Iudæã, ſine cauſa. Cognoui ergo quia propterea inuenerunt me mala iſta: & ecce pereo triſtitia magna in terra aliena. Et vocauit Philippum vnum de amicis ſuis, & præpoſuit eum ſuper vniuerſum regnũ ſuum: & dedit ei diadema, & ſtolam ſuam, & annulũ, vt adduceret Antiochum filium ſuum, & nutriret eum, & regnaret. Et mortuus eſt illic Antiochus rex anno centeſimo quadrageſimo nono. Et cognouit Lyſias quoniã mortuus eſt rex, & conſtituit regnare Antiochum filiũ eius, quem nutriuit adoleſcẽtem: & vocauit C nomen eius Eupatorem. Et hi qui erant in arce, concluſerant Iſrael in circuitu Sanctorũ: & quærebant eis mala ſemper ad firmamentum gentium. Et cogitauit Iudas diſperdere eos: & conuocauit vniuerſum populũ, vt obſiderent eos. Et cõuenerunt ſimul, & obſederũt eos anno cẽteſimo quinquageſimo, & fecerunt baliſtas & machinas. Et exierunt quidã ex eis qui obſidebantur: & adiunxerunt ſe illis aliqui impij ex Iſrael, & abierũt ad regẽ, & dixerũt, Quouſq; non facis iudiciũ & vindicas fratres noſtros? Nos decreuimus ſeruire patri tuo, & ambulare in præceptis eius, & obſequi edictis eius: & filij populi noſtri propter hoc alienabant ſe à nobis, & quicunq; inueniebãtur ex nobis, interficiebantur, & hæreditates noſtræ diripiebãtur. Et non ad nos tantũ extenderunt manum, ſed & in omnes fines noſtros: & ecce applicuerunt hodie ad arcem in Ieruſalẽ occupare eam, & munitionem in Bethſuram munierunt: & niſi præueneris eos velocius, maiora quàm hæc facient, & non poteris obtinere eos. Et iratus eſt rex vt hæc audiuit: & conuocauit omnes amicos ſuos, & principes exercitus ſui, & eos qui ſuper equites erant: ſed & de regnis alijs, & D de inſulis maritimis venerũt ad eum exercitus conductitij. Et erat numerus exercitus eius, centum millia peditũ, & viginti millia equitũ, & elephanti trigintaduo docti ad prælium. Et venerunt per Idumæã, & applicuerũt ad Bethſuram, & pugnauerunt dies multos, & fecerunt machinas: & exierunt, & ſuccenderunt eas igni, & pugnauerunt viriliter. Et receſsit Iudas ab arce, & mouit caſtra ad Bethzacharam contra caſtra regis. Et ſurrexit rex ante lucem, & concitauit exercitus in impetũ contra viam Bethzacharam: & cõparauerunt ſe exercitus in prælium, & tubis cecinerunt: & elephantis oſtenderunt ſanguinem vuæ & mori, ad acuendos eos in prælium: & diuiſerunt beſtias per legiones: & aſtiterũt ſingulis elephãtis mille

viri

viri in loricis concatenatis, & galeæ æreæ in capitibus eorum: & quingenti equites ordinati vnicuiq; bestiæ electi erant. Hi ante tempus vbicunq; erat bestia, ibi erant: & quocunq; ibat, ibant, & non discedebant ab ea. Sed & turres ligneæ super eos firmæ protegentes super singulas bestias: & super eas machi-
E næ: & super singulas, viri virtutis trigintaduo, qui pugnabant desuper: & intus magister bestiæ. Et residuũ equitatũ hinc & inde statuit in duas partes, tubis exercitũ commouere, & perurgere constipatos in legionibus eius. Et vt refulsit sol in clypeos aureos & æreos, resplenduerũt mõtes ab eis, & resplenduerunt sicut lampades ignis. Et distincta est pars exercitus regis per mõtes excelsos, & alia per loca humilia: & ibant cautè & ordinatè. Et commouebantur omes inhabitantes terram à voce multitudinis eorum, & incessu turbæ, & collisione armorũ: erat enim exercitus magnus valde & fortis. Et appropiauit Iudas, & exercitus eius in præliũ: & ceciderũt de exer-
Eleazari magnanimitas. citu regis sexcenti viri. Et vidit Eleazar filius Saura, vnam de bestijs loricatã loricis regis, & erat eminens super cæteras bestias: & visum est ei quòd in ea esset rex: & dedit se vt liberaret populũ suum, & acquireret sibi nomẽ æternũ. Et cucurrit ad
F eam audacter in medio legionis interficiẽs à dextris & à sinistris, & cadebãt ab eo huc atq; illuc. Et iuit sub pedes elephantis, & suppositus se ei, & occîdit eum: & cecidit in terrã super ipsum, & mortuus est illic. Et videntes virtutem regis, & impetum exercitus eius, diuerterũt se ab eis. Castra autem regis ascenderũt contra eos in Ierusalẽ, & applicuerunt castra regis ad Iudæã & montẽ Sion. Et fecit pacem cum his qui erant in Bethsura: & exierũt de ciuitate, quia non erãt eis ibi alimenta cõclusis, quia sabbatha erãt terræ. Et comprehẽdit rex Bethsuram, & cõstituit illic custodiã seruare eam. Et conuertit castra ad locum sanctificationis dies multos: & statuit illic balistas, & machinas, & ignis iacula, & tormenta ad lapides iactandos, & spicula, & scorpios ad mittendas sagittas & fundibula. Fecerunt autem & ipsi machinas aduersus machinas eorũ, & pugnauerunt dies multos. Escæ autem non erant in ciuitate, eo quòd septimus annus esset: & qui remãserant in Iudæa de gentibus, consumpserant reliquias eorum quæ repositæ fue-
G rant. Et remanserunt in Sanctis viri pauci, quoniã obtinuerat eos fames: & dispersi sunt vnusquisq; in locum suum. Et audiuit Lysias quòd Philippus quem constituerat rex Antiochus cum adhuc viueret, vt nutriret Antiochum filium suum & regnaret, reuersus est à Perside & Media, & exercitus qui abierat cum ipso, & quia quærebat suscipere regni negotia: & festinauit ire, & dicere ad regem & duces exercitus, Deficimus quotidie, & esca nobis modica est, & locus quem obsidemus est munitus, & incumbit nobis ordinare de regno. Nunc itaq; demus dextras hominibus istis, & faciamus cum illis pacem, & cum omni gente eorũ: & constituamus illis vt ambulent in legitimis suis sicut prius: propter legitima enim ipsorum, quæ despeximus, irati sunt, & fecerũt omnia hæc. Et placuit sermo in conspectu regis & principũ: & misit ad eos pacem facere: & receperunt illã. Et iurauit illis rex & principes: & exierũt de munitione. Et intrauit rex montẽ Sion, & vidit munitionem loci: & rupit citius iuramentum quod iurauit, & mandauit destruere murũ in gyro. Et discessit festinanter, & reuersus est Antiochiam, & inuenit Philippum dominãtem ciuitati: & pugnauit aduersus eum, & occupauit ciuitatem.

S. Demetrius occisis Antiocho & Lysia regnat: per Bacchidem uerò & Alcimum filios Israël affligit, quibus Nicanor superueniens à Iuda interfectus est.

CAPVT VII.

A Anno centesimo qninquagesimoprimo exijt Demetrius Seleuci filius ab vrbe Roma, & ascendit cum paucis viris in ciuitatẽ maritimã, & regnauit illic. Et factũ est: vt ingressus est domũ regni patrum suorũ, comprehendit exercitus Antiochũ & Lysiam, vt adducerent eos ad eum. Et res ei innotuit: & ait, Nolite mihi ostendere faciem eorũ. Et occîdit eos exercitus. Et sedit Demetrius super sedem regni sui, & venerunt ad eum viri iniqui & impij ex Israel: & Alcimus, dux eorum, qui volebat fieri sacerdos. Et accusauerũt populum apud regem, dicẽtes, Perdidit Iudas & fratres eius omnes amicos tuos, & nos dispersidit de terra nostra. Nunc ergo mitte virum cui credis, vt eat & videat exterminium omne quod fecit nobis in regionibus regis: & puniat omnes amicos eius & adiutores eorũ. Et ele-
B git rex ex amicis suis Bacchidem, qui dominabatur trans flumen magnum in regno, & fidelem regi: & misit eum, & Alcimum impium constituit in sacerdotium, & mandauit ei facere vltionem in filios Israel. Et surrexerunt, & venerũt cum exercitu magno in terram Iuda: & miserũt nuntios, & locuti sunt ad Iudã & ad fratres eius verbis pacificis in dolo. Et non intenderũt sermonibus eorũ: viderũt enim quia venerũt cum exercitu magno. Et conuenerũt ad Alcimũ & Bacchidẽ congregatio scribarũ requirere quæ iusta sunt: & primi, Assidæi qui erant in filijs Israel: & exquirebãt ab eis pacem. Dixerunt
C enim, Homo sacerdos de semine Aaron venit, non decipiet nos. Et locutus est cum eis verba pacifica: & iurauit illis, dicens, Non inferemus vobis malũ, neq; amicis vestris. Et crediderunt ei. Et comprehẽdit ex eis sexaginta viros, & occîdit *Psal.68.a* eos in vna die secundũ verbum quod scriptũ est, Carnes sanctorum tuorũ, & sanguinem ipsorũ effuderũt in circuitu Ierusalẽ, & non erat qui sepeliret. Et incubuit timor, & tremor in omnẽ populũ: quia dixerunt, Non est veritas & iudiciũ in eis: transgressi sunt enim constitutũ, & iusiurandũ quod iurauerunt. Et mouit Bacchides castra ab Ierusalem, & applicuit in Bethzecha: & misit, & comprehendit multos ex eis qui ad se refugerant, & quosdam de populo mactauit, & in puteum
D magnum proiecit. Et cõmisit regionem Alcimo, & reliquit cum eo auxilium in adiutorium ipsi. Et abijt Bacchides ad regem: & satis agebat Alcimus pro principatu sacerdotij sui, & conuenerũt ad eũ omnes, qui perturbabant populum suum, & obtinuerunt terram Iuda, & fecerunt plagam magnam in Israel. Et vidit Iudas omnia mala quæ fecit Alcimus & qui cũ eo erãt, filijs Israel, multò plus quàm gẽtes: & exijt in omnes fines Iudææ in circuitu, & fecit vindictam in viros desertores, & cessauerũt vltrà exire in regionem. Vidit autem Alcimus quòd præualuit Iudas & qui cũ eo erant: & cognouit quia nõ potest sustinere eos, & regressus est ad regẽ, & accusauit eos multis criminibus. Et misit rex Nicanorem, vnũ ex principibus suis nobilioribus, qui erat inimicitias exercens contra Israel: & mandauit ei euertere populũ. Et venit Nicanor in Ie-
E rusalem cũ exercitu magno, & misit ad Iudã & ad fratres eius verbis pacificis cũ dolo, dicẽs, Non sit pugna inter me & vos: *2.Mac.15.a* veniam cũ viris paucis, vt videam facies vestras cum pace. Et venit ad Iudam, & salutauerunt seinuicem pacificè: & hostes parati erant rapere Iudam. Et innotuit sermo Iudæ quoniam cũ dolo venerat ad eũ: & conterritus est ab eo, & amplius noluit videre faciem eius. Et cognouit Nicanor quoniã denudatum est consiliũ eius: & exiuit obuiam Iudæ in pugnam iuxta Capharsalama. Et ceciderunt de Nicanoris exercitu, ferè quinq; millia viri, & fugerũt in ciuitatem Dauid. Et post hæc verba ascendit Nicanor in montẽ Sion: & exierunt de sacerdotibus populi salutare eũ in pace, & demonstrare ei holocaustomata quæ offerebãtur pro rege. Et irridens, spreuit eos, & polluit: & locutus est superbè, & iurauit cum ira, dicens, Nisi traditus fuerit Iudas, & exercitus eius in manus meas: cõtinuò cùm regressus fuero in pace, succendam domũ istam. Et exijt cum ira magna: & intrauerunt sacerdotes, & steterunt ante faciem altaris & templi: & flentes dixerũt, Tu Domine elegisti domum istam ad inuocandum nomen tuum in ea, vt esset do-
F mus orationis & obsecrationis populo tuo: fac vindictam in homine isto, & exercitu eius, & cadant in gladio: memento blasphemias eorum, & ne dederis eis vt permaneant. Et exijt Nicanor

Nicanor ab Ieruſalem, & caſtra applicuit ad Bethhoron: & occurrit illi exercitus Syriæ. Et Iudas applicuit in Adarſa cũ tribus millibus viris: & orauit Iudas, & dixit, Qui miſsi erant
4. Reg. 19 g Tob. 1 d Eccle. 48 d Iſa. 37 g à rege Sennacherib, Domine, quia blaſphemauerunt te, exijt angelus, & percuſsit ex eis centũ octogintaquinq; millia: ſic conteret exercitum iſtum in cõſpectu noſtro hodie, & ſciant cæteri quia male locutus eſt ſuper ſancta tua, & iudica illum ſecundũ malitiam illius. Et commiſerunt exercitus prælium
G tertiadecima die menſis Adar: & contrita ſunt caſtra Nicanoris, & cecidit ipſe primus in prælio. Vt autem vidit exercitus eius quia cecidiſſet Nicanor, proiecerunt arma ſua, & fugerunt: & perſecuti ſunt eos viam vniùs diei ab Adazer, vſque quo veniatur in Gazara, & tubis cecinerunt poſt eos cum ſignificationibus. & exierũt de omnibus caſtellis Iudææ in circuitu, & ventilabant eos cornibus, & conuertebantur iterum ad eos, & ceciderunt omnes gladio, & non eſt relictus ex eis nec vnus. Et acceperunt ſpolia eorũ in prædam: & caput Nicanoris amputauerũt, & dexteram eius quam extenderat ſuperbè, & attuletunt, & ſuſpenderunt contra Ieruſalem. Et lætatus eſt populus valde, & egerunt diem illam in lætitia magna. Et conſtituit agi omnibus annis diem iſtam tertiadecima die menſis Adar. Et ſiluit terra Iuda dies paucos.

S. IVDA audita Romanorum fama cum illis fœdus percutit: ad quem Romani ſuum fœderis reſcriptum mittunt.

CAPVT VIII.

A ET audiuit Iudas nomen Romanorum quia ſunt potentes viribus, & acquieſcunt ad omnia quæ poſtulantur ab eis: & quicunq; acceſſerũt ad eos, ſtatuerunt cum eis amicitias, & quia ſunt potentes viribus. Et audierunt prælia eorum, & virtutes bonas quas fecerũt in Galatia, quia obtinuerũt eos, & duxerũt ſub tributum: & quanta fecerũt in regione Hiſpaniæ, & quòd in poteſtatem redegerũt metalla argẽti & auri quæ illic ſunt, & poſſederunt omnem locum conſilio ſuo & patientia: locaq; quæ longe erant valde ab eis, & reges qui ſuperuenerant eis ab extremis terræ, contriuerũt, & percuſſerũt eos plaga magna: cæteri autem dant eis tributũ omnibus annis. Et Philippum & Perſen Cethæorũ regem, & cæteros qui aduerſum eos arma tulerant contriuerunt in bello, & obtinuerunt eos: & Antiochum magnũ regem Aſiæ, qui eis pugnã intulerat, habẽs centum viginti elephãtes, & equitatũ, & currus, & exercitũ magnum valde, cõtritum ab eis: & quia ceperunt eum viuum, & ſtatuerunt ei vt daret ipſe & qui regnarent poſt ipſum, tributum magnũ, & daret obſides, & conſtitutũ. Et regionẽ Indo-
B rum, & Medos, & Lydos de optimis regionibus eorum: & acceptas eas ab eis, dederunt Eumeni regi: & quia qui erant apud Helladam, voluerunt ire, & tollere eos: & innotuit ſermo his, & miſerũt ad eos ducem vnum, & pugnauerunt contra illos, & ceciderũt ex eis multi, & captiuas duxerunt vxores eorum, & filios, & diripuerunt eos, & terram eorũ poſſederunt, & deſtruxerũt muros eorũ, & in ſeruitutẽ illos redegerunt vſq; in hunc diem: & reſidua regna, & inſulas quæ aliquando reſtiterant illis, exterminauerũt, & in poteſtatẽ redegerunt. Cum amicis autem ſuis, & qui in ipſis requiem habebant, conſeruauerũt amicitiã, & obtinuerũt regna quæ erant
C proxima & quæ erant longè: quia quicũq; audiebant nomen eorum, timebant eos. Quibus verò vellent auxilio eſſe vt regnarent, regnabant: quos autem vellent, regno deturbabãt. Et exaltati ſunt valde. Et in omnibus iſtis nemo portabat diadema, nec induebatur purpura, vt magnificaretur in ea. Et quia curiam fecerunt ſibi, & quotidie conſulebant trecẽtos viginti conſiliũ agentes ſemper de multitudine, vt quæ digna ſunt, gerant. Et committunt vni homini magiſtratũ ſuum per ſingulos annos dominari vniuerſæ terræ ſuæ: & omnes obediũt vni, & nõ eſt inuidia neq; zelus inter eos. Et elegit Iudas Eupolemum filiũ Iohannis filij Iacob, & Iaſonem filium Eleazari, & miſit eos Romam conſtituere cum illis amicitiam & ſocietatem: & vt auferrẽt ab eis iugum Græcorum, quia viderunt quòd in ſeruitutem premerent regnũ Iſrael. Et abierunt Romam viam multam valde, & introierunt curiam, & dixerunt, Iudas Machabæus, & fratres eius, & populus Iudæorũ miſerunt nos ad vos ſtatuere vobiſcum ſocietatem & pacem, & cõſcribere nos ſocios & amicos veſtros. Et placuit ſermo in conſpectu eorum. Et hoc reſcriptũ eſt, quod reſcripſerunt in tabulis æreis: & miſerunt in Ieruſalem, vt eſſet apud eos ibi memoriale pacis & ſocietatis. BENE SIT ROMANIS & genti Iudæorum in mari & in terra in æternum: gladiusq;, & hoſtis procul ſit ab eis. Quòd ſi inſtiterit bellum Romanis prius, aut omnibus ſocijs eorum in omni dominatione eorũ:
D auxilium feret gens Iudæorũ, prout tempus dictauerit, corde pleno: & præliantibus non dabunt, neq; ſubminiſtrabunt triticum, arma, pecuniam, naues ſicut placuit Romanis: & cuſtodient mandata eorum, nihil ab eis accipientes. Similiter autem & ſi genti Iudæorum prius acciderit bellum, adiuuabunt Romani ex animo, prout eis tempus permiſerit: & adiuuantibus non dabitur triticum, arma, pecunia, naues, ſicut placuit Romanis: & cuſtodient mandata eorum abſq; dolo. ſecũdum hæc verba conſtituerunt Romani populo Iudæorũ. Quòd ſi poſt hæc verba hi aut illi addere, aut demere ad hæc aliquid voluerint, facient ex propoſito ſuo: & quæcunq; addiderint vel dempſerint, rata erũt. Sed & de malis quæ Demetrius rex fecit in eos, ſcripſimus ei, dicentes, Quare grauaſti iugũ tuum ſuper amicos noſtros, & ſocios Iudæos? Si ergo iterum adierint nos aduerſum te, faciemus illis iudicium, & pugnabimus tecum mari terraq;.

Reſcriptũ Romanorum ad Iudæos.

S. IVDA à Bacchide & Alcimo miſsis à Demetrio in bello occiſo Ionathas frater ſufficitur. Alcimo autem paralyſi diſſoluto reuerſus Bacchides contra Ionatham uincitur, & fœdus cum Ionatha inire cogitur.

CAPVT IX.

A INterea vt audiuit Demetrius quia cecidit Nicanor & exercitus eius in prælio, appoſuit & Bacchidem & Alcimum rurſum mittere in Iudæam, & dextrum cornu cum illis. Et abierunt viam quæ ducit in Galgala, & caſtra poſuerunt in Maſaloth, quæ eſt in Arbellis: & occupauerũt eam, & peremerunt animas hominũ multas. In menſe primo anni centeſimi & quinquageſimi ſecũdi applicuerunt exercitũ ad Ieruſalẽ: & ſurrexerunt, & abierũt in Berean viginti millia virorũ, & duo millia equitũ. Et Iudas poſuerat caſtra in Laiſa, & tria millia viri electi cũ eo: & viderũt multitudinẽ exercitus quia multi ſunt, & timuerũt valde: & multi ſubtraxerũt ſe de caſtris, & nõ remanſerunt ex eis niſi octingenti viri. Et vidit Iudas quòd defluxit exercitus ſuus, & bellũ perurgebat eum, & confractus eſt corde: quia non habebat tempus congregandi eos, & diſſolutus eſt. Et dixit his qui reſidui erant, Surgamus, & eamus ad aduerſarios noſtros, ſi poterimus pugnare aduerſus eos. Et auertebant eum, dicentes, Non poterimus, ſed liberemus animas noſtras modò, & reuertamur ad fratres noſtros, &
B tunc pugnabimus aduerſus eos: nos autem pauci ſumus. Et ait Iudas, Abſit iſtam rem facere, vt fugiamus ab eis: & ſi appropiauit tempus noſtrum, moriamur in virtute propter fratres noſtros, & non inferamus crimen gloriæ noſtræ. Et mouit exercitus de caſtris, & ſteterunt illis obuiam: & diuiſi ſunt equites in duas partes, & fundibularij & ſagittarij præibant exercitũ, & primi certaminis omnes potentes. Bacchides autem erat in dextro cornu, & proximauit legio ex duabus partibus, & clamabant tubis: exclamauerunt autem & hi qui erant ex parte Iudæ etiam ipſi, & commota eſt terra à voce exercituum: & commiſſum eſt prælium à manè vſq; veſperam. Et vidit Iudas quòd firmior eſt pars exercitus Bacchidis in dextris, & conuenerunt cum ipſo omnes conſtantes corde: & cõtrita eſt dextera pars ab eis, & perſecutus eſt eos vſq;

ad mon-

ad montem Azoti. Et qui in ſiniſtro cornu erant viderunt quòd contritũ eſt dextrum cornu, & ſecuti ſunt poſt Iudam & eos qui cum ipſo erant à tergo: & ingrauatũ eſt prælium: & ceciderunt vulnerati multi ex his & ex illis. Et Iudas cecidit, & cæteri fugerũt. Et Ionathas, & Simon tulerunt Iudam fratrem ſuum, & ſepelierunt eum in ſepulchro patrum ſuorum in ciuitate Modim. Et fleuerunt eum omnis populus Iſrael planctu magno: & lugebãt dies multos, & dixerũt, Quomodo cecidit potens, qui ſaluum faciebat populum Iſrael? Et cætera verba bellorũ Iudæ, & virtutũ quas fecit, & magnitudinis eius non ſunt deſcripta, multa enim erant valde. Et factũ eſt: poſt obitum Iudæ emerſerunt iniqui in omnibus finibus Iſrael, & exorti ſunt omnes qui operabantur iniquitatem. In diebus illis facta eſt fames magna valde, & tradidit ſe Bacchidi omnis regio eorum cum ipſis. Et elegit Bacchides viros impios, & conſtituit eos dominos regionis: & exquirebãt & perſcrutabantur amicos Iudæ, & adducebant eos ad Bacchidem, & vindicabat in illos, & illudebat. Et facta eſt tribulatio magna in Iſrael, qualis non fuit ex die qua non eſt viſus propheta in Iſrael. Et congregati ſunt omnes amici Iudæ, & dixerũt Ionathæ, Ex quo frater tuus Iudas defunctus eſt, vir ſimilis ei non eſt qui exeat cõtra inimicos, Bacchidem, & eos qui inimici ſunt gentis noſtræ. Nunc itaq; te hodie eligimus eſſe pro eo nobis in principem & ducem ad bellandũ bellum noſtrũ. Et ſuſcepit Ionathas tempore illo principatũ, & ſurrexit loco Iudæ fratris ſui. Et cognouit Bacchides, & quærebat eum occidere. Et cognouit Ionathas & Simon frater eius, & omnes qui cum eo erant: & fugerũt in deſertum Thecuæ, & conſederunt ad aquam lacus Aſphar. Et cognouit Bacchides: & die ſabbathorum venit ipſe & omnis exercitus eius trans Iordanẽ: & Ionathas miſit fratrem ſuum ducem populi, & rogauit Nabuthæos amicos ſuos vt commodarent illis apparatum ſuũ qui erat copioſus. Et exierũt filij Iambri ex Madaba, & comprehenderũt Iohannẽ & omnia quæ habebat, & abierunt habentes ea. Poſt hæc verba renuntiatũ eſt Ionathæ & Simõni fratri eius quia filij Iambri faciunt nuptias magnas, & ducunt ſponſam ex Madaba filiam vnius de magnis principibus Chanáan cum ambitione magna. Et recordati ſunt ſanguinis Iohannis fratris ſui: & aſcenderũt, & abſconderunt ſe ſub tegumento montis. Et eleuauerũt oculos ſuos, & viderunt: & ecce tumultus, & apparatus multus, & ſponſus proceſſit, & amici eius, & fratres eius obuiam illis cum tympanis, & muſicis, & armis multis. Et ſurrexerũt ad eos ex inſidijs, & occiderunt eos, & ceciderunt vulnerati multi, & reſidui fugerunt in montes: & acceperunt omnia ſpolia eorũ, & conuerſæ ſunt nuptiæ in luctũ, & vox muſicorũ ipſorum in lamentum. Et vindicauerunt vindictam ſanguinis fratris ſui: & reuerſi ſunt ad ripam Iordanis. Et audiuit Bacchides, & venit die ſabbathorum vſq; ad oram Iordanis in virtute magna. Et dixit ad ſuos Ionathas, Surgamus, & pugnemus contra inimicos noſtros. nõ eſt enim hodie ſicut heri, & nudiuſtertius: ecce enim bellum ex aduerſo, aqua verò Iordanis hinc & inde, & ripæ, & paludes, & ſaltus: & non eſt locus diuertẽdi. Nunc ergo clamate in cœlum, vt liberemini de manu inimicorũ veſtrorum. Et commiſſum eſt bellum. Et extendit Ionathas manum ſuam percutere Bacchidẽ, & diuertit ab eo retro: & diſſilijt Ionathas & qui cum eo erant in Iordanem, & tranſnatauerunt ad eos Iordanem. Et ceciderunt de parte Bacchidis die illa mille viri: & reuerſi ſunt in Ieruſalem, & ædificauerunt ciuitates munitas in Iudæa, munitionem quæ erat in Iericho, & in Ammaum, & in Bethoron, & in Bethel, & Thannatha, & Phara, & Thopo muris excelſis & portis & ſeris. Et poſuit cuſtodiam in eis, vt inimicitias exercerent in Iſrael: & muniuit ciuitatem Bethſuram, & Gazaram, & Arcem, & poſuit in eis auxilia, & apparatum eſcarum: & accepit filios principum regionis obſides, & poſuit eos in arce in Ieruſalem in cuſtodiam. Et anno cẽteſimo quinquageſimotertio, menſe ſecundo præcepit Alcimus deſtrui muros domus ſanctæ interioris, & deſtrui opera prophetarũ: & cœpit deſtruere. In tempore illo percuſſus eſt Alcimus, & impedita ſunt opera illius, & occluſum eſt os eius, & diſſolutus eſt paralyſi, nec vltrà potuit loqui verbũ & mandare de domo ſua. Et mortuus eſt Alcimus in tempore illo cum tormẽto magno. Et vidit Bacchides quoniam mortuus eſt Alcimus: & reuerſus eſt ad regem, & ſiluit terra Iuda annis duobus. Et cogitauerunt omnes iniqui, dicentes, Ecce Ionathas, & qui cum eo ſunt, in ſilentio habitant cõfidenter: nunc ergo adducamus Bacchidem, & comprehendet eos omnes vna nocte. Et abierunt, & conſilium ei dederunt. Et ſurrexit vt veniret cum exercitu multo: & miſit occultè epiſtolas ſocijs ſuis, qui erant in Iudæa, vt comprehenderent Ionatham & eos qui cum eo erant, ſed nõ potuerunt, quia innotuit eis conſilium eorum. Et apprehendit de viris regionis, qui principes erant militiæ quinquaginta viros, & occîdit eos, & ſeceſsit Ionathas, & Simon, & qui cum eo erãt in Bethbeſſen, quæ eſt in deſerto: & extruxit diruta eius, & firmauerunt eam. Et cognouit Bacchides, & congregauit vniuerſam multitudinem ſuam: & his qui de Iuda erant, denuntiauit. Et venit, & caſtra poſuit déſuper Bethbeſſen: & oppugnauit eã dies multos, & fecit machinas. Et reliquit Ionathas Simonem fratrem ſuum in ciuitate, & exijt in regionem, & venit cum numero, & percuſsit Odaren & fratres eius, & filios Phaſeron in tabernaculis ipſorũ, & cœpit cædere & creſcere in virtutibus. Simon verò, & qui cum ipſo erant, exierũt de ciuitate, & ſuccenderunt machinas, & pugnauerunt cõtra Bacchidem, & contritus eſt ab eis, & afflixerunt eum valde, quoniam conſilium eius & congreſſus eius erat inanis. Et iratus contra viros iniquos qui ei conſilium dederant vt veniret in regionem ipſorũ, multos ex eis occîdit: ipſe autem cogitauit cum reliquis abire in regionem ſuam. Et cognouit Ionathas: & miſit ad eum legatos componere pacem cum ipſo, & reddere ei captiuitatem. Et libenter accepit, & fecit ſecundum verba eius, & iurauit ſe nihil facturũ ei mali omnibus diebus vitæ eius. Et reddidit ei captiuitatem quam prius erat prædatus de terra Iuda, & conuerſus abijt in terram ſuam, & nõ apoſuit amplius venire in fines eius. Et ceſſauit gladius ex Iſrael: & habitauit Ionathas in Machmas, & cœpit Ionathas ibi iudicare populum, & exterminauit impios ex Iſrael.

Iudas interficitur.

S. DEMETRIVS cum Alexãdro ſuper fœdere Iudæorum contendens ab Alexandro occîditur, Apollonius autem cum Ionatha congreſſus uincitur, Ionathas uerò ab Alexandro multis muneribus donatur. CAPVT X.

ET anno centeſimo ſexageſimo aſcendit Alexander Antiochi filius, qui cognominatus eſt Nobilis: & occupauit Ptolemaidam, & receperunt eũ, & regnauit illic. Et audiuit Demetrius rex, & cõgregauit exercitum copioſum valde, & exiuit obuiam illi in prælium. Et miſit Demetrius epiſtolam ad Ionatham verbis pacificis, vt magnificaret eum: dixit enim, Anticipemus facere pacem cum eo, priuſquam faciat cum Alexandro aduerſum nos: recordabitur enim omnium malorum quæ fecimus in eum, & in fratrem eius, & in gentem eius. Et dedit ei poteſtatem congregandi exercitũ, & fabricare arma, & eſſe ipſum ſocium eius, & obſides qui erant in arce iuſsit tradi ei. Et venit Ionathas in Ieruſalem, & legit epiſtolas in auditu omnis populi, & eorũ qui in arce erant. Et timuerũt timore magno, quoniam audierũt quòd dedit ei rex poteſtatem cõgregandi exercitũ. Et traditi ſunt Ionathæ obſides, & reddidit eos parentibus ſuis: & habitauit Ionathas in Ieruſalẽ, & cœpit ædificare & innouare ciuitatẽ. Et dixit faciẽtibus opera, vt extruerent muros, & montẽ Sion, in circuitu lapidibus quadratis ad munitionem: & ita fecerunt. Et fugerũt alienigenæ qui erant in munitionibus quas Bacchides ædificauerat: & reliquit vnuſquiſq; locum, & abijt in terram ſuam: tantũ in Bethſura

remanſerunt aliqui ex his qui reliquerant legem & præcepta Dei. erat enim hæc eis ad refugium. Et audiuit Alexander rex promiſſa quæ promiſit Demetrius Ionathæ: & narrauerunt ei prælia, & virtutes quas ipſe fecit, & fratres eius, & labores quos laborauerũt, & ait, Nunquid inueniemus aliquem virum talem? & nunc faciemus eum amicum, & ſocium noſtrum. Et ſcripſit epiſtolam, & miſit ei ſecundum hæc verba, dicens, REX Alexãder fratri Ionathæ ſalutem. Audiuimus de te quòd vir potens ſis viribus, & aptus es vt ſis amicus noſter: & nunc cõſtituimus te hodie ſummũ ſacerdotem gentis tuæ, & amicus vocêris regis (& miſit ei purpuram, & coronam auream) & quæ noſtra ſunt ſentias nobiſcũ, & conſerues amicitiam ad nos. Et induit ſe Ionathas ſtola ſancta ſeptimo menſe, anno centeſimo ſexageſimo in die ſolenni ſcenopegiæ: & congregauit exercitum & fecit arma copioſa. Et audiuit Demetrius verba iſta, & contriſtatus eſt nimis, & ait, Quid hoc fecimus, quòd præoccupauit nos Alexander apprehendere amicitiã Iudæorũ ad munimẽ ſui? Scribã & ego illis verba deprecatoria, & dignitates: & dona: vt ſint mecum in adiutorium. Et ſcripſit eis in hæc verba. REX Demetrius genti Iudæorum ſalutem. Quoniam ſeruaſtis ad nos pactum, & manſiſtis in amicitia noſtra, & non acceſiſtis ad inimicos noſtros, audiuimus, & gauiſi ſumus. Et nunc perſeuerate adhuc cõſeruare ad nos fidem, & retribuemus vobis bona pro his quæ feciſtis nobiſcum. Et remittemus vobis præſtationes multas, & dabimus vobis donationes. Et nunc abſoluo vos & omnes Iudæos à tributis, & pretia ſalis indulgeo, & coronas remitto, & tertias ſeminis: & dimidiam partem fructus ligni quod eſt portionis meæ, relinquo vobis ex hodierno die & deinceps ne accipiatur à terra Iuda & à tribus ciuitatibus quæ additæ ſunt illi ex Samaria & Galilæa ex hodierna die & in totũ tempus, & Ieruſalem ſit ſancta & libera cũ finibus ſuis: & decimæ & tributa, ipſius ſint. Remitto etiã poteſtatem arcis quæ eſt in Ieruſalem: & do eam ſummo ſacerdoti, vt conſtituat in ea viros quoſcunq; ipſe elegerit, qui cuſtodiãt eam. Et omnem animam Iudæorum, quæ captiua eſt à terra Iuda in omni regno meo relinquo liberã gratis, vt omnes à tributis ſoluantur, etiam pecorũ ſuorum. Et omnes dies ſolennes, & ſabbatha, & neomeniæ, & dies decreti, & tres dies ante diẽ ſolennẽ, & tres dies poſt diem ſolennem ſint omnes immunitatis & remiſſionis omnibus Iudæis qui ſunt in regno meo: & nemo habebit poteſtatẽ agere aliquid, & mouere negotia aduerſus aliquem illorũ in omni cauſa. Et aſcribantur ex Iudæis in exercitu regis ad triginta millia virorum, & dabuntur illis copiæ vt oportet omnibus exercitibus regis, & ex eis ordinabũtur qui ſint in munitionibus regis magni: & ex his cõſtituentur ſuper negotia regni quæ aguntur ex fide, & principes ſint ex eis, & ambulẽt in legibus ſuis, ſicut præcipit rex in terra Iuda. Et tres ciuitates quæ additæ ſunt Iudææ ex regione Samariæ cũ Iudæa reputentur: vt ſint ſub vno, & non obediant alienæ poteſtati, niſi ſummo ſacerdoti: Ptolemaida & confines eius, quas dedi donũ ſanctis qui ſunt in Ieruſalem ad neceſſarios ſumptus ſanctorum. Et ego do ſingulis annis quindecim millia ſiclorum argenti de rationibus regis, quæ me cõtingunt: & omne quod reliquũ fuerit, quod non reddiderant qui ſuper negotia erãt annis prioribus, ex hoc dabunt in opera domus. Et ſuper hæc quinq; millia ſiclorũ argenti, quæ accipiebant de ſanctorum ratione per ſingulos annos: & hæc ad ſacerdotes pertineant, qui miniſterio funguntur. Et quicunq; confugerint in templũ quod eſt Ieroſolymis, & in omnibus finibus eius, obnoxij regi in omni negotio dimittãtur, & vniuerſa quæ ſunt eis in regno meo libera habeant. Et ad ædificanda vel reſtaurãda opera ſanctorũ ſumptus dabuntur de ratione regis: & ad extruẽdos muros in Ieruſalẽ & cõmuniendos in circuitu, ſumptus dabuntur de ratione regis, & ad cõſtruendos muros in Iudæa. Vt audiuit autẽ Ionathas & populus ſermones iſtos, non crediderũt eis, nec receperunt eos: quia recordati ſunt malitiæ magnæ quam fecerat in Iſrael, & tribulauerat eos valde. Et complacuit eis in Alexandrum, quia ipſe fuerat eis princeps ſermonũ pacis, & ipſi auxilium ferebant omnibus diebus. Et cõgregauit rex Alexander exercitum magnũ, & admouit caſtra contra Demetrium. Et commiſerunt præliũ duo reges, & fugit exercitus Demetrij, & inſecutus eſt eum Alexander, & incubuit ſuper eos. Et inualuit prælium nimis, donec óccidit ſol: & cecidit Demetrius in die illa. Et miſit Alexander ad Ptolemæũ regem Aegypti legatos ſecundũ hæc verba dicens, QVONIAM regreſſus ſum in regnum meũ, & ſedi in ſede patrũ meorum, & obtinui principatum, & contriui Demetriũ & poſſedi regionem noſtrã, & commiſi pugnam cũ eo, & cõtritus eſt ipſe, & caſtra eius à nobis, & ſedemus in ſede regni eius: & nũc ſtatuamus adinuicem amicitiã, & da mihi filiã tuam vxorem, & ero gener tuus, & dabo tibi dona, & ipſi dignitatem. Et reſpondit rex Ptolemæus, dicens, FELIX dies in qua reuerſus es ad terram patrũ tuorũ, & ſediſti in ſede regni eorũ. Et nunc faciã tibi quod ſcripſiſti: ſed occurre mihi Ptolemaidam, vt videamus inuicẽ nos, & ſpondeã tibi ſicut dixiſti. Et exiuit Ptolemæus de Aegypto, ipſe & Cleopatra filia eius, & venit Ptolemaidã anno cẽteſimo ſexageſimo ſecũdo. Et occurrit ei Alexander rex, & dedit ei Cleopatrã filiam ſuam: & fecit nuptias eius Ptolemaidæ, ſicut reges in magna gloria. Et ſcripſit rex Alexander Ionathæ, vt veniret obuiã ſibi. Et abijt cũ gloria Ptolemaidã, & occurrit ibi duobus regibus, & dedit illis argentum multũ, & aurũ, & dona: & inuenit gratiam in cõſpectu eorũ. Et conuenerũt aduerſus eũ viri peſtilẽtes ex Iſrael, viri iniqui interpellantes aduerſus eũ: & non intendit ad eos rex. Et iuſsit ſpoliari Ionathã veſtibus ſuis, & indui eum purpura: & ita fecerũt: Et collocauit eũ rex ſedere ſecũ. Dixitq; principibus ſuis, Exite cũ eo in mediũ ciuitatis, & prædicate vt nemo aduerſus eũ interpellet de vllo negotio, nec quiſquã ei moleſtus ſit de vlla ratione. Et factum eſt vt viderũt qui interpellabant gloriam eius quæ prædicabatur, & opertũ eum purpura, fugerũt omnes: & magnificauit eum rex, & ſcripſit eum inter primos amicos, & poſuit eum ducẽ, & participem principatus. Et reuerſus Ionathas in Ieruſalem cũ pace & lætitia. In anno centeſimo ſexageſimo quinto, venit Demetrius filius Demetrij à Creta in terrã patrũ ſuorũ, & audiuit Alexander rex, & contriſtatus eſt valde, & reuerſus eſt Antiochiam. Et conſtituit Demetrius rex Apollonium ducem, qui præerat Cœleſyriæ: & congregauit exercitũ magnum, & acceſsit ad Iamniam: & miſit ad Ionatham ſummũ ſacerdotem, dicens, Tu ſolus reſiſtis nobis: ego autem factus ſum in deriſum, & in opprobrium, propterea quia tu poteſtatem aduerſum nos exerces in montibus. Nunc ergo ſi confidis in virtutibus tuis, deſcende ad nos in campũ, & comparemus illic inuicem: quia mecũ eſt virtus bellorum. Interroga & diſce quis ſum ego & cæteri qui auxilio ſunt mihi, qui & dicunt quia non poteſt ſtare pes veſter ante faciẽ noſtram, quia bis in fugam conuerſi ſunt patres tui in terrã ſuam: & nunc quomodo poteris ſuſtinere equitatum & exercitum tantum in campo, vbi nõ eſt lapis, neq; ſaxũ, neq; locus fugiendi? Vt audiuit autem Ionathas ſermones Apollonij, motus eſt animo: & elegit decem millia virorum, & exijt ab Ieruſalem, & occurrit ei Simon frater eius in adiutorium: & applicuerunt caſtra in Ioppen, & excluſit eum à ciuitate: quia cuſtodia Apollonij Ioppe erat, & oppugnauit eam. Et exterriti qui erant in ciuitate, aperuerunt ei, & obtinuit Ionathas Ioppen. Et audiuit Apollonius, & admouit tria millia equitum & exercitũ multum. Et abijt Azotum tanquam iter faciens, & ſtatim exijt in campum: eo quòd haberet multitudinem equitum, & confideret eis. Et inſecutus eſt eum Ionathas in Azotum, & commiſerunt prælium. Et reliquit Apollonius in caſtris mille equites poſt eos occultè. Et cognouit Ionathas quoniam inſidiæ ſunt poſt ſe, & circuierunt caſtra eius, & iecerunt iacula in

populum,à mane vſq; ad veſperam. Populus autem ſtabat, ſicut præceperat Ionathas:& laborauerũt equi eorũ. Et eiecit Simon exercitũ ſuum,& commiſit contra legionem. equites enim fatigati erãt,& contriti ſunt ab eo,& fugerũt. Et qui diſperſi ſunt per campum fugerũt in Azotum,& intrauerũt in Bethdagon idolum ſuũ, vt ibi ſe liberarẽt. Et ſuccendit Ionathas Azotũ,& ciuitates quæ erant in circuitu eius,& accepit ſpolia eorum,& templũ Dagon:& omnes qui fugerunt in illud,ſuccendit igni. Et fuerũt qui ceciderunt gladio cũ his qui ſuccenſi ſunt,ferè octo millia virorũ. Et mouit inde Ionathas caſtra,& applicuit ea Aſcalonem:& exierũt de ciuitate obuiã illi in magna gloria. Et reuerſus eſt Ionathas in Ieruſalem cũ ſuis,habentibus ſpolia multa. Et factũ eſt:vt Audiuit Alexander rex ſermones iſtos,addidit adhuc glorificare Ionathã. Et miſit ei fibulam auream,ſicut cõſuetudo eſt dari cognatis regum. Et dedit ei Accarõ & omnes fines eius in poſſeſsionem.

S. PTOLEMÆO mortuo ſuccedens gener eius Alexander cum Ionatha fœdus inijt,& Iudæam liberam reddidit, Demetrius autem à Ionatha liberatur,ictum fœdus violat, quo depulſo regnat Antiochus. CAPVT XI.

A EXT rex Aegypti congregauit exercitũ, ſicut arenam quæ eſt circa oram maris,& naues multas:& quærebat obtinere regnũ Alexandri dolo, & addere illud regno ſuo. Et exijt in Syriã verbis pacificis,& aperiebant ei ciuitates,& occurrebant ei: quia mandauerat Alexander rex exire ei obuiam, eo quòd ſocer ſuus eſſet. Cum autẽ introiret ciuitatem Ptolemæus, ponebat cuſtodias militũ in ſingulis ciuitatibus. Et vt appropiauit Azoto,eſtenderũt ei templum Dagon ſuccẽſum igni, & Azotũ, & cætera eius demolita,& corpora proiecta,& eorũ qui cæſi erant in bello tumulos quos fecerant ſecus viam. Et narrauerunt regi quia hæc fecit Ionathas: vt inuidiam facerent ei,& tacuit rex. Et occurrit Ionathas regi in Ioppen cum gloria, & inuicem ſe ſalutauerunt,& dormierunt illic. Et abijt Ionathas cũ rege vſq; ad fluuium qui vocabatur Eleutherus:& reuerſus eſt in Ieruſalẽ. Rex autem Ptolemæus obtinuit dominium ciuitatum vſq; Seleuciam maritimam, & cogitabat in Alexandrum conſilia mala. Et miſit legatos ad Demetrium:
B dicens, VENI componamus inter nos pactum,& dabo tibi filiam meam quam habet Alexander,& regnabis in regno patris tui. pœnitet enim me,quòd dederim illi filiã meam: quæſiuit enim me occidere. Et vituperauit eum, propterea quòd concupierat regnum eius. Et abſtulit filiã ſuam, & dedit eam Demetrio. Et alienauit ſe ab Alexandro, & manifeſtatæ ſunt inimicitiæ eius. Et intrauit Ptolemæus Antiochiam, & impoſuit duo diademata capiti ſuo, Aegypti & Aſiæ. Alexander autem rex erat in Cilicia illis temporibus: quia rebellabãt qui erant in locis ſuis. Et audiuit Alexander,& venit ad eũ in bellum:& produxit Ptolemæus rex exercitum,& occurrit ei in manu valida,& fugauit eum. Et fugit Alexãder in Arabiam, vt ibi protegeretur. rex autem Ptolemæus exaltatus eſt. Et abſtulit Zabdiel Arabs caput Alexandri,& miſit Ptolemæo. Et rex Ptolemæus mortuus eſt in die tertia:& qui erant in munitionibus, perierunt ab his qui erant intra caſtra. Et regnauit Demetrius anno centeſimo ſexageſimoſeptimo. In diebus illis congregauit Ionathas eos qui erant in Iudæa, vt expugnarent arcem quæ eſt in Ieruſalem: & fecerunt contra eam machinas multas. Et abierunt quidam qui oderãt gẽtem ſuam viri iniqui ad regem Demetrium, & renuntiauerunt ei quòd Ionathas obſideret arcem. Et vt audiuit,iratus eſt: & ſta
C tim venit ad Ptolemaidam,& ſcripſit Ionathæ ne obſideret arcem,ſed occurreret ſibi ad colloquium feſtinatò. Vt audiuit autem Ionathas,iuſsit obſidere:& elegit de ſenioribus Iſrael, & de ſacerdotibus,& dedit ſe periculo. Et accepit aurum & argentum,& veſtẽ,& alia xenia multa,& abijt ad regem Ptolemaidam,& inuenit gratiam in conſpectu eius,& interpellabant aduerſus eum quidam iniqui ex gente ſua. Et fecit ei rex ſicut fecerant ei qui ante eum fuerant:& exaltauit eum in conſpectu omnium amicorum ſuorũ, & ſtatuit ei principatum ſacerdotij,& quæcunq; alia habuit prius pretioſa,& fecit eum principem amicorum. Et poſtulauit Ionathas à rege vt immunem faceret Iudæam,& tres toparchias, & Samariã, & confines eius:& promiſit ei talenta trecenta. Et conſenſit rex & ſcripſit Ionathæ epiſtolas de his omnibus, hunc modũ continentes. REX Demetrius fratri Ionathæ,ſalutẽ & genti Iudæorum. Exemplũ epiſtolæ,quam ſcripſimus Laſtheni parẽti noſtro de vobis,miſimus ad vos,vt ſciretis: Rex Demetrius Laſtheni parenti ſalutem. Genti Iudæorum amicis noſtris,& conſeruantibus quæ iuſta ſunt apud nos, decreuimus
D benefacere,propter benignitatem ipſorum quam erga nos habent. Statuimus ergo illis omnes fines Iudææ, & tres ciuitates, Lydam & Ramatham, quæ additæ ſunt Iudææ, ex Samaria,& omnes confines earum ſequeſtrari omnibus ſacrificantibus in Ieroſolymis pro his quæ ab eis prius accipiebat rex per ſingulos annos,& pro fructibus terræ & pomorum. Et alia quæ ad nos pertinebant decimarũ & tributorum, ex hoc tempore remittimus eis: & areas ſalinarum, & coronas quæ nobis deferebantur,omnia ipſis concedimus. & nihil horum irritũ erit ex hoc & in omne tẽpus. Nunc ergo curate facere horum exemplũ,& detur Ionathæ,& ponatur in monte ſancto,& in loco celebri. Et videns Demetrius rex quòd ſiluit terra in cõſpectu ſuo,& nihil ei reſtitit,& dimiſit totũ exercitum ſuum,vnumquenq; in locũ ſuũ, excepto peregrino exercitu quem traxit ab inſulis gentium:& inimici erant ei omnes exercitus patrũ eius. Tryphon autẽ erat quidã partiũ Alexandri prius: & vidit quoniã omnis exercitus murmurauit contra Demetrium,& iuit ad Emalchuel Arabem, qui nutriebat Antiochum filium Alexandri:& aſsidebat ei,vt traderet eum
E ipſi, vt regnaret loco patris ſui: & enuntiauit ei quanta fecit Demetrius,& inimicitias exercituum eius aduerſus illum. Et mãſit ibi diebus multis. Et miſit Ionathas ad Demetriũ regẽ vt eijceret eos qui in arce erant in Ieruſalem, & qui in præſidijs erant: quia impugnabãt Iſrael. Et miſit Demetrius ad Ionatham,dicens,Non hæc tantũ faciã tibi & genti tuæ,ſed gloria illuſtrabo te & gentẽ tuã cũ fuerit opportunũ. Nunc ergo rectè feceris,ſi miſeris in auxilium mihi viros: quia diſceſsit omnis exercitus meus. Et miſit ei Ionathas tria millia virorũ fortium Antiochiam:& venerũt ad regẽ,& delectatus eſt rex in aduentu eorũ. Et conuenerunt qui erant de ciuitate, centũ viginti millia virorũ,& volebant interficere regẽ. Et fugit rex in aulã:& occupauerũt qui erãt de ciuitate,itinera ciuitatis, & cœperunt pugnare. Et vocauit rex Iudæos in auxiliũ,& conuenerunt omnes ſimul ad eum,& diſperſi ſunt omnes per ciuitatem:& occiderunt in illa die centũ millia hominũ, & ſuccenderunt ciuitatẽ: & ceperũt ſpolia multa in die illa,& liberauerunt regẽ. Et viderũt qui erant de ciuitate quòd obtinuiſ-
F ſent Iudæi ciuitatẽ ſicut volebãt:& infirmati ſunt mente ſua, & clamauerũt ad regem cũ precibus,dicentes, Da nobis dexteras,& ceſſent Iudæi oppugnare nos & ciuitatẽ. Et proiecerunt arma ſua,& fecerunt pacem: & glorificati ſunt Iudæi in conſpectu regis & in cõſpectu omniũ qui erãt in regno eius, & nominati ſunt in regno:& regreſsi ſunt in Ieruſalẽ, habẽtes ſpolia multa. Et ſedit Demetrius rex in ſede regni ſui:& ſiluit terra in cõſpectu eius. Et mentitus eſt omnia quæcũq; dixit, & abalienauit ſe à Ionatha,& non retribuit ei ſecundũ beneficia quæ ſibi tribuerat,& vexabat eũ valdè. Poſt hæc autẽ reuerſus eſt Tryphon,& Antiochus cũ eo puer adoleſcens:& regnauit,& impoſuit ſibi diadema. Et cõgregati ſunt ad eum omnes exercitus quos diſperſerat Demetrius,& pugnauerũt contra eum: & fugit,& terga vertit. Et accepit Tryphon beſtias, & obtinuit Antiochiam: & ſcripſit Antiochus adoleſcens Ionathæ,dicẽs, Conſtituo tibi ſacerdotiũ, & conſtituo te ſuper quatuor ciuitates, vt ſis de amicis regis. Et miſit illi

vaſa aurea

vasa aurea in ministerium, & dedit ei potestatem bibendi in
auro, & esse in purpura, & habere fibulam auream: & Simo-
nem fratrem eius constituit ducē à terminis Tyri vsq; ad fines
Aegypti. Et exijt Ionathas, & perambulabat trans flumen ci-
uitates: & congregatus est ad eum omnis exercitus Syriæ in
auxiliū, & venit Ascalonē, & occurrerunt ei honorificè de ci-
uitate. Et abijt inde Gazā: & cōclusērūt se qui erant Gazæ, &
obsedit eā, & succēdit quæ erant in circuitu ciuitatis, & præ-
datus est eam. Et rogauerunt Gazenses Ionathā, & dedit illis
dextram: & accepit filios eorū obsides, & misit illos in Ieru-
salem, & perambulauit regionem vsq; Damascum. Et audiuit
G Ionathas quòd præuaricati sunt principes Demetrij in Cades
quæ est in Galilæa cum exercitu multo, volentes eum remo-
uere à negotio regni, & occurrit illis: fratrem autem suum Si-
mōnem reliquit intra prouinciā. Et applicuit Simō ad Beth-
suram, & expugnabat eam diebus multis, & conclusit eos. Et
postulauerunt ab eo dextras accipere, & dedit illis: & eiecit
eos inde, & cepit ciuitatē, & posuit in ea præsidium. Et Io-
nathas & castra eius applicuerunt ad aquam Genesar, & ante
lucem vigilauerunt in campo Asor: & ecce castra alienigena-
rum occurrebant ei in campo, & tendebāt ei insidias in mon-
tibus: ipse autem occurrit ex aduerso. Insidiæ verò exurrexe-
runt de locis suis, & commiserūt præliū. Et fugerūt qui erant
ex parte Ionathæ, omnes: & nemo relictus est ex eis, nisi Ma
tathias filius Absolomi, & Iudas filius Calphi princeps mili-
tiæ exercitus. Et scidit Ionathas vestimenta sua, & posuit ter-
ram in capite suo, & orauit. Et reuersus est Ionathas ad eos in
prælium, & conuertit eos in fugā, & pugnauerūt. Et viderunt
qui fugiebant partis illius, & reuersi sunt ad eum, & inseque-
bantur cum eo omnes vsq; Cades ad castra sua, & peruenerūt
vsq; illuc. & ceciderunt de alienigenis in die illa tria millia vi-
rorum: & reuersus est Ionathas in Ierusalem.

*S. IONATHAS cum Romanis fœdus renouans & cum Spartia-
tis, sed tandem apud Ptolemaidam à Tryphone dolo captus
est, & omnes qui cum eo erant interfecti sunt.*

CAPVT XII.

A ET vidit Ionathas quia tempus eū iuuat, & elegit
viros, & misit eos Romā statuere & renouare cū
eis amicitiam: & ad Spartiatas, & ad alia loca misit
epistolas secundū eandem formā: & abierūt Ro-
mam, & intrauerunt curiā, & dixerunt, Ionathas summus sa-
cerdos, & gens Iudæorū miserunt nos vt renouaremus amici-
tiam & societatem secundū pristinū. Et dederunt illis epistō-
las ad ipsos per loca vt deducerent eos in terram Iuda cū pace.
Et hoc est exemplū epistolarū, quas scripsit Ionathas Spar-
tiatis. IONATHAS summus sacerdos, & seniores gentis, &
sacerdotes, & reliquus populus Iudæorū, Spartiatis fratribus
salutem. Iampridem missæ erant epistolæ ad Oniam summū
sacerdotem à Dario qui regnabat apud vos, quoniā estis fra-
B tres nostri, sicut scriptū cōtinet quod subiectum est. Et susce-
pit Onias virū qui missus fuerat, cū honore: & accepit epistō-
las, in quibus significabatur de societate & amicitia. Nos enim
cum nullo horū indigeremus, habētes sanctos libros qui sunt
in manibus nostris, maluimus mittere ad vos renouare frater-
nitatem & amicitiā, ne fortè alieni efficiamur à vobis: multa
enim tēpora transierunt, ex quo misistis ad nos. Nos ergo in
omni tempore sine intermissione in diebus solēnibus, & cæ-
teris quibus oportet, memores sumus vestri in sacrificijs quæ
offerimus, & in obseruationibus sicut fas est & decet meminis
se fratrū. Lætamur itaq; de gloria vestra. Nos autē circūdede-
runt multæ tribulationes, & multa prælia, & impugnauerunt
nos reges qui sunt in circuitu nostro. Noluimus ergo vobis
molesti esse, neq; cæteris socijs, & amicis nostris in his præ-
C lijs. habuimus enim de cœlo auxiliū, & liberati sumus nos, &
humiliati sunt inimici nostri. Elegimus itaq; Numeniū An-
tiochi filiū, & Antipatrem Iasonis filiū, & misimus ad Roma-
nos renouare cū eis amicitiam & societatem pristinā. Māda-
uimus itaq; eis vt veniant etiam ad vos, & salutent vos, & red-
dant vobis epistolas nostras de innouatione fraternitatis no-
stræ. Et nunc benefacietis respondentes nobis ad hæc. Et hoc
rescriptū est epistolarum, quod misit Onias. REX Spartiata-
rum Onias Ionathæ sacerdoti magno salutem. Inuentū est in
scriptura de Spartiatis & Iudæis quoniā sunt fratres, & quòd
sunt de genere Abraham. Et nunc ex quo hæc cognouimus,
benefacitis scribentes nobis de pace vestra. Sed & nos rescri-
psimus vobis, Pecora nostra, & possessiones nostræ, vestræ
sunt: & vestræ, nostræ. Mandauimus itaq; hæc nuntiari vobis.
Et audiuit Ionathas quoniam egressi sunt principes Deme-
trij cum exercitu multo suprà quàm prius, pugnare aduersus
eum: & exijt ab Ierusalem, & occurrit eis in Amathite regio-
D ne: non enim dederat eis spatiū vt ingrederentur regionē eius.
Et misit speculatores in castra eorum: & reuersi renuntiaue-
runt quòd cōstituunt superuenire illis nocte. Cùm occidisset
autem sol, præcepit Ionathas suis vigilare & esse in armis pa-
ratos ad pugnam tota nocte, & posuit custodes per circuitum
castrorum. Et audierunt aduersarij quòd paratus est Ionathas
cum suis in bello: & timuerunt & formidauerūt in corde suo,
& accenderunt focos in castris suis. Ionathas autem & qui cū
eo erant, nō cognouerūt vsq; mane: videbāt autem luminaria
ardentia, & secutus est eos Ionathas, & non cōprehendit eos,
transierunt enim flumen Eleutherum. Et diuertit Ionathas ad
E Arabas, qui vocabantur Zabadæi: & percussit eos, & accepit
spolia eorum. Et iunxit, & venit Damascum, & perambula-
bat omnem regionem illam. Simon autem exijt & venit vsq;
ad Ascalonem, & ad proxima præsidia: & declinauit in Iop-
pen, & occupauit eam. (audiuit enim quòd vellēt præsidium
tradere patribus Demetrij) & posuit ibi custodes, vt custo-
dirent eam. Et reuersus est Ionathas: & conuocauit seniores
populi, & cogitauit cum eis ædificare præsidia in Iudæa, &
ædificare muros in Ierusalem, & exaltare altitudine magna
inter mediū arcis & ciuitatem, vt separaret eam à ciuitate, vt
esset ipsa singulariter, & neq; emant, neq; vendant. Et conue-
nerunt vt ædificarent ciuitatem: & cecidit murus qui erat su-
per torrentem ab ortu solis, & reparauit eum qui vocatur Ca-
phetetha: & Simon ædificauit Adiada in Sephela, & muniuit
eam, & imposuit portas & seras. Et cū cogitasset Triphon re-
gnare Asiæ & assumere diadema, & extendere manū in An-
tiochum regem: timens ne fortè non permitteret eum Iona-
F thas, sed pugnaret aduersus eū, quærebat cōprehendere eum,
& occidere. Et exurgens abijt in Bethsan. Et exiuit Ionathas
obuiam illi cū quadraginta millibus virorū electorum in præ-
lium, & venit Bethsan. Et vidit Tryphon quia venit Ionathas
cum exercitu multo, vt extenderet in eū manus: & timuit. Et
accepit eum cū honore, & commendauit eū omnibus amicis
suis. & dedit ei munera: & præcepit exercitibus suis vt obe-
dirent ei sicut sibi. Et dixit Ionathæ, Vt quid vexasti vniuer-
sum populum, cum bellū nobis nō sit? Et nunc remitte eos in
domos suas: elige autē tibi viros paucos qui tecū sint, & veni
mecū Ptolemaidam, & tradā eam tibi, & reliqua præsidia &
exercitum & vniuersos præpositos negotij, & conuersus abi-
bo, propterea enim veni. Et credidit ei, & fecit sicut dixit: &
dimisit exercitū, & abierunt in terrā Iuda. retinuit autē secum
tria millia virorū: ex quibus remisit in Galilæam duo millia,
mille autē venerunt cū eo. Vt autem intrauit Ptolemaidā Io-
G nathas, clauserūt portas ciuitatis Ptolemēses: & cōprehende-
runt eū, & omnes qui cū eo intrauerāt gladio interfecerūt. Et
misit Triphon exercitū & equites in Galilæā, & in campum
magnum vt perderent omnes socios Ionathæ. At illi cum co-
gnouissent quia cōprehensus est Ionathas, & perijt, & omnes
qui cum eo erāt: hortati sunt semetipsos, & exierunt parati in
prælium. Et videntes hi qui insequuti fuerant, quia pro anima
res est illis, reuersi sunt: illi autē venerunt omnes cum pace in
terram Iuda. Et planxerunt Ionathā, & eos qui cū ipso erant

valde:& luxit Iſrael luctu magno. Et quæſierũt omnes gentes quæ erant in circuitu eorũ, conterere eos. dixerunt enim, Non habent principem & adiuuantem:nunc ergo expugnemus illos,& tollamus de hominibus memoriam eorum.

S. SIMON ad fratris Ionathæ redemptionem multam pecuniam, & filios eius miſit Tryphoni, qui accepta pecunia patrem cum filijs occîdit, & inde Antiochum regem. Simon autem Demetrio fœderatus Gazam & Sion occupat, & Iohannem belli ducem conſtituit. CAPVT XIII.

A ET audiuit Simon quòd congregauit Tryphon exercitum copioſum, vt veniret in terram Iuda: & attereret eam. Vidēs quia in tremore populus eſt & in timore, aſcendit Ieruſalē, & congregauit populum:& adhortãs dixit, Vos ſcitis quanta ego, & fratres mei,& domus patris mei fecimus pro legibus & pro ſanctis prælia, & anguſtias quales vidimus: horum gratia perierunt fratres mei omnes propter Iſrael,& relictus ſum ego ſolus. Et nunc non mihi contingat parcere animæ meæ in omni tempore tribulationis:non enim melior ſum fratribus meis. Vindicabo itaq; gentem meam,& ſancta, natos quoq; noſtros, & vxores:quia cõgregatæ ſunt vniuerſæ gentes cõterere nos ini
B micitiæ gratia.& accenſus eſt ſpiritus populi ſimul vt audiuit ſermones iſtos:& reſponderunt voce magna dicentes, Tu es dux noſter loco Iudæ,& Ionathæ fratris tui. pugna prælium noſtrũ:& omnia quæcũq; dixeris nobis faciemus. Et congregans omnes viros bellatores, accelerauit conſummare vniuerſos muros Ieruſalē & muniuit eã in gyro. Et miſit Ionatham filiũ Abſolomi,& cũ eo exercitũ nouũ in Ioppen: & eiectis his qui erant in arce, remanſit illic ipſe. Et mouit Tryphon à Ptolemaida cũ exercitu multo, vt veniret in terram Iuda, & Ionathas cũ eo in cuſtodia:Simon autem applicuit in Addus contra faciem campi. Et vt cognouit Tryphon quia ſurrexit Simon loco fratris ſui Ionathæ,& quia cõmiſſurus eſſet cum
C eo prælium, miſit ad eũ legatos, dicens, Pro argẽto quod debebat frater tuus Ionathas in ratione regis, propter negotia quæ habuit, detinuimus eũ. Et nunc mitte argenti talenta centũ, & duos filios eius obſides, vt non dimiſſus fugiat à nobis: & remittemus eum. Et cognouit Simon quia cũ dolo loqueretur ſecũ, iuſsit tamẽ dari argentũ,& pueros:ne inimicitiã magnã ſumeret ad populũ Iſrael, dicentẽ, Quia non miſit ei argentũ & pueros, propterea perijt & miſit pueros, & centũ talenta: & mentitus eſt,& nõ dimiſit Ionathã. Et poſt hæc venit Tryphon intra regionẽ, vt cõtereret eam, & gyrauerunt per viam quæ ducit Ador,& Simõ & caſtra eius ambulabãt in omnem locũ quocunq; ibant. Qui autẽ in arce erant, miſerũt ad Try-
D phonem legatos, vt feſtinaret venire per deſertũ, & mitteret illis alimonias. Et parauit Tryphon omnem equitatũ, vt veniret illa nocte:erat autẽ nix multa valde & nõ venit in Galaaditim. Et cũ appropinquaſſet Baſchama, occîdit Ionatham,& filios eius illic. Et cõuertit Tryphon,& abijt in terrã ſuam. Et miſit Simon,& accepit oſſa Ionathæ fratris ſui, & ſepeliuit ea in Modin ciuitate patrũ eius. Et planxerunt eũ omnis Iſrael plãctu magno,& luxerũt eum dies multos. Et ædificauit Simon ſuper ſepulchrũ patris ſui & fratrũ ſuorum ædificiũ altũ viſu, lapide polito retro & antè:& ſtatuit ſeptem pyramidas, vnã contra, vnã patri & matri,& quatuor fratribus:& his circumpoſuit colũnas magnas & ſuper columnas arma, ad memoriam æternã:& iuxta arma naues ſculptas, quæ viderentur ab hominibus nauigantibus mare. hoc eſt ſepulchrum, quod fecit in Modin vſq; in hunc diem. Triphon autẽ cum iter faceret cũ Antiocho rege adoleſcente, dolo occîdit eum. Et re-
E gnauit loco eius,& impoſuit ſibi diadema Aſiæ,& fecit plagã magnã in terra. Et ædificauit Simon præſidia Iudææ, muniẽs ea turribus excelſis,& muris magnis,& portis & ſeris: & poſuit alimenta in munitionibus. Et elegit Simon viros,& miſit ad Demetriũ regem vt faceret remiſsionẽ regioni; quia actus omnes Tryphonis per direptionem fuerant geſti. Et Demetrius rex ad verba iſta reſpondit ei,& ſcripſit epiſtolã talem,
REX Demetrius Simoni ſummo ſacerdoti & amico regũ, & ſenioribus,& genti Iudæorũ ſalutẽ. Coronam aureã,& bahem quã miſiſtis, ſuſcepimus:& parati ſumus facere vobiſcũ pacẽ magnã,& ſcribere præpoſitis regis remittere vobis quæ indulſimus. Quæcũq; enim cõſtituimus, vobis conſtant. Munitiones quas ædificaſtis, vobis ſint, remittimus quoq; ignorantias,& peccata vſq; in hodiernũ diem,& coronã quã debe-
F batis. Et ſi quid aliud erat tributariũ in Ieruſalẽ, iam nõ ſit tributariũ. Et ſi qui ex vobis apti ſunt cõſcribi inter noſtros, cõſcribantur,& ſit inter nos pax, Anno cẽteſimo ſeptuageſimo ablatum eſt iugũ gentium ab Iſrael. Et cœpit populus Iſrael ſcribere in tabulis & geſtis publicis, anno primo ſub Simone ſummo ſacerdote, magno duce,& principe Iudæorũ. In diebus illis applicuit Simon ad Gazã,& circũdedit eã caſtris:& fecit machinas, & applicuit ad ciuitatem, & percuſsit turrem vnam,& comprehendit eam. Et qui eruperãt, erant intra machinam, in ciuitatẽ:& factus eſt motus magnus in ciuitate. Et aſcenderũt qui erãt in ciuitate cũ vxoribus & filijs ſupra murum ſciſsis tunicis ſuis,& clamauerũt voce magna, poſtulantes à Simone dextras ſibi dari,& dixerunt, Non nobis reddas
G ſecundum malitias noſtras, ſed ſecundũ miſericordias tuas. Et flexus Simon non debellauit eos:eiecit tamen eos de ciuitate, & mundauit ædes in quibus fuerãt ſimulachra,& tũc intrauit in eam cũ hymnis benedicẽs Dominum,& eiecta ab ea omni immunditia, collocauit in ea viros qui legẽ facerẽt:& muniuit eam,& fecit ſibi habitationẽ. Qui autẽ erãt in arce Ieruſalem, prohibebantur egredi & ingredi regionẽ,& emere & vẽdere: & eſurierunt valde,& multi ex eis fame perierũt,& clamauerunt ad Simonẽ vt dextras acciperet.& dedit illis:& eiecit eos inde,& mũdauit arcem à cõtaminationibus, & intrauerũt in eam tertia & viceſima die ſecũdi mẽſis, anno cẽteſimo ſeptuageſimo primo, cũ laude & ramis palmarũ,& cinnyris,& cymbalis,& nablis,& hymnis,& canticis, quia cõtritus eſt inimicus magnus ex Iſrael. Et conſtituit vt omnibus annis agerentur dies hi cũ lætitia. Et muniuit montem templi, qui erat ſecus arcem,& habitauit ibi ipſe, & qui cum eo erant. Et vidit Simon Iohannem filiũ ſuum, quòd vir prælij eſſet: & poſuit eum ducem virtutum vniuerſarum, & habitauit in Gazaris.

S. DEMETRIO ab Arſace deuicto Simon in Iſraël magna pace fruitur, cum Romanis & Spartiatis fœdus renouat, inſcriptum æreis tabulis affigit. CAPVT XIIII.

A ANno centeſimo ſeptuageſimo ſecundo cõgregauit rex Demetrius exercitum ſuũ,& abijt in Mediam ad contrahenda ſibi auxilia, vt expugnaret Tryphonem. Et audiuit Arſaces rex Perſidis & Mediæ, quia intrauit Demetrius cõfines ſuos,& miſit vnũ de principibus ſuis, vt cõprehenderet eum viuũ. Et abijt,& percuſsit caſtra Demetrij:& cõprehendit eum, & duxit eum ad Arſacẽ,& poſuit eum in cuſtodiã. Et ſiluit omnis terra Iuda omnibus diebus Simonis,& quæſiuit bona genti ſuæ,& placuit illis poteſtas eius & gloria eius omnibus diebus. Et cum omni gloria ſua accepit Ioppen in portũ,& fecit introitũ in inſulis maris. Et dilatauit fines gẽtis ſuæ, & obtinuit regionẽ.
B Et cõgregauit captiuitatem multã,& dominatus eſt Gazaræ & Bethſuræ,& arci:& abſtulit immunditias ex ea, & nõ erat qui reſiſteret ei. Et vnuſquiſq; colebat terrã ſuam cũ pace: & terra Iuda dabat fructus ſuos,& ligna camporũ fructum ſuũ. Seniores in platẽis ſedebant omnes, & de bonis terræ tractabant,& iuuenes induebant ſe gloriã,& ſtolas belli. Et ciuitatibus tribuebat alimonias,& cõſtituebat eas vt eſſent vaſa munitionis quoadu ſq; nominatũ eſt nomen gloriæ eius vſq; ad extremũ terræ. Fecit pacem ſuper terram,& lætatus eſt Iſrael lætitia magna. Et ſedit vnuſquiſq; ſub vite ſua,& ſub ficulnea ſua:& nõ erat qui eos terreret. Defecit impugnans eos ſuper terram:

terram: reges cõtriti ſunt in diebus illis. Et cõfirmauit omnes humiles populi ſui, & legẽ exquiſiuit, & abſtulit omnem iniquum & malum, ſancta glorificauit, & multiplicauit vaſa ſanctorum. Et auditũ eſt Romæ quia defunctus eſſet Ionathas,
C & vſq; in Spartiatas: & cõtriſtati ſunt valde. Vt audierunt autem quòd Simon frater eius factus eſſet ſummus ſacerdos loco eius, & ipſum obtinere omnem regionẽ, & ciuitates in ea, ſcripſerunt ad eũ in tabulis æreis, vt renouarẽt amicitias & ſocietatem quã fecerant cum Iuda & cũ Ionatha fratribus eius. Et lectæ ſunt in conſpectu eccleſiæ in Ieruſalẽ. Et hoc exemplum epiſtolarũ quas Spartiatæ miſerunt. SPARTIANORVM principes & ciuitates: Simoni ſacerdoti magno, & ſenioribus, & ſacerdotibus, & reliquo populo Iudæorũ fratribus ſalutem. Legati qui miſsi ſunt ad populum noſtrũ, nuntiauerũt nobis de veſtra gloria, honore, & lætitia. & gauiſi ſumus in introitu eorũ. Et ſcripſimus quæ ab eis erant dicta in concilijs populi, ſic, Numenius Antiochi, & Antipater Iaſonis filius legati Iudæorũ, venerũt ad nos, renouãtes nobiſcum amicitiã priſtinã. Et placuit populo excipere viros gloriosè,
D & ponere exemplũ ſermonum eorũ in ſegregatis populi libris, vt ſit ad memoriã populo Spartiatarũ. Exemplũ autem horum ſcripſimus Simoni magno ſacerdoti. Poſt hæc autem miſit Simon Numeniũ Romam, habentem clypeũ aureum, magnũ, pondo mnarum mille ad ſtatuendã cũ eis ſocietatem. Cum autem audiſſet populus Romanus ſermones iſtos, dixerunt, Quam gratiarũ actionẽ reddemus Simõni & filijs eius? Reſtituit enim ipſe fratres ſuos, & expugnauit inimicos Iſrael ab eis: & ſtatuerũt ei libertatem, & deſcripſerũt in tabulis æreis, & poſuerunt in titulis in monte Sion. Et hoc eſt exemplum ſcripturæ, OCTAVADECIMA die mẽſis Elul, anno centeſimo ſeptuageſimoſecundo, anno tertio ſub Simõne ſacerdote magno in Aſaramel, in conuentu magno ſacerdotum, & populi, & principum gentis, & ſeniorũ regionis, nota facta ſunt hæc. Quoniam frequenter facta ſunt prælia in regione noſtra. Simon autem Matathiæ filius ex filijs Iarib, &
E fratres eius dederũt ſe periculo, & reſtiterunt aduerſarijs gentis ſuæ, vt ſtarent ſancta ipſorũ & lex, & gloria magna glorificauerunt gentem ſuã. Et cõgregauit Ionathas gentẽ ſuam, & factus eſt illis ſacerdos magnus, & appoſitus eſt ad populum ſuum. Et voluerunt inimici eorum calcare & atterere regionem ipſorum, & extendere manus in ſancta ſanctorum. Tunc reſtitit Simon, & pugnauit pro gente ſua, & erogauit pecunias multas, & armauit viros virtutis gentis ſuæ, & dedit illis ſtipendia: & muniuit ciuitates Iudææ, & Bethſuram quæ erat in finibus Iudææ, vbi erant arma hoſtium antea: & poſuit illic præſidium viros Iudæos. Et Ioppen muniuit quæ erat ad mare: & Gazaram quæ eſt in finibus Azoti, in qua hoſtes antea habitabant, & collocauit illic Iudæos: & quæcunq; apta
F erant ed correptionem eorum, poſuit in eis. Et vidit populus actum Simonis, & gloriam quam cogitabat facere genti ſuæ, & poſuerunt eum ducẽ ſuum & principẽ ſacerdotũ, eo quòd ipſe fecerit hæc omnia, & iuſtitiam, & fidem quam conſeruauit genti ſuæ, & exquiſiuit omni modo exaltare populũ ſuũ. Et in diebus eius proſperatum eſt in manibus eius vt tolleren tur gentes de regione ipſorum, & qui in ciuitate Dauid erant in Ieruſalem in arce, de qua procedebant, & contaminabant omnia quæ in circuitu ſanctorum ſunt, & inferebant plagam magnam caſtitati: & collocauit in ea viros Iudæos ad tutamẽtum regionis & ciuitatis, & exaltauit muros in Ieruſalem. Et rex Demetrius ſtatuit illi ſummũ ſacerdotium. Secundũ hæc fecit eum amicum ſuũ, & glorificauit eum gloria magna. Audiuit enim quòd appellati ſunt Iudæi à Romanis amici, &
G ſocij, & fratres, & quia ſuſceperũt legatos Simonis gloriosè: & quia Iudæi & ſacerdotes eorum conſenſerunt eum eſſe ducem ſuum & ſummum ſacerdotem in æternum donec ſurgat propheta fidelis: & vt ſit ſuper eos dux: & vt cura eſſet illi pro ſanctis, & vt conſtitueret præpoſitos ſuper opera eorum & ſuper regionem & ſuper arma & ſuper præſidia: & cura ſit illi de ſanctis: & vt audiatur ab omnibus, & ſcribantur in nomine eius omnes conſcriptiones in regione: & vt operiatur purpura & auro: & ne liceat vlli ex populo & ex ſacerdotibus irritum facere aliquid horum, & contradicere his quæ ab eo dicuntur, aut conuocare conuentum in regione ſine ipſo: & veſtiri purpura, & vti fibula aurea. qui autẽ fecerit extra hæc, aut irritum fecerit aliquid horum, reus erit. Et complacuit omni populo ſtatuere Simonem, & facere ſecundum verba iſta. Et ſuſcepit Simon, & placuit ei vt ſummo ſacerdotio fungeretur: & eſſet dux & princeps gentis Iudæorum & ſacerdotum, & præeſſet omnibus. Et ſcripturam iſtam dixerunt ponere in tabulis æreis, & ponere eas in peribolo ſanctorum, in loco celebri. exemplum autem eorum ponere in ærario vt habeat Simon & filij eius.

S. ANTIOCHVS Simoni fœderatus Tryphonem perſequitur: Romani Iudæos cæteris nationibus cõmendant: Antiochus miſſum à Simone auxilium recuſans, in eum mittit Cendebæum dum perſequitur Tryphonem. CAPVT XV.

A T miſit rex Antiochus filius Demetrij epiſtolas ab inſulis maris Simonis ſacerdoti, & principi gẽtis Iudæorũ, & vniuerſæ genti, & erant continentes hunc modũ, REX Antiochus Simoni ſacerdoti magno, & genti Iudæorũ ſalutẽ. Quoniã quidã peſtilentes obtinuerũt regnum patrũ noſtrorũ, volo autem vendicare regnũ, & reſtituere illud, ſicut erat antea: & electam feci multitudinẽ exercitus, & feci naues bellicas. Volo autẽ procedere per regionẽ, vt vlciſcar in eos qui corruperunt regionẽ noſtrã: & qui deſolauerũt ciuitates multas in regno meo. Nunc ergo ſtatuo tibi omnes oblationes quas remiſerunt tibi ante me omnes reges, & quæcunq; alia dona remiſerũt tibi: & permitto tibi facere percuſſuram proprij numiſmatis in regione
B tua: Ieruſalẽ autem ſanctã eſſe, & liberã: & omnia arma, quæ fabricata ſunt & præſidia quæ cõſtruxiſti, quæ tenes, maneãt tibi. Et omne debitũ regis, & quæ futura ſunt regi, ex hoc & in totũ tempus remittuntur tibi. Cum autẽ obtinuerimus regnum noſtrũ, glorificabimus te, & gẽtem tuã, & templũ gloria magna, ita vt manifeſtetur gloria veſtra in vniuerſa terra. Anno cẽteſimo ſeptuageſimoquarto exijt Antiochus in terram patrum ſuorũ, & conuenerunt ad eum omnes exercitus, ita vt pauci relicti eſſent cũ Tryphone. Et inſecutus eſt eum Antiochus rex, & venit Doram fugiens per maritimam, ſciebat enim quòd congregata ſunt mala in eum, & reliquit eum exercitus. Et applicuit Antiochus ſuper Doram cũ centũ vi-
C ginti millibus virorũ belligeratorũ, & octo millibus equitũ. & circuiuit ciuitatẽ, & naues à mari acceſſerunt: & vexabant ciuitatẽ à terra & mari, & neminẽ ſinebant ingredi vel egredi. Venit autẽ Numenius, & qui cũ eo fuerant, ab vrbe Roma, habentes epiſtolas regibus, & regionibus ſcriptas, in quibus cõtinebantur hæc, LVCIVS cõſul Romanorũ, Ptolemæo regi ſalutẽ. Legati Iudæorũ venerunt ad nos amici noſtri, renouantes priſtinã amicitiã & ſocietatẽ, miſsi à Simone principe ſacerdotũ, & populo Iudæorũ. Attulerũt autẽ & clypeũ
D aureũ mnarũ mille. Placuit itaq; nobis ſcribere regibus, & regionibus, vt nõ inferãt illis mala, neq; impugnent eos, & ciuitates eorũ & regiones eorũ: & vt nõ ferant auxiliũ pugnantibus aduerſus eos. Viſum autem eſt nobis accipere ab eis clypeũ. Si qui ergo peſtilẽtes fugerint de regione ipſorũ ad vos, tradite eos Simoni principi ſacerdotum, vt vindicet in eos ſecundũ legem ſuã. Hæc eadem ſcripta ſunt Demetrio regi, & Attalo, & Arabæ, & Arſaci, & in omnes regiones, & Sampſamæ & Spartiatis & Delo & Mydo & Sicioni & Cariæ, & Samum & Pamphiliã & Lyciã & Alicarnaſſum & Rhodum &
E Phaſelida & Coo & Siden & Arado & Cortynam & Cnidũ & Cyprum & Cyrenen. Exemplum autem eorum ſcripſerũt Simoni principi ſacerdotũ. Antiochus autem rex applicuit

caſtra in Doram ſecundò,admouens ei ſemper manus,& machinas faciens: & cõcluſit Tryphonẽ,ne procederet, & miſit ad eum Simon duo millia virorũ electorum in auxilium, & argentum,& aurum,& vaſa copioſa: & noluit ea accipere:ſed rupit omnia quæ pactus eſt cũ eo anteà,& alienauit ſe ab eo. Et miſit ad eũ Athenobium vnũ de amicis ſuis,vt tractaret cũ ipſo,dicens, Vos tenetis Ioppen,& Gazaram, & arcem quæ eſt in Ieruſalẽ ciuitates regni mei:fines earũ deſolaſtis,& feciſtis plagam magnam in terra,& dominati eſtis per loca multa in regno meo.Nunc ergo tradite ciuitates,quas occupaſtis:& F tributa locorum in quibus dominati eſtis extra fines Iudææ. ſinautem,date pro illis quingenta talenta argenti,& exterminij quod exterminaſtis,& tributorũ ciuitatũ alia talẽta quingenta:ſinautẽ,veniemus & expugnabimusvos.Et venit Athenobius amicus regis in Ieruſalem, & vidit gloriam Simõnis, & claritatẽ in auro & argento, & apparatũ copioſum, & obſtupuit:& retulit ei verba regis.Et reſpondit ei Simon, & dixit ei,Neq; alienã terram ſumpſimus,neq; alienã detinemus: ſed hæreditatẽ patrum noſtrorũ,quæ iniuſtè ab inimicis noſtris aliquo tempore poſſeſſa eſt.Nos verò tempus habentes, vendicamus hæreditatẽ patrum noſtrorũ. Nam de Ioppe, & Gazara,quæ expoſtulas,ipſi faciebãt in populo plagam ma- G gnam,& in regione noſtra:horum damus talenta centum. Et non reſpondit ei Athenobius verbũ.Reuerſus autem cum ira ad regem,renũtiauit ei verba iſta,& gloriam Simõnis, & vniuerſa quæ vidit:& iratus eſt rex ira magna. Tryphon autem fugit naui in Ortoſiada.Et conſtituit rex Cendebæũ ducem maritimũ,& exercitum peditũ & equitum dedit illi.Et mandauit illi mouere caſtra cõtra faciem Iudææ:& mãdauit ei ædificare Cedronem, & obſtruere portas ciuitatis, & debellare populũ.Rex autẽ perſequebatur Tryphonem. Et peruenit Cendebæus Iamniã,& cœpit irritare plebem, & conculcare Iudæam,& captiuare populũ,& interficere, & ædificare Cedronem. Et collocauit illic equites, & exercitum: vt egreſsi perambularent viam Iudææ,ſicut conſtituit ei rex.

S. CENDEBAEO à filijs Simõnis percuſſo, Ptolemæus Simonem ſocerum ſuum cum duobus filijs ſuis in conuiuio doloſè percuſsit,cui Iohannes filius in ſacerdotio ſucceſsit.

CAPVT XVI.

A ET aſcendit Iohãnes de Gazaris, & nuntiauit Simõni patri ſuo quæ fecit Cendebæus. Et vocauit Simon duos filios ſuos ſeniores, Iudã, & Iohannem,& ait illis,Ego & fratres mei, & domus patris mei expugnauimus hoſtes Iſrael ab adoleſcentia vſq; in hunc diem:& proſperatũ eſt in manibus noſtris liberare Iſrael aliquoties.Nunc autem ſenui,ſed eſtote loco meo,& fratris mei,& egreſsi pugnate pro gente noſtra:auxiliũ verò de cœlo vobiſcum ſit.Et elegit de regione viginti millia virorũ belligeratorum,& equites,& profecti ſunt ad Cendebæũ: & dormierũt in Modin.Et ſurrexerũt mane,& abierũt in cam- B pum:& ecce exercitus copioſus in obuiã illis peditũ & equitum,& fluuius torrens erat inter mediũ ipſorum.Et admouit caſtra contra faciem eorũ ipſe & populus eius,& vidit populum trepidantem ad transfretandũ torrentem, & transfretauit primus,& viderunt eum viri,& tranſierunt poſt eum. Et diuiſit populum,& equites in medio peditũ:erat autem equitatus aduerſariorũ copioſus nimis.Et exclamauerunt ſacris tubis:& in fugã conuerſus eſt Cendebæus, & caſtra eius.& ceciderunt ex eis multi vulnerati:reſidui autem in munitionem fugerunt.Tunc vulneratus eſt Iudas frater Iohannis: Iohãnes autem inſecutus eſt eos,donec venit Cedronem quam ædificauit:& fugerunt vſq; ad turres quæ erant in agris Azoti,& C ſuccendit eas igni.Et ceciderunt ex illis duo millia virorũ,& reuerſus eſt in Iudæam in pace: & Ptolemæus filius Abobi conſtitutus erat dux in campo Iericho,& habebat argentum & aurum multũ.erat enim gener ſummi ſacerdotis.Et exaltatum eſt cor eius,& volebat obtinere regionẽ, & cogitabat dolum aduerſus Simõnem & filios eius vt tolleret eos.Simon autem perambulans ciuitates quæ erant in regione Iudææ,& ſolicitudinem gerens earum,deſcendit in Iericho ipſe & Mathias filius eius, & Iudas anno centeſimo ſeptuageſimoſeptimo,mẽſe vndecimo,hic eſt menſis Sabat. Et ſuſcepit eos filius Abobi in munitiunculã,quæ vocatur Doch,cum dolo, quam ædificauit:& fecit eis conuiuium magnũ, & abſcondit illic viros.Et cum inebriatus eſſet Simon & filij eius, ſurrexit Ptolemæus cum ſuis,& ſumpſerunt arma ſua, & intrauerunt D in conuiuium,& occiderunt eum,& duos filios eius, & quoſdam pueros eius,& fecit deceptionem magnam in Iſrael, & reddidit mala pro bonis.Et ſcripſit hæc Ptolemæus, & miſit regi vt mitteret ei exercitũ in auxilium, & traderet ei regionem,& ciuitates eorũ, & tributa. Et miſit alios in Gazaram tollere Iohannem, & tribunis miſit epiſtolas, vt venirent ad ſe,& daret eis argentum,& aurum,& dona. Et alios miſit occupare Ieruſalem,& montem templi. Et præcurrẽs quidam, nuntiauit Iohanni in Gazara quia perijt pater eius, & fratres eius,& quia miſit te quoq; interfici. Vt audiuit autem, vehementer expauit:& comprehendit viros qui venerant perdere eum,& occîdit eos: cognouit enim quia quærebant perdere eum.Et cætera ſermonum Iohannis,& bellorum eius,& bonarum virtutum quibus fortiter geſsit, & ædificij murorum quos extruxit,& rerum geſtarum eius:ecce hæc ſcripta ſunt in libro dierum ſacerdotij eius:ex quo factus eſt princeps ſacerdotum poſt patrem ſuum.

FINIS.

Liber ſecundus Machabæorum.

S. IVDAEI ab Ieroſolymis Iudæis in Aegypto ſcribunt mortem Antiochi & exercitus eius apud Perſas:ignem ſacrificij in puteo abſconditum & tandem repertum. CAPVT I.

A FRATRIBVS qui ſunt per Aegyptum Iudæis,ſalutẽ dicunt fratres qui ſunt in Ieroſolymis Iudæi,& qui in regione Iudæa,& pacem bonã. Benefaciat vobis Deus, & meminerit teſtamẽti ſui quod locutus eſt ad Abraham, & Iſaac, & Iacob ſeruorum ſuorum fidelium, & det vobis cor omnibus vt colatis eum, & faciatis eius voluntatem corde magno & animo volenti.Adaperiat cor veſtrum in lege ſua,& in præceptis ſuis,& faciat pacem.Exaudiat oratio- B nes veſtras, & reconcilietur vobis, nec vos deſerat in tempore malo. Et nunc hic ſumus orantes pro vobis. Regnante Demetrio anno centeſimo ſexageſimonono nos Iudæi ſcripſimus vobis in tribulatione & impetu qui ſuperuenit nobis in iſtis annis, ex quo receſsit Iaſon à ſancta terra & à regno. Portam ſuccenderunt & effuderunt ſanguinẽ innocentem:& orauimus ad Dominum,& exauditi ſumus, & obtulimus ſacrificium & ſimilaginẽ,& accendimus lucernas,& propoſuimus panes.Et nunc frequẽtate dies ſcenopegiæ menſis Caſleu.Anno centeſimo octogeſimooctauo, populus qui eſt in C Ieroſolymis,& in Iudæa,ſenatuſq; & Iudas, Ariſtobolo magiſtro Ptolemæi regis qui eſt de genere chriſtorum ſacerdotum,& his qui in Aegypto ſunt Iudæis, ſalutẽ & ſanitatem. De magnis periculis à Deo liberati magnificè gratias agimus ipſi , vtpote qui aduerſus talem regem dimicauimus. Ipſe enim ebullire fecit de Perſide eos qui pugnauerũt contra ſanctam

tra ſanctam ciuitatem. Nam cum in Perſide eſſet dux ipſe & cum ipſo immenſus exercitus, cécidit in templo Naneæ, conſilio deceptus ſacerdotum Naneæ. etenim in ea habitaturus venit ad locum Antiochus & amici eius, & vt acciperent pecunias multas dotis nomine. Cumq; propoſuiſſent eas ſacerdotes Naneæ, & ipſe cum paucis ingreſſus eſſet intra ambitũ
D phani, clauſerunt templum. Cum autem intraſſet Antiochus, apertoq; occulto aditu templi, mittentes lapides percuſſerũt ducem, & eos qui cum eo erant, & diuiſerunt membratim, & capitibus amputatis foras proiecerunt. Per omnia benedictus Deus, qui tradidit impios. Facturi igitur quinta & viceſima die menſis Caſleu purificationem templi, neceſſarium duximus ſignificare vobis: vt & vos quoq; agatis diem ſcenopegiæ, & diem ignis qui datus eſt quando Nehemias ædificato templo & altari obtulit ſacrificia. Nam cum in Perſidem ducerentur patres noſtri, ſacerdotes qui tunc cultores dei erant, acceptum ignem de altari occultè abſconderunt in valle vbi erat puteus altus & ſiccus: & in eo contutati ſunt eum, ita vt omnibus ignotus eſſet locus. Cum autem præteriſſent anni
E multi, & placuit deo vt mitteretur Nehemias à rege Perſidis: nepotes ſacerdotum illorum qui abſconderant, miſit ad requirendum ignem: & ſicut narrauerunt nobis, non inuenerunt ignem, ſed aquam craſſam. Et iuſsit eos haurire, & afferre ſibi: & ſacrificia, quæ impoſita erant, iuſsit ſacerdos Nehemias aſpergi ipſa aqua, & ligna, & quæ erãt ſuperpoſita. Vtq; hoc factum eſt, & tempus affuit quo ſol refulſit qui prius erat in nubilo, accenſus eſt ignis magnus, ita vt omnes mirarentur. Orationem autem faciebant omnes ſacerdotes, dum conſum-
F maretur ſacrificium, Ionatha inchoãte, cæteris autem reſpondentibus. Et Nehemiæ erat oratio hunc habens modum, DOMINE Deus omnium creator, terribilis & fortis, iuſtus & miſericors, qui ſolus es bonus rex, ſolus præſtans, ſolus iuſtus, & omnipotẽs, & æternus, qui liberas Iſrael de omni malo, qui feciſti patres electos, & ſanctificaſti eos: accipe ſacrificium pro vniuerſo populo tuo Iſrael, & cuſtodi partẽ tuam, & ſanctifica. Congrega diſperſionem noſtram, libera eos qui ſeruiunt gentibus, & contemptos & abominatos reſpice, vt ſciant gentes quia tu es Deus noſter. Afflige opprimentes
Deut.30 a nos & contumeliam facientes in ſuperbia. Conſtitue populũ tuum in loco ſancto tuo, ſicut dixit Moyſes. Sacerdotes autem pſallebant hymnos, vſquequo conſumptum eſſet ſacrificium. Cum autem conſumptum eſſet ſacrificium, ex reſi-
G dua aqua Nehemias iuſsit lapides maiores perfundi. Quod vt factum eſt, ex eis flamma accenſa eſt: ſed & ex lumine quod refulſit ab altari, conſumpta eſt. Vt verò manifeſtata eſt res, renuntiatum eſt regi Perſarũ quòd in loco in quo ignem abſconderant hi qui tranſlati fuerãt ſacerdotes aqua apparuit, de qua Nehemias & qui cum eo erant, purificauerunt ſacrificia. Conſyderans autem rex, & rem diligenter examinans, fecit ei templũ vt probaret quod factum erat. Et cum probaſſet, ſacerdotibus donauit multa dona, & alia, atq; alia munera, & accipiens manu ſua, tribuebat eis. Appellauit autem Nehemias hunc locum Nephthar, quod interpretatur purificatio. Vocatur autem apud plures Nephi.

De igne in puteo recõdito.

S. COMPENDIVM *eorum quæ à Babylonica captiuitate geſta ſunt, quo pacto Ieremias tabernaculũ, arcam & altare abſcondit, & quinq; libri Iaſonis in unum redacti ſunt.*

CAPVT II.

A INuenitur autẽ in deſcriptionibus Ieremiæ prophetæ, quòd iuſsit eos ignem accipere qui tranſmigrabantur, vt ſignificatum eſt & vt mandauit tranſmigratis. Et dedit illis legẽ ne obliuiſcerentur præcepta Domini, & vt nõ exerrarẽt mentibus videntes ſimulachra aurea, & argentea, & ornamenta eorũ. Et alia huiuſmodi dicens, hortabatur ne legem amouerent à corde ſuo. Erat autem in ipſa ſcriptura quomodo tabernaculum & ar-

Deut.30 a

cam iuſsit propheta diuino reſponſo ad ſe facto comitari ſecum, vſquequo exijt in montem, in quo Moyſes aſcendit &
B vidit Dei hæreditatem. Et veniẽs ibi Ieremias, inuenit locum ſpeluncæ: & tabernaculum, & arcam, & altare incenſi intulit illuc, & oſtium obſtruxit. Et acceſſerũt quidam ſimul, qui ſequebantur, vt notarent ſibi locum: & non potuerunt inuenire. Vt autem cognouit Ieremias, culpans illos, dixit, Quòd ignotus erit locus, donec congreget Deus congregationem populi, & propitius fiat. Et tunc Dominus oſtendet hæc, & apparebit maieſtas Domini, & nubes erit ſicut & Moyſi manifeſtabatur, & ſicut cum Salomon petijt vt locus ſanctifica-
C retur magno deo, manifeſtabat hæc. Magnificè etenim ſapientiam tractabat: & vt ſapientiam habens obtulit ſacrificium dedicationis, & conſummationis templi. Sicut & Moyſes orabat ad Dominum, & deſcendit ignis de cœlo, & conſumpſit holocauſtum: ſic & Salomon orauit, & deſcẽdit ignis de cœlo, & conſumpſit holocauſtum. Et dixit Moyſes, eo quòd non ſit comeſtum quod erat pro peccato, & cõſumptum eſt. Similiter & Salomon octo diebus celebrauit dedicationem. Inferebantur autem in deſcriptionibus & commentarijs Nehemiæ hæc eadem, & qualiter conſtruens bibliothecam congregauit de regibus libros & prophetarum & Dauid, & epiſtolas regum, & de donarijs. Similiter autem & Iudas ea quæ
D deciderant per bellum quod nobis acciderat, congregauit omnia, & ſunt apud nos. Si ergo deſyderatis hæc, mittite qui perferant vobis. Acturi itaq; purificationẽ ſcripſimus vobis: bene ergo facietis, ſi egeritis hos dies. Deus autem qui liberauit populum ſuum, & reddidit hæreditatem omnibus, & regnum & ſacerdotium, & ſanctificationem, ſicut promiſit in lege, ſperamus quòd citò noſtri miſerebitur, & congregabit de ſub cœlo in locum ſanctum. Eripuit enim nos de magnis periculis, & locũ purgauit. De Iuda verò Machabæo, & fra-
E tribus eius, & de templi magni purificatione, & de aræ dedicatione: ſed & de prælijs quæ pertinent ad Antiochum Nobilem, & filium eius Eupatorem: & de illuminationibus quæ de cœlo factæ ſunt ad eos qui pro Iudæis fortiter fecerunt, ita vt vniuerſam regionem cum pauci eſſent, vindicarent, & barbaram multitudinem fugarent, & famoſiſsimum in toto orbe templum recuperarent, & ciuitatem liberarent, & vt leges quæ abolendæ erant reſtituerentur, domino cum omni
F tranquillitate propitio facto illis. Itemq; ab Iaſone Cyreneo, quinque libris comprehenſa, tentauimus nos vno volumine breuiare. Conſyderantes enim multitudinem librorũ, & difficultatem volentibus aggredi narrationes hiſtoriarum propter multitudinem rerum: curauimus volentibus quidem legere, vt eſſet animi oblectatio: ſtudioſis verò, vt facilè poſsint memoriæ commendare: omnibus autem legentibus vtilitas conferatur. Et nobis quidem ipſis qui hoc opus breuiãdi cauſa ſuſcepimus, non facilem laborem, imò verò negotium plenum vigiliarum, & ſudoris aſſumpſimus. Sicut hi qui præparant conuiuium, & quærunt aliorum voluntati parêre, propter multorum gratiam, libenter laborem ſuſtinemus: veritatem quidem de ſingulis authoribus concedentes, ipſi autem
G ſecundum datam formam breuitati ſtudentes. Sicut enim nouæ domus architecto de vniuerſa ſtructura curandum eſt: ei verò qui pingere curat, quæ apta ſunt ad ornatum exquirenda ſunt, ita æſtimandum eſt & in nobis. Etenim intellectum colligere, & ordinare ſermonem, & curioſius partes ſingulas quaſque diſquirere, hiſtoriæ congruit authori: breuitatem verò dictionis ſectari, & executiones rerũ vitare, breuianti concedendum eſt. Hinc ergo narrationem incipiemus: de præfatione tantum dixiſſe ſufficiat. Stultum etenim eſt ante hiſtoriam effluere: in ipſa autem hiſtoria ſuccingi.

S. SIMON *templi theſauros prodit, ad quos rapiendos miſſus* Heliodorus *à Deo percuſſus* Oniæ *ſacerdotis precibus liberatur.*

CAPVT III.

A IGitur cum ſancta ciuitas habitaretur in omni pace, leges etiam adhuc optimè cuſtodirentur propter Oniæ pontificis diſpoſitionem & pietatem, & animos odio habentes mala, fiebat vt & ipſi reges & principes locum ſummo honore dignũ ducerent, & templũ maximis muneribus illuſtrarent: ita vt Seleucus Aſiæ rex de redditibus ſuis præſtaret omnes ſumptus ad miniſterium ſacrificiorũ pertinẽtes. Simon autem de tribu Beniamin præpoſitus templi cõſtitutus, cõtendebat obſiſtẽte ſibi principe ſacerdotum, iniquum aliquid in ciuitate moliri. Sed cum vincere Oniam non poſſet, venit ad Apolloniũ Tharſææ filium, qui eo tẽpore erat dux Cœleſyriæ, & Phœnicis: & nuntiauit ei pecunijs innumerabilibus plenũ eſſe ærarium Ieroſolymis, & communes copias immenſas eſſe, quæ non pertinent ad rationẽ ſacrificiorum: eſſe autem poſsibile, ſub poteſtate regis cadere vniuerſa. Cumq; retuliſſet ad regem Apollonius de pecunijs quæ delatæ erant, ille accitum Heliodorũ
B qui erat ſuper negotia eius, miſit cum mandatis, vt prædictam pecuniam trãſportaret. Statimq; Heliodorus iter eſt aggreſſus ſpecie quidẽ quaſi per Cœleſyriam & Phœnicẽ ciuitates eſſet peragraturus, re vera autem regis propoſitum perfecturus. Sed cum veniſſet Ieroſolymã, & benignè à ſummo ſacerdote in ciuitate eſſet acceptus, narrauit de dato indicio pecuniarum, & cuius rei gratia adeſſet aperuit: interrogabat autem ſi verè hæc ita eſſent. Tunc ſummus ſacerdos oſtendit depoſita eſſe hæc victualia viduarum & pupillorum: quædam verò eſſe Hircani Tobiæ viri valde eminentis, in his quæ detulerat impius Simon: vniuerſa autem argenti talenta eſſe quadrin
C genta, & auri ducenta: decipi verò eos qui credidiſſent loco & templo, quod per vniuerſum mũdum honoratur, pro ſui veneratione & ſanctitate omnino impoſsibile eſſe. At ille pro his quæ habebat in mandatis à rege, dicebat omni genere regi ea eſſe deferenda. Conſtituta autem die intrabat de his Heliodorus ordinaturus. Nõ modica verò per vniuerſam ciuitatem erat trepidatio. Sacerdotes autem antealtare cum ſtolis ſacerdotalibus iactauerunt ſe, & inuocabant de cœlo eum qui de depoſitis legem poſuit, vt his qui depoſuerant ea, ſalua cuſtodiret. Iam verò qui videbat ſummi ſacerdotis vultum, mente vulnerabatur: facies enim & color immutatus declarabat internum animi dolorem. circunfuſa enim erat mœſtitia quædam viro & horror corporis: per quæ manifeſtus aſpicienti-
D bus dolor cordis eius efficiebatur. Alij etiam gregatim de domibus confluebant: publica ſupplicatione obſecrãtes, pro eo quòd in contemptum locus eſſet venturus. Accinctæq; mulieres cilicijs pectus, per platẽas confluebant. ſed & virgines quæ concluſæ erant procurrebant ad Oniam, aliæ autem ad muros, quædam verò per feneſtras aſpiciebant: vniuerſæ autem protendentes manus in cœlum, deprecabantur. erat enim miſera commiſtæ multitudinis, & magni ſacerdotis in agone conſtituti expectatio. Et hi quidem inuocabant omnipotentem Deum, vt credita ſibi, his qui crediderant, cum omni integritate conſeruarentur. Heliodorus autem, quod decreue-
E rat, perficiebat eodem loco ipſe cum ſatellitibus circa ærarium, præſens. Sed ſpiritus omnipotentis Dei magnam fecit ſuæ oſtenſionis euidentiam, ita vt omnes qui auſi fuerant parẽre ei ruentes Dei virtute, in diſſolutionem & formidinem conuerterẽtur. Apparuit enim illis quidam equus terribilem habens ſeſſorem, optimis operimentis adornatus: isq́ue cum impetu Heliodoro priores calces eliſit. qui autem ei ſedebat, videbatur arma habere aurea. Alij etiam apparuerunt duo iuuenes virtute decõri, optimi gloria, ſpecioſiq; amictu: qui circunſteterunt eum, & ex vtraq; parte flagellabant, ſine intermiſsione multis plagis verberantes. Subito autem Heliodo-
F rus cõcidit in terram, eumq; multa caligine circunfuſum rapuerunt, atq; in ſella geſtatoria poſitum eiecerunt. Et is qui cum multis curſoribus & ſatellitibus prædictum ingreſſus eſt ærarium, portabatur nullo ſibi auxilium ferente, manifeſta dei cognita virtute: & ille quidem per diuinam virtutem iacebat mutus, atq; omni ſpe & ſalute priuatus. Hi autem dominum benedicebant, quia magnificauerat locum ſuum: & templum quod paulo ante timore ac tumultu erat plenũ, apparente omnipotente Domino, gaudio & lætitia impletum eſt. Tunc verò ex amicis Heliodori quidam rogabant confeſtim Oniam, vt inuocaret altiſsimum vt vitam donaret ei qui in ſupremo ſpiritu erat conſtitutus. Conſyderans autem ſummus ſacerdos ne fortè rex ſuſpicaretur malitiam aliquam ex Iudæis circa Heliodorũ cõſummatam, obtulit pro ſalute viri hoſtiam ſalutarem. Cumq; ſummus ſacerdos exoraret, ijdem iuuenes eiſdem veſtibus amicti, aſtantes Heliodoro dixerũt,
G Oniæ ſacerdoti gratias age: nam propter eum Dominus tibi vitam donauit: tu autem à Deo flagellatus, nuntia omnibus magnalia Dei & poteſtatem. Et his dictis, non cõparuerunt. Heliodorus autẽ hoſtia Deo oblata, & votis magnis promiſſis ei qui viuere illi conceſsit, & Oniæ gratias agens, recepto exercitu repedabat ad regem. Teſtabatur autem omnibus ea quæ ſub oculis ſuis viderat opera magni Dei. Cum autẽ rex interrogaſſet Heliodorum quis eſſet aptus adhuc ſemel Ieroſolymam mitti, ait, Si quem habes hoſtem, aut regni tui inſidiatorem, mitte illuc, & flagellatum eum recipies, ſi tamen euaſerit: eo quòd in loco ſit verè Dei quædã virtus. Nam ipſe qui habet in cœlis habitationem, viſitator & adiutor eſt loci illius, & venientes ad malefaciendum, percutit ac perdit. Igitur de Heliodoro & ærarij cuſtodia ita res ſe habet.


S. IASON ſacerdotium ambiens omnem Dei cultum peruertit, quo pulſo Menelaus ſacerdotiũ occupat, à quo deturbatur ſuccedente Lyſimacho: Menelai ſuaſu Andronicus Oniam dolo occîdit, quî iuſſu Antiochi occiditur Lyſimacho à populo oppreſſo. Menelaus uerò apud regẽ accuſatus multa pecunia mediãte abſoluitur.

CAPVT IIII.

A SImon autem prædictus pecuniarũ & patriæ delator, malè loquebatur de Onia, tanquã ipſe Heliodorum inſtigaſſet ad hæc, & ipſe fuiſſet inuentor malorũ: prouiſoremq; ciuitatis ac defenſorẽ gentis ſuæ, & æmulatorẽ legis Dei audebat inſidiatorẽ regni dicere. Sed cũ inimicitiæ intantũ procederent, vt etiã per quoſdã Simonis neceſſarios homicidia fierent: conſyderans Onias periculũ contentionis, & Apolloniũ inſanire, vtpote ducem Cœleſyriæ, & Phœnicis, ad augendã malitiã Simonis ad regem ſe cõtulit, nõ vt ciuiũ accuſator, ſed communẽ vtilitatem apud ſemetipſum vniuerſæ multitudinis cõſyderans. videbat enim ſine regali prouidentia impoſsibile eſſe pacẽ rebus dari, nec Simonẽ poſſe ceſſare à ſtultitia ſua, Sed poſt Seleuci vitæ exceſſum, cum ſuſcepiſſet regnũ Antiochus, qui Nobilis appellabatur, ambiebat Iaſon frater Oniæ ſummũ ſacerdotium: adito rege promittẽs ei argẽti talenta trecẽta ſexaginta, & ex
B redditibus alijs talenta octoginta. ſuper hoc promittebat & alia centũ quinquaginta, ſi poteſtati eius cõcederetur gymnaſium & ephebiam ſibi conſtituere, & eos qui in Ieroſolymis erant Antiochenos ſcribere. Quod cum rex annuiſſet, & obtinuiſſet principatũ, ſtatim ad gentilem ritum cõtribules ſuos transferre cœpit: & amotis his quæ humanitatis cauſa Iudæis à regibus fuerãt cõſtituta, per Iohannẽ patrẽ Eupolemi, qui apud Romanos de amicitia & ſocietate functus eſt legatione legitima, ciuium iura deſtituẽs, praua inſtituta ſanciebat. Etenim auſus eſt ſub ipſa arce gymnaſiũ cõſtituere, & optimos quoſq; epheborũ in lupanaribus ponere. Erat autem hoc non initiũ, ſed incrementũ quoddã, & profectus gẽtilis, & alienigenæ conuerſationis, propter impij & nõ ſacerdotis Iaſonis nefariũ & inauditum ſcelus: ita vt ſacerdotes iam non circa al-
C taris officia dediti eſſent, ſed cõtempto tẽplo, & ſacrificijs neglectis, feſtinarent participes fieri palæſtræ, & præbitionis eius iniuſtæ, & in exercitijs diſci: & patrios quidẽ honores nihil habentes, Græcas glorias optimas arbitrabantur: quarum

gratia

gratia periculoſa eos contentio habebat, & eorum inſtituta æmulabantur, ac per omnia his cõſimiles eſſe cupiebant, quos hoſtes & peremptores habuerant. In leges enim diuinas impiè agere impunè non cedit: ſed hoc tempus ſequens declarabit. Cum autẽ quinquennalis agon Tyro celebraretur, & rex præſens eſſet, miſit Iaſon facinoroſus ab Ieroſolymis viros peccatores, portãtes argenti didrachmas trecẽtas in ſacrificiũ Herculis, quas poſtulauerunt hi qui aſportauerant ne in ſacrificijs erogarẽtur, quia non oporteret, ſed in alios ſumptus eas deputari, ſed hæc oblata ſunt quidem ab eo qui miſerat in ſacrificium Herculis, propter præſentes autem datæ ſunt in fabricam nauium triremium. Miſſo autem in Aegyptũ Apollonio Mneſthei filio propter primates Ptolemæi Philometoris regis. Cum cognouiſſet Antiochus alienũ ſe à negotijs
D regni effectũ, proprijs vtilitatibus conſulens, profectus inde venit Ioppen, & inde Ieroſolymã. Et magnificè ab Iaſone & ciuitate ſuſceptus, cum facularum luminibus, & laudibus ingreſſus eſt: & inde in Phœnicem exercitum cõuertit. Et poſt triennij tẽpus miſit Iaſon Menelaũ ſupradicti Simonis fratrem portantẽ pecunias regi, & de negotijs neceſſarijs reſpõſa perlaturũ. At ille commẽdatus regi, cum magnificaſſet faciem poteſtatis eius, in ſemetipſum retorſit ſummũ ſacerdotium, ſuperponens Iaſoni talenta argenti trecenta. Acceptiſq; à rege mandatis venit, nihil quidẽ habens dignum ſacerdotio: animos verò crudelis tyranni, & feræ beluæ iram gerens. Et Iaſon quidẽ qui proprium fratrẽ captiuauerat, ipſe deceptus profugus in Ammanitẽ expulſus eſt regionẽ. Menelaus autẽ principatum quidem obtinuit: de pecunijs verò regi promiſſis, nihil agebat, cum exactionem faceret Soſtratus qui arci erat præpoſitus, nam ad hunc exactio vectigaliũ pertinebat: quam ob cauſam vtriq; ad regem ſunt euocati. Et Menelaus amotus eſt à ſacerdotio, ſuccedente Lyſimacho fratre ſuo, Soſtratus autem prælatus eſt Cyprijs. Et cum hæc agerẽtur, cõ-
E tigit Tharſenſes & Mallotas ſeditionẽ mouere, eo quòd Antiochi regis concubinæ dono eſſent dati. Feſtinanter itaq; rex venit ſedare illos relicto ſuffecto vno ex comitibus ſuis Andronico. Ratus autẽ Menelaus accepiſſe ſe tempus opportunum, aurea quædã vaſa è templo furatus donauit Andronico, & alia vendiderat Tyro & per vicinas ciuitates. Quod cũ certiſsimè cognouiſſet Onias, arguebat eum, ipſe in loco tuto ſe continens Antiochiæ ſecus Daphnem. Vnde Menelaus accedens ad Andronicum, rogabat vt Oniam interficeret. Qui cũ veniſſet ad Oniam, & datis dextris cum iureiurando (quamuis eſſet ei ſuſpectus) ſuaſiſſet de aſylo procedere, ſtatim eũ perẽmit, non veritus iuſtitiam. Ob quam cauſam non ſolum Iudæi, ſed etiam aliæ quoq; nationes indignabantur, & moleſtè ferebant de nece tanti viri iniuſta. Sed regreſſum regem de
F Ciliciæ locis adierunt Iudæi apud Antiochiam, ſimul & Græci: conquerentes de iniqua nece Oniæ. Contriſtatus itaq; eſt animo Antiochus propter Oniam, & flexus ad miſericordiã, lachrymas fudit, recordatus defuncti ſobrietatem & modeſtiam. accenſis q; animis Andronicum, purpura exutum, per totam ciuitatem iubet circunduci, & in eodem loco in quo in Oniam impietatem cõmiſerat, ſacrilegum vita priuari, Domino illi condignem retribuente pœnam. Multis autem ſacrilegijs in templo à Lyſimacho commiſsis Menelai conſilio, & diuulgata fama, congregata eſt multitudo aduerſum Lyſimachum multo iam auro exportato. Turbis autẽ inſurgentibus, & animis ira repletis, Lyſimachus armatis ferè tribus millibus iniquis manibus vti cœpit, duce quodam tyranno, ætate pariter & demẽtia prouecto. Sed vt intellexerũt conatũ Lyſimachi, alij lapides, alij fuſtes validos arripuêre: quidã verò cinerem in Lyſimachũ iecêre. Et multi quidem vulnerati, quidam
G autem & proſtrati, omnes verò in fugã conuerſi ſunt: ipſum etiã ſacrilegũ ſecus ærarium interfecerunt. De his ergo cœpit iudiciũ aduerſus Menelaũ agitari. Et cũ veniſſet rex Tyrũ, ad ipſum negotiũ detulerunt miſsi tres viri à ſenioribus. Et cum ſuperaretur Menelaus, promiſit Ptolemæo multas pecunias dare ad ſuadendum regi. Itaque Ptolemæus in quodam atrio poſitum quaſi refrigerandi gratia regẽ adijt, & deduxit à ſententia: & Menelaum quidẽ vniuerſæ malitiæ reũ, criminibus abſoluit: miſeros autẽ qui etiam ſi apud Scythas cauſam dixiſſent, innocẽtes iudicarentur, hos morte damnauit. Citò ergo iniuſtam pœnã dederũt qui pro ciuitate, & populo, & ſacris vaſis cauſam proſecuti ſunt. Quam ob rem Tyrij quoq; indignati, erga ſepulturam eorũ liberaliſsimi extiterũt. Menelaus autem propter eorũ qui in potentia erant, auaritiam, permanebat in poteſtate, creſcens in malitia ad inſidias ciuium.



S. SIGNA cœleſtia uiſa Ieroſolymis Antiochum templũ Dei ſpoliantẽ mortuo Iaſone portendunt. Antiochus diſcedens tyrannos reliquit Ieroſolymis Iudæos perſequẽtes, Iuda Machabæo more ferarum in deſerto agente. CAPVT V.

A EOdem tẽpore Antiochus ſecundã profectionem parauit in Aegyptũ. Cõtigit autẽ per vniuerſam Ieroſolymorũ ciuitatẽ videri diebus quadraginta per aera equites diſcurrẽtes, auratas ſtolas habentes, & haſtas quaſi cohortes armatas, & curſus equorũ per ordines digeſtos, & congreſsiones fieri cominus, & ſcutorum motus, & galeatorũ multitudinẽ gladijs diſtrictis, & telorum iactus, & aureorum armorũ ſplendorem, omnisq; generis loricarum. Quapropter omnes rogabant in bonum monſtra cõuerti. Sed cum falſus rumor exiſſet, tanquam vita exceſsiſſet Antiochus, aſſumptis Iaſon non minus mille viris, repentè aggreſſus eſt ciuitatem: & ciuibus ad murum conuolantibus, ad vltimum apprehenſa ciuitate, Menelaus fugit in arcem: Iaſon verò non parcebat in cæde ciuibus ſuis, nec cogitabat
B proſperitatem aduerſum cognatos malum eſſe maximũ, arbitrans hoſtiũ & non ciuium ſe trophæa capturũ. Et principatum quidẽ non obtinuit, finẽ verò inſidiarũ ſuarum confuſionem accepit, & profugus iterum abijt in Ammanitẽ. Ad vltimum in exitium ſui concluſus ab Areta Arabũ tyranno, fugiens de ciuitate in ciuitatem, omnibus odioſus vt refuga legum & execrabilis, vt patriæ & ciuium hoſtis, in Aegyptum extruſus eſt: & qui multos de patria ſua expulerat, peregrè perijt, Lacedemonas profectus, quaſi pro cognatione ibi refugium habiturus: & qui inſepultos multos abiecerat, ipſe & illamentatus, & inſepultus abijcitur: ſepultura neq; peregrina vſus, neq; patrio ſepulchro participans. His itaq; geſtis, ſuſpicatus eſt rex ſocietatem deſerturos Iudæos: & ob hoc profectus ex Aegypto efferatis animis, ciuitatẽ quidem armis ce-
C pit. Iuſsit autem militibus interficere, nec parcere occurſantibus, & per domos aſcendentes trucidare. Fiebant ergo cædes iuuenum ac ſeniorum, & mulierum & natorum exterminia, virginumq; & paruulorum neces. Erant autem toto triduo octingenta millia interfecti: quadraginta millia vincti, non minus autem venundati. Sed nec iſta ſufficiunt: auſus eſt etiã intrare templũ vniuerſa terra ſanctius, Menelao ductore qui legũ & patriæ fuit proditor: & ſceleſtis manibus ſumens

ſancta vaſa quæ ab alijs regibus & ciuitatibus erant poſita ad ornatum loci & gloriam, contrectabat indignè & contaminabat. Ita alienatus mẽte Antiochus, nõ conſyderabat quòd propter peccata habitantiũ ciuitatem modicũ Deus fuerat iratus: propter quod & accidit circa locum deſpectio. alioquin, niſi contigiſſet eos multis peccatis eſſe inuolutos: ſicut Heliodorus qui miſſus eſt à Seleuco rege ad expoliandũ ærarium, etiã hic ſtatim aduenies flagellatus, & repulſus vtiq; fuiſſet ab audacia. Verum non propter locum, gentem: ſed propter gẽtem, locum Deus elegit. Ideoq; & ipſe locus particeps factus eſt populi malorũ. poſtea autem fiet ſocius bonorũ: & qui derelictus in ira Dei omnipotentis eſt, iterum in magni Dei reconciliatione cum ſumma gloria exaltabitur. Igitur Antiochus mille & octingentis ablatis de templo talentis, velociter Antiochiam regreſſus eſt, exiſtimans ſe præ ſuperbia terram
D ad nauigandum, pelagus verò ad iter agendum, deducturum propter mentis elationem. Reliquit autem & præpoſitos ad affligendam gentem: Ieroſolymis quidem Philippum genere Phrygẽ, moribus crudeliorẽ eo ipſo à quo cõſtitutus eſt: in Gazirim autẽ Andronicũ & Menelaũ, qui grauius quàm cæteri imminebant ciuibus. Cumq; appoſitus eſſet contra Iudæos, miſit odioſum principem Apolloniũ cum exercitu viginti & duobus millibus, præcipiens ei omnes perfectæ ætatis interficere, mulieres ac iuuenes vendere. Qui cum veniſſet Ieroſolymam, pacem ſimulans, quieuit vſq; ad diem ſanctum ſabbathi: & tunc feriatis Iudæis, arma capere ſuis præcepit. Omnesq; ſimul qui ad ſpectaculum proceſſerant, trucidauit: & ciuitatem cum armatis diſcurrens, ingentem multitudinẽ peremit. Iudas autem Machabæus, qui decimus fuerat, ſeceſſerat in deſertum locum, ibiq́ue inter feras vitam in montibus cum ſuis agebat: & fœni cibo veſcentes, demorabãtur, ne participes eſſent coinquinationis.

S. IVDAEI *à lege Dei arcentur, templum uiolatur & prophanatur, monentur Iudæi cuſtodire legem, ob quam plures mortem intrepidi ſubierunt.* CAPVT VI.

A SEd non poſt multum temporis miſit rex ſenem quendam Antiochenũ, qui cõpelleret Iudæos vt ſe transferrent à patrijs & Dei legibus: contaminare etiam quod in Ieroſolymis erat templum, & cognominare Iouis Olympij: & in Gazirim, prout erant hi qui locum inhabitabant, Iouis hoſpitalis. Peſsima autem & vniuerſis grauis erat malorũ incurſio: nam templũ luxuria & comeſſationibus gentiũ erat plenum, & ſcortantiũ cum meretricibus, ſacratisq; ædibus mulieres ſe vltrò ingerebant, intrò ferentes ea quæ non licebat. Altare etiã plenum erat illicitis, quæ legibus prohibebãtur. Neq; autẽ ſabbatha cuſtodiebãtur, neq; dies ſolennes patrij ſeruabãtur, nec ſimpliciter Iu
B dæum ſe eſſe quiſquam confitebatur. Ducebãtur autem cum amara neceſsitate in die natalis regis ad ſacrificia: & cum Liberi ſacra celebrarentur, cogebantur hedera coronati Libero circumire. Decretũ autem exijt in proximas gentilium ciuitates, ſuggerentibus Ptolemæis, vt pari modo & ipſi aduerſus Iudæos agerent, vt ſacrificarent: eos autẽ qui nollent tranſire ad inſtituta gentilium, interficerent. Erat ergo videre miſeriam. Duæ enim mulieres delatæ ſunt natos ſuos circumciſſe: quas infantibus ad vbera ſuſpenſis, cum publicè per ciuitatem circumduxiſſent, per muros præcipitauerunt. Alij verò ad proximas coeuntes ſpeluncas, & latenter ſabbathi diem
C celebrantes, cum indicati eſſent Philippo, flammis ſuccenſi ſunt: eo quòd verebãtur propter religionem & obſeruantiã, manu ſibimet auxilium ferre. Obſecro autem eos, qui hunc librum lecturi ſunt ne abhorreſcant propter aduerſos caſus, ſed reputent ea quæ acciderunt non ad interitũ, ſed ad correptionem eſſe generis noſtri. Etenim multo tẽpore non ſinere peccatoribus ex ſententia agere, ſed ſtatim vltiones adhibere, magni beneficij eſt iudicium. Non enim ſicut in alijs nationibus Dominus patienter expectat, vt eas cum iudicij dies aduenerit, in plenitudine peccatorum puniat: ita & in nobis ſtatuit, vt peccatis noſtris in finem deuolutis, ita demũ in nos vindicet. Propter quod nunquã quidẽ à nobis miſericordiam ſuam amouet; corripiens verò in aduerſis populũ ſuum, non derelinquit. Sed hæc nobis ad cõmonitionẽ legentium dicta ſint paucis. Iam autẽ veniendũ eſt ad narrationem. Igitur Eleazarus vnus de primoribus ſcribarũ, virætate prouectus, & vultu decõrus, aperto ore hians cõpellebatur carnẽ porcinam mã
D ducare. At ille glorioſiſsimã mortẽ magis quàm odibilem vitam cõplectens, volũtariè præibat ad ſupplicium. Intuẽs autem quemadmodũ oporteret accedere patiẽter, ſuſtinens deſtinauit non admittere illicita propter vitæ amorem. Hi autẽ qui aſtabant, iniqua miſeratione cõmoti, propter antiquã viri amicitiã, tollentes eum ſecreto rogabant afferri carnes, quibus veſci ei licebat, vt ſimularetur mãducaſſe, ſicut rex imperauerat, de ſacrificij carnibus: vt hoc facto à morte liberaretur: & propter veterem viri amicitiã hanc in eo faciebant humanitatem. At ille cogitare cœpit ætatis ac ſenectutis ſuæ eminentiã dignam, & ingenitæ nobilitatis caniciem, atq; à puero optimæ cõuerſationis actus, & ſecundũ ſanctæ & à Deo cõditæ legis
E conſtitutæ: reſpondit citò, dicens, præmitti ſe velle in infernũ. Non enim ætati noſtræ dignũ eſt, inquit, fingere: vt multi adoleſcentes, arbitrantes Eleazarũ nonaginta annorum tranſiſſe ad vitã alienigenarum, & ipſi propter meam ſimulationẽ, & propter modicũ corruptibilis vitæ tempus decipiantur, & per hoc maculam atq; execrationẽ meæ ſenectuti conquirã. Nã & ſi in præſenti tẽpore ſupplicijs hominũ eripiar: ſed manum omnipotẽtis nec viuus nec defunctus effugiam. Quam obrem fortiter vita excedendo, ſenectute quidem dignus apparebo: adoleſcẽtibus autẽ exemplũ fortè relinquã, ſi prompto animo, ac fortiter pro grauiſsimis ac ſanctiſsimis legibus honeſta morte perfungar. His dictis cõfeſtim ad ſupplicium
F trahebatur. Hi autẽ qui eum ducebãt, & paulo antè fuerãt miriores, in iram conuerſi ſunt propter ſermones ab eo dictos quos illi per arrogantiã prolatos arbitrabantur. Sed cũ plagis perimeretur, ingemuit, & dixit, Dñe qui habes ſanctã ſcientiã, manifeſtè tu ſcis quia cum à morte poſſem liberari, duros corporis ſuſtineo dolores: ſecũdũ animã verò propter timorem tuũ libẽter hæc patior. Et iſte quidẽ hoc modo vita deceſsit, nõ ſolum iuuenibus, ſed & vniuerſæ genti memoriam mortis ſuæ ad exemplũ virtutis & fortitudinis derelinquens.

S. SEPTEM *fratrum matrisq; eorum ob legem Dei tuendam indigna ſupplicia.* CAPVT VII.

A GOntigit autẽ ſeptẽ fratres vnà cum matre ſua apprehenſos, cõpelli à rege edere contra fas carnes porcinas, flagris & taureis cruciatos. Vnus autem ex illis qui erat primus, ſic ait, Quid quæris, & quid vis diſcere à nobis? parati ſumus mori magis quàm patrias Dei leges præuaricari. Iratus itaq; rex, iuſsit ſartagines & ollas æneas ſuccẽdi. Quibus ſtatim ſuccẽſis, iuſsit ei qui prior fuerat locutus, amputari linguam: & cute capitis abſtracta, ſummas quoq; manus & pedes ei præſcindi, cæteris eius fratribus & matre inſpicientibus. Et cum iam per omnia inutilis factus eſſet, iuſsit ignem admoueri, & adhuc ſpirãtem torqueri in ſartagine: in qua cum diu cruciaretur, cæteri vnà cum matre inuicem ſe hortabantur mori fortiter, dicentes, Dñs Deus aſpiciet veritatẽ, & conſolabitur in nobis, quemadmodum in
B protectione cantici declarauit Moyſes, & in ſeruis ſuis conſolabitur. Mortuo itaque illo primo hoc modo ſequentem deducebant ad illudendũ: & cute capitis eius cum capillis abſtracta, interrogabant ſi mãducaret prius quàm toto corpore per mẽbra ſingula puniretur. At ille reſpõdẽs patria voce, dixit, Non faciam. Propter quod & iſte ſequenti loco primi tormenta ſuſcepit: & in vltimo ſpiritu conſtitutus, ſic ait, Tu quidem ſceleſtiſsime in præſenti vita nos perdis: ſed rex mundi

Eleazari paſsio.

Leui. 11 a

Deut. 32 f

Monentur lectores ne aduerſa quibus Dominus filios affligit, abhorreſcant.

mundi defunctos nos pro ſuis legibus,in æternæ vitæ reſurrectione ſuſcitabit. Poſt hunc tertius illuditur,& linguã poſtulatus citò protulit,& manus conſtãter extendit:& cũ fiducia ait,E cœlo iſta poſsideo,ſed propter Dei leges nũc hęc ipſa deſpicio,quoniam ab ipſo me ea recepturũ ſpero. ita vt rex,& qui cum ipſo erant,mirarentur adoleſcentis animũ, quòd tanquam nihilũ duceret cruciatus. Et hoc ita defuncto, quartũ vexabãt ſimiliter torquẽtes. Et cum iam eſſet ad mortem,ſic ait,Potius eſt ab hominibus morti datos ſpem expectare à Deo,iterũ ab ipſo reſuſcitandos.tibi enim reſurrectio ad vitam non erit.Et cum admouiſſent quintũ, vexabant eũ. At ille reſpiciens in eum,dixit,Poteſtatem inter homines habens,cum ſis corruptibilis,facis quod vis:noli autem putare genus noſtrũ à Deo eſſe derelictum.tu autẽ patiẽter ſuſtine, & videbis magnam poteſtatẽ ipſius,qualiter te & ſemen tuũ torquebit. Poſt hunc ducebant ſextum,& is mori incipiens, ſic ait,Noli fruſtra errare:nos enim propter noſmetipſos hoc patimur,peccantes in Deum noſtrum,& digna admiratione facta ſunt in nobis:tu autem ne exiſtimes tibi impunè futurum,quòd contra Deum pugnare tentaueris. Supra modũ autem mater mirabilis,& bonorũ memoria digna, quæ pereuntes ſeptem filios ſub vnius diei tẽpore conſpiciens, bono animo ferebat propter ſpem quam in Deo habebat, ſingulos illorum hortabatur voce patria fortiter,repleta ſapientia:& fœmineæ cogitationi maſculinũ animum inſerens, dixit ad eos, Neſcio qualiter in vtero meo apparuiſtis:neq; enim ego ſpiritum & animam donaui vobis & vitam,& ſingulorum membra non ego ipſa compegi,ſed enim mundi creator, qui formauit hominis natiuitatẽ,quiq; omnium inuenit originẽ, & ſpiritum vobis iterum cum miſericordia reddet & vitã, ſicut nunc voſmetipſos deſpicitis propter leges eius. Antiochus autem contemni ſe arbitratus,ſimul & exprobrantis voce deſpecta,cum adhuc adoleſcentior ſupereſſet, non ſolũ verbis hortabatur,ſed & cum iuramento affirmabat ſe diuitẽ & beatum facturum,& tranſlatum à patrijs legibus amicum habiturum,& res neceſſarias ei præbiturum.Sed ad hæc cum adoleſcens nequaquã inclinaretur,vocauit rex matrem,& ſuadebat ei vt adoleſcenti fieret in ſalutẽ.Cum autem multis eã verbis eſſet hortatus,promiſit ſuaſurã ſe filio ſuo. Itaq; inclinata ad illum,irridẽs crudelem tyrannũ,ait patria voce,Fili mi miſerere mei,quæ te in vtero nouẽ menſibus portaui,& lac triẽnio dedi & alui,& in ætatem iſtã perduxi.Peto nate,vt aſpicias ad cælum & terram,& ad omnia quæ in eis ſunt:& intelligas quia ex nihilo fecit illa Deus,& hominum genus:ita fiet vt non timeas carnificem iſtum,ſed dignus fratribus tuis effectus,ſuſcipe mortem,vt in illa miſeratione cum fratribus tuis te recipiam. Cum hæc illa adhuc diceret,ait adoleſcens,Quem ſuſtinetis?nõ obedio præcepto regis,ſed præcepto legis,quæ data eſt nobis per Moyſen.Tu verò qui inuentor omnis malitiæ factus es in Hebræos,non effugies manum Dei. Nos enim pro peccatis noſtris hæc patimur. Et ſi nobis propter increpationem,& correptionem Dominus Deus noſter modicum iratus eſt: ſed iterum recõciliabitur ſeruis ſuis. Tu aũt ô ſceleſte & omnium hominum flagitioſiſsime, noli fruſtra extolli vanis ſpebus in ſeruos eius inflammatus. nondũ enim omnipotentis Dei & omnia inſpicientis iudicium effugiſti. Nam fratres mei modico nunc dolore ſuſtentato, ſub teſtamento æternæ vitæ effecti ſunt:tu verò iudicio Dei iuſtas ſuperbiæ tuæ pœnas exolues. Ego autem ſicut & fratres mei animam & corpus meum trado pro patrijs legibus,inuocans Deum maturius genti noſtræ propitium fieri,teque cũ tormentis & verberibus confiteri quòd ipſe eſt Deus ſolus. In me verò & in fratribus meis deſinet omnipotentis ira, quæ ſuper omne genus noſtrum iuſtè ſuperducta eſt. Tunc rex accenſus ira,in hunc ſuper omnes crudelius deſæuit, indignè ferens ſe deriſum. Et hic itaque mundus obijt, per omnia in Domino confidens. Nouiſsimè autem, poſt filios & mater conſumpta eſt. Igitur de ſacrificijs, & de nimijs crudelitatibus ſatis dictum eſt.

S. IVDAS in Nicanorem armat exercitum,quem cum copijs ſuis proſternit,cumq; fugeret ad Antiochũ,Iudæi Deo gratias agũt.

CAPVT VIII.

IVdas verò Machabæus,& qui cum illo erant introibant latẽter in caſtella:& conuocantes cognatos,& eos qui permanſerant in Iudaiſmo aſſumẽtes,eduxerunt ad ſe ſex millia virorum.Et inuocabant Dominũ vt reſpiceret in populũ qui ab omnibus calcabatur,& miſereretur tẽplo quod contaminabatur ab impijs: miſereretur etiã exterminio ciuitatis, quæ eſſet illico cõplananda,& vocẽ ſanguinis ad ſe clamãtis audiret: memoraretur quoq; iniquiſsimas mortes paruulorum innocẽtũ, & blaſphemias nomini ſuo illatas,& indignaretur ſuper his.At Machabæus congregata multitudine,intolerabilis gentibus efficiebatur.ira enim Domini in miſericordiã conuerſa eſt.Et ſuperueniens caſtellis,& ciuitatibus improuiſus,ſuccẽdebat eas:& opportuna loca occupans,nõ paucas hoſtiũ ſtrages dabat.Maximè autem noctibus ad huiuſcemodi excurſus ferebatur, & fama virtutis eius vbiq; diffundebatur. Videns autẽ Philippus paulatim virũ ad profectum venire,ac frequẽtius res ei cedere proſperè,ad Ptolemæum ducem Cœleſyriæ & Phœnicis ſcripſit vt auxilium ferret regijs negotijs.At ille velociter miſit Nicanorẽ Patrocli de primoribus amicum,datis ei de permiſtis gentibus,armatis nõ minus viginti millibus,vt vniuerſum Iudæorũ genus deleret,adiũcto ei & Gorgia viro militari,& in bellicis rebus experiẽtiſsimo.Cõſtituit aũt Nicanor, vt regi tributũ quod Romanis erat dandũ,duo millia talentorum de captiuitate Iudæorum ſuppleret. Statimq; ad maritimas ciuitates miſit,cõuocãs ad coemptionẽ Iudaicorũ mancipiorum,promittẽs ſe nonaginta mancipia talento diſtractu rum,non reſpiciens ad vindictã quæ eũ ab omnipotẽte eſſet cõſecutura.Iudas autẽ vbi cõperit,indicauit his qui ſecũ erãt Iudæis,Nicanoris aduentũ.Ex quibus quidã formidãtes, & non credẽtes Dei iuſtitiæ,in fugã vertebãtur:alij verò ſi quid eis ſupererat vẽdebãt,ſimulq; Dominũ deprecabãtur vt eriperet eos ab impio Nicanore, qui eos prius quàm cominus veniret,vẽdiderat,& ſi non propter eos, propter teſtamentũ tamẽ quod erat ad patres eorũ,& propter inuocationem ſancti & magnifici nominis eius ſuper ipſos.Cõuocatis autẽ Machabæus ſeptẽ millibus,qui cum ipſo erant,rogabat ne hoſtibus reconciliarentur,neq; metuerent iniquã venientiũ aduerſum ſe hoſtiũ multitudinẽ,ſed fortiter cõtenderent:ante oculos habẽtes contumeliã quæ loco ſancto ab his iniuſtè eſſet illata,itemq; & ludibrio habitæ ciuitatis iniuriam:adhuc etiam veterũ inſtituta conuulſa.Nã illi quidem armis cõfidũt,ait,ſimul & audacia:nos autẽ in omnipotente Dño qui poteſt & veniẽtes aduerſum nos,& vniuerſum mundum vno nutu delere,cõfidimus.Admonuit autẽ eos & de auxilijs Dei,quæ facta ſunt erga parẽtes:& quòd ſub Sennacherib centũ octoginta quinq; millia perierũt:& de prælio quod eis aduerſus Galatas fuit in Babylonia,vt omnes vbi ad rem ventũ eſt Macedonibus ſocijs hæſitantibus,ipſi ſex millia ſoli peremerũt centũ viginti millia,propter auxiliũ illis datum de cœlo,& beneficia pro his plurima cõſecuti ſunt.His verbis cõſtantes effecti ſunt,& pro legibus & patria mori parati.Conſtituit itaq; fratres ſuos duces vtiq; ordini,Simonẽ,& Ioſephũ,& Ionathã, ſubiectis vnicuiq; millenis & quingẽtenis.Ad hoc etiã ab Eſdra lecto illis ſancto libro,& dato ſigno adiutorij Dei,in prima acie ipſe dux cõmiſit cũ Nicanore. Et facto ſibi adiutore omnipotẽte interfecerũt ſuper nouẽ millia hominũ:maiorem autẽ partẽ exercitus Nicanoris vulneribus debilẽ factã fugere cõpulerunt.Pecunijs verò eorũ qui ad emptionẽ ipſorum venerãt,ſublatis,ipſos vſquequaq; perſecuti ſunt,ſed reuerſi ſunt ora cõcluſi.nam erat ante ſabbathũ: quã ob cauſam

4.Re.19 g
Tobiæ 1 d
Eccl.48 d
Eſa.37 g

non

non perſeuerauerũt inſequentes. Arma autem ipſorũ & ſpolia cõgregantes, ſabbathũ agebant: benedicẽtes Dñm qui liberauit eos in iſto die, miſericordiæ initiũ ſtillans in eos. Poſt ſabbathũ verò debilibus, & orphanis, & viduis diuiſerũt ſpolia: & reſidua ipſi cũ ſuis habuêre. His itaq; geſtis, & cõmuniter ab omnibus facta obſeruatione, miſericordẽ Dñm poſtulabãt vt in finẽ ſeruis ſuis recõciliaretur. Et ex his qui cũ Timótheo & Bacchide erant cõtra ſe cõtendẽtes, ſuper viginti millia interfecerũt, & munitiones excelſas obtinuerũt: & plures prædas diuiſerunt, æquã portionẽ debilibus, pupillis & viduis, ſed & ſenioribus facientes. Et cum arma eorũ diligenter
G collegiſſent, omnia cõpoſuerunt in locis opportunis, reſidua verò ſpolia Ieroſolymã detulerunt: & Philarchẽ qui cũ Timótheo erat, interfecerũt virũ ſceleſtũ, qui in multis Iudæos afflixerat. Et cũ epinicia agerẽt in Ieroſolymis, eos qui ſacras ianuas incenderunt, id eſt, Calliſtenẽ, cum in quoddã domicilium refugiſſent, incenderunt, digna eis mercede pro impietatibus ſuis reddita. Facinoroſiſsimus autẽ Nicanor, qui mille negotiãtes ad Iudæorũ vẽditionem adduxerat, humiliatus auxilio Domini ab his quos nullos exiſtimauerat, depoſita veſte gloriæ, per mediterranea fugiẽs, ſolus venit Antiochiam, ſummam infelicitatẽ de interitu ſui exercitus cõſecutus. Et qui promiſerat Romanis ſe tributum reſtituere de captiuitate Ieroſolymorum, prædicabat nunc protectorem Deum habere Iudæos, & ob ipſum inuulnerabiles eſſe, eo quòd ſequerentur leges ab ipſo conſtitutas.

S. ANTIOCHVS *Perſepolim ſpoliare cupiens, uictus & fugatus eſt: cum uerò Iudæos perſequeretur, à* Deo *miſerè percuſſus mera morte occubuit.* CAPVT IX.

A EOdem tempore Antiochus inhoneſtè reuertebatur de Perſide. Intrauerat enim in eã quæ dicitur Perſepolis, & tentauit expoliare tẽplũ, & ciuitatem opprimere: ſed multitudine ad arma concurrente, in fugam verſi ſunt, & ita contigit, vt Antiochus poſt fugã turpiter rediret. Et cũ veniſſet circa Ecbatanã recognouit quæ erga Nicanorẽ & Timótheũ geſta ſunt. Elatus autẽ in ira, arbitrabatur ſe iniuriã illorũ qui ſe fugauerant poſſe in Iudæos retorquere: ideoq; iuſsit agitari currum ſuum, ſine intermiſsione agens iter, cœleſti eũ iudicio perurgẽte, eo quòd ita ſuperbè locutus eſt ſe venturũ Ieroſolymã, & congeriem ſepulchri Iudæorũ eam facturũ. Sed qui vniuerſa conſpicit Dñs Deus Iſrael, percuſsit eum inſanabili & inuiſibili plaga.
2. Par. 16 c Vt enim finiuit hũc ipſum ſermonẽ, apprehẽdit eũ dolor dirus viſcerũ, & amara internorũ tormẽta, & quidẽ ſatis iuſtè: quippe qui multis & nouis cruciatibus aliorũ torſerat viſce-
B ra, licet ille nullo modo à ſua malitia ceſſaret. Super hoc autẽ ſuperbia repletus, ignem ſpirans animo in Iudæos, & præcipiens accelerari negotiũ, contigit illũ impetu euntẽ de curru cadere, & graui corporis colliſione membra vexari. Isq; qui ſibi videbatur etiã fluctibus maris imperare, ſupra humanũ modũ ſuperbia repletus, & montiũ altitudines in ſtatera appẽdere, nũc humiliatus ad terrã in geſtatorio portabatur, manifeſtã Dei virtutẽ in ſemetipſo conteſtans: ita vt de corpore impij vermes ſcaturirent, ac viuẽtes in doloribus carnes eius effluerent, odore etiã illius & fœtore exercitus grauaretur. & qui pauloante ſydera cœli contingere ſe arbitrabatur, eum nemo poterat propter intolerantiam fœtoris portare. Hinc igitur cœpit ex graui ſuperbia deductus ad agnitionẽ ſui venire, diuina admonitus plaga, per momenta ſingula doloribus ſuis augmẽta capiẽtibus: & cũ nec ipſe iam fœtorẽ ſuũ ferre poſſet, ita ait, Iuſtum eſt ſubditũ eſſe Deo, & mortalẽ non paria Deo ſentire. Orabat autẽ hic ſceleſtus Dñm à quo non eſſet
C miſericordiã conſecuturus. Et ciuitatẽ ad quẽ feſtinãs veniebat vt eam ad ſolũ deduceret, ac ſepulchrum congeſtorũ face ret, nũc optat liberam reddere: & Iudæos quos nec ſepultura quidẽ ſe dignos habiturũ, ſed auibus ac feris diripiendos tradi turũ, & cũ paruulis exterminaturũ dixerat, æquales nũc Athenienſibus facturũ pollicetur: templũ etiam ſanctũ, quod prius expoliauerat, optimis donis ornaturum, & ſancta vaſa multiplicaturum, & pertinẽtes ad ſacrificia ſumptus de redditibus ſuis præſtaturũ ſuper hæc & Iudæũ ſe futurũ, & omnem locum terræ perambulaturũ, & prædicaturũ Dei poteſtatem. Sed non ceſſantibus doloribus (ſuperuenerat enim in eum iuſtum Dei iudiciũ) deſperans ſcripſit ad Iudæos in modũ deprecationis epiſtolã hæc continentẽ, OPTIMIS ciuibus Iudæis plurimã ſalutẽ, & bene valere, & eſſe felices, rex & princeps Antiochus. Si bene valetis, & filij veſtri, & ex ſententia vobis cuncta ſunt, maximas agimus gratias. Et ego in infirmi
D tate cõſtitutus, veſtri autem memor benignè reuerſus de Perſidis locis, & in infirmitate graui apprehenſus, neceſſarium duxi pro communi vtilitate curã habere: non deſperans memet ipſum, ſed ſpem multã habens effugiendi infirmitatẽ. Reſpiciens autem quòd & pater meus, quibus temporibus in locis ſuperioribus ducebat exercitũ, oſtẽdit qui poſt ſe ſuſciperet principatũ: vt ſi quid contrariũ accideret, aut difficile nuntiaretur, ſcientes hi qui in regionibus erant, cui eſſet rerũ ſumma derelicta, non turbarentur. Ad hæc, conſyderans de proximo potentes quoſq; & vicinos temporibus inſidiantes & euentum expectanres, deſignaui filium meũ Antiochum regem, quem ſæpe recurrens in ſuperiora regna multis veſtrum commendabam: & ſcripſi ad eum, quæ ſubiecta ſunt. Oro itaque vos, & peto memores beneficiorum publicè & priuatim, vt vnuſquiſq; conſeruet fidem ad me & ad filiũ meum. Confido enim eum modeſtè & humanè acturum, & ſequẽtem propoſitum meum & cõmunem vobis fore. Igitur homicida, & blaſphemus peſsimè percuſſus, & vt ipſe alios tractauerat pere- Moritur Antiochus.
gre in montibus, miſerabili obitu vita functus eſt. Transferebat autẽ corpus Philippus collactaneus eius: qui metuẽs filiũ Antiochi, ad Ptolemeum Philometorẽ in Aegyptum abijt.

S. IVDAS *recepta ciuitate templum purgat cum ſolennitate. Eupator Antiocho patri ſuccedens Ptolemæum ueneno interemit, Gorgiam in Iudæos miſit: Timótheus uerò nouas ducens copias à Iudæis uictus eſt quinq; uiris cœlitus auxiliantibus.*

CAPVT X.

A MAchabæus autẽ & qui cum eo erant Domino ſe protegente, templũ quidẽ & ciuitatẽ recepit: aras autem quas alienigenæ per platẽas extruxerant, itemq; delubra demolitus eſt: & purgato tẽplo, aliud altare fecerunt: & de ignitis lapidibus igne cõcepto ſacrificia obtulerũt poſt bienniũ, & incẽſum & lucernas & panes propoſitionis poſuerunt. Quibus geſtis rogabant Dominũ proſtrati in terrã, ne amplius talibus malis inciderent: ſed & ſi quãdo peccaſſent, vt ab ipſo mitius corriperẽtur, & non barbaris ac blaſphemis hominibus traderentur. Qua die autem templũ ab alienigenis pollutũ fuerat, contigit eadem die puri
B ficationem fieri, viceſima quinta mẽſis, qui fuit Caſleu: & cum lætitia diebus octo egerũt in modũ tabernaculorũ, recordantes quòd ante modicũ temporis diem ſolennẽ tabernaculorũ in montibus, & in ſpeluncis more beſtiarũ egerant. Propter quod thyrſos, & ramos virides, & palmas præferebant ei qui proſperauit mundare locum ſuum. Et decreuerũt communi præcepto & decreto vniuerſæ genti Iudæorũ omnibus annis agere dies iſtos. Et Antiochi quidẽ, qui appellatus eſt Nobilis, vitæ exceſſus ita ſe habuit. Nunc autem de Eupatore Antiochi impij filio, quæ geſta ſunt narrabimus, breuiẽtes mala quæ in bellis geſta ſunt. Hic enim ſuſcepto regno, conſtituit ſuper negotia regni Lyſiã quendam Phœnicis & Siriæ militiæ principem. Nam Ptolemæus, qui dicebatur Macer, iuſti
C tenax erga Iudæos eſſe cõſtituit, & præcipuè propter iniquitatẽ quæ facta erat in eos, & pacificè agere cũ eis. Sed ob hoc accuſatus ab amicis apud Eupatorem, cum frequenter proditor audiret, eo quòd Cyprum creditam ſibi à Philometore deſeruiſſet,

deſeruiſſet,& ad Antiochum Nobilẽ tranſlatus etiam ab eo receſsiſſet,veneno vitam finiuit. Gorgias autẽ cum eſſet dux locorũ,aſſumptis aduenis frequenter Iudæos debellabat. Iudæi verò qui tenebãt opportunas munitiones, fugatos ab Ieroſolymis ſuſcipiebãt,& bellare tentabant. Hi verò qui erant cum Machabæo per orationes Dominum rogantes, vt eſſet ſibi adiutor,impetum fecerunt in munitiones Idumæorum: multaq́; vi inſiſtentes,loca obtinuerunt,occurrẽtes intereme
runt,& omnes ſimul non minus viginti quinq; millibus truci
D dauerunt. Quidã autem cum confugiſſent in duas turres valde munitas, omnem apparatum ad repugnandum habentes:Machabæus ad eorum expugnationẽ,relicto Simone & Ioſepho,itemq́; Zacchæo, eisq́; qui cum ipſis erãt ſatis multis,ipſe ad eas quæ amplius perurgebant pugnas, conuerſus eſt.Hi verò qui cum Simone erãt,cupiditate ducti,à quibuſdam qui in turribus erant,ſuaſi ſunt pecunia, & ſeptuaginta millibus didrachmis acceptis,dimiſerũt quoſdã effugere. Cũ autem Machabæo nuntiatũ eſſet quod factũ eſt, principibus populi congregatis accuſauit quòd pecunia fratres vendidiſſent,aduerſarijs eorum dimiſsis. Hos igitur proditores factos
E interfecit, & confeſtim duas turres occupauit. Armis autẽ ac manibus,omnia proſperè agendo,in duabus munitionibus, plus quàm viginti millia peremit. Et Timotheus,qui prius à Iudæis fuerat ſuperatus,conuocato exercitu peregrinæ multitudinis,& cõgregato equitatu Aſiano aduenit, quaſi armis Iudæam capturus. Machabæus autem & qui cum ipſo erant appropinquante illo,deprecabantur Dominum, caput terra aſpergentes,lumboſq́; cilicijs præcincti, ad altaris crepidinẽ prouoluti,vt ſibi propitius,inimicis autem eorũ eſſet inimicus,& aduerſarijs aduerſaretur,ſicut lex dicit. Et ita poſt orationẽ ſumptis armis,longius de ciuitate,pcedẽtes,& proximi hoſtibus effecti, reſederunt. Primo autem ſolis ortu vtrique
F commiſerunt:iſti quidem victoriæ & proſperitatis ſponſorẽ cum virtute Dominũ habentes:illi autem ducem belli animũ habebant. Sed cum vehemens pugna eſſet,apparuerũt aduerſarijs de cœlo viri quinq; in equis,frenis aureis decôri, ducatũ Iudæis præſtãtes: ex quibus duo Machabæum medium habẽtes,armis ſuis circumſeptũ incolumẽ conſeruabãt:in aduerſarios autẽ tela,& fulmina iaciebant,ex quo & cæcitate cõfuſi, & repleti perturbatione cadebant. Interfecti ſunt autem viginti millia quingenti,& equites ſexcenti. Timóthæus verò confugit in Gazaran præſidiũ munitũ,cui præerat Chæreas. Machabæus autẽ,& qui cum eo erãt lætantes obſederunt præſidiũ diebus quatuor. At hi qui intus erant,loci firmitate cõfiſi,ſupra modum maledicebant, & ſermones nefandos iacta-
G bant. Sed cum dies quinta illuceſceret, viginti iuuenes, ex his qui cum Machabæo erãt,accenſi animis propter blaſphemiã, viriliter acceſſerũt ad murũ, & feroci animo incedentes aſcendebant:ſed & alij ſimiliter aſcendentes,turres,portasq́; ſuccẽdere aggreſsi ſunt,atq; ipſos maledicos viuos cõcremare. Per continuum autem biduum præſidio vaſtato, Timótheũ occultantem ſe in quodam repertum loco peremerũt: & fratrẽ illius Chæream,& Apollophanẽ occiderunt. Quibus geſtis, in hymnis & confeſsionibus benedicebant Dominum, qui magna fecit in Iſrael,& victoriam dedit illis.

S. LYSIAS *in Iudæos armatus ſuperno uictus auxilio eorum amicitiam quærit. Lyſiæ, Antiochi, & Romanorũ epiſtolæ ad Iudæos, & item Antiochi ad Lyſiam.* CAPVT XI.

A SEd paruo pòſt tempore, Lyſias procurator regis, & propinquus,ac negotiorũ præpoſitus, grauiter ferens de his quæ acciderant:cõgregatis octoginta millibus & equitatu vniuerſo veniebat aduerſus Iudæos, exiſtimãs ſe ciuitatẽ quidem captam gẽtibus habitaculũ facturum,templũ verò in pecuniæ quæſtum,ſicut cætera delubra gentium habiturũ, & per ſingulos annos venale ſacerdotiũ:nuſquam recogitans Dei poteſtatẽ, ſed mente effrenatus in multitudine peditũ, & in millibus equitum, & in octoginta elephãtis cõfidebat. Ingreſſus autẽ Iudæã,& appropians Bethſuræ, quæ erat in anguſto loco ab Ieroſolyma,interuallo quinq; ſtadiorũ,illud præſidium expugnabat.
B Vt autem Machabæus & qui cum eo erant cognouerunt expugnari præſidia,cum fletu & lachrymis rogabant Dominũ, & omnis turba ſimul,vt bonum angelum mitteret ad ſalutem Iſrael. Et ipſe primus Machabæus ſumptis armis,cæteros adhortatus eſt ſimul ſecum periculum ſubire,& ferre auxilium fratribus ſuis. Cumq́; pariter prompto animo procederent, Ieroſolymis apparuit præcedens eos eques in veſte candida, armis aureis haſtam vibrans. Tunc omnes ſimul benedixerũt miſericordem Dominum & conualuerunt animis: non ſolũ
C homines,ſed & beſtias ferociſsimas, & muros ferreos parati penetrare. Ibant igitur prompti,de cœlo habentes adiutorẽ, & miſerantem ſuper eos Dominum. Leonũ autem more impetu irruentes in hoſtes,proſtrauerunt ex eis vndecim millia peditum,& equitum mille ſexcentos:vniuerſos autem in fugam verterunt,plures autem ex eis vulnerati nudi euaſerunt. Sed & ipſe Lyſias turpiter fugiens euaſit. Et quia non inſenſatus erat,ſecum ipſe reputans factam erga ſe diminutionem, & intelligens inuictos eſſe Hæbræos,omnipotentis Dei auxilio innitẽtes,miſit ad eos:promiſitq́; ſe conſenſurũ omnibus quæ iuſta ſunt,& regem compulſurum amicum fieri. Annuit autem Machabæus precibus Lyſiæ, in omnibus vtilitati conſulens:& quæcunq; Machabæus ſcripſit Lyſie de Iu-
D dæis,ea rex conceſsit. Nam erant ſcriptæ Iudæis epiſtolæ,à Lyſia ſiquidẽ hunc modũ continentes, LYSIAS populo Iudæorum ſalutem. Iohannes & Abeſalom qui miſsi fuerant à vobis,tradentes ſcripta,poſtulabant vt ea quæ per illos ſignificabantur,implerem. Quæcunq; igitur regi potuerunt perferri,expoſuit: & quæ res permittebat,conceſsit. Si igitur in negotijs fidem conſeruaueritis, etiam deinceps bonorum vobis cauſa eſſe tentabo. De cæteris autem per ſingula verba mandaui & iſtis & his qui à me miſsi ſunt colloqui vobiſcum. Bene valete. Anno centeſimo quadrageſimooctauo menſis Dioſcori,die viceſima & quarta. Regis autem epi-
E ſtola,iſta cõtinebat, REX Antiochus, Lyſie fratri ſalutem. Patre noſtro inter Deos tranſlato,nos volẽtes eos qui ſunt in regno noſtro ſine tumultu agere,& rebus ſuis adhibere diligentiã,audiuimus Iudæos non cõſenſiſſe patri meo vt tranſferrentur ad ritum Græcorũ, ſed tenere velle ſuũ inſtitutũ, ac propterea poſtulare à nobis concedi ſibi legitima ſua. Volentes igitur hanc quoq; gentẽ quietam eſſe,ſtatuẽtes iudicauimus templũ reſtitui illis,vt agerent ſecundũ ſuorum maiorum conſuetudinem. Bene igitur feceris,ſi miſeris ad eos, & dexterã dederis:vt cognita noſtra volũtate,bono animo ſint, & vtilitatibus proprijs deſeruiant. Ad Iudæos verò regis epiſtola talis erat, REX Antiochus ſenatui Iudæorũ,& cæteris Iudæis ſalutẽ. Si valetis,ſic eſtis vt volumus: ſed & ipſi bene valemus. Adijt nos Menelaus dicens velle vos deſcẽdere ad veſtros qui ſunt apud nos. His igitur qui cõmeant vſq; ad diem triceſimum menſis Xanthici, damus dextras ſecuritatis,vt Iudaicis vtantur cibis,& legibus ſuis,ſicut & prius:& nemo eorum vllo modo moleſtiam patiatur de his quæ per ignorãtiam geſta ſunt. Miſimus autem & Menelaũ, qui vos
G alloquatur. Valete. Anno centeſimo quadrageſimooctauo, Xanthici menſis quintadecima die. Miſerunt autem etiam Romani epiſtolam ita ſe habentem, QVINTVS Memmius, & Titus Manilius legati Romanorum,populo Iudæorum ſalutem. De his quæ Lyſias cognatus regis conceſsit vobis, & nos conceſsimus. De quibus autem ad regem iudicauit referendũ,confeſtim aliquem mittite,diligẽtius inter vos conferentes:vt decernamus,ſicut congruit vobis, nos enim Antiochiã accedimus. Ideoq́; feſtinate reſcribere vt nos quoque ſciamus cuius eſtis voluntatis. Bene valete. Anno centeſimo quadrageſimooctauo,quintadecima die menſis Xanthici.

Lyſiæ epiſtola ad Iudæos.

Regis Antiochi epiſtola ad Lyſiam.

Eiuſdẽ epiſtola ad Iudæos.

Romanorũ epiſtola ad populum Iudæorum.

S. IVDAS

S. IVDAS *armatus in Ioppitas, Arabes, Timotheũ & Gorgiam, pro Iudæis ibidem occisis oblationem obtulit, spem resurrectionis protestatus.* CAPVT XII.

A His factis pactionibus, Lysias pergebat ad regem, Iudæi autem agriculturæ operam dabant. Sed hi qui resederant Timótheus & Apollonius Gennæi filius, sed & Hieronymus, & Demophon, super hos & Nicanor Cypriarches, non sinebant eos in silentio agere, & quietè. Ioppitæ verò tale quoddam flagitium perpetrarunt: Rogauerũt Iudæos cum quibus habitabant, ascendere scaphas, quas parauerant, cum vxoribus, & filijs, quasi nullis inimicitijs inter eos subiacentibus. Secundũ commune itaq; decretũ ciuitatis, & ipsis acquiescẽtibus, pacisq; causa nihil suspectũ habentibus: cum in altum processissent submerserũt non minus ducentos. Quã crudelitatẽ Iudas in suæ gentis homines factam vt cognouit, præcepit viris qui erant cum ipso: & inuocato iusto iudice Deo, venit aduersus interfectores fratrũ, & portũ quidẽ nocte succẽdit, scaphas exussit, eos autem qui ab igne refugerant, gladio peremit. Et cum hæc ita egisset, discessit quasi iterum reuersurus, & vniuersos
B Ioppitas eradicaturus. Sed cum cognouisset & eos qui erant Iamniæ, velle pari modo facere habitantibus secum Iudæis, Iamnitis quoq; nocte superuenit, & portũ cum nauibus succendit, ita vt lumẽ ignis appareret Ierosolymis à stadijs ducentis quadraginta. Inde cum iam abissent nouẽ stadijs, & iter facerent ad Timótheum, cõmiserunt cum eo Arabes quinq; millia viri, & equites quingẽti. Cumq; pugna valida fieret, & auxilio Dei prosperè cessisset, residui Arabes victi petebant à Iuda dextras sibi dari, promittentes se pascua daturos, & in cæteris profuturos. Iudas autem arbitratus verè in multis eos utiles, promisit pacem, dextrisq; acceptis, discessere ad tabernacula sua. Aggressus est autem & ciuitatem quandam firmã pontibus murisq; circũseptã, quæ à turbis habitabatur gentiũ
C promiscuarum, cui nomen Caspin. Hi verò qui intus erant confidentes in stabilitate murorũ & apparatu alimoniarum, remissius agebant, maledictis lacessentes Iudã: ac blasphemãtes, ac loquentes quæ fas non est. Machabæus autẽ inuocato magno mundi principe, qui sine arietibus & machinis tempo ribus Iesu præcipitauit Iericho, irruit ferociter muris: & capta ciuitate per Domini voluntatẽ innumerabiles cædes fecit, ita vt adiacens stagnũ stadiorum duorum latitudinis sanguine interfectorum fluere videretur. Inde discesserunt stadia septingẽta quinquaginta, & venerũt in Characa ad eos qui dicuntur Tubianẽi, Iudæos: & Timótheũ quidẽ in illis locis non cõprehenderunt, nulloq; negotio perfecto regressus est, relicto in quodam loco firmissimo præsidio. Dositheus autem & Sosipater, qui erant duces cum Machabæo, peremerunt à Timotheo relictos in præsidio, decem millia viros. At Machabæus ordinatis circum se sex millibus, & constitutis per cohortes, aduersus Timothũ processit, habentem secum centum viginti millia peditũ, equitumq; duo millia quingen
D tos. Cognito autem Iudæ aduentu Timótheus præmisit mulieres & filios & reliquum apparatum, in præsidiũ quod Carnion dicitur. erat enim inexpugnabile, & accessũ difficile propter locorũ angustias. Cumq; cohors Iudæ prima apparuisset, timor hostibus incussus est, ex præsentia Dei qui vniuersa conspicit: & in fugam versi sunt, alius ab alio, ita vt magis à suis deijcerẽtur, & gladiorum suorum ictibus debilitarentur. Iudas autem vehementer instabat puniens prophanos, & prostrauit ex eis triginta millia virorum. Ipse verò Timótheus incidit in partes Dosithei & Sosipatris: & multis precibus postulabat, vt viuus dimitteretur, eo quòd multorum ex Iudæis parentes haberet, ac fratres, quos morte eius decipi eueniret. Et cum fidem dedisset restituturum se eos secundum constitutum, illæsum eum dimiserũt, propter fratrum salutem. Iudas autem regressus est à Carnion, interfectis viginti quinq;
E millibus. Post horum fugam & necem, mouit exercitum ad Ephron ciuitatem munitam, in qua multitudo diuersarũ gentium habitabat: & robusti iuuenes pro muris cõsistentes fortiter repugnabant: in hac autem machinæ multæ, & telorum erat apparatus. Sed cum omnipotentẽ inuocassent, qui potestate sua vires hostium confringit, ceperunt ciuitatẽ: & ex eis qui intus erant, viginti quinq; millia prostrauerunt. Inde ad ciuitatem Scytharũ abierunt, quæ ab Ierosolymis sexcentis stadijs aberat. Contestantibus autẽ his qui apud Scythopolitas erant Iudæis, quod benignè ab eis haberẽtur, etiam temporibus infelicitatis quòd modestè secum egerint: gratias agentes eis, & exhortati etiam de cætero erga genus suum benignos esse, venerunt Ierosolymam die solenni septimanarum instan
F te. Et post Pentecostẽ abierũt cõtra Gorgiã præpositũ Idumææ. Exiuit autem cum peditibus tribus millibus, & equitibus quadringẽtis. Quibus congressis, contigit paucos ruere Iudæorũ. Dositheus verò quidã de Bacenoris eques, vir fortis Gorgiã tenebat: & cum vellet illũ capere viuũ, eques quidam de Thracibus irruit in eum, humerumque eius amputauit: atq; ita Gorgias effugit in Maresa. At illis qui cũ Esdrin erant diutius pugnantibus & fatigatis, inuocauit Iudas Dominũ adiutorẽ, & ducẽ belli fieri: incipiens voce patria, & cũ hymnis clamorẽ extollẽs, fugam Gorgiæ militibus incussit. Iudas autẽ collecto exercitu venit in ciuitatẽ Odollã, & cũ septima dies superueniret, secundũ consuetudinem purificati in eodẽ loco sabbathũ egerũt. Et sequenti die venit cum suis Iudas, vt corpora prostratorũ tolleret, & cum parẽtibus po-
G neret in sepulchris paternis. Inuenerunt autẽ sub tunicis interfectorũ de donarijs idolorũ, quæ apud Iamniã fuerunt, à quibus lex prohibet Iudæos: omnibus ergo manifestũ factũ est ob hãc causam eos corruisse. Omnes itaque benedixerunt iustum iudiciũ Dñi, qui occulta fecerat manifesta. Atq; ita ad preces conuersi, rogauerũt vt id quod factũ erat delictũ, obliuioni traderetur. At verò fortissimus Iudas hortabatur populum conseruare se sine peccato, sub oculis videntes quæ facta sunt pro peccatis eorum qui prostrati sunt. Et facta collatione, duodecim millia drachmas argenti misit Ierosolymã offerri pro peccatis mortuorũ sacrificiũ, bene & religiosè de resurrectione cogitans. (Nisi enim eos qui ceciderant, resurrecturos speraret, superfluũ videretur & vanũ orare pro mortuis) & quia consyderabat quòd hi qui cum pietate dormitionẽ ac ceperant, optimã haberẽt repositã gratiã. Sancta ergo & salubris est cogitatio ꝓ defunctis exorare, vt à peccatis soluãtur.

Deut. 7 d

Iudas oblato ꝓ mortuis sacrificio, spẽ resurrectiõis ostendit.

Ioppitarũ facinus in Iudæos.

Iosue 6 c

S. IVDAS *in Antiochum Iudæam inuadente irruens, Menelaum transfugam occidit, Antiochi exercitum profligat, cum quo Antiochus inire fœdus cogitur reddens illi Ptolemaidam.*

CAPVT XIII.

A ANno centesimo quadragesimonono, cognouit Iudas Antiochũ Eupatorẽ venire cũ multitudine aduersus Iudæam, & cum eo Lysiam procuratorem & præpositũ negotiorũ, secũ habentẽ peditũ centũ decẽ millia, & equitũ quinq; millia, & elephãtos viginti duos, currus cũ falcibus trecẽtos. Cõmiscuit autẽ se illis & Menelaus: & cũ multa fallacia deprecabatur Antiochũ, nõ
B pro patria salute, sed sperans se cõstitui in principatũ. Sed rex regũ suscitauit animos Antiochi in peccatorẽ: & suggerente Lysia hũc esse causam omniũ malorũ, iussit, vt eis est consuetudo, apprehensum in eodẽ loco necari. Erat autẽ in eodẽ loco turris quinquaginta cubitorũ, aggestũ vndiq; habẽs cineris. Hæc prospectũ habebat in præceps. inde in cinerem deijci
C iussit sacrilegũ, omnibus eũ propellẽtibus ad interitũ. Et tali lege præuaricatorẽ legis cõtigit mori, nec terræ dari Menelaũ. Et qdẽ satis iustè. nã quia multa erga arã Dei delicta cõmisit, cuius ignis & cinis erat sanctus: ipse in cineris morte damnatus est. Sed rex mẽte effrenatꝰ veniebat, nequiorẽ se patre suo Iudæis ostẽsurus. Quibus Iudas cognitis, præcepit populo vt die ac nocte Dñm inuocarẽt, quo sicut semper & nunc adiuua

adiuuaret eos: quippe qui lege & patria, ſanctoq; templo pri
uari vererentur, ac populũ qui nuper paululũ reſpiraſſet, ne
D ſineret blaſphemis rurſus nationibus ſubdi. Omnibus itaque
ſimul id facientibus, & petẽtibus à Domino miſericordiam
cum fletu & ieiunijs per triduum continuũ proſtratis, horta-
tus eſt eos Iudas, vt ſe præpararent. ipſe verò cum ſenioribus
cogitauit prius quàm rex admoueret exercitũ ad Iudæam, &
obtineret ciuitatẽ, exire, & Domini iudicio cõmittere exitũ
rei. Dans itaq; poteſtatẽ omniũ Deo mundi creatori, & hor-
tatus ſuos vt fortiter dimicarẽt, & vſq; ad mortẽ pro legibus,
templo, ciuitate, patria, & ciuibus ſtarent: circa Modin exer-
E citum conſtituit. Et dato ſigno ſuis Dei victoriæ, iuuenibus
fortiſsimis electis, nocte aggreſſus aulam regiam in caſtris in-
terfecit viros quatuordecim millia, & maximũ elephantorũ
cum his qui ſuperpoſiti fuerant: ſummoq; metu ac perturba
tione hoſtium caſtra repleuerũt, rebusq; proſperè geſtis abie
runt. Hoc autem factum eſt die illuceſcente, adiuuante eum
Domini protectione. Sed rex accepto guſtu audaciæ Iudæo
rum, arte difficultatem locorũ tentabat: & Bethſurę quæ erat
Iudæorum præſidium munitum, caſtra admouebat: ſed fuga-
F batur, impingebat, minorabatur. His autem qui intus erãt Iu-
das neceſſaria mittebat. Enuntiauit autem myſteria hoſtibus
Rodochus quidam de Iudaico exercitu, qui requiſitus com-
prehenſus eſt, & concluſus. Iterum rex ſermonem habuit ad
eos qui erant in Bethſuris, dextram dedit, accepit, abijt, cõmi-
ſit cum Iuda: ſuperatus eſt. Vt autem cognouit rebellaſſe Phi
lippum Antiochiæ, qui relictus erat ſuper negotia, mẽte cõ
ſternatus Iudæos deprecans, ſubditusq; eis iurat de omnibus
G quibus iuſtum viſum eſt: & reconciliatus obtulit ſacrificium,
honorauit templũ, & munera poſuit. Machabæum amplexa-
tus eſt, & fecit eum à Ptolemaide vſq; ad Gerrenos ducem
& principem. Vt autem venit Ptolemaidam, grauiter ferebãt
Ptolemenſes amicitiæ conuentionem, indignantes ne fortè
fœdus irrumperent. Tunc aſcendit Lyſias tribunal, & expo-
ſuit rationem, & populũ ſedauit, regreſſusq; eſt Antiochiam:
& hoc modo regis profectio & reditus proceſsit.

S. NICANOR *à Demetrio in Iudæos miſſus Alcimo ſuggeren-te cum Iudæis inijt amicitiam, quam rege cogente ſoluens Ra-ſiam magnanimum iußit comprehendi.* CAPVT XIIII.

A SEd poſt triennij tempus cognouit Iudas & qui
cũ eo erant, Demetriũ Seleuci cum multitudine
valida, & nauibus per portũ Tripolis aſcendiſſe
ad loca opportuna, & tenuiſſe regiones aduerſus
Antiochum & ducẽ eius. Lyſiã Alcimus autem quidam, qui
ſummus ſacerdos fuerat, ſed voluntariè coinquinatus eſt tem
poribus cõmiſtionis, conſyderans nullo modo ſibi eſſe ſalu-
tem, neq; acceſſum ad altare, venit ad regem Demetriũ cente-
ſimo quinquageſimo anno, offerẽs ei coronã aureã, & palmã,
ſuper hæc & talos qui templi eſſe videbantur. Et ipſa quidem
die ſiluit. Tẽpus autem opportunũ demẽtiæ ſuæ nactus, con
uocatus à Demetrio ad conſilium, & interrogatus quibus re-
bus & conſilijs Iudæi niterẽtur: reſpondit, Ipſi qui dicuntur
Aſsidæi Iudæorũ, quibus præeſt Iudas Machabæus, bella nu
triunt, & ſeditiones mouent, nec patiuntur regnũ eſſe quietũ.
nam & ego defraudatus parentũ gloria (dico autẽ ſummo ſa-
B cerdotio) huc veni: primò quidẽ vtilitatibus regis fidem ſer-
uans, ſecundò autem etiã ciuibus conſulẽs. nam illorũ praui-
tate vniuerſum genus noſtrũ non minime vexatur, ſed his ſin
gulis ô rex cognitis, & regioni, & generi ſecundũ humanita-
tem tuã promulgatã omnibus proſpice. nam quãdiu ſuper-
eſt Iudas, impoſsibile eſt pacẽ eſſe negotijs. Talibus autem ab
hoc dictis, & cæteri amici hoſtiliter ſe habentes aduerſus Iu-
dam, inflãmauerunt Demetriũ, Qui ſtatim Nicanorem præ-
poſitũ elephantorũ ducem miſit in Iudęam: datis mandatis vt
ipſum quidẽ Iudã caperet, eos verò qui cum illo erãt, diſper
geret, & conſtitueret Alcimũ maximi templi ſummũ ſacer-
dotem. Tunc gentes quæ de Iudæa fugerãt Iudam, cõgrega-
tim ſe Nicanori miſcebãt miſerias & clades Iudæorũ, proſpe
ritates rerum ſuarũ exiſtimãtes. Audito itaq; Iudæi Nicano-
C ris aduẽtu, & conuẽtu nationũ, conſperſi terra rogabant eum
qui populũ ſuũ cõſtituit, in æternũ cuſtodiret, quiq; ſuã por-
tionẽ ſignis euidentibus protegit. Imperãte autẽ duce ſtatim
inde mouerũt, cõueneruntq; ad caſtellũ Deſſau. Simon verò
frater Iudæ cõmiſerat cum Nicanore: ſed conterritus eſt re-
pentino aduẽtu aduerſariorũ. Nicanor tamẽ audiẽs virtutem
comitũ Iudæ, & animi magnitudinẽ quam pro patriæ certa-
minibus habebãt, ſanguine iudiciũ facere metuebat. Quã ob
rem præmiſit Poſidoniũ, & Theodotiũ, & Matthiã, vt darẽt
dexteras atq; acciperẽt. Et cum diu de his cõſiliũ ageretur, &
ipſe dux ad multitudinẽ retuliſſet, omnium vna fuit ſententia
D amicitijs annuere. Itaq; diem conſtituerunt qua ſecreto inter
ſe agerẽt: & ſingulis ſellæ prolatæ ſunt & poſitè. Præcepit au
tem Iudas armatos eſſe locis opportunis, ne fortè ab hoſti-
bus repentè mali aliquid oriretur: & congruũ colloquiũ fece-
rũt. Morabatur autẽ Nicanor Ieroſolymis, nihilq; iniquè age
bat, gregesq; turbarũ quę cõgregatæ fuerãt, dimiſit. Habebat
autẽ Iudam ſemper charum ex animo, & erat viro inclinatus.
Rogauitq; eum ducere vxorẽ. filiosq; procreare. Nuptias fe-
cit, quietè egit, comiterq; viuebant. Alcimus autẽ videns cha-
ritatẽ illorum adinuicẽ & cõuentiones, venit ad Demetriũ,
& dicebat Nicanorẽ rebus alienis aſſentire, Iudamq; regni
inſidiatorẽ ſucceſſorem ſibi deſtinaſſe. Itaq; rex exaſperatus,
& peſsimis huius criminationibus irritatus, ſcripſit Nicano-
ri, dicens grauiter quidẽ ſe ferre de amicitiæ conuentione, iu-
E bere tamẽ Machabæũ citius vinctũ mittere Antiochiã. Qui
bus cognitis Nicanor cõſternabatur, & grauiter ferebat, ſi ea
quæ cõuenerant irrita faceret, nihil læſus à viro: ſed quia regi
reſiſtere non poterat, opportunitatẽ obſeruabat qua præce-
ptum perficeret. At Machabæus videns ſecum auſterius age-
re Nicanorẽ, & cõſuetũ occurſum ferocius exhibentẽ, intelli
gens nõ ex bono eſſe auſteritatẽ iſtam, paucis ſuorũ congre-
gatis occultauit ſe à Nicanore. Quod cum ille cognouit forti
ter ſe à viro præuentũ, venit ad maximum & ſanctiſsimũ tẽ-
plum: & ſacerdotibus ſolitas hoſtias offerentibus, iuſsit ſibi
tradi virum. quibus cum iuramento dicentibus neſcire ſe vbi
eſſet qui quęrebatur, extendens manum ad templum, iurauit
dicẽs, Niſi Iudã mihi vinctũ tradideritis, iſtud Dei phanũ in
F planitiẽ deducã, & altare effodiã, & templũ hoc Libero patri
conſecrabo. Et his dictis abijt. Sacerdotes autem protenden-
tes manus in cœlũ, inuocabant eum qui ſemper propugnator
eſſet gentis ipſorũ, hæc dicentes, Tu Domine vniuerſorũ, qui
nullius indiges, voluiſti templũ habitationis tuæ fieri in no-
bis. Et nunc ſancte ſanctorũ omniũ Domine, cõſerua in æter
num impollutã domũ iſtam, quæ nuper mundata eſt. Razias
aũt quidã de ſenioribus ab Ieroſolymis delatus eſt Nicanori,
vir amator ciuitatis, & bene audiẽs: qui pro affectu Pater Iu-
dæorum appellabatur. Hic multis temporibus continentiæ
propoſitum tenuit in Iudaiſmo, corpusq; & animam trade-
re contentus pro perſeuerantia. Volens autẽ Nicanor mani-
feſtare odium quod habebat in Iudæos, miſit milites quingẽ-
tos, vt eum cõprehenderent. putabat enim ſi illũ decepiſſet, ſe
ſe cladẽ Iudæis maximã illaturũ. Turbis autẽ irruere in domũ
eius, & ianuã diſrumpere atq; ignem admouere cupientibus,
cũ iam cõprehẽderetur, gladio ſe petijt: eligẽs nobiliter mo-
ri, potius quàm ſubditus fieri peccatoribus, & contra natales
G ſuos indignis iniurijs agi. Sed cum per feſtinationẽ non certo
ictu plagã dediſſet, & turbæ intra oſtia irrũperent, recurrens
audacter ad murum præcipitauit ſemetipſum viriliter in tur
bas. quibus velociter locum dantibus caſui eius, venit per me-
diam ceruicẽ, & cum adhuc ſpiraret, accẽſus animo, ſurrexit:
& cum ſanguis eius magno fluxu defluereꝫ, & grauiſsimis vul
neribus eſſet ſaucius, curſu turbam pertranſijt, & ſtans ſupra
quandã petrã præruptã, & iam exanguis effectus, cõplexus

inteſtina

inteſtina ſua, vtriſq; manibus proiecit ſuper turbas, inuocans dominatorem vitæ ac ſpiritus vt hæc illi iterum redderet: atque ita vita defunctus eſt.

S. IVDAS contra Nicanoris ſæuitiam cum ſuis nocturno uiſu roboratur: quem cum uiciſſet caput eius iußit abſcindi, & linguam eius propter blaſphemias in Deum auibus exponi.

CAPVT XV.

A NIcanor autem vt cõperit Iudam eſſe in locis Samariæ, cogitauit cum omni impetu die ſabbathi committere bellũ. Iudæis verò qui illum per neceſsitatem ſequebantur dicentibus, Ne ita ferociter & barbarè feceris, ſed honorẽ tribue diei ſanctificationis, & honora eum qui vniuerſa conſpicit. At ille infelix interrogauit ſi eſt potens in cœlo qui imperauit agi diem ſabbathorum. Et reſpondentibus illis, Eſt Dominus viuus ipſe in cœlo potens, qui iuſsit agi ſeptimã diem. At ille ait, Et ego potens ſum ſuper terram, qui impero ſumi arma, & negotia regis impleri. Tamen non obtinuit vt conſilium perficeret. Et

Nicanoris blaſphemiæ.

B Nicanor quidem cum ſumma ſuperbia erectus, cogitauerat commune trophæum ſtatuere de Iuda. Machabæus autem ſemper confidebat cum omni ſpe auxiliũ ſibi à Deo affuturum, & hortabatur ſuos, ne formidarent ad aduentum nationum, ſed in mente haberent adiutoria ſibi facta de cœlo, & nunc ſperarent ab omnipotente ſibi affuturam victoriam. Et allocutus eos de lege & prophetis, admonens etiam certamina quæ fecerant prius, promptiores conſtituit eos, & ita animis eorum erectis ſimul oſtendebat gentiũ fallaciam, & iuramentorum præuaricationem. Singulos autem illorum armauit, non clypei & haſtæ munitione, ſed ſermonibus optimis

C & exhortationibus, expoſito digno fide ſomnio, per quod vniuerſos lætificauit. Erat autem huiuſcemodi viſus: Oniam qui fuerat ſummus ſacerdos, virum bonum & benignum, verecundum viſu, modeſtum moribus, & eloquio decõrum, & qui à puero in virtutibus exercitatus ſit, manus protendentem, orare pro omni populo Iudæorum. Poſt hoc apparuiſſe & alium virum ætate & gloria mirabilẽ, & magni decõris habitudinem circa illum. Reſpondentem verò Oniam dixiſſe, Hic eſt fratrũ amator, & populi Iſrael: hic eſt qui multũ orat pro populo & vniuerſa ſancta ciuitate, Ieremias propheta Dei. Extendiſſe autem Ieremiã dextram, & dediſſe Iudæ gla-

D dium aureum, dicentẽ, Accipe ſanctũ gladium munus à Deo, in quo deijcies aduerſarios populi mei Iſrael. Exhortati itaq; Iudæ ſermonibus bonis valde, de quibus tolli poſſet impetus, & animi iuuenum confortari, ſtatuerunt dimicare & confligere fortiter: vt virtus de negotijs iudicaret, eo quòd ciuitas ſancta, & templum periclitarentur. erat enim pro vxoribus & filijs, itemq; pro fratribus & cognatis minor ſolicitudo: maximus verò & primus pro ſanctitate timor erat templi. ſed & eos qui in ciuitate erant, non minima ſolicitudo habebat pro his qui congreſſuri erant. Et cum iam omnes ſperarent iudicium futurum, hoſtesq́ adeſſent, atq; exercitus eſſet ordinatus, beſtiæ equitesq́; opportuno in loco cõpoſiti, conſyderans Machabæus aduentũ multitudinis, & apparatum varium armorũ, & ferocitatem beſtiarum, extendens

E manus in cœlum, prodigia facientem Dominum inuocauit, qui non ſecundum armorum potentiã, ſed prout ipſi placet, dat dignis victoriam. Dixit autẽ inuocans hoc modo, Tu Domine qui miſiſti angelum tuũ ſub Ezechia rege Iuda, & interfeciſti de caſtris Sennacherib centũ octogintaquinq; millia; & nunc dominator cœlorum mitte angelum tuum bonũ ante nos in timore, & tremore magnitudinis brachij tui, vt metuant qui cum blaſphemia veniunt aduerſus ſanctum populum tuum. Et hic quidẽ ita perorauit. Nicanor autem, & qui cum ipſo erant, cum tubis & canticis admouebant. Iudas verò, & qui cum eo erant inuocato Deo, per orationes congreſsi ſunt: manu quidem pugnantes, ſed Dominũ cordibus

Oratio Machabæi.
4. Re. 19 g
Tobiæ 1 d
Eccl. 48 d
Eſa. 37 ſ g

F orantes proſtrauerunt non minus triginta quinq; millia, præſentia Dei magnificè delectati. Cumq; ceſſaſſent, & cum gaudio redirent, cognouerunt Nicanorem ruiſſe cum armis ſuis. Facto itaque clamore, & perturbatione excitata, patria voce omnipotentem Dominũ benedicebant. Præcepit autem Iudas qui per omnia corpore & animo mori pro ciuibus paratus erat, caput Nicanoris, & manum cum humero abſciſſam, Ieroſolymam perferri. Quò cum peruenisſet, conuocatis con

G tribulibus, & ſacerdotibus ad altare, accerſiuit & eos qui in arce erant. Et oſtenſo capite Nicanoris, & manu nefaria quam extenderat contra domum ſanctam omnipotentis Dei, magnificè gloriatus eſt. Linguam etiam impij Nicanoris præciſam iuſsit particulatim auibus dari: manum autem dementis contra templum ſuſpendi. Omnes igitur cœli benedixerũt Dominum, dicentes, Benedictus qui locum ſuum incontaminatum ſeruauit. Suſpendit autem Nicanoris caput in ſumma arce, vt euidens eſſet, & manifeſtum ſignum auxilij Dei. Itaque omnes communi conſilio decreuerunt nullo modo diem iſtum abſq; celebritate præterire: habere autem celebritatem tertiadecima die menſis Adar, quæ dicitur voce Syriaca, prie Mardochæi diei. Igitur his erga Nicanorem geſtis, & ex illis temporibus ab Hebræis ciuitate poſſeſſa, ego quoq; in his faciam finem ſermonis. Et ſi quidem bene, & vt hiſtoriæ competit, hoc & ipſe velim: ſi autem minus dignè, conceden dum eſt mihi. Sicut enim vinum ſemper bibere aut ſemper aquam, contrarium eſt, alternis autem vti delectabile: ita legentibus ſi ſemper exactus ſit ſermo, non erit gratus. Hic ergo erit conſummatus.

FINIS.

Hieronymi in Euangeliſtas AD DAMASVM *Præfatio.*

NOVVM *opus me facere cogis ex ueteri: ut poſt exemplaria ſcripturarum toto orbe diſperſa, quaſi quidam arbiter ſedeam: & quia inter ſe uariant, quæ ſint illa quæ cum Græca conſentiant ueritate decernam. Pius labor. ſed periculoſa præſumptio, iudicare de cæteris, ipſum ab omnibus iudicandum: ſenis mutare linguam, & canescentem iam mundum ad initia retrahere paruulorum. Quis enim doctus pariter uel indoctus, cum in manus uolumen aſſumpſerit, & à ſaliua quam ſemel imbibit, uiderit diſcrepare quod lectitat, non ſtatim erumpat in uocem, me falſarium, me clamans eſſe ſacrilegum, qui audeam aliquid in ueteribus libris addere, mutare, corrigere? Aduerſus quam inuidiam duplex cauſa me conſolatur: quòd & tu qui ſummus ſacerdos es, fieri iubes: & uerum non eſſe quod uariat, etiam maledicorum teſtimonio comprobatur. Si enim latinis exemplaribus fides eſt adhibenda, reſpondeant quibus: tot enim ſunt exẽplaria penè quot codices. Sin autem ueritas eſt quærenda de pluribus: cur non ad Græcam originem reuertentes, ea quæ uel à uitioſis interpretibus male edita: uel à præſumptoribus imperitis emendata peruerſius: uel à librarijs dormitantibus aut addita ſunt, aut mutata, corrigimus? Neq; uero ego de ueteri diſputo teſtamento: quod à Septuagita ſenioribus in Græcam linguam uerſum, tertio gradu ad nos uſque peruenit. Non quæro quid Aquila, quid Symmachus ſapiant: quare Theodotion inter nouos & ueteres medius incedat. Sit illa uera interpretatio quam Apoſtoli probauerunt. De nouo nunc loquor teſtamento: quod Græcum eſſe non dubium eſt: excepto Apoſtolo Matthæo, qui primus in Iudæa Euãgelium* CHRISTI *Hebraicis literis edidit. Hoc certè cum in noſtro ſermone diſcordat, & diuerſos riuulorum tramites ducit: uno de fonte quærendus eſt. Prætermitto eos codices quos à Luciano & Heſycio nuncupatos, paucorum hominum aſſerit peruerſa contentio: quibus utiq; nec in toto ueteri inſtrumento poſt Septuaginta interpretes emẽdare quid licuit,*

licuit, nec in nouo profuit emendasse: cum multarum gentium linguis scriptura antè translata, doceat falsa esse, quæ addita sunt. Igitur hæc præsens præfatiuncula pollicetur, quatuor tantum Euangelia, quorum ordo est iste, Matthæus, Marcus, Lucas, Ioannes: codicũ Græcorum emendata collatione, sed & ueterum, nec quæ multum à lectionis Latinæ consuetudine discreparẽt. Ita calamo temperauimus, ut his tantum, quæ sensum uidebantur mutare, correctis, reliqua manere pateremur ut fuerant.

Alia Hieronymi præ-FATIO.

Ex procœmio commentariorum, quos scripsit in Matthæum.

PLVRES fuisse qui euangelia scripserunt, & Lucas euangelista testatur, dicens, Quoniam quidem multi conati sunt ordinare narrationem rerum quæ in nobis completæ sunt: sicut tradiderunt nobis qui ab initio ipsi uiderunt sermonem, & ministrauerunt ei: & perseuerantia usque in præsens tempus monimenta declarãt, quæ à diuersis authoribus edita, diuersarum hæreseon fuêre principia: ut est illud iuxta Aegyptios & Thomam & Mathiam & Bartholomæum, duodecimq; Apostolorum, & Basilidis atque Apellis ac reliquorum, quos enumerare longissimum est: cum tantum impræsentiarum hoc necesse sit dicere, extitisse quosdam qui sine spiritu & gratia Dei conati sunt magis ordinare rationem, quàm historiæ texere ueritatem. Quibus iure potest illud propheticum coaptari, Væ qui prophetant de corde suo: qui ambulant post spiritum suum: qui dicunt, dicit Dominus: & Dominus non misit eos. De quibus & saluator in Euangelio Ioannis loquitur, Omnes qui ante me uenerunt, fures & Latrones fuerunt. Qui uenerunt, non qui missi sunt. Ipse enim ait, Veniebant, & ego non mittebam eos. In uenientibus enim præsumptio temeritatis, in missis obsequium seruitutis est. Ecclesia autem quæ supra petram Domini uoce fundata est: quam introduxit rex in cubiculum suum, & ad quam per foramen descensionis occultæ misit manum suam, similis damulæ hinuloq; ceruorum, quatuor flumina paradisi instar eructans: quatuor angulos & annulos habet, per quos quasi arca testamenti & custos legis Domini, linguis immobilibus uehitur. Primus omnium Matthæus est publicanus, cognomento Leui: qui Euangelium in Iudæa Hebræo sermone edidit: ob eorum uel maximè causam, qui in IESVM crediderant ex Iudæis, & nequaquam legis umbram, succedente Euangelij ueritate seruabant. Secundus Marcus, interpres Apostoli Petri, & Alexandrinæ ecclesiæ primus Episcopus, qui Dominum quidem saluatorem ipse non uidit, sed ea quæ magistrum audierat prædicantem, iuxta fidem magis gestorum narrauit quàm ordinem. Tertius Lucas medicus, natione Syrus Antiochensis: cuius laus in Euangelio, qui & ipse discipulus Apostoli Pauli, in Achaiæ Bœotiéq; partibus uolumen condidit, quædam altius repetens: & ut ipse in procœmio confitetur, audita magis quàm uisa describens. Vltimus Ioannes Apostolus & Euangelista, quem IESVS amauit plurimum: qui supra pectus Domini recumbens, purissima doctrinarum fluenta potauit: & qui solus de cruce meruit audire, Ecce mater tua. Is cum esset in Asia, & iam tunc hæreticorum semina pullularent Cherinti, Hebionis, & cæterorum qui negant CHRISTVM in carne, uenisse, quos & ipse in epistola sua Antichristos uocat, & Apostolus Paulus frequenter percutit: coactus est ab omnibus penè tunc Asiæ episcopis, & multarum ecclesiarum legationibus de diuinitate saluatoris altius scribere, & ad ipsum (ut ita dicam) Dei uerbum, non tam audaci quàm fœlici temeritate prorumpere. Vnde & ecclesiastica narrat historia cum à fratribus cogeretur ut scriberet, ita facturum se respondisse, si indicto ieiunio in commune omnes Deum deprecarentur: quo expleto, reuelatione saturatus, illud procœmium è cœlo ueniens eructauit: In principio erat uerbum: & uerbum erat apud Deum: & Deus erat uerbum: hoc erat in principio apud Deum. Hæc igitur quatuor Euangelia multò antè prædicta, Ezechielis quoque uolumen probat: in quo prima uisio ita contexitur, Et in medio sicut similitudo quatuor animalium, & uultus eorum facies hominis, & facies leonis, & facies uituli, & facies aquilæ. Prima hominis facies, Matthæum significat: qui quasi de homine exorsus est scribere, Liber generationis IESV CHRISTI filij Dauid filij Abraham. Secunda Marcum, in qua uox leonis in eremo rugientis auditur, Vox clamantis in deserto, parate uiam Domini, rectas facite semitas eius. Tertia uituli, quæ euangelistam Lucam à Zacharia sacerdote sumpsisse initium præfigurat. Quarta Ioannem Euangelistam, qui assumptis pennis aquilæ, & ad altiora festinans, de uerbo Dei disputat. Cætera quæ sequuntur, in eundem sensum proficiunt, Crura eorum recta, & pennati pedes: & quocunque ibat spiritus, ibant, & non reuertebantur: & dorsa eorum plena oculis: & scintillæ ac lampades in medio discurrentes, & rota in rota, & in singulis quatuor facies. Vnde & Apocalypsis Ioannis, post expositionem uigintiquatuor seniorum, qui tenentes citharas & phialas, adorant agnum Dei, introducit fulgura & tonitrua & septem spiritus discurrentes, & mare uitreum, & quatuor animalia plena oculis, dicens, Animal primum simile leoni, & secundum simile uitulo, & tertium simile homini, & quartum simile aquilæ uolanti. Et post paululũ, Plena erant (inquit) oculis, & requiem non habebant, die ac nocte dicentia, Sanctus, sanctus, sanctus Dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui uenturus est. Quibus cunctis perspicuè ostenditur quatuor tantũ debere euangelia suscipi, & omnes Apocryphorum nænias mortuis magis hæreticis quàm ecclesiasticis uiuis canendas.

Hieronymus in Catalogo SCRIPTORVM *Ecclesiasticorum.*

MATTHAEVS qui & Leui, ex publicano Apostolus, primus in Iudæa propter eos qui ex circumcisione crediderant, Euangelium Christi Hebraicis literis verbisq; composuit. Quod quis postea in Græcum transtulerit, non satis certũ est. Porrò ipsum Hebraicum habetur usque hodie in Cæsariensi bibliotheca, quam Pamphilus martyr studiosissimè confecit. Mihi quoque à Nazaræis, qui in Bœrea urbe Syriæ hoc uolumine utuntur, describẽdi facultas fuit. In quo animaduertẽdum, quòd ubicunque Euangelista, siue ex persona sua, siue ex persona Domini saluatoris, ueteris scripturæ testimoniis utitur, non sequatur Septuaginta translatorum authoritatem, sed Hebraicam: è quibus illa duo sunt, Ex Aegypto uocaui filium meum. Et, Quoniam Nazaræus uocabitur.

Sanctum Iesu Christi Euangelium secundum MATTHAEVM.

S. TEMPORALIS Christi generatio per XL. generationes processit ex Maria desponsata Ioseph, qui angelo nuntiante factus est certior. CAPVT I.



A LIBER GENE-
Luc.3 c rationis Iesu Christi
Gene.2 c filij Dauid filij Abraham.
Gene.25 d Abraham genuit Isaac.
Gene.26 g Isaac autem, genuit Iacob.
Gene.38 g Iacob autem, genuit Iudam & fratres eius. Iudas autem, genuit Phares & Zaram de Thamar. Phares autem, genuit Esrom. Esrom autē, genuit Arā. Aram autem, genuit Aminadab. Aminadab autem, genuit Naasson. Naasson autem, genuit Salmon.
Salmon aūt, genuit Booz
1.Par.2 a de Rachab. Booz autē, genuit obed ex Ruth. Obed
Ruth.4 d autem, genuit Iesse. Iesse
2.Reg.12 f autē, genuit Dauid regē. Dauid autem rex, genuit
1.Par.3 b Salomonem ex ea quæ fuit Vriæ. Salomon autem, genuit Roboam. Roboam autem, genuit Abiam. Abia autem, genuit
B Asa. Asa autem, genuit Iosaphat. Iosaphat autem, genuit Ioram. Ioram autem, genuit Oziam. Ozias autem, genuit Ioatham. Ioatham autem, genuit Achaz. Achaz autem, genuit
1.Par.3 c 4 b Ezeciam. Ezecias autem, genuit Manassem. Manasses autem, genuit Amon. Amon autem, genuit Iosiam. Iosias autem, genuit Iechoniam & fratres eius in transmigratione Babylonis. Et post transmigrationem Babylonis, Iechonias genuit
1.Par.3 c Salathiel. Salathiel autem, genuit Zorobabel. Zorobabel autem, genuit Abiud. Abiud autem, genuit Eliacim. Eliacim autem, genuit Azor. Azor autem, genuit Sadoc. Sadoc autem, genuit Achim. Achim autem, genuit Eliud. Eliud autem, genuit Eleazar. Eleazar autem, genuit Mathan. Mathan autem,
C genuit Iacob. Iacob autem, genuit Ioseph virum Mariæ, de qua natus est Iesus qui vocatur Christus. Omnes itaque generationes ab Abraham vsque ad Dauid, generationes quatuordecim. & à Dauid vsque ad transmigrationem Babylonis, generationes quatuordecim. & à transmigratione Babylonis vsque ad Christum, generationes quatuordecim. Christi autem generatio sic erat. Cum esset desponsata mater Iesu Maria Ioseph, antequam conuenirent, inuenta est in vtero habens de spiritu sancto. Ioseph autem vir eius cum esset iustus & nollet eam traducere: voluit occultè dimittere eam. Hæc autem eo cogitante, ecce angelus Domini apparuit in somnis ei, dicens, Ioseph fili Dauid, noli timere accipere Mariam coniugem tuam. quod enim in ea natum est, de spiritu sancto est. pariet autem filium: & vocabis nomen eius
Lucæ 2 c
D Iesum. ipse enim saluū faciet populum suum à peccatis eorū.
(Hoc autē totum factum est, vt adimpleretur quod dictum
Esa.7 c est à Domino per prophetam dicentem, Ecce virgo in vtero habebit & pariet filium: & vocabunt nomen eius Emmanuel, quod est interpretatum, nobiscum Deus.) Exurgens autem Ioseph à somno, fecit sicut præcepit ei Angelus Domini, & accepit coniugem suam. Et non cognoscebat eam donec peperit filium suum primogenitum: & vocauit nomen eius Iesum.

S. CHRISTVS à Magis stella duce adoratus in Aegyptum angelo duce secessit, Herode in pueros sæuiēte: quo mortuo CHRISTVS ad propria rediit. CAPVT II.

A GVm ergo natus esset Iesus in Bethlehem Iudæ in diebus Herodis regis, ecce Magi ab oriente venerunt Ierosolymam dicentes, Vbi est qui natus est rex Iudæorum? vidimus enim stellam eius in oriente, & venimus adorare eum. Audiens autem Herodes rex, turbatus est & omnis Ierosolyma cum illo. Et congregans omnes principes sacerdotum & scribas populi, sciscitabatur ab eis vbi Christus nasceretur. At illi dixerunt ei, In Bethlehem Iudæ, sic enim scriptum est per prophetam, Et tu Bethlehem terra Iuda, nequaquam minima es in
Mich.5 a principibus Iuda, ex te enim exiet dux qui regat populum
Ioan.7 f meum Israel. Tunc Herodes clàm vocatis Magis, diligenter
B didicit ab eis tempus stellæ quæ apparuit eis, & mittens illos in Bethlehem, dixit, Ite & interrogate diligenter de puero: & cum inueneritis, renuntiate mihi, vt & ego veniens adorem eum. Qui cum audissent regem, abierunt. & ecce stella quam viderant in oriente, antecedebat eos, vsquedum veniens staret suprà vbi erat puer. Videntes autem stellam, gauisi sunt gaudio magno valde. Et intrantes domum, inuenerunt puerum cum Maria matre eius, & procidentes adorauerunt eū: & apertis thesauris suis obtulerunt ei munera, aurum, thus & myrrham. Et responso accepto in somnis ne redirent
Psal.71 b ad Herodem, per aliam viam reuersi sunt in regionem suā.
Qui cum recessissent, ecce Angelus Domini apparuit in
C somnis Ioseph, dicens, Surge, & accipe puerum & matrem eius, & fuge in Aegyptum: & esto ibi vsquedum dicam tibi. Futurum est enim vt Herodes quærat puerum ad perdendum eum. Qui consurgens accepit puerum & matrem eius nocte: & recessit in Aegyptum. Et erat ibi vsque ad obitum Herodis: vt adimpleretur quod dictum est à Domino per
Osee 11 a prophetam dicentem, Ex Aegypto vocaui filium meum.
Tunc Herodes videns quoniam illusus esset à Magis, iratus est valde: & mittēs occīdit omnes pueros qui erant in Bethlehem & in omnibus finibus eius, à bimatu & infrà, secundum tempus quod exquisierat à Magis. Tunc adimplētū est
Iere.31 c quod dictum est per Ieremiam prophetam dicentē, Vox in
D Rama audita est, ploratus & vlulatus multus, Rachel plorās filios suos, & noluit consolari, quia non sunt. Defuncto autem Herode, ecce angelus Domini apparuit in somnis Ioseph in Aegypto dicens, Surge & accipe puerum & matrem eius, & vade in terram Israel. defuncti sunt enim qui quærebant animam pueri. Qui consurgens, accepit puerum & matrem eius, & vēnit in terram Israel. Audiens autem quòd Archelaus regnaret in Iudæa pro Herode patre suo, timuit illò ire: & admonitus in somnis, recessit in partes Galileæ. Et veniens habitauit in ciuitate quæ vocatur Nazareth: vt adimpleretur quod dictum est per prophetas. Quoniam Nazaræus vocabitur.

S. IOANNES Baptista in deserto pœnitentiā prædicās, CHRISTVM & turbas baptizat, super quem trinitatis signa conspicit. CAPVT III.

A IN diebus autē illis venit Ioannes Baptista prædicans in deserto Iudææ, & dicens, Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum. Hic est enim de quo dictum est per Esaiā
Mar.1 d Luc.3 d Esa.22 c 31 c 45 d Zach.11 a prophetam dicentem, Vox clamantis in deserto, Parate viam Domini,

Domini, rectas facite semitas eius. Ipse autem Ioannes habebat vestimentum de pilis camelorum, & zonã pelliceam circa lumbos suos: esca autẽ eius erat locustæ & mel syluestre.
Tunc exibat ad eum Ierosolyma & omnis Iudæa, & omnis regio circa Iordanẽ: & baptizabantur ab eo in Iordane con-
B fitentes peccata sua. Videns autem multos pharisæorum & Sadducæorum venientes ad baptismum suũ, dixit eis, Progenies viperarum, quis demonstrauit vobis fugere à ventura ira?
Facite ergo fructum dignum pœnitentiæ. Et ne velitis dicere intra vos, Patrem habemus Abraham. dico enim vobis quo-
C niam potens est Deus de lapidibus istis suscitare filios Abrahæ. Iam enim securis ad radicem arborum posita est. Omnis ergo arbor quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Ego quidem baptizo vos in aqua in pœnitentiam: qui autem post me venturus est, fortior me est, cuius non sum dignus calceamenta portare, ipse vos baptizabit in spiritu sancto & igni. Cuius ventilabrum in manu sua, & permundabit aream suam: & congregabit triticum in horreũ
D suum, paleas autem comburet igni inextinguibili. Tunc venit Iesus à Galilæa in Iordanem, ad Ioannem: vt baptizaretur ab eo. Ioannes autem prohibebat eum, dicens, Ego à te debeo baptizari, & tu venis ad me? Respondens autem Iesus, dixit ei, Sine modo. sic enim decet nos implere omnem iustitiam. Tunc dimisit eum. Baptizatus autem Iesus, confestim ascendit de aqua: & ecce aperti sunt ei cœli, & vidit spiritum Dei descendentẽ sicut columbam, & venientẽ super ipsum.
Et ecce vox de cœlis dicens, Hic est filius meus dilectus in quo mihi complacui.

S. POST ieiunium Christus uincit diabolum super panis, præcipitij, & adorationis tentatione, pœnitentiam prædicat, piscatores uocat, & uarios languores curat. CAPVT IIII.

A TVnc Iesus ductus est in desertum à spiritu, vt tentaretur à diabolo. Et cum ieiunasset quadraginta diebus & quadraginta noctibus, postea esurijt. Et accedens tentator, dixit ei, Si filius Dei es, dic vt lapides isti panes fiant. Qui respõdens dixit, Scriptum est, Non in solo pane viuit homo, sed in omni verbo quod procedit de ore Dei. Tunc assumpsit eum diabolus in sanctã ciuitatem, & statuit eum super pinnaculum templi, & dicit ei, Si filius Dei es, mitte te deorsum. Scriptum est enim, Quia angelis suis mandauit de te, & in manibus tollent te, ne fortè
B offendas ad lapidem pedem tuum. Ait illi Iesus rursum, Scriptum est, Non tentabis Dominum Deum tuum. Iterum assumpsit eum diabolus in montem excelsum valde: & ostẽdit ei omnia regna mundi, & gloriam eorum, & dicit ei, Hæc omnia tibi dabo, si cadens adoraueris me. Tunc dicit ei Iesus,
C Vade satana, scriptum est enim, Dominum Deum tuum adorabis: & illi soli seruies. Tunc reliquit eum diabolus: & ecce angeli accesserunt, & ministrabant ei. / Cum autem audisset Iesus quòd Ioannes traditus esset, recessit in Galilæam, & relicta ciuitate Nazareth, vênit & habitauit in ciuitate Capharnaum maritima, in finibus Zabûlon & Nephthali, vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam prophetam, Terra Zabûlon & terra Nepthali, via maris trans Iordanem Galilææ gentium: populus qui ambulabat in tenebris, vidit lucem magnam: & sedentibus in regione vmbræ mortis, lux orta est eis. Exinde cœpit Iesus prædicare, & dicere, Pœnitentiam agite: appropinquauit enim regnum cœlorum.
Ambulans autem Iesus iuxta mare Galilææ, vidit duos fratres, Simônem qui vocatur Petrus, & Andream fratrem eius, mittentes rete in mare (erant enim piscatores) & ait illis, Ve-
D nite post me: & faciam vos fieri piscatores hominum. At illi continuo relictis retibus secuti sunt eum. Et procedens inde, vidit alios duos fratres, Iacôbum Zebedæi & Ioannem fratrem eius in naui cum Zebedæo patre eorum reficientes retia sua: & vocauit eos. Illi autem statim relictis retibus & patre, secuti sunt eum. Et circuibat Iesus totam Galileã, docens in synagôgis eorum, & prædicans Euangelium regni: & sanans omnem languorem & omnem infirmitatem in populo. Et abijt opinio eius in totam Syriam: & obtulerunt ei omnes male habentes, varijs languoribus & tormentis comprehensos, & qui dæmonia habebãt, & lunaticos, & paralyticos, & curauit eos: & secutæ sunt eum turbæ multæ de Galilæa, & Decapoli, & Ierosolymis, & de Iudæa, & trans Iordanem.

S. OCTO beatitudines diuina mandata, consilia atque euangelicas perfectiones innouat CHRISTVS *in monte.* CAPVT V.

A VIdens autem Iesus turbas, ascendit in montem: & cum sedisset, accesserũt ad eum discipuli eius, & aperiens os suum docebat eos, dicens, Beati pauperes spiritu: quoniam ipsorum est regnum cœlorum. Beati mites: quoniam ipsi possidebũt terram. Beati qui lugent: quoniam ipsi consolabũtur. Beati qui esuriunt, & sitiunt iustitiam: quoniam ipsi saturabuntur. Beati misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur. Beati mundo corde: quoniam ipsi Deum videbunt. Beati pacifici: quoniam filij Dei vocabuntur. Beati qui persecutionem pa- 1.Pet.3 c
tiuntur propter iustitiam: quoniam ipsorum est regnũ cœlorum. Beati estis cum maledixerint vobis homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malũ aduersum vos men-
B tientes, propter me. gaudete & exultate: quoniam merces vestra copiosa est in cœlis. sic enim persecuti sunt prophetas Mar.9 g
qui fuerunt ante vos. Vos estis sal terræ. Quòd si sal euanuerit, in quo salietur? ad nihilum valet vltrà, nisi vt mittatur foras, & conculcetur ab hominibus. Vos estis lux mundi. Non Marc.4 c
potest ciuitas abscondi supra montem posita, neque accendunt lucernam, & ponunt eam sub modio, sed super candelabrum, vt luceat omnibus qui in domo sunt. Sic luceat lux vestra coram hominibus: vt videant opera vestra bona, & glorificent patrem vestrum qui in cœlis est. Nolite putare quoniam veni soluere legem aut prophetas: non veni soluere, sed Luc.16 d
C adimplere. Amen quippe dico vobis, donec transeat cœlum & terra, iota vnum aut vnus apex non præteribit à lege donec omnia fiant. Qui ergo soluerit vnum de mandatis istis Iacob 2 b
minimis, & docuerit sic homines: minimus vocabitur in regno cœlorum. qui autem fecerit & docuerit: hic magnus vocabitur in regno cœlorũ. Dico autem vobis, quia nisi abundauerit iustitia vestra plus quàm scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Audistis quia dictum est antiquis, Non occides. qui autem occiderit, reus erit iu- Exod.20 c
dicio. Ego autem dico vobis quia omnis qui iratscitur fratri Deut.5 b
D suo, reus erit iudicio. qui autem dixerit fratri suo, raca: reus concilio. qui autem dixerit, fatue: reus erit gehennæ ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliare fratri tuo: & tunc veniens offer munus tuum. Esto consentiens aduersa Luc.12 g
rio tuo cito dum es in via cum eo: ne fortè tradat te aduersarius iudici, & iudex tradat te ministro, & in carcerem mittaris. Amen dico tibi, non exies inde donec reddas nouissimum quadrantem. Audistis quia dictum est antiquis, Nõ mœchaberis. Ego autem dico vobis quia omnis qui viderit Exo.20 c
mulierem ad concupiscendum eam, iam mœchatus est eam in corde suo. Quòd si oculus tuus dexter scandalizat te, erue Infra 18 b
E eum, & proijce abs te. expedit enim tibi vt pereat vnũ membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum mittatur in gehennam ignis. Et si dextra manus tua scandalizat te, abscinde eam, & proijce abs te: expedit enim tibi vt pereat vnum membrorum tuorum, quàm totum corpus tuum eat in gehennam. Dictum est autem, Quicunque dimiserit vxorem suam, det ei libellum repudij, Ego autem dico vobis, quia Deut.24 a
omnis qui dimiserit vxorem suã, excepta fornicationis cau- Infra 19 b

Mar.10 b sa, facit eam mœchari: & qui dimissam duxerit, adulterat. Ite-
Luc.16 d rum audistis quia dictum est antiquis, Non periurabis: reddes
1.Cor. 7 b autē domino iuramenta tua. Ego autē dico vobis non iurare
F omnino. neq; per cœlum: quia thronus Dei est. neq; per ter-
ram: quia scabellum est pedum eius. neq; per Ierosolymam:
Leui.19 c quia ciuitas est magni regis. neq; per caput tuū iuraueris: quia
Exod. 20 b non potes vnum capillum album facere aut nigrum. Sit autē
Deut. 5 b sermo vester est est, non non. quod autem his abundātius est,
Iaco.5 c à malo est. Audistis quia dictum est, Oculum pro oculo, &
Exod.21 c dentem pro dente. Ego autem dico vobis non resistere malo:
Deut.19 d sed si quis te percusserit in dextram maxillam tuam, prębe illi
Leuit.24 d & alteram. & ei qui vult tecum in iudicio contendere, & tuni-
Luc. 6 e cam tuam tollere: dimitte ei & pallium. & quicunq; te anga-
1.Cor.6 b riauerit mille passus, vade cum illo & alia duo. Qui autem pe-
G tit à te, da ei: & volenti mutuare à te, ne auertaris. Audistis
quia dictum est, Diliges proximum tuum, & odio habebis
inimicum tuum. Ego autem dico vobis, diligite inimicos ve-
Luc.6 d e stros, benefacite his qui oderunt vos, & orate pro persequen-
Leui.19 d tibus & calumniantibus vos: vt sitis filij patris vestri qui in
cœlis est, qui solem suum oriri facit super bonos & malos, &
pluit super iustos & iniustos. Si enim diligitis eos qui vos di-
ligunt, quam mercedem habetis? nónne & publicani hoc fa-
ciunt? Et si salutaueritis fratres vestros tantum, quid amplius
facitis? nónne & ethnici hoc faciunt? Estote ergo vos perfecti,
sicut & pater vester cœlestis perfectus est.

S. ELEMOSYNAE, *orationes, atq; ieiunij diuini & obsequij formulæ sine tristitia, cupiditate, & sollicitudine fiant.*

CAPVT VI.

A ATtendite ne iustitiam vestram faciatis coram hominibus vt videamini ab eis: alioquin mercedem non habebitis apud patrem vestrum qui in cœlis est. Cum ergo facis eleemosynam, noli tuba canere ante te, sicut hypocritæ faciunt in synagógis & in vicis, vt honorificentur ab hominibus. amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Te autem faciente eleemosynam, nesciat sinistra tua quid faciat dextra tua: vt sit eleemosyna tua in abscondito, & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi.

Et cum oratis, non eritis sicut hypocritæ qui amant in synagógis & in angulis platearum stantes orare, vt videantur ab hominibus. amen dico vobis, receperunt mercedem suam. Tu autem cum oraueris, intra in cubiculum tuum, & clauso ostio ora patrem tuum in abscondito: & pater tuus qui videt in abscondito, reddet tibi. Orantes autem nolite multum loqui, sicut ethnici faciunt, putant enim quòd in multiloquio
B suo exaudiantur. Nolite ergo assimilari eis. scit enim pater vester quid opus sit vobis antequàm petatis eum. Sic ergo
Luc.11 d vos orabitis, Pater noster qui es in cœlis, sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum. Fiat voluntas tua, sicut in cœlo, & in terra. Panem nostrum supersubstantialē da nobis hodie. Et dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et ne nos inducas in tentationem.
Mar.11 c Sed libera nos à malo. Amen. Si enim dimiseritis hominibus
Eccl.28 d peccata eorum: dimittet & vobis pater vester cœlestis delicta vestra. Si autem non dimiseritis hominibus: nec pater ve-
C ster dimittet vobis peccata vestra. Cum autem ieiunatis, nolite fieri sicut hypocritæ tristes. exterminant enim facies suas, vt pareant hominibus ieiunantes. Amen dico vobis, quia receperunt mercedem suam. Tu autem cùm ieiunas, vnge caput tuum, & faciem tuam laua: ne videaris hominibus ieiunans, sed patri tuo qui est in abscōso: & pater tuus qui videt
Luc.12 d in abscōso, reddet tibi. Nolite thesaurizare vobis thesauros in terra: vbi ærugo & tinea demolitur, & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in cœlo: vbi neque ærugo neque tinea demolitur, & vbi fures non effodiunt nec furantur. Vbi enim est thesaurus tuus, ibi est & cor
Luc.11 c tuum. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex: totum corpus tuum lucidum erit. Si autem oculus tuus fuerit nequam: totum corpus tuum tenebrosum erit. Si ergo lumen quod in te est, tenebræ sunt: ipsæ tenebræ quantæ erunt? Nemo potest duobus dominis seruire. aut enim vnum odio habebit, & alterum diliget: aut vnum
Luc.16 e D sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammonæ. Ideo dico vobis, ne soliciti sitis animæ vestræ quid manducetis, neq; corpori vestro quid induamini.
Luc.12 e Nónne anima plus est quàm esca: & corpus plus quàm vesti-
1.Pet.5 b mentum? Respicite volatilia cœli quoniam nō serunt neque
Psal.54 d metunt neq; cōgregant in horrea: & pater vester cœlestis pascit illa. Nónne vos magis pluris estis illis? Quis autē vestrū cogitans, potest adijcere ad staturam suam cubitum vnum? Et de vestimēto quid soliciti estis? Cōsyderate lilia agri quomodo crescunt: non laborant neque nent. Dico autem vobis quoniam nec Salomon in omni gloria sua coopertus est sicut vnum ex istis. Si enim fœnum agri quod hodie est, & cras in clybanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo soliciti esse, dicentes, Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim pater vester quia his omnibus indigetis. Quærite ergo primum regnū Dei & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis. Nolite ergo soliciti esse in crastinū. crastinus enim dies solicitus erit sibijpsi. sufficit diei malitia sua.

S. IVDICII *mensuram à se prius iudex ex festuca & margarito mensuret, quemlibet ex opere iudicet, & operanti uerba cōdonet.*

CAPVT VII.

A NOlite iudicare, & non iudicabimini. nolite condemnare, & non condemnabimini. In quo enim
Luc.6 f Rom.2 a iudicio iudicaueritis, iudicabimini: & in qua men-
Mar.4 c sura mensi fueritis, remetietur vobis. Quid autem
Luc.6 f vides festucam in oculo fratris tui: & trabem in oculo tuo non vides? Aut quomodo dices fratri tuo, Frater, sine eijciam festucam de oculo tuo: & ecce trabs est in oculo tuo? Hypocrita, eijce primum trabem de oculo tuo, & tunc videbis eijcere festucam de oculo fratris tui. Nolite dare sanctum canibus: neque mittatis margaritas vestras ante porcos, ne fortè conculcent eas pedibus suis, & conuersi dirumpant vos.
Infra 11 c Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis: pulsate, & ape-
Mar.11 c rietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, in-
Luc.11 b B uenit: & pulsanti aperietur. Aut quis est ex vobis homo, quē
Ioan.14 b, si petierit filius suus panem, nunquid lapidem porriget ei?
16 c Aut si piscem petierit: nunquid serpentē porriget ei? Si ergo
Iaco.1 d vos cùm sitis mali, nostis bona data dare filijs vestris: quanto magis pater vester qui in cœlis est, dabit bona petentibus se? Omnia ergo quæcunque vultis vt faciant vobis homines:
Luc.6 e ita & vos facite illis. Hæc est enim lex & prophetæ. Intrate
Tobiæ 4 c per angustam portam: quia lata porta, & spatiosa via est quæ
Luc.13 e ducit ad perditionē, & multi sunt qui intrant per eam. Quàm angusta porta & arcta via est quæ ducit ad vitam: & pauci
C sunt qui inueniunt eam. Attendite à falsis prophetis, qui ve-
Luc.6 f g niunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. à fructibus eorum cognoscetis eos. Nunquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona, fructus bonos facit: mala autem arbor, malos fructus facit. Non potest arbor bona, malos fructus facere: neque arbor mala, bonos fructus facere. Omnis arbor quæ non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis qui dicit mihi, Domine Domine, intrabit in regnum cœlorū: sed qui
Luc.13 f D facit voluntatem patris mei qui in cœlis est, ipse intrabit in regnum cœlorum. Multi dicent mihi in illa die, Domine Domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo virtutes multas fecimus? Et tunc cōfitebor illis, Quia nunquā noui vos: discedite à

dite à me omnes qui operamini iniquitatem. Omnis ergo qui audit verba mea hæc,& facit ea:asſimilabitur viro ſapienti qui ædificauit domum ſuam ſuper petram, & deſcendit pluuia,& venerunt flumina & flauerunt venti, & irruerunt in domum illam,& non cecidit. fundata enim erat ſuper petram. Et omnis qui audit verba mea hæc, & non facit ea: ſimilis erit viro ſtulto qui ædificauit domum ſuã ſuper arenam, & deſcendit pluuia & venerunt flumina & flauerunt venti,& irruerunt in domum illam, & cecidit, & fuit ruina illius magna. Et factum eſt: cum conſummaſſet Ieſus verba hæc, admirabantur turbæ ſuper doctrina eius. Erat enim docens eos ſicut poteſtatem habens, & non ſicut ſcribæ eorum & phariſæi.

S. IESVS *mundato in deſcenſu montis leproſo, Centurionis puerum à paralyſi, & Petri ſocrum à febre curat, à ſomno excitatus diſcipulos increpat, ac legionem in porcos mittit.*

CAPVT VIII.

A CVm autem deſcendiſſet de monte, ſecutæ ſunt eum turbæ multæ:& ecce leproſus veniens, adorabat eum,dicens, Domine ſi vis,potes me mundare. Et extendens Ieſus manum,tetigit eum,dicens,Volo,Mundare.Et confeſtim mundata eſt lepra eius. Et ait illi Ieſus, Vide nemini dixeris: ſed vade, oſtende te ſacerdoti,& offer munus tuum quod præcepit Moyſes in teſtimonium illis. Cùm autem introiſſet Capharnaum,acceſſit ad eum centurio,rogans eum, & dicens, Domine, puer meus iacet in domo paralyticus, & male torquetur.Et ait illi Ieſus,Ego veniam,& curabo eum. Et reſpondens centurio, ait,Domine non ſum dignus vt intres ſub tectum meum: ſed tantum dic verbo,& ſanabitur puer meus. Nam & ego homo ſum ſub poteſtate conſtitutus,habens ſub me milites: & dico huic vade,& vadit: & alio veni, & venit: & ſeruo meo
B fac hoc, & facit. Audiens autem hæc Ieſus,miratus eſt: & ſequentibus ſe dixit,Amen dico vobis non inueni tãtam fidem in Iſrael.Dico autem vobis quòd multi ab oriente & occidente venient, & recumbent cum Abraham & Iſaac & Iacob in regno cœlorum:filij autem regni eijcientur in tenebras exteriores.ibi erit fletus & ſtridor dentium.Et dixit Ieſus centurioni,Vade, & ſicut credidiſti fiat tibi.Et ſanatus eſt puer ex illa hora. Et cum veniſſet Ieſus in domum Petri, vidit ſocrum eius iacentem & febricitantem: & tetigit manũ eius, & dimiſit eam febris,& ſurrexit & miniſtrabat eis. Veſpere autem facto obtulerunt ei multos dæmonia habentes: & eijciebat ſpiritus verbo.& omnes male habentes curauit, vt adim-
C pleretur quod dictum eſt per Eſaiam prophetam,dicentẽ, Ipſe infirmitates noſtras accepit: & ægrotatiões noſtras portauit. Videns autem Ieſus turbas multas circum ſe,iuſsit diſcipulos ire trans fretum. Et accedens vnus ſcriba,ait illi,Magiſter, ſequar te quocunque ieris. Et dicit ei Ieſus, Vulpes foueas habent,& volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput ſuum reclinet. Alius autem de diſcipulis eius, ait illi, Domine permitte me primùm ire & ſepelire patrem meum. Ieſus autem ait illi, Sequere me, & dimitte mortuos ſepelire mortuos ſuos. Et aſcendente eo in nauiculam, ſecuti ſunt eum diſcipuli eius:& ecce motus magnus factus eſt in mari, ita vt nauicula operiretur fluctibus,ipſe verò dormiebat.Et acceſſerunt ad eum diſcipuli eius:& ſuſcitauerunt eum,dicentes, Domine ſalua nos, perimus. Et dicit eis Ieſus, Quid timidi eſtis modicæ fidei? Tunc ſurgens im-
D perauit ventis & mari,& facta eſt tranquillitas magna. Porrò homines mirati ſunt dicentes, Qualis eſt hic,quia venti & mare obediunt ei? Et cùm veniſſet Ieſus trans fretum in regionem Geraſenorum, occurrerunt ei duo habentes dæmonia,de monumentis exeuntes,ſæui nimis, ita vt nemo poſſet tranſire per viam illam. Et ecce clamauerunt dicentes, Quid nobis & tibi Ieſu fili Dei? Veniſti huc ante tempus torquere nos? Erat autem non longe ab illis grex multorum porcorum paſcens.Demones autem rogabant eum dicẽtes,Si eijcis nos hinc,mitte nos in gregẽ porcorum.Et ait illis,Ite. At illi exeuntes,abierunt in porcos,& ecce magno impetu abijt totus grex per præceps in mare: & mortui ſunt in aquis.Paſtores autem fugerunt: & venientes in ciuitatem, nuntiauerũt hæc omnia, & de ijs qui dæmonia habuerant.Et ecce tota ciuitas exijt obuiam Ieſu. Et viſo eo, rogabant eum vt tranſiret à finibus eorum.

S. IN *ciuitate ſua paralyticum curat, murmurantes erudit, archiſynagogi filiam ſuſcitaturus hæmorrhoiſim ſanat, duos cæcos & mutum, & plures alios curat, ac diſcipulos in moribus & doctrina confirmat.* CAPVT IX.

A ET aſcendens Ieſus in nauiculam, transfretauit, *Mar.2 a*
& venit in ciuitatem ſuam.Et ecce offerebant ei *Luc.5 d*
paralyticum iacentem in lecto.Et videns Ieſus fidem illorum, dixit paralytico,confide fili,remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de ſcribis dixerunt intra ſe, Hic blaſphemat. Et cum vidiſſet Ieſus cogitationes eorum,dixit, Vt quid cogitatis mala in cordibus veſtris? Quid eſt facilius,dicere, Dimittuntur tibi peccata tua: an dicere, Surge & ambula? Vt autem ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata: tunc ait paralytico, Surge,tolle lectum tuum,& vade in domum tuam. Et ſurrexit, & abijt in domum ſuam.Videntes autem turbæ timuerunt,& glorificauerunt Deum qui dedit poteſtatem ta-
B lem hominibus. Et cùm tranſiret Ieſus, vidit hominem ſe- *Matth.2 b*
dentem in telonio, Matthæum nomine. Et ait illi, Sequere *Luc.5 f*
me.Et ſurgens,ſecutus eſt eum.Et factum eſt diſcumbẽte eo in domo,ecce multi publicani & peccatores venientes, diſcumbebant cum Ieſu & diſcipulis eius. Et videntes phariſæi,dicebant diſcipulis eius,Quare cum publicanis & peccatoribus manducat magiſter veſter? At Ieſus audiens,ait, Non eſt opus valentibus medico,ſed male habentibus. Euntes autem diſcite quid eſt, Miſericordiam volo,& non ſacrificium.Non enim veni vocare iuſtos,ſed peccatores. Tunc *Oſee 6 c*
acceſſerunt ad eum diſcipuli Ioannis,dicentes. Quare nos & *Infra 12 a*
phariſæi ieiunamus frequenter:diſcipuli autem tui non ieiu- *1.Tim. 1 c.*
nant? Et ait illis Ieſus, Nunquid poſſunt filij ſponſi lugere *Mar.2 c*
quandiu cum illis eſt ſponſus? Venient autem dies,cùm auſe- *Luc.5 f g*
retur ab eis ſponſus: & tunc ieiunabunt.Nemo autem immit-
C tit commiſſuram panni rudis in veſtimentũ vetus. tollit enim plenitudinem eius à veſtimento:& peior ſciſſura fit. Neque mittunt vinum nouum in vtres veteres,alioquin rumpuntur vtres, & vinum effunditur, & vtres pereunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittunt: & ambo conſeruantur. Hæc illo loquente ad eos, ecce princeps vnus acceſsit,& adorabat *Mar.5 b*
eum,dicens, Domine filia mea modo defuncta eſt: ſed veni, *Lucæ 8 f*
impone manum tuam ſuper eam,& viuet. Et ſurgens Ieſus, ſequebatur eum,& diſcipuli eius.Et ecce mulier quę ſanguinis fluxum patiebatur duodecim annis,acceſsit retro,& tetigit fimbriam veſtimenti eius. Dicebat enim intra ſe, Si tetigero tãtum veſtimentum eius: ſalua ero. At Ieſus conuerſus & videns eam, dixit, Confide filia, fides tua te ſaluam fecit. Et ſalua facta eſt mulier ex illa hora. Et cum veniſſet Ieſus in domum principis.& vidiſſet tibicines & turbam tumultuantem,dicit illis,Recedite: non eſt enim mortua puella,ſed dormit. Et deridebant eum. Et cùm eiecta eſſet turba, intrauit: & tenuit manum eius,& dixit,Puella, ſurge.Et ſurrexit puella.Et exijt fama hæc in vniuerſam terrã. Et tranſeunte inde Ieſu, ſecuti ſunt eum duo cæci clamantes & di-
D centes, Miſerere noſtri fili Dauid. Dum autem veniſſet domum, acceſſerunt ad eum cæci. Et dicit eis Ieſus, Creditis quia hoc poſſum facere vobis? Dicunt ei, Vtique Domine.Tunc tetigit oculos eorum dicens, Secundum fidem veſtram fiat vobis. Et aperti ſunt oculi eorum,& comminatus

est illis Iesus, dicens, Videte ne quis sciat. Illi autem exeuntes
Infra 12 b diffamauerunt eum in tota terra illa. Egressis autem illis, ec-
Mar. 3 c ce obtulerunt ei hominem mutum, dæmonium habẽtem. Et
Luc. 11 b eiecto dæmonio, locutus est mutus, & miratæ sunt turbæ, di-
centes, Nunquam apparuit sic in Israel. Pharisæi autem dice
bant, In principe dæmoniorũ eijcit dæmones. Et circuibat
Iesus omnes ciuitates, & castella, docẽs in synagógis eorum,
Mar. 6 c & prædicans Euangelium regni, & curans omnem languo-
Lucæ 10 a rem & omnem infirmitatem. Videns autem turbas, miser-
tus est eis: quia erant vexati & iacentes sicut oues non ha-
bentes pastorem. Tunc dicit discipulis suis, Messis quidem
multa, operarij autem pauci. Rogate ergo Dominum messis,
vt mittat operarios in messem suam.

S. DISCIPVLOS *mittens corporis occisores timere prohibet, uer bi annuntiationem iubet, ac cuncta Deo postponenda demõstrat.*

CAPVT X.

A ET conuocatis duodecim discipulis suis, dedit il-
Mar. 3 b lis potestatem spirituum immundorum vt eij-
Luc. 6 b c cerent eos, & curarent omnem languorem, &
omnem infirmitatem. Duodecim autem apostolo-
rum nomina sunt hæc: Primus, Simon qui dicitur Pe-
trus, & Andreas frater eius, Philippus & Bartholomæus, Ia-
Mar. 6 a cõbus Zebedæi, & Ioãnes frater eius, Thomas & Matthæus
Luc. 9 a & publicanus, & Iacõbus Alphæi & Thaddeus, Simon Cana-
10 a næus, & Iudas Iscariotes, qui & tradidit eum. Hos duode-
cim misit Iesus: præcipiens eis, dicens, In viam gentium
ne abieritis, & in ciuitates Samaritanorũ ne intraueritis: sed
potius ite ad oues quæ perierunt domus Israel. Euntes autem
prædicate, dicentes, Quia appropinquauit regnũ cœlorum.
Infirmos curate, mortuos suscitate, leprosos mundate, dæ-
mones eijcite. gratis accepistis, gratis date. Nolite possidere
B aurum, neque argentum, neque pecuniam in zonis vestris:
non peram in via, neq; duas tunicas, neq; calceamenta, neque
Luc. 10 c virgam. dignus enim est operarius cibo suo. In quãcunque
1 Tim. 5 c autem ciuitatem aut castellum intraueritis, interrogate quis
in ea dignus sit: & ibi manete donec exeatis. Intrantes autem
in domum, salutate eam, dicentes, Pax huic domui. Et si qui-
dem fuerit domus digna, veniet pax vestra super eam. si au-
tem non fuerit digna: pax vestra reuertetur ad vos. Et qui-
Act. 13 g cunque non receperit vos, neque audierit sermones vestros:
Luc. 10 d exeuntes foras de domo vel ciuitate, excutite puluerem de
pedibus vestris. Amen dico vobis, tolerabilius erit terræ So-
domorum & Gomorrhæorum in die iudicij, quàm illi ciui-
tati. Ecce ego mitto vos sicut oues in medio luporum. Este
ergo prudentes sicut serpentes, & simplices sicut colum-
bæ. Cauete autem ab hominibus. Tradent enim vos in con-
cilijs, & in synagógis suis flagellabunt vos: & ad præsides &
reges ducemini propter me, in testimonium illis & gẽtibus.
Luc. 12 b C Cum autem tradent vos, nolite cogitare quomodo aut quid
loquamini, dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini.
non enim vos estis qui loquimini, sed spiritus patris vestri
qui loquitur in vobis. Tradet autẽ frater fratrem in mortem,
& pater filium: & insurgent filij in parentes, & morte eos affi
cient, & eritis odio omnibus hominibus propter nomẽ meũ.
qui autẽ perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Cum au
tem persequẽtur vos in ciuitate ista: fugite in aliam. amen di-
co vobis, non consummabitis ciuitates Israel donec veniat
filius hominis. Non est discipulus super magistrũ. nec seruus
Luc. 6 f super dominum suum. sufficit discipulo vt sit sicut magister
Ioan. 13 b eius: & seruo, sicut dominus eius. Si patremfamiliâs Beelze-
& 15 c bub vocauerunt: quanto magis domesticos eius? Ne ergo ti-
Mar. 4 c mueritis eos. Nihil enim est opertum, quod non reuelet ur:
Luc. 8 c & occultum, quod non sciatur. Quod dico vobis in tenebris,
12 a dicite in lumine: & quod in aure auditis, prædicate super te-
cta. Et nolite timere eos qui occidunt corpus, animam autem
non possunt occidere: sed potius timete eum qui potest &
animam & corpus perdere in gehennã. Nónne duo passeres
asse væneunt: & vnus ex illis non cadet super terram sine pa-
D tre vestro? Vestri autẽ & capilli capitis omnes numerati sunt.
Nolite ergo timere: multis passeribus meliores estis vos. Mar. 8 d
Omnis ergo qui confitebitur me coram hominibus, confi- Luc. 9 c &
tebor & ego eum coram patre meo qui in cœlis est. Qui autẽ 12 b
negauerit me coram hominibus: negabo & ego eum coram 2. Tim. 2 b
patre meo qui in cœlis est. Nolite arbitrari quia pacem vene Luc. 12 f
rim mittere in terram. non veni pacem mittere: sed gladium. Mich. 7 b
veni enim separare hominem aduersus patrẽ suum, & filium
aduersus matrem suam, & nurum aduersus socrum suam: &
inimici hominis, domestici eius. Qui amat patrem aut ma- Lucæ 14 f
trem plus quàm me, nõ est me dignus. & qui amat filium aut
filiam super me, nõ est me dignus. Et qui non accipit crucem Infra 16 d
suam, & sequitur me: non est me dignus. Qui inuenit animã Luc. 9 c
suam perdet illam. & qui perdiderit animã suam propter me: 14 f &
inueniet eam. Qui recipit vos, me recipit: & qui me recipit, 17 g
recipit eum qui me misit. Qui recipit prophetam in nomine Ioan. 12 d
prophetæ: mercedẽ prophetæ accipiet. Et qui recipit iustũ Luc. 10 c
in nomine iusti: mercedem iusti accipiet. Et quicunq; potum Ioan. 13 c
dederit vni ex minimis istis calicem aquæ frigidæ, tantum in Mar. 9 f
nomine discipuli: amen dico vobis nõ perdet mercedẽ suam.

S. IOANNIS *præconia discipulis eius enuntiat, ciuitates quæ uiris uirtutibus pœnitentiam negligunt, increpat, & pœnitentes ad quietem inuitat.*

CAPVT XI.

A ET factum est: cum consummasset Iesus, præ-
cipiens duodecim discipulis suis, transijt inde,
vt doceret & prædicaret in ciuitatibus eorum.
Ioannes autem cum audisset in vinculis opera Luc. 7 c
Christi: mittens duos de discipulis suis, ait illi, Tu es qui
venturus es, an alium expectamus? Et respondens Iesus ait
illis, Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis & vidistis. Cæci
vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt,
mortui resurgunt, pauperes euangelizantur. & beatus est qui
non fuerit scandalizatus in me. Illis autem abeuntibus, cœpit
Iesus dicere ad turbas de Ioanne, Quid existis in desertum
videre? arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre?
hominem mollibus vestitum? Ecce qui mollibus vestiun-
B tur, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? pro- Mala. 3 d
phetam? Etiam dico vobis, & plusquàm prophetam. Hic est
enim de quo scriptum est, Ecce ego mitto angelũ meum ante
faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Amen di-
co vobis, non surrexit inter natos mulierum maior Ioanne Luc. 16 d
Baptista. qui autẽ minor est in regno cœlorũ, maior est *illo*.
A diebus autẽ Ioannis Baptistæ vsque nunc, regnũ cœlorum
vim patitur, & violenti rapiunt illud. Omnes enim prophetæ Luc. 5 a
& lex, vsque ad Ioannem prophetauerunt: & si vultis reci- Mar. 6 d
pere, ipse est Elias qui venturus est. Qui habet aures audiẽdi, Mala. 4 b
audiat. Cui autem similem æstimabo generationem istam? Luc. 7 e
Similis est pueris sedentibus in foro: qui clamantes cœqua-
libus suis, dicunt, Cecinimus vobis, & non saltastis: lamenta-
C uimus, & non planxistis. Vênit enim Ioannes neque man-
ducans neq; bibens: & dicunt, Dæmoniũ habet. Vênit filius
hominis manducans & bibens, & dicunt, Ecce homo vorax
& potator vini, publicanorum & peccatorum amicus. Et Luc. 10 e
iustificata est sapientia à filijs suis. Tunc cœpit exprobrare
ciuitatibus, in quibus factæ sunt plurimæ virtutes eius, quia
non egissent pœnitentiam, Væ tibi Corozaim, væ tibi Beth-
saida: quia si in Tyro & Sidône factæ essent virtutes quæ fa
ctæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere pœnitentiam egis-
sent. Veruntamen dico vobis: Tyro & Sidôni remissius erit
in die iudicij, quàm vobis. Et tu Capharnaum, nunquid vs-
que in cœlum exaltaberis? vsque in infernum descẽdes: quia
si in Sodomis factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in te, for-
te mansissent vsque in hanc diem. Veruntamen dico vobis,
quia terræ Sodomorum remissius erit in die iudicij, quàm
tibi. In

D tibi. In illo tempore respondens Iesus dixit, Confitebor ti-
Lucæ 10 d bi pater Domine cœli & terræ quia abscondisti hæc à sapiē-
tibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Ita pater: quo-
niam sic fuit placitum ante te. Omnia mihi tradita sunt à pa-
tre meo. Et nemo nouit filium, nisi pater: neque patrem quis
nouit, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Venite ad me
omnes qui laboratis, & onerati estis: & ego reficiam vos. Tol-
lite iugum meum super vos, & discite à me, quia mitis sum &
humilis corde: & inuenietis requiem animabus vestris. Iugū
enim meum suaue est, & onus meum leue.

S. CONFVTATIS Pharisæis in Apostolos spicas sabbatho euellentes murmurantibus, aridam manum sanat & dæmoniacum: eosq; signum petentes arguit, & qui sint filij Dei demonstrat.

CAPVT XII.

A IN illo tempore abijt Iesus per sata sabbatho: di-
Marci 2 d scipuli autem eius esurientes cœperūt vellere spi-
Lucæ 6 a cas, & manducare. Pharisæi autem videntes, dixe-
runt ei, Ecce, discipuli tui faciunt quod non licet
eis facere sabbathis. At ille dixit eis, Non legistis quid fecerit
1. Reg. 21 b Dauid quando esurijt, & qui cum eo erant: quomodo intra-
uit in domum Dei, & panes propositionis comēdit, quos nō
licebat ei edere, neque his qui cum eo erant, nisi solis sacerdo-
tum. 28 b tibus? Aut non legistis in lege, quia sabbathis sacerdotes in
templo sabbathum violant, & sine crimine sunt? Dico autem
vobis, quia templo maior est hic. Si autē sciretis quid est, Mi-
sericordiam volo & non sacrificium, nunquam condemnassē-
tis innocentes. dominus enim est filius hominis etiam sabba-
Marci 3 a thi. Et cum inde transisset, venit in synagógam eorum. Et
Luc. 6 b ecce homo manū habens aridam. & interrogabant eum dicen
tes, Si licet sabbathis curare? vt accusarent eum. Ipse autem di-
xit illis, Quis erit ex vobis homo qui habeat ouem vnam: &
si ceciderit hæc sabbathis in foueam, nónne tenebit & leuabit
eam? Quanto magis melior est homo oue? Itaque licet sab-
bathis benefacere. Tunc ait homini, Extende manum tuam.
B Et extendit: & restituta est sanitati, sicut altera. Exeuntes autē
Pharisæi, consilium faciebant aduersus eum quomodo perde
rent eum. Iesus autem sciens, secessit inde: & secuti sunt eū
41 a multi, & curauit eos omnes. & præcepit eis ne manifestum
eum facerent. Vt adimpleretur quod dictum est per Esaiam
prophetam, dicentem, Ecce puer meus quem elegi, dilectus
meus in quo bene complacuit animæ meæ. Ponam spiritum
meum super eum, & iudicium gentibus nuntiabit. Non con-
tendet neque clamabit: neque audiet aliquis in platéis vocem
eius. arundinem quassatā non confringet, & linum fumigans
non extinguet, donec eijciat ad victoriam iudicium: & in no-
Marci 3 c mine eius gentes sperabunt. Tunc oblatus est ei dæmoniū
Luc. 11 b habens, cæcus & mutus: & curauit eum, ita vt loqueretur &
videret. Et stupebant omnes turbæ, & dicebant, Nūquid hic
est filius Dauid? Pharisæi autem audientes, dixerunt, Hic nō
eijcit dæmones nisi in Beelzebub principe dæmoniorum.
Iesus autem sciens cogitationes eorum, dixit eis, Omne re-
gnum diuisum contra se, desolabitur: & omnis ciuitas vel do
mus diuisa contra se, non stabit. Et si satanas satanam eijcit,
aduersus se diuisus est. quomodo ergo stabit regnum eius? Et
si ego in Beelzebub eijcio dæmones: filij vestri in quo eij-
ciunt? Ideò ipsi, iudices vestri erunt. Si autem ego in spiritu
C Dei eijcio dæmones: igitur peruēnit in vos regnum Dei. aut
quomodo potest quisquam intrare in domum fortis, & vasa
Luc. 3 c eius diripere: nisi prius allegauerit fortem, & tunc domū il-
11 b lius diripiet? Qui non est mecum, contra me est: & qui non
congregat mecum, spargit. Ideò dico vobis: omne peccatum
& blasphemia remittetur hominibus, spiritus autem blasphe
mia non remittetur. Et quicunque dixerit verbum contra
filium hominis, remittetur ei: qui autem dixerit contra spi-
ritum sanctum, non remittetur ei neque in hoc seculo neque
in futuro. Aut facite arborem bonam, & fructū eius bonum:
aut facite arborem malam, & fructum eius malum. siquidem
ex fructu arbor agnoscitur. Progenies viperarum, quomodo
potestis bona loqui, cum sitis mali? ex abundantia enim cor
dis os loquitur. Bonus homo, de bono thesauro profert bona: Lucæ 6 g
& malus homo de malo thesauro profert mala. Dico autem
vobis quoniam omne verbum otiosum quod locuti fuerint
homines, reddent rationem de eo in die iudicij. Ex verbis
enim tuis iustificaberis, & ex verbis tuis condemnaberis.

Tunc responderunt ei quidam de scribis & pharisæis, di
centes, Magister, volumus à te signum videre. Qui respo- Luc. 11 d
dens ait illis, Generatio mala & adultera signum quærit: &
signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ prophetæ. Sicut Ionæ 2 a
D enim fuit Ionas in ventre ceti tribus diebus & tribus noctibus: sic erit filius hominis in corde terræ tribus diebus & tri
bus noctibus. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum gene- Ionæ 3 b
ratione ista, & condemnabunt eam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ, & ecce plus quàm Ionas hîc. Regina austri surget in iudicio cum generatione ista, & condemnabit eam: quia vênit à finibus terræ audire sapientiam Sa 3. Reg. 10 a
lomonis, & ecce plus quàm Salomon hîc. Cum autem im- 2. Par. 9 a
mundus spiritus exierit ab homine, ambulat per loca arida quærens requiem, & non inuenit. Tunc dicit, Reuertar in domum meam vnde exiui. Et veniens, inuenit eam vacantem, scopis mundatam, & ornatam. Tunc vadit & assumit septem alios spiritus secum nequiores se, & intrantes habitant ibi: & 2. Pet. 2 d
fiunt nouissima hominis illius peiora prioribus. Sic erit & ge Mar. 3 d
nerationi huic pessimæ. Adhuc eo loquente ad turbas, ecce Luc. 8 c
mater eius & fratres stabant foris, quærentes loqui ei. Dixit autem ei quidam, Ecce mater tua & fratres tui foris stant, quę rentes te alloqui. At ipse respondens dicenti sibi, ait, Quæ est mater mea, & qui sunt fratres mei? Et extendens manum in discipulos suos, dixit, Ecce mater mea & fratres mei. Qui cunque enim fecerit voluntatem patris mei qui in cœlis est: ipse meus frater, soror, & mater est.

S. REGNVM Dei sub quadruplicis seminis, zizaniorum, grani sinapis, fermenti in pasta, thesauri in agro, & margaritæ figura docet.

CAPVT XIII.

A IN illo die exiens Iesus de domo, sedebat secus Marci 4 a
mare. Et congregatæ sunt ad eum turbæ multæ, Lucæ 8 a
ita ut in nauiculam ascendens sederet: & omnis turba stabat in littore, & locutus est eis multa in parabolis, dicens, Ecce exijt qui seminat, seminare. Et dum seminat, quædam ceciderunt secus viam, & venerunt volucres cœli & comederunt ea. Alia autem ceciderunt in petrosa, vbi non habebant terrā multam: & continuò exorta sunt, quia non habebant altitudinem terræ. sole autē orto, æstuauerunt: & quia non habebant radicem, aruerunt. Alia autem ceciderunt in spinas: & creuerunt spinæ, & suffocauerunt ea. Alia autem ceciderunt in terram bonam: & dabant fructum aliud centesimum, aliud sexagesimum, aliud tricesimū. Qui habet aures audiendi, audiat. Et accedētes discipuli dixerunt Infra 25 c
ei, Quare in parabolis loqueris eis? Qui respondens, ait illis,
E Quia vobis datum est nosse mysteria regni cœlorum: illis autem non est datum. Qui enim habet, dabitur ei & abunda- Esa. 6 c
bit: qui autem non habet, & quod habet auferetur ab eo. Ideò Marci 4 b
in parabolis loquor eis: quia videntes non vident, & audien- Lucæ 8 b
tes non audiunt, neque intelligunt. vt adimpleatur in eis pro- Ioan. 12 f
phetia Esaiæ dicentis, Auditu audietis, & non intelligetis: & Act. 28 f
videntes videbitis, & non videbitis. Incrassatum est enim cor Ro. 11. b
populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos Lucæ 10 d
clauserunt; nequando videant oculis, & auribus audiant, & corde intelligant, & conuertantur & sanem eos. Vestri autem
C beati oculi quia vident, & aures vestræ quia audiunt. Amen quippe dico vobis quia multi prophetæ & iusti cupierunt videre quæ videtis & non viderunt, & audire quæ auditis & non audierūt. Vos ergo audite parabolā seminantis. Omnis

Marc.4 b Luc.8 b qui audit verbum regni & non intelligit, venit malus & rapit quod ſeminatum eſt in corde eius: hic eſt qui ſecus viam ſeminatus eſt. Qui autem ſuper petroſa ſeminatus eſt: hic eſt qui verbum audit, & continuò cum gaudio accipit illud, non autem habet in ſe radicem, ſed eſt temporalis. facta autem tribulatione & perſecutione propter verbum, continuò ſcandalizatur. Qui autem ſeminatus eſt in ſpinis, hic eſt qui verbum Dei audit, & ſolicitudo ſeculi iſtius & fallacia diuitiarũ ſuffocat verbum, & ſine fructu efficitur. Qui verò in terram bonam ſeminatus eſt: hic eſt qui audit verbum, & intelligit, & fructum affert, & facit aliud quidem centeſimum, aliud autem ſexageſimum, aliud vero triceſimum. Aliam parabolam propoſuit illis, dicens, Simile factum eſt regnum cœ-
D lorum homini qui ſeminauit bonum ſemen in agro ſuo. cum autem dormirent homines, vênit inimicus eius, & ſuperſeminauit zizania in medio tritici, & abijt. Cum autem creuiſſet herba, & fructum feciſſet: tunc apparuerũt & zizania. Accedentes autem ſerui patrisfamiliâs, dixerunt ei, Domine nónne bonũ ſemen ſeminaſti in agro tuo? Vnde ergo habet zizania? Et ait illis, Inimicus homo hoc fecit. Serui autem dixerunt ei. Vis imus, & colligimus ea? Et ait, Non: ne fortè colligentes zizania, eradicetis ſimul cum eis & triticũ. Sinite vtraq; creſcere vſque ad meſſem: & in tempore meſſis, dicam meſſoribus, Colligite primum zizania, & alligate
E ea in faſciculos ad comburendum, triticum autem congrega-
Marc.4 d te in horreum meum. Aliam parabolam propoſuit eis, di-
Luc.13 d cens, Simile eſt regnum cœlorum grano ſinapis, quod accipiens homo ſeminauit in agro ſuo: quod minimum quidem eſt omnibus ſeminibus. Cum autem creuerit maius eſt
Luc.13 e omnibus oleribus, & fit arbor, ita vt volucres cœli veniant, & habitent in ramis eius. Aliam parabolam locutus eſt eis. Simile eſt regnum cœlorum fermento, quod acceptum mu-
Mar.4 d lier abſcondit in farinæ ſatis tribus, donec fermentatum eſt totum. Hæc omnia locutus eſt Ieſus in parabolis ad tur-
Pſal.77 c bas: & ſine parabolis nõ loquebatur eis: vt impleretur quod dictum eſt per prophetam, dicentem, Aperiam in parabolis os meũ, eructabo abſcondita à cõſtitutione mundi. Tunc dimiſsis turbis vênit in domum: & acceſſerunt ad eum diſcipuli eius, dicentes, Ediſſere nobis parabolam zizaniorum agri. Qui reſpondens ait, Qui ſeminat bonum ſemen: eſt filius hominis. Ager autem: eſt mundus. Bonum verò ſemen:
F hi ſunt filij regni. Zizania autem: filij ſunt nequam. Inimicus
Apo.14 c d autem qui ſeminauit ea: eſt diabolus. Meſsis verò, conſummatio ſeculi eſt. Meſſores autem: angeli ſunt. Sicut ergo colliguntur zizania, & igni comburuntur: ſic erit in conſummatione ſeculi. Mittet filius hominis angelos ſuos, & colligent de regno eius omnia ſcandala, & eos qui faciunt iniquitatem: & mittent eos in caminum ignis. Ibi erit fletus & ſtridor dentium. Tunc iuſti fulgebunt ſicut ſol in regno patris eorum. Qui habet aures audiendi audiat. Simile eſt regnũ cœlorum theſauro abſcondito in agro: quem qui inuênit homo, abſcondit, & præ gaudio illius vadit & vendit vniuerſa quæ habet, & emit agrum illum. Iterum ſimile eſt regnum cœlorum homini negotiatori, quærenti bonas margaritas. Inuenta autem vna pretioſa margarita, abijt, & vendidit omnia quæ habuit, & emit eam. Iterum ſimile eſt regnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mare, & ex omni genere piſcium congreganti. quam, cum impleta eſſet, educentes, &
G ſecus littus ſedentes, elegerunt bonos in vaſa, malos autem foras miſerunt. Sic erit in conſummatione ſeculi: exibunt Angeli, & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis. ibi erit fletus & ſtridor dentiũ. Intellexiſtis hæc omnia? Dicunt ei, Etiam. Ait illis, Ideò omnis ſcriba doctus in regnum cœlorum, ſimilis eſt homini patrifa-
Mar.6 4 miliâs, qui profert de theſauro noua & vetera. Et factum
Luc.4 e eſt: cum conſummaſſet Ieſus parabolas iſtas, tranſijt inde.
Ioan.4 f Et veniens in patriam ſuam, docebat eos in ſynagógis eorum, ita vt mirarentur, & dicerent, Vnde huic ſapientia hęc, & virtutes? Nónne hic eſt fabri filius? Nónne mater eius dicitur Maria: & fratres eius, Iacôbus & Ioſeph, & Simon & Iudas? & ſorores eius, nónne omnes apud nos ſunt? Vnde Ioan.6 e ergo huic omnia iſta? Et ſcandalizabantur in eo. Ieſus autẽ dixit eis, Non eſt propheta ſine honore, niſi in patria ſua & in domo ſua. Et non fecit ibi virtutes multas, propter incredulitatem illorum.

S. IOANNE occiſo CHRISTVS in deſerto quinq; hominũ millia ſatiat. ſuper aquas ambulans Petrum mergentem erigit: atq; in terra Genezareth plurimos etiam fimbriæ tactu ſanat.

CAPVT XIIII.

A IN illo tempore audiuit Herodes tetrarcha famã Mar.6 b Ieſu: & ait pueris ſuis, Hic eſt Ioannes Bapti- Luc.9 a ſta, ipſe ſurrexit à mortuis: & ideò virtutes operantur in eo. Herodes enim tenuit Ioannem, & Mar.6 c alligauit eum: & poſuit in carcerem propter Herodiadem Luc.3 d vxorem fratris ſui. Dicebat enim illi Ioannes, Non licet ti- Infra 22 c bi habere eam. Et volens illum occidere, timuit populum: quia ſicut prophetam eum habebant. Die autem natalis Herodis, ſaltauit filia Herodiadis in medio: & placuit Herodi. Vnde cum iuramento pollicitus eſt ei dare quodcunque poſtulaſſet ab eo. At illa præmonita à matre ſua, Da mihi, inquit, hic in diſco caput Ioannis Baptiſtæ. Et contriſtatus eſt rex. Propter iuramentum autem & eos qui pariter recumbebant, iuſsit dari. Miſitque, & decollauit Ioannem in carcere.
B Et allatum eſt caput eius in diſco: & datum eſt puellæ, & illa attulit matri ſuæ. Et accedentes diſcipuli eius, tulerunt corpus eius, & ſepelierunt illud: & venientes nuntiauerunt Ieſu. Luc.9 b Quod cum audiſſet Ieſus, ſeceſsit inde in nauicula, in Mar.6 d e locum deſertum ſeorſum, & cum audiſſent turbæ, ſecutæ Ioan.6 a ſunt eum pedeſtres de ciuitatibus. Et exiens vidit turbam multam: & miſertus eſt eis, & curauit languidos eorum. Veſpere autem facto, acceſſerunt ad eum diſcipuli eius dicentes, Deſertus eſt locus, & hora iam præterijt: dimitte turbas, vt euntes in caſtella, emant ſibi eſcas. Ieſus autem dixit eis, Non habent neceſſe ire: date illis vos manducare. Reſponderunt ei, Non habemus hic niſi qninque panes & duos piſces. Qui ait eis, Afferte mihi illos huc. Et cum iuſſiſſet turbam diſcumbere ſuper fœnum: acceptis quinque panibus & duobus piſcibus, aſpiciens in cœlum benedixit
C & fregit, & dedit diſcipulis panes, diſcipuli autem turbis. Et manducauerunt omnes: & ſaturati ſunt. Et tulerunt reliquias duodecim cophinos fragmentorum plenos. Manducantium autem fuit numerus, quinque millia virorum, exceptis mulieribus & paruulis. Et ſtatim compulit Ieſus diſcipu- Mar.6 f los aſcendere in nauiculam, & præcedere eum trans fretum, Ioan.6 b donec dimitteret turbas. Et dimiſſa turba, aſcendit in montem ſolus orare. Veſpere autem facto ſolus erat ibi. nauicula autem in medio mari iactabatur fluctibus: erat enim contrarius ventus. Quarta autem vigilia noctis, vênit ad eos ambulans ſuper mare. Et videntes eum ſuper mare ambulantem, turbati ſunt, dicentes, Quia phantaſma eſt. Et præ timore clamauerunt. Statimque Ieſus locutus eſt eis, dicens, Habete fiduciam: ego ſum, nolite timere. Reſpondens au-
D tem Petrus dixit, Domine ſi tu es, iube me ad te venire ſuper aquas. At ipſe ait, Veni. Et deſcendens Petrus de nauicula, ambulabat ſuper aquam vt veniret ad Ieſum. Videns verò ventum validum, timuit: & cum cœpiſſet mergi, clamauit, dicens, Domine, ſaluum me fac. Et continuò Ieſus extendens manum, apprehendit eum: & ait illi, Modicæ fidei quare dubitaſti? Et cum aſcendiſſet in nauiculam, ceſſauit ventus. Qui autem in nauicula erant, venerunt & adorauerunt eum, dicentes, Verè filius Dei es. Et cum tranſfretaſſent, Mar.6 g venerunt in terram Geneſar. Et cum cognouiſſent eum viri loci illius, miſerunt in vniuerſam regionẽ illã, & obtulerũt ei omnes

omnes male habentes:& rogabant eum vt vel fimbriã veſtimenti eius tangerent. Et quicunq; tetigerunt, ſalui facti ſunt.

S. PHARISAEORVM *traditiones diuinis aduerſas reprobat. Chananææ filia à dæmonio & pleriſq; alijs liberatis quatuor millia hominum cibat.* CAPVT XV.

A TVnc acceſſerunt ad eum ab Ieroſolymis ſcribæ & phariſæi,dicẽtes, Quare diſcipuli tui tranſgrediuntur traditionẽ ſeniorũ? non enim lauant manus ſuas cum panem manducant. Ipſe autem reſpondens, ait illis, Quare & vos tranſgredimini mandatum Dei propter traditionẽ veſtram? Nam Deus dixit, Honora patrem & matrem.&, Qui maledixerit patri,vel matri, morte moriatur. Vos autẽ dicitis, Quicunq; dixerit patri vel matri,Munus quodcunq; eſt ex me,tibi proderit. & non honorificabit patrem ſuum aut matrem ſuam, & irritum feciſtis mandatum Dei propter traditionem veſtram. Hypocritæ, bene prophetauit de vobis Eſaias,dicens, Populus hic, labijs me honorat:cor autem eorum longè eſt à me.Sine cauſa autem colunt me,docentes doctrinas & mãdata hominum. Et B conuocatis ad ſe turbis, dixit eis, Audite & intelligite. Non quod intrat in os, coinquinat hominem: ſed quod procedit ex ore,hoc coinquinat hominem.Tunc accedentes diſcipuli eius dixerunt ei, Scis quia phariſæi,audito verbo hoc ſcandalizati ſunt? At ille reſpondens,ait, Omnis plantatio quã non plantauit pater meus cœleſtis eradicabitur. Sinite illos: cæci ſunt,& duces cæcorum.cæcus autem ſi cæco ducatũ præſtet, ambo in foueam cadunt.Reſpondens autem Petrus dixit ei, Ediſſere nobis parabolam iſtam. At ille dixit, Adhuc & vos ſine intellectu eſtis? Non intelligitis quia omne quod in os intrat,in ventrem vadit,& in ſeceſſum emittitur? Quæ autem procedunt de ore:de corde exeunt, & ea coinquinant hominem. de corde enim exeunt cogitationes malæ, homicidia, adulteria, fornicationes, furta, falſa teſtimonia, blaſphemiæ. hæc ſunt,quæ coinquinãt hominem.Non lotis autem manibus manducare,non coinquinant hominem. Et egreſſus in- C de Ieſus ſeceſſit in partes Tyri & Sidônis.Et ecce mulier Chananæa à finibus illis egreſſa clamauit,dicens ei, Miſerere mei Domine fili Dauid:filia mea male à dæmonio vexatur. Qui non reſpondit ei verbũ.Et accedentes diſcipuli eius,rogabant eum dicentes, Dimitte eam:quia clamat poſt nos. Ipſe autem reſpondens,ait,Non ſum miſſus niſi ad oues quæ perierunt domus Iſrael.At illa venit,& adorauit eũ,dicens,Domine adiuua me.Qui reſpondens,ait,Non eſt bonum ſumere panem filiorũ,& mittere canibus.At illa dixit, Etiam Domine. nam & catelli edunt de micis quæ cadunt de menſa dominorũ ſuorum.Tunc reſpondens Ieſus,ait illi,O mulier, magna eſt fi- D des tua: fiat tibi ſicut vis. Et ſanata eſt filia eius ex illa hora.

Et cum tranſiſſet inde Ieſus, venit ſecus mare Galilææ: & aſcendens in montẽ,ſedebat ibi.Et acceſſerunt ad eum turbæ multæ, habentes ſecũ mutos,cæcos,claudos, debiles, & alios multos:& proiecerunt eos ad pedes eius,& curauit eos,ita vt turbæ mirarentur videntes mutos loquentes, claudos ambulantes,cæcos videntes, & magnificabant Deum Iſrael. Ieſus autem conuocatis diſcipulis ſuis,dixit, Miſereor turbæ: quia triduo iam perſeuerant mecum,& non habent quod manducent:& dimittere eos ieiunos nolo,ne deficiant in via.Et dicũt ei diſcipuli, Vnde ergo nobis in deſerto panes tantos,vt ſaturemus turbam tantam? Et ait illis Ieſus, Quot habetis panes? At illi dixerunt,Septem, & paucos piſciculos. Et præcepit turbæ vt diſcumberent ſuper terram. Et accipiens ſeptem panes,& piſces,& gratias agens fregit,& dedit diſcipulis ſuis,& diſcipuli dederunt populo. Et comederunt omnes,& ſaturati ſunt. Et quod ſuperfuit de fragmentis tulerunt, ſeptem ſportas plenas. Erant autem qui manducauerunt,quatuor millia hominum,extra paruulos & mulieres. Et dimiſſa turba,aſcendit in nauiculam,& vẽnit in fines Magedan.

S. COELESTI ſigno Phariſæis negato illorum fermento cauendum: diſcipulis autem poſt opinionem CHRISTI *confeſſam,ſuam prædicit paſſionem.*

CAPVT XVI.

A ET acceſſerunt ad eum Phariſæi & Sadducæi tentantes:& rogauerũt eum vt ſignũ de cœlo oſtenderet eis. At ille reſpõdens,ait illis, Facto veſpere dicitis,Serenum erit,rubicundũ eſt enim cœlum. Et mane,Hodie tempeſtas,rutilat enim triſte cælum.Faciem ergo cœli dijudicare noſtis:ſigna autem temporum non poteſtis? Generatio mala & adultera ſignum quærit: & ſignum non dabitur ei,niſi ſignum Ionæ prophetæ. Et relictis illis, abijt. Et cum veniſſent diſcipuli eius trans fretũ,obliti ſunt panes accipere. Qui dixit illis,Intuemini & cauete à fermen- B. to Phariſæorum & Sadducæorum. At illi cogitabant inter ſe, dicentes,Quia panes non accepimus. Sciens autem Ieſus, dixit,Quid cogitatis inter vos modicæ fidei, quia panes nõ habetis? Nondum intelligitis,neq; recordamini quinq; panum, & quinq; millium hominum,& quot cophinos ſumpſiſtis? neq; ſeptem panum,& quatuor millium hominum,& quot ſportas ſumpſiſtis? Quare non intelligitis quia non de pane dixi vobis, Cauete à fermento Phariſæorum & Sadducæorum? Tunc intellexerũt quia non dixerit cauendũ à fermento panum, ſed à doctrina Phariſæorum & Sadducæorum.

Venit autem Ieſus in,partes Cæſareæ Philippi: & interrogabat diſcipulos ſuos, dicens, Quem dicunt homines eſſe filiũ hominis? At illi dixerũt,Alij Ioannem Baptiſtã,alij au- C tem Eliam, alij verò Ieremiam,aut vnum ex prophetis. Dicit illis Ieſus, Vos autem quem me eſſe dicitis? Reſpondens Simon Petrus dixit,Tu es Chriſtus filius Dei viui. Reſpondens autem Ieſus dixit ei,Beatus es Simon Barlona:quia caro & ſanguis non reuelauit tibi,ſed pater meus qui in cœlis eſt. Et ego dico tibi,quia tu es Petrus,& ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam,& portæ inferi non præualebunt aduerſus eam.Et tibi dabo claues regni cœlorum. Et quodcũq; ligaueris ſuper terram,erit ligatum & in cœlis, & quodcunq; ſolueris ſuper terram,erit ſolutũ & in cœlis. Tunc præcepit diſcipulis ſuis vt nemini dicerent quia ipſe eſſet Ieſus Chriſtus.Exinde cœpit Ieſus oſtendere diſcipulis ſuis quia oporteret eum ire Ieroſolymã,& multa pati à ſenioribus & ſcribis D & principibus ſacerdotũ,& occîdi,& tertia die reſurgere. Et aſſumens eũ Petrus, cœpit increpare illum,dicens,Abſit à te Domine:non erit tibi hoc.Qui conuerſus,dixit Petro, Vade poſt me ſatana,ſcandalum es mihi:quia non ſapis ea quæ Dei ſunt,ſed ea quæ hominũ. Tunc Ieſus dixit diſcipulis ſuis, Si quis vult poſt me venire,abneget ſemetipſum,& tollat crucẽ ſuã & ſequatur me.Qui enim voluerit animã ſuam ſaluã facere,perdet eam: qui autem perdiderit animã ſuã propter me, inueniet eam. Quid enim prodeſt homini,ſi vniuerſum mundum lucretur,animæ verò ſuæ detrimentũ patiatur? Aut quã dabit homo commutationẽ pro anima ſua? Filius enim hominis venturus eſt in gloria patris ſui cũ angelis ſuis:& tunc reddet vnicuiq; ſecundũ opera eius. Amen dico vobis, ſunt quidam de hic ſtantibus qui non guſtabunt mortem, donec videant filium hominis venientem in regno ſuo.

S. CHRISTVS *transfiguratus lunaticũ liberat,diſcipulos q; miraculi impotentes informat,ac Cæſari tributum dari imperat.*

CAPVT XVII.

A ET poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacobum & Ioannẽ fratrem eius,& ducit illos in montem excelſum ſeorſum:& transfiguratus eſt ante eos.Et reſplenduit facies eius ſicut ſol: veſtimenta autẽ eius facta ſunt alba ſicut nix. Et ecce apparuerunt illis Moyſes & Elias cum eo loquentes. Reſpondens autem Petrus,dixit ad Ieſum, Domine, bonum eſt nos hic eſſe: ſi vis,

faciamus hic tria tabernacula, tibi vnum, & Moysi vnum, & Eliæ vnum. Adhuc eo loquente, ecce nubes lucida obumbrauit eos. 2.Petr.1 d Et ecce vox de nube dicens, Hic est filius meus dilectus in quo mihi bene complacui: ipsum audite. B Et audientes discipuli, ceciderunt in faciem suam, & timuerunt valde. Et accessit Iesus, & tetigit eos: dixitq; eis, Surgite, & nolite timere. Leuantes autem oculos suos, neminem viderũt, nisi solum Iesum. Et descendentibus illis de monte præcepit illis Iesus, dicens, Nemini dixeritis visionem: donec filius hominis à mortuis resurgat. Et interrogauerunt eum discipuli, dicentes, Mar.9 b Quid ergo scribæ dicunt, quòd Eliam oporteat primum venire? Mala.4 b At ille respondens, ait eis, Elias quidem venturus est, & restituet omnia. Dico autem vobis quia Elias iam vênit, & non cognouerunt eum, sed fecerunt in eo quæcunq; voluerunt. Sic & filius hominis passurus est ab eis. Tunc intellexerũt discipuli quia de Ioanne Baptista dixisset eis. C Et Mar.9 c cum venisset ad turbam, accessit ad eum homo genibus pro- Luc.9 c uolutus ante eum, dicens, Domine miserere filio meo, quia lunaticus est, & male patitur. nam sæpe cadit in ignem, & crebrò in aquam. & obtuli eum discipulis tuis: & non potuerunt curare eum. Respondens autem Iesus, ait, O generatio incredula & peruersa, quousq; ero vobiscum? vsquequo patiar vos? Afferte huc illum ad me. Et increpauit illum Iesus: & exijt ab eo dæmonium, & curatus est puer ex illa hora. Tunc accesserunt discipuli ad Iesum secretò, & dixerũt, Quare nos non potuimus eijcere illum? Dixit illis Iesus, Propter incre- Luc.17 b dulitatem vestram. Amen quippe dico vobis, si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis monti huic, transi hinc: & transibit, & nihil impossibile erit vobis. Hoc autem genus nõ D eijcitur nisi per orationem & ieiunium. Conuersantibus autem eis in Galilæa, dixit illis Iesus, Filius hominis tradendus Mar.9 c est in manus hominum: & occident eum, & tertia die resurget. Luc.9 c Et contristati sunt vehementer. Et cum venissent Capharnaum, accesserunt qui didrachma accipiebant, ad Petrum, & dixerunt ei, Magister vester nõ soluit didrachma? Ait, Etiam. Et cum intrasset in domum, præuênit eũ Iesus, dicens, Quid tibi videtur Simon? reges terræ à quibus accipiunt tributum vel censum? à filijs suis, an ab alienis? Et ille dixit, Ab alienis. Dixit illi Iesus. Ergo liberi sunt filij. Vt autem non scandalizemus eos: vade ad mare, & mitte hamũ, & eum piscem qui primus ascenderit, tolle: & aperto ore eius, inuenies statêrem: illum sumens, da eis pro me & te.

S. HVMILITATEM sectari & scandalum uitare quantum debeamus docet per membrorũ abscisionem, fratris correptionem, perditæ ouis inuentionem, clauis solutionem, & indigni serui repetitionem. CAPVT XVIII.

A IN illa hora accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes, Mar.9 c Quis putas maior est in regno cœlorum? Et Luc.9 f aduocans Iesus paruulum, statuit eum in medio eorum, & dixit, Amen dico vobis, nisi conuersi fueritis & efficiamini sicut paruuli, non intrabitis in regnum cœlorum. Quicunq; ergo humiliauerit se sicut paruulus iste: hic est maior in regno cœlorũ. Et qui susceperit vnũ paruulum talem in nomine meo, me suscipit: qui autem scandalizauerit vnum de pusillis istis qui in me credunt, expedit ei vt Mar.9 f Luc.7 a suspẽdatur mola asinaria in collo eius, & demergatur in profundum maris. Væ mundo à scandalis. Necesse est enim vt veniant scandala: veruntamen væ homini illi per quem scan- B dalum venit. Si autem manus tua, vel pes tuus scandalizat te: Supra 5 c abscinde eum, & proijce abs te: bonũ tibi est ad vitam ingredi Mar.9 g debilem vel claudũ, quàm duas manus vel duos pedes habentem mitti in ignem æternum. Et si oculus tuus scandalizat te, erue eum, & proijce abs te: bonum tibi est vnum oculum habentem in vitam intrare, quàm duos oculos habentem mitti in gehennam ignis. Videte ne contemnatis vnum ex his pusillis: dico enim vobis quia angeli eorum in cœlis semper vident faciem patris mei qui in cœlis est. Vênit enim filius ho- Luc.19 b minis saluare quod perierat. Quid vobis videtur? si fuerint ali- Luc.15 a cui centum oues, & errauerit vna ex eis: nónne relinquit nonagintanouẽ in montibus, & vadit quærere eam quæ errauit? & si contigerit vt inueniat eam: amen dico vobis quia gaudet super eã magis quàm super nonagintanouẽ quæ non errauerunt. Sic non est voluntas ante patrem vestrũ qui in cœlis est, vt pereat vnus de pusillis istis. Si autem peccauerit in te frater Luc.17 a tuus, vade & corripe eum inter te & ipsum solũ: si te audierit, Leuit.19 d lucratus eris fratrẽ tuũ: si autem te non audierit, adhibe tecum Eccle.19 b adhuc vnũ vel duos, vt in ore duorũ vel triũ testiũ stet omne Iacob 5 d verbũ. Quòd si non audierit eos: dic ecclesiæ. si autem ecclesiã Deut.19 b C non audierit: sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Amen dico 2.Cor.13 a vobis, quæcunq; alligaueritis super terram, erunt ligata & in Hebr.10 c cœlo: & quæcunq; solueritis super terram, erunt soluta & in Ioan.8 c cœlo. Iterum dico vobis quia si duo ex vobis consenserint su- Ioan.20 f per terrã, de omni re quãcunq; petierint, fiet illis à patre meo qui in cœlis est. Vbi enim sunt duo vel tres congregati in nomine meo, ibi sum in medio eorũ. Tunc accedens Petrus ad Luc.17 a eum: dixit, Domine, quoties peccabit in me frater meus, & dimittam ei? vsq; septies? Dixit illi Iesus, Non dico tibi vsq; septies: sed vsq; septuagies septies. Ideò assimilatũ est regnũ cœlorũ homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et cũ cœpisset rationem ponere, oblatus est ei vnus qui debebat ei decem millia talẽta. Cum autem non haberet vnde redderet, iussit eum dominus eius vænundari & vxorem eius & filios, & omnia quæ habebat, & reddi. Prócidens autẽ seruus ille, orabat eum dicens, Patientiam habe in me, & omnia reddã tibi. Misertus autem dominus serui illius, dimisit eum, & debitũ dimisit ei. Egressus autẽ seruus ille, inuênit vnum de D conseruis suis, qui debebat ei centũ denarios: & tenens suffocabat eũ, dicens, Redde quod debes. Et prócidens conseruus eius, rogabat eum, dicens, Patientiã habe in me, & omnia reddam tibi. Ille autẽ noluit: sed abijt, & misit eum in carcerem, donec redderet debitum. Videntes autem conserui eius quæ fiebant: contristati sunt valde, & venerunt, & narrauerunt domino suo omnia quæ facta fuerant. Tunc vocauit illum dominus suus: & ait illi, Serue nequam, omne debitum dimisi tibi, quoniã rogasti me. Nónne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? Et iratus dominus eius, tradidit eum tortoribus, quoadusq; redderet vniuersum debitum. Sic & pater meus cœlestis faciet vobis, si non remiseritis vnusquisq; fratri suo de cordibus vestris.

S. CVM libelli repudij rationẽ tentantibus reddidisset, triplices esse docuit eunuchos, ac diuites reijciens paruulos cõplectitur, & pauperes æterna uita donat. CAPVT XIX.

A IT factum est cum consummasset Iesus sermones Mar.10 a istos, migrauit à Galilæa, & vênit in fines Iudææ trans Iordanẽ, & secutæ sunt eũ turbæ multæ: & curauit eos ibi. Et accesserũt ad eum pharisæi tentantes eum, & dicentes, Si licet homini dimittere vxorem suã quacunque ex causa? Qui respondens, ait eis, Non legistis Gene.1 d quia qui fecit ab initio, masculũ & fœminam fecit eos? & di- Gene.2 xit, Propter hoc, dimittet homo patrem & matrem, & adhæ- Ephe.5 g rebit vxori suæ: & erunt duo in carne vna. itaq; iam non sunt 1.Cor.6 d duo: sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Dicunt illi, Quid ergo Moyses mandauit dari libellum Deut.24 d repudij, & dimittere? Ait illis, Quoniam Moyses ad duritiam cordis vestri permisit vobis dimittere vxores vestras: ab ini- Supra 5 c tio autem non fuit sic. Dico autem vobis: quia quicunq; di- Mar.10 b misserit vxorem suã, nisi ob fornicationem, & aliam duxerit: Luc.16 d B mœchatur. & qui dimissam duxerit: mœchatur. Dicunt ei di- 1.Cor.7 b scipuli eius, Si ita est causa hominis cũ vxore, nõ expedit nubere. Qui dixit illis, Nõ omnes capiũt verbũ istud, sed quibus datũ est. Sunt enim eunuchi, qui de matris vtero sic nati sunt: & sunt eunuchi, qui facti sunt ab hominibus: & sunt eunuchi

chi, qui ſeipſos caſtrauerunt propter regnum cœlorum. Qui poteſt capere capiat. Tunc oblati ſunt ei paruuli, vt manus eis imponeret, & oraret. Diſcipuli autem increpabant eos. Ieſus verò ait eis, Sinite paruulos, & nolite eos prohibere ad me venire, talium eſt enim regnum cœlorum. Et cũ impoſuiſſet eis manus, abijt inde. Et ecce vnus accedens, ait illi, Magiſter bone, quid boni faciam vt habeam vitam æternam? Qui dixit ei, Quid me interrogas de bono? Vnus eſt bonus Deus. C Si autem vis ad vitam ingredi, ſerua mandata. Dicit illi, Quæ? Ieſus autem dixit, Non homicidium facies, Non adulterabis, Non facies furtum, Non falſum teſtimonium dices, Honora patrem tuum & matrem, Diliges proximũ tuum ſicut teipſum. Dicit illi adoleſcens, Omnia hæc cuſtodiui à iuuentute mea: quid adhuc mihi deeſt? Ait illi Ieſus, Si vis perfectus eſſe, vade, vende omnia quæ habes, & da pauperibus, & habebis theſaurum in cœlo: & veni, ſequere me. Cum audiſſet autem adoleſcens verbum, abijt triſtis: erat enim habens multas poſſeſsiones. Ieſus autem dixit diſcipulis ſuis, Amen dico vobis quia diues difficile intrabit in regnum cœlorum. D Et iterum dico vobis, facilius eſt camelum per foramen acus tranſire, quàm diuitem intrare in regnum cœlorum. Auditis autem his, diſcipuli mirabãtur valde, dicentes, Quis ergo poterit ſaluus eſſe? Aſpiciens autem Ieſus, dixit illis, Apud homines hoc impoſsibile eſt: apud Deũ autem, omnia poſsibilia ſunt. Tunc reſpondens Petrus, dixit ei, Ecce, nos reliquimus omnia, & ſecuti ſumus te: quid ergo erit nobis? Ieſus autem dixit illis, Amen dico vobis, quòd vos qui ſecuti eſtis me, in regeneratione cum ſederit filius hominis in ſede maieſtatis ſuæ, ſedebitis & vos ſuper ſedes duodecim, iudicantes duodecim tribus Iſrael. Et omnis qui reliquerit domum, vel fratres, aut ſorores, aut patrem, aut matrem, aut vxorem, aut filios, aut agros propter nomen meum: centuplum accipiet, & vitam æternam poſsidebit. Multi autem erunt primi, nouiſsimi: & nouiſsimi, primi.

Mar.10 b Luc.18 c
Mar.10 b Luc.18 d
Exod.20 c
Mar.10 d Luc.13 f

S. [redacted], ac matri filiorum Zebedæi negata petitione, duos cæcos in Iericho CHRISTVS *illuminat.* CAPVT XX.

A SImile eſt regnum cœlorum homini patrifamiliâs qui exijt primo mane conducere operarios in vineam ſuam. Conuentione autem facta cum operarijs ex denario diurno, miſit eos in vineã ſuam. Et egreſſus circa horam tertiam, vidit alios ſtantes in foro otioſos, & dixit illis, Ite & vos in vineam meam: & quod iuſtum fuerit, dabo vobis. Illi autem abierũt. Iterum autẽ exijt circa ſextam & nonam horam: & fecit ſimiliter. Circa vndecimã verò exijt, & inuẽnit alios ſtantes, & dicit illis, Quid hîc ſtatis tota die otioſi? Dicunt ei, Quia nemo nos cõduxit, Dicit illis, Ite & vos in vineam meam. Cum ſero autem factum eſſet, dicit Dominus vineæ procuratori ſuo, Voca operaB rios, & redde illis mercedem, incipiens à nouiſsimis vſq; ad primos. Cum veniſſent ergo qui circa vndecimam horam venerant, acceperunt ſingulos denarios. Venientes autem & primi, arbitrati ſunt quòd plus eſſent accepturi: acceperunt autem & ipſi ſingulos denarios. Et accipientes murmurabant aduerſus patremfamiliâs, dicentes, Hi nouiſsimi vna hora fecerunt: & pares illos nobis feciſti qui portauimus põdus diei & æſtus. At ille reſpondens, vni eorum dixit, Amice non facio tibi iniuriam: nónne ex denario conueniſti mecum? Tolle quod tuum eſt, & vade: volo autem & huic nouiſsimo dare ſicut & tibi. Aut non licet mihi quod volo, facere? an oculus tuus nequam eſt quia ego bonus ſum? Sic erunt nouiſsimi, primi: & primi, nouiſsimi. multi enim ſunt vocati: pauci verò electi. Et aſcendens Ieſus Ieroſolymam, aſſumpſit C duodecim diſcipulos ſecretò, & ait illis, Ecce aſcẽdimus Ieroſolymam, & filius hominis tradetur principibus ſacerdotum & ſcribis, & cõdemnabunt eum morte, & tradent eum gentibus ad illudendũ & flagellandũ & crucifigendũ, & tertia die reſurget. Tunc acceſsit ad eum mater filiorũ Zebedæi cum filijs ſuis, adorans & petens aliquid ab eo. Qui dixit ei, Quid vis? Ait illi, Dic vt ſedeant hi duo filij mei, vnus ad dexteram tuam, & vnus ad ſiniſtrã in regno tuo. Reſpondens autem Ieſus, dixit, Neſcitis quid petatis. Poteſtis bibere calicem quem ego bibiturus ſum? Dicunt ei, Poſſumus. Ait illis, Calicẽ quidem meum bibetis: ſedere autem ad dexteram meam & ſiniD ſtram, non eſt meum dare vobis, ſed quibus paratũ eſt à patre meo. Et audientes decem, indignati ſunt de duobus fratribus. Ieſus autem vocauit eos ad ſe: & ait, Scitis quia principes gentium dominantur eorũ: & qui maiores ſunt, poteſtatem exercent in eos. Non ita erit inter vos. ſed quicunq; voluerit inter vos maior fieri, ſit veſter miniſter. & qui voluerit inter vos primus eſſe, erit veſter ſeruus: ſicut filius hominis non venit miniſtrari, ſed miniſtrare, & dare animã ſuam in redemptionem pro multis. Et egredientibus illis ab Iericho, ſecuta eſt eum turba multa: & ecce duo cæci ſedentes ſecus viam, audierunt quia Ieſus tranſiret: & clamauerunt, dicentes, Domine, miſerere noſtri, fili Dauid. Turba autem increpabat eos vt tacerẽt. At illi magis clamabant, dicentes, Domine, miſerere noſtri, fili Dauid. Et ſtetit Ieſus, & vocauit eos, & ait, Quid vultis vt faciam vobis? Dicunt illi, Domine, vt aperiantur oculi noſtri. Miſertus autem eorum Ieſus: tetigit oculos eorum. Et confeſtim viderunt: & ſecuti ſunt eum.

Mar.10 a
Mar.10 g Luc.22 c
Mar.10 g Luc.18 f g

S. CHRISTVS *ſuper aſinam Ieruſalem ingreſſus, negotiatores à templo eijcit, multis ſanitatem præſtat, ſolo eius uerbo ficulneæ aruit. Iudæis ſub uineæ agricolis locatæ parabola ſuam denegat poteſtatem.* CAPVT XXI.

A ET cum appropinquaſſent Ieroſolymis, & veniſſent Bethphage ad montem Olíueti, tunc Ieſus miſit duos diſcipulos, dicens eis, Ite in caſtellum quod contra vos eſt, & ſtatim inuenietis aſinam alligatam & pullũ cum ea: ſoluite, & adducite mihi. & ſi quis vobis aliquid dixerit: dicite quia Dominus his opus habet: & confeſtim dimittet eos. Hoc autem factum eſt, vt adimpleretur quod dictum eſt per prophetam, dicentem, Dicite filiæ Sion, Ecce rex tuus venit tibi manſuetus, ſedens ſuper aſinam & pullum filium ſubiugalis. Euntes autem diſcipuli, fecerunt ſicut præcepit illis Ieſus. Et adduxerunt aſinam & pullum: & impoſuerunt ſuper eos veſtimenta ſua, & eum déſuper ſedere fecerunt. Plurima autem turba ſtrauerunt veſtimenta ſua in via: alij autem cædebant ramos de arboribus, & ſternebant in via. turbæ autem quæ precedebant & quæ ſequebantur, clamabant, dicentes, Hoſanna filio Dauid: benedictus qui venit in nomine Domini: hoſanna in altiſsimis.

Mar.11 d Luc.19 c
Eſa.62 d Zacha.9 b Ioan.12 b
Pſal.117 d

B Et cum intraſſet Ieroſolymam, commota eſt vniuerſa ciuitas, dicens, Quis eſt hic? Populi autẽ dicebant, Hic eſt Ieſus propheta à Nazareth Galilææ. Et intrauit Ieſus in templum Dei: & eijciebat omnes vendentes & ementes in tẽplo, & menſas numulariorũ, & cathedras vendentium columbas euertit, & dicit eis, Scriptũ eſt, Domus mea, domus orationis vocabitur: vos autem feciſtis illam, ſpeluncam latronũ. Et acceſſerunt ad eum cæci, & claudi in templo: & ſanauit eos. Videntes autem principes ſacerdotũ & ſcribæ mirabilia quæ fecit, & pueros clamantes in templo & dicentes, Hoſanna filio Dauid: indignati ſunt, & dixerunt ei, Audis quid iſti dicunt? Ieſus autem dicit eis, Vtique. nunquam legiſtis, Quia ex ore infantium & lactentium perfeciſti laudem? Et relictis illis, abijt foras extra ciuitatem in Bethaniam: ibiq; manſit. Mane autem reuertens in ciuitatem, eſurijt. Et videns ſici arborem vnam ſecus viam, venit ad eam: & nihil inuenit in ea niſi folia tantum, & ait illi, Nunquã ex te fructus naſcatur in ſempiternum. Et arefacta eſt continuo ficulnea. Et videntes diſcipuli, mirati ſunt dicentes, Quomodo continuò aruit? Reſpondens autẽ Ieſus, ait eis, Amen dico vobis, ſi habueritis fidem, & non

Mar.11 b Luc.19 g
Eſa.56 c Ierem.7 b
Pſal.8 a
Mar.11 b
Mar.11 c

supra 19 d Mar.10 d Luc.13 f
Mar.10 c Luc.18 c

& non hæſitaueritis, non ſolum de ficulnea facietis, ſed & ſi
Supra 7 d monti huic dixeritis, Tolle & iacta te in mare: fiet. Et omnia
Ioan.15 d quæcunq; petieritis in oratione credentes, accipietis. Et cùm
C veniſſet in templũ, acceſſerunt ad eũ docentem, principes ſacerdotum & ſeniores populi, dicentes, In qua poteſtate hæc facis? & quis tibi dedit hanc poteſtatem? Reſpondens autem
Mar.11 d Ieſus, dixit eis, Interrogabo vos & ego vnũ ſermonem: quem
Luc.20 d ſi dixeritis mihi, & ego vobis dicam in qua poteſtate hæc facio. Baptiſmus Ioannis vnde erat: è cœlo, an ex hominibus? At illi cogitabant inter ſe, dicẽtes, Si dixerimus è cœlo: dicet nobis, Quare ergo non credidiſtis illi? Si autem dixerimus ex hominibus: timemus turbam. omnes enim habebant Ioan-
Supra 14 d nem ſicut prophetam. Et reſpondentes Ieſu, dixerũt, Neſcimus. Ait illis & ipſe, Nec ego dico vobis in qua poteſtate hęc facio. Quid autem vobis videtur? Homo quidã habebat duos filios: & accedens ad primum dixit, Fili, vade hodie operare in vinea mea. Ille autem reſpondens, ait, Nolo. Poſtea autem pœnitentia motus, abijt. Accedens autem ad alterum, dixit ſimiliter. At ille reſpondens, ait, Eo Domine. Et non iuit. Quis ex duobus fecit voluntatem patris? Dicunt ei, Primus. Dicit illis Ieſus, Amẽ dico vobis quia publicani & meretrices præcedunt vos in regno Dei. Venit autem ad vos Ioannes in via iuſtitiæ: & non credidiſtis ei. publicani autem & meretrices crediderunt ei: vos autem videntes nec pœnitẽtiam habuiſtis
D poſtea, vt credaretis ei. Aliam parabolam audite. Homo erat
Marc.12 d paterfamiliâs qui plantauit vineam, & ſepem circundedit ei,
Luc.20 b & fodit in ea torcular, & ædificauit turrim, & locauit eam agri
Eſa.5 d colis: & peregre profectus eſt. Cum autem tempus fructuum
Iere.2 d appropinquaſſet, miſit ſeruos ſuos ad agricolas vt acciperent fructus eius. Et agricolæ apprehenſis ſeruis eius, alium ceciderunt, alium occiderunt, alium verò lapidauerunt. Iterũ miſit alios ſeruos plures prioribus: & fecerunt illis ſimiliter. Nouiſsimè autem miſit ad eos filium ſuum, dicens, Verebuntur filium meum. Agricolæ autem videntes filium, dixerũt inter ſe, Hic eſt hæres, venite, occidamus eum, & habebimus hæreditatem eius. Et apprehenſum eũ eiecerunt extra vineam: & occîderunt. Cùm ergo venerit Dominus vineæ, quid faciet agricolis illis? Aiunt illi, Malos male perdet: & vineam ſuam
Pſal.117 d locabit alijs agricolis, qui reddent ei fructum temporibus ſuis.
Act.4 b Dicit illis Ieſus, Nunquam legiſtis in ſcripturis? Lapidem
Roma.9 g quem reprobauerunt ædificantes, hic factus eſt in caput an-
1.Pet.2 a guli? A Domino factum eſt iſtud: & eſt mirabile in oculis
Eſa.28 d noſtris. Ideò dico vobis, quia auferetur à vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti fructus eius. Et qui ceciderit ſuper lapidem iſtum, confringetur: ſuper quem verò ceciderit, conteret eum. Et cum audiſſent principes ſacerdotum & phariſæi parabolas eius: cognouerũt quòd de ipſis diceret. Et quærentes eum tenere, timuerunt turbas: quoniam ſicut prophetam eum habebant.

§. REPROBATIS *nuptiarum contemptoribus, & Cæſarei cenſus exploratoribus, mortuorum reſurrectionem & præceptum primum affirmat, & ſe Dauid filium approbat.*

CAPVT XXII.

A ET reſpondens Ieſus dixit iterum in parabolis eis,
Luc.14 d dicens, Simile factum eſt regnum cœlorum homini regi, qui fecit nuptias filio ſuo. Et miſit ſeruos ſuos vocare inuitatos ad nuptias: & nolebant venire. Iterum miſit alios ſeruos, dicens, Dicite inuitatis, Ecce prandium meum paraui, tauri mei & altilia occiſa ſunt, & omnia parata; venite ad nuptias. Illi autem neglexerũt: & abierunt, alius in villam ſuam, alius verò ad negotiationem ſuam: reliqui verò tenuerunt ſeruos eius, & contumelijs affectos occiderunt. Rex autem cum audiſſet, iratus eſt: & miſsis exercitibus ſuis perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum ſuccendit. Tunc ait ſeruis ſuis, Nuptiæ quidem paratæ ſunt: ſed qui inuitati erant, non fuerunt digni. ite ergo ad exitus viarũ:
B & quoſcunq; inueneritis, vocate ad nuptias. Et egreſſi ſerui eius in vias, congregauerũt omnes quos inuenerunt, malos & bonos: & impletæ ſunt nuptiæ diſcumbentium. Intrauit autem rex vt videret diſcumbentes: & vidit ibi hominem non veſtitum veſte nuptiali. Et ait illi, Amice, quomodo huc intraſti non habens veſtem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex miniſtris, Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum in tenebras exteriores: ibi erit fletus & ſtridor dentium. Multi enim ſunt vocati: pauci verò electi. Tunc abeuntes Mar.12 b
phariſæi, conſilium inierunt, vt caperent eum in ſermone. Et & c
mittunt ei diſcipulos ſuos cum Herodianis, dicentes, Magi- Luc.20 d
ſter, ſcimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & nõ eſt tibi cura de aliquo, non enim reſpicis perſonam hominũ: dic ergo nobis quid tibi videtur, licet cenſum dare Cæſari, an
C non? Cognita autem Ieſus nequitia eorum, ait, Quid me tentatis hypocritæ? oſtendite mihi numiſma cenſus. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis Ieſus. Cuius eſt imago hæc, & ſuperſcriptio? Dicunt ei, Cæſaris. Tunc ait illis, Reddite er- Roma.13 c
go quæ ſunt Cæſaris, Cæſari: & quæ ſunt Dei, Deo. Et audientes mirati ſunt, & relicto eo abierunt. Illo die acceſſerũt Mar.12 b
ad eum Sadducæi, qui dicunt non eſſe reſurrectionem: & in- Luc.20 d
terrogauerunt eum, dicentes, Magiſter, Moyſes dixit, Si quis Act.23 b
mortuus fuerit non habens filium, vt ducat frater eius vxorem Deut.25 b
illius, & ſuſcitet ſemen fratri ſuo. Erant autẽ apud nos ſeptem fratres: & primus vxore ducta defunctus eſt. & nõ habens ſemen, reliquit vxorem ſuam fratri ſuo. Similiter ſecundus & tertius vſq; ad ſeptimum. Nouiſsimè autem omnium, & mulier defuncta eſt. In reſurrectione ergo, cuius erit de ſeptem, vxor? omnes enim habuerunt eam. Reſpõdens autem Ieſus, ait illis, Erratis neſcientes ſcripturas, neq; virtutem Dei. In reſurrectione enim neq; nubent, neq; nubentur: ſed ſunt ſicut angeli Dei in cœlo. De reſurrectione autem mortuorum non legiſtis quod dictum eſt à Deo, dicẽte vobis? Ego ſum Deus Exod.3 b
D Abraham, & Deus Iſaac, & Deus Iacob. Non eſt Deus mortuorum, ſed viuentium. Et audientes turbæ, mirabãtur in do- Mar.11 c
ctrina eius. Phariſæi autem audientes quòd ſilentiũ impo- Luc.10 d
ſuiſſet Sadducæis, conuenerunt in vnum: & interrogauit eum vnus ex eis legis doctor, tentãs eum, Magiſter, quod eſt mandatum magnũ in lege? Ait illi Ieſus, Diliges Dominũ Deum Deut.6 a
tuum ex toto corde tuo, & in tota anima tua, & in tota mente tua. Hoc eſt maximum & primũ mandatum. Secundũ autem Leuit.19 d
ſimile eſt huic, Diliges proximũ tuum ſicut teipſum. In his Mar.12 c
duobus mãdatis vniuerſa lex pendet & prophetæ. Congregatis autem phariſæis, interrogauit eos Ieſus, dicẽs, Quid vo- Mar.12 d
bis videtur de Chriſto? Cuius filius eſt? Dicunt ei, Dauid. Ait Luc.20 d
illis, Quomodo ergo Dauid in ſpiritu vocat eum Dominum? dicens, Dixit Dominus Domino meo, ſede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos ſcabellum pedum tuorũ. Si er- Pſal.109 a
go Dauid vocat eum Dominũ: quomodo filius eius eſt? Et nemo poterat ei reſpondere verbũ: neq; auſus fuit quiſquam ex illa die eum amplius interrogare.

§. PROBATA *Scribarum & Phariſæorum doctrina, eorũ opera reprobat multis maledictis, & tandem ſimile illis comminatur exitium.*

CAPVT XXIII.

A VNc Ieſus locutus eſt ad turbas & ad diſcipulos
ſuos, dicens, Super cathedram Moyſi ſederunt ſcribæ & phariſæi. Omnia ergo quæcunq; dixerint vobis, ſeruate & facite: ſecundum opera verò
Luc.11 g eorum nolite facere. dicunt enim & non faciunt. Alligant autem onera grauia & importabilia, & imponunt in humeros hominum: digito autem ſuo nolunt ea mouere. Omnia verò
Mar.12 d opera ſua faciunt vt videantur ab hominibus. dilatant enim
Luc.11 f philacteria ſua, & magnificant fimbrias. Amant autem pri- & 20 g
mos recubitus in cœnis, & primas cathedras in ſynagógis, &
Iaco.3 a ſalutationes in foro, & vocari ab hominibus, rabbi. Vos autẽ

nolite

nolite vocari rabbi. vnus est enim magister vester: omnes autem vos, fratres estis. Et patrē nolite vocare vobis super terrā:
B vnus est enim pater vester qui in cœlis est. Nec vocemini magistri: quia magister vester, vnus est, Christus. Qui maior est
Luc. 14 c & 18 c vestrum, erit minister vester. Qui autem se exaltauerit, humiliabitur: & qui se humiliauerit, exaltabitur. Væ autem vobis scribæ & pharisæi hypocritæ: quia clauditis regnum cœlorū ante homines. vos enim non intratis: nec introeuntes sinitis intrare. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ: qui comeditis
Mar. 12 d Luc. 20 g domos viduarum, oratione longa orantes, propter hoc amplius accipietis iudicium. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ: quia circuitis mare & aridam, vt faciatis vnum proselytum: & cum fuerit factus, facitis eum filium gehennæ duplo quàm vos. Væ vobis duces cæci, qui dicitis, Quicunq; iurauerit per templum, nihil est: qui autem iurauerit in auro templi, debitor est. Stulti & cæci, quid enim maius est, aurum, an templum quod sanctificat aurum? Et quicunq; iurauerit in altari, nihil est: quicunq; autem iurauerit in dono quod est super illud, debet. Cæci, quod enim maius est, donum, an altare quod sanctificat donum? Qui ergo iurat in altari: iurat in eo &
C in omnibus quæ super illud sunt. & quicunque iurauerit in templo: iurat in illo & in eo qui habitat in ipso: & qui iurat in
Luc. 11 f cœlo, iurat in throno Dei & in eo qui sedet super eum. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ: quia decimatis mentam & anethum & cyminum, & reliquistis quæ grauiora sunt legis, iudicium, & misericordiam, & fidem. hæc oportuit facere, & illa non omittere. Duces cæci, excolantes culicem, camelum autem glutientes. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ: quia mūdatis quod déforis est calicis & paropsidis, intus autem pleni estis rapina & immunditia. Pharisæe cæce, munda prius quod intus est calicis & paropsidis, vt fiat & id quod déforis est, mundum. Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ: quia similes estis sepulchris dealbatis, quæ à foris parent hominibus speciosa, intus verò plena sunt ossibus mortuorum, & omni spurcitia. sic & vos à foris quidē paretis hominibus iusti: intus autem pleni estis hypocrisi & iniquitate.
D Væ vobis scribæ & pharisæi hypocritæ: quia ædificatis sepulchra prophetarū, & ornatis monumenta iustorū, & dicitis, Si fuissemus in diebus patrum nostrorū, non essemus socij eorum in sanguine prophetarū. itaq; testimonio estis vobismetipsis quia filij estis eorum qui prophetas occiderunt. Et vos implete mensuram patrum vestrorū. Serpentes genimina viperarū: quomodo fugietis à iudicio gehennæ? Ideò dico vobis, Ecce ego mitto ad vos prophetas & sapientes & scribas, & ex illis occidetis & crucifigetis, & ex eis flagellabitis in synagógis vestris, & persequemini de ciuitate in ciuitatē: vt veniat super vos omnis sanguis iustus qui effusus est super terGene. 4 b Hebr. 11 d 2. Par. 24 f Luc. 11 g ram, à sanguine Abel iusti vsq; ad sanguinem Zachariæ filij Barachiæ, quem occidistis inter templū & altare. Amen dico vobis: venient hæc omnia super generationem istam. Ierusalem Ierusalem, quæ occîdis prophetas, & lapidas eos qui ad
4. Esdr. 1 c te missi sunt, quoties volui congregare filios tuos quemadmodum gallina congregat pullos suos sub alas, & noluisti? Ecce relinquetur vobis domus vestra deserta. Dico enim vobis, non me videbitis ámodo donec dicatis, Benedictus qui venit in nomine Domini.

S. DISCIPVLIS sciscitantibus à CHRISTO signum aduentus eius & finis seculi, multa cauenda præcipit, & uaria futura prodigia prædicit. CAPVT XXIIII.

A ET egressus Iesus de templo, ibat. Et accesserunt
Mar. 13 a Luc. 21 b discipuli eius vt ostēderent ei ædificationes templi. Ipse autem respōdens, dixit illis, Videtis hæc
Luc. 19 g omnia? Amen dico vobis, non relinquetur hic lapis super lapidem qui non destruatur. Sedente autem eo super montē Oliueti, accesserūt ad eum discipuli secretò, dicentes, Dic nobis, quando hæc erunt? & quod signum aduentus tui, & consummationis seculi? Respondens Iesus, dixit eis,
Videte ne quis vos seducat. multi enim venient in nomine Ephe. 5 b meo, dicentes, Ego sum Christus: & multos seducent. Audi- Coloss. 2 d turi enim estis prælia & opiniones præliorum. Videte ne turbemini. oportet enim hæc fieri: sed nondum est finis. Consurget enim gens in gentem, & regnum in regnum: & erunt pestilentiæ, & fames, & terræmotus per loca. hæc autem omnia, initia sunt dolorum. Tunc tradent vos in tribulatio- Ioan. 15 c nem, & occident vos: & eritis odio omnibus gentibus pro- & 16 a pter nomen meum. Et tunc scandalizabuntur multi: & inui- Supra 10 e cem tradent, & odio habebunt inuicem. Et multi pseudo-
B prophetæ surgent: & seducent multos. Et quoniam abundabit iniquitas: refrigescet charitas multorum. qui autem perseuerauerit vsq; in finem, hic saluus erit. Et prædicabitur hoc Euangelium regni in vniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus: & tunc veniet consummatio. Cum ergo videri- Mar. 13 b tis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele pro- Luc. 21 d pheta, stantem in loco sancto (qui legit intelligat) Tunc qui Dani. 9 g in Iudæa sunt, fugiant ad montes. & qui in tecto: non descendat tollere aliquid de domo sua. & qui in agro: non reuertatur tollere tunicam suam. Væ autem prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate autē vt non fiat fuga vestra in hyeme vel sabbatho. erit enim tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi vsque modo, neq; fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter ele- Mar. 13 c ctos breuiabuntur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit, Ec- Luc. 17 c ce hîc est Christus, aut illic: nolite credere, surgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna & prodigia, ita vt in errorem inducantur (si fieri potest)
C etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis, Ecce in deserto est: nolite exire. ecce in penetralibus: nolite credere. Sicut enim fulgur exit ab oriente, & paret vsque in occidentem: ita erit & aduentus filij hominis. Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ. Statim autem post Mar. 13 c tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non Luc. 21 c dabit lumen suum, & stellæ cadent de cœlo, & virtutes cœlo- Ezech. 32 b rum commouebūtur: & tunc parebit signum filij hominis in Esa. 13 b cœlo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbūt filium Ioel. 3 c hominis venientem in nubibus cœli cum virtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cū tuba & voce magna: & con- Apoc. 1 b gregabunt electos eius à quatuor ventis, à summis cœlorum vsq; ad terminos eorum. Ab arbore autem fici, discite parabolam: cum iam ramus eius tener fuerit & folia nata, scitis quia prop est æstas. ita & vos, cùm videritis hæc omnia, scitote quia propè est in ianuis. Amen dico vobis: quia non præteribit generatio hæc donec hæc omnia fiant. Cœlum & Mar. 13 d terra transibunt: verba autem mea non præteribunt. De die Luc. 17 f
D autem illa & hora nemo scit, neq; angeli cœlorum, nisi solus Gene. 7 b pater. Sicut autem in diebus Noe: ita erit & aduentus filij hominis. sicut enim erant in diebus ante diluuium comedentes & bibentes, nubentes & nuptui tradentes, vsq; ad eum diem quo intrauit Noe in arcam, & non cognouerunt donec vēnit diluuium, & tulit omnes: ita erit & aduentus filij homi- Luc. 17 g nis. Tunc duo erunt in agro: vnus assumetur, & vnus relinquetur. duæ molentes in mola: vna assumetur, & vna relinquetur. duo in lecto: vnus assumetur, & vnus relinque- Mar. 13 d tur. Vigilate ergo: quia nescitis qua hora Dominus vester venturus sit. Illud autem scitote quoniam si sciret paterfami- Luc. 21 c liâs qua hora fur venturus esset, vigilaret vtiq;, & non sineret perfodi domum suam. Ideò & vos estote parati: quia qua nescitis hora filius hominis venturus est. Quis, putas, est fide- Luc. 12 c lis seruus & prudens, quem constituit Dominus suus super familiam suam, vt det illis cibum in tempore? Beatus ille ser- Apoc. 16 c uus, quem cùm venerit dominus eius, inuenerit sic facientem. Amen dico vobis, quoniam super omnia bona sua constituet eum. Si autem dixerit malus seruus ille in corde suo, Moram facit dominus meus venire: & cœperit percutere conseruos

suos

suos, manducet autem & bibat cum ebriosis: veniet Dominus serui illius in die qua non sperat, & hora qua ignorat, & diuidet eum, partemq; eius ponet cum hypocritis. illic erit fletus & stridor dentium.

S. FVTVRI iudicij seueritas per parabolas x. virginum & x. talentorum arguitur, ac iustorum & iniustorum per opera discrimen & situs ordinatur. CAPVT XXV.

A VNc simile erit regnum cœlorum decem virginibus, quæ accipientes lampades suas exierunt obuiam sponso. Quinq; autem ex eis erant fatuæ, & quinq; prudentes: sed quinq; fatuæ, acceptis lampadibus, non sumpserunt oleum secum: prudentes verò, acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Morã autem faciente sponso, dormitauerunt omnes ac dormierunt. Media autem nocte clamor factus est, Ecce sponsus venit, exite obuiam ei. Tunc surrexerunt omnes virgines illæ: & ornauerũt lampades suas. Fatuæ autem sapientibus dixerunt, Date nobis de oleo vestro: quia lampades nostræ extinguuntur. Responderunt prudentes, dicentes, Ne fortè non sufficiat nobis & vobis, ite potius ad vendentes, & emite vobis. Dum autem irent emere, vênit sponsus: & quæ paratæ erant, intrauerunt cum eo ad nuptias, & clausa est ianua. Nouissimè verò veniũt & reliquæ virgines, dicentes, Domine, Domine, aperi nobis.

B At ille respondens, ait, Amen dico vobis, nescio vos. Vigilate itaq;: quia nescitis diem neq; horam. Sicut enim homo peregre proficiscẽs, vocauit seruos suos, & tradidit illis bona sua. Et vni dedit quinq; talenta, alij autem duo, alij verò vnũ, vnicuiq; secundum propriam virtutem: & profectus est statim. Abijt autem qui quinq; talenta acceperat, & operatus est in eis, & lucratus est alia quinq;. Similiter & qui duo acceperat, lucratus est alia duo. Qui autem vnum acceperat, abiens, fodit in terram, & abscondit pecuniam Domini sui. Post multum verò temporis venit Dominus seruorum illorum, & posuit rationem cum eis. Et accedens qui quinq; talenta acceperat, obtulit alia quinq; talenta, dicens, Domine, quinq; talenta tradidisti mihi: ecce alia quinq; superlucratus sum. Ait illi dominus eius, Euge serue bone & fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudiũ Domini tui. Accessit autem & qui duo talenta acceperat, & ait, Domine duo talenta tradidisti mihi: ecce alia duo superlucratus sum. Ait illi Dominus eius, Euge serue bone & fidelis, quia super

C pauca fuisti fidelis, super multa te constituam: intra in gaudiũ Domini tui. Accedens autem & qui vnum talentum acceperat, ait, Domine, scio quia homo durus es, metis vbi non seminasti, & cõgregas vbi non sparsisti, & timens abij, & abscondi talentum tuum in terra: ecce habes quod tuum est. Respondens autem Dominus eius, dixit ei, Serue male & piger, sciebas quia meto vbi non semino, & congrego vbi non sparsi: oportuit ergo te committere pecuniam meam numularijs, & veniens ego recepissem vtiq; quod meũ est cum vsura. Tollite itaq; ab eo talentum, & date ei qui habet decem talenta. omni enim habenti, dabitur & abundabit: ei autem qui non habet, & quod videtur habere auferetur ab eo. Et inutilẽ seruum eijcite in tenebras exteriores. illic erit fletus & stridor dentium. Cum autem venerit filius hominis in maiestate sua, & omnes angeli cum eo, tunc sedebit super sedem maiestatis suæ: & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor segregat oues ab hœdis: & statuet oues quidem à dextris suis, hœdos autem à sinistris. Tunc dicet rex his qui à dextris eius erunt, Venite benedicti patris mei, possidete paratum vobis regnum à constitutione mundi. esuriui enim: & dedistis mihi manducare. sitiui: & de-

D disti mihi bibere. hospes erã: & collegistis me. nudus: & operuistis me. infirmus: & visitastis me. in carcere eram: & veni-
stis ad me. Tunc respondebunt ei iusti, dicentes, Domine quando te vidimus esurientem, & pauimus: sitientem, & dedimus tibi potum? quando autem te vidimus hospitẽ, & collegimus te: aut nudum, & cooperuimus te? aut quando te vidimus infirmum, aut in carcere: & venimus ad te? Et respondens rex, dicet illis, Amen dico vobis, quandiu fecistis vni de his fratribus meis minimis, mihi fecistis. Tunc dicet & his qui à sinistris erunt, Discedite à me maledicti, in ignem æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius. esuriui enim: & non dedistis mihi manducare. sitiui: & non dedistis mihi potum. hospes eram: & non collegistis me. nudus: & non operuistis me. infirmus, & in carcere: & non visitastis me. Tunc respondebunt ei & ipsi, dicentes, Domine quando te vidimus esurientem, aut sitientem, aut hospitem, aut nudum, aut infirmũ, aut in carcere: & non ministrauimus tibi? Tunc respondebit illis, dicens, Amen dico vobis; quandiu non fecistis vni de minoribus his, nec mihi fecistis. Et ibunt hi, in supplicium æternum: iusti autem, in vitam æternam.

Psal. 5 c
Supra 7 d
Luc. 13 f
Ioan. 5 c

S. CHRISTVS cœna facta in cœnaculo & precatione in horto à Iuda traditur, à Iudæis capitur, ducitur, & accusatur, atq; à Petro negatur. CAPVT XXVI.

A FACTVM est cum consummasset Iesus sermones hos omnes, dixit discipulis suis, Scitis quia post biduum pascha fiet, & filius hominis tradetur vt crucifigatur. Tunc congregati sunt principes sacerdotum & seniores populi in atriũ principis sacerdotũ, qui dicebatur Caiphas: & consiliũ fecerũt vt Iesum dolo tenerẽt, & occîderent. Dicebant autem, Non in die festo, ne fortè tumultus fieret in populo. Cum autem Iesus esset in Bethania in domo Simônis Leprosi, accessit ad eum mulier habens alabastrũ vnguenti pretiosi, & effudit super caput ipsius recumbentis. Videntes autem discipuli, indignati sunt dicentes, Vt quid perditio hæc? potuit enim istud venundari multo, & dari pauperibus. Sciens autem Iesus, ait illis, Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me. nam semper pauperes habetis vobiscum: me autẽ non semper habetis. Mittens enim hæc vnguentũ hoc in corpus meũ, ad sepeliendũ me fecit. Amen dico vobis, vbicunq; prædicatũ fuerit hoc euangeliũ in toto mundo, dicetur & quod hæc fecit, in memoriam eius. Tunc abijt vnus de duodecim qui dicitur

B Iudas Iscariotes, ad principes sacerdotũ: & ait illis, Quid vultis mihi dare, & ego vobis eum tradam? At illi constituerunt ei triginta argenteos. Et exinde quærebat opportunitatem vt eum traderet. Prima autem die azymorũ accesserunt discipuli ad Iesum, dicentes, Vbi vis paremus tibi comedere pascha? At Iesus dixit, Ite in ciuitatẽ ad quendam: & dicite ei, Magister dicit, Tempus meũ propè est, apud te facio pascha cum discipulis meis. Et fecerunt discipuli sicut constituit illis Iesus: & parauerunt pascha. Vespere autem facto, discumbebat cum duodecim discipulis suis. Et edentibus illis, dixit, Amen dico vobis quia vnus vestrũ me traditurus est. Et contristati valde, cœperũt singuli dicere, Nunquid ego sum Domine? At ipse respõdens, ait, Qui intingit mecum manum in paropside, hic me tradet. Filius quidem hominis vadit, sicut scriptum est de illo: væ autem homini illi per quem filius hominis tradetur. bonũ erat ei, si natus non fuisset homo ille. Re-

C spondens autem Iudas qui tradidit eum, dixit, Nunquid ego sum rabbi? Ait illi, Tu dixisti. Cœnantibus autem eis, accepit Iesus panem, & benedixit, ac fregit: deditq; discipulis suis, & ait, Accipite & comedite: hoc est corpus meũ. Et accipiens calicem, gratias egit: & dedit illis, dicẽs, Bibite ex hoc omnes. Hic est enim sanguis meus noui testamenti, qui pro multis effundetur in remissionem peccatorum. Dico autem vobis, non bibam ámodo de hoc genimine vitis vsq; in diem illum cum illud bibam vobiscum nouum in regno patris mei. Et hymno dicto, exierunt in montem Oliueti. Tunc dicit illis Iesus, Omnes vos scandalum patiemini in me in

Mar. 14 a
Luc. 22 a
Ioan. 11 a
Mar. 14 a
Mar. 14 b
Luc. 22 a
Mar. 14 b
Luc. 22 a
Mar. 14 b
Luc. 22 b
Ioan. 13 b
Psal. 40 c
1. Corin. 11 f

ista

Supra 13 b
Mar. 4 c
Lucæ 8 c
& 19 d
Esa. 58 b
Ezech. 18 b
Eccle. 7 d

Mar.14 c Luc.22 d Ioan.18 d Ioan.16 g Zacha.13 c Mar.14 c & 16 b Mar.14 c

ista nocte. Scriptum est enim, Percutiam pastorem, & dispergentur oues gregis. Postquam autem resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Respondens autem Petrus, ait illi, Et si omnes scandalizati fuerint in te, ego nunquam scandalizabor. Ait illi Iesus, Amen dico tibi, quia in hac nocte antequam gallus cantet, ter me negabis. Ait illi Petrus, Etiam si oportuerit me mori tecum, non te negabo. Similiter & omnes discipuli dixerunt. Tunc venit Iesus cum illis in villam quæ dicitur Gethsemani: & dixit discipulis suis, Sedete hic, donec vadam illuc & orem. Et assumpto Petro & duobus filijs Zebedæi, cœpit contristari & mœstus esse. Tunc ait illis, Tristis est anima mea vsq; ad mortẽ, sustinete hîc, & vigilate mecum. Et progressus pusillũ, prócidit in faciẽ suam, orans, & dicens, Pater mi, si possibile est, transeat à me calix iste. veruntamen non sicut ego volo, sed sicut tu. Et venit ad discipulos suos, & inuenit eos dormientes: & dicit Petro, Sic non potuistis vna hora vigilare mecum? Vigilate, & orate vt nõ intretis in tentationẽ. spiritus quidẽ promptus est, caro autem infirma. Iterum secundò abijt: & orauit dicens, Pater mi, si non potest hic calix transire nisi bibam illum: fiat voluntas tua. Et venit, & iterum inuenit eos dormientes. erant enim oculi eorum grauati. Et relictis illis, iterũ abijt: & orauit tertiò, eundem sermonem dicens. Tunc venit ad discipulos, & dicit illis, Dormite iam, & requiescite: ecce appropinquauit hora, & filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus: ecce appropinquauit qui me tradet. Adhuc eo loquẽte, ecce Iudas vnus de duodecim venit, & cum eo turba multa cum gladijs & fustibus, missi à principibus sacerdotum & senioribus populi. Qui autẽ tradidit eum, dedit illis signũ, dicens, Quencunq; osculatus fuero, ipse est, tenete eum. Et confestim accedens ad Iesum, dixit, Aue rabbi. Et osculatus est eũ. Dixitq; illi Iesus, Amice, ad quid venisti? Tunc accesserunt & manus iniecerunt in Iesum: & tenuerunt eum. Et ecce vnus ex his qui erant cum Iesu, extendens manum, exemit gladium suum: & percutiens seruum principis sacerdotum, amputauit auriculam eius. Tunc ait illi Iesus, Conuerte gladium tuum in locum suum: omnes enim qui acceperint gladium, gladio peribunt. An putas quia nõ possum rogare patrem meum: & exhibebit mihi modo plus quàm duodecim legiones angelorum? Quomodo ergo implebuntur scripturæ, quia sic oportet fieri? In illa hora dixit Iesus turbis, Tanquã ad latronem existis cum gladijs & fustibus comprehendere me? quotidie apud vos sedebã docens in templo: & non me tenuistis. Hoc autem totũ factũ est, vt adimplerẽtur scripturæ prophetarũ. Tunc discipuli omnes, relicto eo fugerunt. At illi tenentes Iesum, duxerunt ad Caiphã principem sacerdotũ, vbi scribæ & seniores conuenerãt. Petrus autẽ sequebatur eum à longe, vsq; in atriũ principis sacerdotũ. Et ingressus intrò, sedebat cum ministris: vt videret finem. Principes autẽ sacerdotum & omne conciliũ quærebant falsum testimoniũ contra Iesum, vt eum morti traderent: & non inuenerũt, cum multi falsi testes accessissent. Nouissimè autem venerũt duo falsi testes, & dixerunt, Hic dixit, Possum destruere templum Dei, & post triduum reædificare illud. Et surgens princeps sacerdotũ, ait illi, Nihil respondes ad ea quæ isti aduersum te testificantur? Iesus autem tacebat. Et princeps sacerdotũ ait illi, Adiuro te per Deum viuum, vt dicas nobis si tu es Christus filius Dei. Dicit illi Iesus, Tu dixisti. veruntamen dico vobis, à modo videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis Dei, & venientem in nubibus cœli. Tunc princeps sacerdotum scidit vestimenta sua, dicens, Blasphemauit: quid adhuc egemus testibus? ecce nunc audistis blasphemiam, quid vobis videtur? At illi respondentes dixerunt, Reus est mortis. Tunc expuerunt in faciem eius: & colaphis eum ceciderunt, alij autem palmas in faciem eius dederunt, dicentes, Prophetiza nobis Christe, quis est qui te percussit? Petrus verò sedebat foris, in atrio: & accessit ad eum vna ancilla, dicens, Et tu cum Iesu Galilæo eras. At ille negauit coram omnibus, dicens, Nescio quid dicis. Exeunte autem illo ianuam, vidit eum alia ancilla: & ait his qui erant ibi, Et hic erat cum Iesu Nazareno. Et iterum negauit cum iuramento, Quia non noui hominem. Et post pusillum accesserunt qui stabant: & dixerũt Petro, Verè & tu ex illis es: nam & loquela tua manifestum te facit. Tunc cœpit detestari & iurare quia non nouisset hominem. Et continuo gallus cantauit. Et recordatus est Petrus verbi Iesu qui dixerat illi, Prius quàm gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras, fleuit amarè.

D E F G

Luc.22 c Ioan.13 d Mar.14 d Luc.22 d Mar.14 c Luc.22 c Ioan.18 d Ioan.9 d Apoc.13 c Esa.53 c Thre.4 d Mar.14 f Luc.22 f Ioan.18 c Ioan.2 d Esa.50 c Mar.14 g Luc.22 f Ioan.18 c

S. CHRISTVS *apud Pilatum uexatus, Iuda suspenso, & Barabba dimisso, damnatur, ad mortem trahitur, crucifigitur, & irridetur, moritur, à cruce demissus sepelitur.*

CAPVT XXVII.

A MAne autem facto consilium inierunt omnes principes sacerdotum & seniores populi aduersus Iesum: vt eum morti traderent. Et vinctum adduxerunt eum: & tradiderunt Pontio Pilato præsidi. Mar.15 a Luc.23 a Ioan.18 c

Tunc videns Iudas qui eum tradidit, quòd damnatus esset: pœnitentia ductus, retulit triginta argenteos principibus sacerdotum & senioribus, dicens, Peccaui, tradens sanguinem iustum. At illi dixerunt, Quid ad nos? tu videris. Et proiectis argẽteis in tẽplo, recessit: & abiens, laqueo se suspendit. Principes autem sacerdotũ acceptis argenteis, dixerunt, Non licet eos mittere in corbanã: quia pretium sanguinis est. Consilio autẽ inito, emerũt ex illis agrũ figuli, in sepulturã peregrinorum. Propter hoc vocatus est ager ille, Haceldema, hoc est ager sanguinis, vsq; in hodiernũ diem. Tũc impletũ est quod dictũ est per Ieremiam prophetã, dicentẽ, Et acceperunt triginta argẽteos pretium appretiati quem appretiauerunt à filijs Israel: & dederunt eos in agrum figuli, sicut constituit mihi Dominus. Act.1 c Zach.11 c

B Iesus autem stetit ante præsidem: & interrogauit eum præses, dicens, Tu es rex Iudæorum? Dicit illi Iesus, Tu dicis. Et cum accusaretur à principibus sacerdotum & senioribus, nihil respondit. Tunc dicit illi Pilatus, Non audis quanta aduersum te dicunt testimonia? Et non respondit ei ad vllum verbum: ita vt miraretur præses vehementer. Per diem autem solennem consueuerat præses populo dimittere vnum vinctũ quem voluissent: habebat autem tunc vinctum insignem, qui dicebatur Barabbas. Congregatis ergo illis, dixit Pilatus, Quem vultis dimittã vobis: Barabban, an Iesum qui dicitur Christus? Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum. Sedente autem illo pro tribunali, misit ad eum vxor eius, dicẽs, Nihil tibi & iusto illi. multa enim passa sum hodie per visum propter eum. Principes autem sacerdotum & seniores, persuaserũt populo vt peterent Barabban, Iesum verò perderent. Respõdens autem præses, ait illis, Quem vultis vobis de duobus dimitti? At illi dixerunt, Barraban. Dicit illis Pilatus, Quid igitur faciam de Iesu, qui dicitur Christus? Dicunt omnes, Crucifigatur. Ait illis præses, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, dicentes, Crucifigatur. Videns autem Pilatus quia nihil proficeret, sed magis tumultus fieret: accepta aqua, lauit manus corã populo, dicens, Innocens ego sum à sanguine iusti huius: vos videritis. Et respondens vniuersus populus, dixit, Sanguis eius super nos, & super filios nostros. Tunc dimisit illis Barabban: Iesum autem flagellatum tradidit eis vt crucifigeretur. Tunc milites præsidis suscipientes Iesum in prætorium, congregauerunt ad eum vniuersam cohortem: & exuentes eum, chlamydem coccineam circundederunt ei: & plectentes coronam de spinis, posuerunt super caput eius, & arundinem in dextra eius: & genu flexo ante eum, illudebant ei, dicentes, Aue rex Iudæorum. Et expuentes in eum, acceperunt arundinem, & percutiebant caput eius. Et postquam illuserunt ei, exuerunt eum chlamydẽ: & induerunt eum vestimentis eius, Mar.15 b Luc.23 b Ioan.18 g & 19 c Mar.15 b Ioan.19 a

C D

tis eius,& duxerunt eum vt crucifigerent. Exeuntes autem inuenerunt hominem Cyreneum, nomine Simônem: hunc
Marc.15 b angariauerunt vt tolleret crucem eius.¶Et venerunt in locum
Luc. 23 d qui dicitur Golgoltha,quod est Caluariæ locus. Et dederunt
Ioan. 19 d ei vinum bibere cum felle mixtum. Et cum gustasset, noluit bibere. Postquam autem crucifixerunt eum, diuiserunt ve-
Mar.15 b stimenta eius sortem mittêtes: * vt impleretur quod dictum
Luc.23 c est per prophetã dicentem,Diuiserunt sibi vestimenta mea:
Ioan.19 d & super vestem meam miserunt sortem.. Et sedentes seruabant
Psal.21 c eum. Et imposuerunt super caput eius causam ipsius
E scriptam,Hic est Iesus rex Iudæorum. Tunc crucifixi sunt cum eo duo latrones:vnus à dextris,& vnus à sinistris. Prætereuntes autem blasphemabant eum mouentes capita sua, &
Ioan. 2 d dicentes,Vah qui destruis templũ Dei, & in triduo illud rædificas:salua temetipsum: si filius Dei es descende de cruce.
Sapien.2 d Similiter & principes sacerdotum illudentes cum scribis & senioribus, dicebant,Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere:si rex Israel est,descendat nunc de cruce,& cre-
Psal.21 c dimus ei.Cõfidit in Deo:liberet nunc eum si vult:dixit enim, Quia filius Dei sum.Idipsum autem & latrones qui crucifixi
Sapien. 2 c erant cum eo,improperabant ei.A sexta autem hora,tenebræ factæ sunt super vniuersam terram, vsque ad horam nonam.
Psal.12 a Et circa horam nonam clamauit Iesus voce magna, dicens,
F Eli,Eli,lamma sabacthani? hoc est,Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Quidã autem illic stantes & audientes,dicebant, Eliam vocat iste. Et continuo currens vnus ex eis,acceptam spongiam impleuit aceto:& imposuit arundini, & dabat ei bibere. Cæteri verò dicebãt,Sine,videamus an veniat Elias liberans eum. Iesus autem iterum clamans voce magna,emisit spiritum. Et ecce velum templi scissum est in duas partes,à summo vsq; deorsum: & terra mota est,& petræ scissæ sunt,& monumenta aperta sunt: & multa corpora sanctorum qui dormierant,surrexerunt.Et exeuntes de monumentis post resurrectionem eius, venerunt in sanctam ciuitatem:& apparuerunt multis.Centurio autem & qui cum eo erant custodientes Iesum, viso terræmotu & his quæ fiebant,timuerunt valde, dicentes, Verè filius Dei erat iste.
G Erant autem ibi mulieres multæ à longe, quæ secutæ erant Iesum à Galilæa, ministrantes ei: inter quas erat Maria Mag-
Mar.15 d dalene,& Maria Iacóbi & Ioseph mater,& mater filiorum
Luc.23 g Zebedæi. Cum autem sero factum esset, vênit quidam ho-
Ioan. 19 g mo diues ab Arimathæa,nomine Ioseph,qui & ipse discipulus erat Iesu. hic accessit ad Pilatum, & petijt corpus Iesu. Tunc Pilatus iussit reddi corpus. Et accepto corpore, Ioseph inuoluit illud in sindone munda: & posuit illud in monumento suo nouo quod exciderat in petra. Et aduoluit saxum magnum ad ostium monumẽti, & abijt.Erat autem ibi Maria Magdalene:& altera Maria,sedentes contra sepulchrũ.

Altera autem die, quæ est post parascêuem, conuenerunt principes sacerdotum & pharisæi ad Pilatum, dicentes, Domine recordati sumus quia seductor ille dixit adhuc viuens, Post tres dies resurgam.Iube ergo custodiri sepulchrum vsq; in diem tertiũ:ne fortè veniant discipuli eius & furentur eum, & dicant plebi,Surrexit à mortuis:& erit nouissimus error peior priore.Ait illis Pilatus, Habetis custodiam: ite, custodite sicut scitis.Illi autem abeuntes, munierunt sepulchrum, signantes lapidem cum custodibus.

S. CHRISTVS resurgens custodes perterruit,suam resurrectionem per angelos mulieribus,& per mulieres discipulis patefecit: Iudæi uero datis custodibus pecunia illam cælare non potuerunt.

CAPVT XXVIII.

A VEspere autẽ sabbathi,quæ lucescit in prima sab-
Mar.16 b bathi,vênit Maria Magdalene,& altera Maria vi-
Ioan.20 c dere sepulchrum. Et ecce: terræmotus factus est magnus.angelus enim Domini descendit de cœlo, & accedens reuoluit lapidem, & sedebat super eum. erat autem aspectus eius,sicut fulgur: & vestimentum eius, sicut nix. Præ timore autem eius, exterriti sunt custodes, & facti sunt velut mortui. Respondens autem angelus,dixit mulieribus, Nolite timere vos. scio enim quòd Iesum qui crucifi-
B xus est,quæritis.non est hic:surrexit enim,sicut dixit. venite, & videte locum, vbi positus erat Dominus. Et cito euntes, dicite discipulis eius quia surrexit: & ecce præcedet vos in Galilæam.ibi eum videbitis,ecce prædixi vobis. Et exierunt cito de monumento cum timore & gaudio magno, currentes nuntiare discipulis eius. Et ecce Iesus occurrit illis, dicens, auete.Illæ autem accesserunt,& tenuerunt pedes eius,& adorauerunt eum. Tunc ait illis Iesus, Nolite timere. ite nuntiate fratribus meis vt eant in Galilæam,ibi me videbũt. Quæ cum abijssent,ecce quidam de custodibus venerunt in ciuita-
C tem,& nuntiauerunt principibus sacerdotum omnia quæ facta fuerant. Et congregati cum senioribus, consilio accepto, pecuniã copiosam dederunt militibus,dicentes,Dicite, Quia discipuli eius nocte venerunt,& furati sunt eum nobis dormientibus. Et si hoc auditum fuerit à præside,nos suadebimus ei,& securos vos faciemus. At illi accepta pecunia, fecerunt sicut erant edocti. Et diuulgatum est verbum istud
D apud Iudæos, vsq; in hodiernum diem. Vndecim autem discipuli abierunt in Galilæam,in montem vbi constituerat illis Iesus. Et videntes eum adorauerunt, quidam autem dubitauerunt. Et accedens Iesus locutus est eis, dicens, Mar.16 d
Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra.Euntes ergo docete omnes gentes: baptizantes eos in nomine patris & filij & spiritus sancti:docentes eos seruare omnia quæcunq; mandaui vobis.Et ecce ego vobiscum sum omnibus diebus, vsque ad consummationem seculi.

FINIS.

Hieronymus in Catalogo SCRIPTORVM Ecclesiasticorum.

MARCVS *discipulus & interpres* Petri,*iuxta quod* Petrum *referentem audierat,rogatus* Romæ *à fratribus breue scripsit euangelium.Quod cum* Petrus *audisset, probauit, & ecclesiæ legendum sua authoritate edidit,sicut* Clemens *in sexto hypotyposeon libro scribit.* Et Papias Ieroſolymitanus *episcopus meminit huius* Marci: *&* Petrus *in epistola prima,¶sub nomine* Babylonis,*figuraliter* Romam *significans,*Salutat *uos quæ in* Babylone *coëlecta, &* Marcus *filius meus.Assumpto itaq; euangelio quod ipse confecerat,perrexit* Aegyptum: *&* primus Alexandriæ CHRISTVM *annuntians, constituit ecclesiam,tantæ doctrinæ & uitæ continentia,ut omnes sectatores* CHRISTI *ad exemplum sui cogeret.*Deniq; Philo *disertißimus* Iudæorum,*uidens* Alexandriæ *primam ecclesiam adhuc* Iudaizantem,*quasi in laudem gentis suæ librum super eorum conuersatione scripsit: & quomodo* Lucas *narrat* Ieroſolymæ *credentes omnia habuisse communia: sic ille quod* Alexandriæ *sub* Marco *fieri doctore cernebat,memoriæ tradidit.*

Mortuus est autem octauo Neronis *anno, & sepultus* Alexandriæ, *succedente sibi* Aniano.

Sanctum

Sanctum Iesu Christi Euangelium secundum Marcum.

S. IOANNES pœnitentiæ baptismum prædicãs CHRISTVM cum turbis baptizat, qui post ieiunium tentatorem deuincit, ac Ioanne in uincula coniecto discipulos uocat: dæmoniacum, Petri socrum, & leprosum mundat.

CAPVT I.



A INITIVM Euangelij Iesu Christi filij Dei. Sicut scriptum est in Esaia propheta, Ecce ego mitto angelũ meum ante faciem tuam, qui præparabit viã tuã ante te. Vox clamantis in deserto, Parate viã Domini, rectas facite semitas eius. Fuit Ioannes in deserto baptizans & prædicãs baptismũ pœnitentiæ in remissionem peccatorum. Et egrediebatur ad eum omnis Iudææ regio, & Ierosolymitæ vniuersi: & baptizabantur ab illo in Iordanis flumine confitentes peccata sua. Et erat Ioannes vestitus pilis cameli, & zona pellicea circa lumbos eius: & locustas & mel syluestre edebat. Et prædicabat, dicens, Venit fortior me post me: cuius non sum dignus procumbens soluere corrigiam calceamentorũ eius. Ego baptizaui vos aqua: B ille verò baptizabit vos spiritu sancto. Et factum est: in diebus illis venit Iesus à Nazareth Galilææ: & baptizatus est à Ioanne in Iordane. Et statim ascendens de aqua, vidit cœlos apertos, & spiritũ sanctum tanquam columbã descendentem & manentem in ipso. Et vox facta est de cœlis, Tu es filius meus dilectus, in te complacui. Et statim spiritus expulit eum in desertũ. Et erat in deserto quadraginta diebus, & quadraginta noctibus: & tentabatur à satana, eratq; cum bestijs: & angeli ministrabant illi. Postquã autem traditus est Ioannes, venit Iesus in Galilæam prædicãs Euangeliũ regni Dei, & dicens, Quoniam impletum est tempus, & appropinquauit regnum Dei: pœnitemini, & credite euangelio. Et præteriens secus mare Galilææ, vidit Simônem & Andreã fratrẽ eius, mittentes retia in mare (erant enim piscatores) & dixit eis Iesus, Venite post me, & faciam vos fieri piscatores hominum. Et protinus relictis retibus, secuti sunt eum. Et progressus inde pusillum, vidit Iacôbum Zebedæi & Ioannem fratrem eius, & ipsos componẽtes retia in Naui: & statim vocauit illos. Et relicto patre suo Zebedæo in naui cũ mercennarijs: secuti sunt eum. C Et ingrediuntur Capharnaũ: & statim sabbathis ingressus in synagógam, docebat eos. Et stupebant super doctrina eius. erat enim docens eos quasi potestatem habens, & non sicut scribæ. Et erat in synagóga eorũ homo in spiritu immundo: & exclamauit, dicẽs, Quid nobis & tibi Iesu Nazarene? venisti perdere nos? scio quòd sis sanctus Dei. Et comminatus est ei Iesus, dicẽs, Obmutesce, & exi de homine. Et discerpens eum spiritus immundus, & exclamans voce magna, exijt ab eo. Et mirati sunt omnes: ita vt conquirerent inter se, dicentes, Quidnam est hoc? quænam doctrina hæc noua: quia in potestate spiritibus immundis imperat, & obediunt ei? Et processit rumor eius statim in omnẽ regionẽ Galilææ. Et protinus egredientes de synagóga, venerunt in domum Simônis & Andreæ cum Iacôbo & Ioãne. Decumbebat autem socrus Simônis febricitans: & statim dicunt ei de illa. Et accedens eleuauit eam apprehensa manu eius: & D continuò dimisit eam febris, & ministrabat eis. Vespere autem facto, cùm occidisset sol, afferebant ad eum omnes male habentes, & dæmonia habentes: & erat omnis ciuitas congregata ad ianuam. Et curauit multos qui vexabantur varijs languoribus: & dæmonia multa eijciebat, & non sinebat ea loqui, quoniam sciebant eum. Et diluculo valde surgens, egressus abijt in desertũ locum: ibiq; orabat. Et prosecutus est eum Simon, & qui cum illo erant. Et cum inuenissent eum, dixerunt ei, Quia omnes quærunt te. Et ait illis, Eamus in proximos vicos & ciuitates: vt & ibi prædicem: ad hoc enim veni. Et erat prædicans in synagógis eorum, in omni Galilæa: & dæmonia eijciens. Et venit ad eum leprosus deprecãs eum: & genu flexo, dicit, Si vis, potes me mundare. Iesus autem misertus eius, extendit manum suam, & tangens eum, ait illi, Volo, Mundare. Et cum dixisset, statim discessit ab eo lepra, & mundatus est. Et comminatus est ei, statimq; eiecit illum: & dicit ei, Vide nemini dixeris: sed vade, ostende te principi sacerdotum, & offer pro emundatione tua quæ præcepit Moyses in testimonium illis. Et egressus cœpit prædicare & diffamare sermonem: ita vt iam non posset manifestè introire in ciuitatem, sed foris in desertis locis esse: & conueniebant ad eum vndique.

Matth. 3 a
Malac. 3 a
Esa. 40 a
Ioan. 1 c
Luc. 3 a
Matt. 3 a
Matt. 3 c
Luc. 3 c
Ioan. 1 d
Matt. 3 d
Luc. 3 d
Ioan. 1 c
Matt. 4 a
Luc. 4 a
Mar. 4 b
Luc. 4 c
Ioan. 4 f
Matt. 4 c
Luc. 5 a
Matt. 4 b
Luc. 4 c
Matt. 7 d
Luc. 4 c
Matt. 8 d
Luc. 4 f
Matt. 8 a
Luc. 5 c
Leuit. 14
Lucæ 4 g

S. CHRISTVS curato paralytico Matthæum uocat: suam cum peccatoribus conuersationem excusat, ac discipulos suos non ieiunantes sed spicas sabbatho euellentes à Pharisæis accusatos defendit.

CAPVT II.

A ET iterum intrauit Capharnaum post dies octo: & auditum est quòd in domo esset, & confestim cõ uenerunt multi, ita vt nõ caperet neq; ad ianuam, & loquebatur eis verbum. Et venerũt ad eum ferentes paralyticum, qui à quatuor portabatur. Et cum non possent offerre eũ illi præ turba, nudauerunt tectum vbi erat: & patefacientes submiserunt grabbatum in quo paralyticus iacebat. Cum autem vidisset Iesus fidem illorum, ait paralytico, Fili, dimittuntur tibi peccata tua. Erãt autem illic quidam de scribis sedentes: & cogitantes in cordibus suis, Quid hic sic loquitur? blasphemat. Quis potest dimittere peccata, nisi so- B lus Deus? Quo statim cognito Iesus spiritu suo quia sic cogitarent intra se, dixit illis, Quid ista cogitatis in cordibus vestris? Quid est facilius, dicere paralytico, Dimittũtur tibi peccata: an dicere, Surge, tolle grabbatum tuum & ambula? Vt autem sciatis quia filius hominis habet potestatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico) Tibi dico surge, tolle grabbatum tuum, & vade in domum tuam. Et statim surrexit ille: & sublato grabbato abijt inde coram omnibus, ita vt mirarentur omnes, & honorificarent Deum, dicentes, Quia nunquam sic C vidimus. Et egressus est rursus ad mare: omnisq; turba veniebat ad eum, & docebat eos. Et cum præteriret, vidit Leui Alphæi sedentem ad telonium: & ait illi, Sequere me. Et surgens secutus est eum. Et factum est: cum accumberet in domo illius, multi publicani & peccatores simul discumbebant cum Iesu & discipulis eius: erant enim multi qui & sequebantur eum. Et scribæ & pharisæi videntes quia mãducaret cum publicanis & peccatoribus; dixerunt discipulis eius, Quare cum publicanis & peccatoribus mãducat & bibit magister vester? Hoc audito Iesus, ait illis, Non necesse habent sani, medico: 1. Timo. 1 c sed qui male habent. non enim veni vocare iustos, sed pecca-

Matt. 9 a
Luc. 5 d
Matt. 9 a
Lucæ 5 f

tores. Et erant discipuli Ioannis & pharisæorum ieiunantes: & veniunt, & dicunt illi, Quare discipuli Ioannis & pharisæorum ieiunant: tui autem discipuli non ieiunant? Et ait illis Iesus, Nunquid possunt filij nuptiarum quandiu sponsus cum illis est, ieiunare? Quanto tempore habent secũ sponsum, non possunt ieiunare. Venient autem dies cum auferetur ab eis sponsus: & tunc ieiunabunt in illis diebus. Nemo assumentum panni rudis assuit vestimẽto veteri: alioquin aufert supplementum nouum à veteri, & maior scissura fit. Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin dirumpet vinum vtres, & vinum effundetur, & vtres peribunt. sed vinum nouum in vtres nouos mitti debet. Et factum est iterum cùm sabbathis ambularet per sata, & discipuli eius cœperunt progredi & vellere spicas. Pharisæi autem dicebant ei, Ecce, quid faciunt discipuli tui sabbathis quod non licet? Et ait illis, Nunquam legistis quid fecerit Dauid, quando necessitatem habuit & esurijt ipse & qui cum eo erant? quomodo introiuit in domum dei sub Abiathar principe sacerdotum, & panes propositionis manducauit quos non licebat manducare nisi solis sacerdotibus, & dedit eis & qui cum eo erant? Et dicebat eis, Sabbathum propter hominem factũ est: & non homo propter sabbathum. Itaque Dominus est filius hominis, etiam sabbathi.

Matt. 9 b
Luc. 5 f g
Matt. 12 a
Lucæ 6 a
1. Reg. 21 b

S. ARIDA restituta manu Pharisæos cum Herodianis insidiantes confutat, discipulos instituit, suam uirtutem non à Beelzebub manare conuincit, & parentes suos manifestat.

CAPVT III.

A ET introiuit iterum in synagógam: & erat ibi homo habens manum aridam. Et obseruabant eum si sabbathis curaret: vt accusarent illum. Et ait homini habenti manũ aridam, Surge in medium. Et dicit eis, Licet sabbathis benefacere, an male? animam saluam facere, an perdere? At illi tacebant. Et circunspiciens eos cum ira, contristatus super cæcitate cordis eorũ, dicit homini, Extende manum tuam. Et extendit: & restituta est manus illi. Exeuntes autem pharisæi, statim cum Herodianis consilium faciebant aduersus eũ quomodo eum perderent. Iesus autem cum discipulis suis secessit ad mare: & multa turba à Galilæa & Iudæa secuta est eum, & ab Ierosolymis, & ab Idumæa, & trans Iordanem, & qui circa Tyrum & Sidónem multitudo magna audientes quæ faciebat, venerũt ad eum. Et dixit Iesus
B discipulis suis vt nauicula sibi deseruiret propter turbam, ne comprimerent eum. multos enim sanabat, ita vt irruerent in eum vt illũ tangerent quotquot habebant plagas. Et spiritus immundi cũ illum videbant, procidebant ei: & clamabant dicentes, Tu es filius dei. Et vehementer comminabatur eis ne manifestarent illum. Et ascendens in montem, vocauit ad se quos voluit ipse: & venerũt ad eum. Et fecit vt essent duodecim cũ illo: & vt mitteret eos prædicare. Et dedit illis potestatem curandi infirmitates, & eijciendi dæmonia. Et imposuit Simóni nomen Petrus, & Iacôbum Zebedæi & Ioannẽ fratrem Iacôbi; & imposuit eis nomina Boanerges, quod est, filij tonitrui: & Andream & Philippũ & Bartholomæũ & Mat-
C thæum & Thomam & Iacóbum Alphæi, & Thaddæum & Simónem Cananæũ, & Iudam Iscariotem qui & tradidit illũ.
Et veniunt ad domum: & conuenit iterum turba, ita vt non possent neq; panẽ manducare. Et cum audissent sui, exierunt tenere eum: dicebant enim, Quoniã in furorem versus est. Et scribæ qui ab Ierosolymis descenderant, dicebant, Quoniam Beelzebub habet. & quia in principe dæmoniorũ eijcit dæmonia. Et conuocatis eis, in parabolis dicebat illis, Quomodo potest satanas satanam eijcere? Et si regnũ in se diuidatur, non potest regnũ illud stare. Et si domus super semetipsam dispertiatur: non potest domus illa stare. Et si satanas consurrexerit in semetipsum: dispartitus est, & non poterit stare, sed finem habet. Nemo potest vasa fortis ingressus in domum diripere,

Mat. 12 a
Lucæ 6 b
Matt. 10 a
Luc. 6 b c
Matt. 9 d
12 b
Luc. 11 b

nisi prius fortem alliget, & tunc domum eius diripiet. Amen
D dico vobis quoniam omnia dimittentur filijs hominũ peccata & blasphemiæ quibus blasphemauerint. qui autẽ blasphemauerit in spiritum sanctum, non habebit remissionem in æternum, sed reus erit æterni delicti: quoniam dicebant, Spiritum immundum habet. Et veniunt mater eius & fratres: & foris stantes miserunt ad eum vocantes eum. Et sedebat circa eum turba: & dicũt ei, Ecce mater tua & fratres tui foris quærunt te. Et respondens eis, ait, Quæ est mater mea & fratres mei? Et circunspiciens eos qui in circuitu eius sedebant, ait, Ecce mater mea & fratres mei. Qui enim fecerit voluntatem Dei: hic, frater meus & soror mea, & mater est.

Mat. 12 c
Luc. 11 b
Mat. 12 d
Luc. 8 c

S. REGNO cœlorum sub uariorum seminum & grani sinapis parabola annuntiato mare traijciens dormit: excitatus autem uerbo tempestatem cunctis mirantibus sedat.

CAPVT IIII.

A ET iterum cœpit docere ad mare: & cõgregata est ad eum turba multa, ita vt nauim ascendens sederet in mari, & omnis turba circa mare super terrã erat: & docebat eos in parabolis multa, & dicebat illis in doctrina sua, Audite: ecce, exijt seminans ad seminandum. Et dum seminat: aliud cecidit circa viam, & venerũt volucres cœli & comederunt illud. Aliud verò cecidit super petrosa vbi non habuit terram multam: & statim exortum est, quoniam non habebat altitudinem terræ: & quando exortus est sol, exæstuauit, & eo quòd non habebat radicem, exaruit. Et aliud cecidit in spinas: & ascenderunt spinæ & suffocauerunt illud, & fructum nõ dedit. Et aliud cecidit in terram bonam: & dabat fructum ascendentem & crescentem, & afferebat vnum trigesimũ, & vnum sexagesimũ, & vnum centesimum. Et dicebat, Qui habet aures audiendi audiat. Et cũ esset
B singularis, interrogauerũt eum hi qui cũ eo erant duodecim, parabolã. Et dicebat eis, Vobis datũ est nosse mysteriũ regni Dei: illis autẽ qui foris sunt, in parabolis omnia fiunt, vt videntes videant & non videant, & audientes audiant & non intelligant, nequando conuertantur, & dimittantur eis peccata. Et ait illis, Nescitis parabolã hanc? & quomodo omnes parabolas cognoscetis? Qui seminat: verbũ seminat. Hi autem sunt, qui circa viam: vbi seminatur verbũ, & cùm audierint, confestim venit satanas, & aufert verbũ quod seminatum est in cordibus eorũ. Et hi sunt similiter qui super petrosa seminantur: qui cùm audierint verbũ, statim cum gaudio accipiũt illud: & non habent radicem in se, sed tẽporales sunt, deinde orta tribulatione vel persecutione propter verbũ, confestim scandalizantur. Et alij sunt qui in spinis seminantur: hi sunt qui verbum audiũt, & ærumnæ seculi & deceptio diuitiarũ, & circa
C reliqua cõcupiscentiæ introeuntes suffocant verbũ, & sine fructu efficitur. Et hi sunt qui super terram bonã seminati sunt: qui audiunt verbũ & suscipiunt, & fructificant: vnum trigesimum, & vnum sexagesimũ, & vnum centesimum. Et dicebat illis, Nunquid venit lucerna vt sub modio ponatur, aut sub lecto? Nónne vt super candelabrũ ponatur? Non est enim aliquid absconditũ, quod non manifestetur: nec factũ est occultum, quod non veniat in palàm. Si quis habet aures audiendi, audiat. Et dicebat illis, Videte quid audiatis. In qua mensura mensi fueritis, remetietur vobis. Qui enim habet, dabitur illi: & qui non habet, etiam quod habet auferetur ab eo. Et dicebat, Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo iaciat sementem in terram, & dormiat & exurgat nocte & die, & semen germinet & increscat dum nescit ille. Vltrò enim terra fructificat, primum herbam, deinde spicam, deinde plenũ frumentum in spica. Et cũ ex se produxerit fructus: statim mittit falcem, quoniam adest messis. Et dicebat, Cui assimilabimus regnum Dei? aut cui parabolæ comparabimus illud? Si-
D cut granum sinapis: quod cum seminatũ fuerit in terra, minus est omnibus seminibus quæ sunt in terra: & cum natũ fuerit, ascendit

Matt. 13 a
Lucæ 8 a
Esa. 6 e
Matt. 13 b
Lucæ 8 b
Ioan. 12 f
Act. 28 f
Roma. 11 b
Matt. 5 b
Lucæ 8 c
11 c
Matt. 10 c
Lucæ 7 c
Matt. 7 d
Lucæ 6 f
Matt. 13 b
25 c
Lucæ 8 c
19 d
Matt. 13 c
Lucæ 13 d

ascendit in arborem,& fit maius omnibus oleribus,& facit ramos magnos,ita vt possint sub vmbra eius aues cœli habitare. Et talibus multis parabolis loquebatur eis verbũ,prout poterant audire:sine parabola autem non loquebatur eis. seorsum autem,discipulis disserebat omnia. Et ait illis in illa die, cũ sero esset factũ, Transeamus contrà. Et dimittentes turbã assumunt eũ ita vt erat in naui:& aliæ naues erant cũ illo. Et facta est procella magna venti,& fluctus mittebat in nauim, ita vt impleretur nauis. Et erat ipse in puppi super ceruical dormiens:& excitant eũ,& dicunt illi,Magister,non ad te pertinet quia perimus? Et exurgens cõminatus est vento, & dixit mari, Tace,obmutesce. Et cessauit ventus:& facta est trãquillitas magna. Et ait illis,Quid timidi estis?necdũ habetis fidem? Et timuerunt timore magno:& dicebant ad alterutrum,Quis putas est iste,quia & ventus & mare obediunt ei?

Matt.8 c
Luc.8 d

S. EIECTA *in porcos à dæmoniaco legione,* CHRISTVS *Iairi filiam hæmorrhoissa curata sanat.*

CAPVT V.

A ET venerunt trans fretum maris in regionem Gerasenorum. Et exeunti ei de naui, statim occurrit de monumentis homo in spiritu immũdo, qui domicilium habebat in monumentis. Et neq; catenis iam quisquam poterat eum ligare:quoniam sæpe compedibus & catenis vinctus, dirupisset catenas, & compedes comminuisset:& nemo poterat eum domare. Et semper die ac nocte in monumentis & montibus erat,clamans & concidens se lapidibus. Videns autem Iesum à longe, cucurrit & adorauit eum:& clamans voce magna dixit, Quid mihi & tibi Iesu fili Dei altissimi? adiuro te per Deum ne me torqueas. Dicebat enim illi,Exi spiritus immunde ab homine isto. Et interrogabat eum, Quod tibi nomen est? Et dicit ei, Legio mihi nomen est:quia multi sumus. Et deprecabatur eũ multum,ne se expelleret extra regionem. Erat autẽ ibi circa montem grex porcorum magnus,pascens in agris. Et deprecabantur eum spiritus,dicentes, Mitte nos in porcos, vt in eos introeamus. B Et concessit eis statim Iesus. Et exeuntes spiritus immundi,introierunt in porcos:& magno impetu grex præcipitatus est in mare,ad duo millia,& suffocati sunt in mari. Qui autem pascebant eos,fugerunt,& nuntiauerunt in ciuitatem & in agros. Et egressi sunt videre quid esset factum: & venerunt ad Iesum.& vident illum qui à dæmonio vexabatur,sedentem,vestitum,& sane mentis:& timuerunt. Et narrauerunt illis,qui viderant,qualiter factum esset ei qui dæmonium habuerat:& de porcis. Et rogare cœperunt eum vt discederet de finibus eorum. Cumq; ascenderet nauim, cœpit illum deprecari qui à demonio vexatus fuerat vt esset cũ illo: & non admisit eum,sed ait illi, Vade in domũ tuam ad tuos, & annuntia illis quanta tibi Dominus fecerit, & misertus sit tui. Et abijt, & cœpit prædicare in Decapoli quanta sibi fecisset Iesus:& omnes mirabantur. Et cum transcendisset Iesus in naui rursum trans fretum,conuênit turba multa ad eũ, & erat circa mare. Et venit quidam de archisynagógis nomine Iairus:& videns eum prócidit ad pedes eius,& deprecabatur eum multum,dicens, Quoniam filia mea in extremis est, Veni,impone manum tuam super eam, vt salua sit & viuat. C Et abijt cum illo:& sequebatur eum turba multa, & comprimebant eum. Et mulier quæ erat in profluuio sanguinis annis duodecim,& fuerat multa perpessa à compluribus medicis, & erogauerat omnia sua, nec quicquam profecerat, sed magis deterius habebat:cumq; audisset de Iesu,venit in turba retrò,& tetigit vestimentum eius. dicebat enim,Quia si vel vestimentum eius tetigero, salua ero. Et confestim siccatus est fons sanguinis eius:& sensit corpore quia sanata esset à plaga. Et statim Iesus in semetipso cognoscens virtutem quæ exierat de illo,conuersus ad turbam aiebat,Quis tetigit vestimenta mea? Et dicebant ei discipuli sui, Vides turbam comprimentem te:& dicis, Quis me tetigit? Et circunspiciebat videre eam quæ hoc fecerat. Mulier verò timens & tremens, sciens quod factum esset in se: venit & prócidit ante eum, & D dixit ei omnem veritatem. Ille autem dixit ei,Filia fides tua te saluam fecit:vade in pace,& esto sana à plaga tua. Adhuc eo loquente veniunt nuntij ab archisynagógo,dicentes, Quia filia tua mortua est: quid vltrà vexas magistrum? Iesus autem audito verbo quod dicebatur,ait archisynagógo, Noli timere:tantummodo crede. Et non admisit quenquam se sequi, nisi Petrum & Iacôbum & Ioannem fratrem Iacôbi. Et veniunt in domum archisynagógi,& vidit tumultũ, & flentes, & eiulantes multum. Et ingressus ait illis, Quid turbamini & ploratis? puella non est mortua,sed dormit. Et irridebant eũ. Ipse verò eiectis omnibus, assumit patrem & matrẽ puellæ, & qui secum erant,& ingrediuntur vbi puella erat iacens. Et tenens manum puellæ,ait illi, Talithacumi,quod est interpretatum, Puella * tibi dico .. surge. Et confestim surrexit puella:& ambulabat. erat autem annorũ duodecim. Et obstupuerunt stupore magno. Et præcepit illis vehementer vt nemo id sciret:& iussit dari illi manducare.

Matt.8 d
Luc.8 d

S. CHRISTVS *in patria docens non edit uirtutes,binos misit discipulos traiecto mari,quinq; hominum millia cibat, super aquas reuertens tempestatem sedat,& multos sanat.*

CAPVT VI.

A ET egressus inde,abijt in patriam suam: & sequebantur eum discipuli sui. Et facto sabbatho cœpit in synagóga docere: & multi audientes admirabantur in doctrina eius,dicẽtes, Vnde huic hæc omnia?& quæ est sapientia quæ data est illi,& virtutes tales quæ per manus eius efficiuntur? Nónne hic est faber filius Mariæ frater Iacóbi & Ioseph & Iudæ & Simônis? Nónne & sorores eius hic nobiscum sunt? Et scandalizabantur in illo. Et dicebat illis Iesus, Quia non est propheta sine honore, nisi in patria sua,& in domo sua,& in cognatione sua. Et non poterat ibi virtutem vllam facere,nisi paucos infirmos impositis manibus curauit: & mirabatur propter incredulitatem eorum,& circuibat castella in circuitu,docẽs. Et vocauit duo- B decim: & cœpit eos mittere binos, & dabat illis potestatem spirituum immundorum. Et præcepit eis ne quid tollerent in via,nisi virgam tantum:non peram,non panem,neq; in zona æs,sed calceatos sandalijs, & ne induerentur duabus tunicis. Et dicebat eis, Quocunq; introieritis in domum, illic manete donec exeatis inde.& quicunq; non receperint vos, nec audierint:exeuntes inde, excutite puluerem de pedibus vestris in testimonium illis. Et exeuntes prædicabant vt pœnitentiam agerent:& dæmonia multa eijciebant, & vngebant oleo multos ægros,& sanabantur. Et audiuit rex Herodes (manifestum enim factum est nomen eius) & dicebat, Quia Ioannes Baptista resurrexit à mortuis: & propterea virtutes C operantur in illo. Alij autem dicebant, Quia Elias est. Alij verò dicebant, Quia propheta est, quasi vnus ex prophetis. Quo audito, Herodes ait, Quem ego decollaui Ioannem, hic à mortuis resurrexit. Ipse enim Herodes misit ac tenuit Ioannem,& vinxit eum in carcere propter Herodiadam vxorem Philippi fratris sui,quia duxerat eam. Dicebat enim Ioannes Herodi, Non licet tibi habere vxorem fratris tui. Herodias autem insidiabatur illi:& volebat occidere eum, nec poterat. Herodes autem metuebat Ioannem,sciens eum virũ iustum & sanctum:& custodiebat eum, & audito eo multa faciebat: & libenter eum audiebat. Et cum dies opportunus accidisset, Herodes natalis sui cœnam fecit principibus & tribunis & primis Galilææ. Cumq; introisset filia ipsius Herodiadis, & saltasset,& placuisset Herodi,simulq; recumbentibus:rex ait puellæ, Pete à me quod vis:& dabo tibi. & iurauit illi, Quia D quicquid petieris dabo tibi, licet dimidium regni mei. Quæ cum exisset:dixit matri suæ, Quid petam? At illa dixit, Caput

Matt.13 g
Luc.4 c
Ioan.4 f
Matt.10 d
Luc.9 d
Act.13 g
Matt.14 d
Luc.9 d
Matt.14 d
Lucæ 3 d

Ioannis Baptistæ. Cumq; introisset statim cum festinatione ad regem, petiuit, dicens, Volo vt protinus des mihi in disco caput Ioannis Baptistæ. Et cõtristatus est rex, propter iusiurandum & propter simul discumbentes noluit eam cõtristare: sed misso speculatore præcepit afferri caput eius in disco: & decollauit eum in carcere. Et attulit caput eius in disco, & dedit illud puellæ, & puella dedit matri suæ, Quo audito, discipuli eius venerunt & tulerunt corpus eius: & posuerunt illud in monumento. Et conuenientes apostoli ad Iesum, renuntiauerunt ei omnia quæ egerant & docuerant. Et ait illis, Venite seorsum in desertum locum, & requiescite pusillum. Erant enim qui veniebant & redibant multi: & nec spatium manducandi habebant. Et ascendentes in nauim, abierunt in desertum locum seorsum. Et viderunt eos abeuntes, & cognouerunt multi: & pedestres de omnibus ciuitatibus cucurrerũt illuc, & præuenerunt eos. Et exiens vidit turbam multam Iesus: & misertus est super eos, quia erant sicut oues non habentes pastorem, & cœpit illos docere multa. Et cum iam hora multa fieret, accesserunt discipuli eius, dicentes, Desertus est locus hîc & iam hora præterijt: dimitte illos, vt euntes in proximas villas & vicos, emant sibi cibos quos manducent. Et respondens ait illis, Date illis manducare. Et dixerũt ei, Euntes emamus ducentis denarijs panes: & dabimus illis manducare? Et dicit eis, Quot panes habetis? ite & videte. Et cum cognouissent, dicunt, Quinq;: & duos pisces. Et præcepit illis vt accumbere facerent omnes secundum contubernia super viride fœnum. Et discubuerunt in partes per centenos & quinquagenos. Et acceptis quinq; panibus, & duobus piscibus: intuẽs in cœlum benedixit, & fregit panes, & dedit discipulis suis vt ponerent ante eos: & duos pisces diuisit omnibus. Et manducauerunt omnes, & saturati sunt. Et sustulerunt reliquias fragmentorũ duodecim cophinos plenos, & de piscibus. Erant autem qui manducauerunt, quinq; millia virorum. Et statim coegit discipulos suos ascendere nauim, vt præcederent eum trans fretum ad Bethsaidam: dum ipse dimitteret populum. Et cum dimisisset eos, abijt in montem orare. Et cum sero esset, erat nauis in medio mari, & ipse solus in terra. Et videns eos laborantes in remigando (erat enim ventus contrarius eis) & circa quartam vigiliam noctis venit ad eos ambulans supra mare: & volebat præterire eos. At illi vt viderunt eum ambulantem supra mare, putauerunt phantasma esse: & exclamauerunt. Omnes enim viderunt eum: & conturbati sunt. Et statim locutus est cum eis: & dicit eis, Confidite, ego sum: nolite timere. Et ascendit ad illos in nauim: & cessauit ventus. Et plus magis intra se stupebant: non enim intellexerunt de panibus. erat enim cor eorum obcæcatum. Et cum transfretassent, venerunt in terram Genezareth: & applicuerunt. Cumq; egressi essent de naui, continuò cognouerunt eum: & percurrentes vniuersam regionem illam, cœperunt in grabbatis eos qui se male habebant circumferre vbi audiebant eum esse. Et quocunq; introibat in vicos vel in villas aut ciuitates, in platéis ponebant infirmos, & deprecabantur eum vt vel fimbriam vestimenti eius tangerent, & quotquot tangebant eum, salui fiebant.

Matt.14 b
Luc.9 b
Matt.9 d
Matt.14 b
Luc.9 b
Ioan.6 a
Matt.14 c
Ioan.6 b
Matt.14 d

S. HOMINVM *traditiones diuinis abuersas* CHRISTVS *reprobat, Chananææ filiam à dæmonio liberat: & surdum impeditæ linguæ restaurat.* CAPVT VII.

ET conueniunt ad eum pharisæi & quidã de scribis, venientes ab Ierosolymis. Et cum vidissent quosdam ex discipulis eius communibus manibus, id est, non lotis, mãducare panes: vituperauerunt. Pharisæi enim & omnes Iudæi, nisi crebro lauerint manus non manducant, tenentes traditionem seniorum: & à foro, nisi baptizentur, non comedũt, & alia multa sunt, quæ tradita sunt illis seruare, baptismata calicum & vrceorum & æramentorum & lectorum. Et interrogabant eũ pharisæi & scribæ, Quare discipuli tui non ambulant iuxta traditionem seniorum, sed communibus manibus manducant panem? At ille respondens, dixit eis, Bene prophetauit Esaias de vobis hypocritis, sicut scriptum est, Populus hic labijs me honorat, cor autem eorum longè est à me. in vanum autem me colunt, docentes doctrinas & præcepta hominũ. Relinquentes enim mandatum Dei, tenetis traditiones hominũ, baptismata vrceorum & calicum: & alia similia his facitis multa. Et dicebat illis, Bene irritum fecistis præceptum Dei, vt traditionem vestram seruetis. Moyses enim dixit, Honora patrem tuum & matrem tuam: &, Qui maledixerit patri vel matri, morte moriatur. Vos autem dicitis, Si dixerit homo patri vel matri, Corban, quod est, donum quodcũq; ex me, tibi profuerit: & vltrà non dimittitis eum quicquam facere patri suo aut matri, rescindentes verbum Dei per traditionem vestrã quam tradidistis, & similia huiusmodi multa facitis. Et aduocãs iterum turbam, dicebat illis, Audite me omnes, & intelligite: Nihil est extra hominem introiens in eum, quod possit eum coinquinare: sed quæ de homine procedũt, illa sunt quæ communicant hominem. Si quis habet aures audiendi, audiat. Et cum introisset in domum à turba, interrogabant eum discipuli eius parabolam. Et ait illis, Sic & vos imprudentes estis? Non intelligitis quia omne extrinsecus introiens in hominem, non potest eum communicare: quia non intrat in cor eius, sed in ventrem vadit, & in secessum exit purgans omnes escas? Dicebat autem: quoniam quæ de homine exeunt illa communicant hominem. Abintus enim de corde hominum malæ cogitationes procedunt, adulteria, fornicationes, homicidia, furta, auaritiæ, nequitiæ, dolus, impudicitiæ, oculus malus, blasphemia, superbia, stultitia. Omnia hæc mala abintus procedunt: & communicant hominem. Et inde surgens abijt in fines Tyri & Sidônis: & ingressus domum, neminem voluit scire, & non potuit latêre. mulier enim statim vt audiuit de eo, cuius filia habebat spiritum immundum, intrauit & procidit ad pedes eius. Erat enim mulier gentilis, Syrophœnissa genere. Et rogabat eum vt dæmonium eijceret de filia eius. Qui dixit illi, Sine prius saturari filios: non est enim bonum sumere panem filiorum, & mittere canibus. Et illa respondit, & dicit illi, Vtiq; domine: nam & catelli comedunt sub mensa de micis puerorum. Et ait illi, Propter hunc sermonem, vade, exijt dæmonium à filia tua. Et cum abijsset domũ, inuênit puellam iacentem supra lectum, & dæmonium exijsse. Et iterũ exiens de finibus Tyri, venit per Sidônem ad mare Galilææ inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdum & mutum: & deprecabantur eum vt imponat illi manum. Et apprehendẽs eum de turba seorsum: misit digitos suos in auriculas eius: & expuens, tetigit linguam eius: & suspiciens in cœlum, ingemuit: & ait illi, Hephethah, quod est adaperire. Et statim apertæ sunt aures eius: & solutum est vinculum linguæ eius, & loquebatur rectè. Et præcepit illis ne cui dicerẽt. Quanto autẽ eis præcipiebat, tanto magis plus prædicabant, & eo amplius admirabantur, dicentes, Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.

Matt.15 a
Esa.29 b
Exod.20 c
Deut.5 b
Ephe.6 a
Exod.21 c
Leuit.20 b
Prouer.20 c
Matt.15 b
Matt.15 c
Matt.15 c

S. QVATVOR *hominum millibus saturatis, Pharisæis signum negat, cæcũ illuminat, ac discipulis super sui opinione requisitis suã annuntiat passionem, & sequacibus suis promittit mercedem.*

CAPVT VIII.

IN diebus illis iterum cum turba multa esset, nec haberent quod mãducarent: conuocatis discipulis, ait illis, Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod mãducent: & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via. quidam enim ex eis délonge venerunt. Et responderunt ei discipuli sui, Vnde istos quis poterit hîc saturare panibus in solitudine? Et interrogauit eos, Quot panes habetis? Qui dixerũt, Septem. Et præcepit turbæ discumbere super terram. Et acci

Matt.15 d

Et accipiens ſeptem panes, gratias agens fregit: & dabat diſcipulis ſuis vt apponerent, & appoſuerunt turbæ. Et habebant piſciculos paucos: & ipſos benedixit, & iuſsit apponi. Et mãducauerunt & ſaturati ſunt: & ſuſtulerunt quod ſuperauerat de fragmentis ſeptem ſportas. Erant autem qui manducauerant, quaſi quatuor millia: & dimiſit eos. Et ſtatim aſcendens nauim cũ diſcipulis ſuis, venit in partes Dalmanutha. Et exierunt phariſæi & cœperunt conquirere cum eo, quærentes ab illo ſignum de cœlo, tentantes eũ. Et ingemiſcens ſpiritu, ait, Quid generatio iſta ſignũ quærit? Amen dico vobis, ſi dabitur generationi iſti ſignum. Et dimittens eos, aſcendit iterũ nauim: & abijt trans fretum. Et obliti ſunt panem ſumere: & niſi vnũ panem non habebant ſecum in naui. Et præcipiebat eis, dicẽs, Videte & cauete à fermẽto phariſæorũ, & fermento Herodis. Et cogitabant ad alterutrũ, dicentes, Quia panes nõ habemus. Quo cognito, ait illis Ieſus, Quid cogitatis quia panes non habetis? nondũ cognoſcitis nec intelligitis? adhuc cæcatum habetis cor veſtrum? oculos habentes non videtis? & aures habentes nõ auditis? Nec recordamini quãdo quinq; panes fregi in quinq; millia, & quot cophinos fragmentorum plenos ſuſtuliſtis? Dicunt ei, Duodecim. Quando & ſeptem panes in quatuor millia, quot ſportas fragmentorum tuliſtis? Et dicunt ei, Septem. Et dicebat eis, Quomodo nondũ intelligitis? Et veniunt Bethſaidam: & adducunt ei cæcum, & rogabant eum vt illum tangeret. Et apprehẽſa manu cæci, eduxit eum extra vicũ: & expuens in oculos eius, impoſitis manibus ſuis interrogauit eum, ſi quid videret. Et aſpiciens, ait, Video homines velut arbores ambulantes. Deinde iterũ impoſuit manus ſuper oculos eius: & cœpit videre, & reſtitutus eſt, ita vt clarè videret omnia. Et miſit illum in domum ſuam, dicens, Vade in domũ tuam: & ſi in vicum introieris, nemini dixeris. Et egreſſus eſt Ieſus & diſcipuli eius in caſtella Cæſareæ Philippi: & in via interrogabat diſcipulos ſuos, dicens eis, Quem me dicũt eſſe homines? Qui reſponderunt illi, dicentes, Alij Ioannem Baptiſtam, alij Eliam, alij verò quaſi vnum de prophetis. Tunc dicit illis, Vos verò quem me eſſe dicitis? Reſpondens Petrus ait ei, Tu es Chriſtus. Et comminatus eſt eis ne cui dicerent de illo. Et cœpit docere eos quoniam oportet filiũ hominis pati multa, & reprobari à ſeniobus & à ſummis ſacerdotibus & ſcribis, & occidi: & poſt tres dies reſurgere. Et palàm verbũ loquebatur. Et apprehendens eum Petrus, cœpit increpare eum. Qui conuerſus & videns diſcipulos ſuos, comminatus eſt Petro, dicẽs, Vade retro me ſatana, quoniã non ſapis quæ Dei ſunt, ſed quæ ſunt hominũ.

Et conuocata turba cum diſcipulis ſuis, dixit eis, Si quis vult me ſequi, deneget ſemetipſum: & tollat crucem ſuam, & ſequatur me. Qui enim voluerit animam ſuam ſaluam facere, perdet eam: qui autem perdiderit animam ſuam propter me & euangelium, ſaluam faciet eam. Quid enim proderit homini, ſi lucretur mundũ totum: & detrimentũ animæ ſuæ faciat? Aut quid dabit homo cõmutationis pro anima ſua? Qui enim me * cõfuſus fuerit & verba mea in generatione iſta adultera & peccatrice: & filius hominis confundetur eum cum venerit in gloria patris ſui cum angelis ſanctis.

* Aliàs confeſſus.

S. TRANSFIGVRATVS Ieſus Eliæ ſub Ioannis nomine præſignat aduentum. Lunaticum curat, humilitatem inſinuat, & ſcandalo prohibito ignem & ſalem accommodat.

CAPVT IX.

ET dicebat illis, Amen dico vobis, quia ſunt quidã de hic ſtantibus qui non guſtabunt mortẽ, donec videãt regnũ Dei veniens in virtute. Et poſt dies ſex aſſumpſit Ieſus Petrum & Iacõbum & Ioannem: & duxit illos in montem excelſum ſeorſum ſolos, & transfiguratus eſt coram ipſis. Et veſtimenta eius facta ſunt ſplendentia & candida nimis velut nix, qualia fullo nõ poteſt ſuper terram candida facere. Et apparuit illis Elias cũ Moyſe: & erant loquentes cum Ieſu. Et reſpondens Petrus, ait Ieſu, Rabbi, bonum eſt nos hic eſſe: & faciamus tria tabernacula, tibi vnum, & Moyſi vnum, & Eliæ vnum. Non enim ſciebat quid diceret: erant enim timore exterriti. Et facta eſt nubes obumbrans eos: & venit vox de nube, dicens, Hic eſt filius meus chariſsimus: audite illum. Et ſtatim circunſpicientes, neminem amplius viderunt niſi Ieſum tantum ſecum. Et deſcendẽtibus illis de monte, præcepit illis ne cuiquam quod vidiſſent, narrarent: niſi cum filius hominis à mortuis reſurrexerit. Et verbum continuerunt apud ſe, conquirentes quid eſſet, Cum à mortuis reſurrexerit. Et interrogabant eum dicentes, Quid ergo dicunt phariſæi & ſcribæ quia Eliam oportet venire primum? Qui reſpõdens, ait illis, Elias cum venerit primo reſtituet omnia: & quomodo ſcriptum eſt in filium hominis, vt multa patiatur & contemnatur. Sed dico vobis, quia & Elias venit, & fecerunt illi quæcunq; voluerunt, ſicut ſcriptum eſt de eo. Et veniens ad diſcipulos ſuos, vidit turbam magnam circa eos, & ſcribas conquirentes cum illis. Et confeſtim omnis populus videns Ieſum, ſtupefactus eſt, & expauerunt: & accurrentes ſalutabant eum. Et interrogauit eos, Quid inter vos conquiritis? Et reſpondens vnus de turba, dixit, Magiſter attuli filium meum ad te habentem ſpiritum mutum: qui vbicunq; eum apprehenderit, allidit illum, & ſpumat & ſtridet dentibus & areſcit, & dixi diſcipulis tuis vt eijcerent illum, & non potuerunt. Quj reſpondens eis, dixit, O generatio incredula, quandiu apud vos ero? quandiu vos patiar? afferte illum ad me. Et attulerunt eum. Et cum vidiſſet eum ſtatim ſpiritus conturbauit illum: & eliſus in terram, volutabatur ſpumãs. Et interrogauit patrem eius, Quantũ temporis eſt, ex quo ei hoc accidit? At ille ait, Ab infantia: & frequenter eum in ignem & in aquam miſit vt eum perderet: ſed ſi quid potes, adiuua nos, miſertus noſtri. Ieſus autem ait illi, Si potes credere, omnia poſsibilia ſunt credenti. Et continuò exclamans pater pueri, cum lachrymis aiebat, Credo Domine: adiuua incredulitatem meam. Et cũ vidiſſet Ieſus concurrentem turbam, comminatus eſt ſpiritui immundo, dicẽs illi, Surde & mute ſpiritus, ego præcipio tibi, exi ab eo, & amplius ne introeas in eum. Et exclamans & multum diſcerpens eum, exijt ab eo: & factus eſt ſicut mortuus, ita vt multi dicerent, Quia mortuus eſt. Ieſus autem tenens manum eius, eleuauit eum: & ſurrexit. Et cum introiſſet in domum, diſcipuli eius ſecreto interrogabant eum, Quare nos nõ potuimus eijcere eum? Et dixit illis, Hoc genus in nullo poteſt exire, niſi in oratione & ieiunio. Et inde profecti prætergrediebantur Galilæam: nec volebat quenquam ſcire. Docebat autem diſcipulos ſuos: & dicebat illis, Quoniam filius hominis tradetur in manus hominum, & occident eum, & occiſus tertia die reſurget. At illi ignorabant verbum: & timebant interrogare eum. Et venerunt Capharnaum. Quj cum domi eſſet, interrogabat eos, Quid in via tractabatis? At illi tacebant: ſiquidem in via inter ſe diſputauerant, quis eorum maior eſſet. Et reſidens vocauit duodecim: & ait illis, Si quis vult primus eſſe, erit omniũ nouiſsimus, & omnium miniſter. Et accipiẽs puerũ, ſtatuit eum in medio eorũ: quem cũ complexus eſſet, ait illis, Quiſquis vnum ex huiuſmodi pueris receperit in nomine meo, me recipit: & quicunq; me ſuſceperit: non me ſuſcipit, ſed eum qui miſit me. Reſpondit illi Ioannes, dicens, Magiſter, vidimus quendã in nomine tuo eijcientem dæmonia qui non ſequitur nos, & prohibuimus eum. Ieſus autem ait, Nolite prohibere eũ: nemo eſt enim qui faciat virtutem in nomine meo, & poſsit cito male loqui de me. Qui enim non eſt aduerſum vos, pro vobis eſt. Quiſquis enim potũ dederit vobis calicem aquæ in nomine meo quia Chriſti eſtis: amen dico vobis non perdet mercedẽ ſuam. Et quiſquis ſcandalizauerit vnũ ex his puſillis credentibus in me: bonũ eſt ei magis ſi circundaretur mola aſinaria collo eius, & in mare mitteretur. Et ſi ſcãdalizauerit te manus tua, abſcinde illam. bonum

Matt.16 a Luc.12 g
Matt.16 a
Matt.16 a
Mar.6 b
Matt.16 b Luc.9 c
Matt.16 d Luc.9 c 14 17 g Mar.12 d Matt.10 d Luc.9 c 12 b
Matt.16 d Luc.9 c
Matt.17 a Luc.9 d
Mala.4 b Matt.17 c Luc.9 c
Matt.17 d Luc.9 c
Matt.18 a Luc.9 f
1.Cor.12 a
Matt.10 d
Matt.18 a Luc.17 a Matt.18 b

est tibi debilem introire in vitam, quàm duas manus habẽtem
Esa.66 g ire in gehennam in ignem inextinguibilẽ, vbi vermis eorum
non moritur, & ignis non extinguitur. Et si pes tuus te scandalizat, amputa illum. bonum est tibi claudum introire in vitam æternam, quàm duos pedes habentem mitti in gehennam ignis inextinguibilis, vbi vermis eorum non moritur, &
ignis non extinguitur. Quòd si oculus tuus scandalizat te, eijce eum. bonum est tibi luscum introire in regnum Dei, quàm
duos oculos habentem, mitti in gehennam ignis, vbi vermis
Matt.5 b eorum non moritur, & ignis non extinguitur. Omnis enim
Luc.14 g igne salietur: & omnis victima sale salietur. Bonum est sal. quòd si sal insulsum fuerit: in quo illud condietis? Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.

S. REPVDIVM *prohibens, paruulos admittit: diuitum & pauperum discrimen afferens, matrem filiorum Zebedæi remittit: & Iericho præteriens cæcum illuminat.*

CAPVT X.

A ET inde exurgens, venit in fines Iudææ vltra Iordanem: & conueniunt iterum turbæ ad eum, & sicut consueuerat, iterum docebat illos. Et accedentes pharisæi, interrogabant eum, Si licet viro
Matt.19 a vxorem dimittere? tentantes eũ. At ille respondens, dixit eis,
Deut.24 a Quid vobis præcepit Moyses? Qui dixerunt, Moyses permisit libellum repudij scribere, & dimittere. Quibus respon-
Gene.1 d dens Iesus, ait, Ad duritiam cordis vestri scripsit vobis præ-
Gene.2 d ceptum istud. ab initio autẽ creaturæ masculũ & fœminam fe-
1.Corin.6 cit eos Deus. Propter hoc, relinquet homo patrẽ suum & ma-
Ephe.5 g trem: & adhærebit ad vxorem suã, & erunt duo in carne vna.
1.Cor.7 b Itaq; iam nõ sunt duo, sed vna caro. Quod ergo Deus coniunxit, homo non separet. Et in domo iterum discipuli eius de
B eodem interrogauerunt eum. Et ait illis, Quicunq; dimiserit vxorem suam, & aliam duxerit: adulterium committit super eam. Et si vxor dimiserit virũ suum, & alij nupserit: mœcha-
Matt.19 b tur. Et offerebant illi paruulos, vt tangeret illos. Discipuli
Lucæ 18 b autem comminabantur offerentibus. Quos cum videret Iesus, indignè tulit, & ait illis, Sinite paruulos venire ad me: & ne prohibueritis eos, talium enim est regnum Dei. Amen dico vobis: quisquis non receperit regnum Dei velut paruulus, non intrabit in illud. Et complexans eos, & imponẽs manus super illos, benedicebat eos. Et cum egressus esset in viam,
Matt.19 b procurrens quidã genu flexo ante eum, rogabat eum, dicens,
Lucæ 18 d Magister bone, quid faciam vt vitam æternam percipiam? Ie-
C sus autem dixit ei, Quid me dicis bonum? Nemo bonus, nisi
Exod.20 c vnus Deus. Præcepta nosti, Ne adulteres, Ne occidas, Ne furteris, Ne falsum testimoniũ dixeris, Ne fraudem feceris, Honora patrem tuum & matrem. At ille respondens, ait illi, Magister, hæc omnia obseruaui à iuuentute mea. Iesus autem intuitus eum dilexit eum, & dixit ei, Vnum tibi deest: vade, quæcunq; habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & veni sequere me. Qui contristatus in verbo, abijt mœrens. erat enim habens multas possessiones. Et circunspiciens Iesus, ait discipulis suis, Quàm difficile qui pecunias habent, in regnum Dei introibunt. Discipuli autẽ ob-
D stupescebant in verbis eius. At Iesus rursus respondens, ait illis, Filioli, quàm difficile est confidentes in pecunijs, in regnũ Dei introire. Facilius est camelum per foramen acus transire, quàm diuitem intrare in regnum Dei. Qui magis admirabantur, dicentes ad semetipsos, Et quis potest saluus fieri? Et intuens illos Iesus, ait, Apud homines impossibile est, sed non
Matt.19 d apud Deum. omnia enim possibilia sunt apud Deũ. Et post hæc cœpit ei Petrus dicere, Ecce nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Respondens Iesus ait, Amen dico vobis, nemo est qui reliquerit domum, aut fratres, aut sorores, aut patrem, aut matrem, aut filios, aut agros propter me & propter Euangelium: qui nõ accipiat centies tãtum nunc in tempore hoc, domos, & fratres, & sorores, & matres, & filios, & agros cum persecutionibus, & in seculo futuro vitã æternam. Multi autem primi, erunt nouissimi: & nouissimi, primi. Erant
Matt.19 d autem in via ascendentes Ierosolymam: & præcedebat illos
Matt.20 b E Iesus, & stupebant: & sequentes timebant. Et assumens ite-
Lucæ 18 c rum duodecim, cœpit illis dicere quæ essent ei ventura, Quia ecce ascendimus Ierosolymã, & filius hominis tradetur principibus sacerdotũ & scribis & senioribus, & damnabunt eum morte, & tradent eum gentibus, & illudent ei, & conspuent eum, & flagellabunt eum, & interficient eum, & tertia die resurget. Et accedunt ad eum Iacõbus & Ioannes filij Zebedæi,
Matt.20 c dicentes, Magister, volumus vt quodcunq; petierimus facias nobis. At ille dixit eis, Quid vultis vt faciam vobis? Et dixerunt, Da nobis vt vnus ad dexteram tuam, & alius ad sinistrã
F tuam sedeamus in gloria tua. Iesus autem ait eis, Nescitis quid petatis. potestis bibere calicem quem ego bibo: aut baptismo quo ego baptizor, baptizari? At illi dixerũt ei, Possumus. Iesus autem ait eis, Calicem quidem quem ego bibo bibetis, & baptismo quo ego baptizor baptizabimini: sedere autem ad dexteram meam vel ad sinistram non est meũ dare vobis, sed quibus paratũ est. Et audientes decem, indignati sunt de Iacõbo & Ioanne. Iesus autem vocans eos, ait illis, Scitis quia hi
Lucæ 22 e qui videntur principari gentibus, dominãtur eis: & principes eorum potestatem habent ipsorum. Non ita est autem in vobis, sed quicunq; voluerit fieri maior, erit vester minister: &
G quicunq; voluerit in vobis primus esse, erit omnium seruus. Nam & filius hominis non venit vt ministraretur ei, sed vt ministraret, & daret animã suam in redemptionem pro multis. Et veniunt Iericho, & proficiscente eo de Iericho, & di-
Matt.20 d scipulis eius & plurima multitudine, filius Timæi Bartimæus
Luc.18 fg cæcus, sedebat iuxta viam mendicans. Qui cum audisset quia Iesus Nazarenus est: cœpit clamare & dicere, Iesu fili Dauid, miserere mei. Et comminabantur ei multi, vt taceret. At ille multo magis clamabat, Fili Dauid, miserere mei. Et stans Iesus, præcepit illum vocari. Et vocant cæcum dicentes ei, Animæquior esto, surge, vocat te. Qui proiecto vestimento suo exiliens, vênit ad eum. Et respondens Iesus, dixit illi, Quid tibi vis faciam? Cæcus autem dixit ei, Rabboni vt videam. Iesus autem ait illi, Vade, fides tua te saluum fecit. Et confestim vidit, & sequebatur eum in via.

S. IESVS *super pullum asinæ Ierosolymam & templum ingressus, redijt Bethaniam: postridie reuertens maledicit ficum, negotiatores à tẽplo eijcit: & quæ hæc faciat authoritate Iudæis nõ aperit.*

CAPVT XI.

A ET cum appropinquarent Ierosolymæ & Bethaniæ ad montem Oliuarum, mittit duos ex discipulis suis, & ait illis, Ite in castellum quod contra
Matt.21 d Luc.19 c vos est, & statim introeũtes illuc inuenietis pullũ ligatũ, super quem nemo adhuc hominum sedit: soluite illum & adducite. Et si quis vobis dixerit, Quid facitis? dicite quia Domino necessarius est: & continuò illum dimittet huc. Et abeuntes, inuenerũt pullum ligatum ante ianuam foris in biuio: & soluũt eum. Et quidam de illic stantibus dicebant illis, Quid facitis, soluentes pullũ? Quj dixerunt eis sicut præce-
Ioannis b B perat illis Iesus: & dimiserunt eos. Et duxerunt pullum ad Iesum: & imponunt illi vestimenta sua, & sedit super eũ. Multi autem vestimenta sua strauerũt in via, alij autem frondes cædebant de arboribus & sternebant in via. Et qui præibant, & qui sequebantur clamabant, dicentes, Hosanna, Benedictus
Matt.21 b qui venit in nomine Domini, benedictum quod venit regnũ
Lucæ 19 g patris nostri Dauid, hosanna in excelsis. Et introiuit Ierosolymam in templũ: & circunspectis omnibus cũ iam vespera
Matt.21 b esset hora, exijt in Bethaniam cum duodecim. Et alia die cum exirent à Bethania, esurijt. Cumq; vidisset à longe ficum habentem folia, venit, si quid forte inueniret in ea. Et cũ venisset ad eam, nihil inuênit præter folia. non enim erat tempus

pus ficorum. Et respõdens dixit ei, Iam non amplius in æternum ex te fructum quisquam manducet. Et audiebant discipuli eius. C Et veniunt Ierosolymam. Et cum introisset in templum, cœpit eijcere vendentes & ementes in templo, & mensas numulariorũ & cathedras vendentiũ columbas euertit, & non sinebat vt quisquam transferret vas per templũ: & docebat, dicens eis, Nónne scriptũ est, Quia domus mea, domus orationis vocabitur omnibus gentibus? Vos autem fecistis eam speluncam latronũ. Quo audito, principes sacerdotũ & scribæ quærebant quomodo eũ perderent. Timebãt enim eum: quoniã vniuersa turba admirabatur super doctrina eius. Et cũ vespera facta esset, egrediebatur de ciuitate. Et cum mane transirent, viderũt ficum aridam factam à radicibus. Et recordatus Petrus, dixit ei, Rabbi, ecce ficus cui maledixisti, aruit. Et respondens Iesus, ait illis, Habete fidem Dei. Amen dico vobis quia quicunq; dixerit huic monti, Tollere & mittere in mare, & non hæsitauerit in corde suo, sed crediderit quia quodcunq; dixerit, fiat: fiet ei. Propterea dico vobis, omnia quæcunq; orantes petitis, credite quia accipietis, & euenient vobis. Et cum stabitis ad orandũ, dimittite si quid habetis aduersus aliquem: vt & pater vester qui in cœlis est dimittat vobis peccata vestra. Quòd si vos non dimiseritis: nec pater D vester qui in cœlis est, dimittet vobis peccata vestra. Et veniunt rursus Ierosolymam. Et cum ambularet in templo, accedunt ad eum summi sacerdotes & scribæ & seniores, & dicunt ei, In qua potestate hæc facis? & quis dedit tibi hanc potestatem vt ista facias? Iesus autem respondens, ait illis, Interrogabo vos & ego vnum verbum, & respondete mihi: & dicam vobis in qua potestate hæc faciam. Baptismus Ioannis, de cœlo erat, an ex hominibus? Respondete mihi. At illi cogitabant secum dicentes, Si dixerimus de cœlo, dicet nobis, Quare ergo non credidistis ei? Si dixerimus ex hominibus: timemus populũ. Omnes enim habebant Ioannem quia verè propheta esset. Et respondentes, dicunt Iesu, Nescimus. Et respondens Iesus, ait illis, Neque ego dico vobis in qua potestate hæc faciam.

S. IVDAEOS ex vinea agricolis locata reprobat, censum Cæsaris approbat, resurrectionem & primum mãdatum probat: & mulierculam duo æra mittentem cæteris præficit ditioribus.

CAPVT XII.

A ET cœpit illis in parabolis loqui, Vineam plantauit homo, & circundedit sepem, & fodit lacum, & ædificauit turrim, & locauit eam agricolis: & peregre profectus est. Et misit ad agricolas in tempore seruum, vt ab agricolis acciperet de fructu vineæ. Qui apprehensum eum cæciderũt: & dimiserunt vacuum. Et iterum misit ad illos aliũ seruum: & illũ in capite vulnerauerunt, & contumelijs affecerunt. Et rursum aliũ misit, & illum occiderũt: & plures alios, quosdam cædentes, alios verò occidentes. Adhuc ergo vnũ habens filiũ charissimum: & illũ misit ad eos nouissimum, dicens, Quia reuerebũtur filiũ meum. Coloni autẽ dixerũt adinuicẽ, Hic est hæres, Venite occidamus eum: & nostra erit hæreditas. Et apprehendentes eũ occiderunt: & eiecerũt extra vineam. Quid ergo faciet dominus vineæ? Veniet, & perdet colonos: & dabit vineam alijs. Nec scripturam hanc legistis: Lapidem quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: A Domino factum est istud, & est mirabile in oculis nostris. Et quærebãt eum tenere: & timuerũt turbã. cognouerunt enim quoniam ad eos parabolam hanc dixerit. Et relicto eo, abierunt: Et mittunt ad eum quosdam ex pharisæis & Herodianis: vt eum caperẽt in B verbo. Qui venientes, dicunt ei, Magister, scimus quia verax es, & non curas quenquam: nec enim vides in faciem hominũ, sed in veritate viam Dei doces. Licet dare tributum Cæsari: an non dabimus? Qui sciens versutiam illorum, ait illis, Quid me tentatis? afferte mihi denariũ vt videã. At illi obtulerunt ei. Et ait illis. Cuius est imago hæc, & inscriptio? Dicũt ei, Cæsaris. Respondens autem Iesus, dixit illis, Reddite igitur quæ sunt Cæsaris, Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. Et mirabantur super eo. Et venerũt ad eum Sadducæi qui dicũt resurrectionem non esse: & interrogabãt eum dicẽtes, Magister, Moyses nobis scripsit, vt si cuius frater mortuus fuerit, & dimiserit vxorem, & filios nõ reliquerit: accipiat frater eius vxorẽ ipsius, & resuscitet semen fratri suo. Septẽ ergo fratres erant, & primus accepit vxorẽ, & mortuus est nõ relicto semine. Et secundus accepit eã, & mortuus est: & nec iste reliquit semẽ. Et tertius similiter. Et acceperunt eam similiter septem: & non reliquerunt semen. Nouissima omniũ defuncta est & mulier. In resurrectione ergo cum resurrexerint, cuius de his erit vxor? septem enim habuerunt eam vxorem. Et respondens Iesus, ait illis, Nónne ideo erratis, nõ scientes scripturas neq; virtutem Dei? Cũ enim à mortuis resurrexerint, neq; nubent neq; nubentur, sed sunt sicut angeli Dei in cœlis. De mortuis autem quòd resurgant, non legistis in libro Moysi, super rubũ quo- C modo dixerit illi Deus, inquiẽs, Ego sum Deus Abraham, & Deus Isaac, & Deus Iacob. Nõ est deus mortuorũ, sed viuorum. Vos ergo multũ erratis. Et accessit vnus de scribis qui audierat illos cõquirentes. & videns quoniã bene illis respondisset, interrogauit eum quod esset primũ omnium mandatũ. Iesus autem respondit ei quia primũ omnium mãdatum est, Audi Israel, Dominus deus tuus, Deus vnus est. Et diliges Dominũ deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, & ex tota virtute tua. Hoc est primum mandatũ. Secundum autem simile est illi, Diliges proximum tuum tanquã teipsum. Maius horum aliud mandatum nõ est. Et ait illi scriba, Bene magister, in veritate dixisti, quia vnus est Deus, & nõ est alius præter eũ. Et vt diligatur ex toto corde, & ex toto intellectu, & ex tota anima, & ex tota fortitudine, & diligere proximũ tanquam seipsum: maius est omnibus holocaustomatibus & sacrificijs. Iesus autẽ videns quòd sapienter respõdisset, dixit illi, Non es longè à regno Dei. Et D nemo iam audebat eum interrogare. Et respondens Iesus dicebat, docens in templo, Quomodo dicunt scribæ Christum filium esse Dauid? Ipse enim Dauid dicit in spiritu sancto, Dixit dominus Domino meo, sede à dextris meis, Donec ponam inimicos tuos, scabellũ pedum tuorum. Ipse ergo Dauid dicit eum Dominum: & vnde est filius eius? Et multa turba eum libenter audiuit. Et dicebat eis in doctrina sua: Cauete à scribis, qui volunt in stolis ambulare, & salutari in foro, & in primis cathedris sedere in synagógis, & primos discubitus in cœnis, qui deuorant domos viduarum sub obtentu prolixæ orationis: hi accipient prolixius iudicium. Et sedens Iesus contra gazophylacium, aspiciebat quomodo turba iactaret æs in gazophylacium, & multi diuites iactabant multa. Cum veniisset autẽ vidua vna pauper, misit duo minuta, quod est quadrans. Et conuocans discipulos suos, ait illis, Amen dico vobis, quoniam vidua hæc pauper plus omnibus misit qui miserũt in gazophylaciũ. Omnes enim ex eo quod abundabat illis, miserunt: hæc verò de penuria sua omnia quæ habuit misit, totum victum suum.

S. CHRISTVS à Ierosolymis discedens inquisitus super suo aduentu & fine seculi, multa cauẽda futura, & multa imitanda prædicit.

CAPVT XIII.

A ET cum egrederetur de templo, ait illi vnus ex discipulis suis, Magister, aspice quales lapides, & quales structuræ. Et respondens Iesus, ait illi, Vides has omnes magnas ædificationes? Non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur. Et cum sederet in monte Oliuarum contra templũ, interrogabãt eum seperatim Petrus & Iacôbus & Ioannes & Andreas, Dic nobis, quando ista fient? & quod signum erit quãdo hæc omnia incipient consummari? Et respondens Iesus, cœpit dicere

illis, Videte ne quis vos seducat. Multi enim venient in nomine meo dicentes, quia ego sum: & multos seducent. Cùm audieritis autẽ bella & opiniones bellorũ, ne timueritis. oportet enim hæc fieri: sed nondum finis. Exurget enim gens contra
B gentem, & regnũ super regnum: & erunt terræmotus per loca, & fames. Initium dolorũ, hæc. Videte autem vosmetipsos. Tradent enim vos in concilijs, & in synagógis vapulabitis, & ante præsides & reges stabitis propter me in testimoniũ illis.
Matt.10 b Et in omnes gentes primum oportet prædicari Euangelium. Et cùm duxerint vos tradentes, nolite præcogitare quid loquamini: sed quod datum vobis fuerit in illa hora, id loquimini. Non enim vos estis loquentes: sed spiritus sanctus. Tradet autem frater fratrẽ in mortem, & pater filium: & consurgent filij in parẽtes, & morte afficient eos. Et eritis odio omnibus, propter nomen meum. Qui autem sustinuerit in finem, hic
Mat.24 b saluus erit. Cùm autem videritis abominationem desolationis, stantem vbi nõ debet (qui legit, intelligat) tunc qui in Iu-
Lucæ 21 d dæa sunt, fugiant in montes: & qui super tectum, ne descendat in domum, nec introeat vt tollat quid de domo sua: & qui
Dan.9 g in agro erit, non reuertatur retro tollere vestimentum suum. Væ autẽ prægnantibus & nutrientibus in illis diebus. Orate
C verò vt hyeme non fiant. Erunt enim dies illi tribulationes tales, quales non fuerunt ab initio creaturæ quam condidit Deus vsq; nunc, neq; fient. Et nisi breuiasset Dominus dies, non fuisset salua omnis caro: sed propter electos quos elegit,
Matt.24 b breuiauit dies. Et tũc si quis vobis dixerit, Ecce hîc est Chri-
Luc.21 b c stus, ecce illic: ne credideritis. Exurgent enim pseudochristi & pseudoprophetæ: & dabunt signa & portenta ad seducendos, si fieri potest, etiam electos. Vos ergo videte. ecce prædi-
Ezec.23 b xi vobis omnia. Sed in illis diebus post tribulationem illã sol
Esa.13 b contenebrabitur, & luna non dabit splendorem suum, & stel-
Ioël.13 c læ cœli erunt decidentes, & virtutes quæ in cœlis sunt mouebuntur. Et tunc videbunt filium hominis venientem in nubibus cum virtute multa & gloria. Et tunc mittet angelos suos, & congregabit electos suos à quatuor ventis, à summo terræ vsq; ad summum cœli. A ficu autem discite parabolam. Cum iam ramus eius tener fuerit, & nata fuerint folia: cognoscitis quia in proximo sit æstas. Sic & vos cùm videritis hæc fieri, scitote quòd in proximo sit in ostijs. Amen dico vobis
D quoniam non transibit generatio hæc, donec omnia ista fiant. Cœlum & terra transibunt: verba autem mea non transibunt. De die autẽ illo vel hora, nemo scit neq; angeli in cœlo, neq; filius: nisi pater. Videte, vigilate, & orate: nescitis enim quando tempus sit. Sicut homo qui peregre profectus reliquit
Matt.24 d domum suam: & dedit seruis suis potestatem cuiusq; operis, & ianitori præcepit vt vigilet. Vigilate ergo (nescitis enim quando Dominus domus veniat: sero, an media nocte, an gallicantu, an mane) ne cùm venerit repentè, inueniat vos dormientes. Quod autem vobis dico, omnibus dico, Vigilate.

S. IVDAEIS in Christũ conspirantibus, à muliere discipulis murmurantibus ungitur: pascha mãducat, in monte orat, à Iudæis Iuda tradente uincitur, apud Caiphã accusatur, & à Petro negatur.

CAPVT XIIII.

A ERat autẽ pascha & azyma post biduum: & quærebant summi sacerdotes & scribæ quomodo eũ
Matt.26 a dolo tenerent & occiderent. Dicebant autẽ, Non
Luc.22 a in die festo: ne fortè tumultus fieret in populo. Et cum esset Bethaniæ in domo Simõnis Leprosi, & recumberet, venit mulier habens alabastrum vnguenti nardi pistícæ
Matt.26 a pretiosi: & fracto alabastro, effudit super caput eius. Erant au-
Ioan.12 a tem quidam indignè ferentes intra semetipsos, & dicẽtes, Vt quid perditio ista vnguenti facta est? Poterat enim vnguentũ istud venundari plus quàm trecentis denarijs, & dari pauperibus. Et fremebãt in eam. Iesus autem dixit, Sinite eam: quid illi molesti estis? Bonũ opus operata est in me, semper enim pauperes habetis vobiscum, & cũ volueritis potestis illis benefacere: me autem semper non habetis. Quod habuit, hæc fecit: præuênit vngere corpus meũ in sepulturam. Amen dico
B vobis vbicunq; prædicatum fuerit Euangelium istud in vniuerso mundo, & quod fecit hæc narrabitur in memoriã eius.

Et Iudas Iscariotes vnus de duodecim abijt ad summos sa- Matt.26 b
cerdotes, vt proderet eum illis. Qui audientes gauisi sunt: & Luc.22 b
promiserunt ei pecuniam se daturos. Et quærebat quomodo illum opportunè traderet. Et primo die azymorũ quando Matt.26 b
pascha immolabant, dicunt ei discipuli, Quò vis eamus, & pa- Luc.22 a
remus tibi vt manduces pascha? Et mittit duos ex discipulis suis: & dicit eis, Ite in ciuitatem: & occurret vobis homo lagenam aquæ baiulans, sequimini eum: & quocunq; introierit, dicite domino domus, quia magister dicit, Vbi est refectio mea, vbi pascha cum discipulis meis mãducem? Et ipse vobis demonstrabit cœnaculum grande, stratum: & illic parate nobis. Et abierunt discipuli eius, & venerunt in ciuitatem, & inuenerunt sicut dixerat illis, & parauerunt pascha. Vespere Matt.26 b
autem facto, venit cum duodecim. Et discumbentibus eis & Luc.31 b
manducantibus, ait Iesus, Amen dico vobis quia vnus ex vo- Ioan.13 c
C bis tradet me qui manducat mecum. At illi cœperunt contristari, & dicere ei singulatim, Nũquid ego? Qui ait illis, Vnus ex duodecim, qui intingit mecum manum in catino. & filius quidem hominis vadit sicut scriptum est de eo. Væ autem Psal.40 c
homini illi per quem filius hominis tradetur. bonum erat ei, si non esset natus homo ille. Et, manducantibus illis, accepit Iesus panem: & benedicens fregit, & dedit eis, & ait illis, Su- 1.Cor.11 c
mite, hoc est corpus meum. Et accepto calice, gratias agens Matt.26 c
dedit eis. & biberunt ex illo omnes. Et ait illis, Hic est sanguis Luc.22 d
meus noui testamenti, qui pro multis effundetur. Amen dico vobis quia iam non bibam de genimine vitis, vsq; in diem illum cùm illud bibam nouum in regno Dei. Et hymno dicto, exierunt in montem Oliuarũ. Et ait eis Iesus, Omnes Ioan.18 a
scandalizabimini in me in nocte ista: quia scriptum est, Per- Ioan.16 g
cutiam pastorem: & dispergentur oues. Sed post quam resurrexero, præcedam vos in Galilæam. Petrus autem ait illi, Et Zacha.13 c
si omnes scandalizati fuerint: sed non ego. Et ait illi Iesus,
D Amen dico tibi, quia tu hodie in nocte hac priusquam gallus vocem bis dederit, ter me es negaturus. At ille amplius loquebatur, Et si oportuerit me simul commori tibi, non te negabo. Similiter autem & omnes dicebant. Et veniunt in præ- Matt.26 d
dium cui nomẽ Gethsemani. Et ait discipulis suis, Sedete hîc Luce 22 d
donec orem. Et assumit Petrum & Iacóbum & Ioannem secum: & cœpit pauere & tædere. Et ait illis, Tristis est anima mea vsque ad mortem: sustinete hîc, & vigilate. Et cùm processisset paululum, prócidit super terram: & orabat vt si fieri posset transiret ab eo hora, & dixit, Abba pater, omnia tibi possibilia sunt: transfer calicem hunc à me: sed non quod ego volo, sed quod tu. Et venit, & inuenit eos dormientes. Et ait Petro, Simon, dormis? non potuisti vna hora vigilare? Vigilate, & orate vt non intretis in tentationem. spiritus quidem promptus est: caro verò, infirma. Et iterum abiens orauit, eundem sermonem dicens. Et reuersus, denuo inuenit eos
E dormientes (erant enim oculi eorum grauati) & ignorabant quid responderent ei. Et venit tertiò, & ait illis, Dormite iam, & requiescite. Sufficit, venit hora, ecce filius hominis tradetur in manus peccatorum. Surgite, eamus, ecce, qui me tradet, Matt.26 c
propè est. Et adhuc eo loquẽte, venit Iudas Iscariotes vnus Luce 22 c
de duodecim, & cum eo turba multa cum gladijs & lignis, à Ioan.18 d
summis sacerdotibus & scribis & senioribus. Dederat autem traditor eius signum eis, dicens, Quencunq; osculatus fuero, ipse est: tenete eum, & ducite cautè. Et cum veniisset, statim accedens ad eum: ait, Rabbi, & osculatus est eum. At illi manus iniecerunt in Iesum, & tenuerunt eum. Vnus autem quidam de circunstantibus, educens gladiũ percussit seruũ summi sacerdotis: & amputauit illi auriculam. Et respondens Iesus, ait illis, Tanquam ad latronem existis cũ gladijs & lignis compre-

comprehendere me? quotidie eram apud vos in templo docens, & non me tenuistis. Sed vt impleantur scripturæ. Tunc discipuli eius relinquentes eum, omnes fugerunt. Adolescens autem quidam sequebatur eum amictus sindone super nudo: & tenuerunt eum. At ille reiecta sindone, nudus profugit ab eis. Et adduxerunt Iesum ad summum sacerdotem: & conuenerunt omnes sacerdotes & scribæ & seniores. Petrus autem à longe secutus est eum vsq; intrò in atrium summi sacerdotis: & sedebat cum ministris ad ignem, & calefaciebat se. Summi verò sacerdotes & omne concilium quærebant aduersus Iesum testimoniũ, vt eum morti traderent: nec inueniebant. Multi autem testimonium falsum dicebant aduersus eum: & conuenientia testimonia non erant. Et quidã surgentes, falsum testimoniũ ferebant aduersus eum, dicentes, Quoniam nos audiuimus eum dicentẽ, Ego dissoluã tẽplum hoc manufactũ, & post triduum aliud non manufactũ ædificabo. Et non erat conueniens testimoniũ illorũ. Et exurgens summus sacerdos in medium, interrogauit IESVM, dicens, Non respondes quicquam ad ea quæ tibi obijciuntur ab his? Ille autem tacebat: & nihil respondit. Rursum summus sacerdos interrogabat eum: & dixit ei, Tu es CHRISTVS filius Dei benedicti? IESVS autem dixit illi, Ego sum: & videbitis filium hominis sedentem à dextris virtutis, & venientem cum nubibus cœli. Summus autem sacerdos scindens vestimenta sua, ait, Quid adhuc desyderamus testes? Audistis blasphemiam, quid vobis videtur? Qui omnes condemnauerunt eum esse reum mortis. Et cœperũt quidam conspuere eum, & velare faciem eius, & colaphis eum cędere, & dicere ei, Prophetiza. Et ministri alapis eum cædebant. Et cum esset Petrus in atrio deorsum, venit vna ex ancillis summi sacerdotis: & cum vidisset Petrum calefacientem se, aspiciens illum, ait, Et tu cum Iesu Nazareno eras. At ille negauit, dicens, Neq; scio, neq; noui quid dicas. Et exijt foras ante atrium: & gallus cãtauit. Rursus autem cùm vidisset illum ancilla, cœpit dicere circunstantibus, Quia hic ex illis est. At ille iterum negauit. Et post pusillum rursus qui astabãt dicebant Petro, Verè ex illis es, nam & Galilæus es. Ille autem cœpit anathematizare & iurare, Quia nescio hominem istum quem dicitis. Et statim gallus iterum cantauit. Et recordatus est Petrus verbi quod dixerat ei Iesus, Prius quàm gallus cantet bis, ter me negabis. Et cœpit flere.

S. PILATO sistitur, dimisso Barabba morti adiudicatur, crucifigitur, ridetur, expirat, atq; à cruce demissus cũ honore sepelitur.

CAPVT XV.

ET confestim, mane concilium facientes summi sacerdotes cum senioribus & scribis & vniuerso concilio, vincientes Iesum, duxerunt & tradiderunt Pilato. Et interrogauit eum Pilatus, Tu es rex Iudæorum? At ille respondens, ait illi, Tu dicis. Et accusabant eum summi sacerdotes in multis. Pilatus autem rursum interrogauit eum, dicens, Non respondes quicquam? vide in quantis te accusant. Iesus autem amplius nihil respondit: ita vt miraretur Pilatus. Per diem autem festum solebat dimittere illis vnum ex vinctis quencunq; petissent. Erat autem qui dicebatur Barabbas, qui cum seditiosis erat vinctus, qui in seditione fecerat homicidiũ. Et cum ascendisset turba, cœpit rogare, sicut semper faciebat illis. Pilatus autem respõdit eis, & dixit, Vultis dimittam vobis regem Iudæorũ? Sciebat enim quòd per inuidiam tradidissent eum summi sacerdotes. Pontifices autem concitauerunt turbam vt magis Barabbam dimitteret eis. Pilatus autem iterum respondens, ait illis, Quid ergo vultis faciam regi Iudæorum? At illi iterum clamauerunt, Crucifige eum. Pilatus verò dicebat illis, Quid enim mali fecit? At illi magis clamabant, Crucifige eum. Pilatus autem volens populo satisfacere, dimisit illis Barabbam, & tradidit Iesum flagellis cæsum vt crucifigeretur. Milites autem duxerunt eum in atrium prætorij, & conuocant totam cohortem: & induunt eum purpura, & imponũt ei plectentes spineam coronã. Et cœperunt salutare eum, Aue rex Iudæorum. Et percutiebant caput eius arundine: & conspuebant eum: & ponentes genua adorabant eum. Et postquàm illuserunt ei, exuerunt illum purpura, & induerunt eum vestimentis suis: & educunt illum vt crucifigerent eum. Et angariauerunt prætereuntem quempiam Simonem Cyrenæum venientem de villa, patrem Alexandri & Rufi: vt tolleret crucem eius. Et perducunt illum in Golgotha locum: quod est interpretatum, Caluariæ locus. Et dabant ei bibere myrrhatum vinum: & non accepit. Et crucifigẽtes eum diuiserunt vestimenta eius, mittentes sortem super eis quis quid tolleret. Erat autem hora tertia: & crucifixerunt eum. Et erat titulus causæ eius inscriptus, Rex Iudæorum. Et cum eo crucifigunt duos latrones: vnum à dextris, & alium à sinistris eius. Et impleta est scriptura quæ dicit, Et cum iniquis reputatus est. Et prætereũtes blasphemabant eum, mouẽtes capita sua, & dicentes, Vah qui destruis templum Dei, & in tribus diebus reædificas: saluum fac temetipsum descendens de cruce. Similiter & summi sacerdotes illudẽtes, ad alterutrũ cum scribis dicebant, Alios saluos fecit, seipsum non potest saluum facere. Christus Rex Israel descendat nunc de cruce: ut videamus & credamus. Et qui cum eo crucifixi erant, conuitiabantur ei. Et facta hora sexta, tenebræ factæ sunt per totam terram vsq; in horam nonam. Et hora nona exclamauit Iesus voce magna, dicens, Eloi, eloi Lammasabacthani? quod est interpretatum, Deus meus, Deus meus, vt quid dereliquisti me? Et quidam de circunstantibus audientes dicebant, Ecce, Eliam vocat. Currens autem vnus, & implens spongiam aceto, circumponensque calamo, potum dabat ei, dicens, Sinite: videamus si veniat Elias ad deponendum eum. Iesus autem emissa voce magna expirauit. Et velum templi scissum est in duo, à summo vsque deorsum. Videns autem Cẽturio qui ex aduerso stabat, quia sic clamans expirasset: ait, Verè hic homo, filius Dei erat. Erant autem & mulieres dẽlonge aspiciẽtes: inter quas erat Maria Magdalene, & Maria Iacobi minoris & Ioseph mater, & Salome, & cũ esset in Galilæa sequebantur eum, & ministrabant ei: & aliæ multæ quæ simul cum eo ascenderant Ierosolymam. Et cum iam sero esset factum (quia erat parascéue quod est ante sabbathum) venit Ioseph ab Arimathæa nobilis decurio, qui & ipse erat expectans regnum Dei. Et audacter introiuit ad Pilatum, & petijt corpus Iesus. Pilatus autem mirabatur si iam obijsset. Et accersito Centurione, interrogauit eum si iam mortuus esset. Et cum cognouisset à Centurione: donauit corpus Ioseph. Ioseph autem mercatus sindonem, & deponens eum inuoluit sindone, & posuit eum in monumento quod erat excisum de petra, & aduoluit lapidem ad ostium monũmenti. Maria Magdalene & Maria Ioseph aspiciebant vbi poneretur.

S. MVLIERIBVS ad monumentũ cum aromatibus mane uenitẽtibus Angelus resurrexisse CHRISTVM nuntiat, qui post multas apparitiones ipsis cernentibus in cœlos ascendit.

CAPVT XVI.

ET cum transisset sabbathum, Maria Magdalene & Maria Iacobi & Salome emerunt aromata, vt venientes vngerent Iesum. Et valde mane vna sabbathorum, veniunt ad monumentum: orto iam sole. Et dicebant adinuicem, Quis reuoluet nobis lapidem ab ostio monumenti? Et respicientes, viderunt reuolutum lapidem. Erat quippe magnus valde. Et introeuntes in monumentum, viderunt iuuenem sedentem in dextris, coopertum stola candida: & obstupuerunt. Qui dicit illis, Nolite expaueſcere: Iesum quæritis Nazarenum, crucifixum: surrexit, non est hîc, ecce locus vbi posuerunt eum. Sed ite, dicite discipulis eius & Petro, quòd

Matt. 26 c Supra 14 c
præcedet vos in Galilæam. Ibi eum videbitis, ſicut dixit vobis. At illæ exeuntes, fugerunt de monumẽto: inuaſerat enim eas tremor & pauor: & nemini quicquam dixerunt. timebant
C enim. Surgens autem Ieſus mane prima ſabbathi, apparuit primo Mariæ Magdalenæ, de qua eiecerat ſeptem dæmonia. Illa vadens, nuntiauit his qui cum eo fuerant, lugentibus & flentibus. Et illi audientes quia viueret & viſus eſſet ab ea,
Luc. 24 b non crediderunt. Poſt hæc autem duobus ex his ambulantibus oſtenſus eſt in alia effigie, euntibus in villam: & illi eun
Luc. 24 f tes nuntiauerunt cæteris: nec illis crediderunt. Nouiſsimè au
Ioan. 20 e tem, recumbentibus illis vndecim apparuit: & exprobrauit
D incredulitatem eorum & duritiam cordis, quia his qui viderant eum reſurrexiſſe, non crediderunt. Et dixit eis, Euntes in
Matt. 28 d mundum vniuerſum, prædicate Euangelium omni creaturæ. Qui crediderit, & baptizatus fuerit, ſaluus erit: qui verò non crediderit, condemnabitur. Signa autem eos qui crediderint, hæc ſequentur, In nomine meo dæmonia eijcient, Linguis loquentur nouis, Serpentes tollent. Et ſi mortiferũ quid biberint non eis nocebit. Super ægros manus imponent: & bene habebunt. Et Dominus quidem Ieſus poſtquam locutus eſt eis, aſſumptus
Luc. 24 g eſt in cœlum: & ſedet à dextris Dei. Illi autem profecti, prædicauerunt vbique: Domino cooperante, & ſermonem confirmante ſequentibus ſignis.

Hieronymus in Catalogo SCRIPTORVM *Eccleſiaſticorum.*

LVCAS *medicus Antiochenſis, ut eius ſcripta indicant, Græci ſermonis non ignarus fuit, ſectator Apoſtoli Pauli, & omnis peregrinationis eius comes: ſcripſit Euangelium, de quo idem Paulus, Miſimus, inquit, cum illo fratrem, cuius laus eſt in Euangelio per omnes eccleſias. Et ad Coloſſenſes, Salutat uos Lucas medicus charißimus. Et ad Timotheum, Lucas eſt mecum ſolus. Aliud quoque edidit uolumen egregium, quod titulo Πράξεις ἀποστόλων prænotatur, cuius hiſtoria uſque ad biennium Romæ commorantis Pauli peruenit, id eſt uſque ad quartum Neronis annum. Ex quo intelligimus in eadem urbe librum eſſe compoſitum. Igitur περίοδον Pauli, & Theclæ, & totam baptizati Leonis fabulam, inter apocryphas ſcripturas computamus. Quale enim eſt, ut indiuiduus comes Apoſtoli, inter cæteras eius res, hoc ſolum ignorauerit? Sed & Tertullianus uicinus eorum temporum, refert preſbyterũ quendam in Aſia κατὰ ἀσυνφίαν apoſtoli Pauli conuictum apud Ioannẽ, quòd author eſſet libri, & confeſſum ſe hoc Pauli amore feciſſe, & ob id excidiſſe. Quidam ſuſpicantur, quotieſcunque in epiſtolis ſuis Paulus dicit, Iuxta Euangeliũ meum, De Lucæ ſignificare uolumine, & Lucam non ſolum ab Apoſtolo Paulo didiciſſe Euangelium, qui cum Domino in carne non fuerat, ſed à cæteris Apoſtolis: quod ipſe quoque in principio ſui uoluminis declarat, dicens, Sicut tradiderunt nobis qui à principio ipſi uiderunt, & miniſtri fuerunt ſermonis. Igitur Euangelium ſicut audierat, ſcripſit. Acta uerò Apoſtolorum ſicut uiderat, compoſuit. Vixit octoginta & quatuor annos, uxorem non habens. Sepultus eſt Conſtantinopoli, ad quem urbem uiceſimo Conſtantini anno, oſſa eius cum reliquijs Andreæ Apoſtoli translata ſunt de Achaia.*

Sanctum Ieſu Chriſti Euangelium ſecundum LVCAM.

S. ELIZABETH Ioanne concepto à Maria prægnante uiſitata filium parit Zacharia patre prius muto prophetante.

CAPVT I.



A QVONIAM quidem multi conati ſunt ordinare narrationẽ quæ in nobis completæ ſunt rerũ, ſicut tradiderunt nobis qui ab initio ipſi viderunt & miniſtri fuerunt ſermonis: viſum eſt & mihi aſſequuto omnia, à principio diligẽter ex ordine tibi ſcribere optime Theophile, vt cognoſcas eorum verborum de quibus erudituſ es, veritatẽ. Fuit in diebus Herodis regis Iudææ, ſacerdos quidã nomine Zacharias, de vice Abia: & vxor illius de filiabus Aaron, & nomen eius Eliſabeth. Erant autem iuſti ambo ante Deũ, incidentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus Domini ſine querela, & non erat illis filius: eo quòd eſſet Eliſabeth ſterilis, & ambo proceſsiſſent in diebus ſuis. Factum eſt autem: cum ſacerdotio fungeretur Zacharias in ordine vicis ſuæ ante Deum, ſecundum conſuetudinem ſacerdotij, ſorte exijt vt incenſum poneret ingreſſus in templũ Domini: & omnis multitudo populi erat orans foris hora incenſi. Leui. 16 d
Apparuit autem illi Angelus Domini, ſtans à dextris altaris incenſi. Et Zacharias turbatus eſt, videns: & timor irruit ſuper eum. Ait autem ad illum Angelus, Ne timeas Zacharia, quoniam exaudita eſt deprecatio tua: & vxor tua Eli-
B ſabeth pariet tibi filium, & vocabis nomẽ eius Ioannẽ: & erit gaudium tibi & exultatio, & multi in natiuitate eius gaudebunt. Erit enim magnus coram Domino: & vinum & ſiceram nõ bibet: & ſpiritu ſancto replebitur adhuc ex vtero matris ſuæ: & multos filiorum Iſrael cõuertet ad Dominũ Deũ Malach. 4 b
ipſorum: & ipſe præcedet ante illũ in ſpiritu & virtute Eliæ: vt conuertat corda patrum in filios, & incredulos ad prudẽtiam iuſtorum, parare Domino plebem perfectam. Et dixit Zacharias ad Angelum, Vnde hoc ſciam? ego enim ſum ſenex: & vxor mea proceſsit in diebus ſuis. Et reſpondens Angelus dixit ei, Ego ſum Gabriel qui aſto ante Deum: & miſſus ſum loqui ad te, & hæc tibi euangelizare. Et ecce, eris tacens & non poteris loqui vſq; in diem quo hæc fiant: pro eo quòd non credidiſti verbis meis, quæ implebuntur in tempore ſuo. Et erat plebs expectans Zachariam: & mirabantur quòd tardaret ipſe in templo. Egreſſus autem non poterat loqui ad illos: & cognouerunt quòd viſionem vidiſ-
C ſet in templo. Et ipſe erat innuens illis: & permanſit mutus. Et factum eſt vt impleti ſunt dies officij eius, abijt in domũ ſuam,

suam. Post hos autem dies concepit Elisabeth vxor eius: & occultabat se mensibus quinq;, dicens, Quia sic fecit mihi Dominus in diebus quibus respexit auferre opprobrium meum inter homines. In mense autem sexto missus est angelus Gabriel à Deo in ciuitatem Galilææ cui nomen Nazareth, ad virginem desponsatam viro cui nomen erat Ioseph, de domo Dauid: & nomen virginis Maria. Et ingressus Angelus, ad eam dixit. Aue gratia plena, Dominus tecum: benedicta tu in mulieribus. Quæ cum audisset, turbata est in sermone eius, & cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei, Ne timeas Maria, inuenisti enim gratiam apud Deum. Ecce concipies in vtero, & paries filium: & vocabis nomen eius Iesum. Hic erit magnus: & filius altissimi vocabitur. Et dabit illi Dominus Deus sedem Dauid patris eius: & regnabit in domo Iacob in æternum, & regni eius non erit finis. Dixit autem Maria ad Angelum, Quomodo fiet istud: quoniam virum non cognosco? Et respondens Angelus, dixit ei, Spiritus sanctus superueniet in te, & virtus altissimi obūbrabit tibi. Ideoque & quod nascetur ex te sanctum, vocabitur filius Dei. Et ecce Elizabeth cognata tua: & ipsa concepit filiū in senectute sua: & hic mensis, sextus est illi quæ vocatur sterilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbū. Dixit autem Maria, Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Et discessit ab illa Angelus. Exurgens autem Maria in diebus illis, abijt in montana cum festinatione in ciuitatē Iuda: & intrauit in domum Zachariæ, & salutauit Elisabeth. Et factum est: vt audiuit salutationem Mariæ Elisabeth, exultauit infans in vtero eius: & repleta est spiritu sancto Elisabeth: & exclamauit voce magna, & dixit, Benedicta tu inter mulieres, & benedictus fructus ventris tui. Et vnde hoc mihi, vt veniat mater Domini mei ad me? Ecce enim vt facta est vox salutationis tuæ in auribus meis, exultauit in gaudio infans in vtero meo, & beata quæ credidisti: quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi à Domino. Et ait Maria, Magnificat anima mea Dominum. Et exultauit spiritus meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancillæ suæ. ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est: & sanctum nomen eius. Et misericordia eius à progenie in progenies, timentibus eum. Fecit potentiam in brachio suo: dispersit superbos mente cordis sui. Deposuit potentes de sede, & exaltauit humiles. Esurientes impleuit bonis: & diuites dimisit inanes. Suscepit Israel puerum suum memorari misericordiæ suæ. Sicut locutus est ād patres nostros, Abraham & semini eius in secula. Mansit autem Maria cum illa quasi mensibus tribus: & reuersa est in domum suam. Elisabeth autem impletū est tempus pariendi: & peperit filium. Et audierunt vicini & cognati eius quia magnificauit Dominus misericordiam suam cum illa, & congratulabantur ei. Et factum est: in die octauo venerunt circuncidere puerum. & vocabant eum nomine patris sui, Zachariam. Et respondens mater eius dixit, Nequaquam, sed vocabitur Ioannes. Et dixerunt ad illam, Quia nemo est in cognatione tua qui vocetur hoc nomine. Innuebant autem patri eius quem vellet vocari eum. Et postulans pugillarem, scripsit dicens, Ioannes est nomen eius. Et mirati sunt vniuersi. Apertum est autem ilico os eius, & lingua eius, & loquebatur benedicens Deum. Et factus est timor super omnes vicinos eorum: & super omnia montana Iudææ diuulgabantur omnia verba hæc, & posuerunt omnes qui audierant in corde suo dicentes, Quisputas puer iste erit? Etenim manus Domini erat cum illo. Et Zacharias pater eius repletus est spiritu sancto: & prophetauit, dicens, Benedictus Dominus Deus Israel: quia visitauit & fecit redēptionem plebi suæ. Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui, Sicut locutus est per os sanctorū qui à seculo sunt prophetarum eius, Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium qui oderunt nos, Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris: & memorari testamenti sui sancti, Iusiurandum quod iurauit ad Abrahā patrem nostrū, daturum se nobis, Vt sine timore, de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi, In sanctitate & iustitia coram ipso omnibus diebus nostris. Et tu puer, propheta Altissimi vocaberis: præibis enim ante faciem Domini parare vias eius, Ad dandā sciētiam salutis plebi eius in remissionem peccatorum eorū: Per viscera misericordiæ Dei nostri, in quibus visitauit nos Oriēs ex alto: Illuminare his qui in tenebris & in vmbra mortis sedent, ad dirigendos pedes nostros in viam pacis. Puer autem crescebat, & confortabatur spiritu, & erat in desertis vsque in diem ostensionis suæ ad Israel.

Iere. 31 f
Gene. 22 c
Mala. 4 a
Zacha. 3 d

S. CHRISTVS in Bethlehem natus à pastoribus uisitatur, octaua circunciditur die, in templum delatus à Simeone & Anna cognoscitur: & XII. ætatis anno à parentibus reperitur.

CAPVT II.

A EFactum est autem in diebus illis exijt edictum à Cæsare Augusto, vt describeretur vniuersus orbis. Hæc descriptio prima facta est à præside Syriæ Cyrino. Et ibant omnes vt profiterentur singuli in suam ciuitatem. Ascendit autem & Ioseph à Galilæa de ciuitate Nazareth, in Iudæam, ciuitatem Dauid quæ vocatur Bethlehem: eo quòd esset de domo & familia Dauid, vt profiteretur cum Maria desponsata sibi vxore, prægnante. Factum est autem: cum essent ibi, impleti sunt dies vt páreret. Et peperit filium suum primogenitum, & pannis eum inuoluit, & reclinauit eum in præsepio: quia non erat ei locus in diuersorio. Et pastores erant in regione eadem vigilantes, & custodientes vigilias noctis super gregē suum. Et ecce, Angelus Domini stetit iuxta illos, & claritas Dei circūfulsit illos: & timuerunt timore magno. Et dixit illis Angelus, Nolite timere: ecce enim euāgelizo vobis gaudium magnum quod erit omni populo: quia natus est vobis hodie saluator qui est Christus Dominus in ciuitate Dauid. Et hoc vobis signum, Inuenietis infantē pannis inuolutū & positū in præsepio. Et subito facta est cū Angelo multitudo militiæ cœlestis laudantiū Deū & dicentiū, Gloria in altissimis Deo: & in terra, pax hominibus bonę volūtatis. Et factū est: vt discesserunt ab eis angeli in cœlū, pastores loquebātur adinuicē, Transeamus vsq; Bethlehē, & videamus hoc verbū quod factū est, quod fecit Dñs & ostendit nobis. Et venerūt festinantes: & inuenerunt Mariam & Ioseph: & infantē positum in præsepio. Videntes autem cognouerunt de verbo quod dictū erat illis de puero hoc. Et omnes qui audierāt, mirati sunt: & de his quæ dicta erant à pastoribus ad ipsos. Maria autem conseruabat omnia verba hæc, cōferens in corde suo. Et reuersi sunt pastores, glorificantes & laudantes Deum in omnibus quæ audierant & viderant: sicut dictum est ad illos. Et postquā cōsummati sunt dies octo vt circuncideretur puer: vocatum est nomen eius Iesus. quod vocatum est ab Angelo prius quàm in vtero conciperetur. Et postquam impleti sunt dies purgationis eius secundum legē Moysi, tulerunt illū in Ierusalē, vt sisterent eū Domino, sicut scriptū est in lege Domini. Quia omne masculinum adaperiens vuluā, sanctū Domino vocabitur. & vt darent hostiā secundū quod dictū est in lege Domini, par turturū aut duos pullos columbarū. Et ecce: homo erat in Ierusalem, cui nomē Simeon, & homo iste iustus & timoratus, expectans consolationē Israel: & spiritus sanctus erat in eo. Et responsum acceperat à spiritu sancto, nō visurū se mortē, nisi prius videret Christum Domini. Et venit in spiritu in templum. Et cum inducerēt puerū Iesum parētes eius, vt facerēt secundū cōsuetudinē legis pro eo: & ipse accepit in vlnas suas & benedixit Deum, & dixit, Nūc dimittis seruum tuū Dñe, secundū verbū tuum in pace: Quia viderūt oculi mei salutare tuum, Quod parasti ante faciē omniū populorū: Lumen ad reuelationē gentiū, & gloriam plebis tuę Israel. Et erat pater eius

Leui. 12 a
Supra 2 c
Matt. 2 c
Leuit. 12 b
Exod. 13 d
Num. 8 e
Leuit. 12 c

eius & mater eius mirantes ſuper his quæ dicebantur de illo.
Et benedixit illis Simeon: & dixit ad Mariam matrem eius,
Eſa.8 c Ecce poſitus eſt hic in ruinam, & in reſurrectionem multo-
Rom.9 g rum in Iſrael, & in ſignum cui contradicetur. Et tuam ipſius
1.Petr.2 b animam pertranſibit gladius, vt reuelentur ex multis cordi-
bus cogitationes. Et erat Anna prophetiſſa, filia Phanuel
de tribu Aſer: hæc proceſſerat in diebus multis, & vixerat
cum viro ſuo annis ſeptem à virginitate ſua. Et hæc vidua vſ-
F que ad annos octoginta quatuor: quæ non diſcedebat de tem
plo, ieiunijs & obſecrationibus ſeruiens nocte ac die. Et hæc
ipſa hora ſuperueniens, cõfitebatur Domino: & loquebatur
de illo omnibus qui expectabant redemptionem Iſrael. Et vt
perfecerunt omnia ſecundũ legem Domini, reuerſi ſunt in
Galilæam, in ciuitatẽ ſuam Nazareth. Puer autem creſcebat,
& confortabatur: plenus ſapiẽtia, & gratia Dei erat in illo. Et
ibant parẽtes eius per omnes annos in Ieruſalẽ in die ſolenni
paſchæ. Et cum factus eſſet annorũ duodecim, aſcendenti-
bus illis Ieroſolymã ſecundũ conſuetudinem diei feſti, con-
ſummatisq; diebus cùm redirent, remanſit puer Ieſus in Ieru
ſalem, & non cognouerunt parentes eius. Exiſtimãtes autem
illum eſſe in comitatu, venerunt iter diei, & requirebant eum
G inter cognatos & notos. Et non inuenientes, regreſsi ſunt in
Ieruſalẽ requirentes eum. Et factũ eſt poſt triduũ inuenerũt
illum in tẽplo, ſedentẽ in medio doctorũ, audientem illos, &
interrogantẽ eos. Stupebant autẽ omnes qui eum audiebant,
ſuper prudentia & reſponſis eius. Et videntes admirati ſunt.
Et dixit mater eius ad illum, Fili, quid feciſti nobis ſic? Ecce
pater tuus & ego dolẽtes quærebamus te. Et ait ad illos, Quid
eſt quod me quærebatis? neſciebatis quia in his quæ patris
mei ſunt, oportet me eſſe? Et ipſi nõ intellexerũt verbũ quod
locutus eſt ad eos. Et deſcendit cum eis, & venit Nazareth:
& erat ſubditus illis. Et mater eius conſeruabat omnia verba
hæc in corde ſuo. Et Ieſus proficiebat ſapientia & ætate &
gratia apud Deum & homines.

S. IOANNES pœnitentiam prædicans CHRISTVM cum turbis baptizat, quem Dei filium ſigno cæleſti agnoſcit, & cuius genealogia per matrem texitur. CAPVT III.

A ANno autẽ quintodecimo imperij Tyberij Cæſaris procurante Pontio Pilato Iudæam, tetrarcha autem Galilææ Herode, Philippo autẽ fratre eius tetrarcha Iturææ & Traconitidis regionis, & Lyſania Abilinæ tetrarcha, ſub principibus ſacerdotum Anna & Caipha: factũ eſt verbum Domini ſuper Ioan-
Matt.3 a nem Zachariæ filiũ, in deſerto. Et venit in omnem regionem
Marc.1 a Iordanis, prædicans baptiſmũ pœnitentiæ in remiſsionẽ pec-
catorũ: ſicut ſcriptũ eſt in libro ſermonum Eſaiæ prophetæ,
Eſa.4 c a Vox clamantis in deſerto, Parate viam Domini, rectas facite
Ioan.1 c ſemitas eius. Omnis vallis implebitur, & omnis mons & col
lis humiliabitur: & erunt praua in directa: & aſpera, in vias pla
Matt.1 b c nas: & videbit omnis caro ſalutare Dei. Dicebat ergo ad tur-
B bas que exibant vt baptizarentur ab ipſo, Genimina vipera-
rum, quis oſtendit vobis fugere à ventura ira? Facite ergo fru
ctus dignos pœnitentiæ, & ne cœperitis dicere, Patrem habe
mus Abrahã. Dico enim vobis quia potens eſt Deus de lapi-
dibus iſtis ſuſcitare filios Abrahæ. Iam enim ſecuris ad radi-
cem arboris poſita eſt. Omnis ergo arbor non faciens fructũ
bonum, excidetur, & in ignem mittetur. Et interrogabant
eum turbæ, dicentes, Quid ergo faciemus? Reſpondens au-
C tem dicebat illis, Qui habet duas tunicas, det non habenti: &
qui habet eſcas, ſimiliter faciat. Venerunt autem & publicani
vt baptizarentur: & dixerunt ad illum: Magiſter, quid facie-
mus? At ille dixit ad eos, Nihil amplius quàm quod conſti-
tutum eſt vobis, faciatis. Interrogabant autẽ eum & milites, di
centes, Quid faciemus & nos? Et ait illis, Neminẽ concutia-
tis, neq; calumniã faciatis: & cõtenti eſtote ſtipendijs veſtris.
Matt.3 c Exiſtimante autẽ populo & cogitantibus omnibus in cor
D dibus ſuis de Ioanne, ne forte ipſe eſſet Chriſtus: reſpon- Marc.1 b
dit Ioannes dicens omnibus, Ego quidem aqua baptizo vos: Ioan.1.d
veniet autem fortior me poſt me, cuius non ſum dignus ſol- Act.1 a
uere corrigiam calceamentorum eius. ipſe vos baptizabit in 2 a u c
ſpiritu ſancto & igni. Cuius ventilabrũ in manu eius, & pur 19 a
gabit aream ſuam: & congregabit triticum in horreum ſuum, Matt.3 c
paleas autem comburet igni inextinguibili. Multa quidẽ & Matt.14 d
alia exhortans euangelizabat populo. Herodes autem te- Marc.6 c
trarcha cùm corriperetur ab illo de Herodiade vxore fratris
ſui, & de omnibus malis quæ fecit Herodes: adiecit & hoc
ſuper omnia, & incluſit Ioannem in carcerem. Factum eſt
E autem cum baptizaretur omnis populus, & Ieſu baptiza- Matt.3 d
to & orante apertum eſt cœlum: & deſcendit ſpiritus ſan- Marc.1 b
ctus corporali ſpecie ſicut columba in ipſum, & vox de cœlo Ioan.1 c
facta eſt, Tu es filius meus dilectus: in te complacui mihi. Et
ipſe Ieſus erat incipiens quaſi annorum triginta: vt putaba-
tur filius Ioſeph, qui fuit Heli, qui fuit Matthat, qui fuit
F Leui, qui fuit Melchi, qui fuit Iamne, qui fuit Ioſeph, qui fuit
Matthathiæ, qui fuit Amos, qui fuit Naum, qui fuit Heſli,
qui fuit Nagge, qui fuit Mahath, qui fuit Matthathiæ, q fuit
Semei, qui fuit Ioſeph, qui fuit Iuda, qui fuit Ioanna, qui fuit
Reſa, qui fuit Zorobabel, qui fuit Salathiel, qui fuit Neri, qui
fuit Melchi, qui fuit Addi, qui fuit Coſam, qui fuit Elmadã,
qui fuit Her, qui fuit Ieſu, qui fuit Eliézer, qui fuit Iorim, qui
fuit Matthat, qui fuit Leui, qui fuit Simeon, qui fuit Iuda, qui
fuit Ioſeph, qui fuit Iona, qui fuit Eliacim, qui fuit Melcha,
G qui fuit Menna, qui fuit Matthatha, qui fuit Natham, qui fuit
Dauid, qui fuit Ieſſæ, qui fuit Obed, qui fuit Booz, qui fuit
Salmon, qui fuit Naaſon, qui fuit Aminadab, qui fuit Aram,
qui fuit Eſron, qui fuit Phares, qui fuit Iudæ, qui fuit Iacob,
qui fuit Iſaac, qui fuit Abraham, qui fuit Thare, qui fuit Na-
chor, qui fuit Sarug, qui fuit Ragau, qui fuit Phaleg, qui fuit
Heber, qui fuit Sale, qui fuit Cainam, q fuit Arphaxad, qui
fuit Sem, qui fuit Noe, qui fuit Lamech, qui fuit Mathuſala,
qui fuit Enoch, qui fuit Iared, qui fuit Malalehel, qui fuit Cai
nam, qui fuit Enos, qui fuit Seth, qui fuit Adam, qui fuit Dei.

S. IESVS in deſerto ieiunans tentatur & uincit: reuerſus autem Nazareth, in ſynagóga docet: unde fugatus in Capharnaum dæmoniacum, ſocrum Petri, & pleroſq; alios curat.

CAPVT IIII.

A IESVS autem plenus ſpiritu ſancto, regreſſus eſt Marc.1 b
à Iordane: & agebatur in ſpiritu in deſerto die- Matt.4 a
bus quadraginta, & tentabatur à diabolo. Et ni-
hil manducauit in diebus illis: & conſummatis
illis poſteà eſurijt. Dixit autem illi diabolus, Si filius Dei es:
dic lapidi huic vt panis fiat. Et reſpondit ad illum Ieſus,
Scriptum eſt, Quia non in pane ſolo viuit homo ſed in o- Deut.8 a
mni verbo Dei. Et duxit illum diabolus in montem excel-
ſum, & oſtẽdit illi omnia regna orbis terræ in momẽto tem-
poris: & ait illi, Tibi dabo poteſtatẽ hanc vniuerſam, & glo-
B riam illorũ: quia mihi tradita ſunt, & cui volo do illa. Tu er-
go procidens ſi adoraueris coram me: erunt tua omnia. Et re-
ſpondens Ieſus, dixit illi, Scriptum eſt, Dominum Deum Deut.6 c
tuum adorabis, & illi ſoli ſeruies. Et duxit illum in Ieruſalẽ, & 10 d
& ſtatuit eum ſuper pinnam templi: & dixit illi, ſi filius Dei
es, mittete hinc deorſum. Scriptum eſt enim quòd angelis
ſuis mandauit de te, vt conſeruent te: & quia in manibus tol Pſal.90 c
lent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum. Et reſpon
dens Ieſus, ait illi, Dictum eſt, non tentabis Dominum Deut. 6 b
Deum tuum. Et conſummata omni tentatione, diabolus re-
C ceſsit ab illo vſque ad tempus. Et regreſſus eſt Ieſus in Matt.4 b
virtute ſpiritus in Galilæam: & fama exijt per vniuerſam re- Marc.1 b
gionem de illo. Et ipſe docebat in ſynagógis eorum: & ma- Ioan.4 f
gnificabatur ab omnibus. Et venit Nazareth vbi erat nutri- Matt.13 g
tus: & intrauit ſecundum conſuetudinem ſuam die ſabbathi Marc.6 a
in ſynagógã, & ſurrexit legere. Et traditus eſt illi liber Eſaiæ Ioan.4 f

Prophetæ.

prophetæ. Et vt reuoluit librum, inuenit locum vbi ſcriptũ erat, Spiritus Domini ſuper me, propter quod vnxit me, euangelizare pauperibus miſit me, ſanare contritos corde, prædicare captiuis remiſsionem, & cæcis viſum, dimittere confractos in remiſsionem, prædicare annum Domini acceptum, & diem retributionis. Et cùm plicuiſſet librum reddidit miniſtro, & ſedit. Et omniũ in ſynagoga oculi erant intendentes in eum. Cœpit autem dicere ad illos, Quia hodie impleta eſt hæc ſcriptura in auribus veſtris. Et omnes teſtimonium illi dabant: & mirabantur in verbis gratiæ, quæ procedebant de ore ipſius, & dicebant, Nónne hic eſt filius Ioſeph? Et ait illis, Vtiq; dicetis mihi hanc ſimilitudinem, Medice cura teipſum. quanta audiuimus facta in Capharnaum, fac & hîc in patria tua. Ait autem, Amen dico vobis, quia nemo propheta acceptus eſt in patria ſua. In veritate dico vobis: multæ viduæ erant in diebus Eliæ in Iſrael quando clauſum eſt cœlum annis tribus & menſibus ſex, cum facta eſſet fames magna in omni terra: & ad nullam illarum miſſus eſt Elias, niſi in Sarepta Sidonis, ad mulierem viduam. Et multi leproſi erant in Iſrael ſub Eliſeo propheta: & nemo eorũ mũdatus eſt niſi Naaman Syrus. Et repleti ſunt omnes in ſynagóga, ira, hæc audientes. Et ſurrexerunt, & eiecerunt illum extra ciuitatem: & duxerunt illum vſque ad ſupercilium mõtis ſuper quem ciuitas illorum erat ædificata, vt præcipitarẽt eum. Ipſe autem tranſiens per medium illorum, ibat. Et deſcendit in Capharnaum ciuitatem Galilææ: ibiq; docebat illos ſabbathis. Et ſtupebant in doctrina eius: quia in poteſtate erat ſermo ipſius. Et in ſynagóga erat homo habẽs dæmoniũ immundum: & exclamauit voce magna, dicens, Sine, quid nobis & tibi Ieſu Nazarene? veniſti perdere nos? ſcio te quia ſis ſanctus Dei. Et increpauit illum Ieſus, dicens, Obmutesce, & exi ab eo. Et cum proiecíſſet illum dæmonium in mediũ, exijt ab illo, nihilq; illum nocuit. Et factus eſt pauor in omnibus, & colloquebantur adinuicem, dicẽtes, Quod eſt hoc verbum, quia in poteſtate & virtute imperat immundis ſpiritibus, & exeunt? Et diuulgabatur fama de illo in omnem locũ regionis. Surgens autem Ieſus de ſynagóga, introuit in domum Simonis. Socrus autem Simonis tenebatur magnis febribus: & rogauerunt illum pro ea. Et ſtans ſuper illum imperauit febri: & dimiſit illam. Et continuò ſurgens miniſtrabat illis. Cum autem ſol occidiſſet, omnes qui habebant infirmos varijs languoribus: ducebant illos ad eum. At ille ſingulis manus imponens, curabat eos. Exibant autem dæmonia à multis clamantia & dicentia, Quia tu es filius Dei. & increpãs non ſinebat ea loqui, quia ſciebant ipſum eſſe CHRISTVM. Facta autem die, egreſſus ibat in deſertum locum: & turbæ requirebant eum, & venerunt vſque ad ipſum, & detinebant illum ne diſcederet ab eis. Quibus ille ait, Quia & alijs ciuitatibus oportet me euangelizare regnum Dei: quia ideò miſſus ſum. Et erat prædicans in ſynagógis Galilææ.

S. CHRISTI iuſſu magna piſcium capta multitudine, leproſum ipſe curat & paralyticum: Matthæum uocat, Iudeoſq; ſuper peccatorum conuerſatione, & diſcipulorum reprehenſione cõfutat.

CAPVT V.

EFactum eſt autem: cum turbæ irruerent in eum vt audirent verbũ Dei: & ipſe ſtabat ſecus ſtagnum Geneſareth. Et vidit duas naues ſtantes ſecus ſtagnum: piſcatores autem deſcenderant, & lauabãt retia. Aſcendens autem in vnam nauim quæ erat Simonis, rogauit eum à terra reducere puſillũ. Et ſedens, docebat de nauicula turbas. Vt ceſſauit autẽ loqui, dixit ad Simonẽ, Duc in altum, & laxate retia veſtra in capturam. Et reſpondens Simon, dixit illi, Præceptor per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete. Et cum hoc feciſſent, concluſerunt piſcium multitudinem copioſam. Rumpebatur autem rete eorum. Et annuerunt ſocijs qui erant in alia naui, vt venirent & adiuuarent eos. Et venerunt, & impleuerunt ambas nauiculas: ita vt penè mergerentur. Quod cùm videret Simon Petrus, procedit ad genua Ieſu, dicens, Exi à me Domine: quia homo peccator ſum. Stupor enim circundederat eum & omnes qui cum illo erant, in captura piſcium quam ceperant. Similiter autem Iacobum & Ioannem filios Zebedæi, qui erant ſocij Simonis. Et ait ad Simonem Ieſus, Noli timere: ex hoc iam, homines eris capiens. Et ſubductis ad terram nauibus relictis omnibus ſecuti ſunt eum. *Matt.8 a* Et factum eſt cum eſſet in vna ciuitatum, & ecce vir plenus le- *Mar.1 d* pra, & videns Ieſum, & procidens in faciem ſuam, rogauit eum, dicens, Domine, ſi vis, potes me mundare. Et extendens manum, tetigit eum, dicens, Volo, Mundare. Et confeſtim lepra diſceſsit ab illo: & ipſe præcepit illi vt nemini diceret: ſed vade, oſtende te ſacerdoti, & offer pro emundatione tua ſicut præcepit Moyſes in teſtimonium illis. Perambulabat autem magis ſermo de illo: & conueniebant turbæ multæ vt audirent, & curarentur ab infirmitatibus ſuis. Ipſe autem ſedebat in deſertum, & orabat. Et factum eſt in vna *Matt.9 a* dierum, & ipſe ſedebat docens. Et erãt phariſæi ſedentes & *Marc.2 a* legis doctores qui venerant ex omni caſtello Galilææ & Iudææ & Ieruſalem: & virtus Domini erat ad ſanandum eos. Et ecce viri portantes in lecto hominem qui erat paralyticus: & quærebant eum inferre, & ponere ante eum. Et non inuenientes qua parte illum inferrent præ turba: aſcenderũt ſupra tectum, & per tegulas ſubmiſerunt eum cum lecto in mediũ ante Ieſum. Quorum fidem vt vidit, dixit, Homo, remittuntur tibi peccata tua. Et cœperunt cogitare Scribæ & Phariſæi, dicentes, Quis eſt hic qui loquitur blaſphemias? quis poteſt dimittere peccata, niſi ſolus Deus? Vt cognouit autem Ieſus cogitationes eorum, reſpondens dixit ad illos, Quid cogitatis in cordibus veſtris? Quid eſt facilius dicere, Dimittuntur tibi peccata: an dicere, Surge & ambula? Vt autem ſciatis quia filius hominis habet poteſtatem in terra dimittendi peccata (ait paralytico) Tibi dico, ſurge, tolle lectũ tuum, & vade in domum tuam. Et confeſtim conſurgens coram illis, tulit lectum in quo iacebat: & abijt in domum ſuam, magnificans Deum. Et ſtupor apprehendit omnes: & magnificabant Deum. Et repleti ſunt timore, dicentes, Quia vidimus mirabilia hodie. Et poſt hæc exijt, & vidit publicanum *Matt.9 a* nomine Leui ſedentem ad telonium: & ait illi, Sequere me. *Marc.2 b* Et relictis omnibus ſurgens ſecutus eſt eum: & fecit ei conuiuium magnum Leui in domo ſua: & erat turba multa publicanorum & aliorum qui cum illis erant diſcumbentes. Et murmurabant Phariſæi & Scribæ eorum dicentes ad diſcipulos eius, Quare cum publicanis & peccatoribus manducatis, & bibitis? Et reſpondens Ieſus, dixit ad illos, Non egent qui ſani ſunt, medico: ſed qui male habent. Non veni vocare iuſtos, ſed peccatores ad pœnitentiã. At illi dixerunt ad eũ, Quare diſcipuli Ioannis ieiunant frequenter, & obſecratio- *Matt.9 b* nes faciunt, ſimiliter & phariſæorum: tui autem, edunt & bi- *Mar.2 c* bunt? Quibus ipſe ait, Nunquid poteſtis filios ſponſi, dum cum illis eſt ſponſus facere ieiunare? Venient autem dies: & cum ablatus fuerit ab illis ſponſus, tunc ieiunabunt in illis diebus. Dicebat autẽ & ſimilitudinem ad illos, Quia nemo commiſſuram à veſtimento nouo immittit in veſtimentum vetus: alioquin & nouum rumpit, & veteri non conuenit commiſſura à nouo. Et nemo mittit vinum nouum in vtres veteres: alioquin rumpet vinum nouum vtres, & vinum effundetur, & vtres peribunt. Sed vinum nouum in vtres nouos mittendum eſt: & vtraq; conſeruantur. Et nemo bibens vetus, ſtatim vult nouum. dicit enim, Vetus melius eſt.

S. CHRISTVS diſcipulos ſpicas ſabbatho uellentes contra Iudæos excuſat, arida manu ſanata diſcipulos in mõte uocat: & inde deſcendens illos beatitudines in loco campeſtri docet.

CAPVT VI.

Factum

A Factum est autem in sabbatho secundo primo, cum transiret per sata, vellebant discipuli eius spi
Matt.12 a Mar.2 d cas, & manducabant confricantes manibus. Qui dam autem Pharisæorum dicebant illis, Quid fa-
citis quod non licet in sabbathis? Et respondens Iesus ad
1. Reg.21 g eos dixit, Nec hoc legistis quod fecit Dauid, cum esuriisset ipse & qui cum illo erant: quomodo intrauit in domum Dei,
& panes propositionis sumpsit & manducauit, & dedit his qui cum ipso erant, quos non licet manducare nisi tantum sa-
cerdotibus? Et dicebat illis, Quia Dominus est filius homi-
B nis, etiam sabbathi. Factum est autem & in alio sabbatho
Mat.12 a Mar.3 a vt intraret in synagógam, & doceret. Et erat ibi homo, & ma-
nus eius dextera erat arida. Obseruabant autem Scribæ & Pharisæi si in sabbatho curaret: vt inuenirent vnde accusarẽt
eum. Ipse verò sciebat cogitationes eorum: & ait homini qui habebat manum aridam, Surge, & sta in medium. Et sur-
gens, stetit. Ait autem ad illos Iesus, Interrogo vos, si licet sabbathis benefacere an male: animam saluam facere, an per-
dere? Et circunspectis omnibus, dixit homini, Extende ma-
num tuam. Et extendit: & restituta est manus eius. Ipsi au-
tem repleti sunt insipientia: & colloquebãrur adinuicẽ quid
C nam facerent Iesu. Factum est autem: in illis diebus exijt
in montem orare, & erat pernoctans in oratiõe Dei. Et cum
dies factus esset, vocauit discipulos suos: & elegit duodecim
ex ipsis quos & Apostolos nominauit: Simonem quem
Matt.10 a cognominauit Petrum, & Andream fratrem eius, & Iaco-
Mar.3 b bum & Ioannem, Philippum & Bartholomæum, & Mat-
thæum & Thomam, Iacobum Alphæi & Simonem qui vo-
catur Zelotes, & Iudam Iacobi, & Iudam Iscarioten qui fuit
proditor. Et descendens cum illis, stetit in loco campestri,
& turba discipulorum eius, & multitudo copiosa plebis ab
omni Iudæa & Ierusalem & maritima & Tyri & Sidonis, qui
venerant vt audirent eum, & sanarentur à languoribus suis.
Et qui vexabantur à spiritibus immundis, curabantur. Et o-
D mnis turba quærebat eum tangere: quia virtus de illo exibat,
Matt.5 a & sanabat omnes. Et ipse eleuatis oculis in discipulos suos
dicebat, Beati pauperes: quia vestrum est regnum Dei. Beati
qui nunc esuritis: quia saturabimini. Beati qui nũc fletis: quia
ridebitis. Beati eritis cum vos oderint homines, & cum sepa-
rauerint vos & exprobrauerint, & eiecerint nomen vestrum
tanquã malũ, propter Filiũ hominis. Gaudete in illa die &
exultate: ecce enim merces vestra multa est in cœlo. secundũ
Amos 6 a Eccl.31 a hæc enim faciebant prophetis patres eorũ. Verũtamẽ væ vo-
bis diuitibus, qui habetis consolationem vestram. Væ vobis
qui saturati estis: quia esurietis. Væ vobis qui ridetis nunc:
quia lugebitis & flebitis. Væ cum benedixerint vobis omnes
homines. secundum hæc enim faciebant pseudoprophetis pa-
Matt.5 g E tres eorum. Sed vobis dico qui auditis, Diligite inimicos ve-
Matt.5 f 1.Cor.6 b stros: benefacite his qui vos oderunt. Benedicite maledicen-
tibus vobis: & orate pro calumniantibus vos. Et qui te per-
cutit in maxillã vnam, præbe illi & alteram. Et ab eo qui au-
fert tibi vestimentum, etiam tunicam noli prohibere. Omni
autem petẽti te, tribue: & qui aufert quæ tua sunt, ne repetas.
Et prout vultis vt faciant vobis homines, & vos facite illis
similiter. Et si diligitis eos qui vos diligunt: quæ vobis est
Matt.7 b gratia? nam & peccatores, diligentes se diligunt. Et si bene fe-
Tobiæ 4 c ceritis his qui vobis benefaciunt: quæ vobis est gratia? si qui-
Matth.5 g dem & peccatores hoc faciunt. Et si mutuum dederitis his à
Matth.5 g quibus speratis recipere: quæ gratia est vobis? nam & pecca-
tores peccatoribus fœnerantur, vt recipiant æqualia. Verun-
tamen diligite inimicos vestros: benefacite & mutuũ date, ni-
Deut.15 b hil inde sperãtes: & erit omnis merces vestra multa, & eritis
F filij altissimi, quia ipse benignus est super ingratos & malos.
Estote ergo misericordes sicut & pater vester misericors est.
Nolite iudicare, & non iudicabimini: nolite condemnare, &
Matt.7 a non condemnabimini. Dimittite: & dimittemini. Date, &
dabitur vobis. Mensuram bonã & confertam & coagitatam
& superfluentem dabunt in sinum vestrum. Eadem quippe
mensura qua mensi fueritis, remetietur vobis. Dicebat autem Matt.7 d
illis & similitudinem, Nunquid potest cæcus cæcum ducere? Mar.4 c
nónne ambo in foueam cadũt? Non est discipulus super ma- Mat.15 b
gistrum: perfectus autem omnis erit, si sit sicut magister Matt.10 e
eius. Quid autem vides festucam in oculo fratris tui: trabem
autem quæ in oculo tuo est, non consyderas? Aut quomodo Ioan.13 c
potes dicere fratri tuo, Frater sine eijciam festucam de ocu- Mat.7 d
lo tuo: ipse in oculo tuo trabem non vides? Hypocrita, eijce
primùm trabem de oculo tuo: & tunc perspicies vt educas
festucam de oculo fratris tui. Non est enim arbor bona quæ
facit fructus malos: neq; arbor mala: faciens fructum bonũ.
G Vnaquæque enim arbor, de fructu suo cognoscitur. Neque Matt.7 c
enim de spinis colligunt ficus: neq; de rubo vindemiant uuã. Matt.12 c
Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bonum: &
malus homo de malo thesauro profert malum. Ex abundan-
tia enim cordis os loquitur. Quid autem vocatis me Domi- Matt.7 d
ne, Domine: & non facitis quæ dico? Omnis qui venit ad me, Rom.12 b
& audit sermones meos, & facit eos: ostendam vobis cui simi Iacob 1 d
lis sit. Similis est homini ædificanti domum, qui fodit in altũ,
& posuit fundamentum supra petram: inundatione autem
facta, illisum est flumen domui illi: & non potuit eam mo-
uere. fundata enim erat supra petram. Qui autem audit & nõ
facit: similis est homini ædificanti domum suam supra terrã
sine fundamento, in quam illisus est fluuius: & continuò ce-
cidit, & facta est ruina domus illius magna.

S. CENTVRIONIS *seruo Capharnaum sanato, Naim pergens filium uiduæ suscitat, dubitantes Ioannis discipulos confirmat, Ioannem commendat: ac Pharisæos baptismum spernentes confutat: demumq; apud Pharisæum conuiua à muliere ungitur.*

CAPVT VII.

A Cum autem implesset omnia verba sua in aures Matt.8 a
plebis, intrauit Capharnaum. Centurionis autem
cuiusdam seruus male habens, erat moriturus: qui
illi erat pretiosus. Et cum audisset de Iesu, misit
ad eum seniores Iudæorum, rogans eum vt veniret, & salua-
ret seruum eius. At illi cum venissent ad Iesum rogabant eũ
solicite dicentes ei, Quia dignus est vt hoc illi præstes. dili-
git enim gentem nostram: & synagógam ipse ædificauit no-
bis. Iesus autem ibat cum illis. Et cum iam non longè esset
à domo misit ad eum centurio amicos, dicens, Domine no-
li vexari. Non enim sum dignus vt sub tectum meum intres.
propter quod & meipsum non sum dignum arbitratus vt ve-
nirẽ ad te: sed dic verbo, & sanabitur puer meus. Nam & ego
homo sum sub potestate constitutus, habens sub me milites:
E & dico huic, vade, & vadit: & alio veni, & venit: & seruo
meo, fac hoc, & facit. Quo audito, Iesus miratus est: & con-
uersus, sequentibus se turbis dixit, Amen dico vobis, nec in
Israel tantã fidem inueni. Et reuersi qui missi fuerãt, domũ:
inuenerunt seruũ qui languerat, sanum. Et factum est, dein
ceps ibat Iesus in ciuitatem quæ vocatur Naim, & ibãt cum
eo discipuli eius & turba copiosa. Cũ autem appropinquaret
portæ ciuitatis, ecce defunctus efferebatur filius vnicus ma-
tri suæ: & hæc, vidua erat: & turba ciuitatis multa cum illa.
C Quam cum vidisset Dominus, misericordia motus super eã,
dixit illi, Noli flere. Et accessit, & tetigit loculum. Hi autem
qui portabant steterunt. Et ait, Adolescens, tibi dico, Sur-
ge. Et resedit qui erat mortuus, & cœpit loqui. Et dedit illũ
matri suæ. Accipit autẽ omnes timor: & magnificabant Deũ
dicentes, Quia propheta magnus surrexit in nobis: & quia
Deus visitauit plebem suã. Et exijt hic sermo in vniuersam
Iudæam de eo, & omnẽ circa regionẽ. Et nuntiauerunt Ioan-
ni discipuli eius de omnibus his. Et cõuocauit duos de disci- Matt.11
pulis suis Ioannes: & misit ad Iesum, dicens, Tu es qui ven
turus es: an alium expectamus? Cum autem venissent ad eũ
viri, dixerunt, Ioannes Baptista misit nos ad te, dicens, Tu
es qui

es qui venturus es: an alium expectamus? In ipsa autem hora multos curauit à languoribus suis & plagis, & spiritibus malis: & cæcis multis donauit visum. Et respondens, dixit illis, Euntes renuntiate Ioanni quæ audistis & vidistis, Quia cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes euangelizãtur: & beatus est qui cunque non fuerit scandalizatus in me. Et cùm discessissent nuntij Ioannis, cœpit de Ioanne dicere ad turbas, Quid existis in desertum videre? arundinem vento agitatam? Sed quid existis videre? hominem mollibus vestimẽtis indutum? Ecce qui in veste pretiosa sunt & delicijs, in domibus regum sunt. Sed quid existis videre? prophetam? Vtiq; dico vobis & plus quàm prophetam. hic est de quo scriptum est, Ecce mitto angelum meum ante faciem tuam, qui præparabit viam tuam ante te. Dico enim vobis, maior inter natos mulierũ prophetа Ioanne Baptista nemo est. qui autem minor est in regno Dei, maior est illo. Et omnis populus audiens & publicani, iustificauerunt Deum, baptizati baptismo Ioannis. Pharisæi autem & legis periti, consiliũ Dei spreuerunt in semetipsos, non baptizati ab eo. Ait autem Dominus, Cui ergo similes dicam homines generationis huius, & cui similes sunt? Similes sunt pueris sedentibus in foro, & loquentibus adinuicem, & dicentibus, Cantauimus vobis tibijs, & non saltastis: lamẽtauimus, & non ploraſtis. Venit autem Ioannes Baptista neque manducans panem, neq; bibens vinum: & dicitis, Dæmonium habet. Venit filius hominis manducans & bibens: & dicitis, Ecce homo deuorator & bibens vinum, amicus publicanorum & peccatorum. Et iustificata est sapientia ab omnibus filijs suis. Rogabat autem illum quidam de pharisæis vt manducaret cum illo. Et ingressus domum pharisæi, discubuit. Et ecce mulier quæ erat in ciuitate peccatrix, vt cognouit quòd Iesus accubuit in domo pharisæi, attulit alabastrũ vnguenti: & stans retro secus pedes eius lachrymis cœpit rigare pedes eius, & capillis capitis sui tergebat, & osculabatur pedes eius, & vnguento vngebat. Videns autem Pharisæus qui vocauerat eum, ait intra se, dicens, Hic si esset propheta, sciret vtique quæ & qualis est mulier quæ tangit eum, quia peccatrix est. Et respondens Iesus, dixit ad illum, Simon, habeo tibi aliquid dicere. At ille ait, Magister, dic. Duo debitores erant cuidam fœneratori: vnus debebat denarios quingentos, & alius quinquaginta. Nõ habentibus illis vnde redderent, donauit vtrisq;. Quis ergo eum plus diligit? Et respondens Simon dixit, Aestimo quia is cui plus donauit. At ille dixit ei, Rectè iudicasti. Et conuersus ad mulierem, dixit Simoni, Vides hanc mulierẽ? Intraui in domum tuam, aquã pedibus meis non dedisti: hæc autem lachrymis rigauit pedes meos: & capillis suis tersit. Osculũ mihi non dedisti: hæc autẽ ex quo intraui, non cessauit osculari pedes meos. Oleo caput meum non vnxisti: hæc autem vnguento vnxit pedes meos. Propter quod dico tibi, Remittuntur ei peccata multa: quoniam dilexit multũ. Cui autem minus dimittitur, minus diligit. Dixit autem ad illam, Remittuntur tibi peccata. Et cœperunt qui simul accumbebant, dicere intra se, Quis est hic qui etiam peccata dimittit? Dixit autem ad mulierem, Fides tua te saluam fecit: vade in pace.

S. CHRISTVS positam uarij seminis parabolã interpretatur, matrem & fratres qui sint, docet: mare tranſiciẽs excitatus uentũ ſedat, legionẽ ab homine mittit in porcos, regreſſus Iairi filiam curata hæmorrhoiſſa ſuſcitat. CAPVT VIII.

IT factum est deinceps, & ipse iter faciebat per ciuitates & castella prædicans & euangelizans regnum Dei: & duodecim cum illo, & mulieres aliquæ quæ erant curatæ à spiritibus malignis & infirmitatibus, Maria quæ vocabatur Magdalene, de qua septẽ dæmonia exierant, & Ioanna vxor Chusæ procuratoris Herodis, & Susanna, & aliæ multæ, quæ ministrabant ei de facultatibus suis. Cum autem turba plurima conueniret & de ciuitatibus properarent ad eum: dixit per similitudinẽ, Exijt qui seminat seminare semen suum: & dum seminat, aliud cecidit secus viam, & conculcatum est, & volucres cœli comederunt illud. Et aliud cecidit supra petram: & natum aruit, quia non habebat humorem. Et aliud cecidit inter spinas: & simul exortæ spinæ suffocauerunt illud. Et aliud cecidit in terram bonam: & ortum, fecit fructum centuplum. Hæc dicens clamabat, Qui habet aures audiendi, audiat. Interrogabant autem eum discipuli eius quæ esset hæc parabola. Quibus ipse dixit, Vobis datum est nosse mysteriũ regni Dei, cæteris autem in parabolis, vt videntes non videant, & audientes non intelligant. Est autem hæc parabola, Semen est verbum Dei. Qui autem secus viam: hi sunt qui audiunt, deinde venit diabolus, & tollit verbum de corde eorum, ne credentes salui fiant. Nam qui supra petram: hi sunt qui cùm audierint, cum gaudio suscipiunt verbũ: & hi radices non habẽt, quia ad tempus credunt, & in tempore tentationis recedũt. Quod autem in spinas cecidit: hi sunt qui audierunt, & à solicitudinibus & diuitijs & voluptatibus vitæ euntes suffocantur, & nõ referunt fructum. Quod autem in bonam terram: hi sunt qui in corde bono & optimo audientes verbum retinent, & fructum afferunt in patientia. Nemo autem lucernam accendens, operit eam vase, aut subtus lectum ponit: sed supra candelabrum ponit, vt intrantes videant lumen. Non est enim occultum, quod non manifestetur: nec absconditum, quod non cognoscatur, & in palàm veniat. Videte ergo quid audiatis. Qui enim habet, dabitur illi: & quicunque non habet, etiam quod putat se habere auferetur ab illo. Venerunt autem ad illum mater & fratres eius: & non poterant adire eum præ turba. Et nuntiatum est illi, Mater tua & fratres tui stant foris volentes te videre. Qui respondens dixit ad eos, Mater mea & fratres mei: hi sunt qui verbum Dei audiunt & faciũt.


Factum est autem in vna dierum: & ipse ascendit in nauiculam, & discipuli eius: & ait ad illos, Transfretemus trans stagnum: & ascenderũt. Et nauigantibus illis obdormiuit: & descendit procella venti in stagnum, & complebantur, & periclitabantur. Accedentes autem suscitauerunt eum, dicentes, Præceptor perimus. At ille surgens increpauit ventũ & tempestatem aquę: & cessauit, & facta est tranquillitas. Dixit autem illis, Vbi est fides vestra? Qui timentes mirati sunt, adinuicem dicentes, Quis putas hic est, quia & ventis & mari imperat, & obediunt ei? Et nauigauerunt ad regionem Gerasenorum, quæ est contra Galilæam. Et cum de naui egressus esset ad terram, occurrit illi vir quidam qui habebat dæmonium iam temporibus multis, & vestimento non induebatur, neque in domo manebat, sed in monumentis. Is vt vidit Iesum, procidit ante illum: & exclamans voce magna, dixit, Quid mihi & tibi est Iesu fili Dei altissimi? obsecro te ne me torqueas. Præcipiebat enim spiritui immundo vt exiret ab homine. Multis enim temporibus arripiebat illum, & vinciebatur catenis, & compedibus custoditus: & ruptis vinculis agebatur à dæmonio in deserta. Interrogauit autem illum Iesus, dicens, Quod tibi nomen est? At ille dixit, Legio, quia intrauerãt dæmonia multa in eum. Et rogauerunt illũ ne imperaret illis vt in abyssum irent. Erat autẽ ibi grex porcorum multorum pascentiũ in monte: & rogabant eum vt permitteret eis in illos ingredi. Et permisit illis. Exierunt ergo dæmonia ab homine, & intrauerũt in porcos: & impetu abijt grex per præceps in stagnum, & suffocatus est. Quod vt viderunt factum qui pascebant, fugerunt: & nuntiauerunt in ciuitatẽ & in villas. Exierunt autem videre quod factum est: & venerunt ad Iesum, & inuenerunt hominem sedentem à quo dæmonia exierant, vestitum, ac sana mente ad pedes eius, & timuerunt. Nuntiauerunt autem illis & qui viderant, quomodo sanus factus fuisset à legione. Et rogauerunt illum omnis multitudo regionis Gerasenorũ, vt discederet ab ipsis: quia magno

Matt.13 a
Marc.4 a
Esa.6 c
Matt.13 b
Mar.4 b
Ioan.12 f
Act.28 f
Rom.11 b
Matt.5 b
Marc.4 c
Matt.10 c
Marc.4 c
Matt.13 b
& 25 c
Marc.4 c
Matt.12 d
Marc.3 d
Matt.8 d
Marc.4 d
Matt.8 d
Marc.5 a

magno timore tenebantur. Ipse autem ascendens nauim, re-
F uersus est. Et rogauit illum vir à quo dæmonia exierant, vt
cum eo esset. Dimisit autem eum Iesus, dicens, Redi in do-
mum tuam, & narra quanta tibi fecit Deus. Et abijt per vni-
uersam ciuitatem, prædicans quanta illi fecisset Iesus. Fa-
ctum est autem: cum redijsset Iesus, excepit illum turba:
erant autem omnes expectantes eum. Et ecce venit vir cui
Matth. 9 c nomen Iairus, & ipse princeps synagógæ erat: & cecidit ad
Mar. 5 b pedes Iesu, rogans eum vt intraret in domum eius, quia vni
ca filia erat ei ferè annorum duodecim, & hæc moriebatur.
Et contigit dum iret, à turbis comprimebatur. Et mulier que-
dam erat in fluxu sanguinis ab annis duodecim, quæ in medi-
cos erogauerat omnem substantiam suam, nec ab vllo potuit
curari: accessit retro, & tetigit fimbriam vestimenti eius: & cõ
festim stetit fluxus sanguinis eius. Et ait Iesus, Quis est qui
G me tetigit? Negantibus autem omnibus, dixit Petrus, & qui
cum illo erant, Præceptor turbæ te comprimũt & affligunt:
& dicis, Quis me tetigit? Et dixit Iesus, Tetigit me aliquis.
Nam & ego noui virtutem de me exijsse. Videns autem mu-
lier quia non latuit, tremens venit, & prócidit ante pedes eius:
& ob quam causam tetigerit eum, indicauit coram omni po-
pulo, & quemadmodum confestim sanata sit. At ipse dixit ei,
Filia, fides tua saluam te fecit: vade in pace. Adhuc illo loquẽ-
te, venit quidam à principe synagógæ, dicens ei, Quia mor-
tua est filia tua, noli vexare illum. Iesus autem audito hoc ver
bo, respondit patri puellæ, Noli timere, crede tantum, & sal-
ua erit. Et cum venisset domum, non permisit intrare secum
quenquam, nisi Petrum & Iacobum & Ioannem, & patrem
& matrem puellæ. Flebant autem omnes, & plangebant illã.
At ille dixit, Nolite flere: non est mortua puella, sed dormit.
Et deridebant eum, scientes quòd mortua esset. Ipse autem te
nens manum eius clamauit, dicens, Puella, surge. Et reuersus
est spiritus eius: & surrexit continuò. Et iussit illi dare man-
ducare. Et stupuerunt parentes eius: quibus præcepit ne ali-
cui dicerent quod factum erat.

S. DISCIPVLOS *binos mittit: quibus reuersis in desertum secedens quinq; hominum millia satiat: transfiguratus in monte curat lunaticum, atq; discipulorum sub præsulatu dissidium sedat.*

CAPVT IX.

A

Mat. 10 a Mar. 3 b Onuocatis autem Iesus duodecim apostolis, de-
dit illis virtutem & potestatem super omnia dæ-
monia, & vt languores curarẽt. Et misit illos prę
dicare regnum Dei: & sanare infirmos. Et ait ad
Matt. 10 a illos, Nihil tuleritis in via, neque virgam, neque peram, neq;
Mar. 6 a panem, neq; pecuniã: neque duas tunicas habeatis. Et in quã-
cunque domũ intraueritis, ibi manete, & inde ne exeatis. Et
quicunque non receperint vos exeuntes de ciuitate illa, etiam
Act. 13 g puluerem pedum vestrorum excutite in testimonium supra
illos. Egressi autem circuibant per castella euangelizantes &
curantes vbique. Audiuit autem Herodes tetrarcha omnia
quæ fiebant ab eo: & hæsitabat eo quòd diceretur à quibus-
Matt. 14 a dam, Quia Ioannes surrexit à mortuis. à quibusdã verò, Quia
Marc. 6 b Elias apparuit. ab alijs autem, Quia propheta vnus de anti-
quis surrexit. Et ait Herodes, Ioannem ego decollaui: quis
est autem iste de quo ego talia audio? Et quærebat videre eũ.

B Et reuersi Apostoli, narrauerunt illi quæcunque fecerũt:
Matt. 14 b & assumptis illis secessit seorsum in locum desertum, qui est
Mar. 6 d c Bethsaidæ. Quod cum cognouissent turbæ, secutæ sunt illũ:
& excepit eos, & loquebatur illis de regno Dei, & eos qui cu
ra indigebant, sanabat. Dies autem cœperat declinare. Et acce
Ioan. 6 a dentes duodecim, dixerunt illi, Dimitte turbas, vt euntes in
castella villas q; quæ circà sunt, diuertant, & inueniant escas:
quia hic in loco deserto sumus. Ait autem ad illos, Vos date
illis manducare. At illi dixerunt, Non sunt nobis plus quàm
quinque panes & duo pisces: nisi forte nos eamus & emamus in omnẽ hanc turbam escas. Erant autem ferè viri quinq;
millia. Ait autem ad discipulos suos, Facite illos discũbere per
conuiuia quinquagenos. Et ita fecerunt. Et discubuerunt o-
mnes. Acceptis autẽ quinq; panibus & duobus piscibus, su-
spexit in cœlum, & benedixit illis: & fregit, & distribuit di-
scipulis suis vt ponerẽt ante turbas. Et mãducauerũt omnes:
& saturati sunt. Et sublatum est quod superfuit illis, fragmẽ-
torum cophini duodecim. Et factum est: cum solus esset o- Matt. 16 b
rans, erant cum illo & discipuli: & interrogauit illos, dicens, Mar. 8 c
C Quem me dicũt esse turbæ? At illi respondentes & dixerũt,
Ioannem Baptistam, alij autẽ Eliam, alij verò quia vnus pro
pheta de prioribus surrexit. Dixit autẽ illis, Vos autem quẽ
me esse dicitis? Respondens Simon Petrus, dixit, Christum
Dei. At ille increpans illos, præcepit ne cui dicerent hoc, di- Matt. 17 d
cens, Quia oportet filium hominis multa pati, & reprobari à Mar. 8 e
senioribus & principibus sacerdotum & scribis, & occidi, & Matt. 10 d
tertia die resurgere. Dicebat autẽ ad omnes, Si quis vult post & 16 d
me venire, abneget semetipsum, & tollat crucem suam quo- Mar. 8 d
tidie, & sequatur me. Qui enim voluerit animam suam saluam Infra 11 f
facere, perdet illam. Nam qui perdiderit animam suam pro- & 17 g
pter me: saluam faciet illam, quid enim proficit homo, si lucre Ioan. 12 d
tur vniuersum mundum, seipsum autem perdat & detrimen-
tum sui faciat? Nam qui me erubuerit & meos sermones, hũc Matt. 10 d
filius hominis erubescet cum venerit in maiestate sua & pa- Marc. 8 d
tris & sanctorum angelorum. Dico autem vobis verè, sunt ali 2. Tim. 2 b
qui hic stantes, qui non gustabunt mortem donec videant re- Matt. 16 d
D gnum Dei. Factum est autẽ: post hæc verba ferè dies octo, Marc. 9 a
& assumpsit Petrum & Iacobum & Ioannem, & ascendit in
montem vt oraret. Et facta est dum oraret, species vultus eius, Matt. 17 d
altera: & vestitus eius, albus & refulgens. Et ecce duo viri lo- Marc. 9 a
quebantur cum illo. erant autem Moyses & Elias, visi in ma-
iestate: & dicebant excessum eius, quem completurus erat in
Ierusalem. Petrus verò & qui cum illo erant grauati erant so-
mno. Et euigilantes, viderunt maiestatẽ eius, & duos viros qui
stabant cum illo. Et factum est: cum discederẽt ab illo, ait Pe
trus ad Iesum, Præceptor, bonũ est nos hîc esse: & faciamus
tria tabernacula, vnum tibi, & vnum Moysi, & vnum Eliæ, ne
sciens quid diceret. Hæc autem illo loquente, facta est nubes,
& obumbrauit eos: & timuerunt intrantibus illis in nubẽ. Et
vox facta est de nube, dicẽs, Hic est filius meus dilectus: ipsum
audite. Et dum fieret vox, inuentus est Iesus solus. Et ipsi ta
cuerunt, & nemini dixerunt in illis diebus quicquam ex his Matt. 17 d
E quæ viderant. Factum est autem: in sequenti die, descen- Marc. 9 e
dentibus illis de monte, occurrit illi turba multa. Et ecce vir
de turba exclamauit, dicens, Magister, obsecro te, respice in
filium meum quia vnicus est mihi. & ecce spiritus apprehen
dit eum & subito clamat: & elidit & dissipat eũ cũ spuma, &
vix discedit dilanians eum. & rogaui discipulos tuos vt ejice-
rent illud: & non potuerunt. Respondens autem Iesus, di-
xit, O generatio infidelis & peruersa, vsquequo ero apud vos
& patiar vos? Adhuc huc filium tuum. Et cum accederet, eli-
sit illum dæmoniũ, & dissipauit. Et increpauit Iesus spiritum
immundum, & sanauit puerum: & reddidit illum patri eius.
Stupebant autem omnes in magnitudine Dei: omnibus que
mirãtibus in omnibus quæ faciebat, dixit ad discipulos suos,
Ponite vos in cordibus vestris sermones istos, Filius enim
hominis futurum est vt tradatur in manus hominum. At illi
ignorabant verbum istud, & erat velatum ante eos vt non sen
tirent illud: & timebant eum interrogare de hoc verbo. In- Matt. 18 a
trauit autem cogitatio in eos quis eorum maior esset. At Marc. 9 c
E Iesus videns cogitationes cordis illorũ, apprehendit puerum:
& statuit illum secus se, & ait illis. Quicunq; susceperit puerũ
istũ in nomine meo, me recipit: & quicũq; me receperit, recipit eũ qui me misit. Nam qui minor est inter vos omnes, hic
maior est. Respondens autem Ioannes, dixit, Præceptor, vi-
dimus quendam in nomine tuo eijcientẽ dæmonia, & prohi-
buimus eum, quia nõ sequitur nobiscũ. Et ait ad illos Iesus,
Nolite prohibere: qui enim non est aduersum vos, pro vobis
est.

est. Factum est autem dum complerentur dies assumptionis eius, & ipse faciem suam firmauit vt iret in Ierusalem. Et misit nuntios ante conspectum suum: & euntes intrauerunt in
G ciuitatem Samaritanorum vt pararent illi. Et non receperunt eum: quia facies eius erat euntis in Ierusalem. Cum vidissent autem discipuli eius, Iacôbus & Ioannes, dixerunt, Domine, vis dicamus vt ignis descendat de cœlo, & consumat illos? & conuersus increpauit illos, dicēs, Nescitis cuius spiritus estis. Filius hominis non venit animas perdere, sed saluare. Et abierunt in aliud castellū. Factum est autem ambulantibus illis in via, dixit quidam ad illum, Sequar te quocunq; ieris. Dicit illi Iesus, Vulpes foueas habent, & volucres cœli nidos: filius autem hominis non habet vbi caput suum reclinet. Ait autem ad alterum. Sequere me. Ille autē dixit, Domine, permitte mihi primum ire & sepelire patrem meum. Dixitq; ei Iesus, Sine vt mortui sepeliant mortuos suos: tu autem vade, & annūtia regnum Dei. Et ait alter, Sequar te Domine: sed permitte mihi primum renuntiare his qui domi sunt. Ait ad illum Iesus, Nemo mittens manum suam ad aratrum & respiciens retro, aptus est regno Dei.

S. designatis interea LXXII. *alijs discipulis, proximum nostrum sub parabola incidentis in latrones designat. à Martha excipitur: & à Maria ad pedes sedente auditur.* CAPVT X.

A POst hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos: & misit illos binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quò erat ipse venturus. Et dicebat illis, Messis quidem multa: operarij autem pauci. Rogate ergo dominū messis vt mittat operarios in messem suā. Ite: ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculū, neq; peram, neque calceamenta: & neminem per viam salutaueritis. In quamcunq; domum intraueritis, primū dicite, Pax huic domui. & si ibi fuerit filius pacis, requiescet super illum pax vestra: sinautem ad
B vos reuertetur. In eadem autem domo manete edentes & bibētes quæ apud illos sunt: dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domum. Et in quācunque ciuitatem intraueritis, & susceperint vos, manducate quæ apponuntur vobis: & curate infirmos qui in illa sunt, & dicite illis, Appropinquauit in vos regnum Dei. In quamcunque autem ciuitatem intraueritis, & non susceperint vos, exeūtes in platéas eius, dicite, Etiā puluerem qui adhæsit nobis de ciuitate vestra, extergimus in vos. tamen hoc scitote quia ap-
C propinquauit regnum Dei. Dico vobis quia Sodomis in die illa remissius erit, quàm illi ciuitati. Væ tibi Chorozaim, væ tibi Bethsaida: quia si in Tyro & Sidóne factæ fuissent virtutes quæ factæ sunt in vobis, olim in cilicio & cinere sedentes pœniterent. Veruntamen Tyro & Sidóni remissius erit in iudicio, quàm vobis. Et tu Capharnaum vsque ad cœlum exaltata: vsq; ad infernum demergêris. Qui vos audit, me audit: & qui vos spernit, me spernit. Qui autē me spernit, spernit eum qui misit me. Reuersi sunt autē septuagintaduo cū gaudio, dicentes, Domine, etiam dæmonia subijciuntur nobis in nomine tuo. Et ait illis, Videbā satanā sicut fulgur de cœlo cadē tē. Ecce dedi vobis potestatē calcādi supra serpentes & scorpiones, & super omnē virtutē inimici: & nihil vobis nocebit.
D Verūtamē in hoc nolite gaudere quia spiritus vobis subijciūtur: gaudete autem quòd nomina vestra scripta sunt in cœlis. In ipsa hora exultauit in spiritu sancto, & dixit, Cōfiteor tibi pater, Domine cœli & terræ quòd abscondisti hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelasti ea paruulis. Etiam pater, quoniā sic placuit ante te. Omnia mihi tradita sunt à patre meo. Et nemo scit quis sit filius, nisi pater: & quis sit pater, nisi filius, & cui voluerit filius reuelare. Et conuersus ad discipulos suos, dixit, Beati oculi qui vident quæ vos videtis. Di
E co enim vobis quòd multi prophetæ & reges voluerūt videre quæ vos videtis, & non viderunt: & audire quæ auditis, & non audierunt. Et ecce quidam legis peritus surrexit, tentans illum, & dicens, Magister quid faciendo vitam æternam possidebo? At ille dixit ad eum, In lege quid scriptum est? quomodo legis? Ille respondens, dixit, Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex omnibus viribus tuis, & ex omni mēte tua, & proximū tuum sicut teipsum. Dixitque illi, Rectè respondisti: hoc fac, & vives. Ille autem volens iustificare seipsum, dixit ad Iesum, Et quis est meus proximus? Suscipiens autem Iesus, dixit, Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in
F latrones, qui etiam despoliauerunt eum: & plagis impositis abierunt semiuiuo relicto. Accidit autem vt sacerdos quidam descenderet eadem via: & viso illo præteriuit. Similiter & Leuita, cum esset secus locum & videret eum, pertransijt. Samaritanus autem quidam iter faciens venit secus eum: & videns eum, misericordia motus est. Et approprians, alligauit vulnera eius, infundens oleum & vinum: & imponens illum in iumentum suum duxit in stabulum, & curam eius egit. Et altera die protulit duos denarios: & dedit stabulario, & ait, Curam illius habe: & quodcunq; supererogaueris, ego cùm rediero reddam tibi. Quis horum trium videtur tibi proxi-
G mus fuisse illi qui incidit in latrones? At ille dixit, Qui fecit misericordiam in illum. Et ait illi Iesus, Vade, & tu fac similiter. Factum est autē dum irent, & ipse intrauit in quoddam castellum: & mulier quædam Martha nomine, excepit illum in domum suam, & huic erat soror nomine Maria: quæ etiam sedens secus pedes Domini, audiebat verbū illius. Martha autem satagebat circa frequens ministerium: quæ stetit, & ait, Domine, non est tibi curæ quòd soror mea reliquit me solam ministrare? dic ergo illi vt me adiuuet. Et respondens dixit illi Dominus, Martha Martha, solicita es, & turbaris erga plurima. Porrò, vnum est necessarium. Maria optimam partem elegit: quæ non auferetur ab ea.

S. discipvlos sub parabola tres panes mutuò petentis docet orare. dæmonij eiectionem Pharisæos Beelzebub tribuentes confutat: & eorum reprobationem sub multis maledictis reuelat.

CAPVT XI.

A ET factum est: cum esset in quodam loco orans, vt cessauit, dixit vnus ex discipulis eius ad eum, Domine, doce nos orare, sicut docuit Ioannes discipulos suos. Et ait illis, Cum oratis, dicite, Pa- *Matt. 6 b*
ter, Sanctificetur nomen tuum. Adueniat regnum tuum.
* Fiat voluntas tua.. Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Et dimitte nobis peccata nostra, siquidē & nos dimittimus omni debenti nobis. Et ne nos inducas in tentationem. Et ait ad illos, Quis vestrûm habebit amicum, & ibit ad illum media nocte, & dicet illi, Amice, commoda mihi tres panes, quoniā amicus meus venit de via ad me, & non habeo quod ponam ante illum: & ille déintus respondens dicat, Noli mihi
B molestus esse, iam ostium clausum est, & pueri mei mecum sunt in cubili: non possum surgere & dare tibi. Et si ille perseuerauerit pulsans: dico vobis, & si non dabit illi surgens eo quòd amicus eius sit, propter improbitatem tamen eius surget, & dabit illi quotquot habet necessarios. Et ego dico vo- *Matt. 7 a*
bis, Petite, & dabitur vobis: querite, & inuenietis: pulsate, & *21 c*
aperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, *Marc. 11 c*
inuenit: & pulsanti aperietur. Quis autem ex vobis patrē petit panem, nunquid lapidem dabit illi? Aut piscem: nūquid *Ioan. 14 b*
pro pisce serpentem dabit illi? Aut si petierit ouum: nunquid *16 e*
porriget illi scorpionem? Si ergo vos cum sitis mali, nostis *Iacob 1 a*
bona data dare filijs vestris: quanto magis pater vester cœ- *Matt. 7 b*
lestis dabit spiritum bonū petētibus se? Et erat eijciens dæ- *Matt. 9 d*
monium: & illud erat mutum. Et cum eiecisset dæmonium, *12 b*
locutus est mutus: & admiratæ sunt turbæ. Quidam autem *Mar. 3 c*
ex eis dixerunt, in Beelzebub principe dæmoniorum eijcit
C dæmonia. Et alij tentantes, signū de cœlo quærebant ab eo.

Ipse autem vt vidit cogitationes eorum, dixit eis, Omne regnum in se diuisum, desolabitur: & domus supra domũ cadet. Si autem & satanas in seipsum diuisus est: quomodo stabit regnum eius, quia dicitis in Beelzebub me eijcere dæmonia? Si autem ego in Beelzebub eijcio dæmonia: filij vestri in quo eijciunt? Ideò ipsi, iudices vestri erũt. Porrò si in digito Dei eijcio dæmonia: profectò peruênit in vos regnum Dei. Cum fortis armatus custodit atriũ suum: in pace sunt ea quæ possidet. Si autem fortior illo superueniens vicerit eum: vniuersa arma eius auferet in quibus confidebat, & spolia eius distribuet. Qui non est mecum: contra me est: & qui non colligit mecum, dispergit. Cum immũdus spiritus exierit de homine, perambulat per loca inaquosa, quærens requiem. Et nõ inueniẽs, dicit, Reuertar in domum meã vnde exiui. Et cum venerit, inuenit eam scopis mundatã. Tunc vadit, & assumit septem alios spiritus secum nequiores se: & ingressi habitãt ibi. Et fiunt nouissima hominis illius, peiora prioribus. Factum est autem: cum hæc diceret, extollens vocem quædam mulier de turba, dixit illi, Beatus vẽter qui te portauit, & vbera quæ suxisti. At ille dixit, Quinimò beati qui audiunt verbum Dei, & custodiunt illud. Turbis autem cõcurrentibus, cœpit dicere, Generatio hæc, generatio nequam est: signum quærit, & signum non dabitur ei, nisi signum Ionæ. Nam sicut fuit Ionas signum Niniuitis, ita erit & filius hominis generationi isti. Regina austri surget in iudicio cum viris generationis huius, & condemnabit illos: quia venit à finibus terræ audire sapientiã Salomonis. & ecce plus quàm Salomon hîc. Viri Niniuitæ surgent in iudicio cum generatione hac, & condemnabunt illam: quia pœnitentiam egerunt in prædicatione Ionæ. & ecce plus quàm Iona hîc. Nemo lucernam accendit & in abscondito ponit, neque sub modio: sed supra candelabrum, vt qui ingrediuntur, lumen videant. Lucerna corporis tui, est oculus tuus. Si oculus tuus fuerit simplex, totum corpus tuũ lucidũ erit: si autem nequam fuerit, etiã corpus tuũ, tenebrosum erit. Vide ergo ne lumẽ quod in te est, tenebræ sint. Si ergo corpus tuũ totum lucidum fuerit, non habens aliquam partem tenebrarum: erit lucidũ totum, & sicut lucerna fulgoris illuminabit te. Et cum loqueretur, rogauit illum quidam Pharisæus vt pranderet apud se. Iesus autẽ ingressus, recubuit. Pharisæus autem cœpit intra se reputans dicere quare non baptizatus esset ante prandium. Et ait Dominus ad illum, Nunc vos pharisæi quod déforis est calicis & catini mundatis: quod autem intus est vestrum plenum est rapina & iniquitate. Stulti, nónne qui fecit quod foris est, etiã id quod dẽintus est, fecit? Veruntamen quod supereſt, date eleemosynam: & ecce omnia munda sunt vobis. Sed væ vobis pharisæis, qui decimatis mentham & rutam & omne olus: & præteritis iudicium & charitatẽ Dei. Hæc autem oportuit facere, & illa non omittere. Væ vobis pharisæis: quia diligitis primas cathedras in synagógis, & salutationes in foro. Væ vobis quia estis vt monumenta quæ non parent, & homines ambulantes supra nesciunt. Respondens autẽ quidã ex legisperitis, ait illi, Magister, hæc dicens etiam contumeliam nobis facis. At ille ait, Et vobis legisperitis væ: quia oneratis homines oneribus quæ portare non possunt, & ipsi vno digito vestro non tangitis sarcinas. Væ vobis qui ædificatis monumenta prophetarum: patres autem vestri occiderũt illos. Profecto testificamini quòd consentitis operibus patrum vestrorum: quoniam ipsi quidem eos occiderunt, vos autem ædificatis eorum sepulchra. Propterea & sapientia Dei dixit, Mittam ad illos prophetas & apostolos, & ex illis occidẽt & persequentur: vt inquiratur sanguis omnium prophetarum, qui effusus est à constitutione mundi à generatione ista, à sanguine Abel, vsque ad sanguinem Zachariæ qui perijt inter altare & ædem. Ita dico vobis, requiretur ab hac generatione. Væ vobis legisperitis qui tulistis clauem scientiæ: ipsi non introistis, & eos qui introibant, prohibuistis. Cum hæc ad illos diceret, cœperunt pharisæi & legisperiti grauiter insistere, & os eius opprimere de multis, insidiantes ei, & quærentes aliquid capere ex ore eius, vt accusarent eum.

S. CHRISTVS sub Phærisæorum fermento, mortis securitate, hæreditatis diuisione, horreorum repletione, auium prouisione, liliorum ornatu, solicita Domini expectatione, & fideli dispensatione aduersus antichristum discipulos roborat. CAP. XII.

MVltis autem turbis concurrentibus ita vt seinuicẽ conculcarent, cœpit dicere ad discipulos suos, Attendite à fermento pharisæorum quod est hypocrisis. Nihil enim opertum est, quod non reuelabitur: neq; absconditum quod non sciatur. Quoniam quæ in tenebris dixistis, in lumine dicentur: & quod in aure locuti estis in cubiculis, prædicabitur in tectis. Dico autem vobis amicis meis, Ne terreamini ab his qui occidũt corpus, & post hæc non habent amplius quid faciant. Ostendam autem vobis quem timeatis. Timete eũ qui postquàm occiderit, habet potestatem mittere in gehennã. Ita dico vobis, hunc timete. Nónne quinque passeres væneunt dipondio: & vnus ex illis non est in obliuione coram Deo? Sed & capilli capitis vestri omnes numerati sunt. Nolite ergo timere: multis passeribus pluris estis. Dico autẽ vobis, omnis quicunq; confessus fuerit me corã hominibus, & filius hominis confitebitur illum coram angelis Dei. Qui autẽ negauerit me corã hominibus, negabitur corã angelis Dei. Et omnis qui dicit verbum in filiũ hominis, remittetur illi: ei autẽ qui in Spiritũ sanctũ blasphemauerit, non remittetur. Cum autẽ inducent vos in synagógas, & ad magistratus & potestates, nolite soliciti esse qualiter aut quid respondeatis, aut quid dicatis. Spiritus enim sanctus docebit vos in ipsa hora quïd oporteat vos dicere. Ait autem ei quidam de turba, Magister, dic fratri meo vt diuidat mecum hæreditatẽ. At ille dixit ei, Homo, quis me cõstituit iudicem aut diuisorem supra vos? Dixitq; ad illos, Videte & cauete ab omni auaritia: quia non in abundantia cuiusquam vita eius est ex ijs quæ possidet. Dixit autem similitudinem ad illos, dicẽs, Hominis cuiusdã diuitis huberes fructus ager attulit: & cogitabat intra se, dicens, quid faciã: quia non habeo quò congregem fructus meos? Et dixit, Hoc faciã, Destruam horrea mea & maiora faciam: & illuc cõgregabo omnia quæ nata sunt mihi & bona mea, & dicã animæ meæ, Anima habes multa bona posita in annos plurimos: requiesce, comede, bibe, epulare. Dixit autem illi Deus, Stulte, hac nocte animã tuam repetunt à te: quæ autem parasti, cuius erunt? Sic est qui sibi thesaurizat, & non est in Deum diues. Dixitq; ad discipulos suos, Ideò dico vobis, nolite soliciti esse animæ vestræ quid manducetis: neq; corpori, quid induamini. Anima plus est quàm esca: & corpus plus quàm vestimentũ. Cõsyderate coruos, quia nõ seminant neq; metunt, quibus nõ est cellariũ neq; horreum, & Deus pascit illos. Quanto magis vos pluris estis illis? Quis autẽ vestrum cogitãdo potest adijcere ad staturam suã cubitum vnum? Si ergo neq; quod minimũ est potestis: quid de cæteris soliciti estis? Consyderate lilia quomodo crescunt: non laborant neq; nent. Dico autẽ vobis: neque Salomon in omni gloria sua vestiebatur sicut vnũ ex istis. Si autem fœnũ quod hodie est in agro, cras in clibanum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos, pusillæ fidei? Et vos nolite quærere quid maducetis, aut quid bibatis: & nolite in sublime tolli. hæc autem omnia gentes mundi quærunt. Pater autẽ vester scit quoniam his indigetis. Veruntamen quærite primum regnũ Dei & iustitiam eius: & hæc omnia adijcientur vobis. Nolite timere pusillus grex, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum. Vendite quæ possidetis, & date eleemosynã. Facite vobis sacculos qui non veterascunt, thesaurũ nõ deficientẽ in cœlis: quò fur non appropiat, neq; tinea corrumpit. Vbi enim thesaurus vester est, ibi & cor vestrum erit. Sint lumbi vestri præcincti, & lucernæ ardentes

*in manibus

*in manibus veſtris . . & vos, ſimiles hominibus expectantibus dominũ ſuũ quãdo reuertatur à nuptijs: vt cum venerit & pulſauerit, confeſtim aperiant ei. Beati ſerui illi, quos cum venerit Dominus, inuenerit vigilãtes. Amen dico vobis quòd præcinget ſe, & faciet illos diſcũbere, & trãſiens miniſtrabit illis. Et ſi venerit in ſecũda vigilia, & ſi in tertia vigilia venerit, & ita inuenerit: beati ſunt ſerui illi. Hoc autẽ ſcitote, quoniam ſi ſciret paterfamiliâs qua hora fur veniret, vigilatet vtique, & nõ ſineret perfodi domum ſuam. Et vos eſtote parati: quia qua hora nõ putatis, filius hominis veniet. Ait autẽ ei Petrus, Domine, ad nos dicis hanc parabolam: an & ad omnes? Dixit autẽ Dominus, Quiſputas eſt fidelis diſpẽſator & prudens, quem cõſtituit Dominus ſupra familiã ſuam, vt det illis in tempore, tritici menſurã? Beatus ille ſeruus, quem, cum venerit Dominus, inuenerit ita facientem: verè dico vobis quoniam ſupra omnia quæ poſsidet, cõſtituet illum. Quòd ſi dixerit ſeruus ille in corde ſuo, Morã facit Dominus meus venire: & cœperit percutere ſeruos & ancillas, & edere & bibere & inebriari: veniet Dominus ſerui illius in die qua nõ ſperat, & hora qua neſcit, & diuidet eũ, partemq; eius cum infidelibus ponet. Ille autem ſeruus qui cognouit voluntatẽ Domini ſui, & nõ præparauit, & non fecit ſecundũ voluntatẽ eius: vapulabit multis. qui autem non cognouit, & fecit digna plagis: vapulabit paucis. Omni autẽ cui multũ datum eſt, multum quæretur ab eo: & cui commendauerunt multũ, plus petent ab eo. Ignem veni mittere in terram: & quid volo niſi vt accendatur? Baptiſma autem habeo baptizari: & quomodo coarctor, vſquedũ perficiatur? Putatis quia pacem veni mittere in terram? Non dico vobis: ſed ſeparationẽ. erunt enim ex hoc quinq; in domo vna diuiſi, tres in duos, & duo in tres: diuidentur pater in filium, & filius in patrem ſuum, mater in filiam, & filia in matrem, ſocrus in nurum ſuam, & nurus in ſocrum ſuam. Dicebat autem ad turbas, Cum videritis nubem orientem ab occaſu, ſtatim dicitis, Nimbus venit: & ita fit. & cum auſtrum flantem: dicitis, Quia æſtus erit: & fit. Hypocritæ, faciem cœli & terræ noſtis probare: hoc autem tempus quomodo non probatis? Quid autem & à vobiſipſis non iudicatis quod iuſtum eſt? Cum autem vadis cum aduerſario tuo ad principem, in via da operam liberari ab illo: ne fortè trahat te ad iudicem, & iudex tradat te exactori, & exactor mittat te in carcerem. Dico tibi, non exies inde, donec etiam nouiſsimum minutum reddas.

*.24 d

ypo. 16 c

F

G

att.10 d

atth. 16 a
ar.8 b

att.5 d

S. DOMINVS *audiens Galilæos à Pilato occiſos, populum hortatur ad pœnitentiam: contractam curat mulierem: ſub parabola ſinapis, fermenti & anguſtæ portæ uiam paradiſi docet.*

CAPVT XIII.

A ADerant autem quidam ipſo in tempore, nuntiantes illi de Galilæis, quorum ſanguinem Pilatus miſcuit cum ſacrificijs eorũ. Et reſpondens dixit illis, Putatis quòd hi Galilæi præ omnibus Galilæis peccatores fuerint, quia talia paſsi ſunt? Nõ, dico vobis: ſed niſi pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis, ſicut illi decem & octo ſupra quos cecidit turris in Siloe, & occidit eos: putatis quia & ipſi debitores fuerint præter omnes homines habitantes in Ieruſalem? Non dico vobis: ſed ſi non pœnitentiam habueritis, omnes ſimiliter peribitis. Dicebat
B autem & hanc ſimilitudinem, Arborem ſiſci habebat quidam plantatam in vinea ſua: & venit quærens fructũ in illa, & nõ inuenit. Dixit autem ad cultorẽ vineæ, Ecce anni tres ſunt ex quo venio quærens fructum in ficulnea hac: & non inuenio. Succide ergo illã: vt quid etiam terrã occupat? At ille reſpondens dicit illi, Domine, dimitte illam & hoc anno vſquedum fodiam circa illam & mittam ſtercora. & ſi quidẽ fecerit fructum: ſinautem, in futurũ ſuccides eam. Erat autem docẽs in
C ſynagóga eorũ ſabbathis. Et ecce mulier quæ habebat ſpiritum infirmitatis annis decem & octo: & erat inclinata, nec omnino poterat ſurſum reſpicere. Quam cùm videret Ieſus, vocauit eam ad ſe, & ait illi, Mulier, dimiſſa es ab infirmitate tua. Et impoſuit illi manus, & confeſtim erecta eſt, & glorificabat Deum. Reſpõdens autẽ archiſynagógus, indignãs quia ſabbatho curaſſet Ieſus, dicebat turbæ, Sex dies ſunt in quibus oportet operari. in his ergo venite & curamini: & non in
D die ſabbathi. Reſpondens autem ad illum Dominus, dixit, Hypocritæ, vnuſquiſq; veſtrum ſabbatho nõ ſoluit bouẽ ſuũ aut aſinũ à præſepio, & ducit adaquare? hanc autẽ filiã Abrahæ quam alligauit ſatanas ecce decẽ & octo annis, non oportuit ſolui à vinculo iſto die ſabbathi? Et cum hæc diceret, erubeſcebant omnes aduerſarij eius: & omnis populus gaudebat in vniuerſis quæ gloriosè fiebant ab eo. Dicebat ergo,
E Cui ſimile eſt regnũ Dei, & cui ſimile æſtimabo illud? Simile eſt grano ſinapis, quod acceptum homo miſit in hortum ſuũ, & creuit: & factum eſt in arborem magnam, & volucres cœli requieuerunt in ramis eius. Et iterum dixit, Cui ſimile æſtimabo regnum Dei? Simile eſt fermento quod acceptum mulier abſcondit in farinæ ſata tria, donec fermentaretur totum.

Matt.13 d
Mar.4 c
Matt.13 e

Et ibat per ciuitates & caſtella docens, & iter faciens in Ieruſalem. Ait autem illi quidam, Domine, ſi pauci ſunt qui ſaluantur? Ipſe autem dixit ad illos, Contendite intrare per angu
Matt.7 b
ſtam portam: quia multi, dico vobis, quærent intrare, & non poterunt. Cum autem intrauerit paterfamiliás & clauſerit
F oſtium, & incipietis foris ſtare, & pulſare oſtiũ, dicẽtes, Domine aperi nobis: & reſpondens dicet vobis, Neſcio vos vnde
Matt.7 d
ſitis. Tunc incipietis dicere, Manducauimus coram te & bibimus, & in platẽis noſtris docuiſti. Et dicet vobis, Neſcio vos
Pſal.6 c
vnde ſitis, diſcedite à me omnes operarij iniquitatis. Ibi erit
Matt.7 b
fletus & ſtridor dentium: cum videritis Abraham & Iſaac &
& 25 d
Iacob, & omnes prophetas in regno Dei, vos autẽ expelli foras. Et veniẽt ab Oriẽte & Occidẽte & Aquilone & Auſtro: & accumbent in regno Dei. Et ecce, ſunt nouiſsimi, qui erant
Matt.19 d
G primi: & ſunt primi, qui erant nouiſsimi. In ipſa die acceſſe-
20 b
runt quidam phariſæorum, dicẽtes illi, Exi & vade hinc: quia
Mar.10 d
Herodes vult te occidere. Et ait illis, Ite, & dicite vulpi illi, Ecce eijcio dæmonia & ſanitates perficio hodie & cras, & tertia die conſummor. Veruntamẽ oportet me hodie & cras & ſequenti die ambulare: quia non capit prophetã perire extra
Matt.23 d
Ieruſalem. Ieruſalem Ieruſalem, quæ occidis prophetas & lapidas eos qui mittuntur ad te, quoties volui congregare filios tuos quemadmodum auis nidum ſuum ſub pennis, & noluiſti? Ecce relinquetur vobis domus veſtra deſerta. Dico autem vobis quia non videbitis me donec veniat cum dicetis, Benedictus qui venit in nomine Domini.

S. HYDROPICVM *ſabbatho curat, & ſub magnæ cœnæ parabola docet humilitatem: atque ſub parentes relinquente, & turrim ædificante, & bello prouidente docet religionem.*

CAPVT XIIII.

A ET factum eſt: cùm introiſſet Ieſus in domum cuiuſdam principis phariſæorum ſabbatho manducare panem, & ipſi obſeruabant eum. Et ecce homo quidã hydropicus erat ante illum. Et reſpondens Ieſus, dixit ad legiſperitos & phariſæos, dicens, Si licet ſabbatho curare? At illi tacuerũt. Ipſe verò apprehenſum ſanauit eum, ac dimiſit. Et reſpondẽs ad illos dixit, Cuius veſtrum aſinus aut bos in puteũ cadet: & nõ continuò extrahet illum die ſabbathi? Et non poterãt ad hæc reſpondere illi. Di
B cebat autẽ & ad inuitatos parabolã, intendens quomodo primos accubitus eligerẽt, dicens ad illos. Cum inuitatus fueris ad nuptias, non diſcumbas in primo loco, ne fortè honoratior te ſit inuitatus ab illo: & veniens is qui te & illũ vocauit, dicat tibi, Da huic locũ. & tunc incipias cum rubore nouiſsimum locum tenere. Sed cum vocatus fueris, vade recumbe in nouiſsimo loco: vt cũ venerit qui te inuitauit, dicat tibi, Ami-
Prouer.25 d
ce, aſcende ſuperius. Tunc erit tibi gloria coram ſimul diſ-

cumbentibus:quia omnis qui ſe exaltat,humiliabitur: & qui
Infra 18 c ſe humiliat,exaltabitur.Dicebat autẽ & ei qui ſe inuitauerat,
Matt.22 b Cùm facis prãdium aut cœnam, noli uocare amicos tuos, ne-
Tob.4 b que fratres tuos,neque cognatos,neq; vicinos diuites, ne for-
Prouerb.3 b tè te & ipſi reinuitent,& fiat tibi retributio:ſed cum facis con
uiuium,voca pauperes, debiles, claudos, & cæcos: & beatus
D eris,quia non habent retribuere tibi: retribuetur enim tibi in
reſurrectione iuſtorum.Hæc cum audiſſet quidam de ſimul
Mat.22 a diſcumbentibus,dixit illi, Beatus qui manducabit panem in
Apoc.19 b regno Dei. At ipſe dixit ei,Homo quidam fecit cœnam ma
gnam:& vocauit multos. Et miſit ſeruũ ſuum hora cœnæ di-
cere inuitatis vt venirent:quia iam parata ſunt omnia. Et cœ-
perunt ſimul omnes excuſare.Primus dixit ei, Villam emi,
& neceſſe habeo exire & videre illam:rogo te, habe me excu
E ſatum. Et alter dixit,Iuga boum emi quinque,& eo probare
illa:rogo te,habe me excuſatum. Et alius dixit, Vxorẽ duxi:
& ideò non poſſum venire. Et reuerſus ſeruus,nuntiauit hæc
Domino ſuo. Tunc iratus paterfamiliãs,dixit ſeruo ſuo, Exi
cito in platẽas & vicos ciuitatis: & pauperes ac debiles & cæ-
cos & claudos introduc huc. Et ait ſeruus, Domine, factum
eſt vt imperaſti; & adhuc locus eſt. Et ait Dominus ſeruo,
Exi in vias & ſepes:& compelle intrare,vt impleatur domus
mea.Dico autem vobis quòd nemo virorũ illorum qui voca-
ti ſunt, guſtabit cœnam meam. Ibant autem turbæ multæ
F cum eo: & conuerſus dixit ad illos,Si quis venit ad me,& nõ
Matt.10 d odit patrem ſuum & matrem,& vxorem & filios, & fratres,
& ſorores, adhuc autem & animam ſuam: non poteſt meus
eſſe diſcipulus. Et qui non baiulat crucem ſuam & venit poſt
Matth.10 d me: non poteſt meus eſſe diſcipulus. Quis enim ex vobis vo
16 d lens turrim ædificare, non prius ſedens computat ſumptus
Marc.8 d qui neceſſarij ſunt,ſi habeat ad perficiendũ: ne poſtea quàm
poſuerit fundamentum,& non potuerit perficere,omnes qui
G vident incipiant illudere ei, dicentes, Quia hic homo cœpit
ædificare,& non potuit conſummare? Aut quis rex iturus
committere bellum aduerſus alium regem, non ſedens prius
cogitat ſi poſsit cum decem millibus occurrere ei qui cum
viginti millibus venit ad ſe? alioquin adhuc illo longe agen-
te,legationem mittẽs rogat ea quæ pacis ſunt. Sic ergo omnis
Matth.5 b ex vobis qui nõ renuntiat omnibus quæ poſsidet,non poteſt
Marc.9 g meus eſſe diſcipulus. Bonum eſt ſal. Si autem ſal euanuerit:in
quo condietur? Neque in terram,neque in ſterquilinium vti-
le eſt,ſed foras mittetur. Qui habet aures audiendi audiat.

S. POENITENTIAE *fructus ſub perditæ ouis,& drachmæ inuentione,ſub prodigi filij reuerſione angelos lætificat.*

CAPVT XV.

A ERant autẽ appropinquantes ei publicani & pec-
catores,vt audirent illum. Et murmurabant pha-
riſæi & ſcribæ,dicentes, Quia hic peccatores reci-
Matt.18 b pit & manducat cum illis. Et ait ad illos paraboſ-
lam iſtam,dicẽs, Quis ex vobis homo qui habet centũ oues:
& ſi perdiderit vnã ex illis,nónne dimittit nonagintanouem
in deſerto,& vadit ad illã quæ perierat donec inueniat eam?
Et cum inuenerit eam,imponit in humeros ſuos gaudens: &
B veniens domum cõuocat amicos & vicinos,dicens illis,Con-
gratulamini mihi,quia inueni ouem meam quæ perierat. Di-
co vobis quòd ita gaudium erit in cœlo ſuper vno peccatore
pœnitentiã agente,quàm ſuper nonagintanouẽ iuſtis qui nõ
indigent pœnitentia. Aut quæ mulier habens drachmas de-
cem: ſi perdiderit drachmam vnam, nónne accendit lucer-
nam & euertit domũ & quærit diligenter, donec inueniat eã?
Et cũ inuenerit,conuocat amicas & vicinas,dicens, Congra-
tulamini mihi,quia inueni drachmam quam perdideram. Ita
C dico vobis: gaudium erit corã angelis Dei ſuper vno pecca-
tore pœnitentiã agẽte. Ait autem,Homo quidã habuit duos
filios: dixit adoleſcẽtior ex illis,patri,Pater,da mihi portio-
nem ſubſtantiæ quæ me contingit. Et diuiſit illis ſubſtãtiam.
Et poſt non multos dies congregatis omnibus, adoleſcentior
filius peregre profectus eſt in regionẽ longinquam:& ibi diſ
ſipauit ſubſtantiam ſuam viuendo luxuriosè. Et poſtquàm
omnia conſummaſſet, facta eſt fames valida in regione illa,
D & ipſe cœpit egere. Et abijt, & adhæſit vni ciuiũ regionis il-
lius. Et miſit illum in villam ſuam vt paſceret porcos. Et cu-
piebat implere ventrem ſuũ de ſiliquis quas porci manduca-
bant: & nemo illi dabat. In ſe autem reuerſus, dixit, Quanti
mercenarij in domo patris mei abundant panibus:ego autem
hic fame pereo? Surgam,& ibo ad patrẽ meum,& dicam ei,
Pater peccaui in cœlum & coram te:iam non ſum dignus vo
cari filius tuus:fac me ſicut vnum de mercenarijs tuis. Et ſur-
E gens venit ad patrem ſuum. Cum autem adhuc longe eſſet,vi-
dit illum pater ipſius,& miſericordia motus eſt, & accurrens
cecîdit ſuper collũ eius,& oſculatus eſt eum. Dixitq; ei filius,
Pater,peccaui in cœlum & coram te,iam non ſum dignus vo
cari filius tuus. Dixit autẽ pater ad ſeruos ſuos, Cito profer-
te ſtolam primam, & induite illum: & date anulum in manũ
eius,& calceamenta in pedes eius: & adducite vitulum ſagi-
natum & occidite,& manducemus,& epulemur: quia hic fi-
F lius meus mortuus erat & reuixit,perierat & inuentus eſt. Et
cœperunt epulari. Erat autem filius eius ſenior in agro: & cũ
veniret & appropinquaret domui, audiuit ſymphoniam &
chorum:& vocauit vnum de ſeruis, & interrogauit quid hæc
eſſent. Isque dixit illi, Frater tuus venit:& occîdit pater tuus
vitulum ſaginatum,quia ſaluum illum recepit. Indignatus eſt
G autem,& nolebat introire. Pater ergo illius egreſſus cœpit ro
gare illum. At ille reſpondens,dixit patri ſuo, Ecce tot annis
ſeruio tibi: & nunquam mandatum tuum præteriui: & nun-
quam dediſti mihi hœdum vt cum amicis meis epularer: ſed
poſtquam filius tuus hic qui deuorauit ſubſtãtiam ſuam cum
meretricibus,venit,occidiſti illi vitulum ſaginatum. At ipſe
dixit illi,Fili,tu ſemper mecũ es,& omnia mea tua ſunt. Epu-
lari autẽ & gaudere oportebat,quia frater tuus hic, mortuus
erat & reuixit, perierat & inuentus eſt.

S. QVONAM *pacto ſit Deo ſeruiendum,ſub callidi uillici parabola,uxorem repudiantis,diuitis epulonis, & pauperis Lazari, deſignatur.* CAPVT XVI.

A DIcebat autem & ad diſcipulos ſuos, Homo qui-
dam erat diues qui habebat villicum: & hic diffa-
matus eſt apud illũ,quaſi diſſipaſſet bona ipſius.
Et vocauit illum,& ait illi,Quid hoc audio de te?
redde rationẽ villicationis tuæ: iam enim non poteris villica-
re. Ait autem villicus intra ſe, Quid faciam, quia Dominus
meus aufert à me villicationem? fodere non valeo, mendicare
erubeſco. Scio quid faciam,vt cum amotus fuero à villicatio-
B ne,recipiant me in domos ſuas. Conuocatis itaq; ſingulis debi
toribus Domini ſui,dicebat primo, Quantum debes Domi-
no meo? At ille dixit, Centum cados olei. Dixitq; illi,Accipe
cautionem tuã,& ſede,cito ſcribe quinquaginta. Deinde alio
dixit, Tu vero quantum debes? Qui ait, Centum coros tritici.
Ait illi, Accipe literas tuas, & ſcribe octoginta. Et laudа-
uit Dominus villicũ iniquitatis,quia prudẽter feciſſet:quia fi-
lij huius ſeculi, prudẽtiores filijs lucis in generatione ſua ſunt.
C Et ego vobis dico,facite vobis amicos de mammona iniqui-
tatis:vt cum defeceritis, recipiant vos in æterna tabernacula.
Qui fidelis eſt in minimo,& in maiori fidelis eſt:& qui in mo
dico iniquus eſt, & in maiori iniquus eſt. Si ergo in iniquo
mãmona fideles non fuiſtis:quod verũ eſt, quis credet vobis? Matth.6
Et ſi in alieno fideles nõ fuiſtis:quod veſtrũ eſt, quis dabit vo
bis? Nemo ſeruus poteſt duobus dominis ſeruire. Aut enim
vnum odiet,& alterum diliget: aut vni adhærebit,& alterum
D contemnet. Non poteſtis Deo ſeruire & mammonæ. Au-
diebant autem omnia hæc phariſæi qui erant auari: & deride-
bant illum. Et ait illis, Vos eſtis qui iuſtificatis vos coram ho-
minibus: Deus autem nouit corda veſtra:quia quod homini- Matth.11 b
bus altum

bus altum est, abominatio est ante Deum. Lex & prophetæ, vsq; ad Ioannem: ex eo regnum Dei euangelizatur, & omnis in illud vim facit. Facilius est autem cœlum & terram præterire, quàm de lege vnum apicem cadere. Omnis qui dimittit vxorem suam, & alteram ducit, mœchatur: & qui dimissam à viro ducit, mœchatur. Homo quidã erat diues qui induebatur purpura & byssо: & epulabatur quotidie splendidè. Et erat quidam mendicus nomine Lazarus, qui iacebat ad ianuã eius, vlceribus plenus: cupiens saturari de micis quæ cadebant de mensa diuitis, & nemo illi dabat. Sed & canes veniebant: & lingebãt vlcera eius. Factum est autem vt moreretur mendicus, & portaretur ab angelis in sinũ Abrahæ. Mortuus est autem & diues, & sepultus est in inferno. Eleuans autem oculos suos cum esset in tormentis, vidit Abraham à longe, & Lazarum in sinu eius: & ipse clamans dixit, Pater Abraham, miserere mei, & mitte Lazarum vt intingat extremum digiti sui in aquam, vt refrigeret linguam meam, quia crucior in hac flamma. Et dixit illi Abraham, Fili, recordare quia recepisti bona in vita tua, & Lazarus similiter mala: nũc autem hic consolatur, tu verò cruciaris: & in his omnibus, inter nos & vos chaos magnum firmatum est, vt hi qui volunt hinc trãsire ad vos, non possint, neque inde huc transmeare. Et ait, Rogo ergo te pater, vt mittas eum in domum patris mei: habeo enim quinque fratres, vt testetur illis, ne & ipsi veniant in hũc locum tormentorum. Et ait illi Abraham, Habent Moysen & prophetas: audiant illos. At ille dixit, Non, pater Abraham: sed si quis ex mortuis ierit ad eos, pœnitentiam agent. Ait autem illi, Si Moysen & prophetas non audiunt, neque si quis ex mortuis resurrexerit, credent.

S. CAVENDVM à scandalo, fratri condonandum, fides habenda, & utiliter seruiendum, decem mundatis leprosis diem iudicij monet expectandum. CAPVT XVII.

ET ait ad discipulos suos, Impossibile est vt non veniant scandala: væ autem illi per quem veniunt. vtilius est illi, si lapis molaris imponatur circa collum eius, & proijciatur in mare, quàm vt scandalizet vnum de pusillis istis. Attendite vobis. Si peccauerit in te frater tuus, increpa illum: & si pœnitentiam egerit, dimitte illi. & si septies in die peccauerit in te, & septies in die conuersus fuerit ad te, dicens, Pœnitet me: dimitte illi. Et dixerunt Apostoli Domino, Adauge nobis fidem. Dixit autem Dominus, Si habueritis fidem sicut granum sinapis, dicetis huicarbori moro, Eradicare & transplantare in mare: & obediet vobis. Quis autem vestrum habens seruum arantem aut pascentem boues, qui regresso de agro dicat illi, Statim transi & recumbe: & non dicit, Para quod cœnem, & præcinge te & ministra mihi donec manducem & bibam, & post hæc tu manducabis & bibes? Nunquid gratiam habet seruo illi, quia fecit quæ ei imperauerat? Non puto. Sic & vos cum feceritis omnia quæ præcepta sunt vobis, dicite, Serui inutiles sumus: quod debuimus facere, fecimus. Et factum est: dum iret in Ierusalem, transibat per mediam Samariam & Galilæam. Et cum ingrederetur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longe: & leuauerunt vocẽ, dicentes, Iesu præceptor, miserere nostri. Quos vt vidit, dixit, Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est: dum irent, mundati sunt. Vnus autem ex illis vt vidit quia mundatus est: regressus est cum magna voce magnificans Deum: & cecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens: & hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus, dixit, Nónne decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi, Surge, vade: quia fides tua te saluum fecit. Interrogatus autem à pharisæis quando venit regnum Dei, respondens eis dixit, Non veniet regnum Dei cum obseruatione: neque dicent, Ecce hîc, aut ecce illic. Ecce enim regnum Dei intra vos est. Et ait ad discipulos suos, Venient dies quãdo desyderetis videre vnum diem filij hominis: & nõ videbitis. Et dicẽt vobis, Ecce hîc & ecce illic. Nolite ire, neque sectemini. nam sicut fulgur corruscãs de sub cœlo in ea quæ sub cœlo sunt, fulget: ita erit filius hominis in die sua. Primum autem oportet illum multa pati, & reprobari à generatione hac. Et sicut factũ est in diebus Noe: ita erit & in diebus filij hominis. Edebant & bibebant, vxores ducebant & dabantur ad nuptias vsque in diem qua intrauit Noe in arcã: & venit diluuiũ & perdidit omnes. Similiter sicut factum est in diebus Loth. Edebant & bibebant, emebant & vendebant, plantabant & ædificabant: qua die autem exijt Loth à Sodomis, pluit ignem & sulphur de cœlo, & omnes perdidit: secundum hæc erit qua die filius hominis reuelabitur. In illa hora qui fuerit in tecto, & vasa eius in domo, ne descendat tollere illa: & qui in agro, similiter nõ redeat retro. Memores estote vxoris Loth. Quicunque quæsierit animam suam saluam facere, perdet illam: & quicunque perdiderit illam, viuificabit eam. Dico vobis, in illa nocte erũt duo in lecto vno, vnus assũmetur, & alter relinquetur: duæ erunt molentes in vnum, vna assũmetur, & altera relinquetur: duo in agro, vnus assũmetur, & alter relinquetur. Respondentes dicunt illi, Vbi domine? Qui dixit illis, Vbicunque fuerit corpus, illuc congregabuntur & aquilæ.

S. CONTINVAM sub pharisæi & publicani atq; iudicis tyranni parabolis docet orationẽ: sub paruulorũ simplicitate, humilitatem: & principe petente quid faciendum, eleemosynam: ac cæcũ illuminans prædicit suam passionem. CAPVT XVIII.

DIcebat autem & parabolam ad illos, quoniam oportet semper orare & non deficere, dicens, Iudex quidam erat in quadam ciuitate, qui Deum non timebat, & hominem non reuerebatur. Vidua autem quædam erat in ciuitate illa: & veniebat ad eum dicens, Vindica me de aduersario meo. Et nolebat per multum tempus. Post hæc autem dixit intra se, Et si Deum non timeo, nec hominem reuereor: tamen quia molesta est mihi hæc vidua, vindicabo illam, ne in nouissimo veniens fugillet me. Ait autẽ Dominus, Audite quid iudex iniquitatis dicit: Deus autẽ non faciet vindictam electorum suorum clamantium ad se die ac nocte: & patientiã habebit in illis? Dico vobis quia cito faciet vindictam illorum. Veruntamen filius hominis veniens, putas inueniet fidem in terra? Dixit autem & ad quosdam qui in se confidebant tanquam iusti, & aspernabantur cæteros, parabolã istam, dicens, Duo homines ascendebant in templum vt orarent: vnus pharisæus, & alter publicanus. Pharisæus stans hæc apud se orabat, Deus gratias ago tibi quia non sum sicut cæteri hominum, raptores, iniusti, adulteri, velut etiam hic publicanus. Ieiuno bis in sabbatho: decimas do omnium quæ possideo. Et publicanus à longe stans, nolebat nec oculos ad cœlum leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens, Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur. Afferebant autem ad illum & infantes, vt eos tangeret. Quod cum viderent discipuli, increpabãt illos. Iesus autem conuocans illos, dixit, Sinite pueros venire ad me, & nolite vetare eos: talium est enim regnum Dei. Amen dico vobis, quicunque non acceperit regnum Dei sicut puer, non intrabit in illud. Et interrogauit eum quidam princeps, dicens, Magister bone, quid faciens vitam æternam possidebo? Dixit autem ei Iesus, Quid me dicis bonum? nemo bonus nisi solus Deus. Mandata nosti, Non occides, Non mœchaberis, Non furtum facies, Non falsum testimonium dices, Honora patrem tuum & matrem. Qui ait, Hæc omnia custodiui à iuuentute mea. Quo audito Iesus ait ei, Adhuc vnum tibi deest: omnia quæcunque habes vende, & da pauperibus, & habebis thesaurum in cœlo: & veni, seque-

re me. His ille auditis contristatus est: quia dives erat valdè.
Videns autem Iesus illum tristem factum, dixit, Quàm difE ficile qui pecunias habent, in regnum Dei intrabunt? Facilius
est enim camelum per foramen acus transire, quàm divitem
intrare in regnum Dei. Et dixerunt qui audiebant, Et quis
potest salvus fieri? Ait illis, Quæ impossibilia sunt apud homines, possibilia sunt apud Deum. Ait autem Petrus, Ecce,
nos dimisimus omnia, & secuti sumus te. Qui dixit eis, Amẽ
dico vobis, nemo est qui reliquit domum aut parentes, aut
fratres, aut vxorem, aut filios propter regnum Dei, & non
recipiat multo plura in hoc tempore, & in seculo futuro vi-
Matt.10 b tam æternam. Assumpsit autem Iesus duodecim, & ait
Mar.10 c illis, Ecce ascendimus Ierosolymam, & consummabuntur o-
F nia quæ scripta sunt per prophetas de filio hominis. Tra-
detur enim gentibus, & illudetur, & flagellabitur, & conspe
tur: & post quàm flagellaverint occident eum, & tertia die re
surget. Et ipsi nihil horum intellexerunt: & erat verbum
Matt.20 d istud absconditum ab eis, & non intelligebant quæ dicebanMar.10 g tur. Factum est autem: cum appropinquaret Iericho, cæcus
G quidam sedebat secus viam, mendicans. Et cum audiret turbam prætereuntem, interrogabat quid hoc esset. Dixerunt
autem ei quòd Iesus Nazarenus transiret. Et clamavit, dicens, Iesu fili Dauid miserere mei. Et qui præibant, increpabant eum vt taceret. Ipse verò multo magis clamabat, Fili Dauid, miserere mei. Stans autem Iesus, iussit illum adduci ad se.
Et cum appropinquasset, interrogavit illum, dicens, Quid
tibi vis faciam? At ille dixit, Domine, vt videam. Et Iesus dixit illi, Respice: fides tua te salvum fecit. Et confestim vidit:
& sequebatur illum magnificans Deum. Et omnis plebs vt
vidit, dedit laudem Deo.

S. CHRISTVS *ingressus Iericho, ad Zacchæum diuertit: iudicij timorem sub* x. *minarũ commissione incutit: super pullum asinæ Ierosolymam ingressus, à templo negotiatores eijcit.*

CAPVT XIX.

A INGressus perambulabat Iericho. Et ecce vir
nomine Zacchæus: & hic princeps erat publicanorum, & ipse dives: & quærebat videre Iesum
quis esset: & non poterat præ turba, quia statura pusillus erat. Et præcurrens ascendit in arborem sycomorum vt videret eum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum, suspiciens Iesus vidit illum, & dixit ad eũ, Zacchæe, festinans descẽde: quia hodie in domo tua oportet me
manere. Et festinans descendit: & excepit illum gaudens. Et
cum viderent omnes, murmurabant, dicentes quòd ad homi-
nem peccatorem diverti sset. Stans autem Zacchæus, dixit ad
B dominum, Ecce dimidium bonorum meorũ domine do pauperibus: & si quid aliquẽ defraudavi, reddo quadruplum. Ait
Iesus ad eum, Quia hodie salus domui huic facta est: eo quòd
& ipse filius sit Abrahæ. Venit enim filius hominis quærere
Matt.18 b & salvũ facere quod perierat. Hæc illis audiẽtibus adijciens
Matt.25 b dixit parabolam, eo quòd esset prope Ierusalem, & quia existimarent quòd eõ-festim regnum Dei manifestaretur. Dixit
ergo, Homo quidam nobilis abijt in regionẽ longinquam accipere sibi regnum, & reverti. Vocatis autẽ decem servis suis,
C dedit eis decem mnas, & ait ad illos, Negotiamini dum venio.
Cives autem eius oderant eum: & miserunt legationem post
illum, dicentes, Nolumus hunc regnare super nos. Et factum
est vt rediret accepto regno: & iussit vocari servos quibus dedit pecuniã, vt sciret quantum quisq; negotiatus esset. Venit
autem primus, dicens, Domine, mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi, Euge bone serve, quia in modico fuisti fidelis,
eris potestatẽ habẽs supra decẽ civitates. Et alter venit, dicẽs,
Dñe, mna tua fecit quinq; mnas. Et huic ait, Et tu esto super
quinq; civitates. Et alter venit, dicens, Domine, ecce mna tua,
quam habui repositam in sudario: timui enim te, quia homo
austerus es: tollis quod non posuisti, & metis quod nõ semi-
D nasti. Dicit ei, De ore tuo te iudico serve nequã. Sciebas quòd
ego homo austerus sum, tollens quod non posui, & metens
quod non seminavi: & quare non dedisti pecuniam meam ad
mensam, & ego veniens cum vsuris vtiq; exegissem illam? Et
astantibus dixit, Auferte ab illo mnam, & date illi qui decem
mnas habet. Et dixerunt ei, Domine, habet decẽ mnas. Dico *Supra* 8 c
autem vobis quia omni habenti dabitur & abundabit: ab eo *Matt.*13 b
autem qui non habet, & quod habet, auferetur ab eo. Verunta *&* 15 c
men inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se, *Mar.*4 c
E adducite huc: & interficite ante me. Et his dictis præcedebat ascendens Ierosolymã. Et factũ est: cum appropinquasset *Matt.*21 d
ad Bethphage & Bethaniam, ad mõtem qui vocatur Olivueti, *Mar.*11 d
misit duos discipulos suos, dicens, Ite in castellũ quod contra
vos est: in quod introeuntes invenietis pullũ asinæ alligatum,
cui nemo vnquam hominũ sedit: solvite illũ, & adducite. Et
si quis vos interrogaverit, Quare solvitis? sic dicetis ei, Quia
Dominus operã eius desyderat. Abierũt autẽ qui missi erant:
& invenerũt sicut dixit illis, stantem pullũ. Solventibus autẽ
illis pullũ, dixerũt domini eius ad illos, Quid solvitis pullũ?
At illi dixerũt, Quia Dominus eum necessariũ habet. Et du-
F xerunt illum ad Iesum. Et iactantes vestimẽta sua supra pul- *Ioan.*12 b
lum, imposuerunt Iesum. Eunte autem illo substernebant
vestimenta sua in via. Et cũ appropinquaret iam ad descẽsum
montis Olivueti, cœperunt omnes turbæ discentiũ gaudentes
laudare Deũ voce magna super omnibus quas viderãt virtutibus, dicentes, Benedictus qui venit rex in nomine Domini,
pax in cœlo, & gloria in excelsis. Et quidã pharisæorũ de turbis dixerũt ad illũ, Magister, increpa discipulos tuos. Quibus
ipse ait, Dico vobis quia si hi tacuerint, lapides clamabunt.
Et vt appropinquavit, videns civitatẽ, fleuit super illã, di- *Infra* 21 b
cẽs, Quia si cognovisses & tu, & quidẽ in hac die tua, quæ ad *Mat.*24 d
pacẽ tibi, nũc autẽ abscõdita sunt ab oculis tuis. Quia venient *Mar.*13 a
G dies in te: & circundabunt te inimici tui vallo, & circũdabunt
te, & coangustabũt te vndiq;, & ad terrã prosternent te, & filios tuos qui in te sunt: & nõ reliquẽt in te lapidẽ super lapidẽ:
eo quòd non cognoveris tẽpus visitationis tuæ. Et ingressus in templũ, cœpit eijcere vendentes & ementes, dicẽs illis,
Scriptũ est, Quia domus mea, domus orationis est, Vos au- *Matt.*21 b
tem fecistis illam spelunca latronum. Et erat docens quoti *Mar.*11 b
die in templo. Principes autẽ sacerdotum & scribæ & prin- *Esa.*56 e
cipes plebis quærebant illũ perdere: & nõ inveniebant quid *Iere.*7 b
facerẽt illi. Omnis enim populus suspensus erat, audiens illũ.

S. POTESTATEM *suam Iudæis cælat: illos sub vineæ agricolis locatæ parabola reprobos indicat: censum Cæsari debitum, resurrectionem expectandam, & se Dei filium probat.*

CAPVT XX.

A FACTum est: in vna dierum docente illo populũ *Matt.*21 e
in templo & evangelizante, convenerunt princi- *Mar.*11 d
pes sacerdotum & scribæ cũ senioribus, & aiunt
dicentes ad illũ, Dic nobis, in qua potestate hæc
facis? aut quis est qui dedit tibi hãc potestatẽ? Respondens autem Iesus, dixit ad illos, Interrogabo vos & ego vnũ verbũ.
Respondete mihi, Baptismus Ioannis de cœlo erat, an ex hominibus? At illi cogitabant intra se, dicentes, Quia si dixerimus de cœlo: dicet, Quare ergo non credidistis illi? Si autem
dixerimus ex hominibus: plebs vniversa lapidabit nos: certi
B sunt enim, Ioannẽ prophetã esse. Et responderunt se nescire
vnde esset. Et Iesus ait illis, Neque ego dico vobis in qua *Matt.*21 d
potestate hæc facio. Cœpit autẽ dicere ad plebem parabolam *Mar.*12 d
hanc, Homo quidã plantavit vineã, & locavit eam colonis: *Esa.*5 d
& ipse peregre fuit multis temporibus. Et in tempore misit *Iere.*2 d
ad cultores servũ, vt de fructu vineæ darent illi. Qui cæsum
dimiserunt eum inanem. Et addidit alterum servũ mittere. Illi
autem hunc quoq; cædentes & afficiẽtes contumelia, dimiserunt inanẽ. Et addidit tertium mittere: qui & illum vulnerantes eiecerũt. Dixit autẽ Dominus vineæ, Quid faciam? mittam filium

tam filium meum dilectum: forsitan cum hunc viderint, vere-
C buntur. Quē cum vidissent coloni, cogitauerunt intra se, di-
centes, Hic est hæres, occidamus illum, vt nostra fiat hæredi-
tas. Et eiectum illū extra vineā, occiderunt. Quid ergo faciet
illis Dominus vineæ? veniet & perdet colonos istos, & dabit
vineam alijs. Quo audito, dixerunt illi, Absit. Ille autem aspi-
ciēs eos, ait, Quid est ergo hoc quod scriptū est, Lapidē quē
reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli? O-
mnis qui ceciderit supra illū lapidem, conquassābitur: supra
quem autē ceciderit, cōminuet illum. Et quærebant princi-
pes sacerdotū & scribæ mittere in illum manus illa hora: & ti-
muerunt populum: cognouerunt enim quòd ad ipsos dixerit
D similitudinem hanc. Et obseruātes miserunt insidiatores qui
se iustos simularent: vt caperent eum in sermone, vt traderēt
illum principatui & potestati præsidis. Et interrogauerunt
eum dicentes, Magister, scimus quia rectè dicis & doces: &
non accipis personam, sed viam Dei in veritate doces. licet
nobis tributū dare Cæsari, an non? Consyderans autē dolum
illorum, dixit ad eos, Quid me tentatis? ostendite mihi dena-
rium. Cuius habet imaginē & inscriptionē? Respondentes di-
xerūt ei, Cæsaris. Et ait illis, Reddite ergo quæ sunt Cæsaris,
Cæsari: & quę sunt Dei, Deo. Et non potuerunt verbum eius
reprehendere coram plebe: & mirati in responso eius, tacue-
E runt. Accesserunt autē quidā Sadducæorum qui negant esse
resurrectionē, & interrogauerūt eū, dicētes, Magister Moy-
ses scripsit nobis, Si frater alicuius mortuus fuerit habēs vxo-
rem, & hic sine liberis fuerit, vt accipiat eam frater eius vxo-
rem, & suscitet semen fratri suo. septem ergo fratres erant: &
primus accepit vxorem, & mortuus est sine filijs. Et sequens
accepit illam: & ipse mortuus est sine filio. Et tertius acce-
pit illam. Similiter & omnes septem: & non reliquerunt se-
men, & mortui sunt. Nouissimè omnium, mortua est & mu-
lier. In resurrectione ergo, cuius eorum erit vxor? siquidē se-
F ptem habuerunt eam vxorem. Et ait illis Iesus, Filij huius se-
culi nubunt, & traduntur ad nuptias: illi verò qui digni habe-
buntur seculo illo & resurrectione ex mortuis, neque nubēt,
neque ducent vxores, neque vltrà mori poterunt: æquales
enim angelis sunt: & filij sunt Dei, cum sint filij resurrectio-
nis. Quòd verò resurgant mortui, & Moyses ostendit secus
rubum, sicut dicit Dominū Deum Abrahā, & Deum Isaac,
& Deum Iacob. Deus autem nō est mortuorum, sed viuorū:
omnes enim viuunt ei. Respondentes autē quidam scribarū,
G dixerunt ei, Magister, bene dixisti. Et amplius non audebant
eum quicquam interrogare. Dixit autē ad illos, Quomodo
dicunt Christum, filium esse Dauid: & ipse Dauid dicit in li-
bro Psalmorum, Dixit Dominus Domino meo, sede à dex-
tris meis, Donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuo
rum? Dauid ergo dominum illum vocat: & quomodo filius
eius est? Audiente autem omni populo dixit discipulis suis,
Attendite à scribis qui volūt ambulare in stolis, & amant salu-
tationes in foro, & primas cathedras in synagógis, & primos
discubitus in cōciuijs. qui deuorant domos viduarū: simulan-
tes longam orationem. Hi accipient damnnationem maiorē.

*S. VIDVAM in gazophylacium mittentem cæteris præfert: tem-
plum prædicit euertendum, & ciuitatem solo æquandā cū ciuiū
summa miseria, & signa iudicium præcedentia interim futura.*

CAPVT XXI.

A RESpiciens autem, vidit eos qui mittebant mune-
ra sua in gazophilacium diuites. Vidit autem &
quandam viduam pauperculam mittentem æra
minuta duo. Et dixit, Verè dico vobis, quia vi-
dua hæc pauper, plus quàm omnes misit. Nam omnes hi, ex
B abundanti, sibi miserunt in munera Dei: hæc autem ex eo
quod deest illi, omnem victum suū quem habuit misit. Et
quibusdam dicentibus de templo quòd bonis lapidibus & do
nis ornatum esset, dixit: Hæc quæ videtis, venient dies in qui-
bus non relinquetur lapis super lapidem qui non destruatur.
Interrogauerunt autem illum, dicentes, Præceptor, quando
hæc erunt: & quod signum cū fieri incipient? Qui dixit, Vi-
C dete ne seducamini. Multi enim venient in nomine meo dicē-
tes, quia ego sum, & tempus appropinquauit. nolite ire post
eos. Cum autem audieritis prælia & seditiones: nolite terreri.
oportet primum hæc fieri: sed nondum statim finis. Tunc di
cebat illis, Surget gens contra gentem, & regnum aduersus re
gnum: & terræmotus magni erunt per loca, & pestilentiæ &
fames: terroresq́; & signa de cœlo magna erunt. Sed ante hæc
omnia, injicient vobis manus suas: & persequentur tradentes
in synagógas & custodias, trahētes ad reges & præsides pro-
pter nomen meum: continget autem vobis in testimonium.
Ponite ergo in cordibus vestris non præmeditari quemad-
D modum respondeatis: ego enim dabo vobis os & sapientiā,
cui non poterunt resistere & contradicere omnes aduersarij
vestri. Trademini autem à parentibus & fratribus & cogna-
tis & amicis: & morte afficient ex vobis. & eritis odio omni-
bus propter nomen meum: & capillus de capite vestro non
peribit. In patientia vestra possidebitis animas vestras. Cum *Matt. 24 b*
autem videritis circundari ab exercitu Ierusalem: tunc scito- *Marc. 13 b*
te quia appropinquauit desolatio eius. Tunc qui in Iudæa *Dan. 9 g*
E sunt, fugiant ad montes: & qui in medio eius, discedant: &
qui in regionibus, non intrent in eam: quia dies vltionis hi
sunt, vt impleantur omnia quæ scripta sunt. Væ autem præ
gnantibus & nutrientibus in illis diebus: erit enim pressura
magna super terram, & ira populo huic. Et cadent in ore gla-
dij: & captiui ducentur in omnes gentes, & Ierusalem calca- *Matt. 24 c*
bitur à gentibus: donec impleantur tempora nationū. Et *Marc. 13 c*
erunt signa in sole & luna & stellis: & in terris pressura gē- *Esa. 13 b*
tium præ confusione sonitus maris & fluctuum, arescentibus *Ezech. 32 b*
hominibus præ timore & expectatione quæ superuenient *Ioel. 3 c*
vniuerso orbi. Nam virtutes cœlorum mouebuntur: & tunc
videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate *Rom. 8 d*
F magna & maiestate. His autē fieri incipientibus, suspicite &
leuate capita vestra: quoniā appropinquat redemptio vestra.
Et dixit illis similitudinem, videte ficulneā & omnes arbores:
cum producunt iam ex se fructum, scitis quoniam propè est
estas. Ita & vos cum videritis hæc fieri, scitote quoniam pro-
pè est regnum Dei. Amen dico vobis quia non præteribit ge
neratio hæc, donec omnia fiant. Cœlum & terra transibunt: *Rom. 13 d*
verba autem mea non transibunt. Attendite autem vobis ne
G forté grauētur corda vestra in crapula & ebritate & curis hu-
ius vitæ: & superueniat in vos repentina dies illa. tanquam la-
queus enim superueniet in omnes qui sedent super faciem o-
mnis terræ. Vigilate itaq;, omni tempore orantes vt digni ha-
beamini fugere ista omnia quæ futura sunt, & stare ante filiū
hominis. Erat autem diebus docens in templo: noctibus ve-
rò exiens, morabatur in monte qui vocatur Oliueti. Et o-
mnis populus mane ibat ad eum in templo audire eum.

*S. IVDAS cum Iudæis super Iesu traditione pascitur. CHRISTVS
cœna facta à Iuda post orationem in monte Iudæis traditur: ad
Caipham ductus à Petro negatur, & facie uelatus colaphis cædi-
tur.* CAPVT XXII.

A APpropinquabat autem dies festus Azymorum, *Matt. 26 a*
qui dicitur Pascha: & quærebāt principes sacer- *Mar. 14 a*
dotum & scribæ quomodo eum interficerent, ti-
mebant verò plebem. Intrauit autem satanas in *Matt. 26 c*
Iudam qui cognominabatur Iscariotes, vnum de duodecim: *Mar. 14 b*
& abijt, & locutus est cum principibus sacerdotum & magi-
stratibus quemadmodum illum traderet eis. Et gauisi sunt: &
pacti sunt pecuniam illi dare. Et spopōdit, Et quærebat op-
portunitatem vt traderet illum sine turbis. Venit autem dies
azymorum, in qua necesse erat occidi pascha. Et misit Petrū *Matt. 26 b*
& Ioannem, dicens, Euntes, parate nobis pascha, vt mandu- *Mar. 14 b*
cemus. At illi dixerunt, Vbi vis paremus? Et dixit ad eos,

Ecce introeuntibus vobis in ciuitatem occurret vobis homo amphoram aquę portans: sequimini eum in domum in quam intrat, & dicetis patrifamiliâs domus, Dicit tibi magister, Vbi est diuersorium vbi pascha cum discipulis meis manducem? Et ipse ostendet vobis cœnaculũ magnũ stratũ: & ibi parate.
B Euntes autẽ inuenerũt sicut dixit illis: & parauerunt pascha.
Matt.26 b Mar.14 b 1.Cor.11.e Et cũ facta esset hora discubuit, & duodecim apostoli cũ eo, & ait illis, Desyderio desyderaui hoc pascha mãducare vobiscum, antequam patiar. Dico enim vobis quia ex hoc non manducabo illud donec impleatur in regno Dei. Et accepto calice gratias egit, & dixit, Accipite & diuidite inter vos. dico enim vobis quòd non bibã de generatione vitis, donec regnum Dei veniat. Et accepto pane gratias egit & fregit: & dedit eis, dicẽs, Hoc est corpus meũ, quod pro vobis datur. hoc facite in meam comemorationem. Similiter & calicem postquàm cœnauit, dicẽs, Hic est calix nouum testamentũ in sanguine meo, qui pro vobis fundetur. Veruntamen ecce manus
Matt.26 b Mar.14 b Ioan.13 c Psal.40 c tradentis me, mecũ est in mensa. Et quidem filius hominis secundum quod definitũ est, vadit: veruntamen væ homini illi per quem tradetur. Et ipsi cœperũt quęrere inter se quis esset
C ex eis qui hoc facturus esset. Facta est autem & contentio inter eos, quis eorum videretur esse maior. Dixit autẽ eis, Reges
Matt.20 d Marc.10 f gentium dominãtur eorum: & qui potestatem habent super eos, benefici vocantur. Vos autem nõ sic. sed qui maior est in vobis, fiat sicut iunior: & qui præcessor est, sicut ministrator. Nam quis maior est: qui recumbit, an qui ministrat? nónne qui recumbit? Ego autẽ in medio vestrũ sum sicut qui ministrat. Vos autẽ estis qui permansistis mecum in tentationibus meis. Et ego dispono vobis sicut disposuit mihi pater meus, regnum: vt edatis & bibatis super mẽsam meã in regno meo, & sedeatis super thronos iudicantes duodecim tribus Israel. Ait autem Dominus Simóni, Simôn, ecce satanas expetiuit vos, vt cribraret sicut triticum: ego autẽ rogaui pro te, vt non deficiat fides tua. & tu aliquando conuersus, confirma fratres
Matt.26 e Mar.14 c tuos. Qui dixit ei, Domine, tecũ paratus sum & in carcerẽ & in mortem ire. Et ille dixit, Dico tibi Petre, non cantabit ho-
D die gallus, donec ter abneges nosse me. Et dixit eis, Quando misi vos sine sacculo & pera & calceamentis: numquid defuit vobis? At illi dixerunt, Nihil. Dixit ergo eis, Sed nunc qui habet sacculum, tollat: similiter & peram. & qui non habet, vendat tunicam suam, & emat gladiũ. Dico enim vobis quoniam
Esa.53 d adhuc hoc quod scriptũ est oportet impleri in me, Et cũ iniquis deputatus est. Etenim ea quæ sunt de me, finem habent.
Matt.26 c Mar.14 c Ioan. 18 a Matt. 26 d Marc.14 d At illi dixerũt, Domine, ecce duo gladij hîc. At ille dixit eis, Satis est. Et egressus ibat secundum consuetudinẽ in montem Oliuarũ. Secuti sunt autem illũ & discipuli. Et cum perueniisset ad locum, dixit illis, Orate ne intretis in tentationem.
E Et ipse auulsus est ab eis quantum iactus est lapidis: & positis genibus orabat, dicens, Pater, si vis transfer calicem istum à me. Veruntamen non mea voluntas, sed tua fiat. Apparuit autem illi Angelus de cœlo confortans eum. Et factus in agonia, prolixius orabat. Et factus est sudor eius, sicut guttæ sanguinis decurrentis in terram. Et cum surrexisset ab oratione, & venisset ad discipulos suos, inuẽnit eos dormientes præ tristitia. Et ait illis, Quid dormitis? surgite, orate ne intretis in tentationem. Adhuc eo loquente, ecce turba: & qui vocabatur Iudas, vnus de duodecim, antecedebat eos, & appropin-
Matt.26 e Marc.14 e Ioan.13 a quauit Iesu, vt oscularetur eum. Iesus autem dixit illi, Iuda, osculo filium hominis tradis? Videntes autem hi qui circa ipsum erant quod futurũ erat, dixerunt ei, Domine, si percutimus in gladio? Et percussit vnus ex illis seruum principis sa-
F cerdotum: & amputauit auriculam eius dexteram. Respondens autem Iesus, ait, Sinite vsque huc. Et cum tetigisset auriculam eius, sanauit eum. Dixit autẽ Iesus ad eos qui venerant ad se, principes sacerdotum & magistratus templi & se-
Matt.26 f Marc. 14 f Ioan. 18 c niores, Quasi ad latronẽ existis cum gladijs & fustibus? Cum quotidie vobiscum fuerim in templo, non extendistis manus in me: sed hæc est hora vestra, & potestas tenebrarũ. Comprehendentes autem eum, duxerunt ad domũ principis sacerdotum: Petrus verò sequebatur eum à longe. Accenso autem igne in medio atrij, & circunsedentibus illis, erat Petrus in medio eorum. Quem cum vidisset ancilla quædam sedentem ad lumen, & eum fuisset intuita, dixit, Et hic cũ illo erat. At ille negauit eum, dicens, Mulier, non noui illum. Et post pusillũ alius videns eum, dixit, Et tu de illis es. Petrus verò ait. O homo, non sum. Et interuallo facto, quasi horæ vnius, alius quidã affirmabat, dicens, Verè & hic cum illo erat, nam & Galilæus est. Et ait Petrus, Homo, nescio quid dicis. Et cõ
Matt.26 g Mar.14 g Ioan.18 c Matt.26 g Marc.14 g Ioan. 18 e
G tinuò adhuc illo loquente cantauit gallus. Et conuersus Dominus, respexit Petrum. Et recordatus est Petrus verbi domini sicut dixerat, Quia prius quàm gallus cantet, ter me negabis. Et egressus foras Petrus, fleuit amarè. Et viri qui tenebant illũ, illudebant ei, cædentes. Et velauerũt eum, & percutiebant faciem eius, & interrogabant eum, dicentes, Prophetiza, quis est qui te percussit? Et alia multa blasphemantes dicebant in eum. Et vt factus est dies, conuenerunt seniores
Matt.27 a Marc.15 a plebis & principes sacerdotum & scribæ, & duxerunt illum
Ioan.18 e in consilium suum, dicentes, Si tu es Christus, dic nobis. Et ait illis, Si vobis dixero, non credetis mihi: si autem & interrogauero, non respondebitis mihi, neque dimittetis. ex hoc autem erit filius hominis sedens à dextris virtutis Dei. Dixerunt autem omnes, Tu ergo es filius Dei? Qui ait, Vos dicitis, quia ego sum. At illi dixerunt, Quid adhuc desyderamus testimonium? ipsi enim audiuimus de ore eius.

S. PILATO mane præsentatus & interrogatus, innocens reperitur: attamen Barabba dimisso crucifigitur: crucifixus ridetur, moritur, deponitur, & sepelitur. CAPVT XXIII.

A SVrgens omnis multitudo eorum duxerunt illum ad Pilatum. Cœperunt autem illum accusare, dicentes, Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram, & prohibentem tributa dare Cæ-
Matt.22 c Marc.12 b sari, & dicentem se Christum regem esse. Pilatus autem interrogauit eum, dicens, Tu es rex Iudæorum? At ille respõ-
Matt.27 b Marc.15 a Ioan.18 f dens ait, Tu dicis. Ait autem Pilatus ad principes sacerdotum & turbas, Nihil inuenio causæ in hoc homine. At illi inualescebant, dicentes, Commouet populum docens per vniuersam Iudæam, incipiens à Galilæa vsque huc. Pilatus autem audiens Galilæam: interrogauit si homo Galilæus esset. Et vt cognouit quòd de Herodis potestate esset, remisit eum ad Herodem, qui & ipse Ierosolymis erat illis die-
B bus. Herodes autem viso Iesu, gauisus est valdè. Erat enim cupiens ex multo tempore videre eum, eo quòd audiret multa de eo: & sperabat signum aliquod videre ab eo fieri. Interrogabat autem eum multis sermonibus. At ipse nihil illi respondebat. Stabant autẽ principes sacerdotum & scribæ constanter accusantes eum. Spreuit autẽ illum Herodes cum exercitu suo: & illusit indutum veste alba, & remisit ad Pilatũ. Et facti sunt amici Pilatus & Herodes in ipsa die. Nam antea
Matt.27 c Marc.15 b Ioan.18 g & 19 c
C inimici erant adinuicem. Pilatus autem conuocatis principibus sacerdotum & magistratibus & plebe, dixit ad illos, Obtulistis mihi hunc hominem, quasi auertentem populum: & ecce, ego coram vobis interrogans, nullam causam inuenio in homine isto, ex his in quibus eum accusatis. Sed neq; Herodes. Nam remisi vos ad illum: & ecce, nihil dignum morte actum est ei. Emendatum ergo illum dimittã. Necesse autem habebat dimittere eis per diem festum, vnum. Exclamauit autem simul vniuersa turba, dicens, Tolle hunc, & dimitte nobis Barabban: qui erat propter seditionem quandam factam in ciuitate & homicidium, missus in carcerem. Iterum autem Pilatus locutus est ad eos, volens dimittere Iesum. At illi succlamant, dicentes, Crucifige, crucifige eum. Ille autem tertiò
D dixit ad illos, Quid enim mali fecit iste? nullam causam mortis inuenio in eo. corripiã ergo illum, & dimittã. At illi instabant voci-

bi nt vocibus magnis poſtulantes vt crucifigeretur: & inua-
1 eſcebant voces eorũ. Et Pilatus adiudicauit fieri petitionem
eorum. Dimiſit autem illis eum qui propter homicidium &
& ſeditionem miſſus fuerat in carcerem, quem petebant: Ie-
ſum verò tradidit voluntati eorum. Et cum ducerent eum,
apprehenderunt Simonem quendam Cyrenenſem venien-
tem de villa: & impoſuerunt illi crucem portare poſt Ieſum.
Sequebatur autem illum multa turba populi & mulierum:
quæ plangebant & lamentabantur eum. Conuerſus autem ad
illas Ieſus, dixit, Filiæ Ieruſalem, nolite flere ſuper me: ſed
ſuper voſipſas flete, & ſuper filios veſtros: quoniam ecce ve-
nient dies in quibus dicent, Beatæ ſteriles, & ventres qui non
genuerunt, & vbera quæ non lactauerunt. Tunc incipient di-
cere montibus, Cadite ſuper nos: & collibus, Operite nos.
Quia ſi in viridi ligno hæc faciunt: in arido quid fiet? Duce-
bantur autem & alij duo nequam cum eo, vt interficerentur.
E Et poſtquam venerunt in locum qui vocatur Caluariæ, ibi
crucifixerunt eum: & latrones, vnum à dextris, & alterum à
ſiniſtris. Ieſus autem dicebat, Pater, dimitte illis: non enim
ſciunt quid faciunt. Diuidentes verò veſtimenta eius, miſe-
runt ſortes. Et ſtabat populus expectans, & deridebant eum
principes cum eis, dicẽtes, Alios ſaluos fecit, ſe ſaluum faciat,
ſi hic eſt Chriſtus Dei electus. Illudebant autem ei & milites
accedentes & acetum offerentes ei, & dicentes, Si tu es rex
F Iudæorum, ſaluum te fac. Erat autem & ſuperſcriptio ſcripta
ſuper eum literis Græcis & Latinis & Hebraicis, Hic eſt rex
Iudæorum. Vnus autem de his qui pendebãt latronibus, bla-
ſphemabat eum, dicens, Si tu es Chriſtus: ſaluum fac teipſum
& nos. Reſpondens autem alter, increpabat eum, dicẽs, Neq;
tu times Deum, quòd in eadem damnatione es? Et nos qui-
dem iuſtè: nam digna factis recipimus: Hic verò, nihil mali
geſsit. Et dicebat ad Ieſum, Domine, memento mei cum ve-
neris in regnum tuum. Et dixit illi Ieſus, Amen dico tibi, ho-
die mecum eris in paradiſo. Erat autem ferè hora ſexta: & te-
nebræ factæ ſunt in vniuerſam terram vſq; in horam nonam.
Et obſcuratus eſt ſol: & velum templi ſciſſum eſt medium.
Et clamans voce magna Ieſus, ait, Pater in manus tuas com-
G mendo ſpiritum meum. Et hæc dicens, expirauit. Videns au-
tem Centurio quod factum fuerat, glorificauit Deum, dicẽs,
Verè, hic homo iuſtus erat. Et omnis turba eorum qui ſimul
aderant ad ſpectaculum iſtud & videbant quæ fiebant, percu-
tientes pectora ſua reuertebantur. Stabant autem omnes noti
eius àlonge: & mulieres quæ ſecutæ eum erant à Galilæa hæc
videntes. Et ecce, vir nomine Ioſeph qui erat decurio, vir
bonus & iuſtus, hic non conſenſerat conſilio & actibus eo-
rum, ab Arimathæa ciuitate Iudææ, qui expectabat & ipſe
regnum Dei. Hic acceſsit ad Pilatũ, & petijt corpus Ieſu: &
depoſitum inuoluit ſindone, & poſuit illum in monumento
exciſo, in quo nondum quiſquam poſitus fuerat. Et dies
erat paraſcẽues, & ſabbathum illuceſcebat. Subſecutæ autem
mulieres quæ cum eo venerant de Galilæa, viderunt monu-
mentum, & quemadmodum poſitum erat corpus eius. Et re-
uertentes parauerunt aromata & vnguenta: & ſabbatho qui-
dem ſiluerunt ſecundum mandatum.

*S. MVLIERES monumentũ cum aromatibus uiſitantes, CHRI-
STVM audiunt ab angelis iam ſuſcitatum: quod audiens Petrus,
ipſe uiſitans non inuenit. IESVS autem peregrinantibus in
Emmaus ſe ſociat, & poſteà in medio undecim palàm comedit,
& tandem ipſis cernentibus in cœlum aſcendit.*

CAPVT XXIIII.

A VNa autem ſabbathi valde diluculo venerunt ad
monumentum, portantes quæ parauerant aro-
mata, & inuenerunt lapidem reuolutum à mo-
numento. Et ingreſſæ, non inuenerunt corpus
Domini Ieſu. Et factum eſt: dum mente conſternatæ eſſent
de iſto, ecce duo viri ſteterunt ſecus illas in veſte fulgenti.
Cum timerent autem, & declinarent vultũ in terram, dixerũt
ad illas, Quid quæritis viuentem cũ mortuis? non eſt hîc, ſed
ſurrexit. Recordamini qualiter locutus eſt vobis, cum adhuc
in Galilæa eſſet, dicens, Quia oportet filium hominis tradi in *Matt.17 d*
manus hominũ peccatorum, & crucifigi: & die tertia reſurge- *Marc.9 c*
B re. Et recordatæ ſunt verborũ eius. Et regreſſæ à monumen- *Supra 9 c*
to, nuntiauerunt hæc omnia illis vndecim, & cæteris omni-
bus. Erat autẽ Maria Magdalene, & Ioanna, & Maria Iacobi,
& cæteræ quæ cum eis erant, quæ dicebãt ad apoſtolos hæc.
Et viſa ſunt ante illos ſicut deliramentum verba iſta, & non
crediderunt illis. Petrus autẽ ſurgens cucurrit ad monumen-
tum: & procumbens vidit linteamina ſola poſita, & abijt ſe-
cum mirans quod factum fuerat. Et ecce duo ex illis ibant *Marc.16 c*
ipſa die in caſtellum quod erat in ſpatio ſtadiorum ſexaginta
ab Ieruſalem, nomine Emmaus: & ipſi loquebantur adinui-
cem de his omnibus quæ acciderant. Et factum eſt dum fabu-
C larentur & ſecum quærerent, & ipſe Ieſus appropinquans,
ibat cum illis. Oculi autem illorum tenebantur, ne eum agno
ſcerent. Et ait ad illos, Qui ſunt hi ſermones quos confertis
adinuicem, ambulantes, & eſtis triſtes? Et reſpondens vnus
cui nomen Cleophas, dixit ei, Tu ſolus, peregrinus es in Ieru
ſalem, & non cognouiſti quæ facta ſunt in illa his diebus?
Quibus ille dixit, Quæ? Et dixerunt, De Ieſu Nazareno, qui
fuit vir propheta, potens in opere & ſermone coram Deo &
omni populo. Et quomodo eum tradiderunt ſummi ſacerdo-
tes, & principes noſtri in damnationem mortis, & crucifixe-
runt eum. Nos autem ſperabamus: quia ipſe eſſet redemptu-
D rus Iſrael: & nunc ſuper hæc omnia, tertia dies eſt hodie quòd
hæc facta ſunt. Sed & mulieres quædam ex noſtris, terruerũt
nos, quæ ante lucem fuerunt ad monumentum, & nõ inuen-
to corpore eius, venerũt dicentes ſe etiam viſionem angelorũ
vidiſſe qui dicunt eum viuere. Et abierunt quidam ex noſtris
ad monumentum: & ita inuenerunt ſicut mulieres dixerunt,
ipſum verò non inuenerunt. Et ipſe dixit ad eos, O ſtulti &
tardi corde ad credendũ in omnibus quæ locuti ſunt prophe-
tæ? nónne hæc oportuit pati Chriſtum, & ita intrare in glo-
riam ſuam? Et incipiens à Moyſe, & omnibus prophetis,
interpretabatur illis in omnibus ſcripturis quæ de ipſo erant.
Et appropinquauerunt caſtello quò ibant: & ipſe ſe finxit
E longius ire. Et coëgerunt illum, dicẽtes, Mane nobiſcũ, quo-
niam adueſperaſcit, & inclinata eſt iam dies. Et intrauit cum
illis. Et factum eſt: dum recumberet cum eis, accepit panem,
& benedixit ac fregit, & porrigebat illis. Et aperti ſunt oculi
eorum, & cognouerũt eum: & ipſe euanuit ex oculis eorum.
Et dixerunt adinuicem, Nónne cor noſtrũ ardens erat in no-
bis, dum loqueretur in via, & aperiret nobis ſcripturas? Et ſur-
gentes eadem hora regreſsi ſunt in Ieruſalem: & inuenerunt
congregatos vndecim & eos qui cũ illis erant, dicentes, Quòd
ſurrexit Dominus verè, & apparuit Simoni. Et ipſi narrabant
F quæ geſta erant in via: & quomodo cognouerunt eum in fra-
ctione panis. Dum autem hæc loquũtur, ſtetit Ieſus in me- *Marc.16 e*
dio eorum, & dixit, Pax vobis. Ego ſum, nolite timere. Con- *Ioan. 20 e*
turbati verò & conterriti, exiſtimabant ſe ſpiritum videre. Et
dixit eis. Quid turbati eſtis, & cogitationes aſcendunt in cor-
da veſtra? Videte manus meas & pedes, quia ego ipſe ſum.
Palpate & videte: quia ſpiritus, carnem & oſſa nõ habet, ſicut
me videtis habere. Et cum hoc dixiſſet, oſtendit eis manus &
pedes. Adhuc autem illis non credentibus & mirantibus præ
gaudio, dixit, Habetis hic aliquid quod manducetur? At illi
obtulerunt ei partem piſsis aſsi, & fauum mellis. Et cum man
ducaſſet coram eis, ſumens reliquias dedit eis. Et dixit ad eos,
Hæc ſunt verba quæ locutus ſum ad vos cum adhuc eſſem
vobiſcum, quoniam neceſſe eſt impleri omnia quæ ſcripta
G ſunt in lege Moyſi & prophetis & pſalmis de me. Tunc ape-
ruit illis ſenſum, vt intelligerent ſcripturas, & dixit eis, Quo-
niam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & *Pſal.15 b*

resurgere à mortuis tertia die: & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Ierosolyma. Vos autem testes estis horum. Et ego mittam promissum patris mei in vos: vos autem sedete in ciuitate, quoad vsq; induamini virtute ex alto. Eduxit autem eos foras in Bethaniam: & eleuatis manibus suis benedixit eis. Et factum est: dum benediceret illis, recessit ab eis, & ferebatur in cœlum. Et ipsi adorantes regressi sunt in Ierusalem cum gaudio magno: & erant semper in templo laudantes, & benedicentes Deum. Amen.

Act. 1 a
Ioan. 15 d
Act. 1 a
Matt. 16 d

FINIS.

Hieronymus in Catalogo SCRIPTORVM Ecclesiasticorum.

IOANNES Apostolus, quem IESVS amauit plurimum, filius Zebedæi, frater Iacobi apostoli, quem Herodes post passionem Domini decollauerat, nouissimus omnium scripsit euangelium, rogatus ab Asiæ episcopis aduersus Cerinthum alios q; hæreticos, & maximè tunc Ebionitarum dogma consurgens, qui asserunt CHRISTVM ante Mariam non fuisse. Vnde & compulsus est diuinam eius natiuitatem edicere. Sed & aliam causam huius scripturæ ferunt, quòd cum legisset Matthæi, Marci, & Lucæ uolumina, probauerit quidem textum historiæ, & uera eos dixisse firmauerit, sed unius tantum anni, in quo & passus est post carcerem Ioannis, historiam texuisse. Prætermisso itaq; anno, cuius acta à tribus exposita fuerant, superioris temporis antequam Ioannes clauderetur in carcerem gesta narrauit: sicut manifestum esse poterit his qui diligenter quatuor euangeliorum uolumina legerint. Quæ res, etiam diaphonian, quæ uidetur Ioannis esse cum cæteris, tollit. Scripsit autem & unam epistolam cuius exordium est, Quod fuit ab initio, quod audiuimus & uidimus oculis nostris, quod perspeximus & manus nostræ contrectauerunt de uerbo uitæ. Quæ ab uniuersis ecclesiasticis & eruditis uiris probatur. Reliquæ autem duæ, quarum principium est, Senior electæ dominæ & natis eius: & sequentis, Senior Caio charissimo, quem ego diligo in ueritate, Ioannis presbyteri asseruntur, cuius & hodie alterum sepulchrum apud Ephesum ostenditur. & nonnulli putant duas memorias eiusdem Ioannis Euangelistæ esse, super quare cum per ordinem ad Papiam auditorem eius uentum fuerit, disseremus. Quartodecimo igitur anno, secundam post Neronem persecutionem mouente Domitiano, in Patmos insulam relegatus, scripsit Apocalypsin, quam interpretantur Iustinus martyr & Hirenæus. Interfecto autem Domitiano, & actis eius ob nimiam crudelitatem à Senatu rescissis, sub Pertinace principe rediit Ephesum, ibiq; usq; ad Traianum principem perseuerans, totas Asiæ fundauit, rexitq; ecclesias: & confectus senio, sexagesimooctauo post passionem Domini anno, mortuus iuxta eandem urbem sepultus est.

Sanctum Iesu Christi Euangelium secundum Ioannem.

S. CHRISTVS ab æterno Deus & ex tempore homo, Ioannis Baptistæ etiam testimonio perhibetur, & quosdam discipulos uocat.

CAPVT I.



A IN PRINcipio erat verbum, & verbum erat apud Deũ, & Deus erat verbũ. Hoc erat in principio apud Deũ. Omnia per ipsum facta sunt: & sine ipso factum est nihil quod factũ est. In ipso vita erat, & vita erat lux hominũ: & lux in tenebris lucet, & tenebræ eam nõ comprehenderunt. Fuit homo missus à Deo, cui nomen erat Ioãnes. Hic venit in testimoniũ: vt testimoniũ perhiberet de lumine, vt omnes crederẽt per illum. Non erat ille lux: sed vt testimonium perhiberet de lumine. Matt. 3 a Marc. 1 a

Erat lux vera quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mundo erat, & mundus per ipsum B factus est, & mundus eum non cognouit. In propria venit: & sui eum non receperunt: quotquot autem receperunt eum, dedit eis potestatem filios Dei fieri, his qui credunt in nomine eius: qui non ex sanguinibus, neque ex voluntate carnis, neq; ex voluntate viri, sed ex Deo nati sunt. Et verbum caro factum est: & habitauit in nobis (& vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre) plenum gratiæ & veritatis. Ioannes testimonium perhibet de ipso, & clamat, dicens, Hic erat quẽ dixi, Qui post me venturus est, ante me factus est: quia prior me erat. Et de plenitudine eius nos omnes accepimus, & gratiã pro gratia: quia lex per Moysen C data est, gratia & veritas per Iesum Christũ facta est. Deum nemo vidit vnquam. Vnigenitus filius qui est in sinu patris ipse enarrauit. Et hoc est testimoniũ Ioannis, quando miserunt Iudæi ab Ierosolymis sacerdotes & leuitas ad eum, vt interrogarent eum, Tu quis es? Et confessus est, & non negauit. Et confessus est, Quia non sum ego Christus. Et interrogauerunt eum, Quid ergo? Elias es tu? Et dixit, Nõ sum. Propheta es tu? Et respondit, Non. Dixerunt ergo ei, Quis es, vt responsum demus his qui miserũt nos? quid dicis de teipso? Ait, Ego vox clamantis in deserto, dirigite viam Domini, sicut dixit Esaias propheta. Et qui missi fuerant, erant ex Pharisæis. Et D interrogauerunt eum, & dixerunt ei, Quid ergo baptizas, si tu non es Christus, neq; Elias, neq; propheta? Respondit ei Ioannes, dicens, Ego baptizo in aqua: medius autem vestrum stetit quem vos nescitis. Ipse est qui post me venturus est, qui ante me factus est: cuius ego non sum dignus vt soluã eius

1. Timo. 6 d
1. Ioan. 4 c
1. Tim. 6 e
Esa. 40 a
Matt. 3 a
Marc. 1 a
Luc. 3 a
Matt. 3 c
Marc. 1 b
Luc. 3 c
Act. 1 a
2 a 11 e
19 a

corrigiam

corrigiam calceamenti. Hæc in Bethania facta sunt trans Iordanem, vbi erat Ioannes baptizans. Altera die vidit Ioannes Iesum venientem ad se, & ait, Ecce agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi. Hic est de quo dixi, Post me venit vir, qui ante me factus est, quia prior me erat: & ego nesciebam eum, sed vt manifestetur in Israel, propterea veni ego in aqua
E baptizans. Et testimonium perhibuit Ioannes, dicens, Quia
matt.3 d vidi spiritū descendentem quasi columbam de cœlo, & man-
marc.1 b sit super eum. Et ego nesciebam eum: sed qui misit me bapti-
luce 3 d zare in aqua, ille mihi dixit, Super quem videris spiritum descendentem & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Et ego vidi: & testimonium perhibui: quia hic est filius Dei. Altera die iterum stabat Ioannes, & ex discipulis eius duo. Et respiciens Iesum ambulantem, dicit, Ecce agnus Dei. Et audierunt eum duo discipuli loquentem, & secuti sunt Iesum. Conuersus autem Iesus, & videns eos sequen
F tes se, dicit eis, Quid quæritis? Qui dixerunt ei, Rabbi (quod dicitur interpretatum, magister) vbi habitas? Dicit eis, Venite & videte. Venerũt & viderunt vbi maneret: & apud eum manserunt die illo. Hora autem erat quasi decima. Erat autem Andreas frater Simõnis Petri vnus ex duobus qui audierant à Ioanne, & secuti fuerant eum. Inuenit hic primum, fratrem suum Simonẽ, & dicit ei, Inuenimus Messiam, quod est interpretatum, Christus. Et adduxit eum ad Iesum. Intuitus autem eum Iesus, dixit, Tu es Simon filius Iona: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus. In crastinum voluit exire in Galilæam: & inuenit Philippum. Et dicit ei
G Iesus, Sequere me. Erat autem Philippus à Bethsaida, ciuitate Andreæ & Petri. Inuenit Philippus Nathanael, & di-
ioan.49 b cit ei, Quem scripsit Moyses in lege, & prophetæ: inuenimus
ioan.18 c Iesum filium Ioseph à Nazareth. Et dixit Nathanael, A Na-
ioan.40 c zareth potest aliquid boni esse? Dicit ei Philippus, Veni &
ioan.45 b vide. Vidit Iesus Nathanael venientem ad se: & dicit de eo,
psal.33 a Ecce verè Israelita in quo dolus non est. Dicit ei Nathanael,
ioan.34 f Vnde me nosti? Respondit Iesus, & dixit ei, Prius quàm te
ioan.37 f Philippus vocaret, cũ esses sub ficu vidi te. Respondit ei Na-
psal.9 f thanael, & ait, Rabbi, tu es filius Dei, tu es rex Israel. Respondit Iesus, & dixit ei, Quia dixi tibi, Vidi te sub ficu, credis: maius his videbis. Et dicit ei, Amen amen dico vobis, videbitis cœlum apertum, & angelos Dei ascendentes & descendentes supra filium hominis.

S. CHRISTVS *in nuptijs ex aqua uinum facit: inde Ierosolymam ascendens, negotiatores à templo eijcit.*

CAPVT II.

A ET die tertia nuptiæ factæ sunt in Cana Galilææ: & erat mater Iesu ibi. Vocatus est autem & Iesus, & discipuli eius ad nuptias. Et deficiente vino, dicit mater Iesu, ad eum, Vinum non habent. Et dicit ei Iesus, Quid mihi & tibi est mulier? nondum venit hora mea. Dicit mater eius ministris, Quodcunq; dixerit vobis, facite. Erant autem ibi lapideæ hydriæ sex positæ secundum purificationem Iudæorum, capientes singulæ metretas
B binas vel ternas. Dicit eis Iesus, Implete hydrias aqua. Et impleuerunt eas vsq; ad summum. Et dicit eis Iesus, Haurite nunc, & ferte Architriclino. Et tulerunt. Vt autem gustauit Architriclinus aquam vinũ factam & non sciebat vnde esset, ministri autem sciebant qui hauserant aquam: vocat sponsum Architriclinus, & dicit ei, Omnis homo primùm, bonum vinum ponit: & cum inebriati fuerint, tunc id quod deterius est. Tu autem seruasti bonum vinum vsque adhuc. Hoc fecit
C initium signorum Iesus in Cana Galilææ: & manifestauit gloriam suam, & crediderunt in eum discipuli eius. Post hæc descendit Capharnaum ipse & mater eius, & fratres eius, & discipuli eius: & ibi manserunt non multis diebus. Et prope erat Pascha Iudæorum, & ascendit Iesus Ierosolymam: & in-
uenit in templo vendentes oues & boues & columbas, & numularios sedentes. Et cum fecisset quasi flagellum de funiculis, omnes eiecit de templo, oues quoque & boues, & numulariorum effudit æs, & mensas subuertit. Et his qui columbas
D vendebant, dixit, Auferte ista hinc: & nolite facere domum patris mei, domum negotiationis. Recordati sunt verò discipuli eius: quia scriptum est, Zelus domus tuæ comedit me. Respondentes ergo Iudæi, & dixerunt ei, Quod signum psal.68 b ostendis nobis: quia hæc facis? Respondit Iesus, & dixit eis, Soluite templum hoc, & in tribus diebus excitabo illud. Di- matt.26 f xerunt ergo Iudæi. Quadraginta & sex annis ædificatum est & 27 c templum hoc: & tu in tribus diebus excitabis illud? Ille au- marc.14 f tem dicebat de templo corporis sui. Cum ergo resurrexisset à & 15 c mortuis, recordati sunt discipuli eius: quia hoc dicebat, & cre- psal.3 b diderunt scripturæ, & sermoni quem dixit Iesus. Cum au- & 56 c tem esset Ierosolymis in Pascha in die festo: multi crediderũt in nomine eius, videntes signa eius quæ faciebat. Ipse autẽ Iesus non credebat semetipsum eis: eo quòd ipse nosset omnes, & quia opus ei non erat vt quis testimonium perhiberet de homine: ipse enim sciebat quid esset in homine.

S. NICODEMVM *super regeneratione instruit: Iudæam lustrando baptizat, unde Ioannis discipulos æmulantes Ioãnes ipse arguit.*

CAPVT III.

A ERat autem homo ex Pharisæis, Nicodemus nomine, princeps Iudæorum. Hic venit ad Iesum nocte, & dixit ei, Rabbi, scimus: quia à Deo venisti magister. Nemo enim potest hæc signa facere quæ tu facis, nisi fuerit Deus cum eo. Respondit Iesus, & dixit ei, Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit denuò, non potest videre regnum Dei. Dicit ad eum Nicodemus, Quomodo potest homo nasci cum sit senex? nunquid potest in ventrẽ matris suæ iteratò introire & renasci? Respondit Iesus, Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ potest introire in regnũ Dei. Quod natum est ex carne, caro est: & quod natũ est ex spiritu, spiritus est. Non mireris: quia dixi tibi, Oportet vos nasci denuò. Spiritus vbi vult spirat: & vocem eius audis, sed nescis vnde veniat aut quò vadat: sic est omnis qui natus est ex spiritu.
B Respondit Nicodemus, & dixit ei, Quomodo possunt hæc fieri? respondit Iesus, & dixit ei, Tu es magister in Israel, & hæc ignoras? Amen amen dico tibi: quia quod scimus loquimur, & quod vidimus testamur, & testimonium nostrum non accipitis. Si terrena dixi vobis & non creditis: quomodo si dixero vobis cœlestia, credetis? Et nemo ascendit in cœlum nisi qui descendit de cœlo, filius hominis qui est in cœlo. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto: ita exaltari Mume.21 c oportet filium hominis, vt omnis qui credit in ipso, non pereat, sed habeat vitam æternam. Sic enim Deus dilexit mun- 1.Ioan.4 b dum, vt filium suum vnigenitum daret: vt omnis qui credit in eum, non pereat, sed habeat vitam æternam. Non enim misit Deus filiũ suum in mundum vt iudicet mundũ, sed vt saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, non iudicatur:
C qui autem non credit, iam iudicatus est: quia non credidit in nomine vnigeniti filij Dei. Hoc est autem iudicium: quia lux venit in mundũ, & dilexerunt homines magis tenebras quàm lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui mala agit, odit lucem: & non venit ad lucem: vt non arguantur opera eius. Qui autem facit veritatem, venit ad lucem, vt manifestentur opera eius, quia in Deo sunt facta. Post hæc venit Iesus & discipuli eius in Iudæam terram: & illic morabatur cum eis & baptizabat. Erat autem & Ioannes baptizans in Aenon iuxta Salim: quia aquæ multæ erant illic, & veniebant & baptizabantur. Nondum enim missus fuerat Ioannes in carcerem. Facta est autem quæstio ex discipulis Ioannis cum Iudæis de purificatione. Et venerunt ad

Ioannem,

Ioannem,& dixerunt ei, Rabbi, qui erat tecum trans Iordanem,cui tu testimonium perhibuisti,ecce hic baptizat, & omnes veniunt ad eũ.Respondit Ioannes,& dixit,Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit ei datum de cœlo. Ipsi vos mihi testimoniũ perhibetis quòd dixerim,Non sum ego
D Christus:sed quia missus sum ante illũ. Qui habet sponsam,
Supra 1 c sponsus est:amicus autem sponsi qui stat & audit eum, gaudio gaudet propter vocem sponsi.Hoc ergo gaudium meum impletũ est.Illum oportet crescere: me autem minui. Qui de sursum venit:super omnes est.Qui est de terra,de terra est, & de terra loquitur:qui de cœlo venit:super omnes est.Et quod vidit & audiuit,hoc testatur:& testimoniũ eius nemo accipit. Qui autem accepit eius testimonium, signauit quia Deus
Roma,3 a verax est.Quem enim misit Deus,verba Dei loquitur.Non enim ad mensuram dat Deus spiritum.Pater diligit filium:& omnia dedit in manu eius. Qui credit in filium, habet vitam
1.Ioan.5 b æternam: qui autem incredulus est filio, non videbit vitam, sed ira Dei manet super eum.

S. IESVS itinere fatigatus cum Samaritana loquitur: in Cana Galilææ reguli puerum sanat.

CAPVT IIII.

A VT ergo cognouit Iesus: quia audierunt pharisæi quòd Iesus plures discipulos facit & baptizat quàm Ioannes (quanquam Iesus non baptizaret, sed discipuli eius)reliquit Iudæam, & abijt iterum in Galilæam.Oportebat autem eum transire per Samariam. Venit ergo in ciuitatem Samariæ quæ dicitur Sichar:iuxta prædium quod dedit Iacob, Ioseph filio suo. Erat autem ibi,fons Iacob. Iesus autem fatigatus ex itinere,sede-
Gene.48 d bat sic supra fontem.Hora autem erat quasi sexta. Venit autem mulier de Samaria haurire aquam. Dicit ei Iesus, Da mihi bibere. Discipuli enim eius abierant in ciuitatem vt cibos emerent.Dicit ergo ei mulier illa Samaritana, Quomodo tu
B Iudæus cum sis,bibere à me poscis,quæ sum mulier Samaritana?non enim coutuntur Iudæi Samaritanis.Respondit Iesus,& dixit ei,Si scires donum Dei,& quis est qui dicit tibi, Da mihi bibere:tu forsitan petisses ab eo,& dedisset tibi aquã viuam.Dicit ei mulier, Domine,neq; in quo haurias habes,& puteus altus est:vnde ergo habes aquam viuam? Nunquid tu maior es patre nostro Iacob,qui dedit nobis puteum, & ipse ex eo bibit, & filij eius, & pecora eius? Respondit Iesus,& dixit ei,Omnis qui bibit ex aqua hac,sitiet iterum:qui autem biberit ex aqua quam ego dabo ei,non sitiet in æternum,sed aqua quam ego dabo ei,fiet in eo fons aquæ salientis in vitam æternam.Dicit ad eum mulier,Domine,da mihi hãc aquam: vt non sitiam,neq; veniam huc haurire. Dicit ei Iesus, Vade,
C voca virum tuũ,& veni huc.Respondit mulier,& dixit, Non habeo virum.Dicit ei Iesus,Bene dixisti,Quia non habeo virum. Quinq; enim viros habuisti: & nunc quem habes, non est tuus vir.Hoc verè dixisti.Dicit ei mulier,Domine, video quia propheta es tu.Patres nostri in monte hoc adorauerunt: & vos dicitis quia Ierosolymis est locus vbi adorare oportet. Dicit ei Iesus,Mulier, crede mihi quia veniet hora quando neq; in monte hoc, neq; in Ierosolymis adorabitis patrem. Vos adoratis quod nescitis:nos adoramus quod scimus, quia salus ex Iudæis est. Sed venit hora & nunc est, quando veri adoratores adorabunt patrem in spiritu & veritate. Nam &
2.Cor.3 d pater tales quærit,qui adorent eum. Spiritus est Deus: & eos qui adorant eum,in spiritu & veritate oportet adorare. Dicit
D ei mulier,Scio quia Messias venit,qui dicitur Christus. Cum ergo venerit,ille annunciabit nobis omnia.Dicit ei Iesus,Ego sum qui loquor tecum. Et continuò venerunt discipuli eius: & mirabantur: quia cum muliere loquebatur. Nemo autem dixit, Quid quæris aut quid loqueris cum ea? Reliquit ergo hydriam suam mulier:& abijt in ciuitatem,& dicit illis hominibus,Venite,& videte hominẽ qui dixit mihi omnia quæcunque feci. Nunquid ipse est Christus? Exierunt ergo de
E ciuitate, & veniebant ad eum.Interea rogabant eũ discipuli, dicentes,Rabbi,manduca.Ille autem dixit eis,Ego cibum habeo manducare quem vos nescitis. Dicebant ergo discipuli adinuicem, Nunquid aliquis attulit ei manducare? Dicit eis Iesus,Meus cibus est,vt faciam volũtatem eius qui misit me: vt perficiã opus eius. Nónne vos dicitis quòd adhuc quatuor menses sunt,& messis venit? Ecce dico vobis, leuate oculos vestros & videte regiones,quia albæ sunt iam ad messem. Et qui metit,mercedem accipit, & congregat fructum in vitam æternam:vt & qui seminat simul gaudeat & qui metit. In hoc enim verbum verum: quia alius est qui seminat,& alius est qui metit.Ego misi vos metere quod vos non laborastis. Alij laborauerunt:& vos in labores eorum introistis. Ex ciuitate
F autem illa multi crediderunt in eum Samaritanorum,propter verbum mulieris testimonium perhibentis, Quia dixit mihi omnia quæcunq; feci.Cum venissent ergo ad illum Samaritani,rogauerunt eum vt ibi maneret.Et mansit ibi duos dies. Et multo plures crediderunt propter sermonem eius. Et mulieri dicebant,Quia iam non propter tuam loquelam credimus: ipsi enim audiuimus,& scimus quia hic est verè saluator mundi. Post duos autem dies exijt inde: & abijt in Galilæam. *Matt,13 g*
Ipse enim Iesus testimonium perhibuit quia propheta in sua *Marc,6 a*
patria honorem non habet.Cum ergo venisset in Galilæam, *Luc. 4 c*
exceperunt eum Galilæi, cum omnia vidissent quæ fecerat *Matt.4 b*
Ierosolymis in die festo: & ipsi enim venerant ad diem fe- *Marc,1 b*
stum. Venit ergo iterum in Cana Galilææ, vbi fecit aquam *Luc. 4 c*
G vinum.Et erat quidam regulus cuius filius infirmabatur Capharnaum.Hic cum audisset quia Iesus adueniret à Iudæa in Galilæam,abijt ad eum:& rogabat eum vt descenderet & sanaret filium eius:incipiebat enim mori. Dixit ergo Iesus ad eum, Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum regulus, Domine, descende prius quàm moriatur filius meus. Dicit ei Iesus, Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descendente,serui occurrerunt ei, & renunciauerunt dicentes quia filius eius viueret.Interrogabat ergo horam ab eis in qua melius habuerit.Et dixerunt ei,Quia heri hora septima reliquit eum febris.Cognouit ergo pater:quia illa hora erat in qua dixit ei Iesus,Filius tuus viuit: & credidit ipse & domus eius tota. Hoc iterum secundum signum fecit Iesus, cum venisset à Iudæa in Galilæam.

S. LANGVIDVS ad piscinam sanatus,Iudæis hoc se à CHRISTO consequutum fuisse nuntiat,quod CHRISTVS se à patre habere probat.

CAPVT V.

A POst hæc erat dies festus Iudæorum: & ascendit Iesus Ierosolymam. Est autem Ierosolymis, in Probatica, piscina quæ cognominatur hebraicè *aliàs Bethsaida.*
* Bethzeda,quinq; porticus habẽs. In his iacebat multitudo magna languentium,cæcorum,claudorum,aridorum, expectantium aquæ motum. Angelus autem Domini descendebat secundum tempus in piscinam: & mouebatur aqua.Et qui primus descendisset in piscinam post motionem aquæ,sanus fiebat à quacunq; detinebatur infirmitate. Erat autem quidam homo ibi,triginta & octo annos habens in in-
B firmitate sua.Hunc cum vidisset Iesus iacentem,& cognouisset quia iam multum tempus haberet: dicit ei, Vis sanus fieri? Respondit ei languidus, Domine, hominem non habeo vt cum turbata fuerit aqua mittat me in piscinam: dum venio enim ego, alius ante me descendit. Dicit ei Iesus, Surge, tolle grabbatum tuum & ambula. Et statim sanus factus est homo ille: & sustulit grabbatum suum,& ambulabat. Erat autem sabbathum in die illo.Dicebant ergo Iudæi, illi qui sanatus fuerat,Sabbathum est,non licet tibi tollere grabbatum tuum.

tuum. Reſpondit eis, Qui me ſanũ fecit, ille mihi dixit, Tolle grabbatum tuum, & ambula. Interrogauerunt ergo eum, Quis eſt ille homo, qui dixit tibi, Tolle grabbatũ tuũ & ambula? Is autem qui ſanus fuerat effectus, neſciebat quis eſſet. C Ieſus enim declinauit à turba conſtituta in loco. Poſteà inuenit eum Ieſus in templo, & dixit illi, Ecce ſanus factus es, iam noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat. Abijt ille homo: & nuntiauit Iudæis: quia Ieſus eſſet qui fecit eum ſanum. Propterea perſequebantur Iudæi Ieſum, quia hæc faciebat in ſabbatho. Ieſus autem reſpondit eis, Pater meus vſq; modo operatur: & ego operor. Propterea ergo magis quærebant eum Iudæi interficere: quia non ſolum ſoluebat ſabbathum, ſed & patrem ſuum dicebat Deum, æqualem ſe faciens Deo. Reſpondit itaq; Ieſus, & dixit eis, Amen amen dico vobis, non poteſt filius à ſe facere quicquam, niſi quod viderit D patrem facientem. Quæcunq; enim ille facit, hæc & filius ſimiliter facit. Pater enim diligit filium, & omnia demonſtrat ei quæ ipſe facit, & maiora his demonſtrabit ei opera, vt vos miremini. Sicut enim pater ſuſcitat mortuos & viuificat: ſic & filius quos vult, viuificat. Neq; enim pater iudicat quenquam, ſed omne iudicium dedit filio, vt omnes honorificent filium, ſicut honorificant patrem. Qui non honorificat filium, non honorificat patrem qui miſit illum. Amen amen dico vobis quia qui verbum meum audit & credit ei qui miſit me, habet vitam æternam: & in iudicium non venit: ſed tranſit à morte in vitam. Amen amen dico vobis: quia venit hora & nunc eſt, E quando mortui audient vocem filij Dei: & qui audierint, viuent. Sicut enim pater habet vitam in ſemetipſo: ſic dedit & filio habere vitam in ſemetipſo, & poteſtatem dedit ei iudicium facere. Quia filius hominis eſt. Nolite mirari hoc: quia venit hora in qua omnes qui in monumentis ſunt, audient vocem filij Dei: & procedent qui bona fecerunt, in reſurrectionem vitæ: qui verò mala egerunt, in reſurrectionem iudicij. Non poſſum ego à meipſo facere quicquam. Sicut audio, iudico: & iudicium meum, iuſtum eſt: quia non quæro voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me. Si ego teſtimonium perhibeo de meipſo, teſtimonium meum non eſt verum. Alius eſt qui teſtimonium perhibet de me: & ſcio quia verum eſt teſtimonium eius quod perhibet de me. Vos miſiſtis ad Ioannem: & teſtimonium perhibuit veritati. Ego F autem non ab homine teſtimonium accipio: ſed hæc dico, vt vos ſalui ſitis. Ille erat lucerna ardens & lucens. Vos autem voluiſtis ad horam exultare in luce eius. Ego autem habeo teſtimonium maius Ioannis. Opera enim quæ dedit mihi pater vt perficiam ea: ipſa opera quæ ego facio, teſtimonium perhibent de me: quia pater miſit me. Et qui miſit me pater, ipſe teſtimonium perhibuit de me. Neque vocem eius vnquam audiſtis, neque ſpeciem eius vidiſtis, & verbum eius non habetis in vobis manens: quia quem miſit ille, huic vos non creditis. Scrutamini ſcripturas: quia vos putatis in ipſis vitam æternam habere. Et illæ ſunt quæ teſtimonium perG hibent de me: & non vultis venire ad me: vt vitam habeatis. Claritatem ab hominibus non accipio. Sed cognoui vos: quia dilectionem Dei non habetis in vobis. Ego veni in nomine patris mei, & non accepiſtis me. Si alius venerit in nomine ſuo, illum accipietis. Quomodo vos poteſtis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: & gloriam quæ à ſolo Deo eſt, non quæritis? Nolite putare: quia ego accuſaturus ſum vos apud patrem. Eſt qui accuſat vos, Moyſes in quo vos ſperatis. Si enim crederetis Moyſi, crederetis forſitan & mihi: de me enim ille ſcripſit. Si autem illius literis non creditis: quomodo verbis meis credetis?

S. QVINQVE *hominum millibus ſatiatis,* CHRISTVS *in montem oraturus turbas fugit: ſuper aquas orta tempeſtate ambulans, Capharnaum reſtitutus ueri panis myſterium explicat.*

CAPVT VI.

A POſt hæc abijt Ieſus trans mare Galilææ, quod *Matt.14 b*
eſt Tyberiadis: & ſequebatur eum multitudo ma *Marc.6 c*
gna, quia videbant ſigna quæ faciebat ſuper his *Luc.9 b*
qui infirmabantur. Subijt ergo in montem Ieſus: & ibi ſedebat cum diſcipulis ſuis. Erat autem proximum Paſcha, dies feſtus Iudæorum. Cum ſubleuaſſet ergo oculos Ieſus, & vidiſſet quia multitudo maxima venit ad eum, dicit ad Philippum, Vnde ememus panes vt manducent hi? Hoc autem dicebat tentans eum: ipſe enim ſciebat quid eſſet facturus. Reſpondit ei Philippus. Ducentorum denariorum panes non ſufficiunt eis, vt vnuſquiſq; modicum quid accipiat. Dicit ei vnus ex diſcipulis eius, Andreas, frater Simonis Petri, Eſt puer vnus hîc, qui habet quinque panes hordeaceos, & B duos piſces: ſed hæc quid ſunt inter tantos? Dicit ergo Ieſus, Facite homines diſcumbere. Erat autem fœnum multum in loco. Diſcubuerunt ergo viri, numero quaſi quinque millia. Accepit ergo Ieſus panes: & cum gratias egiſſet, diſtribuit diſcumbentibus, ſimiliter & ex piſcibus quantum volebant. Vt autem impleti ſunt, dixit diſcipulis ſuis, Colligite quæ ſuperauerunt fragmenta, ne pereant. Collegerunt ergo & impleuerunt duodecim cophinos fragmẽtorum ex quinq; panibus hordeaceis, quæ ſuperfuerunt his qui manducauerant. Illi ergo homines cùm vidiſſent quod Ieſus fecerat ſignum, dicebant, Quia hic eſt verè propheta, qui ventu- *Matt.14 e*
rus eſt in mundum. Ieſus ergo cum cognouiſſet: quia *Marc.6 f*
venturi eſſent, vt raperent eum & facerent eum regem, fugit iterum in montem ipſe ſolus. Vt autem ſero factum eſt, deſcenderunt diſcipuli eius ad mare. Et cum aſcẽdiſſent nauim, venerunt trans mare in Capharnaum: & tenebræ iam factæ C erant: & non venerat ad eos Ieſus. Mare autem, vento magno flante, exurgebat. Cum remigaſſent ergo quaſi ſtadia viginti quinq; aut triginta, vident Ieſum ambulantem ſupra mare, & proximum naui fieri, & timuerunt. Ille autem dicit eis, Ego ſum, nolite timere. Voluerunt ergo accipere eum in nauim: & ſtatim nauis fuit ad terram in quam ibant. Altera die, turba quæ ſtabat trans mare, vidit quia nauicula alia non erat ibi, niſi vna, & quia non introiſſet cum diſcipulis ſuis Ieſus in nauim, ſed ſoli diſcipuli eius abijſſent: aliæ verò ſuperuenerunt naues à Tyberiade iuxta locum vbi manducauerant panem, gratias agentes Deo. Cùm ergo vidiſſet turba quia Ieſus non eſſet ibi neque diſcipuli eius, aſcenderunt in nauiculas & venerunt Capharnaum quærentes Ieſum. Et cum inueniſſent eum trans mare, dixerunt ei, Rabbi, quando huc veniſti? Reſpondit eis Ieſus, & dixit, Amen amen dico vobis, quæritis me non quia vidiſtis ſigna, ſed quia manducaſtis ex panibus, & ſaturati eſtis. Operamini non cibum qui perit, ſed D qui permanet in vitam æternam, quem filius hominis dabit vobis. Hunc enim pater ſignauit Deus. Dixerunt ergo ad eum, Quid faciemus vt operemur opera Dei? Reſpondit Ieſus, & dixit eis, Hoc eſt opus Dei, vt credatis in eum quem miſit ille. Dixerunt ergo ei, Quod ergo tu facis ſignum, vt videamus & credamus tibi? quid operaris? Patres noſtri manducauerunt manna in deſerto, ſicut ſcriptum eſt, Panem de cœlo dedit eis manducare. Dixit ergo eis Ieſus, Amen amen dico vobis, non Moyſes dedit vobis panem de cœlo, ſed pater meus dat vobis panem de cœlo verum. Panis enim verus eſt qui de cœlo deſcendit, & dat vitam mundo. Dixerunt ergo ad eum, Domine, ſemper da nobis panem hunc. Dixit autem eis Ieſus, Ego ſum panis vitæ. Qui venit ad me, non eſuriet: & qui credit in me, non ſitiet in æternum. Sed dixi vobis: quia & vidiſtis me, & non credidiſtis. Omne quod dat mihi pater, ad me veniet: & eum qui venit ad me, non eijciam foras, quia deſcendi de cœlo, non vt faciam voluntatem meam, ſed voluntatem eius qui miſit me. Hæc eſt enim voluntas eius qui miſit me patris: vt omne quod dedit mihi non perdam ex eo, ſed reſuſcitem illud in nouiſsimo die. Hæc eſt autem voluntas patris mei qui miſit me: vt omnis qui videt

filium

filium & credit in eum, habeat vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Murmurabant ergo Iudæi de illo, quia dixisset, Ego sum panis viuus qui de cœlo descendi: & dicebant, Nónne hic est filius Ioseph, cuius nos nouimus patrem & matrem? Quomodo ergo dicit hic, Quia de cœlo descendi? Respondit ergo Iesus, & dixit eis, Nolite murmurare inuicem. nemo potest venire ad me, nisi Pater qui misit me traxerit eum, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Est scriptum in prophetis, Et erunt omnes docibiles Dei. Omnis qui audiuit à patre & didicit: venit ad me. Non quia patrem vidit quisquã, nisi is qui est à Deo, hic vidit patrem. Amen amen dico vobis, qui credit in me, habet vitam æternam. Ego sum panis vitæ. Patres vestri manducauerunt manna in deserto: & mortui sunt. Hic est panis de cœlo descendens: vt si quis ex ipso mãducauerit, non moriatur. Ego sum panis viuus, qui de cœlo descendi. Si quis manducauerit ex hoc pane, viuet in æternum: & panis quem ego dabo, caro mea est, pro mundi vita. Litigabant ergo Iudæi adinuicem, dicentes, Quomodo potest hic nobis carnem suam dare ad manducandum? Dixit ergo Iesus, Amen amen dico vobis, nisi manducaueritis carnem filij hominis, & biberitis eius sanguinem, non habebitis vitam in vobis. Qui manducat meam carnem & bibit meum sanguinem, habet vitam æternam, & ego resuscitabo eum in nouissimo die. Caro enim mea, verè est cibus: & sanguis meus, verè est potus, qui mãducat meam carnem & bibit meum sanguinem, in me manet, & ego in illo. Sicut misit me viuens pater, & ego viuo propter patrem: & qui manducat me, & ipse viuet propter me. Hic est panis, qui de cœlo descendit. Non sicut manducauerunt patres vestri manna: & mortui sunt. Qui manducat hunc panem viuet in æternũ. Hæc dixit in synagóga docens in Capharnaum. Multi ergo audientes ex discipulis eius, dixerunt, Durus est hic sermo, & quis potest eum audire? Sciens autem Iesus apud semetipsum: quia murmurauerant de hoc discipuli eius, dixit eis, Hoc vos scandalizat? Si ergo videritis filium hominis ascendentem vbi erat prius? Spiritus est qui viuificat: caro non prodest quicquam. verba quæ ego locutus sum vobis, spiritus & vita sunt. Sed sunt quidam ex vobis qui non credunt. Sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes, & quis traditurus esset eum. Et dicebat, Propterea dixi vobis: quia nemo potest venire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retrò: & iam non cum illo ambulabant. Dixit ergo Iesus, ad duodecim, Nunquid & vos vultis abire? Respondit ergo ei Simon Petrus, Domine ad quem ibimus? verba vitæ æternæ habes: & nos credimus & cognouimus quia tu es Christus filius Dei. Respondit eis Iesus, Nónne ego vos duodecim elegi: & ex vobis vnus diabolus est? Dicebat autem de Iuda Simõnis Iscariote: hic enim erat traditurus eum, cum esset vnus ex duodecim.

Matt.13 g
Esa. 54 c
Exod.16 c
1. Cor. 11 f
Matt.16 c

S. CHRISTVS Iudæorum furorem declinans uersatur in Galilæa: occultè autem discipulos ad diem festum secutus, palàm in templo mirantibus cunctis prædicat.

CAPVT VII.

POst hæc autem ambulabat Iesus in Galilæam, non enim volebat in Iudæa ambulare: quia quærebant eum Iudæi interficere. Erat autem in proximo dies festus Iudæorum Scenopegia. Dixerunt autem ad eum fratres eius, Transi hinc, & vade in Iudæã, vt & discipuli tui videant opera tua quæ facis. Nemo quippe in occulto quid facit, & quærit ipse in palàm esse. Si hæc facis: manifesta teipsum mundo. Neq; enim fratres eius credebant in eum. Dixit ergo eis Iesus, Tempus meum nondum aduenit: tempus autem vestrum semper est paratum. Non potest mundus odisse vos. Me autem odit: quia ego testimonium perhibeo de illo quòd opera eius mala sunt. Vos ascendite ad diem festum hunc. ego non ascendam ad diem festum istum: quia meum tempus nondum impletum est. Hæc cum dixisset, ipse mansit in Galilæa. Vt autem ascenderunt fratres eius, tunc & ipse ascendit ad diem festum non manifestè, sed quasi in occulto. Iudæi ergo quærebant eum in die festo, & dicebant, Vbi est ille? Et murmur multum erat in turba de eo. Quidam enim dicebant, Quia bonus est. Alij autem dicebant, Non, sed seducit turbas. Nemo tamen palàm loquebatur de illo, propter metum Iudæorum. Iam autem die festo mediante, ascendit Iesus in templum, & docebat. Et mirabantur Iudæi, dicentes, Quomodo hic literas scit, cùm non didicerit? Respondit eis Iesus, & dixit, Mea doctrina, non est mea, sed eius qui misit me. Si quis voluerit voluntatem eius facere: cognoscet de doctrina, vtrũ ex Deo sit, an ego à meipso loquar. Qui à semetipso loquitur, gloriam propriam quærit. qui autem quærit gloriam eius qui misit eum: hic verax est, & iniustitia in illo non est. Nónne Moyses dedit vobis legem: & nemo ex vobis facit legem? Quid me quæritis interficere? Respondit turba, & dixit, Dæmonium habes: quis te quærit interficere? Respondit Iesus, & dixit eis, Vnum opus feci: & omnes miramini. Propterea Moyses dedit vobis circuncisionem: non quia ex Moyse est, sed ex patribus: & in sabbatho circunciditis hominem. Si circuncisionem accipit homo in sabbatho: vt non soluatur lex Moysi: mihi indignamini: quia totum hominem sanum feci in sabbatho? Nolite iudicare secundum faciem: sed iustum iudicium iudicate. Dicebant ergo quidam ex Ierosolymitis, Nónne hic est quem quærunt interficere? Ecce, palàm loquitur, & nihil ei dicunt. Nunquid verè cognouerunt principes: quia hic est Christus? Sed hunc scimus vnde sit. Christus autem cum venerit, nemo scit vnde sit. Clamabat ergo Iesus in templo docens, & dicens, Et me scitis, & vnde sim scitis: & à meipso non veni, sed est verus qui misit me quem vos nescitis. Ego scio eum: & si dixero quia nescio eum, ero similis vobis, mendax, sed scio eum: quia ab ipso sum, & ipse me misit. Quærebant ergo eum apprehendere: & nemo misit in illum manus, quia nondum venerat hora eius. De turba autem multi crediderunt in eum, & dicebant, Christus cum venerit, nunquid plura signa faciet quàm quæ hic facit? Audierunt pharisæi turbam murmurantem de illo hæc: & miserunt principes & Pharisæi ministros vt apprehenderent Iesum. Dixit ergo eis Iesus, Adhuc modicum tempus vobiscum sum: & vado ad eum qui me misit. Quæretis me, & non inuenietis: & vbi ego sum, vos non potestis venire. Dixerunt ergo Iudæi ad semetipsos, Quò hic iturus est, quia non inueniemus eum? nunquid in dispersionem gentiũ iturus est, & docturus gentes? Quis est hic sermo quem dixit, Quæretis me & nõ inuenietis: & vbi sum ego, vos non potestis venire? In nouissimo autem die magno festiuitatis stabat Iesus: & clamabat, dicens, Si quis sitit: veniat ad me, & bibat. Qui credit in me, sicut dicit scriptura, flumina de ventre eius fluent aquæ viuæ. Hoc autem dixit de spiritu quem accepturi erant credẽtes in eum. nondum enim erat spiritus datus: quia Iesus nondum erat glorificatus. Ex illa ergo turba cum audissent hos sermones eius, dicebant, Hic est verè Propheta. Alij dicebant, Hic est Christus. Quidam autem dicebant, Nunquid à Galilæa venit Christus? Nónne scriptura dicit: quia ex semine Dauid & de Bethlehem castello vbi erat Dauid, venit Christus? Dissensio itaque facta est in turba propter eum. Quidam autem ex ipsis volebant apprehendere eum: sed nemo misit super eum manus. Venerunt ergo ministri ad pontifices & pharisæos. Et dixerunt eis illi, Quare non adduxistis illum? Respondernnt ministri, Nunquam sic locutus est homo, sicut hic homo. Respondernnt ergo eis pharisæi. Nunquid & vos seducti estis? nunquid ex principibus aliquis credidit in eum, aut ex Pharisæis? Sed turba hæc quæ non nouit

Leuit.12 d
Deut.1 c
Infrà 13 d
Leuit.15 f
Mich.5 d
Matt.2 d

nouit legem, maledicti sunt. Dixit Nicodemus ad eos, ille qui venit ad eum nocte, qui vnus erat ex ipsis, Nunquid lex nostra iudicat hominem, nisi prius audierit ab ipso & cognouerit quid faciat? Responderunt, & dixerunt ei, Nunquid & tu Galilæus es? Scrutare scripturas, & vide, quia à Galilæa propheta non surgit. Et reuersi sunt vnusquisq; in domum suam.

S. CHRISTVS adulteræ ignoscit, se lucem & principium asserit, & sine peccato Abraham præcessisse manifestat.

CAPVT VIII.

A IESVS autem perrexit in montem Oliueti: & diluculo iterum venit in templum, & omnis populus venit ad eum, & sedens docebat eos. Adducunt autem Scribæ & Pharisæi mulierẽ in adulterio deprehensam: & statuerunt eam in medio, & dicunt ei, Magister, hæc mulier modo deprehensa est in adulterio. In lege autem, Moyses mandauit nobis huiusmodi lapidare. Tu ergo quid dicis? Hoc autem dicebant tentantes eum: vt possent accusare eum. Iesus autem inclinans se deorsum, digito scribebat in terram. Cum ergo perseuerarent interrogantes eum: erexit se, & dixit eis, Qui sine peccato est vestrum, primus in illam lapidem mittat. Et iterum se inclinans scribebat in terram. Audientes autem hæc, vnus post vnum exibant, incipientes à senioribus: & remansit solus Iesus, & mulier in medio stans. Erigens autem se Iesus, dixit ei, Mulier vbi sunt qui te accusabant? nemo te condemnauit? Quæ dixit, Nemo Domine. Dixit autem Iesus, Nec ego te condemnabo. Vade, & iam amplius noli peccare. Iterum ergo locutus est eis B Iesus, dicens, Ego sum lux mundi, Qui sequitur me, non ambulat in tenebris, sed habebit lumen vitæ. Dixerunt ergo ei pharisæi, Tu de teipso testimonium perhibes: testimonium tuum non est verũ. Respondit Iesus, & dixit eis, Et si ego testimonium perhibeo de meipso, verũ est testimoniũ meum: quia scio vnde veni, & quò vado: vos autem nescitis vnde venio, aut quò vado. Vos secundũ carnem iudicatis: ego non iudico quenquam: & si iudico ego, iudiciũ meum verũ est: quia solus non sum, sed ego & qui misit me, pater. Et in lege vestra scriptum est, Quia duorũ hominum testimonium verum est. Ego sum qui testimoniũ perhibeo de meipso: & testimoniũ perhibet de me qui misit me, pater. Dicebant ergo ei, Vbi est C pater tuus? Respondit Iesus, Neque me scitis, neq; patrem meum. Si me sciretis: forsitan & patrem meum sciretis. Hæc verba locutus est Iesus in gazophylacio, docens in templo: & nemo apprehendit eum, quia necdum venerat hora eius. Dixit ergo iterum eis Iesus, Ego vado: & quæretis me, & in peccato vestro moriemini. Quò ego vado, vos non potestis venire. Dicebant ergo Iudæi, Nunquid interficiet semetipsum, Quia dicit, Quò ego vado, vos non potestis venire? Et dicebat eis, Vos deorsum estis, ego de supernis sum. Vos de mundo hoc estis: ego non sum de hoc mundo. Dixi ergo vobis quia moriemini in peccatis vestris. Si enim non credideritis quia ego sum, moriemini in peccato vestro. Dicebant ergo D ei, Tu quis es? Dixit eis Iesus, Principiũ, qui & loquor vobis. Multa habeo de vobis loqui & iudicare, sed qui me misit, verax est: & ego quæ audiui ab eo, hæc loquor in mundo. Et non cognouerũt quia patrem eius dicebat Deum. Dixit ergo eis Iesus, Cum exaltaueritis filium hominis, tunc cognoscetis quia ego sum, & à meipso facio nihil, sed sicut docuit me pater, hæc loquor: & qui me misit, mecum est, & nõ reliquit me solũ: quia ego quæ placita sunt ei, facio semper. Hæc illo loquente, multi crediderunt in eum. Dicebat ergo Iesus ad eos qui crediderũt ei, Iudæos, Si vos manseritis in sermone meo, verè discipuli mei eritis: & cognoscetis veritatem, & veritas liberabit vos. Responderunt ei, Semen Abrahæ sumus, & nemini seruiuimus vnquã: quomodo tu dicis, Liberi eritis? Respondit eis Iesus, Amen amen dico vobis quia omnis qui facit peccatum, seruus est peccati. Seruus autem non manet in domo in æternum: filius manet in æternũ. Si ergo vos filius liberauerit: verè liberi eritis. Scio quia filij Abrahæ estis: sed quæ- E ritis me interficere, quia sermo meus non capit in vobis. Ego quod vidi apud patrem, loquor: & vos quæ vidistis apud patrem vestrum, facitis. Responderũt, & dixerunt ei, Pater noster, Abraham est. Dicit eis Iesus, Si filij Abrahæ estis, opera Abrahæ facite. Nunc autem quæritis me interficere hominẽ, qui veritatem vobis locutus sum, quam audiui à Deo. hoc Abraham non fecit. Vos facitis opera patris vestri. Dixerunt itaq; ei, Nos ex fornicatione non sumus nati. vnũ patrem habemus Deũ. Dixit ergo eis Iesus, Si Deus, pater vester esset: diligeretis vtiq; me. ego enim ex Deo processi, & veni. neq; enim à meipso veni: sed ille me misit. Quare loquelam meam non cognoscitis? Quia non potestis audire sermonem meũ. F Vos ex patre diabolo estis: & desyderia patris vestri vultis facere. Ille, homicida erat ab initio, & in veritate non stetit: quia non est veritas in eo. Cum loquitur mendacium, ex propriis loquitur, quia mendax est & pater eius. Ego autem si veritatem dico, non creditis mihi. Quis ex vobis arguet me de peccato? Si veritatem dico: quare vos non creditis mihi? Qui ex Deo est, verba Dei audit. Propterea vos non auditis, quia ex Deo non estis. Responderunt ergo Iudæi, & dixerunt ei, Nónne bene dicimus nos quia Samaritanus es tu, & dæmonium habes? Respondit Iesus, Ego dæmonium non habeo: sed honorifico patrem meũ, & vos inhonorastis me. Ego autem non quæro gloriã meam. est qui quærat & iudicet. Amen G amen dico vobis, si quis sermonem meum seruauerit, mortem non videbit in æternũ. Dixerunt ergo Iudæi, Nunc cognouimus quia dæmoniũ habes. Abraham mortuus est, & prophetæ: & tu dicis, Si quis sermonem meum seruauerit, non gustabit mortem in æternum. Nunquid tu maior es patre nostro Abraham, qui mortuus est & prophetæ mortui sunt? Quem teipsum facis? Respondit Iesus, Si ego glorifico meipsum, gloria mea nihil est. est pater meus qui glorificat me, quem vos dicitis quia Deus noster est: & non cognouistis eum, ego autem noui eum. Et si dixero quia non scio eum: ero similis vobis, mendax. Sed scio eum: & sermonem eius seruo. Abraham pater vester exultauit vt videret diem meum: & vidit & gauisus est. Dixerunt ergo Iudæi ad eum, Quinquaginta annos nondũ habes, & Abraham vidisti? Dixit eis Iesus, Amen amen dico vobis, antequam Abraham fieret, ego sum. Tulerunt ergo lapides vt iacerent in eum. Iesus autem abscondit se, & exiuit de templo.

1.loan.3 b

1.loan.4 a

S. CAECVS natus uisu à CHRISTO donatus à Iudæis interrogatur cum parentibus. & factum palàm à CHRISTO fuisse fatetur. CAPVT IX.

A ET præteriens Iesus, vidit hominem cæcum à natiuitate: & interrogauerunt eum discipuli eius, Rabbi, quis peccauit, hic, aut parentes eius, vt cæcus nasceretur? Respondit Iesus, Neque hic peccauit, neque parentes eius: sed vt manifestentur opera Dei in illo. Me oportet operari opera eius qui misit me, donec dies est. Venit nox, quando nemo potest operari. Quandiu sum in mundo, lux sum mundi. Hoc cum dixisset, expuit B in terram & fecit lutum ex sputo, & liniuit lutum super oculos eius, & dixit ei, Vade, laua in natatoria Siloe, quod interpretatur, missus. Abijt ergo & lauit: & venit videns. Itaq; vicini & qui viderant eum prius: quia mendicus erat, dicebant, Nónne hic est qui sedebat & mendicabat? Alij dicebant, Quia hic est. Alij autem, Nequaquam, sed similis est ei. Ille verò dicebat, Quia ego sum. Dicebant ergo ei, Quomodo aperti sunt tibi oculi? Respondit, Ille homo qui dicitur Ie- C sus, lutum fecit: & vnxit oculos meos: & dixit mihi, Vade ad natatoriam Siloe: & laua. Et abij, & laui, & video. Et dixerunt ei, Vbi est ille? Ait, Nescio. Adducunt eum ad pharisæos

qui

qui cæcus fuerat. Erat autem ſabbathum, quando lutum fecit Ieſus, & aperuit oculos eius. Iterum ergo interrogabant eum phariſæi quomodo vidiſſet. Ille autem dixit eis, Lutum mihi poſuit ſuper oculos, & laui: & video. Dicebant ergo ex phariſæis quidam, Non eſt hic homo à Deo, qui ſabbathum non cuſtodit. Alij autem dicebant, Quomodo poteſt homo peccator hæc ſigna facere? Et ſchiſma erat inter eos. Dicunt ergo cæco iterum, Tu quid dicis de illo qui aperuit oculos tuos? Ille autem dixit, Quia propheta eſt. Non crediderũt ergo Iu-
D dæi de illo quia cæcus fuiſſet & vidiſſet, donec vocauerũt parentes eius qui viderat, & interrogauerunt eos, dicentes, Hic eſt filius veſter, quem vos dicitis quia cæcus natus eſt? Quomodo ergo nunc videt? Reſponderunt eis parentes eius, & dixerunt, Scimus quia hic eſt filius noſter, & quia cæcus natus eſt: quomodo autem nunc videat, neſcimus: aut quis eius aperuit oculos, nos neſcimus: ipſum interrogate: ætatem habet: ipſe de ſe loquatur. Hæc dixerũt parentes eius, quoniam timebant Iudæos. iam enim conſpiraverant Iudæi, vt ſi quis
E eum confiteretur eſſe Chriſtum, extra ſynagógã fieret. Propterea parentes eius dixerunt, Quia ætatem habet, ipſum interrogate. Vocauerunt ergo rurſum hominem qui fuerat cæcus, & dixerunt ei, Da gloriam Deo. nos ſcimus quia hic homo, peccator eſt. Dixit ergo eis ille, Si peccator eſt, neſcio: vnum ſcio, quia cæcus cum eſſem, modo video. Dixerunt ergo illi, Quid fecit tibi: quomodo aperuit tibi oculos? Reſpon-
F dit eis, Dixi vobis iam, & audiſtis: quid iterum vultis audire? nunquid & vos vultis diſcipuli eius fieri? Maledixerunt ergo ei: & dixerunt, Tu diſcipulus illius ſis: nos autem, Moyſi diſcipuli ſumus. Nos ſcimus quia Moyſi locutus eſt Deus: hunc autem neſcimus vnde ſit. Reſpondit ille homo, & dixit eis, In hoc enim mirabile eſt, quia vos neſcitis vnde ſit: & aperuit meos oculos. Scimus autem quia peccatores Deus non audit: ſed ſi quis Dei cultor eſt & voluntatem eius facit, hunc exaudit. A ſeculo non eſt auditum quia quis aperuit oculos cæci nati. Niſi eſſet hic à Deo, non poterat facere quicquã. Reſpon
G derunt, & dixerunt ei, In peccatis natus es totus: & tu doces nos? Et eiecerunt eum foras. Audiuit Ieſus quia eiecerunt eum foras; & cum inueniſſet eum, dixit ei, Tu credis in filium Dei? Reſpondit ille, & dixit, Quis eſt Domine, vt credam in eum? Et dixit ei Ieſus, Et vidiſti eum: & qui loquitur tecum, ipſe eſt. At ille ait, Credo Domine. Et procidens adorauit eũ. Et dixit ei Ieſus, In iudicium ego in hunc mundum veni: vt qui non vident videant, & qui vident cæci fiant. Et audierunt quidam ex phariſæis, qui cum ipſo erant: & dixerũt ei, Nunquid & nos cæci ſumus? Dixit eis Ieſus, Si cæci eſſetis, non haberetis peccatum. nunc verò dicitis, Quia videmus. Peccatum ergo veſtrum manet.

§. CHRISTVS inter ſe & alios paſtores ponens diſcrimen, à Iudæis inſanire proclamatur, quos ex ſuis operibus conuincens multos ad fidem conuertit. CAPVT X.

A MEN amen dico vobis, qui non intrat per oſtium in ouile ouium, ſed aſcendit aliunde: ille fur eſt & latro. Qui autem intrat per oſtiũ: paſtor eſt ouiũ. Huic oſtiarius aperit: & oues vocem eius audiũt: & proprias oues vocat nominatim, & educit eas. Et cum proprias oues emiſerit, ante eas vadit: & oues illũ ſequuntur, quia ſciunt vocem eius. Alienũ autem non ſequuntur, ſed fugiunt
B ab eo: quia non nouerunt vocem alienorũ. Hoc prouerbium dixit eis Ieſus. Illi autem non cognouerunt quid loqueretur eis. Dixit ergo eis iterum Ieſus, Amen amen dico vobis, quia ego ſum oſtium ouiũ. Omnes quotquot venerunt, fures ſunt & latrones: ſed non audierunt eos oues. Ego ſum oſtium. Per me ſi quis introierit, ſaluabitur: & ingredietur & egredietur, & paſcua inueniet. Fur non venit, niſi vt furetur & mactet & perdat. Ego veni vt vitam habeant, & abundantius habeant.

C Ego ſum paſtor bonus. Bonus paſtor, animam ſuam dat pro ouibus ſuis. Mercenarius autem & qui non eſt paſtor, cuius non ſunt oues propriæ, videt lupum venientem, & dimittit oues & fugit: & lupus rapit, & diſpergit oues. Mercenarius autem fugit, quia mercenarius eſt: & non pertinet ad eum de ouibus. Ego ſum paſtor bonus: & cognoſco oues meas, & cognoſcunt me meæ. Sicut nouit me pater, & ego agnoſco patrem: & animam meam pono pro ouibus meis. Et alias oues habeo quæ non ſunt ex hoc ouili: & illas oportet me adduce- Ezec. 37 f
D re, & vocem meam audient, & fiet vnũ ouile & vnus paſtor. Propterea me diligit pater: quia ego pono animam meam, vt iterum ſumam eam. nemo tollit eam à me: ſed ego pono eam à meipſo. poteſtatem habeo ponendi eam: & poteſtatem habeo iterum ſumendi eam. Hoc mandatũ accepi à patre meo. Diſſenſio iterũ facta eſt inter Iudæos propter ſermones hos. Dicebant autem multi ex ipſis, Dæmonium habet & inſanit: quid eum auditis? Alij dicebant, Hæc verba non ſunt dæmonium habentis. nunquid dæmonium poteſt cæcorum oculos 1. Mac. 4 f g
E aperire? Facta ſunt autem encænia in Ieroſolymis: & hyems erat. Et ambulabat Ieſus in tẽplo, in porticu Salomonis. Circundederunt ergo eum Iudæi, & dicebant ei, Quouſq; animã noſtram tollis? ſi tu es Chriſtus, dic nobis palàm. Reſpondit eis Ieſus, Loquor vobis: & non creditis. Opera quæ ego facio in nomine patris mei, hæc teſtimonium perhibent de me: ſed vos non creditis, quia nõ eſtis ex ouibus meis. Oues meæ vocem meam audiunt: & ego cognoſco eas, & ſequuntur me: & ego vitam æternam do eis: & non peribunt in æternũ, & non
F rapiet eas quiſquã de manu mea. Pater meus quod dedit mihi, maius omnibus eſt: & nemo poteſt rapere de manu patris mei. Ego & pater vnum ſumus. Suſtulerunt ergo lapides Iudæi, vt lapidarent eum. Reſpondit eis Ieſus, Multa bona opera oſtendi vobis ex patre meo: propter quod eorum opus me lapidatis? Reſponderunt ei Iudæi, De bono opere non lapidamus te, ſed de blaſphemia, & quia tu homo cum ſis, facis teipſum Deum. Reſpõdit eis Ieſus, Nónne ſcriptũ eſt in lege Pſal. 81 b
veſtra, Ego dixi, dij eſtis? Si illos dixit deos ad quos ſermo Dei factus eſt, & non poteſt ſolui ſcriptura: quem pater ſan-
G ctificauit & miſit in mundum, vos dicitis, Quia blaſphemas: quia dixi Filius Dei ſum? Si' non facio opera patris mei: nolite credere mihi. Si autem facio: & ſi mihi non vultis credere, operibus credite, vt cognoſcatis & credatis quia pater in me eſt, & ego in patre. Quærebant ergo eũ apprehendere: & exiuit de manibus eorum. Et abijt iterũ trans Iordanem in eum locum vbi erat Ioannes baptizans primum: & manſit illic. & multi venerunt ad eum, & dicebant, Quia Ioannes quidem ſignum fecit nullum. Omnia autem quæcunq; dixit Ioãnes de hoc, vera erant. Et multi crediderunt in eum.

§. EX Lazari ſuſcitatione Iudæi irritati conſilium aduerſus IESVM ineunt, in quo Caipha prophetat: ſed CHRISTVS in deſertum ſecedit ad tempus.

CAPVT XI.

A ERat autem quidam languẽs Lazarus à Bethania, de caſtello Mariæ & Marthæ ſororũ eius. Maria autem erat quæ vnxit Dominum vnguento, & exterſit pedes eius capillis ſuis: cuius frater Lazarus infirmabatur. Miſerunt ergo ſorores eius ad eum, dicentes, Domine, ecce quem amas, infirmatur. Audiens autem Ieſus, dixit eis, Infirmitas hæc non eſt ad mortem, ſed pro gloria Dei: vt glorificetur filius Dei per eam. Diligebat autem Ieſus Martham, & ſororem eius Mariam & Lazarum. Vt ergo audiuit quia infirmabatur, tunc quidẽ manſit in eodem loco duobus diebus: deinde poſt hęc dicit diſcipulis ſuis, Eamus in Iudæam iterum. Dicunt ei diſcipuli, Rabbi, nunc quærebãt te Iudæi lapidare: & iterum vadis illuc? Reſpondit Ieſus, Nónne duodecim ſunt horæ diei? Si quis ambulauerit in die,

B in die, non offendit: quia lucem huius mundi videt. Si autem ambulauerit in nocte, offendit: quia lux non est in eo. Hæc ait: & post hæc dicit eis, Lazarus amicus noster dormit: sed vado vt à somno excuscitem eum. Dixerunt ergo discipuli eius, Domine, si dormit, saluus erit. Dixerat autem Iesus de morte eius: illi autem putauerunt quia de dormitione somni diceret. Tunc ergo Iesus dixit eis manifestè, Lazarus mortuus est: & gaudeo propter vos: vt credatis, quoniam non eram ibi, sed eamus ad eum. Dixit ergo Thomas qui dicitur Didymus, ad condiscipulos, Eamus & nos, & moriamur cũ eo. Venit itaq;
C Iesus: & inuenit eum quatuor dies iam in monumento habentem. Erat autem Bethania iuxta Ierosolymam quasi stadijs quindecim. Multi autem ex Iudæis venerant ad Martham & Mariam, vt consolarentur eas de fratre suo. Martha ergo vt audiuit quia Iesus venit, occurrit illi: Maria autem domi sedebat. Dixit ergo Martha ad Iesum, Domine, si fuisses hîc, frater meus nõ fuisset mortuus: sed & nunc scio, quia quæcunq; popoſceris à Deo, dabit tibi Deus. Dicit illi Iesus, Resurget frater tuus. Dicit ei Martha, Scio quia resurget in resurrectione in nouissimo die. Dixit ei Iesus, Ego sum resurrectio & vita. qui credit in me: etiam si mortuus fuerit, viuet: & omnis qui viuit & credit in me: non morietur in æternũ. Credis hoc?
D Ait illi, Vtique Domine, ego credidi quia tu es Christus filius Dei viui qui in hunc mundum venisti. Et cum hæc dixisset, abijt & vocauit Mariam sororem suam silentio, dicens, Magister adest, & vocat te. Illa vt audiuit, surgit cito, & venit ad eum non dum enim venerat Iesus in castellum: sed erat adhuc in illo loco vbi occurrerat ei Martha. Iudæi ergo qui erãt cum ea in domo, & consolabantur eam, cum vidissent Mariã quia cito surrexit & exijt, secuti sunt eam, dicentes, Quia vadit ad monumentum vt ploret ibi. Maria ergo cum venisset vbi erat Iesus, videns eum, cecidit ad pedes eius, & dicit ei, Domine, si fuisses hîc, non esset mortuus frater meus. Iesus ergo vt vidit eam plorantem & Iudæos qui venerant cum ea plorantes, infremuit spiritu, & turbauit seipsum, & dixit, Vbi
E posuistis eum? Dicunt ei, Domine, veni & vide. Et lachrymatus est Iesus. Dixerunt ergo Iudæi, Ecce quomodo amabat eum. Quidam autem ex ipsis dixerunt, Non poterat hic qui aperuit oculos cæci nati, facere vt hic non moreretur? Iesus ergo rursum fremens in semetipso venit ad monumentũ. erat autem spelunca: & lapis superpositus erat ei. Ait Iesus, Tollite lapidem. Dicit ei Martha, soror eius qui mortuus fuerat, Domine, iam fœtet, quadriduanus est enim. Dicit ei Iesus, Nónne dixi tibi quoniam si credideris, videbis gloriam Dei? Tulerunt ergo lapidem. Iesus autem eleuatis sursum oculis
F dixit, Pater, gratias ago tibi quoniam audisti me. ego autem sciebam: quia semper me audis, sed propter populum qui circunstat, dixi: vt credãt quia tu me misisti. Hæc cum dixisset, voce magna clamauit, Lazare, veni foras. Et statim prodijt qui fuerat mortuus, ligatus manus & pedes institis, & facies illius sudario erat ligata. Dixit eis Iesus, Soluite eum, & sinite abire. Multi ergo ex Iudæis qui venerant ad Mariam & Martham, & viderant quæ fecit: crediderunt in eum. Quidam autem ex ipsis abierunt ad pharisæos: & dixerunt eis quæ fecit Iesus. Collegerunt ergo pontifices & pharisæi concilium, & dicebant, Quid facimus? quia hic homo multa signa facit. Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum: & venient Romani, & tollent nostrum locum & gentem. Vnus autem ex ipsis Caiphas nomine, cum esset põtifex anni illius, dixit eis, Vos
G nescitis quicquam nec cogitatis: quia expedit nobis vt vnus moriatur homo pro populo, & non tota gens pereat. Hoc autem à semetipso non dixit: sed cum esset pontifex anni illius, prophetauit quòd Iesus moriturus erat pro gente. & non tantum pro gente: sed vt filios Dei qui erant dispersi, congregaret in vnum. Ab illo ergo die, cogitauerunt vt interficerent eum. Iesus ergo iam non in palàm ambulabat apud Iudæos, sed abijt in regionem iuxta desertũ in ciuitatem quæ dicitur Ephrem, & ibi morabatur cum discipulis suis. Proximum autem erat pascha Iudæorum: & ascenderunt multi Ierosolymam de regione ante pascha, vt sanctificarent seipsos. Quærebant ergo Iesum: & colloquebantur adinuicem, in templo stantes, Quid putatis quia non venit ad diem festum istum? Dederant autem pontifices & pharisæi mandatum, vt si quis cognouerit vbi sit, indicet, vt apprehendant eum.

S. EX IESV à Maria uncto Iudas indignatur. CHRISTVS super asellum sedens, Ierusalem multis occurrentibus uadit, & gentes à Iudæis triticeo grano discernit.

CAPVT XII.

A IESVS ergo ante sex dies paschæ venit Bethaniam, vbi Lazarus fuerat mortuus quem suscitauit Iesus. Fecerunt autem ei cœnã ibi: & Martha ministrabat. Lazarus verò vnus erat ex discumbentibus cum eo. Maria ergo accepit libram vnguenti nardi pisticæ pretiosi, & vnxit pedes Iesu, & extersit pedes eius capillis suis: & domus impleta est ex odore vnguenti. Dixit ergo vnus ex discipulis eius Iudas Iscariotes, qui erat eum traditurus, Quare hoc vnguentum non vænijt trecentis denarijs, & datũ est egenis? Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum: sed quia fur erat, & loculos habẽs ea quæ mittebantur portabat. Dixit ergo Iesus, Sine illam, in diem sepulturæ meæ seruauit illud. Pauperes enim semper habetis vobiscum: me autem non semper habetis. Cognouit ergo turba
B multa ex Iudæis quia illic est: & venerunt nõ propter Iesum tantum, sed vt Lazarum viderent quem suscitauit à mortuis. Cogitauerũt autem principes sacerdotum vt & Lazarum interficerent: quia multi propter illum abibãt ex Iudæis, & credebant in Iesum. In crastinum autem turba multa quæ venerat ad diem festum, cum audissent, quia venit Iesus Ierosolymam: acceperunt ramos palmarum, & processerũt obuiam ei, & clamabant, Hosanna, benedictus qui venit in nomine Domini, rex Israel. Et inuẽnit Iesus asellum: & sedit super eum, sicut scriptum est, Noli timere filia Sion: ecce rex tuus
C venit sedens super pullum asinæ. Hæc non cognouerunt discipuli eius primùm: sed quando glorificatus est Iesus, tunc recordati sunt: quia hæc erant scripta de eo, & hæc fecerunt ei. Testimonium ergo perhibebat turba quæ erat cum eo quando Lazarũ vocauit de monumento, & suscitauit eum à mortuis. Propterea & obuiam venit ei turba: quia audierunt eum fecisse hoc signum. Pharisæi ergo dixerunt ad semetipsos, Videtis quia nihil proficimus? ecce mundus totus post eum abijt. Erant autem quidam gentiles ex his qui ascenderant vt adorarent in die festo. Hi ergo accesserunt ad Philippum qui erat à Bethsaida Galilææ: & rogabant eum, dicẽtes, Do
D mine, volumus Iesum videre. Venit Philippus, & dicit Andreæ, Andreas rursum & Philippus dixerunt Iesu. Iesus autem respondit eis, dicens, Venit hora, vt clarificetur filius hominis. Amen amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuũ fuerit: ipsum solum manet: si autem mortuum fuerit, multũ fructum affert. Qui amat animam suam, perdet eam: & qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. Si quis mihi ministrat, me sequatur: & vbi sum ego, illic & minister meus erit. Si quis mihi ministrauerit, honorificabit eum pater meus. Nunc anima mea turbata est. Et quid dicam? Pater, saluifica me ex hac hora. Sed propterea vẽni in horam hanc. Pater, clarifica nomen tuum. Ve
E nit ergo vox de cœlo, dicens, Et clarificaui, & iterum clarificabo. Turba ergo quæ stabat & audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alij autem dicebant, Angelus ei locutus est. Respondit Iesus, & dixit, Non propter me hæc vox venit, sed propter vos. Nunc iudicium est mundi: nunc princeps huius mundi eijcietur foras. Et ego si exaltatus fuero à terra, omnia traham ad me ipsum. hoc autem dicebat, significãs qua morte

Matt. 26 a
Mar. 14 a
Matt. 21 a
Mar. 14 a
Luc. 19 f
Zacha. 9 b
Matt. 10 d
16 d
Mar. 8 d
Lucæ 9 c
& 17 g

esset moriturus. Respondit ei turba: Nos audiuimus ex lege
Psa. 109 b quia Christus manet in æternũ: & quomodo tu dicis, Opor-
116 a tet exaltari filium hominis? & quis est iste filius hominis? Di-
Esa. 40 c xit ergo eis Iesus, Adhuc modicum lumen in vobis est. Am-
Eze. 37 g bulate dum lucem habetis, vt non vos tenebræ comprehen-
F dant. & qui ambulat in tenebris, nescit quò vadat. Dum lu-
cem habetis, credite in lucem, vt filij lucis sitis. Hæc locutus
est Iesus: & abijt, & abscondit se ab eis. Cum autem tanta si-
gna fecisset coram eis, non credebant in eum: vt sermo Esaiæ
Esa. 53 a impleretur quẽ dixit, Domine, quis credidit auditui nostro:
Roma. 10 d & brachium Domini cui reuelatum est? Propterea non po-
Esa. 6 c terant credere, quia iterũ dixit Esaias, Excæcauit oculos eo-
Matt. 13 b rum, & indurauit cor eorum: vt non videant oculis, & non in-
Mar. 4 b telligant corde, & conuertantur, & sanem eos. Hæc dixit
Luc. 8 b Esaias, quãdo vidit gloriam eius, & locutus est de eo. Verun-
Act. 28 f tamen & ex principibus multi crediderunt in eum, sed pro-
Roma. 11 b pter pharisæos non confitebantur, vt è synagóga non ejice-
rentur: dilexerunt enim gloriam hominum magis, quàm glo-
G riam Dei. Iesus autem clamauit, & dixit, Qui credit in me,
non credit in me, sed in eum qui misit me. Et qui videt me, vi-
det eum qui misit me. Ego lux in mundum veni: vt omnis
qui credit in me, in tenebris non maneat. Et si quis audierit
verba mea & non custodierit, ego non iudico eum: non enim
veni vt iudicem mundum, sed vt saluificem mundũ. Qui sper-
nit me, & non accipit verba mea: habet qui iudicet eum. Ser-
mo quem locutus sum, ille iudicabit eum in nouissimo die.
Quia ego ex meipso nõ sum locutus: sed qui misit me pater,
ipse mihi mandatum dedit quid dicam & quid loquar. Et scio
quia mandatum eius vita æterna est. Quæ ergo ego loquor;
sicut dixit mihi pater, sic loquor.

S. CHRISTVS parata cœna discipulorum pedes in exemplum lauat, buccellã Iudam designat, & discipulorum fugam prædicit.

CAPVT XIII.

A ANte diem festum paschæ, sciens Iesus quia venit
Matt. 26 a hora eius vt transeat ex hoc mundo ad patrem:
Luc. 22 a cum dilexisset suos qui erant in mundo, in finem
Mar. 14 a dilexit eos. Et cœna facta, cum diabolus iam mi-
sisset in cor vt traderet eum Iudas Simónis Iscariotes: sciens
quia omnia dedit ei pater in manus, & quia à Deo exiuit & ad
Deum vadit, surgit à cœna, & ponit vestimenta sua: & cum
accepisset linteum, præcinxit se. Deinde misit aquam in pel-
uim, & cœpit lauare pedes discipulorum & extergere linteo
quo erat præcinctus. Venit ergo ad Simônem Petrum. Et di-
cit ei Petrus, Domine, tu mihi lauas pedes? Respondit Iesus,
& dixit ei, Quod ego facio, tu nescis modo: scies autẽ postea.
Dicit ei Petrus, Non lauabis mihi pedes in æternum. Respon
dit ei Iesus, Si non lauero te, non habebis partem mecum. Di-
cit ei Simon Petrus, Domine, non tantum pedes meos, sed &
B manus & caput. Dicit ei Iesus, Qui lotus est, non indiget nisi
vt pedes lauet. sed est mundus totus. Et vos, mundi estis, sed
non omnes. Sciebat enim quisnam esset qui traderet eũ: pro-
pterea dixit, Non estis mundi omnes. Postquàm ergo lauit
pedes eorum, & accepit vestimenta sua: cum recubuisset ite-
rum, dixit eis, Scitis quid fecerim vobis? Vos vocatis me ma-
gister & Domine: & bene dicitis, sum etenim. Si ergo ego la-
ui pedes vestros, Dominus & magister: & vos debetis alter
alterius lauare pedes. Exemplum enim dedi vobis, vt quem-
admodum ego feci vobis, ita & vos faciatis. Amen amen dico
Infra 15 c vobis, non est seruus maior domino suo, neq; apostolus ma-
Matt. 10 c ior eo qui misit illum. Si hæc scitis: beati eritis si feceritis ea.
Non de omnibus vobis dico: ego scio quos elegerim. Sed vt
Lucæ 6 f adimpleatur scriptura, Qui manducat mecum panem leua-
Psal. 40 c bit cõtra me calcaneum suum. Amodo dico vobis, prius quàm
C fiat: vt cum factum fuerit, credatis quia ego sum. Amen amen
dico vobis, qui accipit si quem misero, me accipit: qui autem
me accipit, accipit eum qui me misit. Cum hæc dixisset Iesus, Matt. 10 b
turbatus est spiritu: & protestatus est, & dixit, Amen amen Luc. 10 c
dico vobis: quia vnus ex vobis tradet me. Aspiciebant ergo Matt. 26 b
adinuicem discipuli, hæsitantes de quo diceret. Erat ergo re- Mar. 14 b
cumbens vnus ex discipulis eius in sinu Iesu quem diligebat Luc. 22 b
Iesus. Innuit ergo huic Simon Petrus: & dixit ei, Quis est de
quo dicit? Itaq; cum recubuisset ille supra pectus Iesu, dixit
ei, Domine, quis est? Respondit Iesus, Ille est, cui ego intin-
ctum panem porrexero. Et cum intinxisset panem, dedit Iu-
dæ Simónis Iscariotæ. Et post buccellam, introiuit in eum
satanas. Et dicit ei Iesus, Quod facis, fac citius. Hoc autem ne-
mo sciuit discumbentium, ad quid dixerit ei. Quidam enim
putabant, quia loculos habebat Iudas, quòd dixisset ei Iesus,
Eme ea quæ opus sunt nobis ad diem festum: aut egenis vt
aliquid daret. Cum ergo accepisset ille buccellam, exiuit con-
D tinuò. Erat autem nox. Cum ergo exisset, dixit Iesus, Nunc
clarificatus est filius hominis: & Deus clarificatus est in eo. Si
Deus clarificatus est in eo, & Deus clarificabit eum in semet-
ipso: & continuò clarificabit eum. Filioli, adhuc modicum
vobiscum sum. Quæretis me: & sicut dixi Iudæis, Quo ego
vado, vos non potestis venire: & vobis dico modo. Manda-
tum nouum do vobis, Vt diligatis inuicem: sicut dilexi vos, Supra 7 c
vt & vos diligatis inuicem. In hoc cognoscent omnes quia di- 1. Ioan. 2 b
scipuli mei estis, si dilectionem habueritis adinuicem. Dicit Infra 15 b
ei Simon Petrus, Domine, quò vadis? Respondit Iesus, Quò
ego vado, non potes me modo sequi, sequêris autem postea.
Dicit ei Petrus, Quare non possum te sequi modo? animam
meam pro te ponam. Respondit ei Iesus, Animam tuam
pro me pones? Amen amen dico tibi, non cantabit gallus,
donec ter me neges.

S. CHRISTVS à discipulis timorem excutiẽs ex via veritate & vita, & eadem cum patre essentia præcepta sua seruari præcipit.

CAPVT XIIII.

Matt. 16 a
Mar. 14 c
Luc. 21 c
A ET ait discipulis suis, Non turbetur cor vestrum.
Creditis in Deum, & in me credite. In domo pa-
tris mei mansiones multæ sunt. Si quò minus: di-
xissem vobis, Quia vado parare vobis locum. Et
si abiero & præparauero vobis locum: iterum venio & acci-
piam vos ad meipsum, vt vbi sum ego & vos sitis. Et quò ego
vado scitis, & viam scitis. Dicit ei Thomas, Domine, nesci-
mus quò vadis: & quomodo possumus viam scire? Dicit ei Ie-
sus, Ego sum via & veritas, & vita. nemo venit ad patrem nisi
per me. Si cognouissetis me, & patrem meum vtique cogno-
uissetis: & à modo cognoscitis eum, & vidistis eum. Dicit ei
Philippus, Domine, ostende nobis patrem, & sufficit nobis.
B Dicit ei Iesus, Tanto tempore vobiscum sum, & non cogno-
uistis me? Philippe, qui videt me, videt & patrem. Quomodo
tu dicis, Ostende nobis patrem? Non credis quia ego in pa-
tre, & pater in me est? Verba quæ ego loquor vobis, à me
ipso non loquor: pater autem in me manens, ipse facit opera.
Non creditis quia ego in patre, & pater in me est? Alioquin,
propter opera ipsa credite. Amen amen dico vobis, qui credit
in me, opera quæ ego facio & ipse faciet, & maiora horum fa-
ciet, quia ego ad patrem vado. Et quodcunque petieritis pa- Infra 15 e f
trem in nomine meo, hoc faciam: vt glorificetur pater in filio. Marc. 11 c
Si quid petieritis me in nomine meo, hoc faciam. Si diligitis Matt. 7 d
me: mandata mea seruate. Et ego rogabo patrem, & alium pa-
C racletum dabit vobis vt̃ maneat vobiscum in æternum, spiri-
tum veritatis, quem mundus non potest accipere, quia non
videt eum, nec scit eum, vos autem cognoscetis eũ: quia apud
vos manebit, & in vobis erit. Non relinquam vos orphanos:
veniam ad vos. Adhuc modicum: & mundus me iam non vi-
det. Vos autem videtis me: quia ego viuo & vos viuetis. In
illo die vos cognoscetis quia ego sum in patre meo, & vos in
me, & ego in vobis. Qui habet mandata mea, & seruat ea: illé
est qui

est qui diligit me.qui autem diligit me,diligetur à patre meo:
& ego diligam eum,& manifestabo ei meipsum. Dicit ei Iu-
das,non ille Iscariotes, Domine, quid factum est quia mani-
festaturus es nobis teipsum,& non mundo? Respondit Iesus,
& dixit ei,Si quis diligit me,sermonem meum seruabit, & pa
ter meus diliget eum,& ad eum veniemus, & mansionē apud
D eum faciemus,Qui non diligit me:sermones meos nō seruat.
Et sermonem quem audistis,non est meus: sed eius qui misit
me,patris. Hæc locutus sum vobis,apud vos manens. Paracle
tus autem spiritus sanctus quē mittet pater in nomine meo,
ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quæcunque
dixero vobis. Pacem relinquo vobis: pacem meam do vobis,
non quomodo mundus dat,ego do vobis. Non turbetur cor
vestrum,neque formidet. Audistis quia ego dixi vobis, Vado
& venio ad vos. Si diligeretis me,gauderetis vtique quia vado
ad patrem:quia pater maior me est. Et nunc dixi vobis prius
quàm fiat:vt cū factum fuerit,credatis. Iam non multa loquar
vobiscū:venit enim princeps mūdi huius,& in me non habet
quicquā. Sed vt cognoscat mūdus quia diligo patrem:& sicut
mandatum dedit mihi pater,sic facio. Surgite,eamus hinc.

S. sub fructus uitis similitudine CHRISTVS *discipulis sua præcepta commendat,ac ipsos ab odio mundi confirmat.*

CAPVT XV.

A EGo sum vitis vera,& pater meus agricola est. O-
mnem palmitem in me non ferentem fructum,
tollet eum:& omnem qui fert fructum, purgabit
eum,vt fructus plus afferat. Iam vos mundi estis
propter sermonem quem locutus sum vobis. Manete in me:
& ego in vobis. Sicut palmes non potest ferre fructum à se-
metipso,nisi manserit in vite:sic nec vos nisi in me manseritis.
Ego sum vitis:vos,palmites. qui manet in me,& ego in eo:
hic fert fructum multū,quia sine me nihil potestis facere. Si
Matt.12 c quis in me nō manserit:mittetur foras sicut palmes.& arescet,
Ioan.3 d & colligent eum,& in ignem mittent & ardet. Si manseritis
B in me,& verba mea in vobis manserint:quodcunq; volueritis
petetis,& fiet vobis. In hoc clarificatus est pater meus: vt fru-
ctum plurimum afferatis, & efficiamini mei discipuli. Sicut
dilexit me pater,& ego dilexi vos. Manete in dilectione mea.
Si præcepta mea seruaueritis,manebitis in dilectione mea: si-
cut & ego præcepta patris mei seruaui,& maneo in eius dile-
supra 13 d ctione. Hæc locutus sum vobis:vt gaudiū meum in vobis sit,
Ephe.5 a & gaudiū vestrum impleatur. Hoc est præceptum meum vt
1 Thes.4 b c diligatis inuicem,sicut dilexi vos. Maiorem hac dilectionem
1 Ioan.5 c nemo habet:quàm vt animā suam ponat quis pro amicis suis.
& 4 d Vos amici mei estis,si feceritis quæ ego præcipio vobis. Iam
C non dicam vos seruos:quia seruus nescit quid faciat dominus
eius. Vos autem dixi amicos:quia omnia quæcunq; audiui à
patre meo,nota feci vobis. Non vos me elegistis, sed ego ele-
gi vos:& posui vos vt eatis & fructum afferatis,& fructus ve-
1 Ioan.3 b d ster maneat,vt quodcunq; petieritis patrem in nomine meo,
& 4 d det vobis. Hæc mando vobis,vt diligatis inuicem. Si mundus
vos odit:scitote quia me priorē vobis odio habuit. Si de mun-
do fuissetis:mundus quod suum erat, diligeret. Quia verò de
mundo non estis,sed ego elegi vos de mundo:propterea odit
supra 13 b vos mūdus. Mementote sermonis mei,quem ego dixi vobis,
Matt.10 c Non est seruus maior domino suo. Si me persecuti sunt: &
Matt.24 a vos persequentur, si sermonē meū seruauerunt: & vestrū ser-
D uabunt. Sed hæc omnia facient vobis propter nomen meū: quia
nescium eum qui misit me. Si nō venissem & locutus fuissem
eis: peccatū non haberent. nunc autem excusationem non ha-
bent de peccato suo. Qui me odit:& patrem meū odit. Si ope
ra non fecissem in eis quæ nemo alius fecit: peccatū non ha-
Psal.24 c berent. Nunc autem & viderunt,& oderunt & me & patrem
Isa.24 g meū. Sed vt adimpleatur sermo qui in lege eorū scriptus est,
Quia odio habuerūt me gratis. Cū autem venerit paracletus
(quem ego mittam vobis à patre) spiritus veritatis qui à patre
procedit:ille testimonium perhibebit de me. Et vos testimo-
nium perhibebitis:quia ab initio mecum estis.

S. CONSOLATVR suos CHRISTVS *iam abiturus, pro quibus patrem orat,& à mundo multa passuros annuntiat.*

CAPVT XVI.

A HAec locutus sum vobis, vt non scandalizemini. Matt.24 a
Absq; synagógis facient vos. sed venit hora, vt
omnis qui interficit vos,arbitretur obsequium se
præstare Deo. & hæc facient vobis:quia nō noue
runt patrē,neq; me. Sed hæc locutus sum vobis. vt cū venerit
hora,eorū reminiscamini,quia ego dixi vobis. Hæc autē vo-
bis ab initio non dixi:quia vobiscum eram. Et nunc vado ad
eum qui misit me:& nemo ex vobis interrogat me, Quò va-
B dis? Sed quia hæc locutus sum vobis,tristitia impleuit cor ve-
strum. Sed ego veritatem dico vobis,expedit vobis vt ego va-
dam. Si enim non abiero,paracletus nō veniet ad vos:si autem
abiero,mittam eum ad vos. Et cum venerit, ille arguet mun-
dum de peccato,& de iustitia,& de iudicio. De peccato qui-
dem,quia non crediderunt in me:de iustitia verò, quia ad pa-
trem vado,& iam non videbitis me:de iudicio autē, quia prin-
C ceps huius mundi iam iudicatus est. Adhuc multa habeo vo-
bis dicere:sed non potestis portare modo. Cùm autem vene-
rit ille spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem. non
enim loquetur à semetipso:sed quæcunq; audiet loquetur,&
quæ ventura sunt,annuntiabit vobis. Ille me clarificabit: quia
de meo accipiet,& annuntiabit vobis. Omnia quæcunq; ha-
bet pater,mea sunt. Propterea dixi,Quia de meo accipiet, &
annuntiabit vobis. Modicum & iam nō videbitis me,& iterū
D modicum & videbitis me:quia vado ad patrem. Dixerunt er-
go ex discipulis eius adinuicem, Quid est hoc quod dicit no-
bis,Modicum & non videbitis me,& iterum modicū & vide-
bitis me,& quia vado ad patrem? Dicebāt ergo, Quid est hoc
quòd dicit, Modicū? nescimus quid loquitur. Cognouit au-
tem Iesus quia volebant eum interrogare:& dixit eis,De hoc
quæritis inter vos:quia dixi,Modicum & non videbitis me,&
iterum modicū & videbitis me. Amen amen dico vobis: quia
plorabitis & flebitis vos,mundus autem gaudebit: vos autem
contristabimini,sed tristitia vestra vertetur in gaudiū. Mulier
E cum parit,tristitiam habet,quia venit hora eius. cū autem pe-
pererit puerum,iam non meminit præssuræ propter gaudiū,
quia natus est homo in mundū. Et vos igitur,nunc quidē tri-
stitiam habetis. iterū autē videbo vos,& gaudebit cor vestrū:
& gaudium vestrū nemo tollet à vobis. Et in illo die,me non
rogabitis quicquā. Amen amen dico vobis, si quid petieritis Supra 14 b
patrem in nomine meo,dabit vobis. Vsq; modo non petistis Mat.7 a
quicquā in nomine meo. Petite & accipietis:vt gaudiū vestrū 21 c
F sit plenū. Hæc in prouerbijs locutus sum vobis. Venit hora Mar.11 c
cū iam nō in prouerbijs loquar vobis, sed palàm de patre an- Luc.11 b
nuntiabo vobis. In illo die in nomine meo petetis: & nō dico Iaco.1 a
vobis quia ego rogabo patrē de vobis. Ipse enim pater amat
vos,quia vos me amastis,& credidistis quia à Deo exiui. Exi-
ui à patre & veni in mundū: iterum relinquo mundū,& vado
G ad patrem. Dicūt ei discipuli eius, Ecce nunc palàm loqueris,
& prouerbiū nullum dicis. nunc scimus quia scis omnia,& nō
opus est tibi vt quis te interroget. in hoc credimus quia à Deo
existi. Respondit eis Iesus,Modo creditis? Ecce venit hora,&
iam vênit,vt dispergamini vnusquisq; in propria, & me solū
relinquatis. & tamē nō sum solus: quia pater mecum est. Hæc Matt.26 c
locutus sum vobis,vt in me pacem habeatis. In mundo pressu- Marc.14 c
ram habebitis: sed confidite,ego vici mundum.

S. ORATIO Christi ad patrem pro sui nominis clarificatione, operum suorum exaltatione,discipulorū & per eos credentium confirmatione,sanctificatione & consummatione.

CAPVT XVII.

A Haec locutus est Iesus: & subleuatis oculis in cœlum, dixit, Pater venit hora, clarifica filiũ tuum, vt filius tuus clarificet te. Sicut dedisti ei potestatem omnis carnis, vt omne quod dedisti ei, det eis vitam æternam. Hæc est autem vita æterna, Vt cognoscant te, solum Deum verũ, & quem misisti Iesum Christum. Ego te clarificaui super terram: opus consummaui, quod dedisti mihi vt faciã, & nunc clarifica me tu pater apud temetipsum, claritate quam habui prius quàm mundus fieret, apud te. Manifestaui nomen tuum hominibus quos dedisti mihi de mundo. tui erant: & mihi eos dedisti, & sermonem tuum seruauerunt. Nunc cognouerunt quia omnia quæ dedisti mihi, abs te sunt. quia verba quæ dedisti mihi, dedi eis: & ipsi acceperũt & cognouerunt verè quia à te exiui, & crediderunt quia tu me misisti. Ego pro eis rogo. Non pro mundo rogo, sed pro his quos dedisti mihi, quia tui sunt. Et mea omnia, tua sunt: & tua, mea sunt, & clarificatus sum in eis. Et iam nõ sum in mundo: & hi in mundo sunt, & ego ad te venio. Pater sancte, serua eos in nomine tuo quos dedisti mihi: vt sint vnũ sicut & nos. Cum essem cum eis, ego seruabam eos in nomine tuo. Quos dedisti mihi, ego custodiui & nemo ex eis perijt, nisi filius perditionis, vt scriptura impleatur. Nunc autem ad te venio: & hæc loquor in mundo, vt habeant gaudium meum impletum in semetipsis. Ego dedi eis sermonem tuum: & mundus eos odio habuit, quia non sunt de mundo, sicut & ego non sum de mundo. Non rogo vt tollas eos de mundo: sed vt serues eos à malo. De mundo non sunt: sicut & ego non sum de mundo. Sanctifica eos in veritate. Sermo tuus, veritas est. Sicut tu me misisti in mundum: ita & ego misi eos in mundum. Et pro eis ego sanctifico meipsum: vt sint & ipsi sanctificati in veritate. Non pro eis autem rogo tantum, sed & pro eis qui credituri sunt per verbum eorum in me: vt omnes vnum sint, sicut tu pater in me, & ego in te, vt & ipsi in nobis vnum sint: vt credat mundus, quia tu me misisti. Et ego claritatem quam tu dedisti mihi, dedi eis: vt sint vnum sicut & nos vnũ sumus. Ego in eis, & tu in me: vt sint cõsummati in vnum, & cognoscat mundus: quia tu me misisti, & dilexisti eos sicut & me dilexisti. Pater, quos dedisti mihi, volo vt vbi sum ego & illi sint mecũ: vt videant claritatem meã quam dedisti mihi, quia dilexisti me ante constitutionem mundi. Pater iuste, mundus te non cognouit, ego autẽ te cognoui: & hi cognouerũt quia tu me misisti. Et notũ feci eis nomen tuum, & notum faciam: vt dilectio qua dilexisti me in ipsis sit, & ego in ipsis.

Pſal. 108

B C D

S. EGRESSVS Iesus in hortum à Iuda Iudæis traditur, ad Annam ductus interrogatur, & cæditur, & à Petro negatur.

CAPVT XVIII.

A Haec cum dixisset Iesus, egressus est cum discipulis suis trans torrentem Cedron, vbi erat hortus, in quem introiuit ipse & discipuli eius. Sciebat autem & Iudas qui tradebat eum, locum: quia frequenter Iesus conuenerat illuc cum discipulis suis. Iudas ergo cum accepisset cohortem, & à pontificibus & pharisæis ministros: venit illuc cum laternis & facibus & armis. Iesus itaq; sciens omnia quæ ventura erant super eum, processit & dixit eis, Quem quæritis? Responderũt ei, Iesum Nazarenum. Dicit eis Iesus, Ego sum. Stabat autem & Iudas qui tradebat eum, cum ipsis. Vt ergo dixit eis, Ego sum: abierunt retrorsum, & ciderunt in terram. Iterum ergo interrogauit eos, Quem quæritis? Illi autem dixerunt, Iesum Nazarenum. Respondit Iesus, Dixi vobis quia ego sum. Si ergo me quæritis, sinite hos abire. Vt impleretur sermo quem dixit, Quia quos dedisti mihi non perdidi ex eis quenquam. Simon ergo Petrus habens gladium, eduxit eum: & percussit pontificis seruum, & abscidit auriculam eius dexteram. erat autem nomen seruo, Malchus. Dixit ergo Iesus Petro, Mitte gladiũ tuum in vaginam. Calicem quem dedit mihi pater, non bibã illum?

Matt. 26 c
Mar. 14 c
Luc. 22 d
Matt. 26 c
Marc. 14 c
Luc. 22 c
B
Supra 17 c

Cohors autem & tribunus & ministri Iudæorum comprehenderunt Iesum, & ligauerunt eum: & adduxerunt eum ad Annam primum. erat enim socer Caiphæ, qui erat pontifex anni illius. Erat autem Caiphas qui cõsilium dederat Iudæis, Quia expedit vnum hominem mori pro populo. Sequebatur autem Iesum Simon Petrus, & alius discipulus. Discipulus autem ille erat notus pontifici, & introiuit cum Iesu in atrium pontificis: Petrus autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo discipulus alius qui erat notus põtifici, & dixit ostiariæ: & introduxit Petrum. Dicit ergo Petro ancilla ostiaria, Nunquid & tu ex discipulis es hominis istius? Dicit ille, Non sum. Stabant autem serui & ministri ad prunas, quia frigus erat, & calefaciebant se. erat autem cum eis & Petrus, stans, & calefaciens se. Pontifex ergo interrogauit Iesum de discipulis suis & de doctrina eius. Respondit ei Iesus, Ego palàm locutus sum mundo, ego semper docui in synagóga & in templo quo omnes Iudæi conueniunt: & in occulto locutus sum nihil. Quid me interrogas? interroga eos qui audierunt quid locutus sum ipsis. ecce, hi sciunt quæ dixerim ego. Hæc autem cum dixisset vnus assistens ministrorum, dedit alapam Iesu, dicens, Sic respondes pontifici? Respondit ei Iesus, Si male locutus sum, testimoniũ perhibe de malo: si autem bene, quid me cædis? Et misit eum Annas ligatum ad Caipham pontificem. Erat autem Simon Petrus stans & calefaciens se. Dixerunt ergo ei, Nunquid & tu ex discipulis eius es? Negauit ille & dixit, Non sum. Dicit ei vnus ex seruis pontificis, cognatus eius cuius abscidit Petrus auriculam, Nónne ego te vidi in horto cum illo? Iterum ergo negauit Petrus, & statim gallus cantauit. Adducunt ergo Iesum à Caipha in prætorium. Erat autem mane: & ipsi non introierũt in prætorium, vt non contaminarentur, sed vt manducarent Pascha. Exiuit ergo Pilatus ad eos foras, & dixit, Quam accusationem affertis aduersus hominem hunc? Responderunt & dixerunt ei, Si non esset hic malefactor non tibi tradidissemus eum. Dixit ergo eis Pilatus, Accipite eum vos, & secundum legem vestram iudicate eum. Dixerunt ergo ei Iudæi, Nobis non licet interficere quẽquam. Vt sermo Iesu impleretur quem dixit, significans qua morte esset moriturus. Introiuit ergo iterum in prætorium Pilatus: & vocauit Iesum, & dixit ei, Tu es rex Iudæorum? Respondit Iesus, A temetipso hoc dicis, an alij tibi dixerunt de me? Respondit Pilatus, Nunquid ego Iudæus sum? Gens tua & pontifices, tradiderunt te mihi. Quid feciſti? Respondit Iesus, Regnum meum nõ est de hoc mundo. Si ex hoc mundo esset regnum meum, ministri mei vtiq; decertarent vt non traderer Iudæis. nunc autem regnũ meum non est hinc. Dixit itaq; ei Pilatus, Ergo rex es tu? Respondit Iesus, Tu dicis: quia rex sum ego. Ego in hoc natus sum, & ad hoc veni in mundum: vt testimonium perhibeam veritati. Omnis qui est ex veritate, audit vocem meam. Dicit ei Pilatus, Quid est veritas? Et cum hoc dixisset, iterum exiuit ad Iudæos, & dicit eis, Ego nullam inuenio in eo causam. Est autem consuetudo vobis vt vnum dimittam vobis in pascha. vultis ergo dimittam vobis regem Iudæorum? Clamauerunt rursum omnes dicentes, Non hunc, sed Barabban. Erat autem Barabbas, latro.

Supra 11 f
Matt. 26 g
Mar. 14 g
Luc. 22 f
D
Matt. 26 f
Marc. 14 f
Luc. 22 f
E
Matt. 26 g
Mar. 14 g
Luc. 22 f g
Matt. 27 a
Marc. 15 a
Luc. 22 g
F
Matt. 20 c
Matt. 27 b
Mar. 14 a
Luc. 23 a
G
Matt. 27 c
Marc. 15 b
Luc. 23 b

S. CHRISTVS flagellatus coronatur, morti addictus inter duos crucifigitur, duuisis uestimentis matrem Ioanni commendat, potatus spiritum emittit, & aperto latere depositus sepelitur.

CAPVT XIX.

A Vnc ergo apprehendit Pilatus Iesum, & flagellauit. Et milites plectentes coronam de spinis, imposuerunt capiti eius: & veste purpurea circundederunt eum. Et veniebant ad eum, & dicebant, Aue rex Iudæorum, & dabant ei alapas. Exiuit iterum Pilatus

Matt. 27 c
Marc. 15 b

Pilatus & dicit eis, Ecce adduco vobis eum foras, vt cognoſcatis quia in eo nullam inuenio cauſam. Exiuit ergo Ieſus foras portans coronam ſpineam, & purpureum veſtimẽtum. Et dicit eis, Ecce homo. Cum ergo vidiſſent eum pontifices
B & miniſtri, clamabant dicentes, Crucifige, crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Accipite eum vos: & crucifigite. ego enim nõ inuenio in eo cauſam. Reſponderũt ei Iudæi, Nos legem habemus: & ſecundum legem debet mori, quia filium Dei ſe fecit. Cum ergo audiſſet Pilatus hunc ſermonem, magis timuit. Et ingreſſus eſt prætorium iterum: & dicit ad Ieſum, Vnde es tu? Ieſus autem reſponſum non dedit ei. Dicit ergo ei Pilatus, Mihi non loqueris? neſcis quia poteſtatem habeo crucifigere te, & poteſtatem habeo dimittere te? Reſpondit Ieſus, Non haberes poteſtatem aduerſum me vllam, niſi tibi datum eſſet déſuper. Propterea qui me tradidit tibi, maius peccatum habet. Et exinde quærebat Pilatus dimittere eum. Iudæi autem clamabant, dicentes, Si hunc dimittis, non es amicus Cæ-
C ſaris. omnis enim qui ſe regem facit: contradicit Cæſari. Pilatus cum audiſſet hos ſermones, adduxit foras Ieſum: & ſedit pro tribunali, in loco qui dicitur Lithoſtrotos, Hebraice autem Gabatha. Erat autem paraſceue paſchæ, hora quaſi ſexta: & dicit Iudæis, Ecce rex veſter. Illi autem clamabant, Tolle tolle: crucifige eum. Dicit eis Pilatus, Regem veſtrum crucifigam? Reſponderunt pontifices, Non habemus regem, niſi Cæſarem. Tunc ergo tradidit eis illũ, vt crucifigeretur. Su-
D ſceperunt autem Ieſum: & eduxerunt eum. Et bajulans ſibi
Matt. 27 d crucem, exiuit in eum qui dicitur Caluariæ locum, Hebraicè
Marc. 15 b autem Golgotha: vbi crucifixerũt eum, & cum eo alios duos
Luc. 23 c hinc & hinc, mediũ autem Ieſum. Scripſit autem & titulum Pilatus: & poſuit ſuper crucem. Erat autem ſcriptum, Ieſus Nazarenus rex Iudæorum. Hunc ergo titulũ multi Iudæorum legerunt: quia prope ciuitatem erat locus vbi crucifixus eſt Ieſus. Et erat ſcriptum Hebraicè, Græcè, & Latinè. Dicebant ergo Pilato põtifices Iudæorum, Noli ſcribere, rex Iudæorum: ſed quia ipſe dixit, Rex ſum Iudæorum. Reſpondit
Matt. 27 d Pilatus, Quod ſcripſi ſcripſi. Milites ergo cũ crucifixiſſent
Marc. 15 b eum, acceperunt veſtimenta eius (& fecerunt quatuor partes:
Luc. 23 c vnicuique militi partem) & tunicã. Erat autem tunica, incon-
E ſutilis, déſuper contexta per totum. Dixerunt ergo adinuicem, Non ſcindamus eam: ſed ſortiamur de illa cuius ſit. Vt
Pſal. 21 c ſcriptura impleretur, dicens, Partiti ſunt veſtimenta mea ſibi: & in veſtem meam miſerunt ſortem. Et milites quidem hæc fecerunt. Stabant autem iuxta crucem Ieſu mater eius, & ſoror matris eius, Maria Cleophæ, & Maria Magdalene. Cum vidiſſet ergo Ieſus matrem & diſcipulum ſtantem quem diligebat, dicit matri ſuæ, Mulier, ecce filius tuus. Deinde dicit
Vel alibi ſuã. diſcipulo. Ecce mater tua. Et ex illa hora accepit eam diſcipu-
F lus in *ſua. Poſtea ſciens Ieſus: quia omnia conſummata
Pſal. 68 c ſunt, vt conſummaretur ſcriptura, dicit, Sitio. Vas autem erat poſitum aceto plenum. Illi autem ſpongiam plenam aceto, & hyſſopo circumponentes, obtulerunt ori eius. Cum ergo accepiſſet Ieſus acetum, dixit, Conſummatum eſt. Et inclinato capite, tradidit ſpiritum. Iudæi ergo (quoniam paraſceue erat) vt nõ remanerent in cruce corpora ſabbatho (erat enim magnus dies ille ſabbathi) rogauerunt Pilatum, vt frangerentur eorum crura & tollerentur. Venerunt ergo milites & primi quidem fregerunt crura, & alterius qui crucifixus eſt cum eo. Ad Ieſum autem cũ veniſſent, vt viderunt eum iam mortuum, non fregerunt eius crura: ſed vnus militum lancea latus eius aperuit, & continuò exiuit ſanguis & aqua. Et qui vidit,
G teſtimonium perhibuit: & verum eſt teſtimonium eius. Et
Zach. 12 g ille ſcit quia vera dicit: vt & vos credatis. Facta ſunt enim hæc,
Exod. 9 b vt ſcriptura impleretur, Os non comminuetis ex eo. Et ite-
Zach. 12 c rum alia ſcriptura dicit, Videbunt in quem transfixerunt.
Matt. 27 g Poſt hæc autem rogauit Pilatum Ioſeph ab Arimathæa,
Mar. 15 d (eo quòd eſſet diſcipulus Ieſu, occultus autem propter me-
Luc. 23 g tum Iudæorum) vt tolleret corpus Ieſu. Et permiſit Pilatus.

Vênit ergo & tulit corpus Ieſu. Venit autem & Nicodemus qui venerat ad Ieſum nocte primum, ferens mixturam myr- *Supra 3 a*
rhæ & aloes quaſi libras centum. Acceperunt autem corpus Ieſu, & ligauerunt illud linteis cum aromatibus, ſicut mos eſt Iudæis ſepelire. Erat autem in loco vbi crucifixus eſt, hortus: & in horto monumentum nouum, in quo nondũ quiſquam poſitus erat. Ibi ergo propter paraſceuen Iudæorum, quia iuxta erat monumentum, poſuerunt Ieſum.

S. MARIA *ſublato lapide diſcipulis nuntiat corpus fuiſſe ſublatũ, cui Petrus & Ioannes uiſo monumento credunt: unde Maria plorans, ab angelo &* CHRISTO *confortatur: inde Chriſtus diſcipulis abſente Thoma, & poſt octo dies præſente apparet.*

CAPVT XX.

A VNa autem ſabbathi Maria Magdalene venit mane cùm adhuc tenebræ eſſent, ad monumentum: *Mar. 16 a* *Luc. 24 a*
& vidit lapidem ſublatum à monumẽto. Cucurrit ergo & venit ad Simõnem Petrum, & ad aliũ diſcipulum quem amabat Ieſus: & dicit illis, Tulerunt Dominum de monumento, & neſcimus vbi poſuerunt eum. Exijt ergo Petrus & ille alius diſcipulus, & venerunt ad monumentum. Currebant autem duo ſimul: & ille alius diſcipulus præ-
B cucurrit citius Petro, & venit primus ad monumentum. Et cum ſe inclinaſſet, vidit poſita linteamina: non tamen introiuit. Venit ergo Simon Petrus ſequens eũ, & introiuit in monumentum, & vidit linteamina poſita, & ſudarium quod fuerat ſuper caput eius, non cum linteaminibus poſitum, ſed ſeparatim inuolutum in vnum locum. Tunc ergo introiuit & ille diſcipulus qui venerat primus ad monumentum: & vidit & credidit. Nondũ enim ſciebant ſcripturam, quia oporteret
C eum à mortuis reſurgere. Abierunt ergo iterum diſcipuli ad ſemetipſos. Maria autem ſtabat ad monumentum, foris plo- *Matt. 28 a*
rans. Dum ergo fleret, inclinauit ſe & proſpexit in monu- *Mar. 16 b*
mentum: & vidit duos angelos in albis ſedentes, vnum ad caput & vnum ad pedes, vbi poſitum fuerat corpus Ieſu. Dicũt ei illi, Mulier, quid ploras? Dicit eis, Quia tulerunt Dominũ meum: & neſcio vbi poſuerunt eum. Hæc cùm dixiſſet, conuerſa eſt retrorſum, & vidit Ieſum ſtantem: & nõ ſciebat quia
D Ieſus eſt. Dicit ei Ieſus, Mulier, quid ploras? Quem quæris? Illa exiſtimans quia hortulanus eſſet, dicit ei, Domine, ſi tu ſuſtuliſti eum, dicito mihi vbi poſuiſti eum: & ego eum tollam. Dicit ei Ieſus, Maria. Cõuerſa illa dicit ei, Rabboni, quod dicitur magiſter. Dicit ei Ieſus, Noli me tangere: nondũ enim aſcendi ad patrem meum. Vade autem ad fratres meos, & dic
E eis, Aſcendo ad patrem meum, & patrem veſtrum, Deum meum, & Deum veſtrum. Venit Maria Magdalene annun- *Mar. 16 c*
tians diſcipulis, Quia vidi Dominũ, & hæc dixit mihi. Cum *Luc. 24 f*
ergo ſero eſſet die illo, vna ſabbathorum, & fores eſſent clauſæ vbi erant diſcipuli congregati propter metum Iudæorũ: *1. Cor. 15 a*
venit Ieſus, & ſtetit in medio, & dicit eis, Pax vobis. Et cum hæc dixiſſet, oſtendit eis manus & latus. Gauiſi ſunt ergo diſcipuli, viſo Domino. Dixit eis iterum, Pax vobis. Sicut miſit
F me pater, & ego mitto vos. Hæc cum dixiſſet, inſufflauit: & *Matt. 18 e*
dicit eis, Accipite ſpiritum ſanctum, quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis: & quorũ retinueritis, retenta ſunt. Thomas autem vnus ex duodecim qui dicitur Didymus, non erat cum eis quando venit Ieſus. Dixerunt ergo ei alij diſcipuli, Vidimus Dominum. Ille autem dixit eis. Niſi videro in manibus eius fixuram clauorum, & mittam digitum meum in locum clauorum, & mittam manum meam in latus eius: non credam. Et poſt dies octo, iterum erant diſcipuli eius intus:
G & Thomas cum eis. Venit Ieſus ianuis clauſis, & ſtetit in medio, & dixit eis, Pax vobis. Deinde dicit Thomæ, Infer digitum tuum huc, & vide manus meas, & affer manum tuam, & mitte in latus meũ: & noli eſſe incredulus, ſed fidelis. Reſpondit Thomas, & dixit ei, Dominus meus, & Deus meus. Dicit

ei Iesus, Quia vidisti me Thoma, credidisti: beati qui non viderunt & crediderunt. Multa quidem & alia signa fecit Iesus in conspectu discipulorum suorum, quæ non sunt scripta in libro hoc. Hæc autem scripta sunt, vt credatis: quia Iesus est Christus filius Dei: & vt credentes vitam habeatis in nomine eius.

S. MANIFESTATVS *rursum ad mare Tyberiadis, discipulos piscantes reperit. Petro oues commendat, & Ioannis super cæteros excellentiam designat.*

CAPVT XXI.

A POstea manifestauit se iterum Iesus ad mare Tyberiadis. Manifestauit autem sic. Erant simul Simon Petrus & Thomas qui dicitur Didymus, & Nathanael qui erat à Cana Galilææ, & filij Zebedæi, & alij ex discipulis eius, duo. Dicit ei Simon Petrus, Vado piscari. Dicunt ei, Venimus & nos tecum. Et exierunt & ascenderũt in nauim: & illa nocte nihil prendiderunt. Ma-
B ne autem facto, stetit Iesus in littore: non tamen cognouerũt discipuli: quia Iesus est. Dicit ergo Iesus, Pueri, nunquid pulmentarium habetis? Responderunt ei, Non. Dixit eis, Mittite in dexteram nauigij, rete: & inuenietis. Miserunt ergo: & iam non valebant illud trahere præ multitudine piscium. Di-
C cit ergo discipulus ille quem diligebat Iesus, Petro, Dominus est. Simon Petrus cũ audisset quia Dominus est: tunica succinxit se (erat enim nudus) & misit se in mare. Alij autem discipuli nauigio venerunt (non enim longè erant à terra, sed quasi cubitis ducentis) trahentes rete piscium. Vt ergo descenderunt in terram, viderũt prunas positas, & piscem superpositum & panẽ. Dicit eis Iesus, Afferte de piscibus quos pren-
D didistis nunc. Ascẽdit Simon Petrus, & traxit rete in terram, plenum magnis piscibus, centũ quinquaginta tribus. Et cum tot essent, non est scissum rete. Dicit eis Iesus, Venite, prandete. Et nemo audebat discumbentium interrogare eum, Tu quis es? scientes quia Dominus est. Et venit Iesus & accepit panem & dabat eis, & piscem similiter. Hoc iam tertio manifestatus est Iesus discipulis suis, cum surrexisset à mortuis.

2. Pet. 1 c

Cum ergo prandissent, dicit Simóni Petro Iesus, Simon
E Ioannis, diligis me plus his? Dicit ei, Etiam Domine tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei iterũ, Simon Ioannis, diligis me? ait illi, Etiam Domine: tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce agnos meos. Dicit ei tertiò, Simon Ioannis, amas me? Contristatus est Petrus: quia dixit ei tertiò, amas
F me: & dicit ei, Domine, tu omnia scis: tu scis quia amo te. Dicit ei, Pasce oues meas. Amen amen dico tibi, cũ esses iunior cingebas te, & ambulabas vbi volebas: cum autem senueris, extendes manus tuas, & alius te cinget, & ducet quò tu non vis. Hoc autem dixit, significans qua morte clarificaturus esset Deum. Et cum hoc dixisset, dicit ei, Sequere me. Conuersus Petrus vidit illum discipulum quem diligebat Iesus, sequentem, qui & recubuit in cœna super pectus eius, & dixit, Domine quis est qui tradet te? Hunc ergo cum vidisset Petrus, dicit Iesu, Domine, hic autem quid? Dicit ei Iesus, Si eum vo-
G lo manere donec veniam: quid ad te? tu me sequere. Exiuit ergo sermo iste inter fratres, quia discipulus ille non moritur. Et non dixit ei Iesus, Non moritur. sed, Si eum volo manere donec veniam, quid ad te? Hic est discipulus ille qui testimonium perhibet de his, & scripsit hæc: & scimus quia verũ est testimonium eius. Sunt autem & alia multa quæ fecit Iesus: quæ si scribantur per singula, nec ipsum arbitror mundum capere posse eos qui scribendi sunt libros.

FINIS.

Præfatio beati Hieronymi PRESBYTERI IN LIbrum Actuum Apostolorum.

CANIT *Psalmista: Ambulabunt de uirtutibus in uirtutes. Post apostoli Pauli epistolas dudum uno uobis uolumine translatas Domnion & Rogatiane charissimi, Actus Apostolorum compellitis ut transferam in latinum, quem librum, nulli dubium est à Luca Antiocheno, arte medico, qui postea inseruiens Paulo apostolo,* CHRISTI *factus est discipulus, fuisse æditum. Ceruices premit impositæ sæpius oneris magnitudo, quia studia inuidorum reprehensione digna putant ea quæ scribimus. Illorum nunquam odio & detractione, iuuante* CHRISTO, *meum silebit eloquium. Actus apostolorum nudam quidem uidentur sonare historiam, & nascentis ecclesiæ infantiam texere: sed si nouerimus scriptorem eorum Lucam esse medicum, cuius laus est in Euangelio, animaduertimus pariter omnia uerba illius animæ languentis esse medicinam.*

Liber Actorũ Apostolicorum à Luca EVANGELIsta conscriptus.

S. POST XL. *dies & uarias apparitiones à resurrectione* CHRISTVS *uidentibus discipulis ascendit in cœlum, inde uerò in urbem regressi Matthiam Iudæ suffecerunt.*

CAPVT I.

A 

PRIMVM quidem sermonem feci de omnibus, ò Theophile, quæ cœpit Iesus facere & docere, vsq; in diẽ qua præcipiens apostolis per spiritum sanctũ, quos elegit, assumptus est: quibus & præbuit seipsum viuũ post passionem suam in multis argumẽtis, per dies quadraginta apparens eis, & loquens de regno Dei. Et conuescens, præcepit eis, ab Ierosolymis ne discederent, sed expectarẽt promissionem patris. Quam audistis (inquit) per os meum: *Luc. 24 g*
quia Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autem baptizabi- *Matt. 3 c*
mini spiritu sancto non post multos hos dies. Igitur qui con- *Marc. 1 b*
uenerant, interrogabant eum, dicentes, Domine, si in tempo- *Lucæ 3 c*
B re hoc restitues regnum Israel? Dixit autem eis, Non est ve- *Ioan. 1 d*
strum nosse tempora vel momenta, quæ pater posuit in sua *Infra 2 d n*
ipsius potestate: sed accipietis virtutem superuenientis spiri- *c 19 d*
tus sancti in vos, & eritis mihi testes in Ierusalem, & in omni Iudæa, & Samaria, & vsq; ad vltimum terræ. Et cùm hæc dixisset, videntibus illis, eleuatus est: & nubes suscepit eum ab oculis

oculis eorũ. Cumq; intuerentur in cœlum, euntem illum: ecce
duo viri aſtiterunt iuxta illos in veſtibus albis, qui & dixerũt,
Viri Galilæi, quid ſtatis aſpicientes in cœlum? hic Ieſus, qui
aſſumptus eſt à vobis in cœlum, ſic veniet, quemadmodũ vi-
diſtis eum euntem in cœlum. Tunc reuerſi ſunt Ieroſolymã
à monte qui vocatur Oliueti, qui eſt iuxta Ieruſalem, ſabba-
thi habens iter. Et cum introiſſent, in cœnaculum aſcenderũt
vbi manebat Petrus & Ioannes, & Iacóbus, & Andreas, Phi-
C lippus & Thomas, Bartholomæus & Matthæus, Iacóbus
Alphæi & Simon Zelotes, & Iudas Iacóbi. Hi omnes erant
perſeuerantes vnanimiter in oratione & obſecratione cũ mu-
lieribus & Maria matre Ieſu, & fratribus eius. In diebus his
exurgens Petrus in medio fratrum, dixit (Erat autem turba
* aliàs ho- *nominũ ſimul, ferè centũ viginti) Viri fratres, oportet im-
minum. pleri ſcripturam quam prædixit ſpiritus ſanctus per os Da-
uid de Iuda qui fuit dux eorum qui comprehenderũt Ieſum:
qui connumeratus erat in nobis, & ſortitus erat ſortem mini-
ſterij huius. Et hic quidem poſſedit agrũ de mercede iniqui-
tatis, & ſuſpenſus crepuit medius, & diffuſa ſunt omnia viſce-
ra eius. Et notum factum eſt omnibus habitãtibus Ieruſalem:
ita vt appellaretur ager ille lingua eorũ, Haceldema, hoc eſt,
ager ſanguinis. Scriptum eſt enim in libro pſalmorum, Fiat
commoratio eorum deſerta: & non ſit qui inhabitet in ea. Et
D epiſcopatum eius accipiat alter. Oportet ergo ex his viris qui
nobiſcum ſunt congregati in omni tempore, quo intrauit &
exiuit inter nos Dominus Ieſus, incipiens à baptiſmate Ioan
nis vſq; in diem qua aſſumptus eſt à nobis, teſtem reſurre-
ctionis eius nobiſcum fieri vnum ex iſtis. Et ſtatuerunt duos,
Ioſeph, qui vocatur Barſabas, qui cognominatus eſt Iuſtus:
& Mathiam. Et orantes, dixerunt, Tu Domine qui corda
noſti omnium, oſtende quem elegeris ex his duobus vnum,
accipere locum miniſterij huius & apoſtolatus, de quo præ-
uaricatus eſt Iudas: vt abiret in locum ſuum. Et dederunt ſor-
tes eis: & cecidit ſors ſuper Mathiã, & annumeratus eſt cum
vndecim Apoſtolis.

Act.24 g

Pſal.40 c
Ioan.18 a

Matt.27 a

Pſal.68 c
Pſal.108 b

S. APOSTOLI *accepto Spiritu ſancto & donis eius, admira-
tioni facti ſunt: ſed &* Petrus *conſtanter mirantibus Iudæis
cunctos palàm ad fidem & baptiſmum inuitat.*

CAPVT II.

A ET cùm complerentur dies Pentecoſtes, erant o-
mnes pariter in eodem loco: & factus eſt repentè
de cœlo ſonus, tanquam aduenientis ſpiritus ve-
hementis, & repleuit totam domum vbi erant ſe-
dentes. Et apparuerũ illis diſpertitæ linguæ tanquam ignis,
ſeditq; ſuper ſingulos eorum: & repleti ſunt omnes Spiritu
ſancto, & cœperunt loqui varijs linguis prout Spiritus ſan-
ctus dabat eloqui illis. Erant autem in Ieruſalem habitantes
Iudæi, viri religioſi ex omni natione quæ ſub cœlo eſt. Facta
autem hac voce, conuenit multitudo, & mente confuſa eſt,
quoniam audiebat vnuſquiſq; lingua ſua illos loquentes. Stu-
B pebant autem omnes, & mirabantur, adinuicẽ dicentes, Nón-
ne ecce omnes iſti qui loquuntur, Galilæi ſunt? & quomodo
nos audimus vnuſquiſq; linguam noſtram, in qua nati ſumus?
Parthi, & Medi, & Aelamitæ, & qui habitant Meſopota-
miam, Iudæam, & Cappadociam, Pontum, & Aſiam, Phry-
giam, & Pamphyliam, Aegyptum, & partes Libiæ quæ eſt
circa Cyrenen, & aduenæ Romani, Iudæi quoq; & Proſelyti,
Cretes & Arabes: audimus eos loquentes noſtris linguis ma-
gnalia Dei. Stupebant autẽ omnes, & mirabantur adinuicem
dicentes, Quidnam vult hoc eſſe? Alij autem irridentes, dice-
bant, Muſto pleni ſunt iſti. Stans autem Petrus cũ vndecim,
C leuauit vocem ſuam, & locutus eſt eis, Viri Iudæi, & qui ha-
bitatis Ieruſalem vniuerſi, hoc vobis notũ ſit, & auribus per-

Matt. 3 c
Marc. 1 b
Luc. 3 c
Ioan. 1 d
Supra 1 a
Infra 11 b
19 a

cipite verba mea. Non enim, ſicut vos æſtimatis, hi ebrij ſunt,
cum ſit hora diei tertia: ſed hoc eſt quod dictum eſt per pro-
phetam Ioel, Et erit in nouiſſimis diebus, dicit Dominus: Ioel. 2 g
effundam de ſpiritu meo ſuper omnem carnem: & prophe-
tabunt filij veſtri & filiæ veſtræ, & iuuenes veſtri viſiones vi-
debunt, & ſeniores veſtri ſomnia ſomniabunt. Et quidem ſu-
per ſeruos meos, & ſuper ancillas meas in diebus illis effundã
de ſpiritu meo, & prophetabũt: & dabo prodigia in cœlo ſur
ſum, & ſigna in terra deorſum, ſanguinem & ignem & vapo-
rem fumi. Sol conuertetur in tenebras, & luna in ſanguinem,
D antequam veniat dies domini magnus & manifeſtus. Et erit: Roma. 10 c
omnis quicunque inuocauerit nomem domini, ſaluus erit. Vi
ri Iſraelitæ, audite verba hæc. Ieſum Nazarenum, virũ appro-
batum à Deo in vobis virtutibus & prodigijs & ſignis quæ fe
cit Deus per illum in medio veſtri, ſicut vos ſcitis: hunc defini
to conſilio & præſcientia Dei traditum per manus iniquorũ
affligentes, interemiſtis. quem Deus ſuſcitauit ſolutis dolori-
bus inferni, iuxta quod impoſſibile erat teneri illũ ab eo. Da-
uid enim dicit in eum, Prouidebam dominum in conſpectu
meo ſemper: quoniam à dextris eſt mihi ne commouear. Pro Pſal. 8 c
E pter hoc lætatum eſt cor meum, & exultauit lingua mea: inſu
per & caro mea requieſcet in ſpe. Quoniam non derelinques
animam meã in inferno, nec dabis ſanctum tuum videre cor-
ruptionem. Notas mihi feciſti vias vitæ: replebis me iucun-
ditate cum facie tua. Viri fratres, liceat audenter dicere ad vos
de patriarcha Dauid quoniã & defunctus eſt, & ſepultus eſt: 3. Reg. 2 b
& ſepulchrum eius eſt apud nos, vſque in odiernum diem.
Propheta igitur cũ eſſet, & ſciret quia iureiurando iuraſſet illi
Deus de fructu lumbi eius ſedere ſuper ſedem eius: prouidẽs
locutus eſt de reſurrectione Chriſti quia neque derelictus eſt Pſal. 131 c
in inferno, neque caro eius vidit corruptionem. Hunc Ieſum Pſal. 15 c
reſuſcitauit Deus, cuius nos omnes, teſtes ſumus. Dextera igi Infra 13 c
F tur Dei exaltatus, & promiſſione Spiritus ſancti accepta à pa
tre effudit hoc donum quod vos videtis & auditis. Non enim
Dauid aſcendit in cœlum: dicit autem ipſe, Dixit Dominus Pſal. 109 c
domino meo, ſede à dextris meis, Donec ponã inimicos tuos
ſcabellum pedũ tuorum. Certiſſimè ſciat ergo omnis domus
Iſrael quia & Dominum eum, & Chriſtum fecit Deus, hunc
Ieſum, quem vos crucifixiſtis. His autem auditis compuncti
ſunt corde, & dixerunt ad Petrum & ad reliquos Apoſto-
los, Quid faciemus viri fratres? Petrus autem ad illos, Pœ-
nitentiam (inquit) agite, & baptizetur vnuſquiſque veſtrum
in nomine Ieſu Chriſti in remiſsionem peccatorum veſtro-
rum: & accipietis donum Spiritus ſancti. Vobis enim eſt
repromiſsio, & filijs veſtris, & omnibus qui longe ſunt: quoſ-
G cunque aduocauerit Dominus Deus noſter. Alijs etiam ver-
bis plurimis teſtificatus eſt, & exhortabatur eos, dicens, Sal-
uamini à generatione iſta praua. Qui ergo receperunt ſer-
monem eius: baptizati ſunt: & appoſitæ ſunt in die illa, ani-
mæ circiter tria millia. Erant autem perſeuerantes in do-
ctrina Apoſtolorum, & communicatione, fractione panis,
& orationibus. Fiebat autem omni animæ timor: multa
quoque prodigia & ſigna per Apoſtolos fiebant in Ieruſa-
lem, & metus erat magnus in vniuerſis. Omnes etiam qui cre-
debant, erant pariter, & habebant omnia communia. Poſſeſ-
ſiones & ſubſtantias vendebant, & diuidebant illa omnibus,
prout cuique opus erat. quotidie quoque perdurantes vnani-
miter in templo, & frangentes circa domos panem, ſumebant
cibum cum exultatione & ſimplicitate cordis, collaudantes
Deum, & habentes gratiam ad omnem plebem. Dominus au
tem augebat qui ſalui fierent quotidie in idipſum.

S. PETRVS *claudo ſanato ad pœnitentiam cunctos hortatur,*
CHRISTI *reſurrectionem prædicans & glorificationem.*

CAPVT III.

A PEtrus autem & Ioannes ascendebãt in templum, ad horam orationis nonam. Et quidã vir qui erat claudus ex vtero matris suæ, baiulabatur: quem ponebant quotidie ad portam templi, quæ dicitur Speciosa, vt peteret eleemosynã ab introeuntibus in templum. Is cum vidisset Petrum & Ioannem incipiẽtes introire in templum, rogabat vt eleemosynam acciperet. Intuens autem in eum Petrus cum Ioanne, dixit, Respice in nos. At ille intendebat in eos, sperãs se aliquid accepturum ab eis. Petrus autem dixit, Argentum & aurum non est mihi: quod autem habeo hoc tibi do, In nomine Iesu Christi Nazareni surge,
B & ambula. Et apprehensa manu eius dextera, alleuauit eum, & protinus consolidatæ sunt bases eius & plantæ. Et exiliens stetit, & ambulabat: & intrauit cum illis in templũ ambulans, & exiliens, & laudans Deum. Et vidit omnis populus eum ambulantem, & laudantem Deũ. Cognoscebant autem illum quòd ipse erat qui ad eleemosynam sedebat ad Speciosam portam templi: & impleti sunt stupore & extasi in eo quod contigerat illi. Cum sanatus autem teneret Petrum & Ioannem, cucurrit omnis populus ad eos ad porticum quæ appellatur Salomonis, stupentes. Videns autem Petrus, respondit ad populũ, Viri Israelitæ, quid miramini in hoc, aut nos quid intuemini, quasi nostra virtute aut potestate fecerimus hunc ambulare? Deus Abrahã, & Deus Isaac, & Deus Iacob, Deus patrum nostrorum glorificauit filium suũ Iesum, quem vos
Matt.27 c quidem tradidistis & negastis ante faciem Pilati, iudicãte illo
Marc.15 b dimitti. Vos autem sanctum & iustũ negastis, & petistis vi-
Luc.23 c rum homicidam donari vobis: authorem verò vitæ interfeci-
Ioan.18 g stis, quem Deus suscitauit à mortuis, cuius nos testes sumus.
C Et in fide nominis eius, hunc quem vos videtis & nostis, confirmauit nomen eius: & fides quæ per eum est, dedit integrã sanitatem istam in conspectu omnium vestrum. Et nunc fratres scio quia per ignorantiam fecistis, sicut & principes vestri. Deus autem quæ prænuntiauit per os omniũ prophetarum pati Christum suum, impleuit sic. Pœnitemini igitur & conuertimini, vt deleantur peccata vestra: vt cũ venerint tempora refrigerij à conspectu Domini, & miserit eũ qui prædi-
D catus est vobis Iesum Christũ, quem oportet quidem cœlum susci pere vsq; in tempora restitutionis omnium quæ locutus est Deus per os sanctorum suorum à seculo prophetarum.
Deut.18 c Moyses quidem dixit, Quoniam Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris tanquam me: ipsum audietis iuxta omnia quæcunque locutus fuerit vobis. Erit autem: omnis anima quæ nõ audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe. Et omnes Prophetæ à Samuel, & deinceps qui locuti sunt, etiam annuntiauerũt dies istos. Vos estis filij Prophetarum & testamenti, quod disposuit Deus ad patres nostros, dicens ad Abraham, Et in semine tuo benedicentur omnes familiæ terræ. Vobis primũ Deus suscitans
Gene.22 c filium suum, misit eum benedicentem vobis, vt conuertat se vnusquisq; à nequitia sua.

S. MAGISTRATVS in Apostolos concitati eos foras eijciunt: Apostoli autem unà conuersati Deo gratias agentes omnia habebant communia.

CAPVT IIII.

A IN quentibus autem illis ad populum superuenerunt sacerdotes & magistratus templi & Sadducæi dolentes quòd docerent populum, & annuntiarent in Iesu resurrectionem ex mortuis: & iniecerunt in eos manus, & posuerunt eos in custodiam in crastinum. Erat autem iam vespera. Multi autem eorum qui audierant verbum, crediderunt: & factus est numerus virorum, quinq; millia. Factum est autem in crastinum, vt congregarentur principes eorum, & seniores, & scribæ in Ierusalem, & Annas princeps sacerdotum & Caiphas, & Iohannes, & Alexander, & quotquot erant de genere sacerdotali. Et statuentes eos in medio, interrogabant, In qua virtute aut in quo
B nomine fecistis hoc vos? Tunc Petrus repletus Spiritu sancto, dixit ad eos, Principes populi, & seniores, si nos hodie dijudicamur in beneficio hominis infirmi, in quo iste saluus factus est, notũ sit omnibus vobis & omni plebi Israel, quòd in nomine Domini nostri Iesu Christi Nazareni quem vos crucifixistis, quem Deus suscitauit à mortuis, in hoc iste astat coram vobis sanus. Hic est lapis qui reprobatus est à vobis Psal.117 d
ædificantibus, qui factus est in caput anguli: & non est in alio Matt.21 d
aliquo salus. Nec enim aliud nomen est sub cœlo datum ho- Mar.12 a
minibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Videtes autem Pe- Luc.20 c
C tri constantiam & Ioannis, comperto quòd homines essent Esa.28 d
sine literis & idiotæ, admirabantur, & cognoscebant eos quo- 1.Pet.2 d
niam cum Iesu fuerãt: hominem quoq; videntes stantem cum Roma.9 g
eis qui curatus fuerat, nihil poterant contradicere. Iusserunt autem eos foras extra concilium secedere: & conferebant adinuicem dicentes, Quid faciemus hominibus istis? quoniam
D quidem notum signum factum est per eos, omnibus habitantibus Ierusalem. Manifestum est, & non possumus negare. Sed ne amplius diuulgetur in populum, comminemur eis, ne vltrà loquantur in nomine hoc vlli hominũ. Et vocantes eos, denuntiauerunt ne omnino loquerentur neq; docerent in nomine Iesu. Petrus verò & Ioannes respondentes, dixerunt ad eos, Si iustum est in conspectu Dei, vos potius audire quàm Deum, iudicate. non enim possumus quæ vidimus & audiuimus non loqui. At illi comminantes, dimiserunt eos: non in-
E uenientes quomodo punirent eos, propter populum, quia omnes glorificabant Deum in eo quod acciderat. Annorum enim erat amplius quadraginta homo in quo factum fuerat signum istud sanitatis. Dimissi autem venerunt ad suos: & annuntiauerunt eis quanta ad eos principes sacerdotum & seniores dixissent. Qui cum audissent, vnanimiter leuauerunt vocem ad Deum, & dixerunt, Domine, tu es qui fecisti cœlum & terrã, mare, & omnia quæ in eis sunt, qui Spiritu sancto per os patris nostri Dauid pueri tui dixisti, Quare fre- Psal.2 d
F muerunt gentes, & populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum aduersus Dominum, & aduersus Christum eius. Conuenerunt enim verè in ciuitate ista aduersus sanctum puerum tuum Iesum quem vnxisti, Herodes, & Pontius Pilatus, cum gentibus & populis Israel facere quæ manus tua & consiliũ tuum decreuerunt fieri. Et nunc Domine respice in minas eorum, & da seruis tuis cum omni fiducia loqui verbum tuum, in eo quòd manum tuam extendas ad sanitates & signa & prodigia fieri per nomen sancti filij tui Iesu. Et cum orassent, motus est locus in quo erant congregati: & repleti sunt omnes Spiritu sancto. Et loquebantur verbũ Dei cum fiducia. Multitudinis autem
G credentium erat cor vnũ & anima vna: nec quisquam eorum quæ possidebat, aliquid suum esse dicebat, sed erãt illis omnia communia. Et virtute magna reddebãt Apostoli testimoniũ resurrectionis Iesu Christi Domini nostri: & gratia magna erat in omnibus illis. Neq; enim quisquam egens erat inter illos. Quotquot enim possessores agrorum aut domorũ erant, vendentes afferebãt pretia eorũ quæ vendebant, & ponebant ante pedes Apostolorum. Diuidebatur autem singulis prout cuiq; opus erat. Ioseph autẽ qui cognominatus est Barnabas ab Apostolis, (quod est interpretatum, filius consolationis) Leuites Cyprius genere, cum haberet agrum vendidit eum, & attulit pretium, & posuit ante pedes Apostolorum.

S. ANANIAS cum Sapphira uxore agri pretium fraudantes palàm occidunt cum terrore multorum: unde Apostoli carceri mancipantur, sed ab Angelo liberantur.

CAPVT V.

Vir autem

A VIr autem quidã nomine Ananias cum Sapphira vxore sua vendidit agrum,& fraudauit de pretio agri,conscia vxore sua: & afferens partem quandam,ad pedes Apostolorum posuit. Dixit autẽ Petrus ad Ananiam, Anania, cur tentauit satanas cor tuum mentiri te spiritui sancto,& fraudare de pretio agri? Nónne manens tibi manebat, & venundatum in tua erat potestate? Quare posuisti in corde tuo hanc rem? Non es mentitus hominibus,sed Deo. Audiens autẽ Ananias hæc verba, cecidit & expirauit. Et factus est timor magnus super omnes qui au
B dierunt. Surgentes autem iuuenes amouerunt eum, & efferẽtes sepelierunt. Factum est autem quasi horarum trium spatium,& vxor ipsius,nesciens quod factum fuerat, introiuit. Dixit autem ei Petrus, Dic mihi,si tanti agrum vendidistis? At illa dixit, Etiam,tanti. Petrus autem ait ad eam, Quid vtique conuenit vobis tentare spiritum Domini? Ecce pedes eorum qui sepelierunt virum tuum,ad ostium:& efferent te. Cõfestim cecidit ante pedes eius, & expirauit. Intrantes autem iuuenes inuenerunt illam mortuam:& extulerunt & sepelierunt ad virum suum. Et factus est timor magnus in vniuersa
C ecclesia,& in omnes qui audierunt. Per manus autem Apostolorum fiebant signa & prodigia multa in plebe. Et erant vnanimiter omnes in porticu Salomonis. Cæterorum autem nemo audebat se coniungere illis:sed magnificabat eos populus. Magis autem augebatur credentium in Domino, multitudo virorum ac mulierum: ita vt in plateas eijcerent infirmos,& ponerent in lectulis ac grabbatis, vt veniente Petro saltem vmbra illius obumbraret quenquam illorum,& liberarentur omnes ab infirmitatibus suis. Concurrebat autem &
D multitudo vicinarum ciuitatum, Ierusalem afferentes ægros & vexatos à spiritibus immundis,qui curabantur omnes. Exurgens autem princeps sacerdotum & omnes qui cum illo erant,quæ est hæresis Sadducæorum,repleti sunt zelo:& iniecerunt manus in Apostolos,& posuerunt eos in custodia publica. Angelus autem Domini per noctem aperiens ianuas carceris,& educens eos,dixit, Ite: & stantes loquimini in tẽplo plebi omnia verba vitæ huius. Qui cum audissent, intrauerunt diluculo in templum,& docebant. Adueniens autem princeps sacerdotum & qui cum eo erant,conuocauerunt cõcilium & omnes seniores filiorum Israel: & miserunt ad carcerem vt adducerentur. Cum autem venissent ministri & a-
E perto carcere non inuenissent illos: reuersi nuntiauerunt dicentes, Carcerem quidem inuenimus clausum cum omni diligentia,& custodes stantes ante ianuas: aperientes autem, neminem intus inuenimus. Vt autem audierunt hos sermones magistratus templi & principes sacerdotum,ambigebãt de illis quidnam fieret. Adueniens autem quidam nuntiauit eis, Quia ecce viri quos posuistis in carcerem, sunt in templo stantes,& docentes populum. Tunc abijt magistratus cum ministris,& adduxit illos sine vi: timebant enim populum,ne lapidarentur. Et cum adduxissent illos, statuerunt in concilio. Et interrogauit eos princeps sacerdotum, dicens, Præcipiendo præcepimus vobis ne doceretis in nomine isto: & ecce replestis Ierusalem doctrina vestra,& vultis inducere super nos sanguinem hominis istius. Respondens autem Petrus & Apostoli,dixerunt, Obedire oportet Deo magis, quàm hominibus. Deus patrum vestrorum suscitauit Iesum,
F quem vos interemistis suspendentes in ligno. Hunc principem & saluatorem Deus exaltauit dextera sua ad dãdam pœnitentiam Israel,& remissionem peccatorum: & nos sumus testes horum verborũ,& spiritus sanctus quem dedit Deus omnibus obedientibus sibi. Hæc cum audissent, dissecabantur:& cogitabant interficere illos. Surgens autem quidam in concilio pharisæus nomine Gamaliel, legis doctor honorabilis vniuersæ plebi,iussit foras modicum Apostolos secedere: dixitq; ad illos, Viri Israelitæ, attendite vobis super hominibus istis quid acturi sitis. Ante hos enim dies extitit Theudas,dicens se esse aliquem, cui consensit numerus virorum circiter quadringentorũ,qui occisus est:& omnes qui credebant
G ei,dissipati sunt,& redacti ad nihilum. Post hunc extitit Iudas Galilęus in diebus professiõis,& auertit populũ post se, & ipse perijt:& omnes quotquot cõsenserũt ei, dispersi sunt. Et nũc dico vobis,discedite ab hominibus istis,& sinite illos: quoniã si est ex hominibus consilium hoc aut opus,dissoluetur:si verò ex Deo est, non poteritis dissoluere, ne fortè & Deo repugnare videamini. Cõsenserunt autem illi. Et conuocantes Apostolos,cæsis denũtiauerunt ne omnino loquerentur in nomine Iesu,& dimiserunt eos. Et illi quidẽ ibant gaudentes à cõspectu concilij,quia digni habiti sunt pro nomine Iesu contumeliã pati. Omni autem die nõ cessabant in tẽplo & circa domos docentes & euangelizantes Iesum Christum.

S. STEPHANVS ex septem diaconibus ad ministrandum cæteris electis apud Iudæos accusatur. CAPVT VI.

A IN diebus autem illis crescente numero discipulorum, factum est murmur Græcorum aduersus Hæbræos, eo quòd despicerẽtur in ministerio quotidiano viduæ eorum. Conuocantes autem duodecim multitudinem discipulorum, dixerunt, Non est æquum,nos derelinquere verbum Dei, & ministrare mẽsis. Consyderate ergo fratres,viros ex vobis boni testimonij se-
B ptem,plenos spiritu sancto & sapientia, quos constituamus super hoc opus. Nos verò,orationi & ministerio verbi instãtes erimus. Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum virum plenum fide & spiritu sancto, & Philippum,& Prochorum,& Nicanorem,& Timonem,& Parmenam, & Nicolaum aduenam Antiochenum. Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum: & orantes imposuerunt eis manus. Et verbum Dei crescebat, & multiplica-
C batur numerus discipulorum in Ierusalem valde: multa etiã turba sacerdotum obediebat fidei. Stephanus autem plenus gratia & fortitudine faciebat prodigia & signa magna in populo. Surrexerunt autem quidam de synagóga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyrenensium,& Alexandrinorum, & eorum qui erant à Cilicia & Asia,disputãtes cum Stephano:& non poterant resistere sapientiæ & spiritui qui loquebatur. Tunc submiserunt viros, qui dicerent se audiuisse eum
D dicentem verba blasphemiæ in Moysen & Deum. Commouerunt itaque plebem, & seniores, & scribas: & concurrentes rapuerunt eũ, & adduxerunt in conciliũ,& statuerũt falsos testes qui dicerent, Homo iste non cessat loqui verba aduersus locum sanctũ & legem, audiuimus enim eum dicentem,quoniam Iesus Nazarenus hic destruet locum istum,& mutabit traditiones quas tradidit nobis Moyses. Et intuentes eum omnes qui sedebant in concilio, viderunt faciem eius tã-
quam faciem Angeli.

S. STEPHANVS post longam mysteriorum ueterum narrationem,à Iudæis extra urbem eiectus,lapidatur.

CAPVT VII.

A DIxit autẽ princeps sacerdotũ, Si hæc ita se habẽt? Qui ait, Viri fratres & patres audite. Deus gloriæ apparuit patri nostro Abrahæ cũ esset in Mesopotamia,prius quàm moraretur in Charan, & dixit ad illũ, Exi de terra tua,& de cognatione tua, & veni in Gene.12 terrã quam mõstrauero tibi. Tunc exijt de terra Chaldæorũ, & habitauit in Charan. Et inde, postquam mortuus est pater eius,transtulit illũ in terram istam,in qua nunc vos habitatis, & non dedit illi hæreditatẽ in ea nec passum pedis: sed repromisit dare illi eam in possessionẽ, & semini eius post ipsum, cum non haberet filium. Locutus est autem ei Deus, Quia Gene.15 erit semẽ eius accola in terra aliena,& seruituti eos subijcient, & male tractabunt eos annis quadragentis:& gentem cui seruierint iudicabo ego, dicit Dominus,& post hæc exibunt, &

Gene.17 b seruient mihi in loco isto. Et dedit illi testamentum circunci-
Gene.21 a sionis, & sic genuit Isaac, & circuncidit eum die octauo: &
Gene.25 c Isaac, Iacob: & Iacob, duodecim patriarchas. Et patriarchæ
Gen. 29 f g emulãtes, Ioseph vendiderũt in Aegyptũ: & erat Deus cum
30 a 35 c eo: & eripuit eum ex omnibus tribulationibus eius, & dedit
Gene. 37 f ei gratiam & sapientiã in conspectu Pharaonis regis Aegy-
Gene. 41 e ptiorum, & constituit eum præpositũ super Aegyptũ & su-
B per omnem domum suam. Venit autem fames in vniuersam
Aegyptum & Chanáan, & tribulatio magna: & non inueniebant
Gene.42 a cibos patres nostri. Cum audisset autem Iacob esse frumentum in Aegypto, misit patres nostros primũ: & in secundo cognitus est Ioseph à fratribus suis, & manifestatum est
Gene.45 a Pharaoni genus eius. Mittẽs autem Ioseph, accersiuit Iacob patrem suum, & omnem cognationem suam in animabus se-
Gene.46 a ptuagintaquinq;. Et descẽdit Iacob in Aegyptum & defun-
Gene.49 d ctus est ipse & patres nostris. Et trãslati sunt in Sichem, & po
Gene. 50 b siti sunt in sepulchro quod emit Abrahã pretio argenti à filijs
Gene.33 d Emor filij Sichem. Cum autẽ appropinquaret tempus pro-
Exod.1 a missionis, quam confessus erat Deus Abrahæ, creuit populus & multiplicatus est in Aegypto, quoadusque surrexit alius
C rex in Aegypto, qui nõ sciebat Ioseph. Hic circunueniens genus nostrum, afflixit patres nostros: vt exponerent infantes suos, ne viuificarẽtur. Eodem tempore natus est Moyses, & fuit gratus Deo, qui nutritus est tribus mẽsibus in domo pa-
Exod.2 a tris sui. Exposito autẽ illo, sustulit eum filia Pharaonis, & nutriuit eum sibi in filiũ. Et eruditus est Moyses omni sapientia Aegyptiorũ: & erat potens in verbis & in operibus suis. Cum autẽ impleretur ei quadraginta annorũ tempus, ascendit in cor eius vt visitaret fratres suos filios Israel. Et cum vidisset quendam iniuriam patientem, vindicauit illum: & fecit vltionem ei qui iniuriam sustinebat percusso Aegyptio. Exi
Exod.2 c stimabat autem intelligere fratres quoniam Deus per manũ ipsius daret salutem illis. At illi non intellexerũt. Sequenti verò die apparuit illis litigantibus: & reconciliabat eos in pace, dicens, Viri, fratres estis: vt quid nocetis alterutrum? Qui autem iniuriam faciebat proximo, repulit eum, dicens, Quis te constituit principem & iudicẽ super nos? nunquid interfice-
D re me tu vis, quemadmodũ interfecisti heri Aegyptium? Fugit autem Moyses in verbo isto: & factus est aduena in terra
Exod.3 a Madian, vbi generauit filios duos. Et expletis annis quadraginta, apparuit illi in deserto montis Sina Angelus in igne flã mæ rubi. Moyses autem videns, admiratus est visum. Et accedente illo vt cõsyderaret, facta est ad eum vox Domini, dicens, Ego sum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Tremefactus autem Moyses, non audebat consyderare. Dixit autem illi Dominus, Solue calceamentum pedum tuorum: locus enim in quo stas, terra sancta est. Videns vidi afflictionẽ populi mei qui est in Aegypto, & gemitũ eorũ audiui, & descendi liberare eos. Et nunc veni
E to, & mittam te in Aegyptum. Hunc Moysen quem negauerunt, dicentes, Quis te constituit principem & iudicem? hunc Deus principem & redemptorẽ misit cum manu Angeli qui
Exod.7 8 9 apparuit illi in rubo. Hic eduxit illos faciens prodigia & si-
10 11 14 gna in terra Aegypti, & in rubro mari, & in deserto annis quadraginta. Hic est Moyses qui dixit filijs Israel, Prophetã su-
Exod.16 a
Deut.18 c scitabit vobis Deus de fratribus vestris tanquam me: ipsum
Exod.19 a audietis. Hic est qui fuit in ecclesia in solitudine cum Angelo qui loquebatur ei in monte Sina: & cum patribus nostris, qui accepit verba vitæ dare nobis. Cui noluerunt obedire patres nostri: sed repulerunt & auersi sunt cordibus suis in Aegyptum, dicentes ad Aaron, Fac nobis deos qui præcedant nos:
Exod.32 a Moysi enim huic qui eduxit nos de terra Aegypti, nescimus quid factũ sit ei. Et vitulum fecerunt in diebus illis, & obtulerunt hostiam simulachro, & lætabantur in operibus manuũ suarum. Conuertit autem Deus, & tradidit eos seruire mili-
Amos 5 g tiæ cœli, sicut scriptum est in libro prophetarũ, Nunquid victimas & hostias obtulistis mihi annis quadraginta in deser-
to, domus Israel? Et suscepistis tabernaculum Moloch & sy-
F dus dei vestri Rempham, figuras quas feciſtis, adorare eas. Et transferam vos trans Babylonem. Tabernaculum testimonij fuit patribus nostris in deserto, sicut disposuit illis Deus, loquens ad Moysen vt faceret illud secundum formam quam Exod.25 d
viderat. Quod & induxerunt, susc ipientes patres nostri cum Hebr.8 b
Iesu in possessionẽ gentium, quas expulit Deus à facie patrũ Iosue 3 c d
nostrorum vsque in diebus Dauid, qui inuenit gratiam ante 1.Reg.16 c
Deum, & petijt vt inueniret tabernaculum Deo Iacob. Salo- Psal.131 a
mon autem ædificauit illi domum. Sed excelsus, non in ma- 2.Par.17 c
nufactis habitat, sicut per prophetã dicit, Cœlum mihi sedes 3.Reg.8 a
est: terra autem, scabellum pedum meorũ. Quam domum ædi Infra 17 f
ficabitis mihi, dicit Dominus? aut quis locus requietionis Esa.66 f
meæ est? Nónne manus mea fecit hæc omnia? Dura ceruice & incircunciſi cordibus & auribus, vos semper spiritui sancto restitistis: sicut patres vestri, & vos. Quem prophetarũ
G non sunt persecuti patres vestri? Et occiderunt eos qui præ-
nuntiabant de aduentu iusti, cuius vos nunc proditores & homicidæ fuistis: quia accepistis legem in dispositione Angelorum, & non custodistis. Audientes autem hæc, dissecabantur cordibus suis, & stridebant dentibus in eum. Cum autẽ esset plenus spiritu sancto, intendẽs in cœlum, vidit gloriã Dei, & Iesum stantem à dextris virtutis Dei: & ait, Ecce video cœlos apertos, & filium hominis stantem à dextris virtutis Dei. Exclamantes autem voce magna, continuerunt aures suas, & impetũ fecerunt vnanimiter in eum. Et eijcientes eum extra ciuitatem, lapidabant: & testes deposuerunt vestimenta sua secus pedes adolescentis, qui vocabatur Saulus. Et lapidabãt Stephanum inuocantem, & dicentem, Domine Iesu, Suscipe spiritum meum. Positis autem genibus, clamauit voce magna, Domine, ne statuas illis hoc peccatũ. Et cum hoc dixisset obdormiuit. Saulus autem erat consentiens neci eius.

S. POST uariam discipulorum persecutionem Philippus Simonem Magum & eunuchum Candacis reginæ ad fidem adduxit. Quare Petrus & Ioannes ad Samariam mittuntur ad gentes.

CAPVT VIII.

A FActa est autem in illa die persecutio magna in ecclesia, quæ erat Ierosolymis, & omnes dispersi sunt per regiones Iudææ & Samariæ, præter Apostolos. Curauerunt autem Stephanum viri timorati, & fecerunt planctum magnum super eum. Saulus autem deuastabat ecclesiam, per domos intrans: & trahens viros ac mulieres, tradebat in custodiam. Igitur qui dispersi erant, pertransibant, euangelizantes verbum Dei. Philippus autem descendẽs in ciuitatem Samariæ, prædicabat illis Christum. Intendebant autem turbæ his quæ à Philippo dicebantur, vnanimiter audientes, & videntes signa quæ faciebat.
B Multorum enim habentium, spiritus immundi clamantes voce magna, exibant. Multi autem paralytici & claudi, curati sunt. Factum est ergo gaudium magnum in illa ciuitate:

Vir autem quidam, nomine Simon qui ante fuerat in ciuitate magus, seducens gentẽ Samariæ, dicens se esse aliquem magnum: cui auscultabant omnes à minimo vsque ad maximum, dicentes, Hic est virtus Dei, quæ vocatur magna. Attendebant autem eum, propterea quòd multo tempore magijs suis dementasset eos. Cum verò credidissent Philippo euangelizanti de regno Dei: in nomine Iesu Christi baptizabantur viri ac mulieres. Tunc Simon & ipse credidit: &
C cum baptizatus esset, adhærebat Philippo. Videns etiam signa & virtutes maximas fieri, stupens admirabatur. Cum autem audissent Apostoli qui erant Ierosolymis, quòd recepisset Samaria verbum Dei: miserunt ad eos Petrum & Ioannem. Qui cum venissent, orauerunt pro ipsis, vt acciperent spiritum sanctum. Nondum enim in quenquam illorum venerat, sed baptizati tantum erant in nomine Domini Iesu. Tunc imponebant manus super illos, & accipiebant spiritum

spiritum sanctum. Cum vidisset autem Simon quia per impositionem manus apostolorum daretur spiritus sanctus, obtulit eis pecuniam, dicens, Date & mihi hanc potestatem, vt cui cunque imposuero manus, accipiat spiritum sanctum. Petrus autem dixit ad eum, Pecunia tua tecum sit in perditionem: quoniam donum Dei existimasti pecunia possideri. Non est tibi pars, neque sors in sermone isto. Cor enim tuum non est rectum coram Deo. Pœnitẽtiam itaque age ab hac nequitia tua: & roga Deum, si fortè remittatur tibi hæc cogitatio cordis tui. In felle enim amaritudinis, & obligatione iniquitatis video te esse. Respondens autẽ Simon, dixit, Precamini vos pro me ad Dominũ, vt nihil veniat super me horũ quæ dixistis. Et illi quidem testificati & locuti verbum Domini, rediebant Ierosolymam, & multis regionibus Samaritanorum euãgelizabant. Angelus autem Domini locutus est ad Philippũ dicens, Surge, & vade contra meridiem, ad viam quæ descendit ab Ierusalem in Gazam: hæc est deserta. Et surgens abijt. Et ecce, vir Aethiops, eunuchus, potens Candaces reginæ Aethiopum, qui erat super omnes gazas eius: venerat adorare in Ierusalem, & reuertebatur sedens super currum suum, legensq; Esaiam prophetam. Dixit autem spiritus Philippo, Accede, & adiunge te ad currum istum. Accurrens autẽ Philippus, audiuit eum legentem Esaiam prophetam, & dixit, Putasne intelligis quæ legis? Qui ait, Et quomodo possum, si non aliquis ostenderit mihi? Rogauitq; Philippum vt ascenderet, & sederet secum. Locus autem scripturæ quam legebat, erat hic, Tanquam ouis ad occisionem ductus est: & sicut agnus corã tondente se sine voce, sic nõ aperuit os suũ. In humilitate iudiciũ eius sublatum est. Generationem eius quis enarrabit? quoniam tolletur de terra vita eius. Respondens autem eunuchus Philippo, dixit, Obsecro te, de quo propheta dicit hoc? de se, an de alio aliquo? Aperiens autem Philippus os suum, & incipiens à scriptura ista, euãgelizauit illi Iesum. Et dum irent per viam, venerunt ad quandam aquam: & ait eunuchus, Ecce aqua, quid prohibet me baptizari? Dixit autem Philippus, Si credis ex toto corde, licet. Et respondens ait, Credo filium Dei esse Iesum Christum. Et iussit stare currum: & descenderunt vterque in aquam, Philippus & eunuchus, & baptizauit eum. Cum autem ascendissent de aqua, spiritus Domini rapuit Philippum, & amplius non vidit eũ eunuchus. Ibat autem per viam suam gaudens. Philippus autem inuentus est in Azoto: & pertransiens euangelizabat ciuitatibus cunctis, donec veniret Cæsaream.

S. PAVLVS Christũ persequens conuersus & baptizatus CHRISTVM *annuntiat, Iudæorum euadit insidias, & à Barnaba ducitur ad Apostolos: Petrus autem Liddæ Aneã curauit, & Ioppe Tabitham suscitauit.* CAPVT IX.

SAulus autem adhuc spirans minarum & cædis in discipulos Domini, accessit ad principem sacerdotum, & petijt ab eo epistolas in Damascum ad synagógas vt si quos inuenisset huius viæ viros ac mulieres, vinctos perduceret in Ierusalẽ. Et cum iter faceret, contigit vt appropinquaret Damasco: & subitò circumfulsit eum lux de cœlo. Et cadens in terram, audiuit vocem dicẽtem sibi, Saule Saule quid me persequeris? Qui dixit, Quis es Domine? Et ille, Ego sum Iesus, quem tu persequeris. Durum est tibi contra stimulũ calcitrare. Et tremens ac stupens dixit, Domine, quid me vis facere? Et Dominus ad eũ, Surge & ingredere ciuitatem, & dicetur tibi quid te oporteat facere. Viri autem illi qui comitabantur cum illo, stabant stupefacti, audientes quidem vocem, neminem autem videntes. Surrexit autem Saulus de terra, apertisq; oculis nihil videbat. Ad manus autem illum trahentes, introduxerũt Damascum. Et erat ibi tribus diebus non videns, & non manducauit neq; bibit. Erat autem quidam discipulus Damasci, nomine Ananias: & dixit ad illum in visu Dominus, Anania. At ille ait, Ecce ego Domine. Et Dominus ad eum, Surge, & vade in vicum qui vocatur Rectus: & quære in domo Iudæ Saulum nomine, Tharsensem. Ecce enim orat. Et vidit virum Ananiam nomine, introeuntẽ & imponentem sibi manus vt visum recipiat. Respondit autem Ananias, Domine, audiui à multis de viro hoc quanta mala fecerit sanctis tuis in Ierusalem, & hic habet potestatem à principibus sacerdotum, alligandi omnes qui inuocãt nomen tuum. Dixit autem ad eum Dominus, Vade, quoniam vas electionis est mihi iste, vt portet nomen meum coram gentibus & regibus & filijs Israel. ego enim ostendam illi quanta oporteat eũ pro nomine meo pati. Et abijt Ananias, & introiuit in domum: & imponens ei manus, dixit, Saule frater, Dominus misit me Iesus, qui apparuit tibi in via qua veniebas: vt videas, & implearis spiritu sancto. Et confestim ceciderunt ab oculis eius tanquam squamæ, & visum recepit: & surgens baptizatus est. Et cum accepisset cibum, confortatus est. Fuit autem cum discipulis, qui erant Damasci, per dies aliquot. Et continuò ingressus in synagógas, prædicabat Iesum quoniam hic est filius Dei. Stupebant autem omnes qui eũ audiebant, & dicebant, Nónne hic est qui expugnabat in Ierusalem eos qui inuocabant nomen istud: & huc ad hoc venit vt vinctos illos duceret ad principes sacerdotum? Saulus autem multo magis conualescebat, & confundebat Iudæos qui habitabant Damasci, affirmans quoniam hic est Christus. Cum autem implerentur dies multi, consilium fecerunt in vnum Iudæi, vt eum interficerent. Notæ autem factæ sunt Saulo insidiæ eorum. Custodiebant autem & portas die ac nocte, vt eum interficerent. Accipientes autem eum discipuli eius nocte, per murum demiserunt eum, submittentes in sporta. Cum autem venisset in Ierusalem, tentabat se iungere discipulis: & omnes timebant eum, non credentes quod esset discipulus. Barnabas autem apprehensum illum, duxit ad Apostolos: & narrauit illis quomodo in via vidisset Dominũ, & quòd locutus est ei: & quomodo in Damasco fiducialiter egerit in nomine Iesu. Et erat cum illis intrans & exiens in Ierusalem, fiducialiter agens in nomine Domini. Loquebatur quoque gentibus: & disputabat cum Græcis: illi autem quærebant occidere eum. Quod cum cognouissent fratres, deduxerunt eum Cæsaream, & dimiserunt Tharsum. Ecclesia quidem per totam Iudæam, & Galilæam & Samariam habebat pacem, & ædificabatur ambulans in timore Domini, & consolatione sancti spiritus replebatur. Factum est autem, vt Petrus dum transiret vniuersos, deueniret ad sanctos qui habitabant Lyddæ. Inuenit autem ibi hominem quendam, nomine Aeneam, ab annis octo iacentem in grabbato, qui erat paralyticus. Et ait illi Petrus, Aenea, sanet te Dominus Iesus Christus. Surge, & sterne tibi. Et continuò surrexit. Et viderunt eum omnes qui habitabant Lyddæ, & Saronæ: qui conuersi sunt ad Dominum. In Ioppe autem fuit quædam discipula nomine Tabitha, quæ interpretata dicitur Dorcas. Hæc erat plena operibus bonis & eleemosynis quas faciebat. Factum est autem in diebus illis, vt infirmata moreretur. Quam cum lauissent, posuerunt eam in cœnaculo. Cum autem propè esset Lydda ab Ioppe discipuli audientes quòd Petrus esset in ea, miserunt duos viros ad eum, rogantes, Ne pigriteris venire vsque ad nos. Exurgens autem Petrus, venit cum illis. Et cum aduenisset, duxerunt illum in cœnaculum: & circunsteterunt illum omnes viduæ flentes, & ostendentes ei tunicas & vestes, quas faciebat illis Dorcas. Eiectis autem omnibus foras, Petrus ponens genua orauit: & conuersus ad corpus, dixit, Tabitha, surge. At illa aperuit oculos: & viso Petro, resedit. Dans autem illi manum, erexit eam. Et cum vocasset sanctos & viduas, assignauit eam viuam. Notum autem factum est per vniuersam Ioppen: & crediderũt multi in Dominum. Factum est autem vt dies multos moraretur in Ioppe, apud Simonem quendam coriarium.

Galat. 1 a

2. Cor. 15 b

2. Cor. 12 a

2. Cor. 11 g

S. CORNELIVS *apud Cæsaream super uocatione sua certior factus Petrum accersit, qui post uisionem à cœlo accedens, ipsum cum familia longum post sermonem baptizauit.*

CAPVT X.

A VIr autē quidam erat in Cæsarea, nomine Cornelius, cēturio cohortis quæ dicitur Italica, religiosus & timēs Deū cū omni domo sua, faciēs eleemosynas multas plebi, & deprecans Deum semper. Is vidit in visu manifestè, quasi hora diei nona, Angelum Dei introeuntē ad se, & dicentē sibi, Corneli. At ille intuens eū timore correptus, dixit, Quis es domine? Dixit autē illi, Orationes tuæ & eleemosynæ tuæ ascenderunt in memoriā in conspectu Dei. Et nunc mitte viros in Ioppen, & accerse Simonem quendā qui cognominatur Petrus. hic hospitatur apud Simonē quendam coriariū, cuius est domus iuxta ma-
B re. hic dicet tibi quid te oporteat facere. Et cum discessisset Angelus qui loquebatur illi, vocauit duos domesticos suos, & militem metuentē Dominū ex his qui illi parebant. Quibus cum narrasset omnia, misit illos in Ioppen. Postera autē die iter illis faciētibus, & appropinquātibus ciuitati, ascendit Petrus in superiora, vt oraret, circa horam sextā. Et cum esuriret, voluit gustare. Parantibus autem illis, cecidit super eum mentis excessus: & vidit cœlū apertū, & descēdens vas quoddam velut linteum magnū, quatuor initijs submitti de cœlo in terram, in quo erant omnia quadrupedia & serpentia terræ, & volatilia cœli. Et facta est vox ad eum, Surge Petre: occide & māduca. Ait autē Petrus, Absit Domine: quia nunquā
C māducaui omne cōmune & immundū. Et vox iterum secundò ad eum, Quod Deus purificauit, tu commune ne dixeris. Hoc factū est per ter. Et statim receptū est vas in cœlum. Et dum intra se hæsitaret Petrus quidnā esset visio quam vidisset, ecce, viri qui missi erant à Cornelio, inquirentes domum Simonis, astiterunt ad ianuam. Et cum vocassent, interrogabant si Simon qui cognominatur Petrus, illic haberet hospitium. Petro autem cogitante de visione, dixit spiritus ei, Ecce viri tres quærūt te. Surge itaq; & descēde, & vade cum eis, ni-
D hil dubitans: quia ego misi illos. Descendens autē Petrus ad viros, dixit, Ecce, ego sum quem quæritis. quæ causa est propter quem venistis? Qui dixerunt, Cornelius centurio, vir iustus & timens Deum, & testimoniū habēs ab vniuersa gente Iudæorū, responsum accepit ab angelo sancto accersire te in domū suam, & audire verba abs te. Introducēs ergo eos, recepit hospitio. Sequenti autem die surgens, profectus est cum illis: & quidā ex fratribus ab Ioppe comitati sunt eum. Altera autem die introiuit Cæsaream. Cornelius verò expectabat illos, conuocatis cognatis suis & necessarijs amicis. Et factum
E est, cū introisset Petrus, obuius venit ei Cornelius, & procidens ad pedes eius adorauit eum. Petrus verò eleuauit eum, dicens, Surge, & ego ipse homo sum. Et loquens cum illo, intrauit & inuenit multos qui conuenerant: dixitq; ad illos, Vos scitis quomodo abominatum sit viro Iudæo coniungi, aut accedere ad alienigenā: sed mihi ostēdit Deus, neminem communē aut immundū dicere hominē, propter quod sine dubitatione veni accersitus. Interrogo ergo quam ob causam accersistis me? Et Cornelius ait, Die ab hinc quarto, vsque ad hanc horam, orans eram hora nona in domo mea, & ecce vir stetit ante me in veste candida, & ait, Corneli, exaudita est oratio tua, & eleemosynæ tuæ cōmemoratæ sunt in conspe-
F ctu Dei. mitte ergo in Ioppen, & accerse Simonē qui cognominatur Petrus: hic hospitatur in domo Simonis coriarij iuxta mare. Confestim ergo misi ad te, & tu bene feci sti veniendo. Nunc ergo omnes nos in conspectu tuo adsumus, audire omnia quæcunq; tibi præcepta sunt à Domino. Aperiens autem Petrus os suū, dixit, In veritate comperio, quia non est personarū acceptor Deus: sed in omni gente, qui timet eum & operatur iustitiā, acceptus est illi. Verbū misit Deus filijs Israel, annuntians pacem per Iesum Christum: hic est omniū Dominus. Vos scitis quod factum est verbum per vniuersam Iudæam, incipiens enim à Galilæa post baptismū quod prædicauit Ioānes: Iesum à Nazareth quomodo vnxit eū Deus spiritu sancto & virtute, qui pertransijt benefaciēdo & sanando omnes oppressos à diabolo, quoniam Deus erat cum illo. Et nos testes sumus omnium quæ fecit in regione Iudæorū & Ierusalem, quem occiderunt suspendentes in ligno. Hunc Deus suscitauit tertia die, & dedit eum manifestum fieri non
G omni populo, sed testibus præordinatis à Deo nobis qui mā ducauimus & bibimus cum illo postquam resurrexit à mortuis. Et præcepit nobis prædicare populo & testificari quia ipse est qui constitutus est à Deo iudex viuorum & mortuorum. Huic omnes prophetæ testimonium perhibent, remissionem peccatorum accipere per nomen eius omnes qui credūt in eum. Adhuc loquente Petro verba hæc, cecidit spiritus sanctus super omnes qui audiebant verbum. Et obstupuerunt ex circuncisione fideles, qui venerāt cum Petro, quia & in nationes gratia spiritus sancti effusa est. Audiebāt enim illos loquētes linguis, & magnificantes Deum. Tunc respōdit Petrus, Nunquid aquam quis prohibere potest, vt nō baptizentur hi qui spiritū sanctū acceperunt sicut & nos? Et iussit eos baptizari in nomine Domini Iesu Christi. Tunc rogauerunt eum, vt maneret apud eos aliquot diebus.

Deut. 10 d
2. Par. 19 c
Iob 34 b
Sapien. 6 b
Ierem. 31 f
Mich. 7 d

S. DISPVTANTIBVS *Iudæis conuersis aduersus Petrum quòd diuerterētur discipuli ad gentes, narrauit Petrus uisionem: Agabus tunc propheta futuram famem uniuersam prædicit.*

CAPVT XI.

A AVdierunt autem apostoli & fratres qui erant in Iudæa, quoniam & gentes receperunt verbum Dei. Cum autem ascendisset Petrus Ierosolymā, disceptabant aduersus illum qui erant ex circunci sione, dicentes, Quare introisti ad viros præputium habētes, & manducasti cum illis? Incipiens autem Petrus exponebat illis ordinem, dicens, Ego eram in ciuitate Ioppe orās, & vidi in excessu mentis meæ visionem, descendēs, vas quoddam velut linteum magnum, quatuor initijs summitti de cœlo, & venit vsq; ad me. In quod intuens, considerabam & vidi quadrupedia terræ & bestias & reptilia & volatilia cœli. Audiui autem & vocem dicentem mihi, Surge Petre, occide & manduca. Dixi autem, Nequaquam Domine: quia cōmune aut
B immundum nunquam introiuit in os meum. Respondit autē vox secundò, de cœlo, Quæ Deus mundauit, tu ne cōmune dixeris. Hoc autem factum est per ter: & recepta sunt omnia rursum in cœlum. Et ecce viri tres confestim astiterunt in domo in qua erā, missi à Cæsarea ad me. Dixit autē spiritus mihi vt irem cum illis, nihil hæsitans. Venerunt autem mecū & sex fratres isti: & ingressi sumus in domū viri. Narrauit autē nobis quomodo vidisset Angelū in domo sua, stantē & dicentē sibi, Mitte in Ioppen & accerse Simonē qui cognominatur Petrus, qui loquetur tibi verba in quibus saluus eris tu, & vniuersa domus tua. Cum autē cœpissem loqui, cecidit spiritus
C sanctus super eos, sicut & in nos in initio. Recordatus sum autem verbi Domini sicut dicebat, Ioannes quidem baptizauit aqua, vos autē baptizabimini spiritu sancto. Si ergo eandem gratiam dedit illis Deus, sicut & nobis qui credimus in Dñm Iesum Christū: ego quis eram, qui possem prohibere Deum? His auditis tacuerunt: & glorificauerunt Deū, dicentes, Ergo & gentibus pœnitentiā dedit Deus ad vitā. Et illi quidē qui dispersi fuerāt à tribulatione quæ facta fuerat sub Stephano, perambulauerunt vsq; Phœnicē & Cyprum & Antiochiā, nemini loquentes verbum, nisi solis Iudæis. Erant autē quidā ex eis viri Cyprij & Cyrenęi, qui cum introissent Antiochiā, loquebantur & ad Græcos, annuntiantes Dominum Iesum. Et erat manus Domini cum eis: multusq; numerus credētiū conuersus est ad Dominū. Peruenit autē sermo ad aures ecclesiæ, quæ erat Ierosolymis, super istis: & miserūt Barnabā vsque

Supra 4 a
Matth. 3 c
Marc. 1 b
Luc. 3 c
Ioan. 1 d
Infra 19 a

D vsq; ad Antiochiã. Qui cum peruenisset, & vidisset gratiam Dei, gauisus est: & hortabatur omnes in proposito cordis permanere in Domino, quia erat vir bonus, & plenus spiritu sancto & fide. Et opposita est multa turba Domino. Profectus est autem Tharsum vt quæreret Saulum: quem cum inuenisset, perduxit Antiochiam. Et annum totum conuersati sunt ibi in ecclesia: & docuerunt turbam multam, ita vt cognominarentur primum Antiochiæ discipuli, Christiani. In his autem diebus superuenerunt ab Ierosolymis prophetæ Antiochiam: & surgens vnus ex eis nomine Agabus, significabat per spiritum famem magnam futurã in vniuerso orbe terrarum, quæ facta est sub Claudio. Discipuli autem prout quisq; habebat, proposuerunt in ministerium mittere, habitantibus in Iudæa fratribus. quod & fecerunt, mittentes ad seniores per manus Barnabæ & Sauli.

S. HERODES in Apostolos sæuiens Iacobum occidit, & Petrũ carceri mancipauit, qui ab angelo eductus, & societati restitutus est. CAPVT XII.

A EOdem autẽ tempore misit Herodes rex manus, vt affligeret quosdã de ecclesia. Occîdit autem Iacobum fratrem Ioannis gladio, Videns autẽ quia placeret Iudæis, apposuit apprehendere & Petrum. Erant autem dies azymorum. Quem cum apprehendisset, misit in carcerem, tradens q; quatuor quaternionibus militum ad custodiendũ, volens post Pascha producere eũ populo. Et Petrus quidem seruabatur in carcere. Oratio autem fiebat sine intermissione ab ecclesia ad Deũ pro eo. Cum autem producturus eũ esset Herodes, in ipsa nocte erat Petrus dormiens inter duos milites, vinctus catenis duabus: & custodes ante ostiũ custodiebant carcerẽ. Et ecce, Angelus Domini astitit, & lumen refulsit in habitaculo: percusso q; latere Pe
B tri, excitauit eũ, dicens, Surge velociter. Et ceciderunt catenę de manibus eius. Dixit autẽ Angelus ad eum, Præcingere & calcea te caligas tuas. Et fecit sic. Et dicit illi, Circunda tibi vestimentũ tuum, & sequere me. Et exiens sequebatur eum, & nesciebat quia verum est quod fiebat per Angelũ: existimabat autẽ se visum videre. Transeuntes autẽ primã & secundã custodiam, venerunt ad portam Ferream quæ ducit ad ciuitatem, quæ vltrò aperta est eis. Et exeuntes processerũt vicum vnũ: & cõtinuò discessit Angelus ab eo. Et Petrus ad se reuersus, dixit, Nunc scio verè quia misit Dñs Angelũ suum, & eripuit me de manu Herodis, & de omni expectatione plebis Iudæorũ. Cõsyderans q;, venit ad domũ Marię matris Ioãnis, qui cognominatus est Marcus, vbi erant multi cõgregati & orãtes. Pulsante autẽ eo ad ostium ianuæ, processit puella ad
C videndũ, nomine Rhode. Et vt cognouit vocẽ Petri, præ gaudio nõ aperuit ianuã, sed intrò currens nuntiauit stare Petrũ ante ianuam. At illi dixerunt ad eam, Insanis? Illa autẽ affirmabat sic se habere. Illi autẽ dicebant, Angelus eius est. Petrus autẽ perseuerabat pulsans. Cum autẽ aperuissent ostiũ, viderunt eũ: & obstupuerũt. Annuens autẽ eis manu vt tacerent, narrauit quomodo Dñs eduxisset eum de carcere: dixit q; Nuntiate Iacobo & fratribus hæc. Et egressus, abijt in alium locum. Facta autem die, erat non parua turbatio inter milites quidnã factũ esset de Petro. Herodes autem cum requisisset
D eum, & non inuenisset, inquisitione facta de custodibus, iussit eos duci: descendens q; à Iudæa in Cæsaream, ibi cõmoratus est. Erat autem iratus Tyrijs & Sidonis. At illi vnanimes venerunt ad eum, & persuaso Blasto, qui erat super cubiculũ regis, postulabant pacem, eo quòd alerentur regiones eorum ab illo. Statuto autem die Herodes vestitus veste regia, sedit pro tribunali, & concionabatur ad eos. Populus autem acclamabat, Dei voces, & non hominis. Confestim autem percussit eum Angelus Domini: eo quòd non dedisset honorẽ Deo: & consumptus à vermibus, expirauit. Verbum autem Domini crescebat & multiplicabatur. Barnabas autem & Saulus reuersi sunt ab Ierosolymis expleto ministerio, assumpto Ioanne, qui cognominatus est Marcus.

S. PAVLVS & Barnabas à Deo ad gentes uocati, in Cypro & Antiochia assiduè CHRISTVM annuntiant, unde Iudæi aduersum eos persecutionem concitauerunt. CAPVT XIII.

A ERant autem in ecclesia, quæ erat Antiochiæ, prophetæ & doctores, in quibus Barnabas & Simon qui vocabatur Niger, & Lucius Cyrenensis, & Manahen qui erat Herodis tetrarchæ collactaneus, & Saulus. Ministrantibus autẽ illis Dño, & ieiunãtibus, dixit illis spiritus sanctus, Segregate mihi Saulũ & Barnabã in opus ad quod assumpsi eos. Tũc ieiunãtes & orãtes imponentes q; eis manus, dimiserũt illos. Et ipsi quidẽ missi à spiritu sancto, abierunt Seleuciam, & inde nauigauerunt Cyprũ. Et cum venissent Salaminã, prædicabant verbũ Dei in synagógis Iudæorũ. Habebant autem & Ioannẽ in ministerio. Et cum perambulassent vniuersam insulam vsq; ad Paphum, inuenerunt quendam virum magum pseudoprophetã Iudæũ, cui nomen erat Bariu, qui erat cum proconsule Sergio Pau-
B lo viro prudente. Hic accersitis Barnaba & Paulo, desyderabat audire verbũ Dei. Resistebat autem illis Elymas magus (sic enim interpretatur nomen eius) quærẽs auertere proconsulem à fide. Saulus autem qui & Paulus, repletus spiritu sancto, intuens in eum, dixit, O plene omni dolo, & omni fallacia fili diaboli, inimice omnis iustitiæ, non desinis subuertere vias Domini rectas. Et nunc ecce manus Domini super te, & eris cæcus, non videns solẽ, vsq; ad tẽpus. Et cõfestim cecidit in eum caligo & tenebræ, & circumiens quærebat qui ei manum daret. Tunc proconsul cum vidisset factum, credidit, admirans super doctrina Domini. Et cum à Papho nauigasset Paulus & qui cum eo erant, venerũt Pergen Pamphiliæ. Ioannes autẽ discedens ab eis, reuersus est Ierosolymã. Illi verò petranseuntes Pergen, venerunt Antiochiam Pisidiæ: &
C ingressi synagógã die sabbathorũ, sederunt. Post lectionem autem legis & prophetarũ, miserunt principes synagógæ ad eos, dicentes, Viri fratres, si quis est in vobis sermo exhortationis ad plebẽ, dicite. Surgens autẽ Paulus, & manu silentiũ indicẽs, ait, Viri Israelitæ, & qui timetis Deum, audite, Deus plebis Israel elegit patres nostros, & plebem exaltauit cum esset incolæ in terra Aegypti, & in brachio excelso eduxit eos ex ea, & per quadraginta annorũ tempus mores eorũ sustinuit in deserto. Et destruẽs gentes septẽ in terra Chanáan, sorte distribuit eis terram eorũ, quasi post quadringentos & quinquaginta annos: & post hæc dedit iudices, vsque ad Samuel prophetã. Et exinde postulauerunt regẽ: & dedit illis Saul filiũ Cis, virum de tribu Beniamin annis quadraginta. Et amoto illo, suscitauit illis Dauid regem: cui testimoniũ per-
D hibens, dixit, Inueni Dauid filium Iessæ, virum secundũ cor meum, qui faciet omnes voluntates meas. Huius ex semine Deus secundum promissionẽ, eduxit Israeli saluatorẽ Iesum, prædicãte Ioanne ante faciẽ aduentus eius, baptismum pœnitentiæ omni populo Israel. Cum impleret autẽ Ioannes cursum suũ, dicebat, Quẽ me arbitramini esse non sum ego: sed ecce venit post me cuius non sum dignus calceamenta pedũ soluere. Viri fratres, filij generis Abraham, & qui in vobis timent Deum, vobis verbum salutis huius missum est. Qui enim habitabant Ierusalẽ, & principes eius hunc ignorantes, & voces prophetarũ, quæ per omne sabbathum leguntur, iudicantes impleuerunt: & nullam causam mortis inuenientes
E in eo, petierunt à Pilato vt interficerent eum. Cum q; cõsum massent omnia quæ de eo scripta erant, deponentes eum de ligno, posuerunt eum in monumento. Deus autem suscitauit eum à mortuis tertia die: qui visus est per dies multos his qui simul ascenderãt cum eo de Galilæa in Ierusalẽ, qui vsq; nunc sunt testes eius ad plebem. Et nos vobis annuntiamus

eam,

Exo. 1 d
Exo. 13 d
Exod. 16 a
Iosue 14 a
Iudic 3 b
1. Reg. 8 a
1. Reg. 9 c & 10 a
Psal. 88 b
1. Reg. 16 c
Esa. 1 a
Matt. 3 a
Mar. 1
Luc. 3 a
Ioan. 1 c
Mar. 1 a
Matt. 27 c
Mar. 15 b
Luc. 23 c
Ioan. 19 c
Matt. 28
Mar. 16
Lucæ 24
Ioan. 20

eam, quæ ad patres nostros repromissio facta est: quoniam hanc Deus adimpleuit filijs vestris resuscitans Iesum, sicut
Psal.2.b & in psalmo secundo scriptum est. Filius meus es tu, ego hodie genui te. Quòd autem suscitauit eum à mortuis, amplius
Heb.1.b iam non reuersurũ in corruptionẽ, ita dixit, Quia dabo vo-
Esa.55.b bis sancta Dauid fidelia. Ideoq; & aliâs dicit, Nõ dabis sanctũ
Psal.15.d tuum videre corruptionem. Dauid enim in sua generatione
3.Reg.2.b cum administrasset voluntati Dei, dormiuit, & appositus est
F ad patres suos, & vidit corruptionem. Quem verò Deus suscitauit à mortuis, non vidit corruptionem. Notum igitur sit vobis viri fratres, quòd per hunc vobis remissio peccatorum annuntiatur, ab omnibus quibus non potuistis in lege Moysi iustificari. In hoc omnis qui credit, iustificatur. Videte ergo
Abac.1.b ne superueniat vobis quod dictum est in prophetis, Videte contemptores, & admiramini & disperdimini: quia opus operor ego in diebus vestris, opus quod non credetis si quis enarrauerit vobis. Exeuntibus autem illis, rogabant vt sequẽti sabbatho loquerentur sibi verba hæc. Cumque dimissa esset synagóga, secuti sunt multi Iudæorum, & colentium Deum aduenarum, Paulum & Barnabam: qui loquentes suadebant eis vt permanerent in gratia Dei. Sequenti verò sabbatho penè vniuersa ciuitas conuenit audire verbum Dei. Vi
G dentes autem turbas Iudæi, repleti sunt zelo, & contradicebant his quæ à Paulo dicebantur, blasphemantes. Tunc constanter Paulus & Barnabas dixerunt, Vobis oportebat primum loqui verbum Dei: sed quoniam repellitis illud, & indignos vos iudicatis æternæ vitæ: ecce conuertimur ad gen-
Esa.49.b tes. Sic enim præcepit nobis Dominus, Posui te in lucẽ gentium vt sis in salutem vsq; ad extremũ terræ. Audiẽtes autem gentes, gauisæ sunt, & glorificabant verbum Domini: & crediderunt quotquot erant præordinati ad vitã æternam. Disseminabatur autem verbum Domini per vniuersam regionẽ. Iudæi autem concitauerunt mulieres religiosas & honestas, & primos ciuitatis, & excitauerunt persecutionem in Paulũ
Matt.10.b & Barnabam: & eiecerunt eos de finibus suis. At illi excusso
Mar.6.b puluere pedum in eos, venerunt Iconium. Discipuli quoque
Luc.9.a replebantur gaudio & spiritu sancto.

S. PAVLVS & Barnabas multis in Iconio conuersis, à Iudæis Lystram pelluntur, ex qua annuntiato uerbo, & claudo sanato post adorationẽ suam lapidibus fugantur ad alias ciuitates prædicaturi. CAPVT XIIII.

A FActum est autem in Iconio vt simul introirent synagógam Iudæorum, & loquerentur ita vt crederet Iudæorum & Græcorum copiosa multitudo. Qui verò increduli fuerunt Iudæi, suscitauerunt & ad iracundiam concitauerunt animas gentium aduersus fratres. Multo igitur tempore demorati sunt fiduciaLiter agentes in Domino, testimonium perhibente verbo gratiæ suæ, dante signa & prodigia fieri per manus eorum. Diuisa est autem multitudo ciuitatis: & quidam quidem erant cum Iudæis, quidam verò cum apostolis. Cum autem factus esset impetus gentilium & Iudæorum cum principibus suis, vt contumelijs afficerent & lapidarent eos, intelligentes con
B fugerunt ad ciuitates Lycaoniæ Lystram & Derben, & vniuersam in circuitu regionem, & ibi euangelizantes erãt. * Et commota est omnis multitudo in doctrina eorum. Paulus autem & Barnabas morabantur Lystris. Et quidem vir Lystris infirmus pedibus sedebat, claudus ex vtero matris suæ: qui nunquam ambulauerat. Hic audiuit Paulum loquẽtem. Qui intuitus eum, & videns quia fidem haberet vt saluus fieret, dixit magna voce, Surge super pedes tuos rectus. Et exilijt: & ambulabat. Turbæ autem cum vidissent quod fecerat Paulus, leuauerunt vocem suam, Lycaonicè dicentes, Dij similes facti hominibus, descenderũt ad nos. Et vocabãt Barnabam, Iouem: Paulum vero, Mercurium, quoniam ipse erat dux verbi. Sacerdos quoque Iouis, qui erat ante ciuitatem, tauros
C & coronas ante ianuas afferens, cum populis volebat sacrificare. Quod vbi audierunt Apostoli Barnabas & Paulus, conscissis tunicis suis, exilierunt in turbas, clamantes & dicentes, Viri quid hæc facitis? Et nos mortales sumus, similes vobis homines, annuntiantes vobis ab his vanis conuerti ad Deum viuum qui fecit cœlum & terrã & mare & omnia quæ in eis Psal.145.a
sunt, qui in præteritis generationibus dimisit omnes gentes Apo.14.b
ingredi vias suas. Et quidem nõ sine testimonio semetipsum Psal.80.e
reliquit, bene faciens de cœlo, dans pluuias, & tẽpora fructifera, implens cibo & lætitia corda eorum. Et hæc dicentes, vix sedauerunt turbas ne sibi immolarẽt. Superuenerunt autem quidam ab Antiochia & Iconio Iudæi: & persuasis tur-
D bis lapidantes Paulum, traxerũt extra ciuitatem, existimãtes 2.Cor.11.f
eum mortuũ esse. Circundantibus autem eum discipulis, surgens intrauit ciuitatẽ: & postera die profectus est cum Barnaba in Derben. Cumq; euangelizassent ciuitati illi, & docuissent multos, reuersi sunt Lystrã & Iconium, & Antiochiam, confirmantes animas discipulorũ, exhortantesq; vt permanerent in fide, & quoniam per multas tribulationes oportet nos intrare in regnum Dei. Et cum constituissent illis per singulas ecclesias presbyteros, & orassent cum ieiunijs, commendauerunt eos Domino in quem crediderunt. Trãseuntesq; Pisidiam, venerũt in Pamphiliã, & loquẽtes verbũ Domini in
Perge, descenderũt in Attaliam, & inde nauigauerunt Antio- Supra 13.a
chiam, vnde erant traditi gratiæ Dei in opus quod compleuerunt. Cum autẽ venissent & congregassent ecclesiã, retulerũt quanta fecisset Deus cum illis, quia aperuisset gẽtibus ostium fidei. Morati sunt autẽ tempus non modicum cum discipulis.

S. DISSENSIONE ob legalia & ceremonias orta conciliũ Ieroso-lymis celebratur, in quo eorum abrogatio definitur: Barnabas autem à Paulo seiunctus Marco adhæret, & Paulus Silæ.
CAPVT XV.

A ET quidã descendẽtes de Iudæa, docebant fratres. Quia nisi circuncidamini secundũ morem Moysi, non potestis saluari. Facta ergo seditione non Galat.5.a
minima Paulo & Barnabæ aduersus illos, statuerunt vt ascenderẽt Paulus & Barnabas & quidam alij ex alijs ad apostolos & presbyteros in Ierusalẽ, super hac quæstione. Illi ergo deducti ab ecclesia, pertransibant Phœnicem & Samariam, narrantes conuersionẽ gentiũ: & faciebant gaudium magnũ omnibus fratribus. Cum autẽ venissent Ierosolymã, susceptI sunt ab ecclesia & ab apostolis & senioribus, annuntiantes quãta Deus fecisset cum illis. Surrexerũt autẽ quidam
B de hæresi pharisæorũ, qui crediderũt, dicentes, Quia oportet circũcidi eos, præcipere quoq; seruare legẽ Moysi. Cõuenerunt q; Apostoli & seniores videre de verbo hoc. Cum autem magna conquisitio fieret, surgẽs Petrus dixit ad eos, Viri fra- Supra 10.d
tres, vos scitis quoniam ab antiquis diebus Deus in nobis elegit per os meum audire gentes verbũ euangelij, & credere. Et qui nouit corda Deus, testimoniũ perhibuit, dans illis spiritum sanctũ sicut & nobis, & nihil discreuit inter nos & illos, fide purificans corda eorũ. Nunc ergo quid tentatis Deũ, imponere iugũ super ceruices discipulorũ: quod neq; nos, neq;
C patres nostri portare potuimus? Sed per gratiam Domini Iesu Christi credimus saluari, quemadmodũ & illi. Tacuit autem omnis multitudo, & audiebãt Barnabã & Paulũ narrantes quanta Deus fecisset signa & prodigia in gentibus per eos. Et postquam tacuerunt, respondit Iacobus, dicens, Viri fratres, audite me, Simon narrauit quẽadmodũ primũ Deus visitauit sumere ex gentibus populũ nomini suo. Et huic con- Amos 9.c
cordant verba prophetarum, sicut scriptum est, Post hæc reuertar, & reædificabo tabernaculum Dauid, quod decidit, & diruta eius reædificabo, & erigã illud, vt requirant cæteri hoD minum Dominum: & omnes gentes super quas inuocatum est nomen meum, dicit Dominus faciens hæc. Notum à seculo est Domino opus suum. Propter quod ego iudico, non inquietari

inquietari eos qui ex gentibus conuertuntur ad Deum, ſed ſcribere ad eos, vt abſtineant ſe à contaminationibus ſimulachrorum, & fornicatione, & ſuffocatis, & ſanguine. Moyſes enim à temporibus antiquis habet in ſingulis ciuitatibus qui eum prædicent in ſynagógis, vbi per omne ſabbathum legitur. Tunc placuit apoſtolis & ſenioribus cum omni eccleſia, eligere viros ex eis, & mittere Antiochiã cum Paulo & Barnaba, Iudam, qui cognominabatur Barſabas, & Silam viros
E primos in fratribus, ſcribentes per manus eorum. APOSTOLI & ſeniores fratres, his qui ſunt Antiochiæ & Syriæ & Ciliciæ fratribus ex gẽtibus, ſalutem. Quoniam audiuimus quòd quidam ex nobis exeuntes, turbauerunt vos verbis, euertentes animas veſtras, quibus non mandauimus: placuit nobis collectis in vnum, eligere viros, & mittere ad vos cum chariſsimis noſtris Barnaba & Paulo, hominibus qui tradiderunt animas ſuas pro nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti. Miſimus ergo Iudam & Silam, qui & ipſi vobis verbis referent eadem. Viſum eſt enim ſpiritui ſancto & nobis, nihil vltrà imponere vobis oneris quàm hæc neceſſaria: vt abſtinea tis vos ab immolatis ſimulachrorum, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione, à quibus cuſtodientes vos, bene agetis. Valete. Illi ergo dimiſsi deſcenderunt Antiochiam: & congregata multitudine tradiderunt epiſtolam. Quam cum legiſſent, gauiſi ſunt ſuper conſolatione. Iudas autem & Silas, & ipſi cum eſſent prophetæ, verbo plurimo conſolati ſunt fratres, & confirmauerunt. Facto autem ibi aliquanto tempore, dimiſsi ſunt cum pace à fratribus ad eos qui miſerant illos. Viſum eſt autem Silæ ibi remanere: Iudas autem ſolus abijt Ieruſalem: Paulus autem & Barnabas demorabantur
G Antiochiæ, docentes & euangelizantes cum alijs pluribus, Verbum Domini. Poſt aliquot autem dies dixit ad Barnabam Paulus, Reuertentes viſitemus fratres per vniuerſas ciui tates in quibus prædicauimus verbum Domini, quomodo ſe habeant. Barnabas autem volebat ſecum aſſumere & Ioannem, qui cognominabatur Marcus. Paulus autem rogabat, eum (vt qui diſceſsiſſet ab eis de Pamphylia, & nõ iſſet cum eis in opus) non deberet recipi. Facta eſt autem diſſenſio, ita vt diſcederent ab inuicem, & Barnabas quidem aſſumpto Marco nauigaret Cyprum: Paulus verò electo Sila profectus eſt, traditus gratiæ Dei à fratribus. Perambulabat autem Syriam & Ciliciam, confirmans eccleſias: præcipiens cuſtodire præcepta Apoſtolorum & ſeniorum.

S. PAVLVS *cum Sila Derben & Lyſtram perueniens Timotheum circuncidit: peragratis autem prædicando multis ciuitatibus, Philippis ſanata Pytoniſſa virgis cæſus & in carcerem coniectus liberatur.* CAPVT XVI.

A PEruenit autẽ in Derben & Lyſtram. Et ecce, diſcipulus quidam erat ibi nomine Timotheus, filius mulieris Iudææ fidelis, patre gentili. Huic teſtimoniũ bonũ reddebant qui in Lyſtris erant & Iconio, fratres. Hunc voluit Paulus ſecum proficiſci: & aſſumens circuncidit eum propter Iudæos qui erant in illis locis. Sciebãt enim omnes quòd pater eius erat gentilis. Cum autem pertranſirent ciuitates, tradebant eis cuſtodire dogmata quæ erant decreta ab Apoſtolis & ſenioribus qui erant Ie-
B roſolymis. Et eccleſiæ quidẽ confirmabantur fide, & abundabant numero quotidie. Tranſeuntes autem Phrygiam & Galatiæ regionem, vetati ſunt à ſpiritu ſancto loqui verbũ Dei in Aſia. Cum veniſſent autem in Myſiam, tentabant ire in Bithyniam: & non permiſit eos ſpiritus Ieſu. Cum autem pertranſiſſent Myſiam, deſcenderunt Troadem: & viſio per noctem Paulo oſtenſa eſt: Vir Macedo quidã erat ſtans, & deprecãs eum, & dicens, Tranſiens in Macedoniã adiuua nos. Vt autem viſum vidit, ſtatim quæſiuimus proficiſci in Macedoniam, certi facti quòd vocaſſet nos Deus euangelizare eis. Nauigantes autem à Troade, recto curſu venimus Samo
C thracẽ, & ſequenti die Neapolim: & inde Philippos, quæ eſt prima partis Macedoniæ ciuitas, colonia. Eramus autem in hac vrbe diebus aliquot conſiſtentes. Die autẽ ſabbathorum egreſsi ſumus foras portam iuxta flumen, vbi videbatur oratio eſſe: & ſedentes loquebamur mulieribus quæ cõuenerãt. Et quædam mulier nomine Lydia purpuraria ciuitatis Thyatirorũ, colens Deũ, audiuit: cuius Dominus aperuit cor, intendere his quæ dicebantur à Paulo. Cum autem baptizata
D eſſet, & domus eius, deprecata eſt, dicens, Si iudicaſtis me fidelem Domino eſſe, introite in domum meam, & manete. Et coegit nos. Factũ eſt autem euntibus nobis ad orationẽ puellam quandã habentem ſpiritum pythonẽ obuiare nobis: quæ quæſtũ magnũ præſtabat Dominis ſuis diuinando. Hęc ſubſecuta Paulũ & nos clamabat, dicẽs, Iſti homines, ſerui Dei excelſi ſunt, qui annuntiant vobis viam ſalutis. Hoc autem faciebat multis diebus. Dolens autẽ Paulus & conuerſus ſpiritui dixit, Præcipio tibi in nomine Ieſu Chriſti exire ab ea. Et exijt eadem hora. Videntes autem Domini eius quia exiuit ſpes quæſtus eorum, apprehendentes Paulum & Silam perduxerunt in forum ad principes: & offerẽtes eos magiſtratibus, dixerunt, Hi homines cõturbant ciuitatem noſtrã cum
E ſint Iudæi: & annuntiant morem quem non licet nobis ſuſcipere neq; facere cum ſimus Romani. Et cucurrit plebs aduerſus eos, & magiſtratus ſciſsis tunicis ſuis, iuſſerunt eos virgis cædi. Et cum multas plagas eis impoſuiſſent, miſerunt eos in carcerem, præcipientes cuſtodi vt diligenter cuſtodiret eos. Qui cum tale præceptũ accepiſſet, miſit eos in interiorẽ carcerem, & pedes eorũ ſtrinxit ligno. Media autem nocte Paulus & Silas adorantes laudabant Deum. Et audiebant eos qui in cuſtodia erant. Subitò verò terræmotus factus eſt magnus, ita vt mouerẽtur fundamẽta carceris. Et ſtatim aperta ſunt omnia oſtia: & vniuerſorũ vincula ſoluta ſunt. Expergefactus
F autẽ cuſtos carceris, & videns ianuas apertas carceris, euaginato gladio, volebat ſe interficere, exiſtimans fugiſſe vinctos. Clamauit aũt Paulus voce magna, dicẽs, Nihil tibi mali feceris: vniuerſi enim hic ſumus. Petitoq; lumine introgreſſus eſt: & tremefactus, procidit Paulo & Silæ ad pedes: & producens eos foras, ait, Domini quid me oportet facere vt ſaluus fiam? At illi dixerunt, Crede in Dominum Ieſum: & ſaluus eris tu, & domus tua. Et locuti ſunt ei verbum Domini cum omnibus qui erant in domo eius. Et tollens eos in illa hora noctis, lauit plagas eorũ: & baptizatus eſt ipſe, & omnis domus eius continuò. Cumq; perduxiſſet eos in domum ſuam, appoſuit eis menſam, & lætatus eſt cum omni domo ſua credens Deo. Et cum dies factus eſſet, miſerunt magiſtratus lictores,
G dicentes, Dimitte homines illos. Nuntiauit autem cuſtos carceris verba hæc Paulo, Quia miſerũt magiſtratus vt dimittamini. Nunc igitur exeuntes, ite in pace. Paulus autẽ dixit eis, Cæſos nos publicè, indemnatos homines Romanos miſerunt in carcerem, & nunc occultè nos eijciunt? Non ita: ſed veniant ipſi, & nos eijciant. Nunciauerunt autem magiſtratibus lictores verba hæc. Timuerunt q; audito quòd Romani eſſent: & venientes deprecati ſunt eos, & educentes rogabant vt egrederentur de vrbe. Exeuntes autem de carcere, introierunt ad Lydiam: & viſis fratribus conſolati ſunt eos, & profecti ſunt.

S. PAVLVS *Theſſalonicæ prædicãs Beroën pellitur, & hic Sila & Timotheo remanentibus Athenas profectus Athenienſium ſuperſtitiones cõfutat plures ad fidẽ cõuertens.* CAP. XVII.

A CVm autem perambulaſſent Amphipolim & Apolloniam, venerunt Theſſalonicam, vbi erat ſynagóga Iudæorum. Secundum conſuetudinem autem Paulus introiuit ad eos: & per ſabbatha tria diſſerebat eis de ſcripturis, adaperiens & inſinuans quia Chriſtum oportuit pati & reſurgere à mortuis: & quia hic eſt Chriſtus Ieſus quem ego annuntio vobis. Et quidam ex eis crediderunt, & adiuncti ſunt Paulo & Silæ, & de

colentibus

colentibus gentilibus multitudo magna,& mulieres nobiles
B non paucæ.Zelantes autẽ Iudæi,assumentesque de vulgo viros quosdam malos,& turba facta, concitauerunt ciuitatem: & assistentes domui Iasonis,quærebãt eos producere in populum. Et cũ nõ inuenissent eos,trahebant Iasonem & quosdam fratres ad principes ciuitatis clamantes, Quoniam hi qui vrbem concitant:& huc venerunt,quos suscepit Iason:& hi omnes contra decreta Cæsaris faciunt, regem alium dicentes esse, Iesum. Concitauerunt autem plebem, & principes ciuitatis audientes hæc. Et accepta satisfactione à Iasone & à cæteris,dimiserunt eos.Fratres verò confestim per noctẽ
C dimiserunt Paulum & Silam in Berrhœam. Qui cum venissent, in synagógam Iudæorum introierunt. Hi autem erant nobiliores eorum qui sunt Thessalonicæ,qui susceperũt verbum cum omni auiditate, quotidie scrutantes scripturas, si hæc ita se haberent. Et multi quidẽ crediderunt ex eis,& mulierum gentiliũ honestarum,& viri nõ pauci. Cum autem cognouissent in Thessalonica Iudæi,quia & Berrhœæ prædicatum est à Paulo verbũ Dei,venerunt & illuc, commouentes & turbantes multitudinem.Statimq; tunc Paulum dimiserunt fratres, vt iret vsq; ad mare:Silas autem & Timotheus
D remanserunt ibi. Qui autem deducebant Paulum, perduxerunt eum vsque ad Athenas.& accepto mandato ab eo ad Silam & Timotheum vt quam celeriter venirent ad se: profecti sunt.Paulus autem cum Athenis eos expectaret,incitabatur spiritus eius in ipso,videns idololatrię deditam ciuitatem, Disputabat igitur in synagóga cum Iudæis & colentibus,& in foro per omnes dies ad eos qui adierant. Quidã autem Epicurei & Stoici philosophi disserebant cum eo: & quidam dicebant, Quid vult seminiuerbius hic dicere?Alij verò, Nouo
E rum dæmoniorũ videtur annuntiator esse, quia Iesum & resurrectionem annuntiabat eis.Et apprehẽsum eum, ad Areopagum duxerunt, dicẽtes, Possumus scire quæ est hæc noua quæ à te dicitur,doctrina? noua enim quædam infers auribus nostris. Volumus ergo scire quidnam velint hæc esse. Athenienses autem omnes, & aduenæ hospites, ad nihil aliud vacabant, nisi aut dicere aut audire aliquid noui.Stans autem Paulus in medio Areopagi,ait,Viri Athenienses,per omnia quasi superstitiosiores vos video. Præteriens enim &
F videns simulachra vestra, inueni & aram in qua scriptum erat
Supra 7 f Ignoto Deo. Quod ergo ignorantes colitis,hoc ego annuntio vobis.Deus qui fecit mundum & omnia quæ in eo sunt, hic cœli & terræ cum sit Dominus, non in manufactis templis habitat,nec manibus humanis colitur,indigens aliquo,cũ ipse det omnibus vitam & inspirationem & omnia: fecitque ex vno omne genus hominum inhabitare super vniuersam faciem terræ,definiens statuta tempora & terminos habitationis eorum,quærere Deum si fortè attrectent eum aut inueniant,quamuis non longè sit ab vnoquoque nostrum. In ipso enim viuimus & mouemur & sumus, sicut & quidam
Aratus. vestrorum poetarum dixerunt, Ipsius enim & genus sumus.
Esa.40 c G Genus ergo cum simus Dei,non debemus existimare auro & argento,aut lapidi sculpturæ artis & cogitationis hominis, diuinum esse simile.Et tempora quidem huius ignorãtiæ deciens Deus,nunc annuntiat hominibus, vt omnes vbique pœnitentiam agant,eo quòd statuit diem in quo iudicaturus est orbem in æquitate in viro in quo statuit, fidem præbens omnibus,suscitans eum à mortuis. Cum audissent autem resurrectionem mortuorum, quidam quidem irridebant, quidam verò dixerunt, Audiemus te de hoc iterum. Sic Paulus exiuit de medio eorum. Quidam verò viri adhærentes ei,crediderunt: in quibus & Dionysius Areopagita,& mulier nomine, Damaris, & alij cum eis.

S. PAVLVS *in Corintho,Achaia & Epheso* CHRISTINE *gotium agens,plures cum detrimento sui* CHRISTO *acquisit.* CAPVT XVIII.

A POst hæc egressus ab Athenis,venit Corinthum, & inueniens quendã Iudæum nomine Aquilam, Ponticum genere,qui nuper venerat ab Italia,& Priscillam vxorẽ eius, eo quòd præcepisset Claudius discedere omnes Iudæos à Roma:accesit ad eos.Et quia eiusdem erat artis, manebat apud eos, & operabatur. (erant autem scenofactoriæ artis.) Et disputabat in synagóga per omne sabbathum, interponens nomen Domini Iesu: suaB debatque Iudæis & Græcis. Cum venissent autem de Macedonia Silas & Timotheus,instabat verbo Paulus testificans Iudæis esse Christum Iesum. Cõtradicentibus autem eis & blasphemantibus,excutiens vestimenta sua,dixit ad eos, Sanguis vester super caput vestrum. Mundus ego:ex hoc ad gentes vadam.Et migrans inde,intrauit in domũ cuiusdam, nomine Titi Iusti, colentis Deum, cuius domus erat coniuncta
C synagógæ. Crispus autem archisynagógus credidit Domino,cum omni domo sua:& multi Corinthiorũ audientes credebant, & baptizabantur.Dixit autem Dominus nocte per visionem Paulo, Noli timere: sed loquere,& ne taceas, propterea quòd ego sum tecum:& nemo apponetur tibi vt noceat te,quoniam populus est mihi multus in hac ciuitate.Sedit autem ibi annum & sex menses,docens apud eos verbum Dei. Gallione autem proconsule Achaiæ,insurrexerunt vno animo Iudæi in Paulum,& adduxerũt eum ad tribunal,dicẽ-
D tes,Contra legẽ hic persuadet hominibus colere Deum. Incipiente autem Paulo aperire os,dixit Gallio ad Iudæos, Si quidem esset iniquum aliquid, aut facinus pessimum,ô viri Iudæi,rectè vos sustinerem.Si verò quęstiones sunt de verbo & nominibus legis vestræ, vosipsi videritis.Iudex ego horũ nolo esse.Et minauit eos à tribunali.Apprehendentes autem omnes Sosthenem principem synagógæ, percutiebant eum
E ante tribunal:& nihil eorum Gallioni curæ erat. Paulus verò cum adhuc sustinuisset dies multos,fratribus valefaciens, nauigauit in Syriã,& cum eo Priscilla & Aquila, qui sibi totonderat in Cenchreis caput. Habebat enim votum. Deuenitq; Ephesum,& illos ibi reliquit.Ipse verò ingressus synagógam disputabat cum Iudæis.Rogantibus autem eis vt ampliori tẽpore maneret, non consensit,sed valefaciens,& dicens, Iterũ reuertar ad vos,Deo volente: profectus est ab epheso. Et descendens Cæsaream, ascendit & salutauit ecclesiam:& de-
F scendit Antiochiam. Et facto ibi aliquanto tempore profectus est, perambulans ex ordine Galatiã regionem & Phrygiam, confirmans omnes discipulos.Iudæus autem quidam, Apollo nomine, Alexandrinus genere,vir eloquens, deuenit Ephesum,potens in scripturis. Hic erat edoctus viã Domini: & feruens spiritu loquebatur & docebat diligenter ea quæ sunt Iesu, sciens tantum baptisma Ioannis. Hic ergo
G cœpit fiducialiter agere in synagóga. Quem cum audissent Priscilla & Aquila, assumpserunt eum, & diligentius exposuerunt ei viam Domini.Cum autem vellet ire Achaiam,exhortati fratres, scripserunt discipulis, vt susciperent eum. Qui cum venisset,contulit multum his qui crediderant.Vehementer enim Iudæos reuincebat publicè,ostendẽs per scripturas,esse Christum Iesum.

S. PAVLVS *strenuè apud Ephesum prædicans & signa faciens, cum Ierosolymam redire curaret,* Demetrius *in eum concitauit tumultum.* CAPVT XIX.

A FActum est autem cum Apollo esset Corinthi,vt Paulus peragratis superioribus partibus, veniret Ephesum, & inueniret quosdam discipulos: dixitq; ad eos,Si spiritum sanctũ accepistis credentes?At illi dixerunt ad eum, Sed neque si spiritus sanctus est,audiuimus. Ille verò ait,In quo ergo baptizati estis? Qui dixerunt,In Ioannis baptismate. Dixit autem Paulus, Ioannes baptizauit baptismo pœnitentiæ populũ: dicens,in eum qui venturus esset post ipsum,vt crederent,hoc est,in Iesum.

Matt.3 c Marc.1 b Luc.3 c Ioan.1 d Supra 18 2 a u c

His

His auditis, baptizati ſunt in nomine domini Ieſu. Et cū impoſuiſſet illis manus Paulus, venit Spiritus ſanctus ſuper eos & loquebantur linguis, & prophetabāt. Erant autem omnes viri ferè duodecim. Introgreſſus autem ſynagógā cum fiducia loquebatur per tres menſes, diſputans & ſuadens de regno
B Dei. Cum autem quidam indurarentur & non crederent, male dicentes viam Domini coram multitudine, diſcedens ab eis, ſegregauit diſcipulos, quotidie diſputans in ſchola Tyranni cuiuſdam. Hoc autem factum eſt per biennium, ita vt omnes qui habitabant in Aſia, audirent verbum Domini, Iudæi, atq; Gentiles. Virtutesq; non quaslibet faciebat Deus per manū Pauli: ita vt etiam ſuper languidos deferrentur à corpore eius ſudaria & ſemicinctia, & recedebant ab eis languores, & ſpiritus nequam egrediebantur. Tentauerunt autem quidam &
C de circumeuntibus Iudæis exorciſtis inuocare ſuper eos qui habebant ſpiritus malos, nomen domini Ieſu, dicentes, Adiuro vos per Ieſum quem Paulus prædicat. Erant autem cuiuſdam Iudæi, nomine Sceuæ, principis ſacerdotum ſeptem filij, qui hoc faciebant. Reſpondens autem ſpiritus nequam, dixit eis, Ieſum noui, & Paulum ſcio: vos autem qui eſtis? Et inſiliens in eos homo in quo erat dæmonium peſſimum, & dominatus amborum, inualuit contra eos, ita vt nudi & vulnerati effugerent de domo illa. Hoc autem notum factum eſt omnibus Iudæis atque gentilibus qui habitabant
D Epheſi: & cecidit timor ſuper omnes illos, & magnificabatur nomen Domini Ieſu. Multiq́ue credentium veniebant confitentes & annuntiātes actus ſuos. Multi autem ex eis qui fuerant curioſa ſectati, contulerunt libros, & combuſſerunt eos coram omnibus, & computatis pretijs illorum, inuenerunt pecuniam denariorum quinquaginta millium. Ita fortiter creſcebat verbum Dei, & confirmabatur. His autem expletis propoſuit Paulus in ſpiritu, tranſita Macedonia &
E Achaia, ire Ieroſolymam, dicens, Poſtquam fuero ibi, oportet me & Romam videre. Mittens autem in Macedoniā duos ex miniſtrantibus ſibi, Timotheum & Eraſtum, ipſe remanſit ad tempus in Aſia. Facta eſt autem illo tempore turbatio non minima de via Domini. Demetrius enim quidam nomine, argentarius, faciens ædes argenteas Dianæ, præſtabat artificibus non modicum quæſtum: quos conuocans & eos qui huiuſmodi erant opifices, dixit, Viri, ſcitis quia de hoc artificio eſt nobis acquiſitio: & videtis & auditis quia non ſolum Epheſi, ſed penè totius Aſiæ Paulus hic ſuadens auertit multam turbam, dicens, Quoniam non ſunt dij qui manibus fiunt. Non ſolum autem hæc periclitabitur nobis pars in redargutionem venire, ſed & magnæ Dianæ templum in nihilum reputabitur: & deſtrui incipiet maieſtas eius, quam tota
F Aſia & orbis colit. His auditis, repleti ſunt ira, & exclamauerunt, dicentes, Magna Diana Epheſiorum. Et impleta eſt ciuitas tota confuſione, & impetū fecerunt vno animo in theatrū rapto Caio & Ariſtarcho Macedonibus, comitibus Pauli. Paulo autem volente intrare in populum, non permiſerunt diſcipuli. Quidam autem & de Aſiæ principibus qui erant amici eius, miſerunt ad eum, rogātes ne ſe daret in theatrum. Alij autem aliud clamabant. Erat enim eccleſia cōfuſa: & plures neſciebant qua ex cauſa conueniſſent. De turba autem detraxerunt Alexandrum, propellentibus eum Iudæis. Alexāder autem manu ſilentio poſtulato, volebat reddere rationē populo. Quem vt cognouerunt Iudæū eſſe, vox facta vna eſt
G omniū quaſi per horas duas clamantiū, Magna Diana Epheſiorum. Et cum ſedaſſet ſcriba turbas, dixit, Viri Epheſij, quis enim eſt hominum qui neſciat Epheſiorum ciuitatem cultricem eſſe magnæ Dianæ Iouisq́; prolis? Cum ergo his contradici non poſsit, oportet vos ſedatos eſſe, & nihil temerè agere. Adduxiſtis enim homines iſtos, neq; ſacrilegos, neque blaſphemantes Deam veſtram. Quòd ſi Demetrius & qui cum eo ſunt artifices, habent aduerſus aliquem cauſam, conuentus forenſes aguntur, & procōſules ſunt, accuſent inuicē. Si quid autem alterius rei quæritis: in legitima eccleſia poterit abſolui. Nam & periclitamur argui ſeditionis hodiernæ: cum nullus obnoxius ſit de quo poſsimus reddere rationem concurſus iſtius. Et cum hæc dixiſſet, dimiſit eccleſiam.

S. Epheſi ſedato in Paulum tumultu, Paulus per multa Græciæ loca prædicans, Ieroſolymam multis comitantibus tendit.

CAP. XX.

A POſtquam autē ceſſauit tumultus, vocatis Paulus diſcipulis, & exhortatus eos, vale dixit, & profectus eſt vt iret in Macedoniam. Cum autē perambulaſſet partes illas, & exhortatus eos fuiſſet multo ſermone, venit ad Græciam: vbi cū fuiſſet menſes tres, factæ ſunt illi inſidiæ a Iudæis nauigaturo in Syriam: habuitq́; conſilium vt reuerteretur per Macedoniā. Comitatus eſt autem eum Soſipater Pyrrhi Berrhœenſis, Theſſalonicenſium verò Ariſtarchus, & Secundus, & Caius Derbeus, & Timò-
B theus, Aſiani verò Tichicus & Trophimus. Hi cum præceſſiſſent, ſuſtinuerunt nos Troade: nos verò nauigauimus poſt dies azymorū à Philippis, & venimus ad eos Troadē in diebus quinq;, vbi demorati ſumus diebus ſeptem. Vna autē ſabbathi cum conueniſſemus ad frangendum panem, Paulus diſputabat cum eis profecturus in craſtinū, protraxitq́; ſermonem vſq; in mediam noctem. Erant autem lampades copioſę in cœnaculo vbi eramus congregati. Sedens autem quidā adoleſcens, nomine Eutychus ſuper feneſtram, cum mergeretur ſomno graui, diſputante diu Paulo, ductus ſomno cecidit de
C tertio cœnaculo deorſum, & ſublatus eſt mortuus. Ad quem cum deſcendiſſet Paulus incubuit ſuper eum: & complexus dixit, Nolite turbari, anima enim ipſius in ipſo eſt. Aſcendēs autem frangensq́ue panem & guſtans, ſatisq́ue allocutus vſq; in lucem, ſic profectus eſt. Adduxerunt autem puerū viuentem, & conſolati ſunt non minimè. Nos autē aſcendentes nauem, nauigauimus in Aſſon, inde ſuſcepturi Paulū. ſic enim diſpoſuerat ipſe per terram iter facturus. Cum autē conueniſſemus in Aſſon, aſſumpto eo, venimus Mitylenem. Et inde nauigantes, ſequenti die venimus contra Chium: & alia die applicuimus Samum: & ſequenti die venimus Miletum. propoſuerat enim Paulus tranſnauigare Epheſum, ne qua mora illi
D fieret in Aſia. Feſtinabat enim, ſi poſsibile ſibi eſſet, vt diem pentecoſten faceret Ieroſolymis. A Mileto autem mittens Epheſum vocauit maiores natu eccleſiæ. Qui cum veniſſent ad eū, & ſimul eſſent, dixit eis, Vos ſcitis à prima die qua ingreſſus ſum in Aſiam, qualiter vobiſcum per omne tempus fuerim, ſeruiens domino cum omni humilitate & lachrymis, & tentationibus quæ mihi acciderunt ex inſidijs Iudæorum: quomodo nihil ſubtraxerim vobis vtiliū, quominus annuntiarem vobis & docerem vos publicè & per domos, teſtificās Iudæis atq; gentilibus in Deum pœnitentiā, & fidem in Do-
E minum noſtrum Ieſum Chriſtum. Et nūc ecce ego alligatus ſpiritu, vado in Ieruſalē: quæ in ea ventura ſunt mihi ignorās, niſi quòd Spiritus ſanctus per omnes ciuitates mihi proteſtatur, dicēs quoniā vincula & tribulationes Ieroſolymis me manent. Sed nihil horum vereor, nec facio animā meā pretioſiorem quàm me dummodo cōſummem curſum meū & miniſterium verbi quod accepi à Dño Ieſu, teſtificari Euangeliū gratiæ Dei. Et nunc ecce ego ſcio quia amplius non videbitis faciem meam vos omnes per quos tranſiui prædicans regnū
F Dei. Quapropter cōteſtor vos hodierna die, quòd mundus ſum à ſanguine omniū. Non enim ſubterfugi, quo minus annuntiarem omne conſiliū Dei vobis. Attendite vobis & vniuerſo gregi, in quo vos Spiritus ſanctus poſuit epiſcopos regere eccleſiā Dei, quā acquiſiuit ſanguine ſuo. Ego ſcio quoniam intrabūt poſt diſceſsionē meam lupi rapaces in vos, non parcentes gregi. Et ex vobiſipſis exurgēt viri loquentes peruerſa, vt abducant diſcipulos poſt ſe. Propter quod vigilate, memoria retinentes, quoniam per triennium nocte & die nō

ceſſaui, cum lachrymis monere vnumquenq; veſtrũ. Et nunc cõmendo vos Deo & verbo gratiæ ipſius, qui potens eſt ædi-
G ficare, & dare hæreditatẽ in ſanctificatis omnibus. Argentum & aurum, aut veſtem nullius concupiui. Sicut ipſi ſcitis quo-
2.Cor.4 c niam ad ea quæ mihi opus erãt, & his qui mecum ſunt, miniſ-
1.Theſſ.2 b ſtrauerunt manus iſtæ. Omnia oſtendi vobis, quoniam ſic la-
2.Theſ.3 b borantes, oportet ſuſcipere infirmos, ac meminiſſe verbi Domini Ieſu, quoniam ipſe dixit, Beatius eſt magis dare, quàm accipere. Et cũ hæc dixiſſet, poſitis genibus ſuis orauit cum omnibus illis. Magnus autem fletus factus eſt omniũ: & procumbentes ſuper collum Pauli oſculabantur eũ, dolentes maxime in verbo quod dixerat, quoniam amplius faciẽ eius non eſſent viſuri. Et deducebant eum ad nauem.

S. PAVLVS *itinere multo Tyrum appulit, & inde Cæſaream, ubi à Philippo receptus à propheta Agabo prædicitur Ieroſolymis capiendus & ligandus, quod ita accidit.* CAP. XXI.

A NAm autem factũ eſſet vt nauigaremus abſtracti ab eis, recto curſu venimus Coum, & ſequẽti die Rhodum, & inde Pataram. Et cum inueniſſemus nauem tranſfretantẽ in Phœnicẽ: aſcendentes nauigauimus. Cũ apparuiſſemus autẽ Cypro, relinquentes eam ad ſiniſtram, nauigauimus in Syriam, & venimus Tyrum. ibi enim nauis expoſitura erat onus. Inuẽtis autẽ diſcipulis, mãſimus ibi diebus ſeptem: qui Paulo dicebant per ſpiritum, ne aſcẽderet Ieroſolymam. Et expletis diebus profecti ibamus, deducentibus nos omnibus cum vxoribus & filijs vſq; foras ciuitatem: & poſitis genibus in litore, orauimus. Et cum valefeciſſemus inuicẽ, aſcẽdimus nauem, illi autem redierunt in
B ſua. Nos verò nauigatione expleta, à Tyro deſcendimus Ptolemaidã: & ſalutatis fratribus, manſimus die vna apud illos. Alia autẽ die profecti, venimus Cæſaream. Et intrãtes domũ Philippi euangeliſtæ, qui erat vnus de ſeptẽ, manſimus apud
Supra 6 b eum. Huic autẽ erant quatuor filiæ virgines, prophetantes. Et cum moraremur per dies aliquot, ſuperuenit quidã vir à Iudæa propheta, nomine Agabus. Is cum veniſſet ad nos, tulit zonam Pauli: & alligans ſibi pedes & manus, dixit, Hæc dicit Spiritus ſanctus: virũ cuius eſt zona hæc, ſic alligabũt in Ieruſalem Iudæi & tradẽt in manus gentium. Quod cũ audiſſe-
C mus, rogabamus nos & qui loci illius erãt, ne aſcenderet Ieroſolymã. Tunc reſpondit Paulus, & dixit, Quid facitis flentes & affligẽtes cor meũ? Ego autẽ non ſolũ alligari, ſed & mori in Ieruſalem paratus ſum propter nomẽ Domini Ieſu. Et cũ ei ſuadere non poſſemus, quieuimus, dicentes, Domini volũtas fiat. Poſt dies autem iſtos præparati, aſcendebamus in Ieruſalem. Venerunt autẽ quidã ex diſcipulis à Cæſarea nobiſcũ, adducẽtes ſecũ (apud quẽ hoſpitaremur) Iaſonẽ quendã Cyprium, antiquũ diſcipulũ. Et cũ veniſſemus Ieroſolymam, libenter exceperunt nos fratres. Sequẽti autẽ die introibat Pau-
D lus nobiſcũ ad Iacobũ, omnesq; collecti ſunt ſeniores. Quos cum ſalutaſſet, narrabat per ſingula, quæ Deus feciſſet in gentibus per miniſterium ipſius. At illi cũ audiſſent, magnificabãt Deũ, dixerũtq; ei, Vides frater quot millia ſunt in Iudęis qui crediderũt: & omnes æmulatores ſunt legis. Audierũt autem de te quia diſceſſionem doceas à Moyſe, eorũ qui per gentes ſunt Iudæorũ, dicens nõ debere eos circuncidere filios ſuos, neq; ſecundũ cõſuetudinẽ ingredi. Quid ergo eſt? Vtiq; oportet cõuenire multitudinẽ: audient enim te ſuperueniſſe. Hoc ergo fac, quod tibi dicimus, Sunt nobis viri quatuor, votũ habẽtes ſuper ſe. His aſſumptis ſanctifica te cum illis: & impende in illis, vt radant capita: & ſcient omnes quia quæ de te au-
E dierunt, falſa ſunt, ſed ambulas & ipſe cuſtodiens legẽ. De his autẽ qui crediderũt ex gentibus nos ſcripſimus, iudicantes vt abſtineãt ſe ab idólis immolato, & ſanguine, & ſuffocato, & fornicatione. Tũc Paulus aſſumptis viris poſtera die purificatus cum illis intrauit in templũ, annuntiãs expletionẽ dierum purificationis, donec offerretur pro vnoquoq; eorum oblatio. Dum autẽ ſeptẽ dies cõſummarentur, hi qui de Aſia erant Iudæi, cũ vidiſſent eũ in tẽplo, cõcitauerunt omnẽ populũ, & iniecerunt ei manus, clamantes, Viri Iſraelitæ, adiuuate: hic eſt homo qui aduerſus populũ & legem & locum hũc
F omnes vbiq; docẽs, inſuper & gentiles induxit in templũ & violauit ſanctũ locum iſtũ. Viderãt enim Trophimũ Epheſium in ciuitate cũ ipſo, quem exiſtimauerũt quoniã in templũ introduxiſſet Paulus. Cõmotaq; eſt ciuitas tota: & facta eſt cõcurſio populi. Et apprehẽdẽtes Paulũ, trahebant eũ extra templũ: & ſtatim clauſæ ſunt ianuæ. Quærẽtibus autẽ eũ occidere, nuntiatũ eſt tribuno cohortis, Quia tota confunditur Ieruſalẽ. Qui ſtatim aſſumptis militibus & cẽturionibus, decucurrit ad illos. Qui cũ vidiſſent tribunũ & milites, ceſſauerũt percutere Paulũ. Tũc accedẽs tribunus apprehẽdit eũ, & iuſſit eũ alligari catenis duabus: & interrogabat quis eſſet
G & quid feciſſet. Alij autẽ aliud clamabãt in turba. Et cum non poſſet certũ cognoſcere præ tumultu, iuſſit duci eũ in caſtra. Et cum veniſſet ad gradus, contigit vt portaretur à militibus propter vim populi. Sequebatur enim multitudo populi clamans, Tolle eum. Et cum cœpiſſet induci in caſtra Paulus, dicit tribuno, Si licet mihi loqui aliquid ad te? Qui dixit ei, Grę cè noſti? Nónne tu es Aegyptius qui ante hos dies tumultum concitaſti, & eduxiſti in deſertũ quatuor millia virorũ ſicariorum? Et dixit ad eum Paulus, Ego homo ſum quidẽ Iudæus à Tharſo Ciliciæ, non ignotæ ciuitatis municeps. Rogo autẽ te, permitte mihi loqui ad populum. Et cum ille permiſiſſet, Paulus ſtans in gradibus, annuit manu ad plebem. & magno ſilentio facto, allocutus eſt lingua Hebræa, dicens,

S. CAPTVS *à Iudæis Paulus rationem ſuæ doctrinæ, & ſuam apud eos conuerſationem, & inde conuerſionem teſtatus, ſe tandẽ Romanum aſſerit.* CAPVT XXII.

A VIri fratres & patres, audite quam ad vos nunc reddo rationem. Cum audiſſent autẽ quia Hebræa lingua loqueretur ad illos, magis præſtiterunt ſilentiũ. Et dicit, Ego ſum vir Iudæus, natus Tharſo Ciliciæ, nutritus autẽ in iſta ciuitate ſecus pedes Gamalielis, eruditus iuxta veritatẽ paternæ legis, æmulator legis ſicut & vos omnes eſtis hodie: qui hanc viã perſecutus ſum vſque *Supra 8 a* ad mortem, alligans & tradens in cuſtodias viros ac mulieres, ſicut princeps ſacerdotum mihi teſtimoniũ reddit, & omnes maiores natu à quibus & epiſtolas accipiẽs ad fratres, Dama- *Supra 9 a*
ſcum pergebã, vt adducerẽ inde vinctos in Ieruſalẽ, vt puni-
F rentur. Factũ eſt autẽ eunte me & appropinquante Damaſco media die, ſubitò de cœlo circunfulſit me lux copioſa, & decidens in terram, audiui vocẽ dicentẽ mihi, Saule Saule, quid me perſequeris? Ego autẽ reſpõdi, Quis es Domine? Dixitq; ad me, Ego ſum Ieſus Nazarenus quem tu perſequeris. Et qui mecum erant, lumen quidẽ viderunt, vocẽ autem non audierunt eius qui loquebatur mecum. Et dixi, Quid faciã Do-
C mine? Dominus autẽ dixit ad me, Surgens vade Damaſcum: & ibi tibi dicetur de omnibus quæ te oporteat facere. Et cum non viderem præ claritate luminis illius, ad manũ deductus à comitibus veni Damaſcũ. Ananias autẽ quidam, vir ſecundũ legem: teſtimoniũ habens ab omnibus cohabitãtibus Iudæis, veniẽs ad me & ſtans, dixit mihi, Saule frater, reſpice. Et ego
D eadem hora reſpexi in eum. At ille dixit, Deus patrum noſtrorũ præordinauit te, vt cognoſceres voluntatem eius, & videres iuſtũ, & audires vocẽ ex ore eius: quia eris teſtis illius ad omnes homines, eorũ quæ vidiſti & audiſti. Et nũc quid moraris? Exurge, & baptizare, & ablue peccata tua inuocato nomine ipſius. Factũ eſt autẽ reuertẽti mihi in Ieruſalẽ & oranti in templo, fieri me in ſtupore mentis, & videre illum dicen-
E tem mihi, Feſtina, & exi velociter ex Ieruſalem quoniã non recipient teſtimoniũ tuum de me. Et ego dixi, Domine, ipſi ſciunt quia ego eram concludens in carcerem, & cædens per ſynagógas eos qui credebant in te: & cum funderetur ſanguis

Stéphani

supra 7 g Stéphani testis tui, ego astabam & consentiebã, & custodiebam vestimenta interficientium illum. Et dixit ad me, Vade, quoniam ego in nationes longe mittã te. Audiebant autem
F eum vsq; ad hoc verbũ, & leuauerũt vocẽ suam, dicẽtes, Tolle de terra huiusmodi: non enim fas est eũ viuere. Vociferantibus autem eis, & proijcientibus vestimenta sua, & puluerẽ iactantibus in aerem, iussit tribunus induci eũ in castra, & flagellis cædi, & torqueri eum: vt sciret propter quam causam sic acclamarent ei. Et cum astrinxissẽt eum loris, astanti sibi
G centurioni Paulus dixit, Si hominẽ Romanũ & indemnatum licet vobis flagellare? Quo audito, cẽturio accessit ad tribunum, & nũtiauit ei, dicens, Quid acturus es? Hic enim homo ciuis Romanus est, Accedens autem tribunus dixit illi, Dic mihi si tu Romanus es? At ille dixit, Etiã. Et respondit tribunus, Ego multa summa ciuilitatem hanc consecutus sum. Et Paulus ait, Ego autẽ & natus sum. Protinus ergo discesserunt ab illo, qui eum torturi erant. Tribunus quoque timuit postquàm resciuit quia ciuis Romanus esset, & quia alligasset eũ. Postera autẽ die volẽs scire diligentius, qua ex causa accusaretur à Iudæis, soluit eum, & iussit sacerdotes conuenire & omne concilium: & producens Paulum statuit inter illos.

S. DISSENSIONE *autem propter Paulũ inter Phariseos & Sadducæos orta noua in eum parantur insidiæ, quibus per nepotem suum detectis mittitur Cæsaream.* CAPVT XXIII.

A NTendens autem in consiliũ Paulus, ait, Viri fratres, ego omni conscientia bona cõuersatus sum ante Deũ vsq; in hodiernum diem. Princeps autẽ sacerdotũ Ananias, præcepit astantibus sibi percutere os eius. Tunc Paulus dixit ad eum, Percutiet te Deus, paries dealbate. Et tu sedens iudicas me secundũ legem & cõtra legem iubes me percuti? Et qui astabãt, dixerunt, Summũ sacerdotẽ Dei maledicis? Dixit autẽ Paulus, Nesciebã fratres
Exod. 22 d quia princeps est sacerdotũ. Scriptũ est enim, Principẽ populi tui non maledices. Sciens autem Paulus quia vna pars esset
B Sadducæorũ, & altera pharisæorũ, exclamauit in cõcilio, Viri fratres, ego pharisæus sum filius pharisæi: de spe & resurrectione mortuorũ ego iudicor. Et cum hæc dixissẽt, facta est
Philip. 3 b dissensio inter pharisæos & sadducæos, & soluta est multitu-
Matth. 22 c do. Sadducæi autẽ dicunt non esse resurrectionẽ mortuorũ, neq; Angelum, neq; spiritum: Pharisæi autem vtraq; cõfiten
C tur. Factus est autem clamor magnus: & exurgentes quidam pharisæorum, pugnabant dicentes, Nihil mali inuenimus in homine isto. quid si spiritus locutus est ei, aut Angelus? Et cũ magna dissensio facta esset, timens tribunus ne discerperetur Paulus ab ipsis, iussit milites descendere & rapere eũ de medio eorũ, ac deducere eum in castra. Sequenti autẽ nocte assistens ei Dominus, ait, Cõstans esto. Sicut enim testificatus es de me in Ierusalem, sic te oportet & Romæ testificari. Facta autem die, collegerunt se quidam ex Iudæis, & deuouerunt se dicentes, neq; manducaturos, neq; bibituros, donec occide-
D rent Paulũ. Erant autẽ plus quàm quadraginta viri, qui hanc coniurationẽ fecerant: qui accesserunt ad principem sacerdotum & seniores, & dixerũt, Deuotione deuouimus nos, nihil gustaturos, donec occidamus Paulum. Nunc ergo vos notũ facite tribuno cum concilio, vt producat illum ad vos, tanquam aliquid certius cogniturus de eo. Nos verò, prius quàm appropinquet, parati sumus interficere illũ. Quod cũ audisset filius sororis Pauli insidias, venit & intrauit in castra, nuntiauitq; Paulo. Vocans autẽ Paulus ad se vnũ ex centurionibus, ait, Adolescentẽ hunc adhuc ad tribunum: habet enim ali
E quid indicare illi. Et ille quidem assumens eum, duxit ad tribunum, & ait, Vinctus Paulus rogauit me, hunc adolescentẽ perducere ad te, habentẽ aliquid loqui tibi. Apprehendens autem tribunus manũ illius, secessit cum eo seorsum, & interrogauit illũ, Quid est quod habes indicare mihi? Ille autẽ dixit, Iudæis conuenit rogare te, vt crastina die producas Paulum in concilium, quasi aliquid certius inquisituri sint de illo. tu verò ne credideris illis. Insidiantur enim ei ex eis viri amplius quàm quadraginta: qui se deuouerunt non manducare neque bibere, donec interficiant eum: & nunc parati sunt expectantes promissum tuum. Tribunus igitur dimisit adolescentem, præcipiens ei ne cui loqueretur, quoniam hæc nota sibi fecis-
F set. Et vocatis duobus centurionibus, dixit illis, Parate milites ducentos, vt eant vsq; Cæsareã, & equites septuaginta, & lancearios ducentos, à tertia hora noctis: & iumenta præparate, vt imponentes Paulũ, saluũ perducerent ad Felicẽ præsidẽ (* Timuit enim, ne fortè raperent eum Iudæi & occiderent, & ipse postea calumniam sustineret, tanquam accepturus pecuniam) .. scribens ei epistolã continentem hæc, Claudius Lysias optimo præsidi Felici salutẽ. Virũ hunc comprehensum à Iudæis, & incipientem interfici ab eis, superueniẽs cum exercitu, eripui, cognito quòd Romanus est: volensq; scire causam quam obijciebant illi, deduxi eum in concilium
G eorum. Quem inueni accusari de quæstionibus legis ipsorum: nihil verò dignum morte aut vinculis habentem crimen. Et cum mihi perlatum esset de insidijs quas parauerant illi, misi eum ad te, denuntians & accusatoribus vt dicãt apud te. Vale.

Milites verò, secundum præceptum sibi assumentes Paulum, duxerunt per noctem in Antipatridem. Et postera die dimissis equitibus vt cum eo irent, reuersi sunt ad castra. Qui cum venissent Cæsaream, & tradidissent epistolam præsidi, statuerunt ante illum & Paulum. Cum legisset autem, & interrogasset de qua prouincia esset: & cognoscens quia de Cilicia, Audiam te, inquit, cum accusatores tui venerint. Iussitq; in prætorio Herodis custodiri eum.

S. PAVLVS *apud Felicem à Iudæis accusatus suam uiriliter in omnibus causam tuetur.* CAPVT XXIIII.

A POst quinq; autem dies descendit princeps sacerdotum Ananias, cũ senioribus quibusdã & Tertullo quodam oratore, qui adierunt præsidem aduersus Paulum. Et citato Paulo, cœpit accusare Tertullus, dicẽs, Cum in multa pace agamus per te, & multa corrigantur per tuam prouidentiam: semper & vbiq; suscipimus, optime Felix, cũ omni gratiarũ actione. Ne diutius au-
B tem te protrahã, oro breuiter audias nos pro tua clementia. Inuenimus hunc hominẽ pestiferũ, & concitantẽ seditionem omnibus Iudæis in vniuerso orbe, & authorem seditionis sectæ Nazarenorum, qui etiam templum violare conatus est, quem & apprehensum voluimus secundũ legem nostram iudicare. Superueniens autẽ tribunus Lysias, cum vi magna eripuit eũ de manibus nostris, iubens accusatores eius ad te ve-
C nire, à quo poteris ipse iudicãs de omnibus istis cognoscere, de quibus nos accusamus eum. Adiecerunt autẽ & Iudæi, dicentes hæc ita se habere. Respõdit autẽ Paulus, annuente sibi præside dicere, Ex multis annis te esse iudicẽ genti huic sciẽs, bono animo pro me satisfaciã. Potes enim cognoscere quia non plus sunt mihi dies quàm duodecim, ex quo ascendi ado-
D rare in Ierusalem: & neq; in templo inuenerũt me cum aliquo disputantem aut cõcursum facientẽ turbæ, neq; in synagógis, neque in ciuitate, neque probare possunt tibi de quibus nunc me accusant. Confiteor autẽ hoc tibi quòd secundum sectam, quam dicunt hæresim, sic deseruio patrio Deo meo, credens omnibus quæ in lege & prophetis scripta sunt: spem habens in Deũ, quam & hi ipsi expectant, resurrectionẽ futurã iustorũ & iniquorũ. In hoc & ipse studeo sine offendiculo cõscien-
E tiam habere ad Deum & ad homines semper. Post annos autem plures, eleemosynas facturus in gentẽ meã veni, & oblationes, & vota in quibus inuenerũt me purificatũ in templo, Supra 21 c non cum turba neq; cum tumultu. Et apprehenderunt me clamantes, & dicentes, Tolle inimicũ nostrum. Quidam autem ex Asia Iudæi, quos oportebat apud te præstò esse & accusare, si quid haberent aduersum me: aut hi ipsi dicant, si quid

F inuenerunt in me iniquitatis, cum ſtem in cõcilio, niſi de vna
Supra 23 b hac ſolũmodo voce, qua clamaui inter eos ſtans, Quoniam de reſurrectione mortuorum ego iudicor hodie à vobis. Diſtulit autem illos Felix, certiſsimé ſciens de via hac, dicens, Cum tribunus Lyſias deſcenderit, audiam vos. Iuſsitq; centurioni cuſtodire eum, & habere requiem, nec quenquam de ſuis prohibere miniſtrare ei. Poſt aliquot autẽ dies veniens Felix cũ Druſilla vxore ſua, quæ erat Iudæa, vocauit Paulum & audiuit ab eo fidem quæ eſt in Chriſtum Ieſum. Diſputante autem illo de iuſtitia & caſtitate & de iudicio futuro, tremefactus Felix reſpondit, Quod nunc attinet, vade: tempore autem opportuno accerſam te. ſimul & ſperans quòd pecunia ei daretur à Paulo, propter quod & frequenter accerſens eũ, loquebatur cum eo. Biennio autem expleto, accepit ſucceſſorem Felix, Portium Feſtum. Volens autem gratiam præſtare Iudæis Felix, reliquit Paulum vinctum.

S. ACCVSATVS *in multis Paulus apud Feſtum, etſi in omnibus excuſatus damnatur, ſed Romam appellat.*

CAPVT XXV.

A FEſtus ergo cum veniſſet in prouinciam, poſt triduũ aſcendit Ieroſolymã à Cæſarea. Adieruntq; eum principes ſacerdotum, & primi Iudæorũ aduerſus Paulum: & rogabant eũ, poſtulantes gratiam aduerſus eum, vt iuberet perduci eum in Ieruſalem, inſidias intendẽtes vt interficerent eũ in via. Feſtus autẽ reſpondit, ſeruari quidem Paulũ in Cæſarea: ſe autem maturius profecturum. Qui ergo in vobis (ait) potentes ſunt, deſcendentes ſimul: ſi quod eſt in viro crimen, accuſent eũ. Demora-
B tus autẽ inter eos dies nõ amplius quàm octo aut decem, deſcendit Cæſaream: & altera die ſedit pro tribunali: & iuſsit Paulũ adduci. Qui cum perductus eſſet, circunſteterunt eum qui ab Ieroſolyma deſcenderãt Iudæi, multas & graues cauſas obijciẽtes, quas nõ poterant probare, Paulo rationẽ reddente, Quoniã neq; in legem Iudæorũ, neq; in templũ, neq;
C in Cæſaream quicquam peccaui. Feſtus autem volẽs gratiam præſtare Iudæis, reſpondens Paulo, dixit. Vis Ieroſolymam aſcendere, & ibi de his iudicari apud me? Dixit autẽ Paulus, Ad tribunal Cæſaris ſto, ibi me oportet iudicari. Iudæis non nocui, ſicut tu melius noſti. Si enim nocui, aut dignum morte aliquid feci, nõ recuſo mori: ſi verò nihil eſt eorũ quæ hi ac-
D cuſant me, nemo poteſt me illis donare. Cæſarem appello. Tunc Feſtus cum cõſilio locutus, reſpõdit, Cæſarẽ appellaſti? ad Cæſarẽ ibis. Et cũ dies aliquot trãſacti eſſent, Agrippa rex & Bernice deſcenderunt Cæſaream ad ſalutãdum Feſtũ. Et cum dies plures ibi morarentur, Feſtus regi indicauit de Paulo, dicens, Vir quidam eſt derelictus à Felice vinctus, de quo cum eſſem Ieroſolymis, adierunt me principes ſacerdo-
E tum & ſeniores Iudæorũ, poſtulãtes aduerſus illũ damnationem. Ad quos reſpondi, Quia non eſt Romanis conſuetudo damnare aliquem hominẽ prius, quàm is qui accuſatur, præſentes habeat accuſatores, locumq; defendendi accipiat ad abluenda crimina quæ ei obijciuntur. Cum ergo huc conueniſſent, ſine vlla dilatione, in ſequenti die ſedens pro tribunali iuſsi adduci virũ. De quo, cũ ſtetiſſent accuſatores, nullã cauſam deferebãt de quibus ego ſuſpicabar malũ: quæſtiones ve-
F ro quaſdam de ſua ſuperſtitione habebant aduerſus eũ, & de quodam Ieſu defuncto, quem affirmabat Paulus viuere. Hæſitans autẽ ego de huiuſmodi quæſtione, dicebã, ſi velletire Ieroſolymã, & ibi iudicari de iſtis. Paulo autẽ appellante vt ſeruaretur Auguſti cognitioni, iuſsi ſeruari eum donec mitterem eum ad Cæſarem. Agrippa autem dixit ad Feſtũ, Volebam & ipſe hominẽ audire. Cras (inquit) audies eum. Alterã autem die cum veniſſet Agrippa & Bernice cum multa ambitione, & introiſſent in auditorium cũ tribunis & viris prin-
G cipalibus ciuitatis, iubente Feſto adductus eſt Paulus. Et dicit Feſtus, Agrippa rex, & omnes qui ſimul adeſtis nobiſcũ viri, videtis hunc hominẽ, de quo omnis multitudo Iudæorũ interpellauit me Ieroſolymis, petẽtes & acclamãtes, nõ oportere eũ viuere amplius. Ego verò cõperi, nihil dignum morte eũ admiſiſſe. Ipſo autẽm hoc appellante ad Auguſtũ, iudicaui mittere. De quo quid certũ ſcribam Dño, non habeo. Propter quod perduxi eũ ad vos, & maxime ad te rex Agrippa, vt interrogatione facta, habeã quod ſcribã. Sine ratione enim mihi videtur, mittere vinctum, & cauſas eius non ſignificare.

S. APVD *Agrippam & Feſtum Paulus ſuam probans innocentiã, & ab eis talis inuentus dimiſſus fuiſſet niſi Romam appellaſſet.*

CAPVT XXVI.

A AGrippa verò ad Paulum ait, Permittitur tibi loqui pro temetipſo. Tunc Paulus extenta manu cœpit rationẽ reddere. De omnibus quibus accuſor à Iudæis, rex Agrippa, exiſtimo me beatum, apud te cum ſim defenſurus me hodie, maxime te ſciente omnia quæ apud Iudæos ſunt, conſuetudines & quæſtiones, propter quod obſecro, patiẽter me audias. Et quidem vitam meam à iuuentute, quæ ab initio fuit in gente mea in Ieroſo-
B lymis, nouerunt omnes Iudæi: præſcientes me ab initio (ſi velint teſtimoniũ perhibere) quoniã ſecundũ certiſsimã ſectã noſtræ religionis, vixi phariſæus. Et nũc in ſpe quę ad patres noſtros repromiſsiõis facta eſt à Deo, ſto iudicio ſubiectus, in quam duodecim tribus noſtræ nocte & die deſeruientes,
C ſperant deuenire. De qua ſpe accuſor à Iudæis, rex. Quid incredibile iudicatur apud vos, ſi Deus mortuos ſuſcitat? Et ego quidẽ æſtimaueram me aduerſus nomen Ieſu Nazareni debere multa contraria agere: quod & feci Ieroſolymis, & Supra 8 a
multos ſanctorum ego in carceribus incluſi, à principibus ſacerdotum poteſtate accepta: & cum occiderẽtur, detuli ſententiã. Et per omnes ſynagógas frequenter puniens eos, compellebã blaſphemare: & amplius inſaniens in eos, perſeque-
D bar vſque in exteras ciuitates. In quibus dum irem Damaſcũ cum poteſtate & permiſſu principũ ſacerdotum, die media, in via vidi, rex, de cœlo ſupra ſplendorẽ ſolis circũfulſiſſe me lumen, & eos qui mecũ ſimul erant. Omnesq; nos cũ decidiſſemus in terrã, audiui vocẽ loquentem mihi Hebraica lingua, Saule Saule, quid me perſequeris? durũ eſt tibi contra ſtimulum calcitrare. Ego autẽ dixi, Quis es domine? Dominus autem dixit, Ego ſum Ieſus quem tu perſequeris. Sed exurge
E & ſta ſuper pedes tuos. Ad hoc enim apparui tibi, vt conſtituam te miniſtrũ & teſtem eorum quæ vidiſti & eorũ in quibus apparebo tibi, eripiens te de populis & gentibus, in quas nunc ego mitto te aperire oculos eorũ, vt conuertantur à tenebris ad lucem, & de poteſtate ſatanæ ad Deum, vt accipiãt remiſsionem peccatorũ, & ſortẽ inter ſanctos per fidem, quæ eſt in me, Vnde, rex Agrippa, nõ fui incredulus cœleſti viſio Supra 15
ni: ſed his qui ſunt Damaſci primùm, & Ieroſolymis, & in & 14
F omnem regionẽ Iudææ, & gentibus annuntiabã vt pœnitentiam agerent, & conuerterentur ad Deum, digna pœnitentiæ Supra 21 6
opera faciẽtes, Hac ex cauſa me Iudæi cum eſſem in templo, comprehenſum tentabant interficere. Auxilio autẽ adiutus Dei, vſque in hodiernũ diem ſto, teſtificans minori atque maiori, nihil extrà dicens quàm ea quæ prophetæ locuti ſunt futura eſſe, & Moyſes, ſi paſsibilis Chriſtus, ſi primus ex reſurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus eſt populo & gentibus. Hæc loquẽte eo & rationem reddente, Feſtus magna voce dixit, Inſanis Paule: multæ te literæ ad inſaniã conuertunt. Et Paulus, Non inſanio (inquit) optime Feſte: ſed veritatis & ſobrietatis verba loquor. Scit enim de his rex, ad
G quem conſtanter loquor. latẽre enim eum nihil horum arbitror. Neq; enim in angulo quicquam horum geſtum eſt. Credis rex Agrippa prophetis? Scio quia credis. Agrippa autem ad Paulum, In modico ſuades me Chriſtianum fieri. Et Paulus, Opto apud Deum & in modico, & in magno: non tantum te, ſed etiam omnes qui audiunt hodie, fieri tales, qualis

& ego

& ego ſum, exceptis vinculis his. Et exurrexit rex & præſes & Bernice & qui aſsidebant eis. Et cum ſeceſsiſſent, loquebantur adinuicem, dicentes, Quia nihil morte aut vinculis dignum quid fecit homo iſte. Agrippa autem Feſto dixit, Dimitti poterat homo hic, ſi non appellaſſet Cæſarem.

S. PAVLVS *Romam nauigans multa pericula & tandem naufragium paſſus, cum ſuis ad terram ſanus euaſit.*

CAPVT XXVII.

A VT autem iudicatum eſt nauigare eum in Italiam, & tradi Paulum cum reliquis cuſtodijs centurioni nomine Iulio, cohortis Auguſtæ, aſcendentes nauem Adrumetinam incipiẽtem nauigare circa Aſiæ loca, ſuſtulimus, perſeuerante nobiſcũ Ariſtarcho Macedone Theſſalonicenſi. Sequenti autẽ die venimus Sidonẽ. Humanè autem tractãs Iulius Paulũ, permiſit ad amicos ire, & curam ſui agere. Et inde cũ ſuſtuliſſemus, ſubnauigauimus Cyprum: propterea quòd eſſent venti contrarij. Et pelagus Ciliciæ & Pamphiliæ nauigantes, venimus Lyſtram quæ eſt Lyciæ: & ibi inueniens centurio nauẽ Alexandrinam nauiB gantem in Italiam, tranſpoſuit nos in eam. Et cũ multis diebus tarde nauigaremus, & vix deueniſſemus contra Cnidum prohibente nos vento, adnauigauimus Cretæ iuxta Salmonem: & vix iuxtà nauigantes, venimus in locũ quendam qui vocatur Boni portus, cui iuxta erat ciuitas Thalaſſa. Multo autẽ tempore peracto, & cùm iam nõ eſſet tuta nauigatio, eo quòd ieiunium iam præteriſſet, conſolabatur eos Paulus, dicens eis, Viri, Video quoniam cum iniuria & multo damno, non ſolum oneris & nauis, ſed etiam animarum noſtrarum incipit eſſe nauigatio. Centurio autem gubernatori & nauC clero magis credebat, quàm his quæ à Paulo dicebantur. Et cum aptus portus non eſſet ad hyemandum, plurimi ſtatuerunt conſiliũ nauigare inde, ſi quo modo poſſent deuenientes Phœnicem hyemare, portum Cretæ reſpicientem ad Africũ & ad Corum. Aſpirante autem Auſtro æſtimantes propoſitum ſe tenere, cum ſuſtuliſſent de Aſſon, legebant Cretam. Non poſt multũ autem miſit ſe contra ipſam ventus Dyphonicus, qui vocatur Euroaquilo. Cumq; arrepta eſſet nauis, & non poſſet conari in ventum, data naue flatibus ferebamur. In inſulam autẽ quandã decurrentes, quæ vocatur Clauda, potui mus vix obtinere ſcapham. Qua ſublata adiutorijs vtebantur, D accingentes nauem, timentes ne in Syrtim inciderẽt, ſummiſſo vaſe ſic ferebantur. Valida autem nobis tempeſtate iactatis, ſequẽti die iactũ fecerunt: & tertia die ſuis manibus armamenta nauis proiecerũt. Neq; autẽ ſole, neq; ſyderibus apparentibus per plures dies, & tempeſtate nõ exigua imminẽte, iam ablata erat ſpes omnis ſalutis noſtræ. Et cũ multa ieiunatio fuiſſet, tunc ſtans Paulus in medio eorũ, dixit, Oportebat quidem, ô viri, audito me nõ tollere à Creta, lucriq́ue facere iniuriam hanc, & iacturã. Et nunc ſuadeo vobis bono animo eſſe. amiſsio enim nullius animæ erit ex nobis, præterquam E nauis. Aſtitit enim mihi hac nocte angelus dei cuius ſum ego, & cui deſeruio, dicens, Ne timeas Paule, Cæſari te oportet aſsiſtere, & ecce donauit tibi Deus omnes qui nauigant tecũ. Propter quod, bono animo eſtote viri: credo enim Deo quia ſic erit quemadmodũ dictũ eſt mihi. In inſulam autẽ quandã oportet nos deuenire. Sed poſteaquam quartadecima nox ſu peruenit, nauigantibus nobis in Adria circa mediam noctem, ſuſpicabantur nautæ apparere ſibi aliquam regionem. Qui & ſubmittentes bolidem, inuenerunt paſſus viginti: & puſillum inde ſeparati, inuenerunt paſſus quindecim. Timentes autem ne in aſpera loca incideremus, de puppi mittentes anchoras quatuor, optabant diem fieri. Nautis verò quærentibus fugere de naui, cum miſiſſent ſcapham in mare, ſub obtẽtu quaſi inciperent à prora anchoras extẽdere, dixit Paulus cẽturioni F & militibus, Niſi hi in naui manſerint, vos ſalui fieri nõ poteſtis. Tunc abſciderunt milites funes ſcaphæ: & paſsi ſunt eam excidere. Et cùm lux inciperet fieri, rogabat Paulus omnes ſumere cibum, dicens, Quartadecima die hodie expectantes ieiuni permanetis, nihil accipientes. Propter quod rogo vos accipere cibũ pro ſalute veſtra: quia nullius veſtrũ capillus de capite peribit. Et cum hæc dixiſſet, ſumẽs panem gratias egit Deo in conſpectu omnium: & cùm fregiſſet, cœpit manducare. Animæquiores autem facti omnes, & ipſi ſumpſerunt cibum. Eramus verò vniuerſæ animæ in naui ducentæ ſeptuaginta ſex. Et ſatiati cibo alleuiabant nauem, iactantes triticum in mare. Cùm autem dies factus eſſet, terram non agnoſcebãt: G ſinum verò quendam conſyderabant habentẽ littus, in quem cogitabant, ſi poſſent, eijcere nauem. Et cùm anchoras ſuſtuliſſent, committebãt ſe mari, ſimul laxantes iuncturas gubernaculorum: & leuato artemone ſecundum auræ flatum, tendebant ad littus. & cùm incidiſſemus in locum dithalaſſum, impegerunt nauem: & prora quidem fixa, manebat immobilis: puppis verò ſoluebatur à vi maris. Militum autem conſilium fuit vt cuſtodias occiderent: ne quis cum enataſſet, effugeret. Centurio autẽ volens ſeruare Paulum, prohibuit fieri: iuſsitq́; eos qui poſſent natare, emittere ſe primos, & euadere, & ad terram exire: & cæteros alios in tabulis ferebant: quoſdam, ſuper ea quæ de naui erant. Et ſic factum eſt vt omnes animę euaderent ad terram.

S. PAVLVS *poſt naufragium Melite applicitus multa edidit miracula, & inde Romam perueniens, cum omnium gaudio & lætitia ſuſcipitur.*

CAP. XXVIII.

A ET cùm euaſiſſemus, tũc cognouimus quia Melite, inſula vocabatur. Barbari verò præſtabant nõ modicam humanitatem nobis. Accenſa enim pyra, reficiebant nos omnes, propter imbrem qui imminebat, & frigus. Cùm congregaſſet autem Paulus ſarmentorum aliquantam multitudinem, & impoſuiſſet ſuper ignem, vipera à calore cum proceſsiſſet, inuaſit manum eius. Vt verò viderunt Barbari, pendentem beſtiam de manu eius, adinuicem dicebant, Vtique homicida eſt homo hic, qui cum B euaſit de mari, vltio non ſinit eum viuere. Et ille quidem excutiens beſtiam in ignem, nihil mali paſſus eſt. At illi exiſtimabant eum in tumorem conuertendum, & ſubito caſurum & mori. Diu autẽ illis expectantibus & videntibus nihil mali in eo fieri, conuertentes ſe, dicebant eum eſſe Deum. In locis autem illis erant prædia principis inſulæ, nomine Publij, qui nos ſuſcipiens, triduo benignè exhibuit. Contigit autem patrem Publij febribus & dyſenteria vexatum iacere. Ad quem Paulus intrauit, & cùm oraſſet & impoſuiſſet ei manus, ſaluaC uit eum. Quo facto, omnes qui in inſula habebant infirmitates, accedebant, & curabantur: qui etiam multis honoribus nos honorauerunt, & nauigantibus impoſuerũt quæ neceſſaria erant. Poſt menſes autem tres, nauigauimus in naui Alexandrina, quæ in inſula hyemauerat, cui erat inſigne Caſtorum. Et cùm veniſſemus Syracuſas, manſimus ibi triduo. Inde circumlegentes deuenimus Rhegium: & poſt vnum diem flante Auſtro, ſecunda die venimus Puteolos, vbi inuentis fratribus rogati ſumus manere apud eos dies ſeptem: & ſic venimus Romam. Et inde cum audiſſent fratres, occurrerũt D nobis vſque ad Appij forum, ac tres Tabernas. Quos cùm viſſet Paulus, gratias agens Deo, accepit fiduciã. Cùm autem veniſſemus Romam, permiſſum eſt Paulo permanere ſibimet cum cuſtodiente ſe milite. Poſt tertium autem diem conuocauit primos Iudæorum. Cumq́ue veniſſent, dicebant eis, Ego viri fratres, nihil aduerſus plebem faciẽs, aut morem paternum, vinctus ab Ieroſolymis traditus ſum in manus Romanorum, qui cùm interrogationem de me habuiſſent, voluerunt me dimittere, eo quòd nulla eſſet cauſa mortis in me.

E Contradicentibus autem Iudæis, coactus sum appellare Cæsarem: non quasi gentē meam habens aliquid accusare. Propter hāc igitur causam rogaui vos videre & alloqui. Propter spem enim Israel, catena hac circūdatus sum. At illi dixerunt ad eum, Nos neque literas accepimus de teà Iudæa, neq; adueniens aliquis fratrū nuntiauit, aut locutus est quid de te malum. Rogamus autem à te audire quæ sentis. nam de secta hac
F notum est nobis quia vbique ei contradicitur. Cum constituissent autem illi diem, venerunt ad eum in hospitium plurimi: quibus exponebat testificans regnum Dei, suadensque eis de Iesu ex lege Moysi & prophetis, à mane vsque ad vesperam. Et quidam credebant his quæ dicebātur, quidam verò non credebant. Cumq; inuicē non essent consentiētes, discedebant, dicente Paulo vnum verbum, Quia bene spiritus
G sanctus locutus est per Esaiam prophetam ad patres nostros,
Esa. 6 c dicens, Vade ad populum istum, & dic, Aure audietis & nō
Matt. 13 b intelligetis, & videntes videbitis, & non perspicietis. Incrassatum est enim cor populi huius, & auribus grauiter audierunt, & oculos suos compresserunt: ne fortè videant oculis,
Luc. 5 f & auribus audiant, & corde intelligant & conuertantur, &
Ioan. 12 f sanem eos. Notum ergo sit vobis, quoniam gentibus missum
Rom. 11 b est hoc salutare Dei, & ipsi audient. Et cum hæc dixisset, exierunt ab eo Iudęi, multam habentes inter se quæstionem. Mansit autem biennio toto in suo conducto, & suscipiebat omnes qui ingrediebantur ad eum, prædicans regnum Dei, & docens quæ sunt de Domino Iesu Christo, cum omni fiducia, sine prohibitione.

FINIS.

Hieronymus in catalogo SCRIPTORVM *Ecclesiasticorum.*

PAVLVS Apostolus, *qui antè Saulus, extra numerum duodecim Apostolorū, de tribu Beniamin & oppido Iudææ Gischalis fuit: quo à Romanis capto, cum parentibus suis Tharsum Ciliciæ commigrauit. à quibus ob studia legis missus Ierosolymam, à Gamaliele uiro doctissimo, cuius Lucas meminit, eruditus est. Cum autem interfuisset neci martyris Stephani, & acceptis à pontifice templi epistolis, ad persequendos eos qui* CHRISTO *crediderant, Damascum pergeret, reuelatione compulsus ad fidem, quæ in Actibus Apostolorum scribitur, in uas electionis de persecutore translatus est. Cumq; primum ad prædicationem eius Sergius Paulus proconsul Cypri credidisset, ab eo quòd eum* CHRISTI *fidei subegerat, sortitus est nomen Paulus: & iuncto sibi Barnaba, multis urbibus peragratis, reuertensq; Ierosolymam, à Petro Iacoboq; & Ioanne, Gentium Apostolus ordinatur. Et quia in Actibus Apostolorum plenissimè de eius conuersatione scriptum est, hoc tantùm dicam, quòd post passionem Domini uicesimoquinto anno, id est secundo Neronis, eo tempore quo Festus procurator Iudææ successit Felici, Romam uinctus mittitur, & biennium in libera manens custodia, aduersus Iudæos de aduentu* CHRISTI *quotidie disputauit. Sciendum autem in prima satisfactione, (necdum Neronis imperio roborato, nec in tantū erumpente scelera, quantū de eo narrant historiæ,) Paulum à Nerone dimissum, ut Euangelium* CHRISTI *in Occidentis quoque partibus prædicaret, sicut ipse scribit in secūda epistola ad Timotheum (eo tempore quo & passus est, de uinculis dictat epistolam) In prima mea satisfactione, nemo mihi affuit. sed omnes me dereliquerunt: non eis imputetur. Dominus autem mihi affuit, & confortauit me, ut per me prædicatio compleretur, & audirent omnes gentes: & liberatus sum de ore leonis. Manifestissimè leonem propter crudelitatem, Neronem significans. Et in sequentibus, Liberatus sum de ore leonis. Et statim, Liberauit me Dominus ab omni opere malo, & saluauit me in regnum suum cœleste. quòd scilicet præsens sibi sentiret imminere martyrium. Nam & in eadem epistola præmiserat, Ego enim iam immolor, & tēpus resolutionis meæ instat. Hic ergo decimoquarto Neronis anno, eodem die quo Petrus, Romæ pro* CHRISTO *capite truncatus, sepultusq; est in uia Ostiensi, anno post passionem Domini tricesimoseptimo. Scripsit autem nouem ad septem ecclesias epistolas, ad Romanos unam, ad Corinthios duas, ad Galatas unam, ad Ephesios unam, ad Philippenses unam, ad Colossenses unam, ad Thessalonicenses duas. Præterea ad discipulos suos, Timotheo duas, Tito unam, Philemoni unam. Epistola autem quæ fertur ad Hebræos, non eius creditur, propter styli sermonisq; distantiam: sed uel Barnabæ iuxta Tertullianum, uel Lucæ Euangelistæ iuxta quosdam: uel Clementis Romanæ postea ecclesiæ episcopi, quem aiunt sententias Pauli proprio ordinasse & ornasse sermone. Vel certè quia Paulus scribebat ad Hebræos, & propter inuidiam sui apud eos nominis, titulum in principio salutationis amputauerat, scripserat ut Hebræus Hebræis Hebraicè, id est suo eloquio disertissimè, ut ea quæ eloquenter scripta fuerant in Hebræo, eloquentius uerterentur in Græcum. Et hanc causam esse, quòd à cæteris Pauli epistolis discrepare uideatur. Legūt quidam & ad Laodicenses, sed ab omnibus exploditur.*

Argumentum in Epistolam PAVLI AD Romanos.

ROMANI, sunt partis Italiæ. Hi præuenti à falsis Apostolis: & sub nomine Domini nostri Iesu Christi, in legem & prophetas erant inducti, Hos reuocat Apostolus ad veram & Euangelicam fidem, scribens eis à Corintho, per Phœben ministram ecclesiæ Cenchreensis.

Epiſtola Pauli apoſtoli ad Romanos.

S. EX charitate Pauli ad Romanos, Euangelium oſtendit Dei uirtutem in ſalutem: uitia autem in quæ ceciderint ex ignorantia, ſua deſyderia ſectantes, arguit.

CAPVT I.



PAVLVS ſeruus Ieſu Chriſti, vocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euangeliũ Dei quod antè promiſerat per prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnem, qui prædeſtinatus eſt filius Dei in virtute ſecundum ſpiritum ſanctificationis, ex reſurrectione mortuorum Ieſu Chriſti domini noſtri, per quem accepimus gratiam & Apoſtolatum ad obediẽdum fidei in omnibus gentibus pro nomine eius, in quibus eſtis & vos vocati Ieſu Chriſti: omnibus qui ſunt Romæ dilectis Dei, vocatis ſanctis, gratia vobis & pax à Deo patre & Domino noſtro Ieſu Chriſto. Primùm quidẽ gratias ago Deo meo per Ieſum Chriſtum pro omnibus vobis, quia fides veſtra annuntiatur in vniuerſo mũdo. Teſtis enim mihi eſt Deus, cui ſeruio in ſpiritu meo in Euangelio filij eius, quòd ſine intermiſsione memoriam veſtri facio ſemper in orationibus meis, obſecrans ſi quo modo tandem aliquando proſperum iter habeam in voluntate Dei, veniendi ad vos. Deſydero enim videre vos, vt aliquid impertiar vobis gratiæ ſpiritualis, ad confirmandos vos: id eſt, ſimul conſolari in vobis per eam quæ inuicem eſt, fidem veſtram atque meam. Nolo autem vos ignorare fratres quia ſæpe propoſui venire ad vos, & prohibitus ſum vſque adhuc, vt aliquem fructum habeam in vobis, ſicut & in cæteris gentibus. Græcis ac barbaris, ſapientibus & inſipientibus debitor ſum: ita quòd in me promptum eſt, & vobis qui Romæ eſtis, Euangelizare. Non enim erubeſco Euangelium. Virtus enim Dei eſt, in ſalutem omni credenti, Iudæo primum & Græco. Iuſtitia enim Dei in eo reuelatur ex fide in fidem: ſicut ſcriptum eſt, Iuſtus autem ex fide viuit. Reuelatur enim ira Dei de cœlo ſuper omnem impietatem & iniuſtitiam hominum eorum qui veritatem Dei in iniuſtitia detinẽt: quia quod notum eſt Dei, manifeſtum eſt in illis. Deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia enim ipſius, à creatura mundi, per ea quæ facta ſunt intellecta, conſpiciuntur: ſempiterna quoque eius virtus & diuinitas: ita vt ſint inexcuſabiles. Quia cũ cognouiſſent Deũ, non ſicut Deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: ſed euanuerunt in cogitationibus ſuis, & obſcuratũ eſt inſipiens cor eorum. Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Et mutauerunt gloriam incorruptibilis Dei, in ſimilitudinem imaginis corruptibilis hominis, & volucrum, & quadrupedum, & ſerpentium. Propter quod tradidit illos Deus in deſyderia cordis eorum in immunditiam: vt contumelijs afficiant corpora ſua in ſemetipſis. Qui commutauerunt veritatem Dei in mendacium: & coluerunt & ſeruierunt creaturæ potius quàm creatori, qui eſt benedictus in ſecula. Amen. Propterea tradidit illos Deus in paſsiones ignominiæ. Nam fœminæ eorum immutauerũt naturalem vſum, in eum vſum qui eſt contra naturam. Similiter autem & maſculi relicto naturali vſu fœminæ, exarſerunt in deſyderijs ſuis in inuicem, maſculi in maſculos turpitudinem operantes, & mercedem (quam oportuit) erroris ſui in ſemetipſis recipientes. Et ſicut non probauernnt Deum habere in notitia: tradidit illos Deus in reprobum ſenſum, vt faciunt ea quæ non conueniũt, repletos omni iniquitate, malitia, fornicatione, auaritia, nequitia, plenos inuidia, homicidio, contentione, dolo, malignitate, ſuſurrones, detractores, Deo odibiles, contumelioſos, ſuperbos, elatos, inuentores malorum, parentibus non obedientes, inſipientes, incompoſitos, ſine affectione, abſq; fœdere, ſine miſericordia. Qui cum iuſtitiam Dei cognouiſſent non intellexerunt quoniam qui talia agunt, digni ſunt morte: non ſolum qui ea faciunt, ſed etiam qui conſentiunt facientibus.

S. IVDAEOS in multis minus gentibus excuſabiles, in quos Deus tanta contulerit beneficia, ad pœnitentiam uocat.

CAPVT II.

PRopter quod inexcuſabilis es ô homo omnis qui iudicas. In quo enim iudicas alterum, teipſum coademnas: eadem enim agis quæ iudicas. Scimus enim quoniam iudicium Dei eſt ſecundum veritatem in eos qui talia agunt. Exiſtimas autem hoc ô homo qui iudicas eos qui talia agunt & facis ea: quia tu effugies iudicium Dei? An diuitias bonitatis eius & patientiæ & longanimitatis contemnis? ignoras quoniam benignitas Dei ad pœnitentiam te adducit? Secundum autem duritiam tuã & impœnitens cor, theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij Dei, qui reddet vnicuique ſecundum opera eius. Iis quidem qui ſecundum patientiam boni operis, gloriam & honorem & incorruptionem quærunt: vitam æternã. Iis autem qui ſunt ex contentione & qui non acquieſcunt veritati, credunt autem iniquitati: ira & indignatio. Tribulatio & anguſtia in omnem animam hominis operantis malum, Iudæi primum & Græci: gloria autem & honor & pax omni operanti bonum, Iudæo primùm & Græco. non enim eſt acceptio perſonarum apud Deum. Quicunque enim ſine lege peccauerunt, ſine lege & peribunt, & quicunque in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Non enim auditores legis iuſti ſunt apud Deũ: ſed factores legis iuſtificabuntur. Cùm enim gentes quæ legem non habent, naturaliter ea quæ legis ſunt faciunt: eiuſmodi legem non habentes, ipſi ſibi ſunt lex: qui oſtendunt opus legis ſcriptum in cordibus ſuis teſtimonium reddente illis conſcientia ipſorum, & inter ſe inuicem cogitationibus accuſantibus aut etiam defendentibus, in die cum iudicabit Deus occulta hominum ſecundum Euangeliũ meum per Ieſum Chriſtum. Si autem tu Iudæus cognominaris, & requieſcis in lege, & gloriaris in Deo, & noſti voluntatem eius, & probas vtiliora inſtructus per legem, confidis teipſum eſſe ducem cæcorum, lumen eorũ qui in tenebris ſunt, eruditorem inſipientium, magiſtrum infantium, habentem formam ſcientiæ & veritatis in lege. Qui ergo alium doces: teipſum non doces? qui prædicas non furandum: furaris? qui dicis non mœchandum: mœcharis? qui abominaris idôla: ſacrilegium facis? qui in lege gloriaris: per præuaricationem legis Deum inhonoras? Nomen enim Dei, per vos blaſphematur inter gentes: ſicut ſcriptum eſt, Circunciſio quidem prodeſt, ſi legem obſerues: ſi autem præuaricator legis ſis, cir-

cunciſio tua præputium facta eſt. Si igitur præputium, iuſtitias legis, cuſtodiat: nónne præputium illius in circunciſionẽ reputabitur? & iudicabit id quod ex natura eſt præputium, legem cõſummans, te qui per literam & circunciſionem prẽuaricator legis es? Non enim qui in manifeſto, Iudæus eſt: neque quæ in manifeſto in carne, eſt circunciſio: ſed qui in abſcondito, Iudæus eſt; & circunciſio cordis, in ſpiritu, non litera. cuius laus non ex hominibus, ſed ex Deo eſt.

§. CVM *Gentibus non ſint Iudæi propter Dei eloquia ſibi commiſſa excellentiores, non minus quàm gentes Dei gratia egent.*

CAPVT III.

A QVid ergo amplius Iudæo eſt? aut quæ vtilitas circunciſionis? Multum per omnem modum. Primum quidem: quia credita ſunt illis eloquia Dei. Quid enim, ſi quidam illorum non crediderunt? 2. Tim. 2 c Nunquid incredulitas illorum fidem Dei euacuauit? Abſit. Ioan. 3 d Eſt autem Deus verax: omnis autem homo mendax, ſicut Pſal. 115 d ſcriptum eſt, Vt iuſtificeris in ſermonibus tuis: & vincas cũ Pſal. 50 iudicaris. Si autem iniquitas noſtra, iuſtitiam Dei commendat: quid dicemus? Nunquid iniquus eſt Deus, qui infert irã? ſecundum hominem dico. Abſit. alioquin quomodo iudica-
B bit Deus hunc mundum? Si enim veritas Dei in meo mendacio abundauit in gloriam ipſius: quid adhuc & ego tanquam peccator iudicor, & non (ſicut blaſphemamur, & ſicut aiunt quidam nos dicere) faciamus mala, vt veniant bona? quorum damnatio iuſta eſt. Quid ergo? præcellimus eos? Nequaquã. Cauſati enim ſumus Iudeos & Græcos, omnes ſub peccato Galat. 3 d eſſe: ſicut ſcriptum eſt, Quia non eſt iuſtus quiſquam, nõ eſt Pſal. 13 d intelligens, non eſt requirens Deum. Omnes declinauerunt, ſimul inutiles facti ſunt: non eſt qui faciat bonum, non eſt vſq; ad vnum. Sepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant: Venenum aſpidum ſub labijs eorum.
C Quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt. Veloces pedes eorum ad effundendum ſanguinem. Cõtritio & in- Pſal. 139 d Pſal. 9 c felicitas in vijs eorum, & viam pacis non cognouerunt: nõ Eſa. 59 b eſt timor Dei ante oculos eorum. Scimus autem quoniã quæ Prouerb. 1 b cunque lex loquitur: ijs qui in lege ſunt, loquitur: vt omne Pſal. 35 os obſtruatur, & ſubditus fiat omnis mundus Deo: quia ex Galat. 2 d operibus legis non iuſtificabitur omnis caro coram illo. Per legem enim cognitio peccati. Nunc autem ſine lege iuſtitia Dei manifeſtata eſt: teſtificata à lege & prophetis. Iuſtitia autem Dei per fidem Ieſu Chriſti, in omnes & ſuper omnes
D qui credunt in eum. nõ enim eſt diſtinctio. Omnes enim peccauerunt: & egent gloria Dei, iuſtificati gratis per gratiam ipſius, per redemptionem quæ eſt in Chriſto Ieſu, quẽ propoſuit Deus propitiatorem per fidem in ſanguine ipſius, ad oſtenſionem iuſtitiæ ſuæ, propter remiſsionem præcedentiũ delictorum, in ſuſtentatione Dei, ad oſtẽſionem iuſtitiæ eius in hoc tempore: vt ſit ipſe iuſtus, & iuſtificãs eum qui eſt ex fide Ieſu Chriſti. Vbi eſt ergo gloriatio tua? Excluſa eſt. Per quam legem? Factorum? Non: ſed per legem fidei. Arbitramur enim iuſtificari hominem per fidem ſine operibus legis. An Iudæorum Deus tantum? Nónne & gentium? Imò & gẽtium, quoniam quidem vnus eſt Deus qui iuſtificat circunciſionem ex fide, & præputium per fidẽ. Legem ergo deſtruimus per fidem? abſit: ſed legem ſtatuimus.

§. NEC *Iudæos ſuper gentes gloriari oportet ex circunciſione data Abrahæ, & alijs operibus legis, quoniã per fidei opera Abraham ante circunciſionem Deo placuerat.*

CAPVT IIII.

A QVid ergo dicemus inueniſſe Abraham patrem noſtrum ſecundum carnem? Si enim Abraham ex operibus iuſtificatus eſt: habet gloriam, ſed non apud Deum. Quid enim dicit ſcriptura? Credidit Abraham Deo: & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Gene. 15 b Ei autem qui operatur, merces non imputatur ſecũdum gra- Galat. 3 c tiam, ſed ſecundum debitum. Ei vero qui non operatur, cre- Iacob 2 d denti autem in eum qui iuſtificat impiũ: reputatur fides eius ad iuſtitiam ſecundum propoſitum gratiæ Dei. Sicut & Dauid dicit beatitudinem hominis, cui Deus accepto fert iuſti-
B tiam ſine operibus, Beati, quorũ remiſſæ ſunt iniquitates: & Pſal. 31 a quorum tecta ſunt peccata. Beatus vir, cui nõ imputauit Dominus peccatum. Beatitudo ergo hæc, in circunciſione tantũ manet, an etiam in præputio? Dicimus enim quia reputata eſt Abrahæ fides ad iuſtitiam. Quomodo ergo reputata eſt? in circunſione, an in præputio? Non in circunciſione: ſed in præputio. Et ſignũm accepit circunciſionis, ſignaculum iuſti Gene. 17 b tiæ fidei quæ eſt in præputio: vt ſit pater omnium credentium per præputium, vt reputetur & illis ad iuſtitiam: & ſit pater circunciſionis, non ijs tantum qui ſunt ex circunciſio-
C ne, ſed ijs qui ſectantur veſtigia fidei quæ eſt in præputio patris noſtri Abrahæ. Non enim per legem, promiſsio Abrahæ aut ſemini eius vt hæres eſſet mundi: ſed per iuſtitiam fidei. Si enim qui ex lege, hæredes ſunt: exinanita eſt fides, abolita eſt promiſsio. Lex enim iram operatur. Vbi enim nõ eſt lex: nec præuaricatio. Ideò ex fide: vt ſecundum gratiam firma ſit promiſsio omni ſemini, non ei qui ex lege eſt ſolum, ſed & ei qui ex fide eſt Abrahæ qui pater eſt omnium no- Gene. 17 a ſtrum, ſicut ſcriptum eſt, Quia patrem multarum gentiũ poſui te ante Deum, cui credidiſti, qui viuificat mortuos: & vo- Gene. 15 b cat ea quæ non ſunt, tanquam ea quæ ſunt. qui contra ſpem in ſpem credidit: vt fieret pater multarum gentium ſecun-
D dum quod dictum eſt ei, Sic erit ſemen tuum * ſicut ſtellæ cœli & arena maris.. Et non infirmatus eſt in fide: nec conſyderauit corpus ſuum emortuum, cum iam ferè cẽtum eſſet annorum, & emortuam vuluam Saræ. In repromiſsione etiam Dei non hæſitauit diffidentia: ſed confortatus eſt fide, dans gloriam Deo: pleniſsimè ſciens quia quæcunque promiſit Deus, potens eſt & facere. Ideò & reputatum eſt illi ad iuſtitiam. Non eſt autem ſcriptum tantum propter ipſum. Quia reputatũ eſt illi ad iuſtitiam: ſed & propter nos quibus reputabitur credentibus in eum qui ſuſcitauit Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum à mortuis, qui traditus eſt propter delicta noſtra, & reſurrexit propter iuſtificationem noſtram.

§. PER *gratiam* CHRISTI *ſpem firmam dono Spiritus ſancti & morte* CHRISTI *conſecuti, ab originalis culpæ & mortis ſeruitute ex primis parentibus & lege orta liberamur.*

CAPVT V.

A IVſtificati ergo ex fide, pacem habeamus ad Deum per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum: per quem habemus acceſſum per fidem in gratiam iſtam in qua ſtamus & gloriamur in Ephe. 2 d ſpe gloriæ filiorum Dei. Non ſolum autem; ſed & gloria- Iacob 1 d mur in tribulationibus, ſcientes quòd tribulatio patientiam operatur, patiẽtia autem probationem, probatio verò ſpem, Heb. 9 d ſpes autem non confundit: quia charitas Dei diffuſa eſt in 1. Pet. 3 b cordibus noſtris per Spiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Vt quid enim Chriſtus, cum adhuc infirmi eſſemus, ſecundum tempus pro impijs mortuus eſt? Vix enim pro
B iuſto quis moritur, nam pro bono forſitan quis audeat mori. Commendat autem charitatem ſuam Deus in nobis: quoniam cum adhuc peccatores eſſemus, ſecundum tempus Chriſtus pro nobis mortuus eſt. Multo igitur magis, nunc iuſtificati in ſanguine ipſius, ſalui erimus ab ira per ipſum. Si enim cum inimici eſſemus, reconciliati ſumus Deo per mortem filij eius: multo magis reconciliati ſalui erimus in vita ipſius. Non ſolum autem: ſed & gloriamur in Deo per dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, per quẽ nunc recõciliationem accepimus. Propterea, ſicut per vnum hominem peccatum in

catum in hunc mũdum intrauit,& per peccatum mors: & ita in omnes homines mors pertranſijt in quo omnes peccauerunt. Vſq; ad legem enim,peccatũ erat in mundo, peccatum autem nõ imputabatur,cum lex non eſſet.Sed regnauit mors ab Adam,vſq; ad Moyſen,etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudinem præuaricationis Adæ, qui eſt forma futuri. Sed non ſicut delictum,ita & donum. Si enim vnius delicto multi mortui ſunt:multo magis gratia Dei & donum, in gratia vnius hominis Ieſu Chriſti in plures abundauit. Et non ſicut per vnum peccatum, ita & donum. Nam iudicium ex vno,in condemnationem:gratia autem ex multis delictis, in iuſtificationem.Si enim vnius delicto,mors regnauit per vnũ: multomagis abundantiam gratiæ & donationis & iuſtitiæ accipientes,in vita regnabunt per vnum Ieſum Chriſtum. Igitur ſicut per vnius delictum,in omnes homines in cõdemnationem:ſic & per vnius iuſtitiam,in omnes homines in iuſtificationem vitæ. Sicut enim per inobedientiam vnius hominis,peccatores cõſtituti ſunt multi: ita & per vnius obeditionem,iuſti conſtituentur multi. Lex autẽ ſubintrauit,vt abundaret delictum. Vbi autem abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia,vt ſicut regnauit peccatũ in mortem:ita & gratia regnet per iuſtitiam in vitam æternam per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum.

S. EX Chriſti gratia poteſtatem habemus præteriti peccati delendi,& cauendi futuri: Deoq; ſeruiendi,prioris uitæ mutata conſuetudine.

CAPVT VI.

QVid ergo dicemus?Manebimus in peccato,vt gratia abundet?Abſit.Qui enim mortui ſumus peccato,quomodo adhuc viuemus in illo ? An ignoratis fratres : quia quicunque baptizati ſumus in Chriſto Ieſu , in morte ipſius baptizati ſumus ? Conſepulti enim ſumus cum illo per baptiſmum in mortem: vt quomodo Chriſtus ſurrexit à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate vitæ ambulemus.Si enim complantati facti ſumus ſimilitudini mortis eius : ſimul & reſurrectionis erimus. hoc ſcientes quia vetus homo noſter ſimul crucifixus eſt, vt deſtruatur corpus peccati,vt vltrà non ſeruiamus peccato. Qui enim mortuus eſt:iuſtificatus eſt à peccato.Si autem mortui ſumus cum Chriſto:credimus quia ſimul etiam viuemus cum Chriſto. ſcientes quòd Chriſtus reſurgens ex mortuis iam non moritur: mors illi vltrà non dominabitur. Quod enim mortuus eſt peccato, mortuus eſt ſemel: quod autem viuit, viuit Deo.Ita & vos exiſtimate,vos mortuos quidẽ eſſe peccato:viuentes autem Deo in Chriſto Ieſu. Non ergo regnet peccatum in veſtro mortali corpore:vt obediatis concupiſcentijs eius.Sed neq; exhibeatis membra veſtra, arma iniquitatis peccato:ſed exhibete vos Deo,tanquam ex mortuis viuẽtes: & membra veſtra arma iuſtitiæ Deo. Peccatum enim vobis non dominabitur. Non enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia. Quid ergo? Peccabimus: quoniam non ſumus ſub lege, ſed ſub gratia? Abſit.an neſcitis quoniam cui exhibetis vos ſeruos ad obediendum:ſerui eſtis eius cui obeditis, ſiue peccati ad mortem,ſiue obeditionis ad iuſtitiã ? Gratias autem Deo, quòd fuiſtis ſerui peccati, obediſtis autem ex corde, in eam formam doctrinæ in quam traditi eſtis.Liberati autem à peccato,ſerui facti eſtis iuſtitiæ. Humanum dico, propter infirmitatem carnis veſtræ. Sicut enim exhibuiſtis membra veſtra ſeruire immunditiæ & iniquitati,ad iniquitatem:ita nunc exhibete membra veſtra ſeruire iuſtitiæ, in ſanctificationem. Cũ enim ſerui eſſetis peccati,liberi fuiſtis iuſtitiæ.Quẽ ergo fructũ habuiſtis tunc in illis,in quibus nunc erubeſcitis?Nam finis illorũ:mors eſt.Nunc verò liberati à peccato,ſerui autem facti Deo:habetis fructum veſtrũ in ſanctificationem, finem verò vitam æternam.Stipendia enim peccati,mors.Gratia autem Dei,vita æterna in Chriſto Ieſu Domino noſtro.

S. PER Chriſti gratiam utilem nacti ſumus à legis ſeruitute liberationem,licet lex ipſa bona ac rationi conſona, peccati dederit notitiam.

CAPVT VII.

ANignoratis fratres(ſcientibus enim legẽ loquor) quia lex in homine dominatur quanto tempore viuit ? Nam quæ ſub viro eſt mulier: viuẽte viro, alligata eſt legi. ſi autem mortuus fuerit vir eius: ſoluta eſt à lege viri.Igitur viuente viro, vocabitur adultera ſi fuerit cum alio viro.Si autem mortuus fuerit vir eius: liberata eſt à lege viri,vt non ſit adultera ſi fuerit cum alio viro. Itaque fratres mei,& vos mortificati eſtis legi per corpus Chriſti : vt ſitis alterius qui ex mortuis reſurrexit, vt fructificetis Deo. Cum enim eſſemus in carne, paſſiones peccatorum quæ per legem erant, operabãtur in membris noſtris, vt fructificarent morti. Nunc autem ſoluti ſumus à lege mortis in qua detinebamur:ita vt ſeruiamus in nouitate ſpiritus,& non in vetuſtate literæ. Quid ergo dicemus? Lex peccatum eſt ? Abſit. Sed peccatum non cognoui:niſi per legem.Nã concupiſcentiam neſciebam niſi lex diceret,Non concupiſces. Occaſione autem accepta,peccatum per mandatum operatum eſt in me omnem concupiſcentiam.Sine lege enim peccatũ mortuum erat.Ego autem viuebam ſine lege aliquando.Sed cum veniſſet mandatum: peccatum reuixit. Ego autem mortuus ſum: & inuentum eſt,mihi mandatum quod erat ad vitam,hoc eſſe ad mortem.Nam peccatum,occaſione accepta per mandatũ, ſeduxit me:& per illud occîdit. Itaque lex quidem ſancta, & mandatum ſanctum & iuſtum & bonũ. Quod ergo bonum eſt,mihi factum eſt mors ? Abſit. Sed peccatum vt appareat peccatum,per bonum operatum eſt mihi mortem: vt fiat ſupra modum peccans peccatum per mandatum. Scimus enim quia lex ſpiritualis eſt: ego autem carnalis ſum, vænundatus ſub peccato. Quod enim operor, non intelligo. Non enim quod volo bonum,hoc ago:ſed quod odi malum, illud facio. Si autem quod nolo,illud facio:conſentio legi quoniam bona eſt.Nunc autem iam non ego operor illud: ſed quod habitat in me peccatum.Scio enim quia non habitat in me,hoc eſt, in carne mea,bonum.Nam velle adiacet mihi: perficere autem bonum,non inuenio.Non enim quod volo bonũ, hoc facio: ſed quod nolo malum,hoc ago.Si autem quod nolo,illud facio,iam non ego operor illud,ſed quod habitat in me peccatum.Inuenio igitur legem,volenti mihi facere bonum : quoniam mihi malum adiacet.Condelector enim legi Dei ſecundum interiorem hominem:video autem aliã legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ,& captiuantem me in lege peccati quæ eſt in membris meis. Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius?Gratia Dei per Ieſum Chriſtum Dominum noſtrum. Igitur ego ipſe mente ſeruio legi Dei:carne autem,legi peccati.

S. GRATIA Chriſti eos à damnatione liberat qui per fidem & charitatem illi adhærent,& non qui ſecundum carnis prudentiam ambulabant,quos in uitam ſine periculo dirigit.

CAPVT VIII.

NIhil ergo nunc damnationis eſt ijs qui ſunt in Chriſto Ieſu:qui non ſecundum carnem ambulant.Lex enim ſpiritus vitæ in Chriſto Ieſu,liberauit me à lege peccati & mortis.Nam quod impoſsibile erat legi , in quo infirmabatur per carnem: Deus filium ſuum mittens in ſimilitudinem carnis peccati, & de peccato damnauit peccatum in carne,vt iuſtificatio legis impleretur in nobis, qui non ſecundum carnem ambulamus, ſed ſecundum ſpiritum. Qui enim ſecundum carnem ſunt: quæ carnis ſunt,ſapiunt.Qui verò ſecundum ſpiritum ſunt: quæ ſunt ſpiritus , ſentiunt. Nam prudentia carnis, mors

est: prudentia autem spiritus, vita & pax, quoniam sapientia carnis, inimica est Deo: legi enim Dei non est subiecta, nec enim potest. Qui autē in carne sunt: Deo placere nō possunt. Vos autem in carne non estis, sed in spiritu: si tamen spiritus Dei habitat in vobis. Si quis autem spiritum Christi non habet: hic non est eius. Si autem Christus in vobis est: corpus quidem mortuum est propter peccatum, spiritus verò viuit propter iustificationem. Quòd si spiritus eius qui suscitauit
C Iesum à mortuis, habitat in vobis: qui suscitauit Iesum Christum à mortuis, viuificabit & mortalia corpora vestra, propter inhabitantem spiritum eius in vobis. Ergo fratres, debitores sumus: non carni, vt secūdum carnem viuamus. Si enim secundum carnem vixeritis: moriemini. si autem spiritu, facta
2. Tim. 1 b carnis mortificaueritis: viuetis. Quicunque enim spiritu Dei
Galat. 4 a aguntur: ij sunt filij Dei. Non enim accepistis spiritum seruitutis iterum in timore: sed accepistis spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba, pater. Ipse enim spiritus, testi moniū reddit spiritui nostro quòd sumus filij Dei. Si autem
D filij, & hæredes: hæredes quidē Dei, cohæredes autem Christi. Si tamen compatimur: vt & conglorificemur. Existimo enim quòd non sunt condignæ passiones huius temporis, ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis. Nam expectatio creaturæ, reuelationem filiorū Dei expectat. Vanitati enim creatura subiecta est, non volens, sed propter eum qui subiecit eam in spe: quia & ipsa creatura liberabitur à seruitute corruptionis, in libertatem gloriæ filiorum Dei. Scimus enim quòd omnis creatura ingemiscit, & parturit vsq; adhuc. Non solum autem illa, sed nosipsi primitias spiritus habētes & ipsi intra nos gemimus adoptionem filiorū Dei, expectantes redemptionē corporis nostri. Spe enim salui facti sumus. Spes
E autem quæ videtur, non est spes: nam quod videt quis, quid sperat? Si autem quod nō videmus, speramus: per patientiam expectamus. Similiter autē, & spiritus adiuuat infirmitatem nostram. nam quid oremus sicut oportet, nescimus: sed ipse spiritus postulat pro nobis, gemitibus inenarrabilibus. Qui autem scrutatur corda, scit quid desyderet spiritus: quia secundum Deum postulat pro sanctis. Scimus autem quoniam di-
F ligentibus Deum, omnia cooperantur in bonum, ijs qui secundum propositum vocati sunt sancti. Nam quos præsciuit: & prædestinauit conformes fieri imaginis filij sui, vt sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos autem prędestinauit: hos & vocauit, & quos vocauit: hos & iustificauit. quos autem iustificauit illos & glorificauit. Quid ergo dicemus ad hæc? Si Deus pro nobis, quis contra nos? Qui etiam proprio filio suo non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit illum:
G quomodo non etiam cum illo omnia nobis donauit? Quis accusabit aduersus electos Dei? Deus qui iustificat? Quis est qui condemnet? Christus Iesus qui mortuus est, imò qui & resurrexit, qui & est ad dexteram Dei, qui etiam interpellat pro nobis? Quis ergo nos separabit à charitate Christi? Tribulatio? an angustia? an fames? an nuditas? an periculum? * an
Psal. 43 d persecutio? .. an gladius? sicut scriptum est, Quia propter te mortificamur tota die: æstimati sumus sicut oues occisionis. Sed in his omnibus superamus propter eum qui dilexit nos. Certus sum enim quia neq; mors, neq; vita, neq; Angeli, neq; principatus, neq; virtutes, neq; instātia, neq; futura, neq; fortitudo, neq; altitudo, neq; profundum, neque creatura alia poterit nos separare à charitate Dei, quæ est in Christo Iesu Domino nostro.

S. GENTILES *ad Iudæorum spiritualem assumpti dignitatem, non ex operibus legis, sed uocantis gratia diuinis mancipantur obsequijs.* CAPVT IX.

A VEritatem dico in Christo Iesu, non mentior, testimonium mihi perhibente conscientia mea in spiritu sancto. quoniam tristitia mihi magna est & continuus dolor cordi meo. Optabā enim ego ipse anathema esse à Christo pro fratribus meis qui sunt cognati mei secundum carnem. qui sunt Israelitæ, quorum adoptio est filiorum, & gloria, & testamentum, & legislatio, &
B obsequium, & promissa, quorum patres, ex quibus est Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Amen. Non autem quòd exciderit verbum Dei. Non enim omnes qui ex Israel sunt, ij sunt Israelitæ: neq; qui semen sunt Abrahæ, omnes filij: sed in Isaac vocabitur tibi se- Gene. 21 b
men: id est, nō qui filij carnis, hi filij Dei: sed qui filij sunt promissionis, æstimantur in semine. Promissionis enim verbum Galat. 4 d
C hoc est, Secundū hoc tempus veniam: & erit Saræ filius. Non Gene. 18 b
solum autem illa: sed & Rebecca ex vno concubitu habens, Gene. 25 c
Isaac patris nostri. Cum enim nondum nati fuissent, aut aliquid boni egissent aut mali, vt secundum electionem propositum Dei maneret: non ex operibus, sed ex vocante dictum est ei, Quia maior seruiet minori, sicut scriptum est, Iacob di- Gene. 25 c
lexi, Esau autem odio habui. Quid ergo dicemus? Nunquid Malac. 1 a
iniquitas apud Deum? Absit. Moysi enim dicit, Miserebor cuius misereor: & misericordiam præstabo cuius miserebor. Exod. 33 d
D Igitur non volentis, neq; currentis, sed miserentis est Dei. Dicit enim scriptura Pharaoni, Quia in hoc ipsum excitaui te, Exod. 9 d
vt ostendam in te virtutem meam: & vt annuntietur nomen meum in vniuersa terra. Ergo, cui vult miseretur: & quē vult, indurat. Dicis itaq; mihi, Quid adhuc queritur? volūtati enim eius qui resistit? O homo, tu quis es qui respōdeas Deo? Nūquid dicit figmentum ei qui se finxit, Quid me fecisti sic? An
E non habet potestatē figulus luti, ex eadem massa facere aliud Esa. 45 b
quidem vas in honorem, aliud verò in contumeliam? Quòd si Ierem. 18 c
Deus volens ostendere iram, & notam facere potentiā suam, Sapien. 15 b
sustinuit in multa patientia, vasa iræ apta in interitū, vt ostenderet diuitias gloriæ suæ in vasa misericordiæ quæ præparauit in gloriam? Quos & vocauit, nos: nō solum ex Iudæis, sed
etiam ex gentibus, sicut in Osee dicit, Vocabo non plebem Osee 2 d
meam, plebem meam: & non dilectā, dilectam: & non mise- 1. Pet. 2 b
ricordiam cōsecutam, misericordiā consecutā. Et erit: in loco Osee 1 d
F vbi dictū est eis, Non plebs mea vos: ibi vocabuntur filij Dei
viui. Esaias autem clamat pro Israel, Si fuerit numerus filiorū Esa. 10 c
Israel tanquam arena maris, reliquiæ saluæ fient. Verbum autem consummans, & abbreuians in æquitate: quia verbū breuiatum faciet Dominus super terrā. Et sicut prædixit Esaias, Esa. 1 c
Nisi Dominus Sabaoth reliquisset nobis semen: sicut Sodo-
G ma facti essemus, & sicut Gomorrha similes fuissemus. Quid ergo dicemus? Quòd gentes quæ non sectabantur iustitiam, apprehenderunt iustitiam, iustitiam autem quæ ex fide est: Israel verò sectando legem iustitiæ, in legē iustitiæ non peruenit. Quare? Quia non ex fide, sed quasi ex operibus: offenderunt enim in lapidem offensionis, sicut scriptum est, Ecce Esa. 8 c
28 d
pono in Sion lapidem offensionis, & petrā scandali: & omnis 1. Pet. 2 b
qui credit in eum, non confundetur.



CAPVT X.

A FRatres, voluntas quidem cordis mei & obsecratio ad Deum, fit pro illis in salutem. Testimonium enim perhibeo illis quòd æmulationem quidem Dei habent, sed non secundum scientiā. Ignorantes enim iustitiam Dei, & suam quærentes statuere: iustitiæ Dei non sunt subiecti. Finis enim legis, Christus: ad iustitiam omni credenti. Moyses enim scripsit, quoniam iu- Leuit. 18 d
stitiam quæ ex lege est qui fecerit homo, viuet in ea. Quæ au- Eze. 20 b
B tem ex fide est iustitia sic dicit, Ne dixeris in corde tuo, Quis Deut. 30 c
ascendet in cœlum? id est, Christum deducere. Aut quis descendet in abyssum? hoc est, Christum à mortuis reuocare. Sed quid dicit scriptura? Propè est verbum in ore tuo, Deut. 30 e
& in corde tuo. Hoc est verbum fidei quod prædicamus.

Quia

C Quia si confitearis in ore tuo Dominum Iesum, & in corde tuo credideris quòd Deus illum suscitauit à mortuis: saluus eris. Corde enim creditur ad iustitiã: ore autem cõfessio fit ad salutem. Dicit enim scriptura, Omnis qui credit in illum, non confundetur. Non enim est distinctio Iudæi & Græci: nam idem Dominus omnium, diues in omnes qui inuocant illum. Omnis enim quicũq; inuocauerit nomẽ Domini: saluus erit. Quomodo ergo inuocabunt eum in quem non crediderunt? Aut quomodo credent ei quem non audierunt? Quomodo autẽ audient sine prædicante? Quomodo verò prædicabunt, nisi mittantur? sicut scriptum est, Quàm speciosi pedes euangelizantiũ pacem, euangelizantiũ bona. Sed non omnes obediunt Euãgelio. Esaias enim dicit, Domine, quis credidit auditui nostro? Ergo fides, ex auditu: auditus autem, per verbũ Christi. Sed dico, Nunquid non audierunt? Et quidem in omnem terram exiuit sonus eorum: & in fines orbis terræ verba eorum. Sed dico, Nunquid Israel non cognouit? Primus Moyses dicit, Ego ad æmulationem vos adducam in non gentem: in gentem insipientem, in iram vos mittam. Esaias autem audet & dicit, Inuentus sum à non quærentibus me: palàm apparui ijs qui me non interrogabant. Ad Israel autem dicit, Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem.

Esa. 28 d
Ioel 2 g
Actu. 2 c
Esa. 52 b
Nume. 1 d
D
Esa. 53 a
Ioan. 12 f
Psal. 18 a
Deut. 32 c
Esa. 65 a

S. NEC *Deus omnes Iudæos, sicut nec tempore Eliæ repulit irreparabiliter: unde gloriantur Gentes contra Iudæos diuina cognoscentes iudicia humana ratione incomprehensibilia.*

CAPVT XI.

A DIco ergo, Nunquid Deus repulit populũ suum? Absit. Nã & ego Israelita sum, ex semine Abraham, de tribu Beniamin. Non repulit Deus plebem suam quã præsciuit. An nescitis in Elia quid dicit scriptura: quemadmodum interpellat Deum aduersum Israel? Domine, prophetas tuos occiderunt, & altaria tua suffoderunt: & ego relictus sum solus, & quærunt animam meam. Sed quid dicit illi diuinum responsum? Reliqui mihi septem millia virorũ, qui non curuauerũt genua ante Baal. Sic ergo & in hoc tempore, reliquiæ secundum electionem gratiæ factæ sunt. Si autẽ gratia: iam non ex operibus. Alioquin gratia iam non est gratia. Quid ergo? Quod quærebat Israel, hoc non est consecutus: electio autem consecuta est, cæteri verò excæcati sunt: sicut scriptũ est, Dedit illis Deus spiritũ cõpunctionis: oculos, vt non videant: & aures, vt non audiant vsq; in hodiernum diem. Et Dauid dicit, Fiat mensa eorũ coram ipsis in laqueum & captionem & in scandalũ & in retributionem illis. Obscurentur oculi eorũ ne videãt: & dorsum eorum semper incurua. Dico ergo, Nunquid sic offenderũt vt caderent? Absit. Sed illorũ delicto, salus gẽtibus: vt illos æmulentur. Quòd si delictũ illorum diuitiæ sunt mundi, & diminutio eorũ diuitiæ gentium: quanto magis plenitudo eorũ? Vobis enim dico gentibus, Quandiu quidem ego sum gentiũ Apostolus, ministerium meum honorificabo, si quo modo ad æmulandum prouocem carnem meam, & saluos faciam aliquos ex illis. Si enim amissio eorum, reconciliatio est mundi: quæ assumptio, nisi vita ex mortuis? Quòd si delibatio sancta est, & massa: & si radix sancta, & rami. Quòd si aliqui ex ramis fracti sunt, tu autem cum oleaster esses, insertus es in illis, & socius radicis & pinguedinis oliuæ factus es, noli gloriari aduersus ramos. Quòd si gloriaris: non tu radicem portas, sed radix te. Dicis ergo, Fracti sunt rami, vt ego inserar. Bene: propter incredulitatem fracti sunt, tu autem fide stas. Noli altũ sapere, sed time. Si enim Deus naturalibus ramis nõ pepercit: ne fortè nec tibi parcat. Vide ergo bonitatẽ & seueritatem Dei: in eos quidem qui ceciderunt, seueritatem: in te autem bonitatem Dei, si permanseris in bonitate, alioquin & tu excideris. Sed & illi, si non permanserint in incredulitate, inserentur. potens est enim Deus iterũ inserere illos. Nam si & tu ex naturali excisus es oleastro, & contra naturã insertus es in bonam oliuam: quanto magis ij qui secundũ naturam, inserentur suæ oliuæ? Nolo enim vos ignorare fratres mysterium hoc, vt non sitis vobisipsis sapientes, quia cæcitas ex parte contigit in Israel, donec plenitudo gentiũ intraret: & sic omnis Israel saluus fieret, sicut scriptũ est, Veniet ex Sion, qui eripiat & auertat impietatem à Iacob. Et hoc illis à me testamentũ: cum abstulero peccata eorum. Secundum euangeliũ quidem inimici propter vos: secundum electionem autem, clarissimi propter patres. Sine pœnitentia enim, sunt dona & vocatio Dei. Sicut enim aliquãdo & vos non credidistis Deo, nunc autẽ misericordiã consecuti estis propter incredulitatem illorũ sitam: ita & isti nunc non crediderũt in vestrã misericordiam, vt & ipsi misericordiã consequantur. Cõclusit enim Deus omnia in incredulitate: vt omniũ misereatur. O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ Dei: quàm incõprehensibilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles viæ eius. Quis enim cognouit sensum Domini? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi? & retribuetur ei? Quoniam ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia: ipsi gloria in secula seculorum. Amen.

1. Reg. 19 b
1. Reg. 19 d
B
Esa. 6 c
Matt. 13 b
Ioan. 12 f
Act. 28 f
Psal. 68 c
C
D
Esa. 59 d
Sapien. 9 c
Esa. 40 d
1. Cor. 2 d

S. HOMO *ex gratia ad Deum se habet anima & corpore ex corporis mystici ad naturale & partes eius similitudine donis eius sine uindicta fruendo.*

CAPVT XII.

A OBsecrò itaq; vos fratres per misericordiam Dei, vt exhibeatis corpora vestra hostiã viuentẽ, sanctam, Deo placentẽ, rationabile obsequium vestrum. Et nolite conformari huic seculo: sed reformamini in nouitate sensus vestri, vt probetis quæ sit voluntas Dei bona, & beneplacens, & perfecta. Dico enim per gratiam quæ data est mihi, omnibus qui sunt inter vos, Non plus sapere quàm oportet sapere, sed sapere ad sobrietatem, & vnicuiq; sicut Deus diuisit mensuram fidei. Sicut enim in B vno corpore multa membra habemus, omnia autem membra non eundem actum habent: ita multi vnum corpus sumus in Christo, singuli autem alter alterius membra. Habẽtes donationes, secundum gratiam quæ data est nobis, differentes, siue prophetiam secundũ rationem fidei, siue ministerium in ministrando, siue qui docet in doctrina, qui exhortatur in exhortando, qui tribuit in simplicitate, qui præest in solicitudine, C qui miseretur in hilaritate. Dilectio sine simulatione. Odientes malum, adhærentes bono: charitatem fraternitatis inuicem diligentes, honore inuicem præuenientes: solicitudine nõ pigri, spiritu feruentes. Domino seruientes, spe gaudẽtes, in tribulatione patientes, orationi instantes, necessitatibus sanctorum communicantes. Hospitalitatem sectantes. Benedicite D persequẽtibus vos: benedicite, & nolite maledicere. Gaudere cum gaudentibus, flere cum flentibus. Idipsum inuicem sentientes. Non alta sapientes, sed humilibus consentientes. Nolite esse prudentes apud vosmetipsos. Nulli malum pro malo reddentes. Prouidentes bona nõ tantum coram Deo, sed etiã coram omnibus hominibus. Si fieri potest, quod in vobis est, cum omnibus hominibus pacem habentes. Non vosmetipsos defendentes charissimi, sed date locum iræ. scriptũ est enim, Mihi vindictam: ego retribuam, dicit Dominus. Sed si esurierit inimicus tuus, ciba illum: si sitit, potum da illi. hoc enim faciens carbones ignis congeres super caput eius. Noli vinci à malo: sed vince in bono malum.

Philip. 4 d
Ephes. 5 d
1. Thes. 4 d
1. Cor. 12 b
Eph. 4 b
Amos 5 d
Ephes. 4 a
1. Pet. 2 c
1. Petr. 5 b
Hebr. 13 a
1. Pet. 4 c
Prouer. 3
Esa. 5 c
1. Pet. 3 d
2. Cor. 8 d
Hebr. 12 d
Eccle. 28 a
Matt. 5 g
Deut. 32 c
Heb. 10 e
Prouer. 25 c

S. HOMO *ad superiores subiectione, ad omnes dilectione, ad seipsum honestate.*

CAPVT XIII.

A OMnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas nisi à Deo. quæ autem sunt, à Deo ordinatæ sunt. Itaq; qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Qui autẽ resistunt, ipsi sibi damnationem acquirunt. Nam principes non sunt timori boni operis, sed mali. Vis autem non timere potesta-

Sapien. 6 a
1. Pet. 2 c

tem?

Btem? Bonũ fac: & habebis laudem ex illa. Dei enim minister
est tibi in bonum. Si autem malũ feceris, time: non enim sine
causa gladium portat. Dei enim minister est: vindex in iram,
ei qui malum agit. Ideoq; necessitate subditi estote: non so-
C lum propter iram, sed etiam propter cõscientiam. Ideò enim
Matt.22 c & tributa præstatis. ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum ser-
uientes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributũ, tributum:
cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, ho
norem. Nemini quicquam debeatis, nisi vt inuicem diligatis.
Exod.20 c qui enim diligit proximũ, legem impleuit. Nam, Non adul-
Deuter.5 b terabis, Non occides, Non furaberis, Non falsum testimoniũ
dices, Non concupisces, & si quod est aliud mandatũ: in hoc
Leuit.19 d verbo instauratur, Diliges proximũ tuum sicut teipsum. Di-
Matt.22 d lectio proximi, malũ non operatur. Plenitudo ergo legis est
Marc.12 c dilectio. Et hoc, scientes tẽpus, quia hora est iam nos de som-
Galat.5 c no surgere. Nunc enim propior est nostra salus, quàm cùm
Iacob 2 b credidimus. Nox præcessit: dies autẽ appropinquauit. A bij-
D ciamus ergo opera tenebrarum, & induamur arma lucis. Sicut
Luc.21 f in die, honestè ambulemus: non in comessationibus & ebrie-
tatibus, non in cubilibus & impudicitijs, non in contentione
Galat.5 c & æmulatione: sed induimini Dominum Iesum Christum,
1.Petr.2 c & carnis curam ne feceritis in desyderijs.

S. PERFECTVS in fide imperfectorum uitet offendiculum quo ad falsa iudicia & scandala circa munda uel immunda.

CAPVT XIIII.

A INfirmum autẽ in fide, assumite: non in discepta-
tionibus cogitationũ. Alius enim credit se man-
ducare omnia: qui autem infirmus est, olus man-
ducat. Is qui manducat, non manducantem non
spernat: & qui non manducat, manducantem non iudicet.
Iacob.4 d Deus enim illum assumpsit. Tu quis es, qui iudicas alienum
seruum? Domino suo stat aut cadit: stabit autem. potens est
enim Deus statuere illũ. Nam alius iudicat diem inter diem:
alius autem iudicat omnem diem. Vnusquisque in suo sensu
B abundet. Qui sapit diem, Domino sapit. Et qui manducat,
Domino mãducat. Gratias enim agit Deo. Et qui non man-
ducat, Domino non manducat, & gratias agit Deo. Nemo
enim nostrum sibi viuit: & nemo sibi moritur. Siue enim vi-
uimus, Domino viuimus: siue morimur, Domino morimur.
Siue ergo viuimus, siue morimur: Domini sumus. In hoc
enim Christus mortuus est, & resurrexit: vt & viuorum &
2.Cor.5 b mortuorũ dominetur. Tu autem quid iudicas fratrem tuum?
Esa.45 d aut tu, quare spernis fratrem tuum? Omnes enim stabimus
Philip.2 b ante tribunal Christi. scriptum est enim, Viuo ego, dicit Do-
minus, quoniam mihi flectetur omne genu: & omnis lingua
C confitebitur Deo. Itaq; vnusquisq; nostrum pro se rationem
reddet Deo. Non ergo amplius inuicem iudicemus. sed hoc
iudicate magis, ne ponatis offendiculum fratri vel scandalum.
Scio & confido in Domino Iesu: quia nihil commune per
ipsum: nisi ei qui existimat quid commune esse, illi commu-
ne est. Si enim propter cibum frater tuus contristatur: iam
1.Cor.8 d non secundum charitatem ambulas. Noli cibo tuo illum per-
dere pro quo Christus mortuus est. Non ergo blasphemetur
D bonum nostrum. Non est enim regnum Dei esca & potus:
sed iustitia, & pax, & gaudium in spiritu sancto. Qui enim
in hoc seruit Christo, placet Deo, & probatus est homini-
bus. Itaque quæ pacis sunt, sectemur: & quæ ædificationis
Tit.1 d sunt, in inuicem custodiamus. Noli propter escam destruere
1.Cor.8 d opus Dei. omnia quidem sunt munda: sed malum est homi-
ni qui per offendiculum manducat. Bonum est non manduc-
are carnem & non bibere vinum, neque in quo frater tuus
offenditur, aut scandalizatur, aut infirmatur. Tu fidem habes
penes temetipsum: habe coram Deo. Beatus qui non iudicat
semetipsum, in eo quod probat. Qui autem discernit, si man-
ducauerit, damnatus est: quia non ex fide. Omne autem quod
non est ex fide, peccatum est.

S. MAIORES minorum tolerent infirmitates, exemplo CHRISTI Iudæos & gentes suscipientes: Paulus tandem se excusat circa præsumptionem suam Romanos arguendo & eos tarde uisitando.

CAPVT XV.

A DEbemus autem nos firmiores, imbecillitates in-
firmorum sustinere, & non nobis placere. Vnus-
quisq; vestrum proximo suo placeat in bonũ, ad
ædificationem. Etenim Christus non sibi placuit:
sed sicut scriptum est, Improperia improperantium tibi, ce- Psal.68 b
ciderunt super me. Quæcunq; enim scripta sunt, ad nostram
doctrinam scripta sunt: vt per patientiam & consolationem
scripturarũ, spem habeamus. Deus autem patientiæ & solatij,
B det vobis idipsum sapere in alterutrum secundũ Iesum Chri- 1.Cor.1 b
stum: vt vnanimes, vno ore honorificetis Deũ & patrem Do-
mini nostri Iesu Christi. Propter quod suscipite inuicem: si-
cut & Christus suscepit vos in honorem Dei. Dico enim
Christum Iesum, ministrum fuisse circuncisionis propter
veritatem Dei, ad confirmandas promissiones patrum: Gen-
tes autem super misericordia, honorare Deum, sicut scriptum
C est, Propterea confitebor tibi in gentibus Domine, & nomi- Psal.17 d
ni tuo cantabo. Et iterum dicit, Lætamini gentes cum plebe 2.Reg.22 d
eius. Et iterum, Laudate omnes gentes Dominum: & magni- Psal.116 a
ficate eũ omnes populi. Et rursus Esaias ait, Erit radix Iesse: Esa.11 c
& qui exurget regere gentes, in eo gentes sperabunt. Deus
autem spei, repleat vos omni gaudio & pace in credendo: vt
abundetis in spe, in virtute spiritus sancti. Certus sum autem
fratres mei & ego ipse de vobis, quoniã & ipsi pleni estis dile-
ctione, repleti omni scientia, ita vt possitis alterutrũ monere.
D Audacius autem scripsi vobis fratres ex parte tanquã in me-
moriam vos reducẽs: propter gratiã quæ data est mihi à Deo,
vt sim minister Christi Iesu in gentibus, sanctificans Euange-
lium Dei, vt fiat oblatio gentiũ accepta & sanctificata in spi-
ritu sancto. Habeo igitur gloriam in Christo Iesu ad Deum.
Non enim audeo aliquid loqui eorum quæ per me non effe-
cit Christus in obedientiam gentium: verbo & factis, in vir-
tute signorum: & prodigiorum, in virtute spiritus sancti: ita
vt ab Ierusalem per circuitum vsq; ad Illyricum repleuerim
E Euangelium Christi. Sic autem prædicaui Euangelium hoc,
non vbi nominatus est Christus, ne super alienum funda- Esa.52 d
mentum ædificarem: sed sicut scriptum est, Quibus non est
annuntiatum de eo, videbunt: & qui non audierunt de eo, in-
telligent. Propter quod & impediebar plurimum venire ad
vos: * & prohibitus sum vsq; adhuc. Nunc verò vlterius locũ
non habens in his regionibus, cupiditatem autem habens ve-
niendi ad vos ex multis iam præcedentibus annis: cum in Hi-
F spaniam proficisci cœpero, spero quòd præteriens videã vos,
& à vobis deducar illuc, si vobis primũ ex parte fruitus fue-
ro. Nunc igitur proficiscor in Ierusalem ministrare sanctis.
Probauerunt enim Macedonia & Achaia collationem ali-
quam facere in pauperes sanctos qui sunt in Ierusalem. Pla-
cuit enim eis: & debitores sunt eorum. Nam si spiritualium
eorum participes facti sunt gentiles: debent & in carnalibus 1.Cor.9 b
ministrare illis. Hoc igitur cùm consummauero & assignaue-
ro eis fructum hunc: per vos proficiscar in Hispaniam. Scio
G autem quoniam veniens ad vos, in abundantia benedictionis
Euangelij Christi veniam. Obsecro ergo vos fratres per Do-
minum nostrum Iesum Christum, & per charitatem sancti
spiritus, vt adiuuetis me in orationibus pro me ad Deum, vt
liberer ab infidelibus qui sunt in Iudæa, & obsequij mei obla
tio accepta fiat in Ierusalem sanctis, vt veniam ad vos in gau-
dio per voluntatem Dei, vt refrigerer vobiscum. Deus autem
pacis sit cùm omnibus vobis. Amen.

S. APOSTOLVS commendat quosdam Romanorum ob quasdam eorum excellentias nominatim salutandos, quosdam uerò uitandos hortatur. CAPV XVI.

Commen

A COmmendo autem vobis Phœben ſororem noſtrã, quæ eſt in miniſterio eccleſiæ quæ eſt Cenchreis: vt eam ſuſcipiatis in Domino dignè ſanctis: & aſſiſtatis ei in quocunq; negotio veſtri indiguerit. etenim ipſa quoq; aſtitit multis & mihi ipſi. Salutate Priſcam & Aquilam adiutores meos in Chriſto Ieſu (qui pro anima mea, ſuas ceruices ſuppoſuerunt: quibus non ſolus ego gratias ago: ſed & cunctæ eccleſiæ gentium) & domeſticam eccleſiam eorum. Salutate Epænetum dilectum mihi: qui eſt primitiuus Achaiæ in Chriſto Ieſu. Salutate Mariam, quæ multum laborauit in vobis. Salutate Andronicum & Iuniam cognatos & concaptiuos meos: qui ſunt nobiles in Apoſto-
B lis, qui & ante me fuerũt in Chriſto. Salutate Ampliatum dilectiſsimum mihi in Domino. Salutate Vrbanum adiutorem noſtrum in Chriſto Ieſu, & Stachyn dilectum meum. Salutate Apellen probum in Chriſto. Salutate eos qui ſunt ex Ariſtoboli domo. Salutate Herodionem cognatum meum. Salutate eos qui ſunt ex Narciſsi domo, qui ſunt in Domino. Salutate Tryphænam & Tryphoſam: quæ laborant in Domino. Salutate Perſidem chariſsimam, quæ multum laborauit in Domino. Salutate Ruſum electũ in Domino, & matrem eius & meam. Salutate Aſyncritũ, Phlegontem, Hermen, Patrobam, Hermam: & qui cum eis ſunt, fratres. Salutate Philologum
C & Iuliam, Nereum & ſororem eius & Olympiadem: & omnes qui cum eis ſunt, ſanctos. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Salutant vos omnes eccleſiæ Chriſti. Rogo autem vos fratres vt obſeruetis eos qui diſſenſiones & offendicula præter doctrinam quam vos didiciſtis, faciunt: & declinate ab illis. Huiuſmodi enim Chriſto Domino noſtro non ſeruiunt, ſed ſuo ventri: & per dulces ſermones & benedictiones, ſeducunt corda innocentium. Veſtra enim obedientia, in omni loco diuulgata eſt. Gaudeo igitur in vobis. Sed volo vos ſapientes eſſe in bono: & ſimplices in malo. Deus autem pacis,
D conterat ſatanam ſub pedibus veſtris velociter. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. Salutat vos Timotheus adiutor meus: & Lucius, & Iaſon, & Soſipater cognati mei. Saluto vos ego. Tertius qui ſcripſi epiſtolam in Domino. Salutat vos Caius hoſpes meus & vniuerſæ eccleſiæ. Salutat vos Eraſtus arcarius ciuitatis, & Quartus frater. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti cum omnibus vobis. Amen. Ei autem qui potens eſt vos confirmare iuxta euangelium meum & prædicationem Ieſu Chriſti, ſecundum reuelationem myſterij, temporibus æternis taciti (quod nunc patefactum eſt per ſcripturas prophetarum ſecundum præceptum æterni Dei ad obedientiam fidei) in cunctis gentibus cogniti, ſoli ſapienti Deo per Ieſum Chriſtum, cui honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen.

FINIS.

Argumentum in primam EPISTOLAM Pauli ad Corinthios.

CORINTHII, *ſunt Achaici: & hi ſimiliter ab Apoſtolo audierunt uerbum ueritatis: & ſubuerſi ſunt multifariè à falſis apoſtolis. Quidam à philoſophiæ uerboſa eloquentia: alij ſecta legis Iudaicæ inducti ſunt. Hos reuocat Apoſtolus ad ueram fidem, & euangelicam ſapientiam, ſcribens eis ab* Epheſo *per Timotheum diſcipulum ſuum.*

Epiſtola Pauli ad Corinthios Prima.

S. CORINTHIORVM *ſectas ex baptiſmo & doctrina increpans Apoſtolus, ad Chriſti gloriam & Chriſtianæ doctrinæ electionem illos hortatur.*

CAPVT I.

A PAVLVS vocatus Apoſtolus Ieſu Chriſti, per volũtatem Dei, & Soſthenes frater: eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi, ſanctificatis in Chriſto Ieſu, vocatis ſanctis, cum omnibus qui inuocant nomen Domini noſtri Ieſu Chriſti in omni loco ipſorum & noſtro. Gratia vobis & pax à Deo patre noſtro & Domino Ieſu Chriſto. Gratias ago Deo meo ſemper pro vobis, in gratia Dei quæ data eſt vobis in Chriſto Ieſu, quòd in omnibus diuites facti eſtis in illo, in omni verbo & in omni ſcientia, ſicut teſtimonium Chriſti confirmatum eſt in vobis: ita vt nihil vobis deſit in vlla gratia, expectantibus reuelationem Domini noſtri Ieſu Chriſti, qui & confirmabit vos vſq; in finem ſine crimine, in die aduentus Domini noſtri Ieſu Chriſti. Fidelis Deus: 1.Theſ.5 d
B per quem vocati eſtis in ſocietatem filij eius Ieſu Chriſti Domini noſtri. Obſecro autem vos fratres, per nomen Domini Roma.15 b
noſtri Ieſu Chriſti, vt idipſum dicatis omnes, & non ſint in vobis ſchiſmata: ſitis autem perfecti in eodem ſenſu, & in eadem ſententia. Significatũ eſt enim mihi de vobis fratres mei, ab ijs qui ſunt Chloes, quia contentiones ſunt inter vos. Hoc autem dico, quod vnuſquiſq; veſtrũ dicit, Ego quidem ſum Act.18 f
Pauli, ego autem Apollo, ego verò Cephæ: ego autem Chriſti. Diuiſus eſt Chriſtus? Nunquid Paulus crucifixus eſt pro vobis? aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Gratias ago Deo
C meo, quòd neminem veſtrum baptizaui, niſi Criſpum & Caium: ne quis dicat quòd in nomine meo baptizati eſtis. Baptizaui autem & Stephanæ domum. Cæterum, neſcio ſi quem alium veſtrum baptizauerim. Non enim miſit me Chriſtus baptizare, ſed euangelizare: non in ſapientia verbi, vt non euacuetur crux Chriſti. Verbum enim crucis, pereuntibus quidem ſtultitia eſt: ijs autem qui ſalui fiunt, id eſt nobis, Dei virtus eſt. Scriptum eſt enim, Perdam ſapientiam ſa- Eſa.33 e
pientium, & prudentiam prudentiũ reprobabo. Vbi ſapiens? vbi ſcriba? vbi inquiſitor huius ſeculi? Nónne ſtultam fecit Deus ſapientiam huius mundi? Nam quia in Dei ſapientia non cognouit mundus per ſapientiam Deũ: placuit Deo per ſtultitiam prædicationis, ſaluos facere credentes. Quoniam & Iudæi ſigna petunt, & Græci ſapientiam quærũt: nos autem
D prædicamus Chriſtum crucifixum, Iudæis quidem ſcandalum, gentibus autem ſtultitiam, ipſis autem vocatis, Iudæis atq; Græcis Chriſtum Dei virtutem & Dei ſapientiam, quia quod ſtultum eſt Dei, ſapientius eſt hominibus: & quod infirmum eſt Dei, fortius eſt hominibus. Videte enim vocationem veſtram fratres, quia non multi ſapientes ſecundum carnem, non multi potentes, non multi nobiles: ſed quæ ſtulta ſunt mundi elegit Deus, vt confundat ſapientes? & infirma mundi elegit Deus, vt confundat fortia, & ignobilia mundi & contemptibilia elegit Deus, & ea quæ nõ ſunt, vt ea quæ ſunt deſtrueret, vt non glorietur omnis caro in conſpectu eius. Ex ipſo autem vos eſtis in Chriſto Ieſu, qui factus eſt nobis ſa- Ierem.9 g
pientia & iuſtitia & ſanctificatio & redemptio: vt (quemad- 2.Cor.10 d
modum ſcriptum eſt,) Qui gloriatur, in Domino glorietur.

S. CHRI-

S. CHRISTIANAE *doctrinæ congruum modum secutus Paulus fucum uitat & elegantiam, sapientiam uerò cæteras præcellentem inter perfectos illius capaces loquitur.*

CAPVT II.

A ET ego cum venissem ad vos fratres: veni non in sublimitate sermonis aut sapientiæ annũtians vobis testimonium Christi. Non enim iudicaui me scire aliquid inter vos: nisi Iesum Christum, & hunc crucifixum. Et ego in infirmitate: & timore & tremore multo fui apud vos, & sermo meus & prædicatio mea non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione
B spiritus & virtutis: vt fides vestra non sit in sapientia hominũ, sed in virtute Dei. Sapientiam autem loquimur inter perfectos, sapientiam verò, non huius seculi, neq; principium huius seculi, qui destruuntur: sed loquimur Dei sapientiam in mysterio, quæ abscondita est, quam prædestinauit Deus ante secula in gloriam nostram, quam nemo principum huius se-
C culi cognouit. Si enim cognouissent: nunquam Dominũ gloriæ crucifixissent. Sed sicut scriptum est, Quod oculus non
Esa. 64 b vidit, nec auris audiuit, nec in cor hominis ascenderunt quæ præparauit Deus ijs qui diligunt illum: nobis autem reuelauit Deus per spiritum suum. spiritus enim omnia scrutatur, etiam profunda Dei. Quis enim hominum scit quæ sunt hominis: nisi spiritus hominis, qui in ipso est? Ita & quæ Dei sunt nemo cognouit: nisi spiritus Dei. Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui ex Deo est: vt
D sciamus quæ à Deo donata sunt nobis, quæ & loquimur non
2. Petr. 1 c in doctis humanæ sapientiæ verbis: sed in doctrina spiritus, spiritualibus spiritualia comparantes. Animalis autem homo non percipit ea quæ sunt spiritus Dei. Stultitia enim est illi, & non potest intelligere: quia spiritualiter examinatur. Spi-
Esa. 40 d ritualis autem iudicat omnia: & ipse à nemine iudicatur, sicut
Sapien. 9 c scriptum est, Quis enim cognouit sensum Domini? aut quis
Roma. 11 d instruxit eum? Nos autem sensum Christi habemus.

S. CORINTHII *quibusdam ecclesiæ ministris plus æquo tribuentes errabant, quoniam mercedis discrimen ex laborum diuersitate uenit sumenda.* CAPVT III.

A ET ego fratres non potui vobis loqui quasi spiritualibus, sed quasi carnalibus. Tanquam paruulis in Christo, lac vobis potum dedi, nõ escam: nondum enim poteratis, sed nec nunc quidẽ potestis. adhuc enim carnales estis. Cũ enim sit inter vos zelus & contentio, nónne carnales estis, & secundũ hominem ambulatis? Cum enim quis dicat, Ego quidem sum Pauli, alius autẽ, Ego Apollo: nónne homines estis? Quid igitur est Apollo? quid verò Paulus? Ministri eius cui credidistis, & vnicuiq; sicut
B Dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit: sed Deus incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat est aliquid, neq; qui
Psal. 51 d rigat: sed qui incrementum dat, Deus. Qui autem plantat &
Galat. 6 b qui rigat: vnum sunt. Vnusquisq; autem propriã mercedem accipiet secundũ suum laborem. Dei enim sumus adiutores. Dei agricultura estis: Dei ædificatio estis. Secundum gratiam Dei quæ data est mihi, vt sapiens architectus fundamentum posui: alius autem superædificat. Vnusquisq; autẽ videat quomodo superædificet. Fundamentum enim aliud nemo potest
C ponere, præter id quod positum est: quod est Christus Iesus. Si quis autem superædificat super fundamẽtum hoc, aurum, argentum, lapides pretiosos, ligna, fœnum, stipulam: vniuscuiusq; opus manifestum erit. Dies enim Domini declarabit, quia in igne reuelabitur: & vniuscuiusq; opus quale sit, ignis probabit. Si cuius opus manserit quod superædificauit: mercedem accipiet. Si cuius opus arserit, detrimentum patietur. Ipse autẽ saluus erit: sic tamen quasi per ignem. Nescitis quia templũ Dei estis: & spiritus Dei habitat in vobis? Si quis au-
D tem templũ Dei violauerit: disperdet illum Deus. Templum
Infra 6 d enim Dei sanctũ est: quod estis vos. Nemo se seducat. Si quis videtur inter vos sapiens esse in hoc seculo: stultus fiat, vt sit
2. Cor. 5 c sapiens. Sapientia enim huius mũdi, stultitia est apud Deum. Scriptũ est enim, Comprehendã sapientes in astutia eorũ. Et
Iob. 5 c iterũ, Dominus nouit cogitationes sapientiũ quoniam vanæ
Psal. 93 b sunt. Nemo itaq; glorietur in hominibus. Omnia enim vestra sunt: siue Paulus, siue Apollo, siue Cephas, siue mundus, siue vita, siue mors, siue præsentia, siue futura. omnia enim vestra sunt: vos autem Christi, Christus autem Dei.

S. SECVNDVM *exteriora alterum temerè iudicans, uel præsumptuosè contemnens potius ridendus est quàm uituperandus, uerum & correctione monendus.*

CAPVT IIII.

A SIc nos existimet homo, vt ministros Christi, &
2. Cor. 6 a dispensatores mysteriorum Dei. Hic iam quæritur inter dispensatores vt fidelis quis inueniatur. Mihi autem pro minimo est, vt à vobis iudicer, aut ab humano die: sed neq; meipsum iudico. Nihil enim mihi conscius sum: sed non in hoc iustificatus sum. Qui autẽ iudicat me, Dominus est. Itaq; nolite ante tẽpus iudicare: quoadusq; veniat Dominus, qui & illuminabit abscondita tene-
B brarum, & manifestabit cõsilia cordium: & tunc laus erit vnicuiq; à Deo. Hæc autẽ fratres transfiguraui in me & Apollo, propter vos: vt in nobis discatis, ne supra quàm scriptum est, vnus aduersus alterum infletur pro alio. Quis enim te discernit? Quid autem habes, quod non accepisti? Si autẽ accepisti: quid gloriaris quasi non acceperis? Iam saturati estis, iam diuites facti estis: sine nobis regnatis, & vtinam regnetis: vt & nos vobiscũ regnemus. Puto enim quòd Deus nos apostolos nouissimos ostendit, tanquam morti destinatos: quia spectaculũ facti sumus mundo, & angelis, & hominibus. Nos stulti propter Christum: vos autem prudentes in Christo. nos infirmi:
C vos autem fortes. vos nobiles: nos autem ignobiles. Vsque in hanc horam, & esurimus, & sitimus, & nudi sumus, & colaphis cædimur, & instabiles sumus, & laboramus operantes
Act. 20 g manibus nostris. maledicimur: & benedicimus. persecutionẽ
1. Thes. 3 b patimur: & sustinemus. blasphemamur: & obsecramus. tan-
2. Thes. 3 b quam purgamenta huius mundi facti sumus, omniũ peripsema vsq; adhuc. Non vt cõfundam vos, hæc scribo: sed vt filios meos charissimos moneo. Nam si decem millia pædagogorũ habeatis in Christo: sed non multos patres. Nam in Christo
D Iesu, per euangelium ego vos genui. Rogo ergo vos, imitatores mei estote, sicut & ego Christi. Ideò misi ad vos Timotheum, qui est filius meus charissimus & fidelis in Domino: qui vos commonefaciet vias meas, quæ sunt in Christo Iesu, sicut vbiq; in omni ecclesia doceo. Tanquam non venturus sim ad vos, sic inflati sunt quidam. Veniam autem ad vos citò, si Dominus voluerit: & cognoscam nõ sermonem eorum qui inflati sunt, sed virtutem. Non enim in sermone est regnũ Dei: sed in virtute. Quid vultis? In virga veniam ad vos: an in charitate, & spiritu mansuetudinis?

S. TAM *fornicarios, quàm illos tolerantes tandem sua pœna sequetur: ab alijs igitur expurgandi.* CAPVT V.

A OMnino auditur inter vos fornicatio: & talis fornicatio, qualis nec inter gentes, ita vt vxorem patris sui aliquis habeat. Et vos inflati estis: & non magis luctum habuistis, vt tollatur de medio vestrum qui hoc opus fecit. Ego quidem absens corpore, præ-
Coloss. 2 d sens autem spiritu, iam iudicaui vt præsens, eum qui sic ope-
B ratus est, in nomine Domini nostri Iesu Christi, congregatis vobis, & meo spiritu cum virtute Domini nostri Iesu tradere huiusmodi hominem satanæ in interitum carnis, vt spiritus saluus sit in die Domini nostri Iesu Christi. Non est
Galat. 5 b bona gloriatio vestra. Nescitis quia modicum fermentum, totam massam corrumpit? Expurgate vetus fermentum vt
C sitis noua conspersio, sicut estis azymi. Etenim pascha nostrum

ſtrum immolatus eſt Chriſtus. Itaque epulemur: non in fermento veteri, neque in fermento malitiæ & nequitiæ, ſed in azymis ſynceritatis & veritatis. Scripſi vobis in epiſtola, Ne commiſceamini fornicarijs, non vtiq; fornicarijs huius mundi, aut auaris, aut rapacibus, aut idôlis ſeruientibus: alioquin debueratis de hoc mundo exiſſe. Nunc autem ſcripſi vobis, non commiſceri, ſi is qui frater nominatur inter vos, eſt fornicator, aut auarus, aut idôlis ſeruiens, aut maledicus, aut ebrioſus, aut rapax: cum eiuſmodi nec cibum ſumere. Quid enim mihi de ijs qui foris ſunt iudicare? Nónne de ijs qui intus ſunt vos iudicatis? nam eos qui foris ſunt: Deus iudicabit. Auferte malum ex vobiſipſis.

S. PER FIDOS *iudices fideles non eligant, ſed ſanctos: utriq; tamen quod licitum eſt & rectum iudicent, in fornicationis uitium grauiter animaduertentes.* CAPVT VI.

A AVdet aliquis veſtrum habens negotium aduerſus alterum, iudicari apud iniquos & non apud ſanctos? An neſcitis, quoniam ſancti de hoc mundo iudicabunt? Et ſi in vobis iudicabitur mundus: indigni eſtis qui de minimis iudicetis? Neſcitis quoniam angelos iudicabimus? quanto magis ſecularia? Secularia igitur iudicia ſi habueritis: contẽptibiles qui ſunt in eccleſia, illos conſtituite ad iudicandũ. Ad verecundiam veſtram dico. Sic non eſt inter vos ſapiens quiſquam, qui poſsit iudicare inter fra-
B trem ſuum? Sed frater cũ fratre iudicio contendit: & hoc apud infideles. Iam quidem omnino delictum eſt in vobis, quòd iudicia habetis inter vos. Quare non magis iniuriam accipitis? quare non magis fraudem patimini? Sed vos iniuriam facitis & fraudatis, & hoc fratribus. An neſcitis quia iniqui regnum Dei non poſsidebunt? Nolite errare. Neq; fornicarij, neque
C idôlis ſeruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; maſculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebrioſi, neq; maledici, neq; rapaces regnum Dei poſsidebũt. Et hæc quidem fuiſtis: ſed abluti eſtis, ſed ſanctificati eſtis, ſed iuſtificati eſtis in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti & in ſpiritu Dei noſtri. Omnia mihi licent: ſed non omnia expediunt. Omnia mihi licẽt: ſed ego ſub nullius redigar poteſtate. Eſca ventri, & venter eſcis: Deus autem, & hunc & has deſtruet, corpus autem non fornicationi, ſed Domino: & Dominus corpori. Deus
D verò & Dominum ſuſcitauit: & nos ſuſcitabit per virtutem ſuam. Neſcitis quoniam corpora veſtra, membra ſunt Chriſti? Tollens ergo membra Chriſti, faciam membra meretricis? Abſit. An neſcitis quoniam qui adhæret meretrici, vnum corpus efficitur? Erunt enim (inquit) duo in carne vna. Qui autem adhæret Domino: vnus ſpiritus eſt. Fugite fornicationem. Omne enim peccatum quodcunq; fecerit homo, extra corpus eſt: qui autem fornicatur, in corpus ſuum peccat. An neſcitis quoniam membra veſtra, templum eſt ſpiritus ſancti qui in vobis eſt, quem habetis à Deo, & non eſtis veſtri? Empti enim eſtis pretio magno. Glorificate & portate Deum in corpore veſtro.

S. MATRIMONIO *iuncti, nec matrimonium fraudent, nec à matrimonio etiam in diſpari cultu diſcedant, uirgines ſub arbitrio maneant, ſinguli caſtitatem etiam uiduæ ſeruent.*

CAPVT VII.

A DE quibus autem ſcripſiſtis mihi, Bonum eſt homini mulierem non tangere. propter fornicationem autem, vnuſquiſq; ſuam vxorem habeat, & vnaquæq; ſuum virum habeat. Vxori vir debitũ reddat: ſimiliter autem & vxor viro. Mulier, ſui corporis poteſtatem non habet: ſed vir. Similiter autem & vir, ſui corporis poteſtatem non habet: ſed mulier. Nolite fraudare inuicem: niſi fortè ex conſenſu ad tempus, vt vacetis orationi: & iterum reuertimini in idipſum, ne tentet vos ſatanas propter incontinentiam veſtram. Hoc autem dico ſecundum indul-
B gentiam, non ſecundum imperium. Volo autem omnes vos eſſe ſicut meipſum, ſed vnuſquiſq; proprium donum habet ex Deo: alius quidem ſic, alius verò ſic. Dico autem non nuptis & viduis: bonum eſt illis, ſi ſic permanſerint ſicut & ego. Quòd ſi non ſe continent, nubant: melius eſt enim nubere, quàm vri. Ijs autem qui matrimonio iuncti ſunt, præcipio, *Matt. 5 c*
non ego, ſed Dominus, Vxorem à viro non diſcedere: quòd *& 19 b*
ſi diſceſſerit, manere innuptam, aut viro ſuo reconciliari. Et *Marc. 10 b*
vir vxorem non dimittat. Nam cæteris, ego dico, non Domi- *Luc. 16 d*
C nus, Si quis frater vxorem habet infidelem, & hæc conſentit habitare cum illo: non dimittat illam. Et ſi qua mulier habet virum infidelem, & hic conſentit habitare cum illa: nõ dimittat virum, ſanctificatus eſt enim vir infidelis per mulierem fidelem: & ſanctificata eſt mulier infidelis, per virum fidelem, alioquin filij veſtri immundi eſſent: nunc autem ſancti ſunt. Quòd ſi infidelis diſcedit, diſcedat: non enim ſeruituti ſubiectus eſt frater aut ſoror in huiuſmodi. in pace autem vocauit nos Deus. Vnde enim ſcis mulier, ſi virum ſaluum facies? aut vnde ſcis vir, ſi mulierem ſaluam facies? niſi vnicuiq; ſicut diuiſit Dominus, vnumquenq; ſicut vocauit Deus, ita ambulet, & ſicut in omnibus eccleſijs doceo. Circunciſus aliquis vocatus eſt? non adducat præputium. In præputio aliquis voca-
D tus eſt? non circuncidatur. Circunciſio nihil eſt, & præputium nihil eſt: ſed obſeruatio mandatorum Dei. Vnuſquiſq; *Ephe. 4 a*
in qua vocatione vocatus eſt, in ea permaneat. Seruus vocatus es? non ſit tibi curæ: ſed & ſi potes fieri liber, magis vtere. Qui enim in Domino vocatus eſt ſeruus: libertus eſt Domini. Similiter qui liber vocatus eſt, ſeruus eſt Chriſti. Pretio empti *Supra 6 d*
eſtis: nolite fieri ſerui hominum. Vnuſquiſq; ergo in quo vo- *2. Pet. 1 d*
catus eſt, fratres, in hoc maneat apud Deum. De virginibus autem præceptum Domini non habeo: conſilium autem do,
E tanquam miſericordiam conſecutus à Domino, vt ſim fidelis. Exiſtimo enim hoc bonum eſſe propter inſtantem neceſſitatem: quoniam bonũ eſt homini ſic eſſe. Alligatus es vxori? noli quærere ſolutionem. Solutus es ab vxore? noli quærere vxorem. Si autem acceperis vxorem: non peccaſti. Et ſi nupſerit virgo: non peccauit. Tribulationem tamẽ carnis habebunt huiuſmodi. Ego autem vobis parco. Hoc itaq; dico fratres, tempus breue eſt: reliquum eſt, vt & qui habent vxores, tanquam non habentes ſint: & qui flent, tanquã non flentes: & qui gaudent, tanquam non gaudentes: & qui emunt, tanquam non poſsidentes: & qui vtuntur hoc mundo, tanquam non vtantur. præterit enim figura huius mundi. Volo
F autem vos ſine ſolicitudine eſſe. Qui ſine vxore eſt, ſolicitus eſt quæ Domini ſunt, quomodo placeat Deo. Qui autẽ cum vxore eſt, ſolicitus eſt quæ ſunt mundi, quomodo placeat vxori: & diuiſus eſt. Et mulier innupta & virgo, cogitat quæ Domini ſunt: vt ſit ſancta & corpore & ſpiritu. Quæ autem nupta eſt, cogitat quæ ſunt mundi: quomodo placeat viro. Porrò hoc ad vtilitatem veſtram dico: non vt laqueum vobis injiciam, ſed ad id quod honeſtũ eſt, & quod facultatem præ-
G beat ſine impedimento Dominum obſecrandi. Si quis autem turpem ſe videri exiſtimat ſuper virgine ſua, quòd ſit ſuperadulta, & ita oportet fieri: quod vult faciat. non peccat, ſi nubat. Nam qui ſtatuit in corde ſuo firmus, non habens neceſsitatem, poteſtatem autem habens ſuæ voluntatis, & hoc iudicauit in corde ſuo, ſeruare virginem ſuam, bene facit. Igitur & qui matrimonio iungit virginem ſuam: bene facit. & qui non iungit, melius facit. Mulier alligata eſt legi quanto tempore *Roma. 7 a*
vir eius viuit. quòd ſi dormierit vir eius: liberata eſt. cui autem vult nubat, tantum in Domino. Beatior autem erit, ſi ſic permanſerit ſecundum meum conſiliũ. Puto autem quòd & ego ſpiritum Dei habeam.

S. ETSI *idôlis immolatorum eſus ſit licitus, pro uitando tamen infirmorum ſcandalo uitandus.*

CAPVT VIII.

De ijs

A DE ijs autem quæ idôlis immolantur, scimus quòd omnes scientiam habemus. Scientia inflat: charitas verò ædificat. Si quis autem se existimat scire aliquid, nondum cognouit quemadmodũ oportet eum scire. Si quis autem diligit Deum: hic cognitus est
B ab eo. De escis autem quæ idôlis immolantur, scimus quia nihil est idôlum in mundo, & quòd nullus est Deus nisi vnus. Nam & si sunt qui dicantur dij, siue in cœlo, siue in terra (siquidem sunt dij multi, & domini multi) nobis tamen vnus Deus pater, ex quo omnia & nos in illo, & vnus Dominus Iesus Christus per quem omnia, & nos per ipsum: sed non in
C omnibus est scientia. Quidam autem cum conscientia vsque nunc idôli, quasi idolothytum mãducant: & conscientia ipsorum cum sit infirma, polluitur. Esca autem nos non commendat Deo. Neq; enim si manducauerimus, abundabimus: neq; si non manducauerimus, deficiemus. Videte autem, ne fortè hæc licentia vestra, offendiculum fiat infirmis. Si enim quis viderit eum qui habet scientiã, in idolio recumbentem: nón-
D ne conscientia eius cum sit infirma ædificabitur ad manducan
Roma.14 c dum idolothyta? Et peribit infirmus in tua conscientia frater, propter quem Christus mortuus est? Sic autem peccantes in fratres, & percutientes conscientiam eorum infirmam: in
Roma.14 d Christum peccatis. Quapropter si esca scandalizat fratrem meum: non manducabo carnem in æternum, ne fratrem meum scandalizem.

S. licet prædicanti CHRISTVM victus debeatur, nec Paulus acciperet, licitè tamen petere potuit & accipere.

CAPVT IX.

A NOn sum liber? non sum Apostolus? nónne Christum Iesum Dominum nostrum vidi? Nónne opus meum vos estis in Domino? Et si alijs non sum Apostolus: sed tamẽ vobis sum. Nam signaculum apostolatus mei vos estis in Domino. Mea defensio apud eos qui me interrogant, hæc est, Nũquid non habemus potestatem manducandi & bibendi? Nunquid non habemus potestatem mulierem sororem circunducendi, sicut & cæteri Apostoli & fratres Domini, & Cephas? Aut ego solus & Barnabas, non habemus potestatem hoc operandi? Quis militat suis stipendijs vnquam? Quis plãtat vineam: & de fructu eius non edit? Quis pascit gregem: & de lacte gregis non manducat? Nunquid secundũ hominẽ hæc dico? An & lex hæc non
Deut.25 a dicit? Scriptũ est enim in lege Moysi, Non alligabis os boui
1.Tim.5 e triturãti. Nunquid de bobus cura est Deo? An propter nos
B vtiq; hoc dicit? Nam propter nos scripta sunt, quoniã debet in spe qui arat, arare: & qui triturat, in spe fructus percipendi,
Roma.15 f Si nos vobis spiritualia seminauimus: magnum est si nos carnalia vestra metamus? Si alij potestatis vestræ participes sunt: quare non potius nos? Sed non vsi sumus hac potestate: sed omnia sustinemus, ne quod offendiculũ demus euan-
Deut.18 g gelio Christi. Nescitis quoniam qui in sacrario operantur: quæ de sacrario sunt edunt? & qui altario deseruiũt: cum altario participant? Ita & Dominus ordinauit ijs qui euangelium annuntiant, de euãgelio viuere. Ego autem nullo horum vsus sum. Non autem scripsi hæc, vt ita fiant in me. Bonũ est enim mihi magis mori, quàm vt gloriam meam quis euacuet. Nam
C & si euangelizauero: non est mihi gloria. Necessitas enim mihi incumbit. væ enim mihi est si non euangelizauero. Si enim volens hoc ago, mercedẽ habeo. Si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Quæ est ergo merces mea? Vt Euangelium prædicans, sine sumptu ponam euangeliũ, vt non abutar potestate mea in Euangelio. Nam cum liber essem ex omnibus, omniũ me seruum feci: vt plures lucrifacerem. Et factus sum Iudæis tanquam Iudæus: vt Iudæos lucrarer. ijs qui sub lege sunt: quasi sub lege essem (cũ ipse non essem sub lege) vt eos qui sub lege erant, lucrifacerem. ijs qui sine lege erant, tanquã
D sine lege essem (cum sine lege Dei nõ essem: sed in lege essem Christi) vt lucrifacerem eos qui sine lege erant. Factus sum infirmis infirmus: vt infirmos lucrifacerem. Omnibus omnia factus sum: vt omnes facerem saluos. Omnia autem facio propter Euangelium: vt particeps eius efficiar. Nescitis quòd ij qui in stadio currunt, omnes quidem currunt: sed vnus accipit brauium? Sic currite vt comprehendatis. Omnis autem qui in agone contendit: ab omnibus se abstinet. Et illi quidem vt corruptibilẽ coronam accipiant: nos autem incorruptã. Ego igitur sic curro, non quasi in incertum: sic pugno, non quasi aerem verberans: sed castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne cum alijs prædicauerim, ipse reprobus efficiar.

S. IVDAE 1 in deserto se idololatris miscentes pœnas in exemplum nostrum dederunt, ne similia agentes similia patiamur.

CAPVT X.

A NOlo enim vos ignorare fratres quoniã patres nostri omnes sub nube fuerunt, & omnes mare trãsierunt, & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & in mari. & omnes eãdem escam spiritualem manducauerunt, & omnes eundẽ potum spiritualẽ biberunt (bibebãt autem de spirituali, consequẽte eos petra: petra autem erat Christus) sed non in pluribus eorum, beneplacitum
B est Deo: nam prostrati sunt in deserto. Hæc autem in figura facta sunt nostri, vt non simus concupiscentes malorũ, sicut & illi concupierunt, neq; idololatræ efficiamini, sicut quidam ex ipsis: quemadmodũ scriptum est, Sedit populus manducare & bibere, & surrexerunt ludere. neq; fornicemur: sicut
C quidam ex ipsis fornicati sunt, & ceciderunt vna die viginti tria millia. neq; tentemus Christum: sicut quidam eorũ tentauerunt, & à serpentibus perierũt. neq; murmuraueritis: sicut quidam eorum murmurauerũt, & perierunt ab exterminatore. Hæc autem omnia, in figura cõtingebant illis: scripta sunt autẽ ad correptionem nostram, in quos, fines seculorum deuenerunt. Itaq; qui se existimat stare, videat ne cadat. Tentatio vos non apprehendat, nisi humana. fidelis autẽ Deus est, qui non patietur vos tentari supra id quod potestis: sed faciet
D etiam cum tentatione prouentum, vt possitis sustinere. Propter quod charissimi mihi, fugite ab idolorũ cultura. Vt prudentibus loquor: vos ipsi iudicate quod dico. Calix benedictionis cui benedicimus: nónne cõmunicatio sanguinis Christi est? & panis quem frangimus, nónne participatio corporis Domini est? Quoniam vnus panis, & vnum corpus multi
E sumus. omnes quidem de vno pane & de vno calice participamus. Videte Israel secundum carnem: nónne qui edunt hostias, participes sunt altaris? Quid ergo? dico quòd idôlis immolatum, sit aliquid? aut quòd idôlum sit aliquid? Sed quòd quæ immolant gentes: dæmonijs immolãt, & non Deo. Nolo autem vos socios fieri dæmoniorum. Non potestis calicem Domini bibere, & calicem dæmoniorum. Non potestis mensæ Domini participes esse, & mensæ dæmoniorũ. An æmu-
Supra 6 c lamur Dominum? Nunquid fortiores illo sumus? Omnia mi-
F hi licent, sed non omnia expediũt. omnia mihi licent, sed non Eccles. 1 d omnia ædificant. Nemo quod suum est quærat, sed quod alterius. Omne quod in macello vænit, manducate: nihil interrõgantes propter conscientiam. Domini est terra, & plenitudo Psal. 24 a eius. Si quis vocat vos infidelium * ad cœnam .. & vultis ire: omne quod vobis apponitur manducate, nihil interrogantes propter conscientiam. Si quis autem dixerit, Hoc immolatũ est idôlis: nolite manducare propter illũ qui indicauit, & propter conscientiam: conscientiam autem dico, non tuam, sed alterius. Vt quid enim libertas mea iudicatur ab alia conscientia? Si ego cũ gratia participo: quid blasphemor pro eo quòd coloss. 3 c gratias ago? Siue ergo manducatis, siue bibitis, vel aliud quid facitis: omnia in gloriam Dei facite. Sine offensione estote Iudæis & gentibus, & ecclesiæ Dei: sicut & ego per omnia omnibus placeo, non quærens quod mihi vtile est, sed quod multis: vt salui fiant.

S. CORIN-

5. CORINTHII *circa Eucharistiæ ritum habitu, conuentu, & conuictu eius dignitatem quo ad institutorem, institutionem & eius effectum non attendentes grauiter errabant.*

CAPVT XI.

A IMitatores mei estote, sicut & ego Christi. Laudo autem vos fratres, quòd per omnia mei memores estis: & sicut tradidi vobis, præcepta mea tenetis. Volo autem vos scire quòd omnis viri caput, Christus est: caput autem mulieris, vir: caput verò Christi, Deus. Omnis vir orans aut prophetans velato capite: deturpat caput suum. Omnis autem mulier orans aut prophetans non velato capite: deturpat caput suum. vnum enim est, ac si decaluetur. Nam si non velatur mulier, tondeatur. Si verò turpe est mulieri tonderi aut decaluari: velet caput suum. Vir
B quidem non debet velare caput suum, quoniam imago & gloria Dei est: mulier autem gloria viri est. Non enim vir ex muliere est: sed mulier ex viro. Etenim non est creatus vir propter mulierem: sed mulier propter virum. Ideò debet mulier velamen habere supra caput suum, & propter angelos. Veruntamen neq; vir sine muliere: neq; mulier sine viro in Domino. Nam sicut mulier de viro: ita & vir per mulierē: omnia autem ex Deo. Vosipsi iudicate: decet mulierem nō velatam
C orare Deum? Nec ipsa natura docet vos, quòd vir quidem si comam nutriat, ignominia est illi? mulier verò si comam nutriat, gloria est illi, quoniam capilli pro velamine ei dati sunt. Si quis autem videtur contentiosus esse: nos talem consuetudinem non habemus, neq; ecclesia Dei. Hoc autem præcipio: non laudans, quòd non in melius, sed in deterius conuenitis.
D Primum quidem conuenientibus vobis in ecclesiam, audio scissuras esse inter vos, & ex parte credo. Nam oportet & hæreses esse: vt & qui probati sunt, manifesti fiant in vobis. Conuenientibus ergo vobis in vnum, iam non est dominicam cœnam manducare. Vnusquisq; enim suam cœnam præsumit ad manducandum. Et alius quidem esurit: alius autem ebrius est. Nunquid domos non habetis ad manducandum & bibendum? aut ecclesiam Dei contemnitis: & confunditis eos qui
E non habent? Quid dicam vobis? Laudo vos? In hoc non laudo. Ego enim accepi à Domino quod & tradidi vobis, quoniam Dominus Iesus in qua nocte tradebatur, accepit panē: & gratias agens fregit, & dixit, Accipite, & manducate: hoc est corpus meum: quod pro vobis tradetur: hoc facite in meam commemorationem. Similiter & calicem, postquam cœnauit, dicens, Hic calix nouum testamētum est in meo sanguine: hoc facite, quotiescūq; bibitis, in meam commemorationē. Quo-
F tiescunq; enim manducabitis panem hunc, & calicem bibetis: mortem Domini annuntiabitis, donec veniat. Itaq; quicunq; māducauerit panem, & biberit calicem Domini indigne: reus erit corporis & sanguinis Domini. Probet autē seipsum homo: & sic de pane illo edat, & de calice bibat. Qui enim manducat & bibit indigne: iudicium sibi manducat & bibit, non
G dijudicans corpus Domini. Indeò inter vos multi infirmi & imbecilles: & dormiūt multi. Quòd si nosmetipsos dijudicaremus: non vtiq; iudicaremur. Dum iudicamur autem: à Domino corripimur, vt non cum hoc mundo damnemur. Itaq; fratres mei, cum conuenitis ad manducandum, inuicem expectate. Si quis esurit, domi manducet: vt non in iudicium conueniatis. Cætera autem, cum venero, disponam.

7. GRATIAE *gratis datæ à Spiritu sancto ad dona, administrationes & operationes profectæ non sunt ignorandæ, quæ ad corporis naturalis instar commodè ordinantur.*

CAPVT XII.

A DE spiritualibus autem, nolo vos ignorare fratres. Scitis autem quoniā cum gentes essetis, ad simulachra muta prout ducebamini euntes. Ideò notum vobis facio, quòd nemo in spiritu Dei loquens, dicit anathema Iesu. Et nemo potest dicere, Dominus Iesus: nisi in Spiritu sancto. Diuisiones verò gratiarū sunt: idem autem spiritus. Et diuisiones ministrationum sunt: idem autem Dominus. Et diuisiones operationum sunt: idem verò Deus, qui operatur omnia in omnibus, Vnicuiq; autem datur manifestatio spiritus, ad vtilitatem. Alij quidem per spiritū da-
B tur sermo sapientiæ, alij autem sermo scientiæ, secundū eundem spiritum: alteri fides, in eodem spiritu: alij gratia sanitatum, in vno spiritu: alij operatio virtutum, alij prophetia, alij discretio spirituum, alij genera linguarū, alij interpretatio sermonum. Hæc autem omnia operatur vnus atq; idem spiritus, Roma. 12 a
diuidens singulis prout vult. Sicut enim corpus vnum est, & Ephe. 4 b
membra habet multa, omnia autē membra corporis cum sint multa, vnū tamen corpus sunt: ita & Christus. Etenim in vno spiritu omnes nos in vnū corpus baptizati sumus, siue Iudæi, siue Gētiles, siue serui, siue liberi: & omnes in vno spiritu potati sumus. Nam & corpus non est vnū membrū, sed multa.
C Si dixerit pes, Quoniam nō sum manus, nō sum de corpore: num ideò non est de corpore? Et si dixerit auris, Quoniā non sum oculus, non sum de corpore: num ideò non est de corpore? Si totum corpus oculus: vbi auditus? Si totum auditus: vbi odoratus? Nūc autem posuit Deus membra vnūquodq; eorū in corpore sicut voluit. Quòd si essent omnia vnum membrū, vbi corpus? Nunc autem multa quidem membra: vnū autem corpus. Non potest autē dicere oculus manui, Opera tua non indigeo, aut iterū caput pedibus, Non estis mihi necessarij. Sed multò magis quæ videntur membra corporis infirmiora esse, necessariora sunt. Et quæ putamus ignobiliora membra esse corporis, his honorem abundantiorem circundamus: &
D quæ inhonesta sunt nostra, abundantiorem honestatem habent. Honesta autem nostra, nullius egent: sed Deus temperauit corpus, ei cui deerat abundantiorem tribuendo honorem: vt nō sit schisma in corpore, sed in idipsum pro inuicem solicita sint membra. Et si quid patitur vnū membrum, compatiuntur omnia membra: siue gloriatur vnum membrū, con- Ephe. 4 c
gaudent omnia membra. Vos autem estis corpus Christi, & membra de membro. Et quosdā quidem posuit Deus in ecclesia: primum apostolos, secundò prophetas, tertiò doctores, deinde virtutes, exinde gratias curationū, opitulationes, gubernationes, genera linguarū, interpretationes sermonum. Nunquid omnes apostoli? nūquid omnes prophetæ? nūquid omnes doctores? nunquid omnes virtutes? nunquid omnes gratiā habent curationū? nunquid omnes linguis loquuntur? nunquid omnes interpretātur? Aemulamini autē charismata meliora. Et adhuc excellentiorem viam vobis demonstro.

8. CHARITAS *uirtutes & gratias supereminet omnes, sine qua nullum donum sufficit, & cum qua cuncta uirtutum opera hic & in cœlo complentur.*

CAPVT XIII.

A SI linguis hominū loquar & angelorū, charitatem autē non habeam: factus sum velut æs sonans, aut cymbalū tinniens. Et si habuero prophetiā, & nouerim mysteria omnia, & omnem scientiam, & si
B habuero omnē fidem ita vt montes transferā, charitatem autē non habuero: nihil sum. Et si distribuero in cibos pauperum omnes facultates meas, & si tradidero corpus meū ita vt ardeā, charitatē autem nō habuero. nihil mihi prodest. Charitas pa- Philip. 2 c
tiens est, benigna est. Charitas nō æmulatur, non agit perpe-
C ràm non inflatur, nō est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malū: non gaudet super iniquitate, congaudet autem veritati: omnia suffert, omnia credit, omnia sperat, omnia sustinet. Charitas nunquā excidit: siue prophetiæ euacuabuntur, siue linguæ cessabunt, siue scientia destruetur. Ex parte enim cognoscimus, & ex parte prophetamus.
Cū autē venerit quod perfectū est: euacuabitur quod ex par-
D te est. Cū essem paruulus: loquebar vt paruulus, sapiebam vt paruulus, cogitabā vt paruulus. Quando autē factus sum vir: euacuaui quæ erāt paruuli. Videmus nūc per speculū in æni-

gmate:tunc autẽ,facie ad faciẽ. Nunc cognosco ex parte:tunc autem cognoscã,sicut cognitus sum. Nunc autẽ manẽt,fides, spes,charitas,tria hæc:maior autem horum est charitas.

S. donvm linguarum dono prophetiæ minus, ipso tamen cum interpretatione maius:à quo tamen arcet mulieres.

CAPVT XIIII.

A SEctamini charitatem,æmulamini spiritualia: magis autem vt prophetetis. Qui enim loquitur lingua, non hominibus loquitur, sed Deo: nemo enim audit,spiritu autẽ loquitur mysteria. Nam qui prophetat:hominibus loquitur ad ædificationem, & exhortationem,& consolationem. Qui loquitur lingua, semetipsum ædificat:qui autem prophetat,ecclesiam Dei ædificat. Volo autẽ omnes vos loqui linguis: magis autẽ prophetare.
B Nam maior est qui prophetat,quàm qui loquitur linguis:nisi interpretetur vt ecclesia ædificationem accipiat. Nunc autem fratres,si venero ad vos linguis loquens: quid vobis prodero, nisi vobis loquar aut in reuelatione,aut in scientia, aut in prophetia,aut in doctrina? Tamẽ quæ sine anima sunt vocẽ dantia,siue tibia,siue cithara:nisi distinctionem sonituũ dederint, quomodo scietur id quod canitur,aut quod citharizatur? Etenim si incertam vocẽ det tuba:quis parabit se ad bellũ? Ita & vos per linguã nisi manifestũ sermonem dederitis:quomodo
C scietur id quod dicitur? Eritis enim in aera loquẽtes. Tam multa,vt puta genera linguarũ sunt in hoc mundo:& nihil sine voce est. Si ergo nesciero virtutem vocis:ero ei cui loquar barbarus:& qui loquitur,mihi barbarus. Sic & vos, quoniã æmulatores estis spirituũ:ad ædificationẽ ecclesiæ quærite vt abundetis. Et ideò qui loquitur lingua: oret vt interpretetur. Nam si orem lingua,spiritus meus orat,mens autẽ mea sine fructu
D est. Quid ergo est? Orabo spiritu,orabo & mente: psallã spiritu,psallã & mẽte. Cæterũ si benedixeris spiritu:qui supplet locũ idiotæ,quomodo dicet Amen super tuã benedictionẽ? quoniam quid dicas,nescit. nam tu quidem bene gratias agis: sed alter non ædificatur. Gratias ago Deo,quòd omnium vestrum lingua loquor. Sed in ecclesia volo quinq; verba sensu meo loqui, vt & alios instruam: quàm decem millia verborũ in lingua. Fratres,nolite pueri effici sensibus, sed malitia parUuli estote,sensibus autem perfecti estote. In lege enim scri- *Esa.28 c*
ptum est, Quoniã in alijs linguis & labijs alijs loquar populo huic:& nec sic audient me,dicit Dominus. Itaq; linguæ in signum sunt nõ fidelibus,sed infidelibus:prophetiæ autem nõ infidelibus,sed fidelibus. Si ergo conueniat vniuersa ecclesia
E in vnum,& omnes linguis loquantur,intrẽt autem idiotæ aut infideles:nónne dicent quòd insanitis? Si autẽ omnes prophetent,intret autẽ quis infidelis vel idiota:conuincitur ab omnibus,dijudicatur ab omnibus, occulta enim cordis eius manifesta fiunt:& ita cadens in faciem adorabit Deum, pronũtians quòd verè Deus in vobis sit. Quid ergo est fratres? Cum conuenitis,vnusquisq; vestrum psalmũ habet, doctrinam habet, apocalypsim habet,linguam habet, interpretationem habet: omnia ad ædificationẽ fiant. Siue lingua quis loquitur: secun-
F dum duos,aut vt multum tres,& per partes,& vnus interpretetur. Si autem non fuerit interpres:taceat in ecclesia,sibi autẽ loquatur & Deo. Prophetæ autem duo aut tres dicant,& cæteri dijudicent. Quòd si alij reuelatum fuerit sedenti: prior taceat. Potestis enim omnes per singulos prophetare:vt omnes discant,& omnes exhortentur,& spiritus prophetarum,prophetis subiecti sunt. Non enim est dissensionis Deus,sed pacis:sicut & in omnibus ecclesijs sanctorum doceo. Mulieres in ecclesijs taceant. non enim permittitur eis loqui,sed subdi- *1. Tim.2 d*
tas esse: sicut & lex dicit. Si quid autem volunt discere, domi *Gene.3 c*
G viros suos interrogent. Turpe est enim mulieri, loqui in ecclesia. An à vobis verbũ Dei processit? aut in vos solos peruenit? Si quis videtur propheta esse,aut spiritualis:cognoscat quæ scribo vobis, quòd Domini sunt mandata. Si quis autem ignorat, ignorabitur. Itaq; fratres æmulamini prophetare:& loqui linguis nolite prohibere. Omnia autem honestè & secundum ordinem fiant in vobis.

S. christi resurrectio mortuorum arguit resurrectionem futuram,quo admodum & quo ad qualitatem.

CAPVT XV.

A NOtum autem vobis facio fratres euangeliũ quod *Galat.1 b*
prædicaui vobis,quod & accepistis,in quo & statis,per quod & saluamini, qua ratione prædicauerim vobis si tenetis,nisi frustrà credidistis. Tradidi enim vobis in primis quod & accepi:quòd Christus mor- *Esa.53 b*
tuus est pro peccatis nostris secundum scripturas. & quia se- *Ionæ 2 a*
pultus est,& quia resurrexit tertia die,secundũ scripturas: & *Osee 9 d*
quia visus est Cep hæ:& post hoc vndecim. Deinde visus est *Ioan.20 c*
plus quàm quingẽtis fratribus simul:ex quibus multi manent vsq; adhuc, quidã autem dormierunt. Deinde visus est Iacóbo:deinde Apostolis omnibus. Nouissimè autem omniũ tan- *Act.9 d*
B quã abortiuo,visus est & mihi. Ego enim sum minimus Apo- *Ephe.3 b*
stolorum:qui nõ sum dignus vocari apostolus,quoniã persecutus sum ecclesiam Dei. Gratia autẽ Dei sum id quod sum: & gratia eius in me vacua nõ fuit,sed abundantius illis omnibus laboraui. non ego autẽ:sed gratia Dei mecum. Siue enim ego,siue illi:sic prædicauimus,& sic credidistis. Si autẽ Christus prædicatur quòd resurrexit à mortuis: quomodo quidã dicunt in vobis,quoniã resurrectio mortuorũ non est? Si autẽ resurrectio mortuorũ non est:neq; Christus resurrexit. Si autem Christus nõ resurrexit,inanis est prædicatio nostra,inanis est & fides vestra. inuenimur autem & falsi testes Dei:quo
C niam testimoniũ diximus aduersus Deum, quòd suscitauerit Christũ,quem non suscitauit si mortui nõ resurgunt. Nam si mortui nõ resurgunt:neq; Christus resurrexit. Quòd si Christus non resurrexit:vana est fides vestra, adhuc enim estis in peccatis vestris. Ergo & qui dormierunt in Christo,perierũt. Si in hac vita tantum, in Christo sperantes sumus: miserabiliores sumus omnibus hominibus. Nunc autem Christus re- *Colos.1 e*
surrexit à mortuis,primitiæ dormientiũ, quoniam quidem *Apoca.1 b*
per hominem mors:& per hominẽ resurrectio mortuorũ. Et sicut in Adam omnes moriuntur:ita & in Christo omnes vi-
ificabuntur. Vnusquisq; autem in suo ordine,primitiæ Chri- *1. Thes.4 d*
stus:deinde ij qui sunt Christi,qui in aduentum eius crediderunt. Deinde finis: cum tradiderit regnũ Deo & patri,cũ euacuauerit omnem principatũ & potestatem & virtutẽ. Oportet autem illũ regnare:donec ponat omnes inimicos sub pe- *psal.109 a*
D dibus eius. Nouissimè autẽ inimica destruetur mors. Omnia *Hebr.1 d*
enim subiecit sub pedibus eius. Cum autẽ dicat, Omnia sub- *10 c*
iecta sunt ei:sine dubio præter eũ qui subiecit ei omnia. Cum *psal.8 c*
autem subiecta fuerint illi omnia:tunc & ipse filius subiectus *Heb.2 d*
erit ei,qui subiecit sibi omnia, vt sit Deus omnia in omnibus. Alioquin quid faciẽt qui baptizãtur pro mortuis, si omnino mortui non resurgunt? Vt quid & baptizantur pro illis? Vt quid & nos periclitamur omni hora? Quotidie morior, propter vestram gloriã fratres,quam habeo in Christo Iesu Domino nostro. Si (secundũ hominẽ) ad bestias pugnaui Ephesi: quid mihi prodest, si mortui non resurgunt? manducemus *Esa.22 d*
E & bibamus,cras enim moriemur. Nolite seduci. Corrumpũt *Sapien.2 b*
mores bonos colloquia mala. Euigilate iustè: & nolite pecca- *Menander*
re,ignorantiã enim Dei quidam habẽt. Ad reuerentiam vobis loquor. Sed dicit aliquis, Quomodo resurgunt mortui? quali autem corpore veniẽt? Insipiens tu,quod seminas non viuificatur,nisi prius moriatur. Et quod seminas: non corpus quod futurũ est seminas,sed nudũ granũ,vt puta tritici, aut alicuius cæterorũ. Deus autem dat illi corpus sicut vult,& vnicuiq; seminum propriũ corpus. Non omnis caro,eadem caro:sed alia hominum,alia pecorum,alia autem volucrium, alia piscium. Et corpora cœlestia,& corpora terrestria: sed alia quidẽ cœ-
F lestium gloria:alia autem terrestrium. Alia claritas solis, alia

claritas

claritas lunæ, & alia claritas ſtellarũ. Stella enim à ſtella differt in claritate: ſic & reſurrectio mortuorũ. Seminatur in corruptione: ſurget in incorruptione. Seminatur in ignobilitate: ſurget in gloria. Seminatur in infirmitate: ſurget in virtute. Seminatur corpus animale: ſurget corpus ſpirituale. Si corpus animale: eſt & corpus ſpirituale, ſicut ſcriptũ eſt, Factus
Gene. 2 b eſt primus homo Adã in animã viuentem: nouiſsimus Adam in ſpiritũ viuificantem. Sed non prius quod ſpirituale eſt, ſed quod animale: deinde quod ſpirituale. Primus homo de terra, terrenus: ſecundus homo de cœlo, cœleſtis. Qualis terrenus, tales & terreni: & qualis cœleſtis, tales & cœleſtes. Igitur ſicut portauimus imaginẽ terreni, portemus & imaginẽ cœleſtis. Hoc autem dico fratres: quia caro & ſanguis regnũ Dei poſsidere nõ poſſunt: neq; corruptio, incorruptelã poſsidebit. Ecce myſterium vobis dico. Omnes quidem reſurgemus:
G ſed nõ omnes, immutabimur. In momẽto, in ictu oculi, in nouiſsima tuba (canet enim tuba) & mortui reſurgent incorrupti: & nos immutabimur. Oportet enim corruptibile hoc, induere incorruptionẽ: & mortale hoc, induere immortalitatẽ.
Oſee 13 d Cum autẽ mortale hoc induerit immortalitatẽ: tunc fiet ſermo qui ſcriptus eſt, Abſorpta eſt mors in victoria. Vbi eſt
Hebr. 2 d mors victoria tua? Vbi eſt mors ſtimulus tuus? Stimulus au-
1. Ioan. 5 a tem mortis, peccatum eſt: virtus verò peccati, lex. Deo autem gratias qui dedit nobis victoriam per Dominũ noſtrum Ieſum Chriſtum. Itaq; fratres mei dilecti, ſtabiles eſtote & immobiles: abundantes in opere Domini ſemper, ſcientes quòd labor veſter non eſt inanis in Domino.

S. NON *ſolum præſentibus ſed & abſentibus benefaciendum, ac peregrinis, & ſpiritualibus & Dei miniſtris.*

CAPVT XVI.

A DE collectis autem quæ fiunt in ſanctos ſicut ordinaui eccleſijs Galatiæ, ita & vos facite. Per vnam ſabbathi vnuſquiſq; veſtrum apud ſe ſeponat, recondens quod ei bene placuerit: vt nõ cum venero, tunc collectæ fiant. Cum autem præſens fuero: quos probaueritis per Epiſtolas, hos mittã perferre gratiã veſtram in Ieruſalem. Quòd ſi dignũ fuerit vt ego eam: mecũ ibunt. Veniam autẽ ad vos, cum Macedoniam pertranſiero. nam Ma-
B cedoniam pertrãſibo. Apud vos autem forſitan manebo vel etiã hyemabo: vt vos me deducatis quocunq; iero. Nolo enim vos modò in tranſitu videre. ſpero enim me aliquantulũ temporis manere apud vos: ſi Dominus permiſerit. Permanebo autem Epheſi vſq; ad Pentecoſten. Oſtiũ enim mihi apertũ eſt magnũ & euidens, & aduerſarij multi. Si autẽ venerit Timótheus: videte vt ſine timore ſit apud vos. opus enim Domini operatur, ſicut & ego. Ne quis ergo illũ ſpernat, deducite autem illũ in pace: vt veniat ad me. expecto enim illum cum
C fratribus. De Apollo autẽ fratre, vobis notum facio quoniam multũ rogaui eum vt veniret ad vos cũ fratribus: & vtiq; non fuit voluntas eius vt nunc veniret. veniet autem cũ ei vacuum fuerit. Vigilate, ſtate in fide, viriliter agite, & confortamini: omnia veſtra in charitate fiant. Obſecro autẽ vos fratres, noſtis domum Stéphanæ & Fortunati & Achaici quoniam ſunt primitiæ Achaiæ, & in miniſteriũ ſanctorum ordinauerunt ſeipſos: vt & vos ſubditi ſitis eiuſmodi, & omni cooperanti & laborãti. Gaudeo autem in præſentia Stéphanæ & Fortunati & Achaici: quoniam id quod vobis deerat, ipſi ſuppleuerũt:
D refecerũt enim & meum ſpiritũ & veſtrum. Cognoſcite ergo qui eiuſmodi ſunt. Salutant vos omnes eccleſiæ Aſiæ. Salutant vos in Domino multum, Aquila & Priſcilla cum domeſtica ſua eccleſia, apud quos & hoſpitor. Salutant vos omnes fratres. Salutate inuicẽ in oſculo ſancto. Salutatio: mea manu Pauli. Si quis nõ amat Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum, ſit anáthema: maran atha. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. Charitas mea cum omnibus vobis in Chriſto Ieſu. Amen.

Argumentum in ſecundam EPISTOLAM Pauli ad Corinthios.

POST *actam à Corinthijs pœnitentiam, cõſolatoriam ſcribit eis epiſtolam Apoſtolus à Troade per Titum. Et collaudans eos, hortatur ad meliora: contriſtatos quidem eos, ſed emendatos oſtendens.*

Epiſtola Pauli ad Corinthios ſecunda.

S. DEVS *ſuorum miniſtrorum conſolator & liberator in aliorum ſalutem & commodum moram uertit eorum.*

CAPVT I.

A PAVLVS Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatem Dei, & Timótheus frater: eccleſiæ Dei quæ eſt Corinthi, cum omnibus ſanEphe. 1 a ctis qui ſunt in vniuerſa Achaia. Gratia vobis 1. Petr. 1 a & Pax à Deo patre noſtro, & Domino Ieſu Chriſto. Benedictus Deus & pater Domini noſtri Ieſu Chriſti, pater miſericordiarũ & Deus totius cõſolationis, qui conſolatur nos in omni tribulatione noſtra: vt poſsimus & ipſi conſolari eos qui in omni preſſura ſunt, per exhortationem qua exhortamur & ipſi à Deo. quoniam ſicut abundant paſ-
B ſiones Chriſti in nobis: ita & per Chriſtum abundat & conſolatio noſtra. Siue autẽ tribulamur pro veſtra exhortatione & ſalute, ſiue conſolamur pro veſtra conſolatione & ſalute, quæ operatur tolerantiã earundem paſsionũ quas & nos patimur: & ſpes noſtra firma eſt pro vobis. ſcientes quòd ſicut ſocij paſsionũ eſtis: ſic eritis & cõſolationis. Non enim volumus ignorare vos fratres, de tribulatione noſtra quæ facta eſt in Aſia, quoniam ſupra modũ grauati ſumus ſupra virtutem, ita vt tæderet nos etiã viuere. Sed ipſi, in nobiſipſis reſpõſum mortis habuimus, vt non ſimus fidentes in nobis, ſed in Deo qui ſuſcitat mortuos, qui de tantis periculis nos eripuit & eruit: in quem ſperamus quoniã & adhuc eripiet, adiuuantibus & vobis in oratione pro nobis: vt ex multarũ perſonis facierum, eius quæ in nobis eſt donationis, per multos gratiæ
C agantur pro nobis. Nam gloria noſtra hæc eſt, teſtimonium conſcientiæ noſtræ, quòd in ſimplicitate cordis & ſynceritate Dei, & non in ſapientia carnali, ſed in gratia Dei conuerſati ſumus in hoc mundo, abundantius autem ad vos. Non enim alia ſcribimus vobis, quàm quæ legiſtis & cognouiſtis. Spero autem quòd vſque in finem cognoſcetis: ſicut & cognouiſtis nos ex parte, quòd gloria veſtra ſumus, ſicut & vos noſtra in die Domini noſtri Ieſu Chriſti. Et hac confidentia volui prius venire ad vos, vt ſecundam gratiam haberetis: & per vos tranſire in Macedoniã, & iterum à Macedonia venire ad vos, & à vobis deduci in Iudæam. Cum ergo hoc voluiſſem, nũquid leuitate vſus ſum? Aut quæ cogito, ſecundũ carnẽ cogito, vt ſit apud me Eſt & Non? Fidelis autem Deus, quia ſer-
D mo noſter qui fuit apud vos, non eſt in illo Eſt & Non, ſed eſt in illo Eſt. Dei enim filius Ieſus Chriſtus, qui in vobis per nos prædicatus eſt per me & Syluanum & Timótheum, non fuit in illo Eſt & Non, ſed Eſt in illo fuit. Quot quot enim promiſsiones Dei ſunt: in illo Eſt. Ideò & per ipſum amen Deo ad gloriã noſtram. Qui autem confirmat nos vobiſcum in Chriſtũ, & qui vnxit nos, Deus: & qui ſignauit nos, & dedit pignus ſpiritus in cordibus noſtris. Ego autẽ teſtem Deũ

inuoco in animam meam, quòd parcens vobis, non veni vltrà Corinthum. Non quia dominamur fidei vestræ, sed adiutores sumus gaudij vestri. nam fide statis.

S. DELATIO uisitationis Corinthiorum à Paulo partim in eorum cedit commodum, partim in aliorum utilitatem.

CAPVT II.

A STatui autem hoc ipsum apud me ne iterũ in tristitia venirem ad vos. Si enim ego contristo vos: & quis est qui me lætificet, nisi qui contristatur ex me? Et hoc ipsum scripsi vobis: vt non cũ venero, tristitiam super tristitiã habeam de quibus oportuerat me gaudere: cõfidens in omnibus vobis: quia meum gaudiũ, omnium vestrum est. Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi vobis per multas lachrymas: non vt cõtristemini, sed vt sciatis quam charitatem habeã abundantius in vobis.
B Si quis autem contristauit me: non me cõtristauit, sed ex parte, vt nõ onerem omnes vos. Sufficit illi qui eiusmodi est, obiurgatio hæc quæ fit à pluribus: ita vt econtrario magis donetis & consolemini, ne fortè abundãtiori tristitia absorbeatur, qui eiusmodi est. Propter quod obsecro vos, vt cõfirmetis in
C illum charitatem. Ideò enim & scripsi vobis: vt cognoscã experimentum vestrum an in omnibus obedientes sitis. Cui autem aliquid donastis: & ego. Nã & ego quod donaui, si quid donaui: propter vos in persona Christi, vt non circunueniamur à satana. non enim ignoramus cogitationes eius. Cũ venissem autem Troadem propter Euangeliũ Christi, & ostiũ mihi apertum esset in Domino: non habui requiem spiritui
D meo: eo quòd non inuenerim Titum fratrem meum, sed valefaciens eis profectus sum in Macedoniam. Deo autem gratias, qui semper triumphat nos in Christo Iesu, & odorem notitiæ suæ manifestat per nos in omni loco, quia Christi bonus odor sumus Deo, in ijs qui salui fiunt, & in ijs qui pereunt. alijs quidem odor mortis in mortem: alijs autem odor vitæ in vitam. Et ad hæc quis tam idoneus? Non enim sumus (sicut plurimi) adulterantes verbum Dei, sed ex synceritate, sicut ex Deo coram Deo, in Christo loquimur.

S. NON eget commendatione Paulus qui cæteros Dei commendat ministros, quos Deus sub spe gloriæ ex officij dignitate & cognitionis excellentia consequendæ fecit idoneos.

CAPVT III.

A INcipimus iterum nosmetipsos commendare? At nunquid egemus (sicut quidam) commendatitijs epistolis ad vos, aut ex vobis? Epistola nostra vos estis, scripta in cordibus nostris, quæ scitur & legitur ab omnibus hominibus: manifestati quòd Epistola estis Christi, ministrata à nobis, & scripta non atramento sed spiritu Dei viui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis carnalibus. Fiduciam autem talem habemus per Christum ad
B Deum, non quòd sufficientes simus cogitare aliquid à nobis
Hebr. 4 d quasi ex nobis, sed sufficientia nostra ex Deo est, qui & idoneos nos fecit ministros noui testamenti: non literæ, sed spiritus. litera enim occîdit: spiritus autem viuificat. Quòd si ministratio mortis literis deformata in lapidibus, fuit in gloria, ita vt non possent intendere filij Israel in faciem Moysi, propter gloriam vultus eius quæ euacuatur: quomodo non magis ministratio spiritus erit in gloria? Nam si ministratio da-
C mnationis, in gloria est: multò magis abundat ministeriũ iustitiæ in gloria. Nam nec glorificatum est quod claruit in hac parte, propter excellẽtem gloriam. Si enim quod euacuatur, per gloriam est: multò magis quòd manet, in gloria est. Habentes igitur talem spem, multa fiducia vtimur: & non sicut
Exo. 34 d Moyses ponebat velamen super faciem suam, vt non intenderent filij Israel in faciẽ eius, quod euacuatur: sed obtusi sunt
D sensus eorum. Vsq; in hodiernum enim diem, idipsum velamen in lectione veteris testamenti manet non reuelatũ (quoniam in Christo euacuatur) sed vsq; in hodiernum diem, cum legitur Moyses, velamen positum est super cor eorum. Cum autem conuersi fuerint ad Dominũ: auferetur velamen. Do- Ioan. 4 c
minus autem, spiritus est. Vbi autem spiritus Domini: ibi libertas. Nos verò omnes, reuelata facie gloriam Domini speculantes: in eandem imaginem transformamur à claritate in claritatem, tanquam à Domini spiritu.

S. EVANGELICI ministerij usus non solum mala uitare, sed & bona agere docet, ac ad malorum tolerantiam cum certa gloriæ expectatione mentem erigit.

CAPVT IIII.

A IDeo habentes hanc administrationẽ: iuxta quod misericordiam consecuti sumus, non deficimus, sed abdicamus occulta dedecoris, non ambulantes in astutia, neq; adulterantes verbum Dei, sed in manifestatione veritatis commendãtes nosmetipsos ad omnẽ conscientiam hominum coram Deo. Quòd si etiam opertum est Euangelium nostrum: in ijs qui pereunt est opertum, in quibus Deus huius seculi excæcauit mentes infideliũ, vt non fulgeat illis illuminatio Euangelij gloriæ Christi, qui est ima-
B go Dei. Non enim nosmetipsos prædicamus, sed Iesum Christum Dominum nostrum: nos autem, seruos vestros per Iesum. quoniam Deus qui dixit de tenebris lucem splendescere, ipse illuxit in cordibus nostris ad illuminationem scientiæ claritatis Dei, in facie Christi Iesu. Habemus autem thesaurũ istum in vasis fictilibus: vt sublimitas sit virtutis Dei, & non ex nobis. In omnibus tribulationẽ patimur, sed nõ angustiamur, aporiamur, sed nõ destituimur: persecutionem patimur,
C sed non derelinquimur: * humiliamur, sed non cõfundimur. deijcimur, sed non perimus: semper mortificationem Iesu Christi in corpore nostro circunferentes, vt & vita Iesu manifestetur in corporibus nostris. Semper enim nos qui viuimus, in mortem tradimur propter Iesum: vt & vita Iesu manifestetur in carne nostra mortali. Ergo mors in nobis operatur: vita autem in vobis. Habentes autem eundem spiritum fi-
D dei, sicut scriptum est, Credidi, propter quod locutus sum: & Psal. 115 a
nos credimus, propter quod & loquimur: scientes quoniam qui suscitauit Iesum, & nos cum Iesu suscitabit & constituet vobiscum. Omnia enim propter vos: vt gratia abundans, per multos in gratiarũ actione, abundet in gloriam Dei. Propter quòd, nõ deficimus: sed licet is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. Id enim quod in præsenti est momentaneum & leue tribulationis nostræ: supràmodum in sublimitate æternũ gloriæ pondus operatur in nobis, non contemplantibus nobis quæ videntur, sed quæ non videntur. Quæ enim videntur, temporalia sunt: quæ autem non videntur, æterna sunt.

S. MINISTERII euangelici præmium cum desiderio placendi Deo, proficiendi proximo, & carnalem à se affectum abdicando præparandum est. CAPVT V.

A SCimus enim quoniam si terrestris domus nostra huius habitationis dissoluatur, quòd ædificationem ex Deo habemus, domum nõ manufactam, æternam in cœlis. Nam & in hoc ingemiscimus: habitationem nostram quæ de cœlo est, superindui cupientes: Apoc. 16 c
si tamen vestiti, & non nudi inueniamur. Nam & qui sumus in hoc tabernaculo, ingemiscimus grauati: eo quòd nolumus expoliari, sed superuestiri, vt absorbeatur quòd mortale est à vita. Qui autem efficit nos in hoc ipsum, Deus, qui dedit no-
B bis pignus spiritus. Audentes igitur semper, & scientes quoniam dum sumus in hoc corpore, peregrinamur à Domino (per fidem enim ambulamus: & non per speciem) audemus autem, & bonam voluntatem habemus magis peregrinari à corpore: & præsentes esse ad Dominum. Et ideò contendimus, siue absentes, siue præsentes placere illi. Omnes enim Roma. 14 b

nos

nos manifestari oportet ante tribunal Christi: vt referat vnusquisq; propria corporis prout gessit, siue bonũ, siue malum.
C Scientes ergo timorem Domini, hominibus suademus: Deo autem manifesti sumus. Spero autem & in conscientijs vestris manifestos nos esse. Non iterũ commendamus nos vobis, sed occasionem damus vobis gloriandi pro nobis: vt habeatis ad eos qui in facie gloriantur, & non in corde. Siue enim mente excedimus, Deo: siue sobrij sumus, vobis. Charitas enim Christi vrget nos, æstimantes hoc: quoniam si vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnibus mortuus est Christus: vt & qui viuunt, iam non sibi viuant, sed ei
D qui pro ipsis mortuus est, & resurrexit. Itaq; nos, ex hoc neminem nouimus secundũ carnem. Et si cognouimus secundũ carnem Christum: sed nunc iam non nouimus. Si qua ergo in Christo noua creatura: vetera transierũt. ecce facta sunt omnia noua. Omnia autem ex Deo, qui nos reconciliauit sibi per Christum: & dedit nobis ministerium reconciliationis. Quoniam quidem Deus erat in Christo mundum recõcilians sibi: non reputans illis delicta ipsorum, & posuit in nobis verbum reconciliationis. Pro Christo ergo legatione fungimur, tanquam Deo exhortante per nos. Obsecramus pro Christo, reconciliamini Deo. Eum qui nõ nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: vt nos efficeremur iustitia Dei in ipso.

Esa. 42 e
Apoc. 21 b

S. DEI ministri sese ad cæteros exteriori conuersatione exhibeant, ad Deum autem interiori deuotione, & ad seipsos malorum uitatione.

CAPVT VI.

A Diuuantes autem exhortamur, Ne in vacuũ gratiam Dei recipiatis. Ait enim, Tempore accepto exaudiui te: & in die salutis adiuui te. Ecce nunc tempus acceptabile: ecce nũc dies salutis. Nemini dantes vllam offensionem, vt non vituperetur ministeriũ nostrum: sed in omnibus exhibeamus nosmetipsos sicut Dei ministros, in multa patientia, in tribulationibus, in necessitati-
B bus, in angustijs, in plagis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in vigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in longanimitate, in suauitate, in spiritu sancto, in charitate nõ ficta, in verbo veritatis, in virtute Dei, per arma iustitiæ à dextris & à sinistris, per gloriã & ignobilitatẽ, per infamiã & bonã famã: vt seductores, & veraces: sicut qui ignoti, & cogniti: quasi mo-
C rientes, & ecce viuimus: vt castigati, & nõ mortificati: quasi tristes, semper autẽ gaudentes: sicut egentes, multos autẽ locupletantes: tanquã nihil habentes, & omnia possidẽtes. Os nostrum patet ad vos ô Corinthij, cor nostrũ dilatatũ est. Non angustiamini in nobis: angustiamini autẽ in visceribus vestris. Eandem autẽ habentes remunerationem (tanquã filijs dico,) dilatamini & vos. Nolite iugum ducere cũ infidelibus. Quæ
D enim participatio iustitiæ cũ iniquitate? Aut quæ societas luci ad tenebras? Quæ autẽ conuentio Christo ad Belial? Aut quæ pars fideli cũ infideli? Quis autem consensus tẽplo Dei cum idolis? Vos enim estis templum Dei viui: sicut dicit Deus, Quoniã inhabitabo in illis: & inambulabo inter eos, & ero illorũ Deus, & ipsi erũt mihi populus. Propter quod exite de medio eorũ, & separamini, dicit Dominus: & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam vos: & ero vobis in patrem: & vos eritis mihi in filios & filias, dicit Dominus omnipotens.

Esa. 49 c
2. Cor. 4 d
1. Cor. 3 d & 6 d
Leuit. 26 b
Esa. 52 a
Jerem. 31 a

S. TRISTITIA secundum Deum secum habet consolationem, quàm Corinthij pro suis in cæteros senserunt beneficijs.

CAPVT VII.

A Has ergo habentes promissiones charissimi, mundemus nos ab omni inquinamento carnis & spiritus, perficiẽtes sanctificationem in timore Dei. Capite nos, Neminẽ læsimus, neminem corrupimus, neminẽ circunuenimus. Non ad condemnationẽ vestrã dico. Prædiximus enim, quòd in cordibus nostris estis ad cõmoriendum & ad conuiuendum. Multa mihi fiducia est apud vos, multa mihi gloriatio pro vobis: repletus sum consolatione, superabundo gaudio in omni tribulatione nostra. Nam & cũ venissemus in Macedoniã, nullam requiẽ habuit caro nostra, sed omnẽ tribulationẽ passi sumus: foris, pugnæ: intus,
B timores. Sed qui consolatur humiles, cõsolatus est nos, Deus, in aduentu Titi. Non solũ autem in aduentu eius, sed etiã in consolatione, qua cõsolatus est in vobis, referens nobis vestrũ desyderiũ, vestrũ fletum, vestrã æmulationem pro me, ita vt magis gauderẽ. Quoniã etsi cõtristaui vos in epistola, non me pœnitet: etsi pœniteret, vidẽs quòd epistola illa (etsi ad horã)
C vos cõtristauit. Nunc gaudeo: nõ quia cõtristati estis, sed quia cõtristati estis ad pœnitentiã. Contristati enim estis secundũ Deũ: vt in nullo detrimentũ patiamini ex nobis. Quæ enim secundũ Deum tristitia est: pœnitentiam in salutem stabilem operatur: seculi autẽ tristitia, mortẽ operatur. Ecce enim hoc ipsum, secundũ Deum cõtristari vos: quantã in vobis operatur solicitudinẽ, sed defensionem, sed indignationẽ, sed timorem, sed desyderiũ, sed æmulationẽ, sed vindictã: in omnibus exhibuistis vos, incontaminatos esse negotio. Igitur etsi scripsi vobis: nõ propter eũ qui fecit iniuriã, nec propter eũ qui passus est, sed ad manifestandã solicitudinẽ nostrã quam ha-
D bemus pro vobis corã Deo: ideò cõsolati sumus. In cõsolatione autem nostra, abundantius magis gauisi sumus super gaudio Titi, quia refectus est spiritus eius ab omnibus vobis. Et si quid apud illum de vobis gloriatus sum, non sum confusus: sed sicut omnia vobis in veritate locuti sumus: ita & gloriatio nostra quæ fuit ad Titũ, veritas facta est. Et viscera eius abundantius in vobis sunt, reminiscentis omnium vestrum obedientiam, quomodo cum timore & tremore excepistis illum. Gaudeo quòd in omnibus confido in vobis.

1. Petr. 2 c

S. ELEEMOSYNAE sunt pauperibus & præcipuè euangelicis ministris erogandæ, qui maximè in euangelio laborauerunt.

CAPVT VIII.

A Notam autem facimus vobis fratres gratiam Dei, quæ data est in ecclesijs Macedoniæ, quòd in multo experimento tribulationis, abundantia gaudij ipsorum fuit, & altissima paupertas eorum abundauit in diuitias simplicitatis eorũ: quia secundũ virtutem (testimonium illis reddo) & supra virtutem volũtarij fuerunt, cũ multa exhortatione obsecrãtes nos gratiã & communicationem ministerij quod fit in sanctos. Et non sicut sperauimus, sed semetipsos dederunt: primum Domino, deinde nobis per voluntatem Dei: ita vt rogaremus Titum, vt quemadmodum
B cœpit, ita & perficiat in vobis etiam gratiã istam. Sed sicut in omnibus abundatis fide, & sermone, & scientia, & omni solicitudine, insuper & charitate vestra in nos, vt & in hac gratia abundetis. Non quasi imperãs dico: sed per aliorũ solicitudinem, etiã vestræ charitatis ingenuũ bonũ comprobans. Scitis enim gratiã Domini nostri Iesu Christi, quoniã propter vos egenus factus est, cum esset diues: vt illius inopia, vos diuites essetis. Et consiliũ in hoc do. Hoc enim vobis vtile est: qui nõ solum facere, sed & velle cœpistis ab anno priore: nunc verò & facto perficite: vt quemadmodũ promptus est animus vo-
C luntatis, ita sit & perficiendi ex eo quod habetis. Si enim voluntas prompta est: secundũ id quod habet, accepta est, nõ secundum id quod nõ habet. Non enim vt alijs sit remissio, vobis autẽ tribulatio: sed ex æqualitate. In præsenti tẽpore, vestra abundantia, illorũ inopiam suppleat: vt & illorũ abundantia, vestræ inopiæ sit supplementũ, vt fiat æqualitas, sicut scriptum est, Qui multũ, non abundauit: & qui modicũ, non mi- Exod. 16 d
norauit. Gratias autẽ ago Deo, qui dedit eandẽ solicitudinem pro vobis in corde Titi, quoniã exhortationẽ quidem suscepit: sed cum solicitior esset, sua voluntate profectus est ad vos.
D Misimus etiã cum illo fratrem nostrũ, cuius laus est in Euangelio per omnes ecclesias non solũ autem: sed & ordinatus est ab ecclesijs comes peregrinationis nostræ, in hanc gratiã quæ

ministratur à nobis ad Domini gloriã, & destinatã voluntatem nostrã: deuitantes hoc, ne quis nos vituperet in hac plenitudine, quæ ministratur à nobis in Domini gloriã. Prouidemus enim bona non solũ corã Deo, sed etiã corã hominibus. Misimus autẽ cũ illis & fratrem nostrũ, quem probauimus in multis sæpe solicitũ esse: nunc autem multo solicitiorẽ, confidentia multa in vos, siue pro Tito qui est socius meus & in võ bis adiutor, siue fratres nostri, Apostoli ecclesiarũ, gloria Christi. Ostensionẽ ergo quæ est charitatis vestræ & nostræ gloriæ pro vobis, in illos ostendite in facie ecclesiarum.

Roma. 12 b

S. ELEEMOSYNAE promptè, abundanter, & hilariter conferantur, ut ex his merces dantibus multiplicetur.

CAPVT IX.

A NAm de ministerio quod fit in sanctos: ex abundanti est mihi scribere vobis. Scio enim promptũ animum vestrum: pro quo de vobis glorior apud Macedones, Quoniam & Achaia parata est ab anno præterito: & vestra æmulatio prouocauit plurimos. Misimus autẽ fratres: vt ne quod gloriamur de vobis, euacuetur in hac parte: vt (quemadmodũ dixi) parati sitis, ne cum venerint Macedones mecum, & inuenerint vos imparatos, erube-
B scamus nos vt nõ dicamus vos, in hac substantia. Necessarium ergo existimaui rogare fratres, vt præueniant ad vos, & præparent repromissam benedictionẽ hanc, paratã esse sic, quasi benedictionem, non tanquã auaritiam. Hoc autem dico, Qui parcè seminat, parcè & metet: & qui seminat in benedictionibus, de benedictionibus & metet. Vnusquisq; prout destinauit in corde suo: nõ ex tristitia aut ex necessitate. Hilarẽ enim

Eccle. 35 b datorem diligit Deus. Potens est autẽ Deus omnem gratiam
C abundare facere in vobis, vt in omnibus semper omnem sufficientiam habentes, abundetis in omne opus bonũ, sicut scri-

Psal. 111 b ptũ est, Dispersit, dedit pauperibus: iustitia eius manet in seculum seculi. Qui autem administrat semen seminãti, & panẽ ad manducandũ præstabit, & multiplicabit semen vestrũ, & augebit incrementa frugũ iustitiæ vestræ: vt in omnibus locupletati abundetis in omnem simplicitatem, que operatur per
D nos gratiarũ actionẽ Deo. Quoniam ministeriũ huius officij, non solum supplet ea quæ desunt sanctis, sed etiã abũdat per multas gratiarũ actiones in Domino, per probationem ministerij huius glorificãtes Deum in obedientia confessionis vestræ in Euangelio Christi, & simplicitate communicationis vestræ in illos, & in omnes, & in ipsorũ obsecratione pro vobis, desyderantium vos propter eminentem gratiam Dei in vobis. Gratias ago Deo super inenarrabili dono eius.

S. NEMO iuxta corporis imbecillitatem iudicandus est, quantumuis à malis accusatus & uituperatus.

CAPVT X.

A IPse autem ego Paulus obsecro vos per mansuetudinem & modestiã Christi, qui in facie quidẽ humilis sum inter vos: absens autẽ confido in vobis. Rogo autem vos, ne præsens audeam per eam confidẽtiam qua existimor audere in quosdam: qui arbitrantur nos tanquam secundũ carnem ambulemus. In carne enim ambulantes: non secundũ carnem militamus. Nam arma mili-
B tiæ nostræ non carnalia: sed potentia Deo ad destructionem munitionum, cõsilia destruentes, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiã Dei, & in captiuitatẽ redigentes omnem intellectũ in obsequiũ Christi, & in promptu habentes vlcisci omnem inobedientiam, cum impleta fuerit vestra obedientia. Quæ secundũ faciem sunt, videte. Si quis confidit sibi Christi se esse, hoc cogitet iterũ apud se, quòd sicut ipse Christi est, ita & nos. Nã & si amplius aliquid gloriatus fuero de potestate nostra quam dedit nobis Dominus in ædi-
C ficationem & nõ in destructionem vestram: non erubescam. Vt autem non existimer tanquam terrere vos per epistolas (Quoniam quidem epistolæ, inquiunt, graues sunt & fortes, præsentia autẽ corporis infirma, & sermo cõtemptibilis) hoc cogitet qui eiusmodi est, quia quales sumus verbo per epistolas absentes, tales & præsentes in facto. Non enim audemus inserere aut cõparare nos quibusdã, qui seipsos commendant: sed ipsi in nobis nosmetipsos metientes, & comparantes nosmetipsos nobis. Nos autẽ non in immẽsum gloriabimur: sed
D secundum mensurã regulæ qua mensus est nobis Deus men- Ephe. 4 b
suram pertingendi vsq; ad vos. Non enim quasi non pertingentes ad vos, superextendimus nos. Vsq; ad vos enim peruenimus in Euangelio Christi: non in immensum gloriantes in alienis laboribus: spem autẽ habentes crescentis fidei vestræ, in vobis magnificari secundũ regulam nostram in abundantia, etiam in illa quæ vltra vos sunt euangelizare, non in aliena regula, in ijs quæ præparata sunt gloriari. Qui autem gloria- 1. Cor. 1 d
tur: in Domino glorietur. Non enim qui seipsum commen- Ierem. 9 g
dat, ille probatus est: sed quem Deus commendat.

S. PAVLVS in honorem CHRISTI se etiam coactus commendat ex suis operibus, & malis sponte perpessis.

CAPVT XI.

A VTinam sustineretis modicũ quid insipientiæ meæ: sed & supportate me. Aemulor enim vos Dei æmulatione. Despondi enim vos vni viro virginẽ castam exhibere Christo. Timeo autem ne sicut Gene. 3 a
serpens Euam seduxit astutia sua, ita corrumpantur sensus vestri: & excidant à simplicitate, quæ est in Christo. Nam si
B is qui venit, alium Christum prædicat quem non prædicauimus, aut alium spiritũ accipitis quem non accepistis, aut aliud Euangelium quod nõ recepistis: rectè pateremini. Existimo enim nihil me minus fecisse à magnis Apostolis. Nã etsi imperitus sermone: sed non scientia. In omnibus autem manifestus sum vobis. Aut nunquid peccatum feci, meipsum humilians, vt vos exaltemini? quoniam gratis Euangeliũ Dei euangelizaui vobis? alias ecclesias expoliaui, accipiens stipendia ad ministerium vestrum? Et cum essem apud vos, & egerẽ, nulli
C onerosus fui: nam quod mihi deerat, supplẽuerunt fratres qui venerunt à Macedonia, & in omnibus sine onere me vobis seruaui, & seruabo. Est veritas Christi in me quoniã hæc gloriatio non infringetur in me in regionibus Achaiæ. Quare? quia non diligo vos? Deus scit. Quod autem facio, & faciam: vt amputem occasionem eorum qui volunt occasionem: vt in quo gloriantur, inueniãtur sicut & nos. Nam eiusmodi pseu-
D dapostoli, sunt operarij subdoli, transfigurantes se in Apostolos Christi. Et non mirum: ipse enim satanas transfigurat se in Angelum lucis. non est ergo magnum, si ministri eius transfigurentur velut ministri iustitiæ: quorum finis erit secundum opera ipsorum. Iterum dico: ne quis me putet insipientem esse: alioquin velut insipiẽtem accipite me, vt & ego modicum quid glorier. Quod loquor, non loquor secundum Deum, sed quasi in insipientia, in hac substantia gloriæ. Quo-
E niam multi gloriantur secundum carnem: & ego gloriabor. Libenter enim suffertis insipientes: cum sitis ipsi sapientes. Sustinetis enim si quis vos in seruitutem redigit, si quis deuorat, si quis accipit, si quis extollitur, si quis in faciem vos cædit. Secundum ignobilitatem dico: quasi nos infirmi fuerimus in hac parte. In quo quis audet (in insipiẽtia dico) audeo & ego. Hebræi sunt, & ego: Israelitæ sunt, & ego: Semen Abrahæ sunt, & ego: ministri Christi sunt (vt minus sapiens dico) plus
F ego: in laboribus plurimis, in carceribus abundantius, in plagis supra modum, in mortibus frequẽter. A Iudeis quinquies quadragenas, vna minus, accepi. Ter virgis cæsus sum, semel Act. 16 e
lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte & die in profundo Act. 14 c
maris fui, in itineribus sæpe, periculis fluminum, periculis la- Act. 27 d
tronum, periculis ex genere, periculis ex gentibus, periculis in ciuitate, periculis in solitudine, periculis in mari, periculis in falsis fratribus, in labore & ærumna, in vigilijs multis, in fame &

me & ſiti, in ieiunijs multis, in frigore & nuditate: præter illa
G quæ extrinſecus ſunt: inſtantia mea quotidiana, ſolicitudo omnium eccleſiarum. Quis infirmatur, & ego non infirmor? Quis ſcandalizatur, & ego non vror? Si gloriari oportet quæ infirmitatis meæ ſunt, gloriabor. Deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui eſt benedictus in ſecula, ſcit quòd non mentior. Damaſci præpoſitus gentis Aretæ regis, cuſtodiebat ciuitatem Damaſcenorũ vt me cõprehenderet, & per feneſtrã in ſporta demiſſus ſum per murum: & ſic effugi manus eius.

S. PAVLVS ex humilitate quæ ad ſuam gloriam pertinent bona narrare cogitur, ut Corinthios trahat ad humilitatem.

CAPVT XII.

A SI gloriari oportet (non expedit quidem) veniam autem ad viſiones & reuelationes domini. Scio hominem in Chriſto ante annos quatuordecim (ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio: Deus ſcit) raptũ huiuſmodi vſq; ad tertiũ cœlũ. Et ſcio huiuſmodi hominem (ſiue in corpore, ſiue extra corpus, neſcio: Deus ſcit) quoniam raptus eſt in paradiſum, & audiuit archana ver
B ba: quæ nõ licet homini loqui. Pro huiuſmodi gloriabor, pro me autẽ nihil: niſi in infirmitatibus meis. Nã & ſi voluero gloriari: non ero inſipiens, veritatem enim dicam. Parco autem, ne quis me exiſtimet ſupra id quod videt in me: aut aliquid audit ex me. Et ne magnitudo reuelationum extollat me, da-
C tus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus ſatanæ: vt me colaphizet. Propter quod dominum rogaui, vt diſcederet à me: & dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea: nam virtus, in infirmitate perficitur. Libenter igitur gloriabor in infirmitatibus meis: vt inhabitet in me virtus Chriſti. Propter quod placeo mihi in infirmitatibus meis, in cõtumelijs, in neceſsitatibus, in per-
D ſecutionibus, in anguſtijs pro Chriſto. Cũ enim infirmor: tũc potens ſum. Factus ſum inſipiens, vos me coegiſtis. Ego enim à vobis debui commendari: nihil enim minus feci ab ijs qui ſunt ſupra modum Apoſtoli, tametſi nihil ſum. Signa tamen Apoſtoli facta ſunt ſuper vos in omni patientia, in ſignis, & prodigijs & virtutibus. Quid eſt enim quod minus ha-
E buiſtis præ cæteris eccleſijs: niſi quòd ego ipſe non grauaui vos? Donate mihi hãc iniuriam. Ecce tertiò hoc paratus ſum venire ad vos: & non ero grauis vobis. Non enim quæro quę veſtra ſunt: ſed vos. Nec enim debẽt filij parentibus theſaurizare: ſed parẽtes filijs. Ego autem libentiſsimè impendam & ſuperimpendar ipſe pro animabus veſtris: licet plus vos di-
F ligens minus diligar. Sed eſto: ego vos non grauaui, ſed cum eſſem aſtutus, dolo vos cepi. Nunquid per aliquem eorum quos miſi ad vos circunueni vos? Rogaui Titum: & miſi cum illo fratrem. Nunquid Titus vos circunuenit? nónne eodem ſpiritu ambulauimus? nónne ijſdem veſtigijs? Olim putatis quòd excuſemus nos apud vos? Coram Deo in Chriſto loquimur: omnia enim chariſsimi propter ædificationem ve-
G ſtram. Timeo enim ne fortè cum venero: non quales volo, inueniam vos, & ego inueniar à vobis, qualem non vultis: ne fortè contentiones, æmulationes, animoſitates, diſſenſiones, detractiones, ſuſurrationes, inflationes, ſeditiones ſint inter vos, ne iterum cum venero humiliet me Deus apud vos: & lugeam multos ex ijs qui antè peccauerunt, & non egerunt pœnitẽtiam ſuper immunditia & fornicatione & impudicitia quam geſſerunt.

S. A pſeudoprophetis ſeducti uituperandi ſunt: in doctrina autem CHRISTI *perſiſtentes laudandi.*

CAPVT XIII.

A ECce tertiò hoc venio ad vos. In ore duorum vel trium teſtium ſtabit omne verbũ. Prædixi enim & prædico vt præſens vobis, & nunc abſens ijs qui antè peccauerunt & cæteris omnibus, quo-
Deut. 19 b
Matt. 18 b
Ioan. 10 c
Hebr. 10 e
niam ſi venero iterum, non parcam. An experimentum quę-
ritis eius qui in me loquitur Chriſtus: qui in vobis non infir-
B matur, ſed potens eſt in vobis? Nam etſi crucifixus eſt ex infirmitate: ſed viuit ex virtute Dei. Nam & nos infirmi ſumus in illo: ſed viuimus cum eo ex virtute Dei in vobis. Voſmet- 1. Cor. 11 f
ipſos tentate, ſi eſtis in fide: ipſi vos probate. An non cognoſcitis voſmetipſos quia Chriſtus Ieſus in vobis eſt? niſi fortè reprobi eſtis. Spero autem quòd cognoſcetis quia nos non ſu-
C mus reprobi. Oramus autem Deum vt nihil mali faciatis: non vt nos probati appareamus, ſed vt vos quod bonum eſt facia tis, nos autem vt reprobi ſimus. Non enim poſſumus aliquid aduerſus veritatem: ſed pro veritate. Gaudemus enim quoniã nos infirmi ſumus: vos autem potentes eſtis. Hoc & oramus, veſtram conſummationem. Ideò hæc abſens ſcribo: vt nõ prę ſens durius agam ſecundum poteſtatem quam Dominus de-
dit mihi in ædificationem, & non in deſtructionem. De cæte-
D ro fratres, gaudete, perfecti eſtote, exhortamini, idipſum ſapite, pacem habete, & Deus pacis & dilectionis erit vobiſcum. Salutate inuicem in oſculo ſancto. Salutant vos omnes ſancti. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti, & charitas Dei, & cõmunicatio ſancti ſpiritus ſit cum omnibus vobis. Amen.

Argumentum in Epiſtolam ad Galatas.

GALATAE, *ſunt Græci. Hi uerbum ueritatis primum ab Apoſtolo acceperunt, ſed poſt diſceſſum eius, tentati ſunt à falſis apoſtolis ut in legem & circunciſionem uerterentur. Hos Apoſtolus reuocat ad fidem ueritatis: ſcribens eis ab Epheſo.*

Epiſtola Pauli ad Galatas.

S. NIMIA leuitas eſt abduci à ueritate, quam doctor non ab homine in conuerſione, ante conuerſionem, & poſt conuerſionem, ſed à ſolo CHRISTO *acceperit.* CAPVT I.

A PAVLVS Apoſtolus non ab hominibus, neque per hominem, ſed per Ieſum Chriſtum & Deum patrem qui ſuſcitauit eum à mortuis, & qui mecum ſunt oẽs fratres, eccleſijs Galatiæ: gratia vobis & pax à Deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto, qui dedit ſemetipſum pro peccatis noſtris, vt eriperet nos de præſenti ſeculo nequam, ſecundum voluntatem Dei & patris noſtri: cui eſt gloria in ſecula ſeculorum. Amen. Miror quòd ſic tam citò transferimini ab eo qui vos vocauit in gratiã Chriſti, in aliud Euangeliũ: quod nõ eſt aliud, niſi ſunt aliqui qui vos conturbant, & volunt cõuertere Euangelium Chriſti. Sed licet nos, aut Angelus de cœlo euangelizet vobis prẽterquam quod euãgelizauimus vobis: anáthema ſit. Sicut prędiximus, & nũc
B iterum dico, Si quis vobis euangelizauerit præter id quod accepiſtis: anáthema ſit. Modo enim hominibus ſuadeo, an Deo? An quæro hominibus placere? Si adhuc hominibus placerem: Chriſti ſeruus non eſſem. Notũ enim vobis facio fratres Euangelium quod euangelizatum eſt à me, quia non eſt 1. Cor. 15 a
ſecundum hominem: neq; enim ego ab homine accepi illud, neq; didici, ſed per reuelationem Ieſu Chriſti. Audiſtis enim conuerſationem meam aliquando in Iudaiſmo, quoniam ſupra modũ perſequebar eccleſiam Dei, & expugnabã illã, &

C proficiebam in Iudaismo supra multos coætaneos meos in genere meo, abundantius æmulator existens paternarum mearum traditionũ. Cum autem placuit ei qui me segregauit ex vtero matris meæ, & vocauit per gratiam suam, vt reuelaret filiũ suum in me, vt euãgelizarem illũ in gentibus: continuò non acquieui carni & sanguini. Neque veni Ierosolymam ad antecessores meos Apostolos, sed abij in Arabiam, & iterum reuersus sum Damascũ. Deinde post annos tres veni Ierosolymam videre Petrum: & mansi apud eũ diebus quindecim.

D Aliũ autem Apostolorum vidi neminem: nisi Iacôbum fratrem domini. Quæ autem scribo vobis, ecce coram Deo: quia nõ mentior. Deinde veni in partes Syriæ & Ciliciæ. Eram autem ignotus facie ecclesijs Iudææ: quæ erant in Christo. Tãtum autem auditum habebant, Quoniam qui persequebatur nos aliquando, nunc euangelizat fidem, quam aliquando expugnabat: & in me clarificabant Deum.

§. DOCTRINA Euangelica à Paulo & alijs Apostolis prædicata legis ceremonias satis excludebat, licet alijs Apostolis alienum uideretur, quam tamen ipsi antè confirmauerant.

CAPVT II.

A DEinde post annos quatuordecim, iterum ascendi Ierosolymam cum Barnaba, assumpto & Tito. Ascendi autem secundum reuelationem, & contuli cum illis Euangelium quod prædico in gentibus; seorsum autem ijs qui videbantur aliquid esse, ne fortè in vanũ currerem aut cucurrissem. Sed neque Titus qui mecum erat, cum esset gentilis, compulsus est circuncidi: sed propter subintroductos falsos fratres qui subintroierunt explorare libertatem nostram quam habemus in Christo Iesu, vt

B nos in seruitutem redigerent. Quibus neque ad horam cessimus subiectioni: vt veritas Euangelij permaneat apud vos. Abijs autem qui videbantur esse aliquid (quales aliquando fuerint, nihil mea interest. Deus enim personam hominis nõ accipit.) Mihi enim qui videbantur esse aliquid, nihil contulerunt, Sed contrà, cum vidissent quòd creditum est mihi euãgelium præputij: sicut & Petro circuncisionis (qui enim operatus est Petro in apostolatum circuncisionis: operatus est & mihi inter gentes) & cum cognouissent gratiam quæ data est mihi, Iacôbus & Cephas & Ioannes qui videbantur columnę esse, dextras dederunt mihi & Barnabæ, societatis: vt nos in gentes, ipsi autem in circuncisionem, tantũ vt pauperum memores essemus: quod etiã solicitus fui hoc ipsum facere. Cum

C autem venisset Cephas Antiochiam, in faciem ei restiti: quia reprehensibilis erat. Prius enim quàm venirent quidam à Iacôbo; cum gentibus edebat. Cum autem venissent, subtrahebat & segregabat se, timẽs eos qui ex circũcisione erant. Et simulationi eius cõsenserunt cæteri Iudæi: ita vt & Barnabas duceretur ab eis in illã simulationem. Sed cum vidissem quòd non rectè ambularent ad veritatem euangelij, dixi Cephæ coram omnibus, Si tu, cum Iudæus sis, gentiliter viuis, & non Iudaicè: quomodo gentes cogis iudaizare? Nos natura Iudæi: & nõ ex gentibus peccatores. Scientes autem quòd non

D iustificatur homo ex operibus legis nisi per fidẽ Iesu Christi: & nos in Christo Iesu credimus, vt iustificemur ex fide Christi, & non ex operibus legis. Propter quod ex operibus legis non iustificabitur omnis caro. Quòd si quærentes iustificari in Christo, inuenti sumus & ipsi peccatores: nunquid Christus peccati minister est? Absit. Si enim quæ destruxi, iterum hæc reædifico: prævaricatorem me constituo. Ego enim per legem, legi mortuus sum, vt Deo viuam: Christo confixus sum cruci. Viuo autem iam non ego: viuit verò in me Christus. Quòd autem nunc viuo in carne, in fide viuo filij Dei qui dilexit me & tradidit semetipsum pro me. Non abijcio gratiam Dei. Si enim per legem iustitia, ergo gratis Christus mortuus est.

Deut.10 d
2.Par.19 c
Iob 34 b
Sapien.6 b
Eccl.35 b
Roma.2 b
Ephe.6 b
Coloss.3 d
Act.10 e
1.Pet.1 c
Rom.3 e

§. LEGIS ceremoniæ ex earum defectu & insufficientia non erant cum Euangelio obseruandæ, quæ nec iustificabant, nec à legis maledicto eripiebant, à quo nos CHRISTVS eripuit.

CAPVT III.

A O Insensati Galatæ, quis vos fascinauit non obedire veritati, ante quorum oculos Iesus Christus proscriptus est, & in vobis crucifixus? Hoc solum à vobis volo discere, Ex operibus legis spiritum accepistis, an ex auditu fidei? Sic stulti estis: vt cũ spiritu cœperitis, nunc carne consummamini? Tanta passi estis sine causa? si tamen sine causa. Qui ergo tribuit vobis spiritum & operatur virtutes in vobis: ex operibus legis, an ex auditu fidei? Sicut scriptum est, Abraham credidit Deo, &

B reputatum est illi ad iustitiam. Cognoscite ergo quia qui ex fide sunt: ij sunt filij Abrahæ. Prouidens autem scriptura quia ex fide iustificat gentes Deus, prænuntiauit Abrahæ, Quia benedicẽtur in te omnes gentes. Igitur qui ex fide sunt: benedicentur cum fideli Abraham. Quicunq; enim ex operibus legis sunt, sub maledicto sunt. Scriptum est enim, Maledictus omnis qui non permanserit in omnibus quæ scripta sunt in libro legis, vt faciat ea. Quòd autem in lege nemo iustificatur apud Deum, manifestum est: quia Iustus ex fide viuit. Lex autem non est ex fide, sed Qui fecerit ea homo, viuet in illis. Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum (quia scriptũ est, Maledictus omnis qui pen-

C det in ligno) vt in gentibus benedictio Abrahæ fieret in Christo Iesu: vt pollicitationẽ spiritus accipiamus per fidem. Fratres (secundum hominem dico) tamen hominis confirmatum testamentum nemo spernit, aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiones: & semini eius. Non dicit, Et seminibus, quasi in multis: sed quasi in vno, Et semini tuo, qui est Christus. Hoc autem dico, testamentum confirmatum à Deo: quę post quadringentos & triginta annos facta est lex, non irritum facit ad euacuandam promissionem. Nam si ex lege hæreditas, iam non ex promissione. Abrahæ autem per repromissionem donauit Deus. Quid igitur lex? Propter trãsgressionem posita est, donec veniret semẽ cui promiserat: ordina

D ta per angelos in manu mediatoris. Mediator autem vnius nõ est: Deus autem vnus est. Lex ergo aduersus promissa Dei? Absit. Si enim data esset lex quæ posset viuificare: verè ex lege esset iustitia. Sed conclusit scriptura omnia sub peccato: vt promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Prius autem quàm veniret fides: sub lege custodiebamur cõclusi, in eã fidem quæ reuelanda erat. Itaq; lex, pædagogus noster fuit in Christo: vt ex fide iustificemur. At vbi venit fides: iam non sumus sub pædagogo. Omnes enim filij Dei estis per fidem, quæ est in Christo Iesu. Quicunque enim in Christo baptizati estis: Christum induistis. Non est Iudæus neque Græcus, non est seruus neque liber, nõ est masculus neque fœmina. Omnes enim vos vnum estis in Christo Iesu. Si autem vos Christi: ergo semen Abrahæ estis, secundum promissionem hæredes.

Gene.15 b
Roma.4 d
Iaco.2 d
Gene.12 d
Eccl.44 d
Deut.27 d
Abac.2 a
Roma.1 b
Leuit.18 d
Deut.21 d
Heb.9 d
Roma.3 b
Roma.6 d

§. GRATIAE & hæreditatis filiorum Dei beneficiũ Iudæis ipsis promissum, non solum illis sed & gentibus in mysterio quo ad matres & filios exhibitum est. CAPVT IIII.

A DIco autem quanto tempore hæres paruulus est, nihil differt à seruo, cum sit dominus omnium, sed sub tutoribus & actoribus est vsq; ad præfinitum tempus à patre: ita & nos, cum essemus paruuli, sub elementis mundi huius eramus seruientes. At vbi venit plenitudo tẽporis, misit Deus filium suum factũ ex muliere, factum sub lege: vt eos qui sub lege erant redimeret, vt adoptionẽ filiorũ reciperemus. Quoniam autẽ estis filij Dei: misit Deus spiritũ filij sui in corda vestra, clamantẽ, abba, pater. Itaq; iam non est seruus: sed filius. Quòd si filius, & hæres per Deũ. Sed tũc quidẽ ignorãtes Deũ, ijs qui natura nõ sunt dij, ser-

B dij, ſeruiebatis. Nunc autem cum cognoueritis Deum, imò cogniti ſitis à Deo: quomodo cõuertimini iterum ad infirma & egena elementa: quibus denuo ſeruire vultis? Dies obſeruatis, & menſes, & tempora, & annos. Timeo vobis, ne ſine cauſa laborauerim in vobis. Eſtote ſicut ego, quia & ego ſicut vos: fratres obſecro vos. Nihil me læſiſtis. Scitis autem quòd per infirmitatem carnis euangelizaui vobis iampridem: & tentationem veſtram in carne mea non ſpreuiſtis neq; reſpuiſtis, ſed ſicut Angelum Dei accepiſtis me, ſicut Chriſtum Ieſum. Vbi eſt ergo beatitudo veſtra? Teſtimonium enim perhibeo vobis quia ſi fieri poſſet, oculos veſtros eruiſſetis, & dediſſetis mihi. Ergo inimicus vobis factus ſum verum dicens vobis?

C Aemulantur vos non bene: ſed excludere vos volunt, vt illos æmulemini. Bonum autem æmulamini in bono ſemper: & non tantum cum præſens ſum apud vos. Filioli mei, quos iterum parturio, donec formetur Chriſtus in vobis. Vellem autem eſſe apud vos modo, & mutare vocem meam: quoniam confundor in vobis. Dicite mihi qui ſub lege vultis eſſe, legẽ

Gene.16 d non legiſtis? Scriptum eſt enim, Quoniam Abraham duos filios habuit: vnum de ancilla, & vnum de libera. Sed qui de ancilla, ſecundum carnem natus eſt: qui autem de libera, per re-

Gene.21 a promiſsionem. quæ ſunt per allegoriã dicta. Hæc enim ſunt duo teſtamenta. Vnum quidem in monte Sina, in ſeruitutem

D generans: quæ eſt Agar (Sina enim, mons eſt in Arabia: qui coniunctus eſt ei, quæ nunc eſt Ieruſalem) & ſeruit cum filijs ſuis. Illa autem quæ ſurſum eſt Ieruſalem, libera eſt: quæ eſt

Eſa.54 a mater noſtra. Scriptum eſt enim, Lætare ſterilis, quæ non pa-

Luc.23 d ris: erumpe & clama, quæ non parturis: quia multi filij deſer-

Rom.9 b tæ, magis quàm eius quæ habet virum. Nos autem fratres ſecũdum Iſaac promiſsionis filij ſumus. Sed quemadmodum tunc is qui ſecundum carnem natus fuerat, perſequebatur eum qui ſecundum ſpiritum: ita & nunc. Sed quid dicit ſcriptura? Eijce

Gene.21 a ancillam & filium eius. Non enim hæres erit filius ancillæ cũ filio liberæ. Itaque fratres, non ſumus ancillæ filij, ſed liberæ: qua libertate Chriſtus nos liberauit.

S. CVM Galatæ per legem gratiæ multa mala euaſerint, & multa ſint bona conſecuti, ingratè tamen ferunt legem, per quam etiam in ſpiritu ſancto à ſeruitute legis liberantur.

CAPVT V.

A STate: & nolite iterum iugo ſeruitutis contineri.

Act.15 a Ecce ego Paulus dico vobis quoniam ſi circunci damini, Chriſtus vobis nihil proderit. Teſtificor autem rurſus omni homini circuncidenti ſe, quoniam debitor eſt vniuerſæ legis faciẽdæ. Euacuati eſtis à Chriſto, qui in lege iuſtificamini: à gratia excidiſtis. Nos enim ſpiritu ex fide ſpem iuſtitiæ expectamus. Nam in Chriſto Ieſu, neque circunciſio aliquid valet, neq; præputium: ſed fi-

B des quæ per charitatem operatur. Currebatis bene: quis vos

2.Cor.5 b impediuit veritati non obedire? * Nemini cõſeferitis. Perſuaſio hæc, non eſt ex eo qui vocat vos. Modicum fermentum, totam maſſam corrumpit. Ego confido in vobis in Domino, quòd nihil aliud ſapietis. Qui autem conturbat vos: portabit iudicium, quicũque eſt ille. Ego autem fratres, ſi circunciſionem adhuc prædico: quid adhuc perſecutionem patior? Ergo euacuatum eſt ſcandalum crucis. Vtinam & abſcindantur, qui vos conturbant. Vos enim in libertatem vocati eſtis fratres:

Leuit.19 d tantum ne libertatem in occaſionem detis carnis, ſed per cha-

Matt.22 d ritatem ſpiritus ſeruite inuicem. Omnis enim lex in vno ſer-

Marc.12 c mone impletur, Diliges proximum tuũ ſicut teipſum. Quòd

Rom.13 c ſi inuicem mordetis & comeditis: videte ne ab inuicem conſummamini. Dico autem in Chriſto: ſpiritu ambulate, & de-

Iacob 2 b ſyderia carnis non perficietis. Caro enim concupiſcit aduer-

C ſus ſpiritum: ſpiritus autem aduerſus carnem. Hæc enim ſibi

Rom.13 d inuicem aduerſantur: vt non quæcunque vultis, illa faciatis.

1.Pet.2 c Quòd ſi ſpiritu ducimini: non eſtis ſub lege. Manifeſta ſunt autem opera carnis, quæ ſunt fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum ſeruitus, veneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, iræ, rixæ, diſſentiones, ſectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comeſſationes, & his ſimilia quæ prædico

D vobis ſicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnum Dei nõ conſequentur. Fructus autem ſpiritus eſt: charitas, gaudium, pax, patientia, longanimitas, bonitas, benignitas, manſuetudo, fides, modeſtia, cõtinentia, caſtitas. Aduerſus huiuſmodi, non eſt lex. Qui autem ſunt Chriſti, carnem ſuam crucifixerunt cum vitijs & concupiſcentijs. Si ſpiritu viuimus: ſpiritu & ambulemus. Non efficiamur inanis gloriæ cupidi, inuicẽ prouocantes, inuicem inuidentes.

S. QVI ſub lege diuina militare cupiunt, inuicem pacificè uiuant, inferiores ſuperioribus ſubiecti, ſuperiores inferioribus fauentes, & coæquales uni iuuantes, ſinguli autem hæreticos & peruerſos abducentes. CAPVT VI.

A FRatres & ſi præoccupatus fuerit homo in aliquo delicto, vos qui ſpirituales eſtis, huiuſmodi inſtruite in ſpiritu lenitatis, conſyderans teipſum, ne & tu tenteris. Alter alterius onera portate: & ſic adimplebitis legem Chriſti. Nam ſi quis exiſtimat ſe aliquid eſſe cum nihil ſit: ipſe ſe ſeducit. Opus autem ſuum probet vnuſquiſque, & ſic in ſemetipſo tantum gloriam habebit, & non in altero. Vnuſquiſq; enim onus ſuum portabit. Com-

1.Cor.3 b municet autem is qui catechizatur verbo, ei qui ſe catechizat

B in omnibus bonis. Nolite errare. Deus non irridetur. Quæ enim ſeminauerit homo: hæc & metet. Quoniam qui ſeminat in carne ſua: de carne & metet corruptionem. qui autem ſeminat in ſpiritu: de ſpiritu metet vitam æternam. Bonum autem facientes, non deficiamus. tempore enim ſuo metemus

2.Theſ.3 c C non deficientes. Ergo dum tempus habemus: operemur bonum ad omnes, maximè autem ad domeſticos fidei. Videte qualibus literis ſcripſi vobis mea manu. Quicunque enim volunt placere in carne: hi cogunt vos circuncidi, tantum vt crucis Chriſti perſecutionem non patiantur. Neq; enim qui circunciduntur, legem cuſtodiunt. Sed volunt vos circuncidi: vt in carne veſtra glorientur. Mihi autem abſit gloriari, niſi in

D cruce Domini noſtri Ieſu Chriſti: per quem mihi mundus crucifixus eſt, & ego mundo. In Chriſto enim Ieſu, neque circunciſio aliquid valet, neque præputium: ſed noua creatura. Et cuicunque hanc regulam ſecuti fuerint: pax ſuper illos, & miſericordia, & ſuper Iſrael Dei. De cætero nemo mihi moleſtus ſit. Ego enim ſtigmata Domini Ieſu in corpore meo porto. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti, cum ſpiritu veſtro fratres. Amen.

Argumentum in Epiſtolam Pauli ad Epheſios.

EPHESII, *ſunt Aſiani. Hi accepto uerbo ueritatis perſiterunt in fide. Hos collaudat Apoſtolus, ſcribens eis ab urbe Roma de carcere per Tychicum diaconum.*

Epistola Pauli ad Ephesios.

S. HVMANVM genus sex beneficijs CHRISTVS *instaurans, Apostolis gratiæ contulit abundantiam, & Ephesijs in uerbo & conuersione iustificationem. Vnde ipse exaltationem consequutus est.* CAPVT I.

A PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatẽ Dei: omnibus sanctis qui sunt Ephesi, & fidelibus in Christo Iesu: Gratia vobis & pax à Deo patre nostro & domino Iesu Christo. Benedictus Deus & pater Domini nostri Iesu Christi, qui benedixit nos in omni benedictione spirituali in cœlestibus in Christo: sicut elegit nos in ipso ante mundi constitutionem, vt essemus sancti & immaculati in cõspectu eius in charitate. Qui prædestinauit nos in adoptionẽ
B filiorum per Iesum Christum in ipsum secundũ propositum voluntatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suę in qua gratificauit nos in dilecto filio suo. In quo habemus redemptionẽ per sanguinem eius: remissionem peccatorum secũdum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in nobis in omni sapiẽtia & prudentia, vt notum faceret nobis sacramentum voluntatis suæ, secundum beneplacitũ eius, quod proposuit in eo, in dispensatione plenitudinis temporum instaurare omnia in Christo, quæ in cœlis & quæ in terra sunt in ipso. In quo etiam & nos sorte vocati sumus: prædestinati secundum propositum eius,
C qui operatur omnia secundum consiliũ voluntatis suæ. vt simus in laudem gloriæ eius nos, qui antè sperauimus in Christo, in quo & vos, cum audissetis verbum veritatis, Euangelium salutis vestræ: in quo & credẽtes signati estis spiritu promissionis sancto, qui est pignus hæreditatis nostræ in redemptionem acquisitionis in laudem gloriæ ipsius. Propterea & ego audiens fidem vestram quæ est in Christo Iesu, & dilectionem in omnes sanctos: nõ cesso gratias agens pro vobis, memoriam vestri faciens in orationibus meis, vt Deus (Domini nostri Iesu Christi pater) gloriæ, det vobis spiritum
D sapientiæ & reuelationis in agnitionem eius, illuminatos oculos cordis vestri, vt sciatis quæ sit spes vocationis eius, & quæ diuitiæ gloriæ hæreditatis eius in sanctis, & quæ sit superemi nens magnitudo virtutis eius in nos qui credidimus secundũ operationem potentiæ virtutis eius, quã operatus est in Christo, suscitans illum à mortuis, & constituens ad dexterã suam in cœlestibus, supra omnem principatum & potestatem & virtutem & dominationem, & omne nomẽ quod nominatur non solum in hoc seculo, sed etiam in futuro. Et omnia subiecit sub pedibus eius: & ipsum dedit caput supra omnem eccle siam, quæ est corpus ipsius, & plenitudo eius, qui omnia in omnibus adimpletur.

2. Cor. 1 a
1. Pet. 1 a
Psal. 8 c

S. EPHESII Iudæis non inferiores, à peccato liberati, ab infidelibus selecti, & Deo iuncti ad gratiarum CHRISTO *tenentur actiones.* CAPVT II.

A ET vos cum essetis mortui delictis & peccatis vestris, in quibus aliquando ambulastis secundũ seculum mundi huius, secundum principem potestatis aeris huius spiritus qui nunc operatur in filios diffidentiæ, in quibus & nos omnes aliquando conuersati sumus in desyderijs carnis nostræ, facientes voluntatem carnis & cogitationum, & eramus natura filij iræ sicut & cæteri: Deus autem qui dives est in misericordia, propter nimiã charitatem suam qua dilexit nos, & cũ essemus mortui peccatis,
B conuiuificauit nos Christo, cuius gratia estis saluati, & conresuscitauit, & consedere fecit in cœlestibus in Christo Iesu, vt ostenderet in seculis superuenientibus abundates diuitias gratiæ suæ in bonitate super nos in Christo Iesu. Gratia enim estis saluati per fidem: & hoc non ex vobis. Dei enim donum est: non ex operibus, vt ne quis glorietur. Ipsius enim sumus
C factura: creati in Christo Iesu in operibus bonis, quæ præparauit Deus vt in illis ambulemus. Propter quod memores estote, quòd aliquando vos eratis gentes in carne, qui dicebamini præputium ab ea quæ dicitur circũcisio in carne manufacta: quòd eratis illo in tempore sine Christo, alienati à conuersatione Israel, & hospites testamentorum, promissionis spem non habentes, & sine Deo in hoc mundo. Nunc autem in Christo Iesu vos qui aliquando eratis longè, facti estis propè in sanguine Christi. Ipse enim est pax nostra, qui fecit vtra que vnum, & medium parietem maceriæ soluens, inimicitias
D in carne sua: legem mandatorũ decretis, euacuans: vt duos condat in semetipso in vnum nouum hominem, faciens pacem, vt reconciliet ambos in vno corpore, Deo per crucem, interficiens inimicitias in semetipso. Et veniẽs euangelizauit pacem vobis qui longè fuistis, & pacem ijs qui propè: quoniam per ipsum habemus accessum ambo in vno spiritu, ad patrẽ. Ergo iam non estis hospites & aduenæ: sed estis ciues sanctorum & domestici Dei, superædificati super fundamentum Apostolorum & prophetarũ ipso summo angulari lapide Iesu Christo: in quo omnis ædificatio constructa, crescit in templum sanctum in Domino, in quo & vos coædificamini in habitaculum Dei in spiritu sancto.

Coloss. 2 d
Roma. 5 a

S. GRATIA Paulo collata est ad diuersorũ collationem mysteriorum, executionem & effectum eorum, ut illius gentes fierent participes. CAPVT III.

A' HIVius rei gratia ego Paulus vinctus Christi Iesu, pro vobis gentibus: si tamen audistis dispensationem gratiæ Dei quæ data est mihi in vobis: quoniam secundum reuelationem notum mihi factũ est sacramentum, sicut suprà scripsi in breui: prout potestis legentes intelligere prudentiã meam in mysterio Christi, quod alijs generationibus non est agnitũ filijs hominum, sicuti nũc reuelatum est sanctis Apostolis eius & prophetis in spiritu, gentes esse cohæredes, & concorporales & cõparticipes promissionis eius in Christo Iesu per Euangelium, Cuius factus sum ego minister secundum donum gratiæ Dei, quę data est mihi secundum operationem virtutis eius. Mihi enim omni-
B um sanctorum minimo, data est gratia hæc, In gentibus euãgelizare inuestigabiles diuitias Christi, & illuminare omnes quæ sit dispensatio sacramenti abscõditi à seculis in Deo, qui omnia creauit: vt innotescat principibus & potestatibus in cœlestibus, per ecclesiam, multiformis sapientia Dei, secundum præfinitionem seculorum, quam fecit in Christo Iesu Domino nostro, in quo habemus fiduciam & accessum in cõ
C fidentia, per fidem eius. Propter quod peto, ne deficiatis in tribulationibus meis pro vobis: quæ est gloria vestra. Huius rei gratia flecto genua mea ad patrem Domini nostri Iesu Christi, ex quo omnis paternitas in cœlis & in terra nominatur, vt det vobis secundum diuitias gloriæ suæ, virtutem corroborari per spiritum eius in interiori homine: Christum habitare per fidem in cordibus vestris, in charitate radicati & fundati,
D vt possitis comprehendere cum omnibus sanctis, quæ sit latitudo & longitudo & sublimitas, & profundum, scire etiam supereminentem scientiæ charitatem Christi, vt impleamini in omnem plenitudinem Dei. Ei autem qui potẽs est omnia facere superabundanter quàm petimus aut intelligimus, secundum virtutem quæ operatur in nobis: ipsi gloria in ecclesia, & in Christo Iesu in omnes generationes seculi seculorum.

1. Cor. 15 b

S. ECCLE

S. ECCLESIA *humano corpori collata, & membrorum distinctione formata, unitati, & morum honestati studeat.*

CAPVT IIII.

A OBsecro itaq; vos ego vinctus in Domino, vt digne ambuletis vocatione qua vocati estis, cum omni humilitate & mansuetudine, cum patientia, supportantes inuicē in charitate, soliciti seruare
Roma. 12 c 1.Cor.12 b vnitatē spiritus in vinculo pacis. Vnum corpus, & vnus spiritus: sicut vocati estis in vna spe vocationis vestræ. Vnus Dominus, vna fides, vnū baptisma. Vnus Deus & pater omniū,
Gala. 2 b qui super omnes & per omnia & in omnibus nobis. Vnicuique autem nostrū data est gratia secundū mensurā donatiōis
B Christi. Propter quod dicit, Ascendens in altū, captiuā duxit
Roma.12 a 1.Cor.12 b captiuitatē: dedit dona hominibus. Quòd aūt ascēdit, quid est,
2.Cor.10 d nisi quia & descēdit primū in inferiores partes terræ? Qui de-
Psal.67 d scendit: ipse est & qui ascēdit supra omnes cœlos, vt impleret
1.Cor.12 d omnia. Et ipse dedit quosdā quidē Apostolos, quosdā autem prophetas, alios verò Euāgelistas, alios aūt pastores & doctores ad cōsummationē sanctorū in opus ministerij in ædificationem corporis Christi: donec occurramus omnes in vnitatem fidei & agnitionis filij Dei, in virū perfectū, in mensurā
C ætatis plenitudinis Christi: vt iam non simus paruuli, fluctuātes, & circunferamur omni vento doctrinæ in nequitia hominum, in astutia ad circunuentionē erroris: veritatem autem facientes in charitate, crescamus in illo per omnia, qui est caput,
D Christus: ex quo totum corpus compactū & cōnexum per omnem iuncturam subministrationis, secundū operationem in mensuram vniu scuiusq; membri, augmentū corporis facit in ædificationem sui in charitate. Hoc igitur dico & testificor
Rom.1 c in Domino: vt iam non ambuletis sicut & gentes ambulāt in vanitate sensus sui tenebris obscuratum habētes intellectum,
E alienati à vita Dei per ignorantiā quæ est in illis propter cæcitatem cordis ipsorū, qui desperantes, semetipsos tradiderūt impudicitiæ, in operationem immūditiæ omnis in auaritiam.
Colos.3 b Roma.6 a Colos.3 b Hebr.12 a Vos autē nō ita didicistis Christum: si tamen illū audistis & in ipso edocti estis, sicut est veritas in Iesu, deponere vos secūdum pristinam conuersationem veterem hominem, qui corrumpitur secundum desyderia erroris. Renouamini autē spiritu mentis vestræ: & induite nouum hominem qui secundū Deum creatus est in iustitia, & sanctitate veritatis. Propter
1.Pet.2 & 4 a quod deponentes mendacium, loquimini veritatē vnusquisq; cum proximo suo: quoniam sumus inuicem membra. Irasci-
F mini: & nolite peccare. Sol nō occidat super iracundiā vestrā.
Zach.8 c Psal.4 b Luc.4 d Nolite locum dare diabolo. Qui furabatur iam non furetur: magis autē laboret, operando manibus suis quod bonum est, vt habeat vnde tribuat necessitatē patienti. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat: sed si quis bonus ad ædificationem fidei, vt det gratiam audientibus. Et nolite contristare
G spiritum sanctum Dei in quo signati estis in die redemptiōis.
Omnis amaritudo, & ira, & indignatio, & clamor, & blasphemia, tollatur à vobis cum omni malitia. Estote autem inuicem
Colos.3 g benigni, misericordes, donantes inuicem sicut & Deus in Christo donauit vobis.

S. CHRISTI *gratiam desyderantes carnis uitia, gulæ & luxuriæ, & earum causas fugiant: & inde coniuges sibi conueniant.*

CAPVT V.

A ESTote ergo imitatores Dei, sicut filij charissimi: & ambulate in dilectione, sicut & Christus dilexit nos, & tradidit semetipsum pro nobis oblatio-
Ioan.13 d & 15 b 1.Ioan.4 d nem & hostiam Deo in odorem suauitatis. Fornicatio autē & omnis immūditia, aut auaritia nec nominetur in
Colos.3 a vobis, sicut decet sanctos: aut turpitudo, aut stulti loquiū, aut scurrilitas, quæ ad rem non pertinet: sed magis gratiarū actio.
B Hoc enim scitote intelligētes, quòd omnis fornicator, aut immundus, aut auarus, quod est idolorū seruitus, non habet hæreditatem in regno Christi & Dei. Nemo vos seducat inanibus verbis: propter hæc enim, venit ira Dei in filios diffiden-
2.Thes.2 a tiæ. Nolite ergo effici participes eorū. Eratis enim aliquando
Matt.24 a tenebræ: nunc autem lux in Domino. Vt filij lucis ambulate
Marc.13 a (fructus enim lucis, est in omni bonitate, & iustitia, & verita-
Luc.21 b te) probantes quid sit beneplacitum Deo: & nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autem redarguite. Quæ enim in occulto fiunt ab ipsis, turpe est & dicere.
C Omnia aūtē quæ arguuntur: à lumine manifestantur. Omne enim quod manifestatur, lumen est. Propter quod dicit,
D Surge qui dormis, & exurge à mortuis: & illuminabit te Christus. Videte itaque fratres quomodo cautè ambuletis, nō qua-
Colos.4 a si insipientes, sed vt sapientes: redimentes tempus, quoniam
Roma.12 a dies mali sunt. Propterea nolite fieri imprudentes: sed intelli-
1.Thes.4 a gentes quæ sit voluntas Dei. Et nolite inebriari vino in quo est luxuria, sed implemini spiritu sancto, loquētes vobismetipsis in psalmis, hymnis, & canticis spiritualibus, cantantes &
E psallentes in cordibus vestris Domino: gratias agentes semper pro omnibus, in nomine Domini Iesu Christi Deo &
Colos.3 a patri. Subiecti inuicem: in timore Christi. Mulieres viris suis
1.Cor.12 a subditæ sint, sicut Domino: quoniam vir, caput est mulieris:
Colos.3 c sicut Christus, caput est ecclesie. ipse, saluator corporis eius.
1.Pet.3 a Sed sicut ecclesia subiecta est Christo: ita & mulieres viris suis in omnibus. Viri, diligite vxores vestras, sicut & Chri-
F stus dilexit ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea: vt illam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in verbo vitæ, vt exhiberet ipse sibi gloriosam ecclesiam non habentem maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi, sed vt sit sancta & immaculata. Ita & viri debent diligere vxores suas vt corpora sua. Qui suam vxorem diligit: seipsum diligit. Nemo enim vnquam carnem suam odio habuit: sed nutrit & fouet eam, sicut & Christus ecclesiam, quia membra sumus corporis eius:
Gene.2 d de carne eius & de ossibus eius. Propter hoc relinquet homo
G Matt.19 a patrem & matrem suam: & adhærebit vxori suæ, & erunt
Mar.10 a duo in carne vna. Sacramentum hoc magnum est, ego autem
1.Cor.6 d dico in Christo & in ecclesia. Veruntamen & vos singuli vnusquisq; vxorem suam sicut seipsum diligat: vxor autem timeat virum suum.

S. PARENTIBVS *filij obediant, sed & parentes filijs modestius cōuersentur: serui Dominis obsequantur, & domini seruis minas remittant, ne in tentationes uarias incidant.*

CAPVT VI.

A FIlij, obedite parentibus vestris in Domino, hoc
Colos.3 d enim iustum est. Honora patrem tuum & matrē
Exod.20 c tuam quod est mandatum primum in promissio-
Deut.5 c ne, vt bene sit tibi, & sis longæuus super terram.
Eccl.3 b Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios vestros:
Matt.15 a sed educate illos in disciplina & correptione Domini. Serui
Mar.7 d obedite dominis carnalibus, cum timore & tremore, in sim-
Colos.3 d plicitate cordis vestri, sicut Christo: non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed vt serui Christi, facientes
Tit.2 c 1.Pet.2 c voluntatem Dei, ex animo: cum bona voluntate seruientes: si-
B cut Domino & nō hominibus, scientes quoniam vnusquisq; quodcunq; fecerit bonum: hoc recipiet à Domino, siue seruus, siue liber. Et vos Domini eadē facite illis, remittētes minas: sciētes quia & illorum & vester Dominus, est in cœlis: &
Deut.10 d personarū acceptio non est apud eum. De cætero fratres con-
2.Par.19 c fortamini in Dño, & in potētia virtutis eius. Induite vos arma
Iob 34 b turā Dei: vt possitis stare aduersus insidias diabolj, quoniā nō
Sapien.6 b est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinē: sed aduer-
Eccl.35 b sus principes & potestates, aduersus mūdi rectores tenebrarū
Roma.2 b harū, cōtra spiritualia nequitiæ in cœlestibus. Propterea acci-
C Galat.2 b pite armaturam Dei: vt possitis resistere in die malo, & in o-
Colos.3 d mnibus perfecti stare. State ergo succincti lumbos vestros in
Act.10 c veritate, & induti loricam iustitiæ, & calceati pedes in præ-
1.Pet.1 c parationem euangelij pacis. in omnibus sumentes scutū fidei, in quo possitis omnia tela nequissimi ignea extinguere. & ga-

leam

1.Thes.5 b Esa.59 c Coloss.4 d 2.Thes.3 d

leam salutis assumite: & gladium spiritus, quod est verbum Dei. Per omnem orationem & obsecrationē orantes omni tempore in spiritu: & in ipso vigilantes in omni instantia, & obsecratione pro omnibus sanctis: & pro me, vt detur mihi sermo in apertione oris mei cum fiducia, notum facere mysterium Euangelij, pro quo legatione fungor in catena, ita vt in ipso audeam, prout oportet me loqui. Vt autē & vos sciatis quæ circa me sunt, quid agam: omnia vobis nota faciet Tychichus, charissimus frater & fidelis minister in Domino: quē misi ad vos in hoc ipsum vt cognoscatis quæ circa nos sunt, & consoletur corda vestra. Pax fratribus & charitas cum fide à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratia cum omnibus qui diligunt Dominum nostrum Iesum Christum in incorruptione. Amen.

ARGVMENTVM IN Epistolam Pauli ad Philippenses.

PHILIPPENSES, *sunt Macedones. Hi accepto uerbo ueritatis, perstiterunt in fide, nec receperunt falsos apostolos. Hos collaudat Apostolus scribens eis à Roma de carcere, per Epaphroditum.*

Epistola Pauli ad Philippenses.

S. LICET *Pauli prædicatio fuerit Philippensibus propter hostes difficilis, sibi tamen & ipsis fuit cum gaudio utilis.*

CAPVT I.

A PAVLVS Et Timótheus serui Iesu Christi: omnibus sanctis in Christo Iesu, qui sunt Philippis cum episcopis & diaconibus: gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo.

Gratias ago Deo meo in omni memoria vestri semper in cunctis orationibus meis pro omnibus vobis: cū gaudio deprecationem faciēs super cōmunicatione vestra in Euāgelio Christi à prima die vsq; nūc. confidens hoc ipsum quia qui cœpit in vobis opus B bonum, perficiet vsq; in diem Christi Iesu, sicut est mihi iustum hoc sentire pro omnibus vobis: eo quòd habeam vos in corde, & in vinculis meis, & in defensione, & confirmatione Euangelij, cum socij gaudij mei omnes vos sitis. Testis enim mihi est Deus quomodo cupiā omnes vos in visceribus Iesu Christi. Et hoc oro, vt charitas vestra magis ac magis abundet in omni scientia & in omni sensu: vt probetis potiora, & vt sitis synceri & sine offensa in diem Christi, repleti fructu iustitiæ per Iesum Christum, in gloriam & laudem Dei. Scire autem volo vos fratres, quòd quæ circa me sunt magis ad profectum venerunt Euangelij: ita vt vincula mea manifesta fierent in Christo in omni prætorio & in cæteris omnibus, & plures è fratribus in Dño cōfidētes in vinculis meis, abūdātius auderent sine timore verbū Dei loqui. Quidā quidem & propter inuidiā & cōtentionē: quidā autē & propter bonā volūtatem C Christū prædicant. Quidā ex charitate: scientes quoniā in defensionē euāgelij positus sum. Quidā aūt ex cōtentione Christum annūtiant nō syncerè: existimantes pressurā se suscitare vinculis meis. Quid enim? Dūmodo omni modo siue per occasionē siue per veritatē Christus annūtiatur: & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Scio enim quia hoc mihi proueniet ad salutem, per vestrā orationē & subministrationē spiritus Iesu Christi, secundū expectationē & spē meā, quòd in nullo cōfundar, sed in omni fiducia sicut semper, & nūc magnificabitur Christus in corpore meo, siue per vitā, siue per mortem. Mihi enim viuere Christus est: & mori lucrum. Quòd si viuere in carne: hic mihi fructus operis est, et quid eligam ignoro. Coartor autem D è duobus: desyderiū habens dissolui & esse cum Christo, multo magis melius: permanere autem in carne, necessarium propter vos. Et hoc cōfidens, scio quia manebo & permanebo omnibus vobis ad profectū vestrum & gaudium fidei: vt gratulario vestra abundet in Christo Iesu in me, per meum aduentum iterum ad vos. Tantum digne euangelio Christi cōuersamini: vt siue cum venero & videro vos, siue absens, audiā de vobis quia statis in vno spiritu, vnanimes, collaborantes fidei euangelij: & in nullo terreamini ab aduersarijs, quę illis est causa perditionis: vobis autem salutis, & hoc à Deo. quia vobis donatum est pro Christo, non solum vt in eum credatis, sed vt etiam pro illo patiamini, idem certamen habentes quale & vidistis in me, & nunc auditis de me.

S. PROXIMORVM *commodis in fidei & charitatis unitate, uera* CHRISTI *humilitate, & sanctitate studendum est sine murmure & querela.* CAPVT II.

A SI qua ergo cōsolatio in Christo, si quod solatium charitatis, si qua societas spiritus, si qua viscera miserationis: implete gaudiū meū, vt idem sapiatis, eandē charitatē habentes, vnanimes, idipsum sentientes. nihil per contentionē, neq; per inanem gloriam: sed in humilitate, superiores sibi inuicē arbitrantes: nō quæ sua sunt singuli cōsyderantes: sed & ea quę aliorū. Hoc enim sentite in vobis, quod & in Christo Iesu, qui cū in forma Dei esset, non rapinā arbitratus est esse se æqualē Deo, sed semetipsum exinaniuit formā serui accipiens, in similitudinē hominū factus, & habitu inuentus vt homo. Humiliauit semetipsum, factus Heb.2 b
B obediēs vsq; ad mortē: mortem autē crucis. Propter quod & Deus exaltauit illū: & donauit illi nomē quod est super omne Roma.14 b
nomen: vt in nomine Iesu omne genu flectatur, cœlestiū, terrestrium, & infernorum: & omnis lingua cōfiteatur quia Dñs Iesus Christus in gloriā est Dei patris. Itaq; charissimi mei, sicut semper obedistis: nō vt in præsentia mea tantū, sed multo magis nūc in absentia mea, cū metu & tremore vestrā salutem operamini. Deus est enim qui operatur in vobis & velle & perficere, pro bona volūtate. Omnia autē facite sine mur- 1.Pet.4 c
murationibus & hæsitationibus: vt sitis sine querela, & simplices filij Dei, sine reprehēsione in medio natiōis prauę & puersæ. Inter quos lucetis sicut luminaria in mūdo: verbū vitæ cōtinētes ad gloriā meā in diē Christi, quia nō in vacuū cucurri:
C neq; in vacuū laboraui. Sed etsi immolor supra sacrificium & obsequiū fidei vestræ: gaudeo, & cōgratulor omnibus vobis. Idipsum autē & vos gaudete, & cōgratulamini mihi. Spero Act.16 a
autem in Dño Iesu, Timótheum me citò mittere ad vos: vt & ego bono animo sim, cognitis quæ circa vos sunt. Neminem enim habeo tam vnanimem, qui syncera affectione pro vobis solicitus sit. Omnes enim quæ sua sunt, querūt, non quæ sunt 1.Cor.13 b
Iesu Christi. Experimentum autem eius cognoscite, quia sicut patri filius, mecum seruiuit in Euāgelio. Hūc igitur spero me mittere ad vos: mox vt videro quæ circa me sunt. Confido
D autē in Dño, quoniā & ipse veniā ad vos citò. Necessariū autem existimaui, Epaphroditū fratrē & cooperatorē & cōmilitonē meum, vestrū autē Apostolū, & ministrū necessitatis meæ, mittere ad vos. Quoniā quidē omnes vos desyderabat: & mœstus erat, propterea quòd audieratis illū infirmatū. Nā & infirmatus est vsq; ad mortē: sed Deus misertus est eius. nō solū autē eius: verū etiā & mei, ne tristitiā super tristitiā habere. Festinātius ergo misi illū: vt viso eo, iterum gaudeatis, & ego sine tristitia sim. Excipite itaq; illū cum omni gaudio in Domino: & eiusmodi cum honore habetote: quoniam propter opus Christi, vsq; ad mortem accessit: tradens animam suā, vt impleret id quod ex vobis deerat erga meū obsequiū.

S. QVI

S. QVI *legalia prædicant Euangelio præferenda uitandi sunt, sicut & Paulus ipse ut* CHRISTVM *& gratiam eius lucraretur, uitauit.* CAPVT III.

A DE cætero fratres mei gaudete in Domino. Eadem vobis scribere, mihi quidem non pigrũ: vobis autem necessarium. videte canes, videte malos operarios: videte concisionẽ. Nos enim sumus circuncisio, qui spiritu seruimus Deo: & gloriamur in Christo Iesu, & non in carne fiduciam habentes, quamquam & ego habeã confidentiam in carne. Si quis alius videtur confidere in carne: ego magis, circuncisus octauo die, ex genere Israel, de tribu
B Beniamin, Hebræus ex Hebræis, secundũ legem pharisæus, secundũ æmulationẽ persequens ecclesiã Dei, secundũ iustitiam quæ in lege est conuersatus sine querela. Sed quæ mihi fuerunt lucra, hæc arbitratus sum propter Christũ detrimẽta. Veruntamen existimo omnia detrimentũ esse propter eminentẽ scientiã Iesu Christi Domini mei: propter quẽ omnia detrimentũ feci, & arbitror vt stercora, vt Christũ lucrifaciã, vt & inueniar in illo non habens meam iustitiam quæ ex lege est, sed illam quæ ex fide est Christi, quæ ex Deo est iustitia
C in fide: ad cognoscendũ illum, & virtutẽ resurrectionis eius, & societatem passionũ illius: configuratus morti eius, si quo modo occurrã ad resurrectionem quæ est ex mortuis. Non quòd iã acceperim, aut iam perfectus sim: sequor autẽ si quo modo comprehendam in quo & cõprehensus sum à Christo Iesu. Fratres, ego me nõ arbitror comprehendisse. Vnũ autem: quæ quidem retro sunt obliuiscens, ad ea verò quæ sunt priora extẽdens meipsum, ad destinatũ persequor, ad brauiũ supernæ vocationis Dei in Christo Iesu. Quicunq; ergo perfecti sumus, hoc sentiamus: & si quid aliter sapitis, & hoc vobis Deus reuelabit. Veruntamen ad quod peruenimus, vt idẽ sapiamus, in eadẽ permaneamus regula. Imitatores mei estote fratres: & obseruate eos qui ita ambulant sicut habetis formam *nos. Multi enim ambulãt quos sæpe dicebã vobis (nũc autem & flens dico!) inimicos crucis Christi: quorũ finis interitus: quorum Deus, venter est: & gloria in confusione ipsorum, qui terrena sapiunt. Nostra autem conuersatio in cœlis est: vnde etiam saluatorem expectamus Dominum nostrum Iesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ configuratum corpori claritatis suæ, secundũ operationẽ virtutis suæ qua etiam possit subijcere sibi omnia.

act. 23 b

D

Roma. 16 c

*alias nostram.

S. IN *fide & charitate fundati pietatis opera in futurũ sicut à principio conuersionis sectentur.* CAPVT IIII

A ITaque fratres mei' charissimi & desyderatissimi, gaudium meum & corona mea: sic state in Domino charissimi. Euodiam rogo & Syntychen deprecor, idipsum sapere in Domino. Etiam rogo & te germane compar: adiuua illas quæ mecum laborauerunt in Euangelio cum Clemente, & cæteris adiutoribus meis, quorum nomina sunt in libro vitæ. Gaudete in Domino semper: iterum dico, gaudete. Modestia vestra nota sit omnibus hominibus. Dominus propè est. Nihil soliciti sitis: sed in omni oratione & obsecratione cum gratiarum actione petitio
B nes vestræ innotescant apud Deum. Et pax Dei quæ exuperat omnem sensum, custodiat corda vestra & intelligentias vestras in Christo Iesu. De cætero fratres, quæcunque sunt vera, quæcunq; pudica, quæcunq; iusta, quæcunq; sancta, quæcunq; amabilia, quæcunque bonæ famæ, si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitate. Quæ & didicistis, & accepistis, & audistis, & vidistis in me: hæc agite, & Deus pacis erit vobiscum. Gauisus sum autem in Domino vehementer, quoniã tandem aliquando refloruistis pro me sentire, sicut & sentiebatis, occupati autem eratis. Non quasi propter penuriam dico, ego enim didici, in quibus sum, sufficiens esse, Scio & humiliari: scio & abundare, vbiq; & in omnibus institutus sum: & satiari, & esurire, & abundare, & penuriã pati. Omnia pos-
C sum in eo qui me confortat. Vetuntamen bene feciſtis cõmunicantes tribulationi meæ. Scitis autem & vos Philippenses, quòd in principio Euangelij quando profectus sum à Macedonia, nulla mihi ecclesia cõmunicauit in ratione dati & accepti, nisi vos soli, quia & Thessalonicam, semel & bis in vsum mihi misistis. Non quòd quæro datum: sed requiro fructum
D abundatẽ in rationem vestram. Habeo autem omnia, & abundo: repletus sum, acceptis ab Epaphrodito quæ misistis, in odorem suauitatis, hostiam acceptam, placentem Deo. Deus autem meus impleat omne desyderiũ vestrum, secundũ diuitias suas in gloria, in Christo Iesu. Deo autem & patri nostro gloria in secula seculorum. Amen. Salutate omnem sanctũ in Christo Iesu. Salutant vos qui mecũ sunt, fratres. Salutant vos omnes sancti: maximè autem qui de Cæsaris domo sunt. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum spiritu vestro. Amen.

Rom. 12 d

ARGVMENTVM IN Epistolam Pauli ad Colossenses.

COLOSSENSES, *& hi, sicut Laodicenses, sunt Asiani. Et ipsi præuenti erant à pseudoapostolis. Nec ad hos accessit ipse Apostolus, sed & hos per epistolã corrigit. Audierant enim uerbũ ab Archippo, qui & ministeriũ in eos accepit. Ergo Apostolus iam ligatus, scribit eis ab Epheso per Tychicum diaconum, & Onesimum Acolûthũ.*

Epistola Pauli ad Colossenses.

S. EVANGELICAE *authoritati firmiter adhærentes, fidem, spem, & charitatem adepti, gratias Deo agamus oportet.* CAPVT I.

A PAVLVS Apostolus Iesu Christi per voluntatẽ Dei, & Timótheus frater: ijs qui sunt Colossis sanctis & fidelibus fratribus in Christo Iesu, gratia vobis & pax à Deo patre nostro. Gratias agimus Deo & patri Domini nostri Iesu Christi, semper pro vobis orantes: audiẽtes fidẽ vestram in Christo Iesu, & dilectionẽ quam habetis in sanctos omnes, propter spem quæ reposita est vobis in cœlis, quam audistis in verbo veritatis Euangelij, quod peruenit
B ad vos sicut & in vniuerso mundo est, & fructificat, & crescit, sicut & in vobis ex ea die qua audistis & cognouistis gratiam Dei in veritate, sicut didicistis ab Epaphra charissimo conseruo nostro, qui est fidelis pro vobis minister Christi Iesu, qui etiã manifestauit nobis dilectionem vestram in spiritu. Ideò & nos ex qua die audiuimus, nõ cessamus pro vobis orãtes & postulãtes vt impleamini agnitione volũtatis eius in omni sapientia & intellectu spirituali, vt ambuletis dignè Deo, per omnia placẽtes, in omni opere bono fructificãtes, & crescẽtes in scientia Dei, in omni virtute cũfortati secundũ potentiam claritatis eius, in omni patiẽtia & longanimitate: cum gaudio
C gratias agentes Deo patri qui dignos nos fecit in partem sortis sanctorum in lumine: qui eripuit nos de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij dilectionis suæ, in quo habemus redemptionẽ, & remissionem peccatorum: qui est imago Dei inuisibilis, primogenitus omnis creaturæ, quoniam in ipso condita sunt vniuersa in cœlis & in terra, visibilia & inuisibilia, siue throni, siue dominationes, siue principatus,

siue

siue potestates, omnia per ipsum & in ipso creata sunt, & ipse est ante omnes, & omnia in ipso cõstant: & ipse est caput cor
1.Cor.15 c poris ecclesiæ, qui est principiũ, primogenitus ex mortuis: vt
Apoc.1 b sit in omnibus ipse primatũ tenens, quia in ipso complacuit omnem plenitudinem inhabitare: & per eum reconciliare omnia in ipsum, pacificans per sanguinem crucis eius siue quæ in terris, siue quæ in cœlis sunt. Et vos cum essetis aliquando alienati & inimici sensu, in operibus malis: nunc autẽ reconciliauit in corpore carnis suæ per mortẽ, vt exhiberet vos sanctos & immaculatos & irreprehensibiles coram ipso: si tamẽ permanetis in fide fundati & stabiles & immobiles à spe euãgelij quod audistis, quod prædicatum est in vniuersa creatura
D quæ sub cœlo est, cuius factus sum ego Paulus minister. Qui nunc gaudeo in passiõibus pro vobis, & adimpleo ea quæ desunt passionum Christi, in carne mea pro corpore eius quod est ecclesia. Cuius factus sum ego minister secundum dispensationem Dei quæ data est mihi in vobis, vt impleam verbũ Dei, mysterium quod absconditum fuit à seculis & generationibus, nunc autem manifestatum est sanctis eius, quibus voluit Deus notas facere diuitias gloriæ sacramenti huius in gẽtibus, quod est Christus, in vobis spes gloriæ, quem nos annuntiamus, corripientes omnem hominem, & docentes omnem hominem in omni sapientia, vt exhibeamus omnẽ hominem perfectum in Christo Iesu. in quo & laboro, certando secundum operationem eius quam operatur in me in virtute.

S. CONVERSI ad fidem hæreticos uitẽt & fallaces, ne & ipsos trahant in hæreses & legalia per CHRISTVM sufficienter impleta. CAPVT II.

A VOlo enim vos scire qualem solicitudinem habeã pro vobis & pro ijs qui sunt Laodiciæ, & quicunque non viderunt faciem meã in carne: vt consolentur corda ipsorum, instructi in charitate, & in omnes diuitias plenitudinis intellectus in agnitionem mysterij Dei & patris & Christi Iesu, in quo sunt omnes thesauri sapientiæ & scientiæ absconditi. Hoc autem dico: vt nemo
2.Cor.5 b vos decipiat in sublimitate sermonũ. Nam etsi corpore absens sum: sed spiritu vobiscum sum, gaudens, & videns ordinem vestrum, & firmamentum eius quæ in Christo est fidei
B vestræ. Sicut ergo accepistis Iesum Christum Dominum: in ipso ambulate, radicati & superædificati in ipso, & confirmati in fide sicut & didicistis, abundantes in illo in gratiarũ actione. Videte ne quis vos decipiat per philosophiã & inanem fallaciam: secundum traditionem hominum, secundum elementa mundi, & non secundum Christum. Quia in ipso inhabitat omnis plenitudo diuinitatis corporaliter: & estis in illo repleti, qui est caput omnis principatus & potestatis: in quo & circuncisi estis circuncisione non manufacta in expoliatione cor
C poris carnis, sed in circuncisione Christi, consepulti ei in baptismo in quo & resurrexistis per fidem operationis Dei, qui
Ephe.2 a suscitauit illum à mortuis. Et vos cum mortui essetis in delictis & præputio carnis vestræ, conuiuificauit cum illo: donãs vobis omnia delicta, delens quod aduersus nos erat, chirographum decreti, quod erat contrarium nobis: & ipsum tulit de medio, affigens illud cruci; & expolians principatus & potestates traduxit confidenter palàm, triumphans illos in semetipso. Nemo ergo vos iudicet in cibo aut in potu, aut in parte
D diei festi, aut neomeniæ, aut sabbathorum; quæ sunt vmbra
Matt.24 a futurorum, corpus autem Christi. Nemo vos seducat, volens in humilitate & religione Angelorum, quæ non vidit ambulans, frustrà inflatus sensu carnis suæ, & non tenens caput ex quo totum corpus per nexus & coniunctiones subministratum & constructum crescit in augmentum Dei. Si mortui estis cum Christo ab elementis huius mundi: quid adhuc tãquam viuentes in mundo decernitis? Ne tetigeris, neq; gustaueris, neque cõtrectaueris: quæ sunt omnia in interitum ipso vsu, secũdũ præcepta & doctrinas hominũ. Quæ sunt rationẽ quidẽ habẽtia sapiẽtiæ in superstitiõe & humilitate, & nõ ad parcendũ corpori, nõ in honore aliquo ad saturitatem carnis.

S. IN fide radicati nouum uiuendi modum induant, ac peruersos mores & carnales exuant, bonos acquirant, & cum sapientia charitatem in omni statu conseruent. CAPVT III.

A IGitur si consurrexistis cũ Christo: quæ sursum sunt quærite, vbi Christus est in dextera Dei sedens. quæ sursum sunt sapite: non quæ super terram. Mortui enim estis, & vita vestra est abscondita cum Christo in Deo. Cum autem Christus apparuerit, vita vestra: tunc & vos apparebitis cum ipso in gloria. Morti- Ephe.5 a
ficate ergo membra vestra quæ sunt super terram, fornicationem, immunditiam, libidinem, concupiscentiam malam, & auaritiam, quæ est simulachrorum seruitus, propter quæ venit ira Dei super filios incredulitatis. In quibus ambulastis
B aliquando cum viueretis in illis. Nunc autem deponite & vos Rom.6 d
omnia: iram, indignationem, malitiam, blasphemiam, turpem Ephe.4 e
sermonem de ore vestro. Nolite mentiri inuicẽ: expoliantes Hebr.12 d
vos veterem hominem cum actibus suis, & induentes nouũ 1.Petr.2 d
eum qui renouatur in agnitionem, secundũ imaginẽ eius qui & 4 d
creauit illum: vbi non est gentilis & Iudæus, circũcisio & præputium, Barbarus & Scytha, seruus & liber: sed omnia & in
omnibus Christus. Induite vos ergo sicut electi Dei, sancti, Ephe.6 b
& dilecti viscera misericordiæ, benignitatem, humilitatem, modestiam, patientiam, supportãtes inuicẽ: & donãtes vobismetipsis si quis aduersus aliquẽ habet querelam. sicut & Do-
C minus donauit vobis: ita & vos. Super omnia autẽ hæc, charitatem habete, quod est vinculũ perfectionis: & pax Christi exultet in cordibus vestris, in quam & vocati estis in vno corpore: & grati estote. Verbũ Christi habitet in vobis abundãter, in omni sapientia docentes & commonẽtes vosmetipsos, psalmis, hymnis & canticis spiritualibus, in gratia cantantes
in cordibus vestris Deo. Omne quodcunq; facitis in verbo 1.Cor.10 g
aut in opere: omnia in nomine Dñi nostri Iesu Christi, gratias agentes Deo & patri per ipsum. Mulieres, subditæ esto- Ephe.5 c
D te viris, sicut oportet, in Domino. Viri, diligite vxores: & no 1.Pet.3 a
lite amari esse ad illas. Filij, obedite parẽtibus per omnia. Hoc Ephe.6 a
enim placitum est in Domino. Patres, nolite ad indignationẽ prouocare filios vestros: vt non pusillo animo fiant. Serui, o- Tit.2 c
bedite per omnia dominis carnalibus, non ad oculum seruien 1.Pet.2 c
tes quasi hominibus placentes, sed in simplicitate cordis, timẽtes Deum. Quodcunq; facitis, ex animo operamini sicut Domino & non hominibus: scientes quòd à Domino accipietis retributionẽ hæreditatis. Domino Christo seruite: qui enim Sapien.6 b
iniuriam facit, recipiet id quod iniquè gesit: & non est per- Rom.2 b
sonarum acceptio apud Deum.

S. FIDELES orationibus uacent, cum infidelibus autem sapienter ambulent. CAPVT IIII.

V DOmini, quod iustũ est & æquum, seruis præstate: scientes quòd & vos Dominum habetis in cœlo. Luc.18 d
Orationi instate: vigilãtes in ea in gratiarũ actio- 1.Thes.5 d
ne. Orantes simul & pro nobis, vt Deus aperiat Ephe.6 c
nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi 2.Thes.3 d
(propter quod etiam vinctus sum) vt manifestem illud ita vt
oportet me loqui. In sapientia ambulate ad eos qui foris sunt: Ephe.5 d
tempus redimẽtes. Sermo vester semper in gratia sale sit conditus: vt sciatis quomodo oporteat vos vnicuiq; respondere.
B Quæ circa me sunt, omnia vobis nota faciet Tychicus charissimus frater, & fidelis minister & cõseruus in Domino: quem misi ad vos ad hoc ipsum vt cognoscat quæ circa vos sunt, & consoletur corda vestra cum Onesimo charissimo & fideli fratre qui ex vobis est: qui omnia quæ hic aguntur, nota faciẽt vobis. Salutat vos Aristarchus concaptiuus meus, & Marcus cõsobrinus Barnabæ (de quo accepistis mãdata, Si venerit ad

vos,

C vos, ſuſcipite illum,) & Ieſus qui dicitur Iuſtus: qui ſunt ex circunciſione. Hi ſoli ſunt adiutores mei in regno Dei: qui mihi fuerunt ſolatio. Salutat vos Epaphras qui ex vobis eſt, ſeruus Chriſti Ieſu, ſemper ſolicitus pro vobis in orationibus, vt ſtetis perfecti & pleni in omni voluntate Dei. Teſtimonium enim illi perhibeo quòd habet multum laborē pro vobis, & pro ijs qui ſunt Laodiceæ, & qui Hierapoli. Salutat
D vos Lucas medicus chariſsimus, & Demas. Salutate fratres qui ſunt Laodicæ: & Nympham, & quæ in domo eius eſt ec cleſiam. Et cum lecta fuerit apud vos epiſtola hæc, facite vt & Colo. 4 c in Laodicenſiū eccleſia legatur: & ea quæ Laodicenſium eſt, vt vobis legatur. Et dicite Archippo, Vide miniſteriū quod accepiſti in Domino, vt illud impleas. Salutatio: mea manu Pauli. Memores eſtote vinculorum meorum. Gratia Domini noſtri Ieſu Chriſti vobiſcum. Amen.

ARGVMENTVM IN Prímam epiſtolam Pauli ad Theſſalonicenſes.

THESSALONICENSES, *ſunt Macedones: qui in* CHRISTO IESV *accepto uerbo ueritatis, perſtiterunt in fide: etiam in perſecutione ciuium ſuorum. Præterea nec receperunt falſos Apoſtolos, nec eaquæ à falſis Apoſtolis dicebantur. Hos collaudat Apoſtolus: ſcribens eis ab Athenis per Tychicum Diaconum & Oneſimum Acolûthum.*

Epiſtola Pauli ad Theſsalonicenſes

Prima.

S. THESSALONICENSES *ad Pauli prædicationem facilè inter tribulationes conuerſi meritò laudandi, cæteris etiam ipſi prædicauerunt.* CAPVT I.

A PAVLVS & Syluanus & Timótheus eccleſiæ Theſſalonicenſium in Deo patre noſtro & Domino Ieſu Chriſto: gratia vobis & pax. Gratias agimus Deo ſemper pro omnibus vobis: memoriam veſtri faciētes in oratiōibus noſtris ſine intermiſsione, memores operis fidei ve-
B ſtrę & laboris, & charitatis, & ſuſtinētię ſpei Dñi noſtri Ieſu Chriſti, ante Deum & patrē noſtrū. Scientes fratres dilecti, à Deo electionē veſtram: quia Euangeliū noſtrū nō fuit ad vos in ſermone tantum, ſed & in virtute, & in ſpiritu ſancto, & in plenitudine multa, ſicut ſcitis quales fuerimus in vobis pro-
C pter vos. Et vos imitatores noſtri facti eſtis, & Dñi: excipientes verbum in tribulatione multa cū gaudio ſpiritus ſancti: ita vt facti ſitis forma omnibus credentibus in Macedonia & in Achaia. A vobis enim diffamatus eſt ſermo Dñi: nō ſolum in
D Macedonia & in Achaia, ſed & in omni loco fides veſtra quæ eſt ad Deū, profecta eſt, ita vt nō ſit nobis neceſſe quicquam loqui. Ipſi enim de nobis annuntiant, qualē introitum habuerimus ad vos: & quomodo cōuerſi eſtis ad Deū à ſimulachris ſeruire Deo viuo & vero, & expectare filiū eius de cœlis (quē ſuſcitauit ex mortuis) Ieſum, qui eripuit nos ab ira ventura.

S. QVALIS *Theſſalonicenſibus Paulus prædicando conuixit, tales fuerunt ipſi in conuerſione, & forti inter tribulationes conſtantia.* CAPVT II.

A NAm & ipſi ſcitis fratres introitum noſtrum ad vos quia non inanis fuit: ſed antè paſsi multa & contumelijs affecti (ſicut ſcitis) in Philippis, fiducia habuimus in Deo noſtro loqui ad vos euā-
lium Dei in multa ſolicitudine. Exhortatio enim noſtra non de errore, neq; de immūditia, neq; in dolo: ſed ſicut probati ſumus à Deo vt crederetur nobis Euangeliū, ita loquimur. Nō quaſi hominibus placentes, ſed Deo qui probat corda noſtra. Neq; enim aliquando fuimus in ſermone adulationis, ſicut ſcitis: neq; in occaſione auaritiæ, Deus teſtis eſt: nec querentes ab hominibus gloriam, neque à vobis, neq; ab alijs. Cum poſſemus vobis oneri eſſe, vt Chriſti Apoſtoli: ſed facti ſumus paruuli in medio veſtri, tanquam ſi nutrix foueat filios ſuos: Ita deſyderantes vos cupidè, volebamus tradere vobis non ſolum Euangelium Dei, ſed etiam animas noſtras: quoniā chariſsimi nobis facti eſtis. Memores enim facti eſtis fratres laboris noſtri & fatigationis. Nocte & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus: prædicauimus in vobis Euangelium Dei. Act. 20 g
Vos teſtes eſtis & Deus, quàm ſanctè & iuſtè & ſine querela 1. Cor. 4 c
vobis qui credidiſtis, fuimus: ſicut ſcitis qualiter vnumquen- 2. Theſ. 2 b
que veſtrū (ſicut pater filios ſuos) deprecantes vos & conſo-
C lantes, teſtificati ſumus vt ambularetis digne Deo, qui vocauit vos in ſuum regnum & gloriam. Ideò & nos gratias agimus Deo ſine intermiſsione: quoniam cum accepiſſetis à nobis verbum auditus Dei, accepiſtis illud non vt verbum hominū, ſed (ſicut eſt verè) verbum Dei, qui operatur in vobis qui credidiſtis. Vos enim imitatores eſtis fratres, eccleſiarum Dei quæ ſunt in Iudæa, in Chriſto Ieſu: quia eadem paſsi eſtis & vos à contribulibus veſtris, ſicut & ipſi à Iudæis, qui & Do-
minū occiderunt Ieſum, & prophetas, & nos perſecuti ſunt,
D & Deo non placent: & omnibus hominibus aduerſantur. prohibentes nos gentibus loqui, vt ſalui fiant, vt impleant peccata ſua ſemper. Peruenit enim ira Dei ſuper illos vſque in finem. Nos autem fratres deſolati à vobis ad tempus horæ, aſpectu, non corde: abundantius feſtinauimus faciem veſtram videre cum multo deſyderio. Quoniā voluimus venire ad vos, ego quidem Paulus, & ſemel & iterum: ſed impediuit nos ſatanas. Quæ eſt enim noſtra ſpes, aut gaudiū, aut corona gloriæ? Nónne vos ante Dominum noſtrum Ieſum Chriſtum eſtis in aduentu eius? vos enim eſtis gloria noſtra & gaudium.

S. PAVLVS *per nuntium Theſſalonicenſibus miſſum ſuper illorum conuerſatione certior factus, multiplicem illis optat gloriam & felicitatem.* CAPVT III.

A PRopter quod non ſuſtinētes amplius, placuit nobis remanere Athenis, ſolis: & miſimus Timó- Act. 16 d
theum fratrem noſtrum & miniſtrū Dei in euangelio Chriſti, ad confirmandos vos & exhortandos pro fide veſtra: vt nemo moueatur in tribulationibus iſtis. Ipſi enim ſcitis quòd in hoc poſiti ſumus. Nam & cum apud vos eſſemus, prædicebamus vobis paſſuros nos tribu-
B lationes, ſicut & factū eſt & ſcitis. Propterea & ego amplius non ſuſtinens, miſi ad cognoſcendam fidem veſtram, ne fortè tentauerit vos is qui tentat, & inanis fiat labor noſter. Nunc autem veniente Timótheo ad nos à vobis, & annuntiante nobis fidem & charitatem veſtram, & quia memoriam noſtri
C habetis bonam ſemper deſyderantes nos videre, ſicut & nos quoq; vos: ideò conſolati ſumus, fratres, in vobis in omni neceſsitate & tribulatione noſtra per fidem veſtram. Quoniam nunc viuimus, ſi vos ſtatis in Domino. Quam enim gratiarum actionem poſſumus Deo retribuere pro vobis, in omni gaudio quo gaudemus propter vos ante Deum noſtrum, no-
D cte ac die abundantius orantes vt videamus faciem veſtram, & compleamus ea quæ deſunt fidei veſtrę? Ipſe autem Deus & pater noſter & Dominus Ieſus Chriſtus dirigat viam noſtram ad vos. Vos autem Dominus multiplicet, & abundare faciat charitatem veſtram in inuicem & in omnes: quemadmodum & nos in vobis ad confirmanda corda veſtra ſine querela, in ſanctitate ante Deum & patrem noſtrum, in aduentu Domini noſtri Ieſu Chriſti cū omnibus ſanctis eius. Amen.

S. IN

S. IN fide firmati futuro studeāt profectui, & sibi à carnalibus uitijs & inordinata tristitia caueant. CAPVT IIII.

A DE cætero ergo fratres, rogamus vos & obsecramus in Domino Iesu: vt quemadmodum accepistis à nobis quomodo oporteat vos ambulare & placere Deo, sic & ambuletis, vt abundetis magis.
Rom.12 a Eph.5 d Scitis enim quæ præcepta dederim vobis per Dominum Iesum. Hæc est enim voluntas Dei, sanctificatio vestra: vt abstineatis vos à fornicatione, vt sciat vnusquisq; vestrum vas suũ
B possidere in sanctificatione & honore: non in passione desyderij, sicut & gentes quæ ignorant Deum. Et ne quis supergrediatur neq; circumueniat in negotio fratrem suum: quoniam vindex est Dominus de his omnibus, sicut prædiximus vobis, & testificati sumus. Non enim vocauit nos Deus in immunditiam: sed in sanctificationem. Itaq; qui hæc spernit, non hominem spernit, sed Deum, qui etiam dedit spiritũ
C suum sanctum in nobis. De charitate autem fraternitatis, non
Ioan.13 d & 15 b 1.Ioan.2 b & 4 d necesse habemus scribere vobis: ipsi enim vos à Deo didicistis, vt diligatis inuicem. Etenim illud facitis in omnes fratres in vniuersa Macedonia. Rogamus autem vos fratres vt abundetis magis: & operam detis vt quieti sitis, & vt vestrum negotium agatis, & operemini manibus vestris, sicut præcepimus vobis, & vt honestè ambuletis ad eos qui foris sunt: & nullius aliquid desyderetis. Nolumus autem vos ignorare fratres de dormientibus: vt non contristemini, sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim credimus quòd Iesus mortuus est & re-
D surrexit: ita & Deus eos qui dormierunt per Iesum, adducet cum eo. Hoc enim vobis dicimus in verbo Domini, quia nos
1.Cor.15 d qui viuimus, qui residui sumus in aduentum Domini, nõ præueniemus eos qui dormierunt. Quoniã ipse Dominus in iussu & in voce Archangeli & in tuba Dei descendet de cœlo: & mortui qui in Christo sunt, resurgent primi. Deinde nos qui viuimus qui relinquimur: simul rapiemur cum illis in nubibus obuiam Domino in aera, & sic semper cũ Domino erimus. Itaque consolamini inuicem in verbis istis.

S. AD iudicium futurum omnes se præparent, æquales consolando, maiores reuerendo, inferiores corrigendo, ac Deum & dona eius benedicendo. CAPVT V.

A DE temporibus autem & momentis fratres, nõ indigetis vt scribamus vobis. Ipsi enim diligenter
2.Pet.3 c Apoc.3 d & 16 c scitis quia dies Domini, sicut fur in nocte, ita veniet. Cum enim dixerint, pax & securitas: tunc repentinus eis superueniet interitus, sicut dolor in vtero habẽtis, & non effugiẽ. Vos autem fratres non estis in tenebris: vt vos dies illa tanquam fur comprehendat. Omnes enim vos, filij lucis estis, & filij diei. Non sumus noctis neque tenebrarũ. Igitur non dormiamus sicut & cæteri: sed vigilemus & sobrij
B simus. Qui enim dormiunt, nocte dormiunt: & qui ebrij sunt, nocte ebrij sunt. Nos autem qui diei sumus, sobrij simus, induti loricam fidei & charitatis. & galeam spem salutis. Quo-
Esa.59 b Eph.6 c niam non posuit nos Deus in iram: sed in acquisitionem salutis per Dominum nostrũ Iesum Christum, qui mortuus est pro nobis, vt siue vigilemus, siue dormiamus, simul cum illo viuamus. Propter quod consolamini inuicem: & ædificate alterutrum, sicut & facitis. Rogamus autem vos fratres, vt noue-
C ritis eos qui laborant inter vos & præsunt vobis in Domino & monent vos: vt habeatis illos abundantius in charitate propter opus illorum. Pacem habete cum eis. Rogamus autẽ vos
Prouer.17 c Rom.12 d 1.Pet.3 b Eccl.18 e Luc.18 a Colos.4 a fratres, corripite inquietos, consolamini pusillanimes, susci-pite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo alicui reddat, sed semper quod bonum est sectamini in inuicem, & in omnes. Semper gaudete. Sine intermissione orate. In omnibus gratias agite. hæc est enim voluntas Dei in Christo Iesu in omnibus vobis. Spiritũ nolite extinguere.
D Prophetias nolite spernere. Omnia autem probate: quod bonum est, tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Ipse autem Deus pacis sanctificet vos per omnia: vt integer spiritus vester & anima & corpus sine querela, in aduẽtu Domini nostri Iesu Christi conseruetur. Fidelis est qui vocauit vos: qui 1.Cor.1 b etiam faciet. Fratres orate pro nobis. Salutate fratres omnes in osculo sancto. Adiuro vos per Dominum, vt legatur epistola hæc omnibus sanctis fratribus. Gratia Domini nostri Iesu Christi vobiscum. Amen.

ARGVMENTVM IN Epistolam secundam ad Thessalonicenses.

AD THESSALONICENSES secundam scribit epistolã Apostolus: & notum facit eis de temporibus nouissimis, & de aduersarij deiectione. Scribit hanc epistolam ab Athenis per Titum diaconum. & Onesimum acolũthum.

Epistola Pauli ad Thessalonicenses secunda.

S. PRAEPARANTVR omnes ad iudicium in fide, charitate & patientia. ubi mali pœnis tradentur, boni autem præmijs donabũtur. CAPVT I.

A PAVLVS & Syluanus & Timotheus: ecclesiæ Thessalonicensium in Deo patre nostro & Domino Iesu Christo: gratia vobis & pax à Deo patre nostro, & Domino Iesu Christo. Gratias agere debemus semper Deo pro vobis fratres, ita vt dignum est, quoniam supercrescit
B fides vestra, & abundat charitas vniuscuiusque vestrum in inuicẽ: ita vt & nosipsi in vobis gloriemur in ecclesijs Dei, pro patientia vestra, & fide in omnibus persecutionibus vestris & tribulatiõibus, quas sustinetis in exẽplũ iusti iudicij Dei, vt digni habeamini in regno Dei, pro quo & patimini. si tamen iustum est apud Deum retribuere tribulationem ijs qui vos tribulant: & vobis qui tribulamini requiem nobiscũ, in reuelatione domini Iesu de cœlo cum angelis virtutis eius in flam-
C ma ignis dantis vindictam ijs qui non nouerũt Deum, & qui non obediunt Euangelio Domini nostri Iesu Christi. Qui pœnas dabunt in interitu æternas à facie Domini & à gloria virtutis eius: cum venerit glorificari in sanctis suis, & admirabilis fieri in omnibus qui crediderũt, quia creditũ est testimo-
D nium nostrũ super vos in die illo. In quo etiã oramus semper pro vobis, vt dignetur vos vocatione sua Deus noster, & impleat omnẽ volũtatem bonitatis suæ, & opus fidei in virtute, vt clarificetur nomen Domini nostri Iesu Christi in vobis, & vos in illo, secũdum gratiam Dei nostri, & Dñi Iesu Christi.

S. ECCLESIA tandem grauibus subiacebit periculis per antichristum & ministros eius, qui meritas luet pœnas cum suis qui eum in doctorem receperunt. CAPVT II.

A ROgamus autem vos fratres per aduentum Domini nostri Iesu Christi, & nostræ congregationis in ipsum: vt non cito moueamini à vestro sensu, neque terreamini neque per spiritum, neque per sermonem, neq; per epistolam tanquam per nos missam, quasi instet dies Domini. Ne quis vos seducat vllo mo- Ephe.5 b
B do, quoniã nisi venerit discessio primùm, & reuelatus fuerit homo peccati, filius perditionis, qui aduersatur & extollitur

supra

ſupra omne quod dicitur Deus, aut quod colitur, ita vt in templo Dei ſedeat oſtendēs ſe tanquam ſit Deus. Num retinetis quòd cum adhuc eſſem apud vos, hęc dicebam vobis? Et nunc quid detineat ſcitis: vt reueletur in ſuo tempore. Nam myſte
C rium iam operatur iniquitatis, tantum vt qui tenet nūc teneat: donec de medio fiat. Et tunc reuelabitur ille iniquus, quem Dominus Ieſus interficiet ſpiritu oris ſui: & deſtruet illuſ Eſaiæ 11 ſtratione aduentus ſui eum, cuius eſt aduentus ſecundum operationem ſatanæ: in omni virtute & ſignis & prodigijs mendacibus, & in omni ſeductione iniquitatis ijs qui pereunt, eo quòd charitatem veritatis non receperūt, vt ſalui fierent. Ideò
D mittet illis Deus operationem erroris, vt credant mendacio: vt iudicentur omnes qui non crediderunt veritati, ſed conſenſerunt iniquitati. Nos autem debemus gratias agere Deo ſemper pro vobis fratres dilecti à Deo, quòd elegerit nos Deus primitias in ſalutem, in ſanctificatione ſpiritus, & in fide veritatis. Ad quod & vocauit vos per Euangelium noſtrum, in acquiſitionem gloriæ domini noſtri Ieſu Chriſti. Itaque fratres ſtate, & tenete traditiones quas didiſtis, ſiue per ſermonē, ſiue per epiſtolam noſtram. Ipſe autē dominus noſter Ieſus Chriſtus & Deus & pater noſter qui dilexit nos, & dedit cōſolationem æternam, & ſpem bonā in gratia: exhortetur corda veſtra, & confirmet in omni opere & ſermone bono.

S. FIDELES *pro ſeipſis inuicem orent tam boni quàm mali, & otia uitare ſemper laborent.* CAPVT III.

A DE cætero fratres, orate pro nobis, vt ſermo Dei Epheſ.6 c currat & clarificetur, ſicut & apud vos: & vt liberemur ab importunis & malis hominibus: non Theſſ.3 a enim omnium eſt fides. Fidelis autem Dominus eſt, qui confirmabit vos & cuſtodiet à malo. Confidimus autem de vobis fratres in domino, quòd quæcunque præcipi-
B mus, & facitis & facietis. Dominus autem dirigat corda veſtra in charitate Dei & patiētia Chriſti. Denuntiamus autem vobis fratres in nomine Domini noſtri Ieſu Chriſti, vt ſubtrahatis vos ab omni fratre ambulante inordinatè, & non ſecūdum traditionem quam acceperunt à nobis. Ipſi enim ſcitis quemadmodum oporteat imitari nos: quoniam non inquieti fuimus inter vos, neque gratis panem manducauimus ab aliquo, ſed in labore & in fatigatione nocte & die operantes, ne quem veſtrum grauaremus. Non quaſi non habuerimus po- Act.20 g teſtatem: ſed vt noſmetipſos formam daremus vobis ad imi- 2 Cor.4 c tandum nos. Nam & cum eſſemus apud vos, hoc denuntia- 2 Theſſ.3 b
C bamus vobis, Quoniam ſi quis non vult operari, nec manducet. Audiuimus enim inter vos quoſdam ambulantes inquietè, nihil operantes, ſed curioſè agentes. Iis autem qui eiuſmodi ſunt denuntiamus & obſecramus in Domino Ieſu, vt cum ſilentio operantes, ſuum panem manducent. Vos autem fra- Galat.6 c tres, nolite deficere benefacientes. Quòd ſi quis nō obedit ver-
D bo noſtro per epiſtolam, hunc notate: & ne commiſceamini cum illo, vt confundatur: & nolite quaſi inimicum exiſtimare, ſed corripite vt fratrem. Ipſe autem Deus pacis det vobis pacem ſempiternam in omni loco. Dominus ſit cum omnibus vobis. Salutatio mea manu Pauli: quod eſt ſignum in omni epiſtola, ita ſcribo. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cū omnibus vobis. Amen.

Argumentum in primam Epiſtolam Pauli ad Timotheum.

TIMOTHEVM *inſtruit, & docet de ordinatiōe epiſcopatus & diaconij & omnis eccleſiaſticæ diſciplinæ: ſcribens ei à Laodicea per Tychicum diaconum.*

Epiſtola Pauli ad Timotheum Prima.

S. PRAELATI *eſt noxia quæque reſecare, & ſeminare utilia & neceſſaria in ueritate & miſericordia.* CAPVT I.

A PAVLVS Apoſtolus Ieſu Chriſti ſecundum imperiū Dei ſaluatoris noſtri, & Chriſti Ieſu ſpei noſtræ: Timótheo dilecto filio in fide, gratia & miſericor- Act.16 a dia & pax à Deo patre & Chriſto Ieſu domino noſtro. Sicut rogaui te vt remaneres Epheſi cum irem in Macedoniam, vt denuntiares quibuſdam ne aliter docerent, neq; intēderent fabulis & genealogijs interminatis: quæ quæſtiones præſtant magis quàm ædificationē Dei, quæ eſt in fide. Finis
B autem præcepti: eſt charitas de corde puro & conſcientia bona & fide nō ficta. A quibus quidam aberrātes, conuerſi ſunt in vaniloquium, volentes eſſe legis doctores, nō intelligentes neq; quæ loquuntur neq; de quibus affirmant. Scimus autem quia bona eſt lex, ſi quis ea legitimè vtatur: ſciēs hoc, quia lex Rom.7 c iuſto nō eſt poſita, ſed iniuſtis & nō ſubditis, impijs & peccatoribus, ſceleratis & contaminatis, patricidis & matricidis, homicidis, fornicarijs, maſculorum concubitoribus, plagiarijs, mendacibus, & periuris. & ſi quid aliud ſanæ doctrinæ aduerſatur, quæ eſt ſecundum Euangeliū gloriæ beati Dei, quod
C creditum eſt mihi. Gratias ago ei qui me confortauit in Chriſto Ieſu domino noſtro quia fidelem me exiſtimauit, ponēs in miniſterio, qui prius blaſphemus fui & perſecutor & contumelioſus: ſed miſericordiam Dei cōſecutus ſum, quia igno rans feci in incredulitate. Superabundauit autem gratia domini noſtri cum fide & dilectione, quæ eſt in Chriſto Ieſu. Fide lis ſermo & omni acceptione dignus: quòd Chriſtus Ieſus vē Matt.9 b nit in hunc mundum peccatores ſaluos facere, quorū primus Marc.2 e ego ſum. Sed ideò miſericordiam cōſecutus ſum: vt in me pri
D mo oſtenderet Chriſtus Ieſus omnem patientiam, ad informationem eorum qui crediturí ſunt illi in vitam æternā. Regi autem ſeculorū immortali, inuiſibili, ſoli Deo honor & gloria in ſecula ſeculorum. Amen. Hoc præceptum commendo tibi fili Timóthee: ſecundum præcedentes in te prophetias, vt milites in illis bonam militiam, habens fidem & bonam cō ſcientiam quam quidam repellentes, circa fidem naufragauerunt: ex quibus eſt Hymenæus & Alexander: quos tradidi ſatanæ, vt diſcant non blaſphemare.

S. PRAELATI *cæteros hortentur ad orationes & gratiarum actiones Domino, qui uult omnes ſaluos fieri, uiros inquam & mulieres, utrinq; ſeruata honeſtate.* CAPVT II.

A OBſecro igitur primum omnium fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones pro omnibus hominibus, pro regibus & omnibus qui in ſublimitate conſtituti ſunt: vt quietam & tranquillam vitam agamus in omni pietate & caſtitate: hoc enim bonum eſt & acceptum coram ſaluatore noſtro Deo,
B qui omnes homines vult ſaluos fieri, & ad agnitionem veritatis venire. Vnus enim Deus, vnus & mediator Dei & hominum, homo Chriſtus Ieſus: qui dedit redemptionem ſemetipſum pro omnibus: cuius teſtimonium temporibus ſuis cōfirmatum eſt, in quo poſitus ſum ego prædicator & Apoſto- 2.Tim.1 c lus (veritatem dico, non mentior) doctor gentium in fide &
C veritate. Volo ergo viros orare in omni loco, leuantes puras manus, ſine ira & diſceptatione. Similiter & mulieres in habitu ornato, cū verecundia & ſobrietate ornantes ſe, nō in tortis 2.Petr.3 a crinibus, aut auro, aut margaritis, vel veſte pretioſa, ſed quod

decet mulieres promittentes pietatē per opera bona. Mulier
D in silentio discat, cum omni subiectione. Docere autē, mulieri non permitto, neq; dominari in virum: sed esse in silentio.
2.Cor.4 c Gene.1 d Adam enim primus formatus est, deinde Eua: & Adam non
Gene.3 b est seductus, mulier autem seducta in prævaricatione fuit. Saluabitur autem per filiorum generationem: si permanserit in fide & dilectione & sanctificatione cum sobrietate.

S. EPISCOPI *mores & uirtutes ad ecclesiam & familiam: & Diaconûm ministeria ad domum, uxores & filios.*

CAPVT III.

A FIdelis sermo. Si quis episcopatum desyderat: bonum opus desyderat. Oportet enim episcopum
Tit.1 b irreprehensibilem esse, vnius vxoris virum: sobrium, prudentem, ornatum, pudicum, hospitalem, doctorem, non vinolentum, non percussorem: sed modestum, non litigiosum, non cupidum, sed suæ domui bene præpositum, filios habentem subditos cum omni castitate.
B Si quis autem domui suæ præesse nescit: quomodo ecclesiæ Dei diligentiam habebit? Non neophytum: ne in superbiam elatus in iudicium incidat diaboli. Oportet autem illum & testimonium habere bonum ab ijs qui foris sunt: vt non in opprobrium incidat & in laqueum diaboli. Diacones similiter pudicos, non bilingues, non multo vino deditos, nō turpe lucrum sectantes: habentes mysterium fidei in cōscientia
C pura. Et hi autem probentur primum, & sic ministrent, nullum crimen habentes. Mulieres similiter pudicas, nō detrahentes, sobrias, fideles in omnibus. Diacones sint vnius vxoris viri, qui filijs suis bene præsint, & suis domibus. Qui enim bene ministrauerint, gradum bonum sibi acquirent: & multam fiduciam in fide quæ est in Christo Iesu. Hæc tibi scribo
D fili Timothee, sperans me ad te venire citò: si autem tardauero, vt scias quomodo oporteat te in domo Dei cōuersari, quæ est ecclesia Dei viui: columna & firmamentum veritatis. Et manifestè magnum est pietatis sacramentum quod manifestatum est in carne, iustificatum est in spiritu, apparuit Angelis, prædicatum est gentibus, creditum est in mūdo, assumptum est in gloria.

S. PRAELATVS *populum doceat falsam uitare doctrinam nouissimis temporibus futuram, atq; ineptas fabulas: ad pietatis uerò doctrinam uerbo & exemplo moneat.*

CAPVT IIII.

A SPiritus autem manifestè dicit quia in nouissimis
2.Tim.3 a temporibus discedent quidam à fide, attendentes
2.Pet.3 a spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum, in
Iudæ 1 f hypocrisi loquentium mendacium, & cauteriatā habentium suam conscientiam, prohibentium nubere, abstinere à cibis quos Deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus & ijs qui cognouerunt veritatem, Quia
B omnis creatura Dei bona est, & nihil reijciendum quod cum gratiarum actione percipitur: sanctificatur enim per verbum Dei & orationem. Hæc proponens fratribus, bonus eris mi-
2.Tim.3 b nister Christi Iesu, enutritus verbis fidei & bonæ doctrinæ
Tit.3 c quam assecutus es. Ineptas autem & aniles fabulas deuita: exC erce autem teipsum ad pietatem. Nam corporalis exercitatio, ad modicum vtilis est: pietas autem, ad omnia vtilis est, promissionem habens vitæ quæ nunc est, & futuræ. Fidelis sermo, & omni acceptione dignus. In hoc enim laboramus & maledicimur, quia speramus in Deum viuum qui est saluator omnium hominum, maximè fidelium. Præcipe hæc &
D doce. Nemo adolescentiam tuam contemnat, sed exemplum esto fidelium in verbo: in conuersatione, in charitate, in fide, in castitate. Dum venio, attēde lectioni, exhortationi, doctrinæ. Noli negligere gratiam quæ in te est, quæ data est tibi per prophetiam: cum impositione manuum presbyterij. Hæc meditare, in his esto: vt profectus tuus manifestus sit omnibus: Attende enim tibi & doctrinæ: insta in illis. Hoc enim faciens, & teipsum saluum facies, & eos qui te audiunt.

S. QVISQVE *pro statu suo à prælato tractandus est: sed & pro morum honestate eligendus, honorandus, & corripiendus.*

CAPVT V

A SEniorem ne increpaueris, sed obsecra vt patrem: iuuenes, vt fratres: anus, vt matres: iuuenculas, vt sorores in omni castitate. Viduas honora, quæ verè viduæ sunt. Si qua autem vidua filios aut nepotes habet, discant primum domum suam regere, & mutuam vicem reddere parentibus: hoc enim acceptū est coram Deo. Quę autē verè vidua est & desolata: speret in Deum, & instet obsecrationibus & orationibus nocte & die. Nam quæ in delicijs est: viuens mortua est. Et hoc præcipe: vt irreprehensibiles sint. Si quis autem suorum & maximè domesticorū cu
B ram non habet: fidem negauit, & est infideli deterior. Vidua deligatur non minus sexaginta annorum, quæ fuerit vnius viri vxor, in operibus bonis testimonium habens, si filios educauit, si hospitio recepit, si sanctorum pedes lauit, si tribulationem patientibus subministrauit, si omne opus bonum subsecuta est. Adolescentiores autē viduas deuita. Cum enim luxuriatæ fuerint in Christo, nubere volunt: habentes damna-
C tionem, quia primam fidem irritam fecerunt: simul autem & otiosæ discunt circuire domos, nō solum otiosæ, sed & verbosæ, & curiosæ, loquentes quæ non oportet. Volo ergo iuniores nubere, filios procreare, matresfamiliâs esse: nullam occasionem dare aduersario maledicti gratia. Iam enim quædam cōuersæ sunt retrò post satanam. Si quis fidelis habet viduas, subministret illis, vt non grauetur ecclesia: vt ijs quæ verè viduæ sunt, sufficiat. Qui bene præsunt presbyteri: duplici honore digni habeantur: maximè qui laborāt in verbo & doctri-
Deut.25 a 1.Cor.9 a Matt.10 b Luc.10 b
D na. Dicit enim scriptura, Non alligabis os boui triturānti. Et, Dignus est operarius mercede sua. Aduersus presbyterum ac cusationem noli recipere: nisi sub duobus aut tribus testibus. Peccantes, coram omnibus argue: vt & cæteri timorem habeant. Testor coram Deo & Christo Iesu & electis angelis, vt hæc custodias sine præiudicio, nihil faciens in alteram partem declinando. Manus citò nemini imposueris, neque communicaueris peccatis alienis. Teipsum castum custodi. Noli adhuc aquam bibere: sed modico vino vtere propter stomachum tuum, & frequentes tuas infirmitates. Quorundam hominum peccata manifesta sunt, præcedentia ad iudiciū: quosdam autem & subsequuntur. Similiter & facta bona, manifesta sunt: & quæ aliter se habent, abscondi non possunt.

S. PRAELATI *est cuiuslibet status prouidere conuersationi, pauperum ad diuites, seruorum ad dominos, & seipsum in cæterorū exemplum præbere.* CAPVT VI.

A QVicunque sunt sub iugo serui, dominos suos omni honore dignos arbitrentur: ne nomen domini & doctrina blasphemetur. Qui autem fideles habent dominos, non cōtemnant quia fratres sunt: sed magis seruiant quia fideles sunt & dilecti, qui beneficij participes sunt. Hæc doce, & exhortare. Si quis aliter docet, & non acquiescit sanis sermonibus domini nostri Iesu
B Christi, & ei quæ secundum pietatem est doctrinæ: superbus, nihil sciens, sed languens circa quæstiones & pugnas verborum, ex quibus oriuntur inuidiæ, contentiones, blasphemiæ, suspiciones malæ, conflictationes hominum mente corruptorum & qui veritate priuati sunt, existimantiū quæstum esse pietatē. Est autē quæstus magnus: pietas cum sufficiētia.
Iob 1 d Eccl.5 c Nihil enim intulimus in hunc mundum: haud dubium quia nec auferre quid possumus. Habētes autē alimenta & quibus tegamur: his cōtenti simus. Nam qui volunt diuites fieri, in-
C cidunt in tentationē & in laqueum diaboli, & desyderia multa inutilia, & nociua, quæ mergunt homines in interitum & perditionem.

perditionem. Radix enim omniũ malorũ eſt cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt à fide, & inſeruerunt ſe doloribus multis. Tu autẽ ô homo Dei, hæc fuge: ſectare verò iuſtitiam, pietatẽ, fidem, charitatẽ, patientiã, manſuetudinẽ. Certa bonũ certamen fidei, apprehende vitam æternam, in quam vocatus es & confeſſus bonã cõfeſsionẽ corã multis teſtibus. Præcipio tibi corã Deo qui viuificat omnia, & Chriſto Ieſu qui teſtimoniũ reddidit ſub Pontio Pilato bonã cõfeſsionẽ, Ioan.18 g
D vt ſerues mandatũ ſine macula, irreprehẽſibile vſq; in aduentũ domini noſtri Ieſu Chriſti, quẽ ſuis temporibus oſtendet beatus & ſolus potens, rex regum & dominus dominantium qui ſolus habet immortalitatem, & lucem inhabitat inacceſsibilẽ, quem nullus hominum vidit, ſed nec videre poteſt: cui honor & imperium ſempiternum. Amen. Diuitibus huius ſeculi præcipe non ſublime ſapere, neq; ſperare in incerto diuitiarum, ſed in Deo viuo (qui præſtat nobis omnia abundè ad fruendum) bene agere, diuites fieri in bonis operibus, facilè tribuere, communicare, theſaurizare ſibi fundamentum bonum in futurum, vt apprehendant veram vitam. O Timóthee, depoſitum cuſtodi: deuitans prophanas vocum nouitates, & oppoſitiones falſi nominis ſcientiæ, quam quidam promittentes, circa fidem exciderunt. Gratia tecum. Amen. Apoc.17 d / 19 c / Ioan.1 b / 1.Ioan.1 c / Luc.22 b / Ioan.1 b

Argumentum in Epiſtolam ſecundam ad Timotheum.

ITEM *Timótheo ſcribit de exhortatione martyrij, & de omni regula ueritatis, & quid futurum ſit temporibus nouiſsimis, & de ſua paſsione: ſcribens ei ab urbe Roma.*

Epiſtola Pauli ad Timotheum ſecunda.

S. GRATVITIS *bonis à Deo donatus, in proximorũ utatur cõmodum & maximè prædicatione, ſuperiorũ exempla ſectando, & diligenter exequendo.* CAPVT I.

A PAVLVS Apoſtolus Ieſu Chriſti per voluntatẽ Dei, ſecundũ promiſsionẽ vitæ quæ eſt in Chriſto Ieſu: Timótheo chariſsimo filio, gratia & miſericordia, pax à Deo patre noſtro, & Chriſto Ieſu domino noſtro. Gratias ago Deo meo, cui ſeruio à progenitoribus meis in cõſcientia pura, quòd ſine intermiſsione habeã tui memoriã in orationibus meis, nocte ac die deſyderãs te videre, memor
B lachrymarũ tuarũ, vt gaudio implear recordationẽ accipiens eius fidei quæ eſt in te nõ ficta, quæ & habitauit primum in auia tua Loide, & matre tua Eunice, certus ſum autẽ quòd & in te. Propter quam cauſam admoneo te, vt reſuſcites gratiã Dei, quæ eſt in te per impoſitionẽ manuũ mearũ. Non enim Roma. 8 e
dedit nobis Deus ſpiritũ timoris, ſed virtutis, & dilectiõis, & ſobrietatis. Noli itaq; erubeſcere teſtimoniũ domini noſtri, neq; me vinctũ eius: ſed collabora Euangelio ſecundũ virtutẽ
C Dei, qui nos liberauit & vocauit vocatione ſancta, non ſecundum opera noſtra, ſed ſecundũ propoſitũ ſuum & gratiã quę Tit.3 b
data eſt nobis in Chriſto Ieſu ante tẽpora ſecularia, Manifeſtata eſt autem nunc per illuminationẽ ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui deſtruxit quidẽ mortẽ, illuminauit autem vitã & incorruptionẽ per Euangelium: in quo poſitus ſum ego præ
1.Tim.2 b dicator & Apoſtolus & magiſter gentiũ. Ob quam cauſam etiam hæc patior, ſed nõ confundor. Scio enim cui credidi: & certus ſum quia potens eſt depoſitum meum ſeruare in illũ diem. Formam habe ſanorum verborum, quæ à me audiſti in
D fide & in dilectione in Chriſto Ieſu. Bonum depoſitũ cuſtodi per ſpiritum ſanctum, qui habitat in nobis. Scis enim hoc, quòd auerſi ſunt à me omnes qui in Aſia ſunt: ex quibus eſt Phygellus & Hermogenes. Det miſericordiã dominus Oneſiphori domui: quia ſæpe me refrigerauit, & catenam meam non erubuit: ſed cùm Romam veniſſet, ſolicitè me quæſiuit, & inuenit. Det illi dominus inuenire miſericordiam à Deo in illa die. Et quanta Epheſi miniſtrauit mihi: tu melius noſti.

S. PRAELATVS *pro fide & ſalute fideliũ ſemper ſit paratus martyrium infidelibus reſiſtendo, prophana uitando, & mercedem expectando, conſtanter ſubire.* CAPVT II.

A TV ergo fili mi, confortare in gratia quæ eſt in Chriſto Ieſu: & quæ audiſti à me per multos teſtes: hæc commenda fidelibus hominibus, qui idonei erunt & alios docere. Labora ſicut bonus miles Chriſti Ieſu. Nemo militans Deo, implicat ſe negotijs ſecularibus: vt ei placeat cui ſe probauit. Nam & qui certat in agone: non coronabitur niſi legitimè certauerit. Laborantem agricolam oportet primùm de fructibus accipere. Intellige quæ dico: dabit enim tibi Dominus in omnibus intellectum. Memor eſto, Dominum Ieſum Chriſtum reſurrexiſſe à
B mortuis ex ſemine Dauid ſecundum Euangelium meum, in quo laboro vſque ad vincula, quaſi male operans: ſed verbum Dei non eſt alligatum. Ideò omnia ſuſtineo propter electos, vt & ipſi ſalutem conſequantur, quæ eſt Chriſto Ieſu, cum gloria cœleſti. Fidelis ſermo. Nam ſi commortui ſumus, & conuiuemus: ſi ſuſtinebimus, & conregnabimus: Matt.10 d
ſi negauerimus, & ille negabit nos: ſi non credimus, ille fide- Marc.8 c
lis permanet: negare ſeipſum non poteſt. Hæc commone: teſtificans coram Domino, Noli contendere verbis, ad nihil enim vtile eſt, niſi ad ſubuerſionem audientium. Sollicitè au-
C tem cura, teipſum probabilem exhibere Deo, operarium inconfuſibilem, rectè tractantem verbum veritatis. Prophana autem & inaniloquia deuita: multum enim proficiunt ad impietatem, & ſermo eorum vt cancer ſerpit: ex quibus eſt Hymenæus & Philetus, qui à veritate exciderunt, dicentes reſurrectionem eſſe iam factam, & ſubuerterunt quorundam fidem. Sed firmum fundamentum Dei ſtat, habens ſignaculũ hoc, COGNOVIT DOMINVS QVI SVNT SVI. ET, DISCEDAT AB INIQVITATE OMNIS QVI INVOCAT NOMEN DOMINI. In magna autem domo, non ſolùm ſunt vaſa aurea & argentea, ſed & lignea & fictilia, & quædam quidem in honorem, quædam autem in con-
D tumeliam. Si quis ergo emundauerit ſe ab iſtis: erit vas in honorem ſanctificatum & vtile domino, ad omne opus bonum paratum. Iuuenilia autem deſyderia fuge: ſectare verò iuſtitiam, fidem, ſpem, & charitatem, & pacẽ cum ijs qui in- 1.Tim.1 c
uocant dominũ de corde puro. Stultas autem & ſine diſcipli- Tit.3 c
na quæſtiones deuita: ſciens quia generant lites. Seruum autem domini non oportet litigare, ſed manſuetum eſſe ad omnes, docibilem, patientem, cum modeſtia corripientem eos qui reſiſtunt veritati: nequando Deus det illis pœnitentiam ad cognoſcendam veritatem, & recipiſcant à diaboli laqueis, à quo captiui tenentur ad ipſius voluntatem.

S. NOVISSIMORVM *dierum pericula epiſcopus præuideat, uitet & diſcernat, ſemper tales paratus ſubire perſecutiones ſanctis quidem communes, malis uerò pernicioſas.* CAPVT III.

A HOc autem ſcito, quia in nouiſsimis diebus inſta- 1.Tim.4 a
bunt tempora periculoſa: & erunt homines ſe- 2 Pet.3 a
ipſos amantes, cupidi, elati, ſuperbi, blaſphemi, Iudæ 1 f
parentibus non obedientes, ingrati, ſceleſti, ſine

affectione, sine pace, criminatores, incontinentes, immites, si-
B ne benignitate, proditores, proterui, tumidi, & voluptatum
amatores magis quàm Dei, habentes speciem quidem pieta-
tis: virtutem autem eius abnegantes. Et hos deuita: ex his
enim sunt qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulier-
culas oneratas peccatis, quæ ducuntur varijs desyderijs: sem-
C per discentes, & nunquam ad scientiam veritatis peruenien-
Exod. 7 b tes. Quemadmodum autem Iannes & Mambres restiterunt
Moysi: ita & hi resistunt veritati, homines corrupti mente,
reprobi circa fidem, sed vltrà non proficient. Insipientia
enim eorum manifesta erit in omnibus, sicut & illorũ fuit.
Tu autem assecutus es meam doctrinam, institutionem, pro
D positum, fidem, longanimitatẽ, dilectionem, patientiam, per-
secutiones, passiones: qualia mihi facta sunt Antiochiæ, Ico-
nij, Lystris, quales persecutiones sustinui: & ex omnibus
eripuit me Dominus. Et omnes qui piè volũt viuere in Chri-
sto Iesu, persecutionem patientur. Mali autem homines &
seductores proficient in peius: errantes, & in errorem mitten
tes. Tu verò permane in ijs quæ didicisti, & credita sunt tibi,
sciens à quo didiceris: & quòd ab infantia sacras literas nosti,
quæ te possunt instruere ad salutem, per fidem quæ est in
2. Petr. 1 d Christo Iesu. Omnis scriptura diuinitus inspirata, vtilis est
ad docendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudien-
dum in iustitia: vt perfectus sit homo Dei ad omne opus bo
num instructus.

*S. EPISCOPVS doctrinæ contra futura pericula di-
ligenter instet, & propter se, & propter audientes à
malis facilè seducendos.*
CAPVT IIII.

A TEstificor coram Deo & Iesu Christo qui iudica-
turus est viuos & mortuos, per aduentum ipsius,
& regnum eius, prædica verbum: insta opportunè, importunè: argue, obsecra, increpa in omni
patientia & doctrina. Erit enim tempus cum sanam doctrinã
non sustinebunt, sed ad sua desyderia coaceruabunt sibi ma-
gistros, prurientes auribus, & à veritate quidem auditũ auer-
B tent: ad fabulas autem conuertentur. Tu verò vigila, in omni-
bus labora, opus fac Euangelistæ, ministerium tuum imple.
* Sobrius esto.. Ego enim iam delibor: & tempus resolutio
nis meæ instat. Bonum certamen certaui, cursum consumma
ui, fidem seruaui. In reliquo, reposita est mihi corona iustitię,
quam reddet mihi Dominus in illa die, iustus iudex: non so-
lum autem mihi, sed & ijs qui diligunt aduentum eius. Festi
na ad me venire citò. Demas enim me reliquit, diligens hoc
C seculum, & abijt Thessalonicam: Crescens in Galatiam, Ti-
Coloss. 4 d tus in Dalmatiam, Lucas est mecum solus. Marcum assume,
& adduc tecum: est enim mihi vtilis in ministerio. Tychicũ
autem misi Ephesum. Penulam quam reliqui Troade apud
Carpum, veniens affer tecum, & libros, maximè autem
membranas. Alexander ærarius multa mala mihi ostendit:
reddet illi Dominus secundum opera eius, quem & tu deui-
ta: valde enim restitit verbis nostris. In prima mea defensio-
ne nemo mihi affuit, sed omnes me dereliquerunt: non illis
D imputetur. Dominus autem mihi astitit, & confortauit me, vt
per me prædicatio impleatur, & audiant omnes gentes: & li-
beratus sum de ore leonis. Liberauit me Dominus ab omni
opere malo, & saluum faciet in regnum suum cœleste: cui
gloria in secula seculorum. Amen. Saluta Priscillã & Aqui-
lam, & Onesiphori domum. Erastus remansit Corinthi. Tro-
Supra 1 d phimum autem reliqui infirmum Mileti. Festina ante hye-
mem venire. Salutant te Eubûlus & Pudens & Linus
& Claudia, & fratres omnes. Dominus
Iesus Christus cum spiritu tuo.
Gratia vobiscum.
AMEN.

Argumentum in Epistolam Pauli ad Titum.

TITVM *commonefacit & instruit de constitutione presbyte-
rij, & de spirituali conuersatione, & hæreticis uitandis qui in tra-
ditionibus Iudaicis credunt: scribens ei à Nicopoli.*

Epistola Pauli ad Titum.

*S. PRAELATVS per ciuitates prædicatores bonorũ morum, &
sanæ doctrinæ aduersus hæreticos instituat, qui corrigendos cor-
rigant, ut tandem sani euadant.* CAPVT I.

A AVLVS seruus Dei, Apostolus autẽ
Iesu Christi secundum fidem electorũ
Dei & agnitionem veritatis, quæ secun-
dum pietatem est in spem vitæ æternæ,
quam promisit qui non mentitur Deus
ante tempora secularia, manifestauit au
tem temporibus suis verbum suum in
prædicatione quæ credita est mihi secundũ præceptũ salua-
toris nostri Dei: Tito dilecto filio secundũ cõmunem fidem,
gratia & pax à Deo patre & Christo Iesu saluatore nostro.
B Huius rei gratia reliqui te Cretæ, vt ea quæ desunt corri-
gas, & constituas per ciuitates presbyteros, sicut & ego dispo
sui tibi. Si quis sine crimine est, vnius vxoris vir, filios habens
fideles, nõ in accusatione luxuriæ, aut nõ subditos. Oportet 1. Tim. 3 a
enim episcopũ sine crimine esse, sicut Dei dispensatorẽ: non
superbũ, non iracundũ, non vinolentũ, nõ percussorem, non
turpis lucri cupidũ: sed hospitalẽ, benignũ, prudentẽ, sobriũ,
iustũ, sanctum, cõtinentẽ: amplectentẽ eum qui secundũ do-
C ctrinã est, fidelẽ sermonẽ, vt potens sit exhortari doctrina sa-
na, & eos qui cõtradicũt arguere. Sunt enim multi etiã inobe-
diẽtes, vaniloqui & seductores, maximè qui de circuncisione
sunt, quos oportet redargui: qui vniuersas domos subuertũt,
docentes quæ non oportet, turpis lucri gratia. Dixit quidam
ex illis proprius ipsorũ propheta, Cretẽses semper mẽdaces, Epimenides.
D malæ bestiæ, ventres pigri. Testimoniũ hoc, verũ est. Quam
ob causam increpa illos durè, vt sani sint in fide, nõ attenden-
tes Iudaicis fabulis, & mandatis hominum auersantiũ se à ve-
ritate. Omnia munda mundis: coinquinatis autem & infide-
libus nihil est mũdum, sed inquinatæ sunt eorum & mens & Rom. 14 d
conscientia. Cõfitentur se nosse Deum, factis autẽ negant cũ
sint abominati & increduli, & ad omne opus bonũ reprobi.

*S. OMNE's ecclesiæ status prælatus considerans, suam cuiq; ætati
uiuendi normam procuret, exemplum se præbens in doctrina &
conuersatione, & gratiæ consecratione.* CAPVT II.

A TV autem loquere quæ decent sanam doctrinam.
Senes, vt sobrij sint, pudici, prudẽtes, sani in fide,
in dilectione, in patientia. Anus similiter in habi-
tu sancto, non criminatrices, non multo vino ser-
uientes: bene docentes, vt prudentiam doceant. Adolescen-
tulas, vt viros suos ament, filios suos diligant, prudentes, ca-
stas, sobrias, domus curam habentes, benignas, subditas viris
B suis, vt non blasphemetur verbum Dei. Iuuenes similiter hor
tate vt sobrij sint. In omnibus teipsum præbe exemplum bo
norum operum, in doctrina, in integritate, in grauitate. Ver-
bum sanum, irreprehensibile: vt is qui ex aduerso est vereа-
tur, nihil habens malum dicere de nobis. Seruos dominis suis Ephe. 5 a
C subditos esse, in omnibus placentes, nõ contradicentes: non Coloss. 3 d
fraudantes, sed in omnibus fidem bonam ostendentes: do. 1. Petr. 2 c
ctrinam saluatoris nostri Dei ornent in omnibus. Apparuit
enim graria Dei saluatoris nostri omnibus hominibus, eru-
diens

diens nos vt abnegãtes impietatem & ſecularia deſyderia, ſobriè,& iuſtè,& piè viuamus in hoc ſeculo,expectantes beatã ſpem & aduentũ gloriæ magni Dei & ſaluatoris noſtri Ieſu Chriſti, qui dedit ſemetipſum pro nobis vt nos redimeret ab omni iniquitate,& mundaret ſibi populũ acceptabilem,ſectatorem bonorum operũ.Hæc loquere & exhortare, & argue cum omni imperio.Nemo te contemnat.

S. PRAELATVS *ſubditos conuerſationem inter ſe doceat, ut per charitatem* Dei *gratis exhibitam ſalutem conſequantur, & hæreticos cum ſua doctrina uitent.* CAPVT III.

A ADmone illos principibus & poteſtatibus ſubditos eſſe, dicto obedire, ad omne opus bonũ paratos eſſe,neminem blaſphemare, non litigioſos eſſe,ſed modeſtos : omnem oſtendentes manſuetudinem ad omnes homines. Eramus enim aliquando & nos inſipientes, increduli,errantes,ſeruientes deſyderijs & voluptatibus varijs,in malitia & inuidia agentes, odibiles , odientes inuicem. B Cum autẽ benignitas & humanitas apparuit ſaluatoris noſtri Dei:nõ ex operibus iuſtitiæ quæ fecimus nos, 3.Tim.1 c ſed ſecundũ ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrũ regenerationis & renouationis ſpiritus ſancti, quem effudit in nos abundè per Ieſum Chriſtum ſaluatorem noſtrũ,vt iuſtificati gratia ipſius,hęredes ſimus ſecundũ ſpem vitæ æternæ.Fidelis ſermo eſt.Et de his volo te confirmare, vt curent bonis operibus præeſſe qui credunt Deo. Hæc ſunt bona & C vtilia hominibus.Stultas autem quæſtiones , & genealogias, 1.Tim.1 b & contentiones,& pugnas legis debita : ſunt enim inutiles & 2.Tim.2 d vanæ.Hæreticum hominem poſt vnam & ſecundam correptionem deuita , ſciens quia ſubuerſus eſt qui eiuſmodi eſt, & delinquit cum ſit proprio iudicio condemnatus.Cùm miſero ad te Artemam aut Tychicum,feſtina ad me venire Ni- D copolim:ibi enim ſtatui hyemare. Zenã legiſperitũ & Apollo ſolicitè præmitte,vt nihil illis deſit.Diſcãt autẽ & noſtri, bonis operibus præeſſe ad vſus neceſſarios: vt non ſint infructuoſi,Salutant te,qui mecum ſunt omnes.Saluta eos qui nos amant in fide.Gratia Dei cum omnibus vobis.Amen.

ARGVMENTVM IN *Epiſtolam Pauli ad Philemonem.*

PHILEMONI *familiares literas facit pro Oneſimo ſeruo eius: ſcribens ei ab urbe Roma de carcere per ipſum Oneſimum.*

Epiſtola Pauli ad Philemonem.

S. PAVLVS *Philemoni ſuum ſeruum Oneſimũ remittit, quem illi cõmendat nõ ut ſeruũ,ſed ut charum in* CHRISTO *tractandum.*

A PAVLVS vinctus Chriſti Ieſu,& Timótheus frater: Philemoni dilecto & adiutori noſtro,& Apphiæ ſorori chariſsimæ,& Archippo commilitoni noſtro,& eccleſię quę in domo tua eſt,gratia vobis & pax à Deo patre noſtro , & dño Ieſu Chriſto. Gratias ago Deo meo,ſemper memoriã tui faciens in orationibus meis, audiẽs charitatem tuam & fidem quam habes in domino Ieſu & in omnes ſanctos : vt cõmunicatio fidei tuæ euidens fiat in agnitione omnis operis boni in vobis in Chriſto Ieſu. Gaudium B enim magnũ habui & conſolationem in charitate tua: quòd viſcera ſanctorum requieuerunt per te frater. Propter quod multam fiduciam habẽs in Chriſto Ieſu imperandi tibi quod ad rem pertinet,propter charitatem magis obſecro,cum ſis talis vt Paulus ſenex,nunc autẽ & vinctus Ieſu Chriſti. Obſecro te pro meo filio quẽ genui in vinculis,Oneſimo : qui tibi C aliquando inutilis fuit,nũc autẽ & mihi & tibi vtilis,quem remiſi tibi.Tu autem illum,id eſt,mea viſcera,ſuſcipe: quẽ ego volueram mecum detinere,vt pro te mihi miniſtraret in vinculis Euangelij : ſine conſilio autem tuo nihil volui facere,vti ne velut ex neceſsitate bonum tuũ eſſet,ſed voluntarium.Forſitan enim ideò diſceſsit ad horã à te,vt æternũ illum recipe-res:iam non vt ſeruum,ſed pro ſeruo chariſsimũ fratrem, maximè mihi,quãto autem magis tibi & in carne & in domino? Si ergo habes me ſociũ:ſuſcipe illum ſicut me.Si autẽ aliquid D nocuit tibi aut debet : hoc mihi imputa. Ego Paulus ſcripſi mea manu.Ego reddã: vt nõ dicam tibi quòd & teipſum mihi debes.Ita frater ego te fruar in domino: refice viſcera mea in Chriſto.Confidens in obedientia tua ſcripſi tibi : ſciens quoniam & ſuper id quod dico,facies.Simul & para mihi hoſpitium:nam ſpero per orationes veſtras donari me vobis. Salutat te Epaphras concaptiuus meus in Chriſto Ieſu, Marcus, Ariſtarchus,Demas & Lucas adiutores mei. Gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cum ſpiritu veſtro.Amen.

Argumentum in Epiſtolam Pauli ad Hebræos.

IN *primis dicendum eſt, cur Apoſtolus Paulus in hac epiſtola ſcribendo non ſeruauerit morem ſuum, ut uel uoca bulũ nominis ſui, uel ordinis deſcriberet dignitatem.Hæc cauſa eſt,quòd ad eos ſcribẽs qui ex circunciſione crediderant,quaſi gentium Apoſtolus & non Hebræorum, ſciens quoque eorum ſuperbiam,ſuamq; humilitatẽ ipſe demonſtrans,meritum officij ſui noluit anteferre. Nam ſimili modo etiam Ioannes Apoſtolus propter humilitatem in epiſtola ſua nomen ſuum eadem ratione non prætulit. Hanc ergo epiſtolam fertur Apoſtolus ad Hebræos conſcriptam Hebraica lingua miſiſſe, cuius ſenſum & ordinem retinens Lucas Euangeliſta poſt exceſſum Apoſtoli Pauli,Græco ſermone compoſuit.*

Epiſtola beati Pauli Apoſtoli ad Hebræos.

S. TANTVM *ueteri teſtamento per angelos dato nouum per Chriſtum datum præfertur,quantum* CHRISTVS *Angelis dignior, quos origine,dominio,operatione, & honore præcellit.* CAPVT I.

A MVLTIPHARIAM multisq; modis olim Deus loquens patribus in prophetis:nouiſsimè diebus iſtis locutus eſt nobis in filio,quem cõſtituit hæredẽ vniuerſorũ per quem fecit & ſecula : qui cũ ſit ſplendor & gloriæ figura ſubſtantiæ eius,portãsq; omnia verbo virtutis ſuę, Sapien.7 d B purgationẽ peccatorũ faciens,ſedet ad dexteram maieſtatis in excelſis,tanto melior Angelis effectus:quãto differẽtius præ illis nomen hæreditauit.Cui enim dixit aliquãdo Angelorũ, Filius meus es tu,ego hodie genui te? Et rurſum, Ego ero illi Pſal.2 b in patrẽ,& ipſe erit mihi in filiũ.Et cùm iterũ introducit pri- 2.Reg.7 b mogenitũ in orbẽ terræ, dicit, Et adorent eũ omnes Angeli Pſal.96 c C Dei.Et ad Angelos quidẽ dicit,Qui facit angelos ſuos ſpiri- Pſal.103 a tus:& miniſtros ſuos flammã ignis.Ad filiũ autem, Thronus Pſal.44 b

tuus Deus in seculum seculi: virga æquitatis, virga regni tui.
Dilexisti iustitiam & odisti iniquitatem, propterea vnxit te
Psal.101 d Deus, Deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Et,
D Tu in principio dñe terram fundasti: & opera manuum tuarum sunt cœli. Ipsi peribunt, tu autem permanebis: & omnes vt vestimentum veterascent. Et velut amictum mutabis eos, & mutabuntur: tu autē idem ipse es, & anni tui non deficient.
Psal.109 a Ad quem autem Angelorū dixit aliquando, Sede à dextris
1.Cor.15 d meis, Quoadusque ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum? Nónne omnes sunt administratorij spiritus: in ministerium missi propter eos qui hæreditatem capient salutis?

S. EX eo nouum testamentū ueteri præstat quòd CHRISTI præcepta utiliora sint quàm Angelorum, licet in passione Angelis minor pro salute fidelium fuerit iussu patris effectus.

CAPVT II.

A PRopterea abundantius oportet obseruare nos ea quæ audiuimus: ne fortè pereffluamus. Si enim qui per Angelos dictus est sermo, factus est firmus, & omnis præuaricatio & inobedientia accepit iustā mercedis retributionē: quomodo nos effugiemus si tantā neglexerimus salutem? Quæ cum initiū accepisset enarrari per dominū: ab eis qui audierūt, in nos confirmata est, cōtestante Deo signis & portētis & varijs virtutibus, & spiritus sancti distributionibus secundum suam voluntatē. Nō enim Angelis subiecit Deus orbē terræ futurū, de quo loquimur.
B Testatus est autē in quodā loco quis dicens, Quid est homo
Psal.8 e quòd memor es eius: aut filius hominis quoniā visitas eū? Minuisti eū paulominus ab Angelis, gloria & honore coronasti eū: & cōstituisti eū super opera manuū tuarū. Omnia subiecisti sub pedibus eius. In eo enim quòd omnia ei subiecit:
1.Cor.15 d nihil dimisit nō subiectum ei. Nunc autē necdum videmus o-
Philip.2 b mnia subiecta ei. Eum autē qui modico quàm Angeli, minoratus est, videmus Iesum propter passionem mortis gloria & honore coronatū: vt gratia Dei, pro omnibus gustaret mortē.
C Decebat enim eum propter quem omnia & per quē omnia, qui multos filios in gloriam adduxerat, authorem salutis eorum, per passionē consummari. Qui enim sanctificat & qui sanctificantur: ex vno omnes. Propter quam causam nō confunditur fratres eos vocare: dicens, Nuntiabo nomen tuum fra-
Psal.21 c tribus meis: in medio ecclesiæ laudabo te. Et iterum, Ego ero
Psal.17 a fidens in eum. Et iterum, Ecce ego & pueri mei, quos dedit
Esa.8 d mihi Deus. Quia ergo pueri communicauerunt carni & san-
D guini, & ipse similiter participauit eisdem: vt per mortem destrueret eum qui habebat mortis imperium, id est diabolum:
Osee 13 d & liberaret eos qui timore mortis per totam vitam obnoxij
2.Cor.15 g erant seruituti. Nusquam enim Angelos apprehendit: sed semen Abrahæ apprehendit, Vnde debuit per omnia fratribus similari, vt misericors fieret & fidelis pōtifex ad Deum, vt repropitiaret delicta populi. In eo enim in quo passus est ipse & tentatus, potens est & eis qui tentantur auxiliari.

S. QVANTO architecto domus quàm incolæ eius maior debetur gloria, tanto legislatori CHRISTO quàm promulgatori Moysi magis obediendum.

CAPVT III.

A VNde fratres sancti: vocationis cœlestis participes
consyderate Apostolum & pontificem confessionis nostræ Iesum: qui fidelis est ei qui præfecit illum, sicut & Moyses in omni domo eius. Amplioris enim gloriæ iste præ Moyse dignus est habitus: quā-
Num.12 b to ampliorem honorem habet domo qui fabricauit illam. Omnis nanq; domus fabricatur ab aliquo: qui autem omnia creauit, Deus est: & Moyses quidem fidelis erat in tota domo eius tanquam famulus, in testimonium eorum quæ dicen-
B da erant: Christus verò tanquam filius in domo sua, quæ domus, sumus nos, si fiduciam & gloriā spei vsq; ad finem, firmā retineamus. Quapropter sicut dicit Spiritus sanctus, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra sicut in Psal.94 c
exacerbatione secundum diem tentationis in deserto, Vbi
C tentauerunt me patres vestri: probauerunt & viderunt opera mea quadraginta annis. Propter quod infensus fui generationi huic, & dixi: Semper errant corde. Ipsi autem nō cognouerunt vias meas: quibus iuraui in ira mea, Si introibunt in requiem meam. Videte fratres, nequando sit in aliquo vestrum cor malum incredulitatis discedendi à Deo viuo, sed adhortamini vosmetipsos per singulos dies, donec HODIE cognominatur, vt non obduretur quis ex vobis fallacia peccati. Participes enim Christi effecti sumus: si tamen initium substātiæ eius vsque ad finem firmum retineamus. dum dicitur, Hodie si vocem eius audieritis, nolite obdurare corda vestra quē-
D admodum in illa exacerbatione. Quidam enim audientes, exacerbauerūt: sed non vniuersi qui profecti sunt ab Aegypto
Num.14 f per Moysen. Quibus autem infensus est quadraginta annis? Nónne illis qui peccauerūt, quorum cadauera prostrata sunt in deserto? Quibus autem iurauit nō introire in requiē ipsius: nisi illis qui increduli fuerunt? Et videmus quia non potuerūt introire *in requiem ipsius .. propter incredulitatem.

S. CVM Christus Moysen & prophetas excellat, solliciti sint Christiani ingredi requiem per nouum testamentū oblatam propter CHRISTI diuinitatem & humanitatem, quam Iudæi noluerunt introire.

CAPVT IIII.

A TImeamus ergo ne fortè relicta pollicitatione introeundi in requiem eius, existimetur aliquis ex nobis deesse. Etenim & nobis nuntiatū est, quemadmodum & illis: sed non profuit illis sermo auditus non admixtus fidei ex ijs quæ audierunt. Ingrediemur enim in requiem qui credidimus: quemadmodum dixit, Sicut iuraui in ira mea, si introibunt in requiem meam, & qui-
B dem operibus ab institutione mundi perfectis. Dixit enim in
Gene.2 e quodam loco de die septima sic, Et requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis. Et in isto rursum, Si introibūt in requiem meam. Quoniam ergo superest introire quosdam in illam, & ij quibus prioribus annuntiatum est non introierunt propter incredulitatem: iterum terminat diem quēdam, hodie, in Dauid dicendo, post tantum temporis, sicut supra-
Supra 3 b dictum est, Hodie si vocem eius audieritis: nolite obdurare corda vestra. Nam si eis Iesus requiem præstitisset: nunquam
C de alia loqueretur posthac die. Itaque relinquitur sabbatismus populo Dei. Qui enim ingressus est in requiem eius: etiam ipse requieuit ab operibus suis, sicut & à suis Deus. Festinemus ergo ingredi in illam requiē: vt ne in idipsum quis incidat incredulitatis exemplum. Viuus est enim sermo Dei & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti: & pertingēs
D vsque ad diuisionem animæ ac spiritus, compagum quoque
Eccl.15 d ac medullarum, & discretor cogitationum & intentionum
Psal.32 d cordis. Et non est vlla creatura inuisibilis in conspectu eius:
2.Cor.5 b omnia autem nuda & aperta sunt oculis eius, ad quem nobis sermo. Habentes ergo pontificem magnū qui penetrauit cœlos Iesum filium Dei: teneamus spei nostræ confessionem. Non enim habemus pontificem qui non possit compati infirmitatibus nostris: tentatum autem per omnia pro similitudine absque peccato. Adeamus ergo cum fiducia ad thronum gratiæ eius: vt misericordiam consequamur, & gratiam inueniamus in auxilio opportuno.

S. CHRISTI sacerdotium tanto præ se fert conditiones, quanto excellentiorem habuit originem.

CAPVT V.

A OMnis nanq; pontifex ex hominibus assumptus, pro hominibus constituitur in ijs quæ sunt ad Deum, vt offerat dona & sacrificia pro peccatis: qui condolere possit ijs qui ignorant & errant: quoniā & ipse circundatus est infirmitate: & propterea debet, quemadmodum pro populo, ita etiam & pro semetipso

ofierre

B offerre pro peccatis. Nec quiſquam ſumit ſibi honorem: ſed
2. Par. 23. b qui vocatur à Deo, quemadmodum & Aaron. Sic & Chriſtus
non ſemetipſum clarificauit vt pontifex fieret: ſed qui locu-
Pſal. 2. b tus eſt ad eum, Filius meus es tu: ego hodie genui te. Quem-
Pſal. 109. b admodum & in alio loco dicit, Tu es ſacerdos in æternum, ſe-
cundum ordinem Melchiſedec, Qui in diebus carnis ſuæ, pre
ces, ſupplicationes q; ad eum qui poſsit illum ſaluum facere à
morte, cũ clamore valido & lachrymis offerens exauditus eſt
C pro ſua reuerentia. Et quidem cũ eſſet filius Dei, didicit ex ijs
quæ paſſus eſt, obediẽtiã: & cõſummatus, factus eſt omnibus
obtemperantibus ſibi, cauſa ſalutis æternæ, appellatus à Deo
pontifex iuxta ordinẽ Melchiſedec. De quo nobis grãdis ſer
mo & non interpretabilis ad dicendũ: quoniam imbecilles fa-
D cti eſtis ad audiendũ. Etenim cũ deberetis magiſtri eſſe pro-
pter tempus: rurſum indigetis vt vos doceamini quæ ſint ele-
mẽta exordij ſermonum Dei: & facti eſtis quibus lacte opus
ſit non ſolido cibo. Omnis enim qui lactis eſt particeps, ex-
pers eſt ſermonis iuſtitiæ: paruulus enim eſt. Perfectorum
autem eſt ſolidus cibus: eorum qui pro ipſa conſuetudine ex-
ercitatos habent ſenſus ad diſcretionem boni ac mali.

S. IVSTVS ſemel confirmatus difficile cadit: lapſus uerò à fide nõ niſi per CHRISTVM *redire poteſt.* CAPVT VI.

A  Vapropter intermittentes inchoationis Chriſti
ſermonem ad perfectionem feramur, non rurſum
iacientes fundamentum pœnitentiæ ab operibus
mortis & fidei ad Deum, baptiſmatũ doctrinæ,
impoſitionis quoq; manuũ, ac reſurrectionis mortuorum, &
iudicij æterni. Et hoc faciemus, ſi quidem permiſerit Deus.
2. Pet. 2. d Impoſsibile enim eſt eos qui ſemel ſunt illuminati, guſtauerũt etiã donũ cœleſte, & participes facti ſunt Spiritus ſancti,
guſtauerũt nihilominus bonum Dei verbũ, virtutes q; ſeculi
venturi, & prolapſi ſunt: rurſus renouari ad pœnitentiã, rur-
ſum crucifigẽtes ſibimetipſis filiũ Dei, & oſtentui habentes.
B Terra enim ſæpe venientẽ ſuper ſe bibẽs imbrẽ, & *germinãs
*generans herbã opportunã illis à quibus colitur: accipit benedictionẽ
à Deo: proferens autẽ ſpinas ac tribulos, reproba eſt, & male-
dicto proxima, cuius cõſummatio in combuſtionẽ. Confidi-
mus autem de vobis dilectiſsimi meliora & viciniora ſaluti:
tametſi ita loquimur. Non enim iniuſtus Deus, vt obliuiſca-
tur operis veſtri & dilectionis quam oſtendiſtis in nomine
ipſius, qui miniſtratis Sanctis & miniſtratis. Cupimus autem
C vnumquẽq; veſtrũ eandẽ oſtentare ſolicitudinẽ, ad expletio-
nem ſpei vſq; in finẽ, vt nõ ſegnes efficiamini, verũ imitatores
eorũ qui fide & patiẽtia hæreditabũt promiſsiones. Abrahæ
nanq; promittẽs Deus: quoniã neminẽ habuit per quem iura
Gene. 22. c. ret maiorẽm, iurauit per ſemetipſum, dicens, Niſi benedicens
benedicam te, & multiplicãs multiplicabo te. Et ſic longani-
D miter ferẽs, adeptus eſt repromiſsionem. Homines enim per
maiorẽ ſe iurant, & omnis cõtrouerſiæ eorũ finis ad cõfirma-
tionẽ, eſt iuramentũ. In quo abundãtius volẽs Deus oſtende-
*pollicita- re *pollicitatiõis hæredibus immobilitatẽ cõſilij ſui, interpo-
tiones ſuit iuſiurandum: vt per duas res immobiles quibus impoſsi-
bile eſt mentiri Deũ: fortiſsimũ ſolatiũ habeamus qui confu-
gimus ad tenendã propoſitã ſpem, quam ſicut anchoram ha-
bemus animæ tutã ac firmam, & incedentem vſq; ad interiora
velaminis, vbi præcurſor pro nobis introijt Ieſus, ſecundum
ordinem Melchiſedec pontifex factus in æternum.

S. CVM Melchiſedec ſacerdotiũ ex decimarũ acceptione & benedictione Leuiticũ excelleret; CHRISTI *ſacerdotiũ ſecundũ ordinẽ Melchiſedech inſtitutum & iuramento firmatũ ipſum præcellit Leuiticum, & ipſum euacuat.* CAPVT VII.

A  Ic enim Melchiſedec, rex Salem, ſacerdos Dei
Gene. 14. d ſummi, qui obuiauit Abrahæ regreſſo à cæde re-
gum, & benedixit ei, cui & decimas omniũ diui-
ſit Abraham: primùm quidem qui interpretatur
rex iuſtitiæ: deinde autẽ & rex Salem, quod eſt rex pacis, ſi-
ne patre, ſine matre, ſine genealogia, neq; initium dierum ne-
que finem vitæ habens, aſsimilatus autem filio Dei, manet ſa-
cerdos in perpetuũ. Intuemini autem quãtus ſit hic: cui & de-
cimas dedit de præcipuis Abraham patriarcha. Et quidem de
filijs Leui ſacerdotiũ accipientes, mandatũ habent decimas ſu-
mere à populo ſecundum legem, id eſt, à fratribus ſuis: quan-
quam & ipſi exierint de lumbis Abrahæ. Cuius autem gene-
B ratio non annumeratur in eis: decimas ſumpſit ab Abraham,
& hunc qui habebat repromiſsiones benedixit. Sine vlla autẽ
contradictione: quod minus eſt, à meliore benedicitur. Et hic
quidem, decimas morientes homines accipiunt: ibi autem
conteſtatur quia viuit. Et (vt ita dictum ſit) per Abraham, &
Leui qui decimas *accipit decimatus eſt: adhuc enim in lũbis *accepit
patris erat, quando obuiauit ei Melchiſedec. Si ergo conſum-
matio per ſacerdotium Leuiticum erat (populus enim, ſub
ipſo legem accepit) quid adhuc neceſſarium fuit ſecundum
ordinem Melchiſedec aliũ ſurgère ſacerdotem, & non ſecun-
dum ordinem Aaron dici? Tranſlato enim ſacerdotio: neceſſe
C eſt vt & legis tranſlatio fiat. In quo enim hæc dicuntur: de alia
tribu eſt, de qua nullus altario præſto fuit. Manifeſtum eſt
enim quòd ex Iuda ortus ſit dominus noſter, in qua tribu ni-
hil de ſacerdotibus Moyſes locutus eſt. Et amplius adhuc
manifeſtum eſt: ſi ſecundũ ſimilitudinem Melchiſedec, exur-
gat alius ſacerdos, qui non ſecundũ legem mandati carnalis fa-
ctus eſt, ſed ſecũdũ virtutẽ vitæ inſolubilis. Cõteſtatur enim,
Quoniam tu es ſacerdos in æternũ, ſecũdum ordinẽ Melchi- Pſal. 109. c
ſedec. Reprobatio quidem fit præcedentis mandati: propter
infirmitatem eius & inutilitatem. nihil enim ad perfectũ addu
xit lex: introductio verò melioris ſpei, per quam proxima-
mus ad Deum. Et quantum eſt nõ ſine iureiurando (alij qui-
dem, ſine iureiurando ſacerdotes facti ſunt: hic autem cum
D iureiurando per eum qui dixit ad illum, Iurauit Dominus, & Pſal. 109. a
non pœnitebit eum: tu es ſacerdos in æternum) in tantum
melioris teſtamenti ſponſor factus eſt Ieſus. Et alij quidem
plures facti ſunt ſacerdotes, iccirco quòd morte prohiberen-
tur permanere: hic autem eo quòd maneat in æternum, ſem-
piternum habet ſacerdotium. Vnde & ſaluare in perpetuum
poteſt *accedentes per ipſum ad Deum: ſemper viuens ad in- *accedentes
terpellandũ pro *nobis. Talis enim decebat vt nobis eſſet põ *eis.
tifex, ſanctus, innocens, impollutus, ſegregatus à peccatori-
bus & excelſior cœlis factus. Qui non habet neceſsitatẽ quo
tidie (quemadmodum ſacerdotes) prius pro ſuis delictis ho-
ſtias offerre, deinde pro populi: hoc enim fecit ſemel, ſe offe
rendo. Lex enim, homines conſtituit ſacerdotes infirmita
tem habentes; ſermo autem iuriſiurandi qui poſt legem eſt,
filium in æternum perfectum.

S. EXCELLENTIA ſacerdotij CHRISTI *ex hoc conuincitur ſupra Leuiticum, quòd ipſe ſit iudex in cœlis & maiorum miniſter ſacramentorum quàm ueteris legis.* CAPVT VIII.

A  Apitulum autem ſuper ea quæ dicuntur, Talem
habemus pontificẽ, qui conſedit in dextera ſedis
magnitudinis in cœlis: ſanctorum miniſter, &
tabernaculi veri, quod fixit *Deus, & non homo. *Dominus
Omnis enim pontifex, ad offerendum munera & hoſtias cõ
ſtituitur: vnde neceſſe eſt & hunc habere aliquid quod offe-
rat. ſi ergo eſſet ſuper terram, nec eſſet ſacerdos: cum eſſent
qui offerrent ſecũdum legem munera, qui exemplari & vm-
B bræ deſeruiunt cœleſtium. Sicut reſponſum eſt Moyſi, cum
conſummaret tabernaculum. Vide (inquit) omnia facito ſe- Exod. 25. d
cundũ exemplar, quod tibi oſtenſum eſt in monte. Nunc au- Act. 7. f
tem melius ſortitus eſt miniſterium, quanto & melioris teſta
menti mediator eſt, quod in melioribus repromiſsionibus
ſancitum eſt. Nã ſi illud prius culpa vacaſſet: non vtiq; ſecũdi
C locus inquireretur. Vituperans enim eos dicit, Ecce dies ve- Iere. 31. c
nient, dicit dominus: & conſummabo ſuper domum Iſrael &

super domum Iuda testamentũ nouum, nõ secundum testamentũ quod feci patribus eorũ in die qua apprehẽdi manum eorũ, vt educerẽ illos de terra Aegypti: quoniã ipsi non permanserunt in testamẽto meo, & ego neglexi eos, dicit dominus. Quia hoc est testamentũ quod disponam domui Israel post dies illos, dicit dominus: Dabo leges meas in mentem eorum, & in corde eorũ superscribam eas, & ero eis in Deũ: & ipsi erunt mihi in populũ: & non docebit vnusquisq; proximum suũ, & vnusquisq; fratrẽ suũ dicens, Cognosce dominum: quoniã omnes scient me à minore vsq; ad maiorẽ eorum: quia propitius ero iniquitatibus eorum, & peccatorum eorum iam non memorabor. Dicendo autem nouũ: veterauit prius. Quod autem antiquatur & senescit, propè interitũ est.

S. ETSI ueteris tabernaculi expiationes & sacrificia quandam afferrent iustificationem, tamen noui tabernaculi sacrificia ex maiori oblatione quæ est CHRISTVS *semel oblatus, maiorem habent efficaciam.* CAPVT IX.

HAbuit quidem & prius, iustificationes culturæ, & sanctũ seculare. Tabernaculum enim factũ est primum, in quo erant candelabra, & mẽsa, & propositio panum: quæ dicitur sancta. Post velamẽtum autẽ secundũ: tabernaculũ, quod dicitur sancta sanctorũ, aureum habens thuribulum, & arcam testamenti circunrectã ex omni parte auro, in qua, vrna aurea habens manna, & virga Aaron quæ fronduerat, & tabulæ testamenti: superq; eam erant Cherubim gloriæ obumbrantia propitiatorium: de quibus non est modo dicendum per singula. His verò ita compositis, in priori quidem tabernaculo semper introiebant sacerdotes, sacrificiorum officia consummantes: in secundo autem, semel in anno solus pontifex, non sine sanguine quem offerret pro sua & populi ignorantia: hoc significante Spiritu sancto, nondum propalatam esse sanctorum viam, adhuc priore tabernaculo habente statum. Quæ parabola est temporis instantis, iuxta quam munera & hostiæ offeruntur, quę non possunt iuxta conscientiam perfectum facere seruientẽ, solummodo in cibis, & in potibus, & in varijs baptismatibus, & iustitijs carnis vsque ad tẽpus correctionis impositis. Christus autem assistens pontifex futurorum bonorum, peramplius & perfectius tabernaculum non manufactum, id est, nõ huius creationis, neque per sanguinem hircorum aut vitulorum, sed per proprium sanguinem introuit semel in sancta, æterna redemptione inuenta. Si enim sanguis hircorum & taurorum & cinis vitulæ aspersus, inquinatos sanctificat ad emundationem carnis: quanto magis sanguis Christi qui per Spiritum sanctũ semetipsum obtulit immaculatũ Deo, emundauit conscientiam nostram ab operibus mortuis ad seruiendum Deo viuenti? Et ideò noui testamẽti mediator est, vt morte intercedente: in redemptionem earum præuaricationum quæ erant sub priori testamento, repromissionem accipiant qui vocati sunt, æternæ hæreditatis. Vbi enim testamẽtum est: mors necesse est intercedat testatoris. Testamentum enim, in mortuis cõfirmatum est: alioquin nondum valet, dum viuit qui testatus est. Vnde nec primum quidem, sine sanguine dedicatum est. Lecto enim omni mandato legis à Moyse vniuerso populo, accipiens sanguinem vitulorum & hircorum cum aqua & lana coccinea & hyssopo: ipsum quoque librum & omnem populum aspersit dicens, Hic sanguis testamenti quod mandauit ad vos Deus. Etiam tabernaculum & omnia vasa ministerij, sanguine similiter aspersit. Et omnia penè in sanguine, secundum legem mundantur: & sine sanguinis effusione nõ fit remissio. Necesse est ergo exemplaria quidem cœlestium, his mundari: ipsa autem cœlestia, melioribus hostijs quàm istis. Non enim in manufacta sancta Iesus introiuit, exemplaria verorum: sed in ipsum cœlum, vt appareat nunc vultui Dei pro *nobis. Neque vt sæpe offerat semetipsum, quemadmodum pontifex intrat in sancta per singulos annos in sanguine alieno (alioquin oportebat eum frequenter pati ab origine mundi) Nunc autem semel in cõsummationem seculorum, ad* destitutionem peccati, per hostiam suam apparuit. Et quemadmodum statutum est hominibus semel mori, post hoc autem iudicium: sic & Christus semel oblatus est ad multorum exhaurienda peccata, secundo sine peccato apparebit omnibus expectantibus se, in salutem.

*destructionem

S. TANTO nouum testamentum ueteri præstat quantum imagini umbra, & oblatio CHRISTI *oblationi pecorum: cui per fidem, spem, & charitatem inhærendum est.*

CAPVT X.

VMbram enim habens lex futurorum bonorum non ipsam imaginem rerum: per singulos annos eisdem ipsis hostijs quas offerunt indesinenter, nunquam potest accedentes perfectos facere: alioquin cessassent offerri: ideò quòd nullam haberent vltrà conscientiam peccati cultores semel mundati. Sed in ipsis cõmemoratio peccatorum per singulos annos fit: impossibile enim est: sanguine taurorum & hircorum auferri peccata. Ideò ingrediens mundum dicit, Hostiam & oblationem noluisti: corpus autem aptasti mihi. Holocaustomata & pro peccato, non tibi placuerunt. Tunc dixi, Ecce venio. In capite libri scriptum est de me: vt faciam Deus voluntatem tuam. Superius dicens, Quia hostias, & oblationes, & holocaustomata, & pro peccato noluisti, nec placita sunt tibi quæ secundum legem offeruntur, tunc dixi, Ecce venio vt faciam Deus voluntatem tuam: aufert primum, vt sequẽs statuat. In qua voluntate sanctificati sumus, per oblationem corporis Iesu Christi semel. Et omnis quidem sacerdos præsto est quotidie ministrans, & easdem sæpe offerẽs hostias quæ *non possunt auferre peccata: hic autem vnã pro peccatis offerens hostiam, in sempiternũ sedet in dextera Dei, de cætero expectans, donec ponantur inimici eius scabellum pedũ eius. Vna enim oblatione, consummauit in sempiternum sanctificatos. Contestatur autem nos & Spiritus sanctus: postquam enim dixit, Hoc autem testamentum quod testabor ad illos post dies illos, dicit Dominus, Dabo leges meas in cordibus eorum, & in mẽtibus eorum inscribã eas: & peccatorum, & iniquitatum eorum iam non recordabor amplius. Vbi autem horum remissio: iam non est oblatio pro peccato. Habentes itaq; fratres fiduciam in introitu sanctorum in sanguine Christi: quam initiauit nobis viam nouã & viuentem per velamen, id est, carnem suam, & sacerdotem magnum super domum Dei, accedamus cum vero corde in plenitudine fidei, asperfi corda à conscientia mala, & abluti corpus aqua munda, teneamus spei nostræ confessionem indeclinabilem (fidelis enim est qui repromisit) & consyderemus inuicem in prouocationem charitatis & bonorum operum: non deserentes collectionem nostram sicut consuetudinis est quibusdam, sed consolantes, & tanto magis quanto videritis appropinquantem diem. Voluntariè enim peccantibus nobis post acceptam notitiam veritatis, iam non relinquitur pro peccatis hostia: terribilis autem quædam expectatio iudicij & ignis æmulatio, quæ consumptura est aduersarios. Irritam quis faciens legem Moysi: sine vlla miseratione, duobus vel tribus testibus moritur: quanto magis putatis deteriora mereri supplicia qui filium Dei conculcauerit, & sanguinem testamenti pollutum duxerit, in quo sanctificatus est, & spiritui gratiæ contumeliam fecerit? Scimus enim qui dixit, Mihi vindictam: & ego retribuam. Et iterum, Iudicabit dominus populum suum. Horrendum est incidere in manus Dei viuentis. Rememoramini autem pristinos dies, in quibus illuminati, magnum certamẽ sustinuistis passionum: & in altero quidem opprobrijs & tribulationibus spectaculum facti, in altero autem, socij taliter conuersantium effecti.

Nam &

Exod.26 a
36 a
Leuit.16 a
1.Pet.1 d
2.Ioan.1 d
Apoc.1 b
1.Pet.3 g
Roma.5 b
Gala.3 b
Exod.24 c
*uobis.
Roma.5 b
1.Pet.3 c
Leuit.16 c
Pſal.39 b
Pſal.1
*nunquam
Pſal.109 a
1.Cor.15 d
Iere.31 f
Supra 8 e
Supra 6 a
Deut.17 b
Matt.18 b
Ioan.8 c
2.Cor.13 a
Deut.32 e
Roma.12 d

G Nam & vinctis compassi estis: & rapinam bonorum vestrorum cum gaudio suscepistis, cognoscentes vos habere meliorem & manentem substantiam. Nolite itaq; amittere confidentiam vestram: quæ magnam habet remunerationem. Patientia enim vobis necessaria est: vt voluntatem Dei facientes, reportetis promissionem. Adhuc enim modicum aliquã- *Abac.2 a*
tulumq́, qui venturus est veniet, & nõ tardabit. iustus autem *Rom.1 b*
meus, ex fide viuit. quòd si subtraxerit se: non placebit animę *Gala.3 b*
meæ. Nos autem nõ sumus subtractionis filij in perditionem: sed fidei in acquisitionem animæ.

S. FIDEI *magnifica in patribus ante diluuium: ante legem, & sub lege: ante terræ promissæ ingressum, in ingressu, & post ingressum, per quam membra* CHRISTI *capiti uniuntur.*

CAPVT XI.

A EST autẽ fides, sperandarũ substantia rerũ, argumẽtum nõ apparentiũ. In hac enim testimoniũ cõsecuti sunt senes. Fide, intelligimus aptata esse secula verbo Dei: vt ex inuisibilibus visibilia fierent. *Gene.1 a*
Fide, plurimã hostiã Abel quàm Cain, obtulit Deo: per quã *Gene.4 a*
testimoniũ consecutus est esse iustus, testimoniũ perhibente *Matt.23 d*
muneribus eius Deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Fide, Enoch trãslatus est ne videret mortem, & non inuenie- *Gene.5 c*
batur: quia transtulit illũ Deus. antè translationẽ enim, testi- *Eccl.44 c*
monium habuit placuisse Deo. Sine fide autẽ, impossibile est
B placere Deo. Credere enim oportet accedentẽ ad Deum quia est, & inquirentibus se remunerator sit. Fide, Noe responso
accepto de ijs quæ adhuc nõ videbãtur: metuens, aptauit arcã *Gene.6 c*
in salutem domus suæ, per quam damnauit mundũ. & iustitię *Eccl.44 c*
quæ per fidẽ est: hæres est institutus. Fide, qui vocatur Abraham obediuit in locũ exire quem accepturus erat in hæreditatem, & exijt, nescies quò iret. Fide, demoratus est in terra repromissionis tanquam in aliena, in casulis habitando cum Isaac & Iacob cohæredibus repromissionis eiusdem. Expectabat enim fundamenta habentem ciuitatem: cuius artifex & conditor, Deus. Fide, & ipsa Sara sterilis virtutẽ in conce- *Gene.18 a*
C ptione seminis accepit, etiã præter tẽpus ætatis: quoniã fidelẽ credidit esse eũ qui repromiserat. Propter quod & abvno orti *Gene.17 c*
sunt (& hoc emortuo) tanquã sydera cœli in multitudinem, & sicut arena quæ est ad oram maris innumerabilis. Iuxta fidem defuncti sunt omnes isti, nõ acceptis repromissionibus: sed à longè eas aspicientes & salutantes, & confitentes quia peregini & hospites sunt super terrã. Qui enim hæc dicunt: significant se patriam inquirere. Et si quidẽ ipsius meminissent de qua exierunt: habebant vtiq; tempus reuertendi. nũc
D autẽ meliorem appetunt, id est, cœlestẽ. Ideò nõ confunditur *Gene.22 a*
Deus vocari Deus eorum: parauit enim illis ciuitatem. Fide, *Eccl.44 d*
obtulit Abrahã Isaac, cum tentaretur: & vnigenitum offerebat in quo susceperat repromissiones. ad quem dictum est, In *Gene.21 b*
Isaac vocabitur tibi semen. arbitrans quia & à mortuis suscita- *Roma.9 b*
re potens est Deus. vnde eũ & in parabolam accepit. Fide, & *Gene.27 d*
de futuris benedixit Isaac Iacob, & Esau. Fide, Iacob moriẽs, singulos filiorum Ioseph benedixit: & adorauit fastigiũ virgæ eius. Fide, Ioseph moriens: de profectione filiorum Israel *Gene.48 c*
E memoratus est: & de ossibus suis mandauit. Fide, Moyses natus, occultatus est mensibus tribus à parentibus suis: eo quòd *Gene.50 d*
vidissent elegantẽ infantem, & non timuerunt regis edictum. *Exod.2 a*
Fide, Moyses grandis factus, negauit se esse filium filiæ Pha- *Exod.1 c*
raonis: magis eligẽs affligi cũ populo Dei, quàm temporalis peccati habere iocunditatẽ, maiores diuitias æstimans, thesauro Aegyptiorum, improperium Christi. aspiciebat enim in *Exod.2 b*
remunerationem. Fide, reliquit Aegyptum: non veritus animositatem regis, inuisibilem enim tanquã videns sustinuit. Fi- *Exod.12 d*
de, celebrauit pascha & sanguinis effusionem: ne qui vasta- *Exod.14 e*
F bat primitiua, tangeret eos. Fide, transierunt mare rubrũ tanquam per aridã terrã: quod experti Aegyptij, deuorati sunt. Fide, muri Iericho corruerunt, circuitu dierum septem. Fide, Raab meretrix non perijt cum incredulis: excipiens explo- *Iosue 5 c*
ratores cum pace. Et quid adhuc dicam? Deficiet enim me tẽ- *Iosue 6 d*
pus enarrantem de Gedeon, Barac, Sampson, Iephte, Dauid: *Iosue 2 a*
Samuel, & prophetis: qui per fidem *vicerunt regna, operati **deuicerunt*
sunt iustitiã, adepti sunt repromissiones, obturauerũt ora leonum, extinxerũt impetũ ignis, *effugerunt aciem gladij, cõua- ** effugauerunt*
luerunt de infirmitate, fortes facti sunt in bello, castra verte-
G runt exterorũ. acceperũt mulieres de resurrectione mortuos suos. alij autẽ distẽti sunt, non suscipientes redẽptionẽ: vt meliorẽ inuenirẽt resurrectionem. Alij verò ludibria & verbera experti, insuper & vincula & carceres: lapidati sunt, secti sunt, tẽtati sunt, in occisione gladij mortui sunt, circuierunt in melotis, in pellibus caprinis, egẽtes, angustiati, afflicti: quibus dignus non erat mũdus. in solitudinibus errãtes, in mõtibus & speluncis, & in cauernis terræ. Et hi omnes testimonio fidei probati, non acceperunt repromissionẽ, Deo pro nobis melius aliquid prouidente, vt non sine nobis consumarentur.

S. PRISCORVM *fides ad passiones tolerandas exemplo* CHRISTI *& ipsorum monere debet, atq; ad mala culpæ omissionis & cõmissionis uitanda.*

CAPVT XII.

A IDeoq́; & nos tantam habẽtes impositam nubem *Roma.6 d*
testium: deponẽtes omne pondus & circumstans *Coloss.3 b*
nos peccatũ, per patientiã curramus ad propositũ nobis certamen, aspicientes in authorẽ fidei, *Ephe.4 e*
& consummatorem Iesum: qui proposito sibi gaudio susti- *1.Petr.2 a*
nuit crucẽ, cõfusione cõtempta, atq; in dextera sedis Dei se- *& 4 a*
det. Recogitate enim eũ qui talẽ sustinuit à peccatoribus aduersum semetipsum contradictionẽ: vt ne fatigemini, animis
B vestris deficiẽtes. Nondũ enim vsq; ad sanguinem restitistis, aduersus peccatum repugnãtes: & obliti estis consolationis, quæ vobis tanquã filijs loquitur, dicẽs, Fili mi, noli negligere *Prouer.3 b*
disciplinã dñi: neq; fatigẽris dũ ab eo argueris. Quẽ enim di- *Apoc.3 d*
ligit dñs, castigat: flagellat autẽ omnẽ filium quem recipit. In
C disciplina perseuerate. Tanquam filijs, vobis offert se Deus. quis enim filius, quẽ non corripit pater? Quòd si extra disciplinã estis, cuius participes facti sunt omnes: ergo adulteri & nõ filij estis. Deinde patres quidem carnis nostræ, eruditores habuimus, & reuerebamur eos. num multomagis obtẽperabimus patri spirituũ, & viuemus? Et illi quidẽ in tẽpore paucorum dierum, secundum voluntatẽ suã erudiebant nos: hic autem ad id quod vtile est in recipiendo sanctificationẽ eius. Omnis autem disciplina in præsenti quidem videtur non esse gaudij, sed mœroris: posteà autem fructũ pacatissimum ex- **reddit*
D ercitatis per eam, *reddet iustitiæ. Propter quod remissas manus & soluta genua erigite, & gressus rectos facite pedibus vestris: vt non claudicans quis erret: magis autem sanetur. Pacem sequimini cum omnibus, & sanctimonium: sine qua ne- *Roma.12 d*
mo videbit Deum. contemplantes ne quis desit gratiæ Dei: ne qua radix amaritudinis sursum germinãs impediat, & per *Gene.25 d*
illam inquinẽtur multi. Ne quis fornicator aut prophanus vt
E Esau: qui propter vnã escam vendidit primitiua sua. Scitote *Gene.26 b*
enim quoniam & postea cupiẽs hæreditare benedictionem, reprobatus est. non enim inuenit pœnitentiæ locum: quanquam cum lachrymis. inquisisset eam. Non enim accessistis *Exod.19 b*
ad tractabilem montem & accesibilem ignem, & turbinẽ, & *& 20 c*
caliginem, & procellam, & tubæ sonum, & vocem verborum (quam qui audierunt, excusauerunt se, ne eis fieret verbum. Non enim portabant, quod dicebatur, Et si bestia tetigerit montem: lapidabitur. Et ita terribile erat quod videbatur.
F Moyses dixit, Exterritus sum & tremebundus) Sed accessistis ad Sion montem, & ciuitatem Dei viuentis, Ierusalẽ cœlestem, & multorum millium Angelorũ frequentiã, & ecclesiam primitiuorum qui conscripti sunt in cœlis, & iudicem omnium Deum, & *spiritus iustorũ perfectorũ, & testamẽti **spiritum*
noui mediatorem Iesum, & sanguinis aspersionem melius loquentem quàm Abel. videte ne recusetis loquentẽ. Si enim

G illi non effugerunt,recusantes eum qui super terram loquebatur: multo magis nos qui de cælis loquentem nobis, auertimus.cuius vox mouit terram tunc: nunc autem repromittit,
Aggæ.2 b dicens,Adhuc semel: & ego mouebo non solùm terram, sed & cœlum.Quòd autem adhuc semel dicit: declarat mobilium translationem tanquam factorum, vt maneãt ea quæ sunt immobilia.Itaq; regnum immobile suscipientes, habemus gra-
Deut.4 c tiam: per quam seruiamus placentes Deo,cum metu & reuerentia.Etenim Deus noster,ignis consumens est.

S. NON *solum uita & mores priscorum, sed & doctrina imitanda est,in fide mortuorum manendo,& uiuentibus obediendo.*

CAPVT XIII.

A CHaritas fraternitatis maneat in vobis.Et hospitalitatem nolite obliuisci.per hãc enim *latuerunt
Roma.12 c quidam Angelis hospitio receptis. Mementote vinctorum,tanquam simul vincti:& laborãtium,
1.Pet.4 c
* aliâs placuerunt tanquam & ipsi in corpore morantes.Honorabile connubiũ in omnibus,& thorus immaculatus. Fornicatores enim & a-
Iosue 1 a dulteros iudicabit Deus. Sint mores sine auaritia: cõtenti prę
B sentibus,ipse enim dixit, Non te deseram neq; derelinquã,
Psal.117 a ita vt confidenter dicamus, Dominus mihi adiutor: non timebo quid faciat mihi homo.Mementote præpositorum vestrorum, qui vobis locuti sunt verbum Dei: quorũ intuentes exitum conuersationis,imitamini fidem. Iesus Christus heri & hodie: ipse & in secula.Doctrinis varijs & peregrinis nolite
*Stabiliri abduci.Optimum est enim,gratia *stabilire cor,nõ escis quę non profuerunt ambulantibus in eis.Habemus altare: de quo
Leuit.16 f edere non habent potestatẽ qui tabernaculo deseruiunt. Quorum enim animalium infertur sanguis pro peccato in sancta per pontificem:horum corpora cremantur extra castra. Propter quod & Iesus,vt sanctificaret per suum sanguinem po-
C pulum,extra portam passus est.Exeamus igitur ad eum extra castra: improperium eius portantes.Non enim habemus
Mich.2 c hic manentem ciuitatem: sed futurã inquirimus. Per ipsum ergo offeramus hostiam laudis semper Deo, id est fructum labiorum confitentiũ nomini eius.Beneficiẽtiæ autẽ & cõmunicationis nolite obliuisci.talibus enim hostijs promeretur Deus.Obedite præpositis vestris & subiacete eis, ipsi enim peruigilant quasi rationem pro animabus vestris reddituri:vt cum gaudio hoc faciant,& non gementes.hoc enim non expedit vobis.Orate pro nobis.confidimus enim quòd bonam conscientiam habemus: in omnibus bene volentes conuersari.Amplius autem deprecor vos hoc facere,quò celerius restituar vobis. Deus autem pacis qui eduxit de mortuis pastorẽ
D magnum ouium in sanguine testamenti æterni, Dominum nostrum Iesum Christum: aptet vos in omni bono, vt faciatis eius voluntatem,faciẽs in vobis quod placeat coram se per Iesum Christum, cui est gloria in secula seculorum, Amen. Rogo autem vos fratres vt sufferatis verbum solatij. Etenim perpaucis scripsi vobis. Cognoscite fratrẽ *nostrum Timó-
*uestrum theũ dimissum:cum quo(si celerius venerit) videbo vos.Salutate omnes prępositos vestros,& omnes sanctos.Salutant vos de Italia fratres. Gratia cum omnibus vobis.Amen.

Hieronymus in Catalogo SCRIPTORVM *Ecclesiasticorum.*

IACOBVS, *qui appellatur frater Domini,cognomẽto Iustus, ut nonnulli existimant,Ioseph,ex alia uxore: ut autẽ mihi uidetur, Mariæ sororis matris Domini,cuius Ioannes in libro suo meminit, filius: post passionẽ Domini,statim ab Apostolis Ierosolymorum episcopus ordinatus,unam tamẽ scripsit epistolã,quæ de septem catholicis est: quæ & ipsa ab alio quodam sub nomine eius edita asseritur. Licet paulatim tempore procedente obtinuerit authoritatem.Hegesippus uicinus Apostolorum temporum,in quinto commentariorum libro,de Iacobo narrans ait,Suscepit ecclesiã Ierosolymæ,post Apostolos frater Domini Iacobus,cognomento Iustus. Multi siquidẽ Iacobi uocabantur.Hic de utero matris sanctus fuit,uinum & siceram non bibit,carnem nullam comedit,nunquã attonsus est,nec unctus unguento,nec usus balneo.Huic soli licitum erat ingredi sancta sanctorum.Siquidem uestibus laneis non utebatur sed lineis,solusq; ingrediebatur templum: & fixis genubus,pro populo deprecabatur,in tantum ut camelorum duritiem traxisse eius genua crederentur. Dicit & alia multa,quæ enumerare longum est. Sed & Iosephus in uicesimo libro Antiquitatum refert,(& Clemẽs in septimo ὑποτυπώσεων) mortuo Festo,qui Iudæam regebat,missum à Nerone esse successorem eius Albinum: qui cũ necdum ad prouinciã peruenisset, Ananus, inquit,pontifex adolescens Anani filius,de genere sacerdotali,acceptâ occasione ἀναρχίας concilium congregauit,& compellens publicè Iacobum ut* CHRISTVM *Dei filium denegaret, cõtradicentem lapidari iussit.qui cum præcipitatus de pinna templi confractis cruribus adhuc semiuiuus tendens ad cœlum manus diceret, Domine ignosce eis, quod enim faciunt,nesciunt: fullonis fuste, quo rudia uestimenta extorqueri solent,in cerebro percussus,interijt.Tradit item Iosephus tantæ eum sanctitatis fuisse,& celebritatis in populo,ut propter eius necem,creditum sit subuersam esse Ierosolymam. Hic est de quo Paulus Apostolus scribit ad Galatas, Alium autem Apostolorũ uidi neminem,nisi Iacobum fratrem Domini. Et Apostolorum super hoc crebrius acta testantur.Euangelium quoq; quod appellatur Secũdum Hebræos,& à me nuper in Græcum, Latinumq; sermonem trãslatum est,quo & Origenes sæpe utitur,post resurrectionẽ saluatoris refert, Dominus autem cum dedisset sindonem] seruo sacerdotis, iuit ad Iacobum,& apparuit ei.Iurauerat enim Iacobus se non comesturum panem ab illa hora,qua biberat calicem Domini, donec uideret eum resurgentem à mortuis.Rursusq; post paululum, Afferte, ait Dominus,mensam & panem. Statimq; additur, Tulit panẽ,& benedixit ac fregit,& dedit Iacobo iusto, & dixit ei, Frater mi, comede panem tuum,quia resurrexit filius hominis à dormientibus. Triginta itaq; annos Ierosolymis rexit ecclesiam,id est,usq; ad septimum Neronis annum,& iuxta templum ubi & præcipitatus fuerat, sepultus est. Titulum usq; ad obsidionem Titi & ultimam Hadriani notissimum habuit. Quidam è nostris in monte Oliueti eum putauerunt conditum: sed falsa eorum opinio est.*

ARGVMENTVM IN Epistolam catholicã Iacobi Apostoli.

IACOBVS *Apostolus sanctum instruit clerum de cultura cœlestium præceptorum,& regula catholicæ obseruantiæ, & de inuictæ patientiæ maiestate,& de reuelatione plurimorum,& de mendacio magistrorum.*

Epistola catholica Iacobi APOSTOLI.

S. POST *uarium in tentationes bellum & partam uictoriã,unusquisq; facilè acquiret sapientiam,humilitatem,patientiam,mansuetudinem & religionem.* CAPVT I.

A IACOBVS Dei & Dñi nostri Iesu Christi seruus,duodecim tribubus, quæ sunt in dispersione,salutem.Omne gaudium existimate fratres mei, cũ in ten- Roma.5 a
tationes varias incideritis: scientes quòd probatio fidei vestræ, patientiam operatur. Patientia autem opus perfectum habeat: vt sitis perfecti & integri, in nullo deficientes. Si quis autem vestrum indiget sapientia,postulet à Deo qui dat omnibus

omnibus affluenter,& non improperat:& dabitur ei. Postu- Matt.7 a
let autē in fide,nihil hæsitans.qui enim hæsitat,similis est flu- Iac.1 c
ctui maris,qui à vento mouetur & circūfertur:non ergo exi- Marc.11 c
stimet homo ille quòd accipiat aliquid à Domino. Vir du- Luc.12 b
B plex animo,incōstans est in omnibus vijs suis. Glorietur au-
tem frater humilis,in exaltatione sua:diues autem,in humili- Ioan.14 b
tate sua,quoniā sicut flos fœni transibit: exortus est enim sol & 16 c f
cum ardore,& arefecit fœnum,& flos eius decidit,& decor Eccl.14 e
vultus eius deperijt.Ita & diues in itineribus suis marcescet. Esa.40 b
Beatus vir qui suffert tentationem: quoniam cum probatus 1.Pet.1 d
fuerit,accipiet coronam vitæ,quam repromisit Deus diligen-
tibus se.Nemo cum tentatur,dicat quoniam à Deo tentatur. Iob 5 c
Deus enim intentator malorū est: ipse autem neminē tentat.
Vnusquisq; verò tentatur,à concupiscentia sua abstractus &
C illectus.Deinde cōcupiscentia cum cōceperit,parit peccatū:
peccatum verò cum consummatum fuerit,generat mortem.
Nolite itaque errare fratres mei dilectissimi.Omne datū opti
mum,& omne donum perfectum,de sursum est,descendens
à patre luminum,apud quem non est transmutatio,nec vicis-
situdinis obumbratio:voluntariè enim genuit nos verbo veri-
tatis,vt simus initium aliquod creaturæ eius. Scitis fratres mei
dilectissimi.Sit autem omnis homo velox ad audiendum:tar- Prouer.19 d
dus autem ad loquendum,& tardus ad iram. Ira enim viri,iu-
stitiam Dei non operatur.Propter quod abijcientes omnem
immunditiam & abundantiam malitiæ,in mansuetudine su-
scipite insitum verbum,quod potest saluare animas vestras.
Matt.7 d Estote autem factores verbi,& non auditores tantum: fallen-
Roma.2 b tes vosmetipsos.Quia si quis auditor est verbi,& non factor:
D hic comparabitur viro consyderanti vultum natiuitatis suæ in
speculo:consyderauit enim se,& abijt,& statim oblitus est
qualis fuerit. Qui autem perspexerit in lege perfectæ libertā-
tis,& permanserit in ea,non auditor obliuiosus factus,sed fa-
ctor operis:hic beatus in facto suo erit.Si quis autem putat se
religiosum esse,non refrenans linguam suam,sed seducēs cor
suum: huius vana est religio. Religio munda & immaculata
apud Deum & patrem,hæc est,Visitare pupillos & viduas
in tribulatione eorum: & immaculatum se custodire ab hoc
seculo.

S. PERSONARVM *acceptio pernicioſa, opera miſericordiæ exercenda,fidei ſine operibus non eſt nimis confidendum.*

CAPVT II.

A FRatres mei, nolite in personarū acceptione habe-
re fidem Domini nostri Iesu Christi gloriæ. Et-
Leuit.19 c enim si introierit in conuentum vestrum vir au-
Deut.1 c reum annulum habens,in veste candida,introierit
& 16 d autem & pauper in sordido habitu,& intendatis in eum qui
Prou.24 c indutus est veste præclara,& dixeritis ei. Tu sede hic bene:
Eccl.42 a pauperi autem dicatis,Tu sta illic,aut sede sub scabello pedū
meorum:nónne iudicatis apud vosmetipsos,& facti estis iu-
dices cogitationum iniquarum? Audite fratres mei dilectissi
mi:Nónne Deus elegit pauperes in hoc mundo,diuites in fi-
de,& hæredes regni quod repromisit Deus diligentibus se?
B Vos autem exhonorastis pauperem. Nónne diuites per po-
tentiam opprimunt vos: & ipsi trahunt vos ad iudicia? Nón-
ne ipsi blasphemant bonum nomen quod inuocatum est su-
Leuit.19 d per vos? Si tamen legem perficitis regalem secundum scriptu-
Matt.22 d ras,Diliges proximum tuum sicut teipsum:bene facitis.si au-
Marc.12 c tem personam accipitis,peccatum operamini,redarguti à le-
Roma.13 c ge quasi transgressores. Quicunq; autem totam legem serua-
Galat.5 c uerit,offendat autem in vno: factus est omnium reus. Qui
Leuit.19 c enim dixit,Non mœchaberis,dixit & Non occides. Quòd
Deut.1 c si non mœchaberis,occides autem: factus es transgressor le-
& 16 d gis.Sic loquimini,& sic facite sicut per legem libertatis inci-
Matt.5 c piētes iudicari.Iudiciū enim sine misericordia illi qui nō facit
C misericordiā. Superexultat autē misericordia iudiciū. Quid
proderit fratres mei,si fidem quis dicat se habere: opera autē
non habeat?Nunquid poterit fides saluare eum?Si autem fra- 1.Ioan.3 c
ter aut soror nudi sint,& indigeant victu quotidiano, dicat au
tem aliquis ex vobis,illis,Ite in pace,calefacimini & saturami
ni:nō dederitis autē eis quæ necessaria sunt corpori: quid pro
derit?Sic & fides,si nō habeat opera,mortua est in semetipsa.
Sed dicet quis,Tu fidem habes,& ego opera habeo: ostende
D mihi fidē tuā sine operibus:& ego ostēdam tibi ex operibus
fidem meā.Tu credis quòd vnus est Deus.Bene facis,& dæ-
mones credunt & contremiscunt. Vis autē scire ô homo in-
anis quoniā fides sine operibus otiosa est?Abraham pater no-
ster nónne ex operibus iustificatus est, offerens Isaac filium Gene.22 b
suum super altare?Vides quoniam fides cooperabatur operi-
bus illius:& ex operibus fides cōsummata est?Et suppleta est
scriptura dicens,Credidit Abraham Deo,& reputatum est Gene.15 b
illi ad iustitiam,& amicus Dei appellatus est. Videtis quoniā Roma.4 a
ex operibus iustificatur homo:& non ex fide tantum?Simili- Galat. 3 a
ter & Raab meretrix,nónne ex operibus iustificata est,susci-
piens nuntios,& alia via eijciens?Sicut enim corpus sine spi- Iosue 2 a
ritu mortuum est:ita & fides sine operibus mortua est.

S. EX *linguæ uitio prodeunt multiloquium,immunditia,maledicen-
tia,diſsidium, & contentio: ſapientia uerò cœleſtis omnia illa
peſsundat.* CAPVT III.

A NOlite plures magistri fieri fratres mei, scientes Matt.23 a
quoniam maius iudicium sumitis. In multis enim
offendimus omnes.Si quis in verbo nō offendit:
hic perfectus est vir,*potens etiam fræno circun- *potest
ducere totum corpus. Si autem equis fræna in ora mittimus
ad consentiendum nobis,omne corpus illorum circūferimus.
Et ecce,naues cum magnæ sint,& à ventis validis minentur:
circunferuntur à modico gubernaculo vbi impetus dirigentis
B voluerit.Ita & lingua modicum quidem membrū est,& ma-
gna exultat. Ecce quātus ignis quàm magnam syluam incen-
dit. Et lingua,ignis est,vniuersitas iniquitatis. Lingua con-
stituitur in membris nostris,quæ maculat totum corpus,&
inflammat rotam natiuitatis nostræ inflammata à gehenna.
Omnis enim natura bestiarum & volucrum & serpentium
& cæterorū domantur,& domita sunt à natura humana:lin-
guam autem nullus hominum domare potest,inquietum ma
lum,plena veneno mortifero.In ipsa benedicimus Deum &
patrem:& in ipsa maledicimus homines qui ad imaginem &
C similitudinē Dei facti sunt.Ex ipso ore procedit benedictio
& maledictio.Non oportet fratres mei hæc ita fieri. Nūquid
fons de eodem foramine emanat dulcem,& amaram aquam?
Nunquid potest fratres mei,ficus vuas facere: aut vitis,fi-
cus?Sic neq;*salsam,dulcem potest facere aquā. Quis sapiēs *ſalſa
& disciplinatus inter vos? Ostendat ex bona conuersatione
D operationem suam in mansuetudine sapientiæ. Quòd si zelū
amarum habetis,& contentiones sint in cordibus vestris:no
lite gloriari & mendaces esse aduersus veritatem:nō est enim
ista sapientia desursum descendens à patre luminum: sed ter-
rena,animalis,diabolica.Vbi enim zelus & cōtentio:ibi incō-
stantia,& omne opus prauum, Quæ autem desursum est sa-
pientia,primùm quidē pudica est: deinde pacifica,modesta,
suadibilis,bonis consentiens,plena misericordia & fructibus
bonis,iudicans sine simulatione.Fructus autem iustitiæ,in pa
ce seminatur,facientibus pacem.

S. CONTENTIONES *fugiendo,& affectibus nō indulgendo à mū-
do & diabolo facilè recedemus,ad Deum accedemus & proxi-
mo coniungemur.* CAPVT IIII.

A VNde bella & lites in vobis? Nónne ex concupi-
scentijs vestris quæ militant in membris vestris?
Concupiscitis,& non habetis: occiditis & zela-
tis,& non potestis adipisci: litigatis & belligera-
tis:& non habetis,propterea quòd nō postulastis. Petitis,&
non accipitis, eo quòd male petatis: vt in concupiscentijs

vestris

vestris insumatis. Adulteri: nescitis quòd amicitia huius mundi, inimica est Dei? Quicunq; ergo voluerit amicus esse secu-
B li huius: inimicus Dei constituitur. An putatis quòd inaniter scriptura dicat, Ad inuidiam concupiscit spiritus qui habitat
1.Pet.5 b in vobis? Maiorem autem dat gratiam. Propter quod dicit,
Ephe.4 f Deus superbis resistit: humilibus autem dat gratiam. Subditi ergo estote Deo: resistite autẽ diabolo, & fugiet à vobis. Appropriate Deo: & appropinquabit vobis. Emundate manus,
C peccatores: & purificate corda, duplices animo. Miseri estote,
1.Pet.5 b & lugete, & plorate. Risus vester in luctum conuertatur, & gaudium in mœrorẽ. Humiliamini in conspectu Domini, & exaltabit vos. Nolite detrahere alterutrum fratres mei. Qui detrahit fratri, aut qui iudicat fratrem suum: detrahit legi & iudicat legem. Si autem iudicas legẽ: non es factor legis, sed iudex. Vnus est enim legislator & iudex qui potest perdere &
Roma.14 a liberare. Tu autẽ quis es qui iudicas proximũ tuũ? Ecce nunc
D qui dicitis, Hodie aut crastino ibimus in illã ciuitatem, & faciemus ibi quidem annum, & mercabimur & lucrũ faciemus (qui ignoratis quid erit in crastino. Quæ est enim vita vestra? Vapor est, ad modicum parens, & deinceps exterminabitur) pro eo vt dicatis, Si Dominus voluerit. &, Si vixerimus, faciemus hoc aut illud. Nunc autem exultatis in superbijs vestris. Omnis exultatio talis, maligna est. Scienti igitur bonum facere, & non facienti: peccatum est illi.

S. DIVITES *pauperum oppressores exitium, pauperes autem felicitas perpetua manet: ideò patientiæ studendum, iuramentum fugiendum, infirmi uisitandi, proximi reducendi, & pro omnibus orandum.* CAPVT V.

A AGite nunc diuites, plorate, vlulantes in miserijs vestris quæ aduenient vobis. Diuitiæ vestræ putrefactæ sunt: & vestimenta vestra à tineis comesta sunt. Aurum & argentum vestrum ærugina-
uit: & ærugo eorum in testimonium vobis erit, & mãducabit carnes vestras sicut ignis. Thesaurizastis vobis iram in nouissimis diebus. Ecce merces operariorum qui messuerunt regiones vestras, quæ fraudata est à vobis, clamat: & clamor
B eorum, in aures Domini sabaoth introiuit. Epulati estis super terram: & in luxurijs enutristis corda vestra. In die occi-
* aliâs addu xistis. sionis * addixistis & occidistis iustũ: & nõ * restitit vobis. Pa-
* resistit. tientes igitur estote fratres, vsq; ad aduentum Domini. Ecce, agricola expectat pretiosum fructum terræ: patienter ferens donec accipiat temporaneum & serotinum. Patientes igitur estote & vos, & confirmate corda vestra: quoniam aduentus
* aliâs appro pinquabit. Domini * appropinquauit. Nolite ingemiscere fratres in alterutrum: vt non iudicemini. Ecce, iudex ante ianuã assistit. Exemplum accipite fratres exitus mali laboris & patientiæ, prophetas: qui locuti sunt in nomine Domini. Ecce, beatificamus eos qui sustinuerunt. Sufferentiam Iob audistis, & finẽ Domini vidistis, quòd misericors Dominus est & miserator.
C Ante omnia autem fratres mei, nolite iurare, neque per
Matt.5 f cœlum, neq; per terram, neq; aliud quodcunque iuramẽtum. Sit autem sermo vester, est est, non non: vt nõ sub iudicio decidatis. Tristatur autem aliquis vestrum? oret. Aequo animo est? psallat. Infirmatur quis in vobis? inducat presbyteros ecclesiæ, & orent super eum, vngentes eum oleo in nomine
* alleuabit. Domini, & oratio fidei saluabit infirmum, & * alleuiabit eum
D Dominus: & si in peccatis sit, remittentur ei. Confitemini er-
3.Reg.17 a go alterutrum peccata vestra: & orate pro inuicem vt saluemini, & b multum enim valet deprecatio iusti assidua. Elias, homo erat similis nobis passibilis: & oratione orauit vt nõ pluLuc.4 d ret super terrã, & non pluit annos tres & menses sex. Et rursum orauit: & cœlum dedit pluuiam, & terra dedit fructum suum. Fratres mei, si quis ex vobis errauerit à veritate, & conuerterit quis eum: scire debet quoniam qui conuerti fecerit peccatorem ab errore viæ suæ, saluabit animam eius à morte,
* operiat. & * operiet multitudinem peccatorum,

Hieronymus in Catalogo SCRIPTORVM *Ecclesiasticorum.*

SIMON Petrus filius Ionæ, prouinciæ Galilææ, uico Bethsaida, frater Andreæ Apostoli, & princeps Apostolorum, post episcopatum Antiochensis ecclesiæ, & prædicationem dispersionis eorum qui de circũcisione crediderant, in Ponto, Galatia, Cappadocia, Asia, & Bythinia, secũdo Claudij anno, ad expugnandũ Simonem Magum Romam pergit, ibiq; uigintiquinq; annis cathedrã sacerdotalẽ tenuit, usq; ad ultimum annum Neronis, id est decimumquartum. A quo & affixus cruci, martyrio coronatus est, capite ad terram uerso, & in sublime pedibus eleuatis, asserens se indignum ut sic crucifigeretur ut Dominus suus. Scripsit duas epistolas, quæ catholicæ nominãtur: quarum secunda à plerisq;, eius esse negatur propter styli cum priore dissonantiam. Sed & euangelium iuxta Marcum, qui auditor eius & interpres fuit, huius dicitur. Libri autem eius è quibus unus Actorum eius inscribitur, alius euangelij, tertius prædicationis, quartus Apocalypsis, quintus iudicij, inter Apocryphas scripturas reputantur. Sepultus Romæ in Vaticano iuxta uiam triumphalem, totius urbis ueneratione celebratur.

ARGVMENTVM IN Epistolam catholicam Petri primam.

DISCIPVLOS *saluatoris inuictis toto orbe diffusos & peregrinos in hoc seculo monstrat, & præteritæ uitæ pœnitere suadet, & in nouam uitam proficere, tota cum solicitudine exhortatur Simon Petrus filius Ione prouinciæ Galilææ, è uico Bethsaida, frater Andreæ Apostoli.*

Epistola beati Petri Apostoli Prima.

S. ANIMARVM *salus non negligenda, profectio & sanctitas perquirenda, castitas & uitæ mundtia prosequenda, & charitas fraterna amplexanda.* CAPVT I.

A PETRVS Apostolus Iesu Christi, electis aduenis dispersionis Põti, Galatiæ, Cappadociæ, Asiæ, & Bithyniæ, secundũ præscientiam Dei 1.Cor.1 d
patris, in sanctificationẽ spiritus, in obediẽtiam Ephe.1 a & aspersionẽ sanguinis Iesu Christi. Gratia vobis & pax multiplicetur. Benedictus Deus & pater Dñi nostri Iesu Christi, qui secundũ misericordiam suam magnã regenerauit nos in spem viuã, per resurrectionem Iesu Christi ex mortuis, in hæreditatem incorruptibilem, & incõtaminatam, & immarcessibilem cõseruatam in cœlis in vobis, qui in virtute Dei custodimini per fidem, in salutem, paratã reuelari in tẽpore nouissimo. In quo * exultabitis, modicũ nũc si opor * aliâs exul
tet contristari in varijs tentationibus: vt probatio vestræ fidei tatis.
multo pretiosior auro (quod per ignem probatur) inueniB tur in laudẽ & gloriã & honorem in * reuelatione Iesu Chri * reuelatio nem.
sti, quem cum non videritis, diligitis, in quem nũc quoq; non
videtes creditis: credẽtes autẽ * exultatis lætitia inenarrabili & * exultabitis
glorificata, reportãtes finẽ fidei vestræ, salutẽ animarũ vestrarũ: de qua salute exquisierũt atq; scrutati sunt prophetæ, qui de futura in vobis gratia prophetauerunt, scrutantes in quod vel quale tempus significaret in eis spiritus Christi, prænuntians eas quæ in Christo sunt passiones, & posteriores glorias: quibus reuelatũ est quòd nõ sibimetipsis, nobis autẽ ministrabãt ea quæ nũc nũtiata sunt vobis per eos qui euãgelizauerũt vobis, spiritu sancto misso de cœlo, in * quem desyderãt * quæ.
Angeli

C Angeli prospicere. Propter quod succincti lumbos mētis vestræ, sobrij, perfectè sperate in eam quæ offertur vobis, gratiam, in reuelatione Iesu Christi quasi filij obedientiæ, non configurati prioribus ignorantiæ vestræ desyderijs: sed secūdum eum qui vocauit vos, sanctum, vt & ipsi in omni conuersatione sancti sitis; quoniā scriptū est, Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum. Et si patrem inuocatis eū qui sine acceptione personarum iudicat secundum vniuscuiusq; opus: in timore, incolatus vestri tempore conuersamini: scientes quòd nō corruptibilibus auro vel argēto redempti estis de vana vestra cōuersatione paternæ traditionis, sed pretioso sanguine quasi D agni immaculati Christi & incontaminati, præcogniti quidē ante mundi constitutionem, manifestati autem nouissimis temporibus propter vos, qui per ipsum fideles estis in Deo qui suscitauit eum à mortuis, & dedit ei gloriam, vt fides vestra & spes esset in Deo. Animas vestras castificantes in obedientia charitatis, in fraternitatis amore simplici, ex corde inuicem diligite attentius: renati non ex semine corruptibili, sed incorruptibili per verbum Dei viui & permanētis in æternum, quia omnis caro vt fœnum: & omnis gloria eius tanquam flos fœni: exaruit fœnum: & flos eius decidit: verbū autem Domini manet in æternum. Hoc est autem verbum quod euangelizatum est in vobis.

Leui.11 g
19 d 20 b
Deut.10 d
Roma.1 b
Galat.2 b
1.Cor.6 d
& 7 d
Hebr.9 d
1.Ioan.1 d
Apoc.1 b
Esa.40 b
Eccl.14 c
Iacob.1 b

S. REGENERATI *in fide per charitatem in illa nutriantur, ac cæteros uerbo & exemplo, atque subiectione nutriant.*

CAPVT II.

A DEponentes igitur omnem malitiā, & omnem dolum, & simulationes, & inuidias, & omnes detractiones, sicut modo geniti infantes, rationabile & sine dolo lac concupiscite: vt in eo crescatis in salutē, si tamen gustastis quoniā dulcis est Dominus. Ad quem accedentes, lapidē viuum, ab hominibus quidē reprobatū, à Deo autē electū & honorificatū: & ipsi tāquā lapides viui superædificamini, domus spiritualis, sacerdotiū sanctū, offerentes spirituales hostias, acceptabiles Deo per Iesum Christū.

Roma.6 a
Ephe.4 e
Coloß.3 b
Hebr.12 a

B Propter quod continet scriptuta, Ecce pono in Sion lapidē summum angularem, probatum, electum, pretiosum. & qui crediderit in eum, non confundetur. Vobis igitur honor credentibus autem, lapis quem reprobauerunt ædificantes, hic factus est in caput anguli: & lapis offensionis & petra scandali, his qui offendunt verbo, nec credunt in quo & positi sunt. Vos autem genus electū, regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis: vt virtutes annūtietis eius, qui de tenebris vos vocauit in admirabile lumen suum. Qui aliquando non populus Dei: nunc autem populus Dei. qui non consecuti misericordiam: nunc autem misericordiam cōsecuti. Charissimi, obsecro vos tanquam aduenas & peregrinos, abstinere vos à carnalibus desyderijs quę militāt aduersus animam, conuersationem vestram inter gentes habentes bonam: vt in eo quod detrectāt de vobis tanquam de malefactoribus, ex bonis operibus vos consyderantes, glorificent Deū in die visitationis. Subiecti igitur estote omni humanæ creaturæ propter Dominum: siue regi, quasi præcellenti: siue ducibus tanquam ab eo missis ad vindictam malefactorū, laudē verò bonorum, quia sic est voluntas Dei, vt bene facientes obmutescere faciatis imprudentiū hominum ignorantiam. Quasi liberi, & non quasi velamen habentes malitiæ libertatē, sed sicut serui Dei. Omnes honorate. Fraternitatē diligite. Deum timete. Regem honorificate. Serui, subditi estote in omni timore dominis, non tantum bonis & modestis, sed etiam dyD scolis. Hæc est enim gratia: si propter Dei conscientiā, sustinet quis tristitias, patiens iniustè. Quæ enim est gratia: si peccantes, & colaphizati suffertis? Sed si bene facientes patienter sustinetis: hæc est gratia apud Deū. In hoc enim vocati estis: quia & Christus passus est pro nobis, vobis relinquens exēplum vt sequamini vestigia eius. Qui peccatum non fecit, nec inuentus est dolus in ore eius. Qui cum malediceretur, nō maledicebat: cum pateretur, non cōminabatur, tradebat autem iudicanti se iniustè. qui peccata nostra ipse pertulit in corpore suo super lignū: vt peccatis mortui, iustitiæ viuamus: cuius liuore sanati estis. Eratis enim sicut oues errantes: sed conuersi estis nunc ad pastorem & episcopum animarum vestrarum.

Esa.28 d
Roma.9 g
Psal.117 d
Matt.21 d
Act.4 b
Esa.8 c
Exod.19 c
Osee 2 d
Roma.9 e
Gala.5 c
Roma.13 d
Roma.3 a
Roma.12 c
Ephe.6 a
Coloß.3 d
Tit.1 d
2.Cor.7 e
Esa.53 b
1.Ioan.3 a

S. CONIVGES *inuicem conuersentur, omnes unanimes egenis bona conferant, mala tolerent, & sic Domino fide coniungentur.*

CAPVT III.

A SImiliter & mulieres, subditæ sint viris suis: vt & si qui non credunt verbo, per mulierum conuersationem sine verbo lucrifiant, consyderantes in timore castam conuersationem vestram. quarū nō sit extrinsecus capillatura, aut circundatio auri, aut indumenti vestimentorum cultus: sed qui absconditus est cordis homo, in incorruptibilitate quieti & modesti spiritus, qui est in conspectu Dei locuples. Sic enim aliquando & sanctæ mulieres sperantes in Deo, ornabant se, subiectæ proprijs viris, sicut Sara obediebat Abrahæ, dominum eum vocans: cuius estis filiæ, benefacientes, & non pertimentes vllam perturbationē.

Coloß.3 c
Ephe.5 c
1.Tim.2 c
Gene.18 b
1.Cor.7 a

B Viri similiter, cohabitantes secundum scientiam, quasi infirmiori vasculo muliebri impartiētes honorē, tanquam & cohæredibus gratiæ vitæ: vt non impediantur orationes vestrę. In fine autem: omnes vnanimes compatientes, fraternitatis amatores, misericordes, modesti, humiles, non reddentes malum pro malo, nec maledictū pro maledicto: sed econtrario, benedicētes, quia in hoc vocati estis vt benedictionem hæreditatis possideatis. Qui enim vult vitam diligere, & dies videre bonos: coerceat linguam suam à malo, & labia eius ne loquantur dolum. Declinet à malo, & faciat bonum: inquirat pacem, & sequatur eam: quia oculi Domini super iustos, &
C aures eius in preces eorum. vultus autē Domini super facientes mala. Et quis est, qui vobis noceat, si boni æmulatores fueritis? Sed & si quid patimini propter iustitiam: beati. Timorē autem eorum ne timueritis, & non conturbemini: Dominum autem Christum sanctificate in cordibus vestris, parati semper ad satisfactionē omni poscenti vos rationem de ea, quæ in vobis est, spe: sed cum modestia & timore, conscientiam habentes bonam: vt in eo quod detrahunt vobis, confundātur qui calumniantur vestram bonam in Christo conuersationem. Melius est enim, vt bene facientes (si voluntas Dei velit) pati, quàm male facientes, quia & Christus semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis: vt nos offerret Deo, mortificatos quidem carne, viuificatos autem spiritu. In quo & his qui in carcere erant spiritibus, veniens prædicauit: qui increduli fuerant aliquando, quando expectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca in qua pauci, id est, octo animæ saluæ factæ sunt per aquam. Quod & vos nunc similis formæ saluos facit baptisma: non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio in Deum per resurrectionem Iesu Christi, qui est in dextera Dei, deglutiens mortem, vt vitæ æternæ hæredes efficeremur: profectus in cœlum, subiectis sibi angelis & potestatibus & virtutibus.

Prouer.17 c
& 21 d
Roma.12 d
1.Thess.5 d
Psal.33 c
Matt.5 a
Supra 2 c
Hebr.9 d
Roma.5 b
Gene.6 b
Mat.24 d
Luc.17 f

S. ORDINATVR *quis ad seipsum carnem spiritui subijciendo, finē suum consyderando, pœnas absq; erubescentia, imò cum gloria tolerando.*

CAPVT IIII.

A CHRISTO igitur passo in carne: & vos eadem cogitatione armamini, quia qui passus est in carne, desijt à peccatis: vt iam non desiderijs hominum, sed voluntate Dei quod reliquum est in carne viuat temporis. Sufficit enim præteritum tempus ad voluntatem gentium consummandam, his qui ambulauerunt in luxurijs, desiderijs, vinolentijs, comessationibus, potationibus, ebrietatibus, & illicitis idolorum cultibus,

Ephe.4 c

B bus.in quo admirantur non concurrentibus vobis in eandem luxuriæ confusionem:blasphemantes:qui reddent rationem ei,qui paratus est iudicare viuos & mortuos. Propter hoc enim,& mortuis euangelizatū est: vt iudicentur quidem secundū homines in carne,viuant autē secundū Deum in spiri-
Prouer.10 b tu.Omniū autem finis appropinquauit.Estote itaq; pruden-
Roma.12 c tes:& vigilate in orationibus.Ante omnia autē, mutuā in vo-
Hebr.13 a bismetipsis charitatē continuam habentes:quia charitas ope-
Philip.2 b rit multitudinē peccatorum.Hospitales inuicē,sine murmura
C tione.Vnusquisq; sicut accepit gratiā, in alterutrū illā administrantes:sicut boni dispensatores multiformis gratiæ Dei. Si quis loquitur: tanquam sermones Dei.si quis ministrat:tā-quam ex virtute,quam administrat Deus.vt in omnibus honorificetur Deus per Iesum Christum:cui est gloria & imperium in secula seculorum. Amen.Charissimi,nolite peregrinari in feruore qui ad tentationē vobis fit,quasi noui aliquid vobis contingat:sed cōmunicātes Christi passionibus,gaudete, vt & in reuelatione gloriæ eius gaudeatis exultātes.Si expro-
D bramini in nomine Christi,beati eritis:quoniā quod est honoris,gloriæ,& virtutis Dei,& qui est eius spiritus:super vos requiescit.Nemo aūt vestrū patiaturvt homicida,aut fur,aut maledicus,aut alienorū appetitor.Si autē vt Christianus:nō erubescat,glorificet autem Deū in isto nomine,quoniā tempus est vt incipiat iudicium à domo Dei.Si autem primum à nobis:quis finis eorum qui non credunt Dei euangelio? Et si iu-
Prouer.11 b stus quidem vix saluabitur:impius & peccator vbi parebunt? Itaque & hi qui patiuntur secundum voluntatem Dei: fideli creatori commendent animas suas in benefactis.

S. SENIORES *iunioribus doctrinam & exemplum præstent: iuniores autem senioribus reuerentiam in humilitate & obedientia.* CAPVT V.

A SEniores ergo qui in vobis sunt obsecro, consenior & testis Christi passionum,qui & eius quæ in futuro reuelanda est,gloriæ cōmunicator: pascite qui in vobis est gregem Dei, prouidētes nō coactè,sed spontaneè secundū Deum:neq; turpis lucri gratia, sed voluntariè:neq; vt dominātes in cleris, sed forma facti gregis ex animo. Et cùm apparuerit princeps pastorū, percipie-
B tis immarcessibilem gloriæ coronā.Similiter adolescētes subIacob.4 c diti estote senioribus.omnes enim inuicē humilitatē insinuaMatt.6 c te,quia Deus superbis resistit:humilibus autem dat gratiam.
Luc.12 c Humiliamini igitur sub potenti manu Dei,vt vos exaltet in
Roma.12 c tempore visitationis: omnem solicitudinem vestrā proijcien-
Psal.54 d tes in eum,quoniam ipsi cura est de vobis.Sobrij estote,& vi-
C gilate:quia aduersarius vester diabolus tanquam leo rugiens circuit,quærens quē deuoret.Cui resistite,fortes in fide:scientes eandem passionem ei quæ in mundo est,vestræ fraternitati fieri. Deus autem omnis gratiæ,qui vocauit nos in æternam suam gloriā in Christo Iesu,modicum passos ipse perficiet, confirmabit,solidabitq;.Ipsi gloria,& imperium in secula se-
D culorum.Amen.Per Syluanum fidelem fratrem vobis, vt arbitror,breuiter scripsi: obsecrans & contestans hanc esse veram gratiam Dei,in qua & statis.Salutat vos ecclesia, quæ est in Babylone,coëlecta: & Marcus filius meus.Salutate inuicē in osculo sancto. Gratia vobis omnibus qui estis in Christo Iesu. Amen.

Argumentum in Epistolam secundam beati Petri Apostoli.

SIMON Petrus,*per fidem,huic mundo sapientes mortuos esse declarat:eisdemq; pietatis quanta sit magnitudo luce ipsa clarius manifestat.*

Epistola Petri Apostoli Secunda.

S. AD *meliora semper anhelandum est, fidei ueritatem ex doctoris certitudine firmiter tenendo.* CAPVT I.

A 
IMON Petrus,seruus & Apostolus Iesu Christi:ijs qui coæqualem nobiscū sortiti sunt fidem in iustitia Dei nostri & saluatoris Iesu Christi, Gratia vobis & pax adimpleatur in cognitione Dei & Christi Iesu Domini nostri: quomodo omnia nobis diuinæ virtutis suæ quæ ad vitam & pietatem,donata sunt,per cognitionē eius qui vocauit nos propria gloria & virtute,per quæ maxima & pretiosa nobis promissa donauit: vt per hoc efficiamini diuinæ cōsortes naturæ,fugientes eius quæ in mundo est,cōcupiscē-
B tiæ corruptionem.Vos autem curam omnē subinferentes,ministrate in fide vestra virtutē:in virtute autem,scientiā:in sciētia autem,abstinentiam:in abstinentia autem,patientiā:in patientia autem,pietatem:in pietate autem, amorem fraternitatis : in amore autē fraternitatis,charitatē. Hæc enim si vobiscum assint & superent,nō vacuos,nec sine fructu vos constituent in Domini nostri Iesu Christi cognitiōe.Cui enim nō præsto sunt hæc:cæcus est,& manu tentans, obliuionem accipiens purgationis veterū suorum delictorū.Quapropter fra-
C tres magis satagite vt per bona opera certā vestram vocationē & electionē faciatis.hæc enim facientes,nō peccabitis aliquādo.Sic enim abundanter ministrabitur vobis introitus in æternum regnum Domini & saluatoris nostri Iesu Christi. Propter quod incipiā vos semper commouere de his: & quidem scientes & confirmatos vos in præsenti veritate. Iustum autē arbitror quandiu sum in hoc tabernaculo,suscitare vos in commonitiōe:certus quòdvelox est depositio tabernaculi mei se-
Ioan.21 f cundū quod & Dominus noster Iesus Christus significauit
1.Cor.1 c & 2 a mihi.Dabo autem operam & frequēter habere vos post obitum meum,vt horum memoriam faciatis.Nō enim doctas fa-
D bulas secuti,notam fecimus vobis Domini nostri Iesu Christi virtutem & præsentiam:sed speculatores facti illius magnitudinis,Accipiens enim à Deo patre honorem & gloriā, voce delapsa ad eum huiuscemodi à magnifica gloria, Hic est
Matt.17 d filius meus dilectus in quo mihi complacui,ipsum audite: & hanc vocem nos audiuimus de cœlo allatam,cum essemus cū ipso in monte sancto.Et habemus firmiorem propheticū sermonem,cui benefacitis attendentes quasi lucernæ lucenti in
2.Tim.3 d loco caliginoso,donec dies illucescat,& lucifer oriatur in cordibus vestris: hoc primum intelligentes quòd omnis prophetia scripturæ,propria interpretatione non fit.Nō enim volūtate humana allata est aliquando prophetia : sed spiritu sancto inspirati,locuti sunt sancti Dei homines.

S. PRISCI *pseudoprophetæ hæreticorum figuram gerētes, Deo pœnas dederunt,nec illis leniores sui sequaces expectant.* CAPVT II.

A 
VERunt verò & pseudoprophetæ in populo,sicut & in vobis erunt magistri mendaces, qui introducent sectas perditionis , & eum qui emit eos, Dominum negant :superducentes sibi celerem perditionem.Et multi sequentur eorum luxurias, per quos via veritatis blasphemabitur: & in auaritia fictis verbis
Iob 4 d de vobis negotiabuntur.quibus iudicium iam olim non cessat: & perditio eorum non dormitat. Si enim Deus angelis peccanti

peccantibus non pepercit, ſed rudentibus inferni detractos in tartarum tradidit cruciandos in iudicium reſeruari: & origina
B li mundo non pepercit, ſed octauum Noe iuſtitiæ præconẽ
Gene.7 a custodiuit, diluuiũ mundo impiorũ inducẽs: & ciuitates Sodo
Gene.19 b morum & Gomorrhæorũ in cinerem redigens, euerſione damnauit, exemplum eorũ qui impiè acturi ſunt ponens: & iuſtum Loth oppreſſum à nefandorũ iniuria ac luxurioſa conuerſatione eripuit. aſpectu enim & auditu iuſtus erat: habitãs apud eos qui de die in diem animã iuſtã iniquis operibus cruciabant. Nouit Dominus pios de tentatione eripere, iniquos verò in diem iudicij reſeruare cruciandos: magis autem eos qui poſt carnem in concupiſcentia immũditiæ ambulant, dominationemq́; contemnunt, audaces, ſibi placentes: ſectas nõ metuunt introducere, blaſphemantes. Vbi angeli, fortitudine & virtute cum ſint maiores, non portant aduerſum ſe exe-
C crabile iudicium. Hi verò velut irrationabilia pecora, naturaliter in captionẽ & in pernicię, in his quæ ignorãt blaſphemãtes in corruptione ſua peribunt, percipiẽtes mercedem iniuſtitiæ, voluptatẽ exiſtimantes diei delicias, coinquinationes & maculæ: delicijs affluentes, in cõuiuijs ſuis luxuriantes vobiſcũ, oculos habentes plenos adulterij, & inceſſabilis delicti, pellicientes animas inſtabiles, cor exercitatum auaritia habentes, maledictionis filij: derelinquentes rectam viam errauerũt,
Numer.22 d ſecuti viam Balaam ex Boſor, qui mercedem iniquitatis amauit, correptionem verò habuit ſuæ veſaniæ. Subiugale mutũ
D animal, in hominis voce loquens, prohibuit prophetæ inſipiẽ
Iude 2 d tiam. Hi ſunt fontes ſine aqua, & nebulæ turbinibus exagitatæ: quibus caligo tenebrarũ reſeruatur. Superba enim vanitatis loquentes, pelliciunt in deſyderijs carnis luxuriæ, eos qui paululum effugiunt, qui in errore conuerſantur: libertatẽ illis promittentes, cum ipſi ſerui ſint corruptionis. A quo enim
Ioan.8 d quis ſuperatus eſt: huius & ſeruus eſt. Si enim refugientes co
Rom.6 c inquinationes mundi in cognitione Domini noſtri & ſaluato
Hebr.6 a ris Ieſu Chriſti, his rurſus implicati ſuperantur: facta ſunt eis
Matt.12 d poſteriora deteriora prioribus. Melius enim erat illis non cognoſcere viam iuſtitiæ, quàm poſt agnitionem, retrorſum cõuerti ab eo quod illis traditum eſt ſancto mandato. Contigit
Prouer.26 b enim eis illud veri prouerbij, Canis reuerſus ad ſuum vomitũ. &, Sus lota in volutabro luti.

S. CAVENDA *ſunt ſecundi aduentus* CRISTI *pericula: quoniam Deus iuſtus Iudex & fidelis retributor.*

CAPVT III.

A HAnc ecce vobis chariſsimi ſecundam ſcribo epiſtolam, in quibus veſtram excito in commonitione, ſynceram mentem: vt memores ſitis eorum quę prędixi, verborũ à ſanctis prophetis, & Apoſtolorum veſtrorum præceptorum Domini & ſaluatoris:
2.Tim.4 c hoc primum ſcientes, quòd venient in nouiſsimis diebus in
2.Tim.3 a deceptione illuſores, iuxta proprias concupiſcentias ambulã-
Iudæ 1 f tes, dicẽtes, Vbi eſt promiſsio aut aduẽtus eius? ex quo enim
Ezech.12 f patres dormierũt, omnia ſic perſeuerãt ab initio creaturæ. La-
B tet enim eos hoc volentes, quòd cœli erant prius, & terra, de aqua & per aquam conſiſtens Dei verbo: per quæ, ille tunc mundus aqua inundatus perijt. Cœli autẽ qui nũc ſunt & terra eodẽ verbo repoſiti ſunt, igni reſeruati in diẽ iudicij & perditionis impiorũ hominũ. Vnum verò hoc non lateat vos chariſsimi, quòd vnus dies apud Dñm ſicut mille anni, & mille
C anni ſicut dies vnus. Nõ tardat Dñs promiſsionẽ ſuam, ſicut quidã exiſtimãt: ſed patiẽter agit propter vos, nolens aliquos perire, ſed oẽs ad pœnitentiã reuerti. Aduenier autẽ dies Dñi
1.Theſ.5 a vt fur: in quo cœli, magno impetu tranſient, elementa verò ca
Apoc.3 a lore ſoluentur, terra autẽ & quæ in ipſa ſunt opera, exurẽtur.
& 16 c Cũ igitur hæc omnia diſſoluenda ſint: quales oportet vos eſſe in ſanctis conuerſationibus & pietatibus, expectãtes & properantes in aduentũ diei Dñi, per quem cœli ardentes ſoluentur, & elemẽta ignis ardore tabeſcent? Nouos verò cœlos &
D nouam terram & promiſſa ipſius expectamus, in quibus iuſtitia habitat. Propter quod chariſsimi, hæc expectãtes, fatagite, immaculati & inuiolati ei inueniri in pace: & Dñi noſtri longanimitatẽ, ſalutem arbitremini, ſicut & chariſsimus frater noſter Paulus ſecundũ datam ſibi ſapientiam ſcripſit vobis ſicut & in omnibus epiſtolis, loquens in eis de his in quibus ſunt quædã difficilia intellectu, quæ indocti & inſtabiles deprauant, ſicut & cæteras ſcripturas, ad ſuam ipſorum perditionem. Vos igitur fratres, præſcientes, cuſtodite ne incipientium errore traducti excidatis à propria firmitate: creſcite verò in gratia & in cognitione Domini noſtri & ſaluatoris Ieſu Chriſti. Ipſi gloria & nunc & in diem æternitatis. Amen.
Apoc.21 a
Eſa.65 c & 66 g
Rom.2 a

Argumentum in Epiſtolam primam Ioannis Apoſtoli.

RATIONEM *uerbi, & quòd Deus ipſe ſit charitas, manifeſtat: & ſuſurrones fratrum nec Deum ſcire, nec pios fieri poſſe eouſq; diſſertat, ut eſſe comprobet homicidas: eo quòd odium, ſit interfectionis occaſio.*

Epiſtola beati Ioannis Apoſtoli Prima.

S. DIVINI *uerbi incarnatio fideles ſibi coniungit, & peccatores diſiungit, quos à peccato tamen per confeſsionẽ reddit immunes.*

CAPVT I.

A  VOD fuit ab initio, quod audiuimus, quod vidimus oculis noſtris, quod perſpeximus, & manus noſtræ cõtrectauerũt de verbo vitę, (& vita manifeſtata eſt: & vidimus, & teſtamur, & annũtiamus vobis vitam æternam quæ erat apud patrem, & apparuit nobis:) quod vidimus
B & audiuimus, annuntiamus vobis, vt & vos ſocietatẽ habeatis nobiſcũ, & ſocietas noſtra ſit cũ patre & cum filio eius Ieſu Chriſto. Et hæc ſcribimus vobis vt gaudeatis, & gaudium veſtrũ ſit plenũ. Et hæc eſt annũtiatio quã audiuimus ab eo, & annũtiamus vobis, Quoniã Deus lux eſt: & tenebræ in eo nõ
Ioan.8 b ſunt vllæ. Si dixerimus quoniã ſocietatẽ habemus cũ eo, & in
C tenebris ambulamus: mẽtimur, & veritatẽ nõ facimus. Si autẽ in luce ambulamus, ſicut & ipſe eſt in luce: ſocietatẽ habemus adinuicẽ, & ſanguis Ieſu Chriſti filij eius emundat nos ab o-
Hebr.9 d mni peccato. Si dixerimus quoniã peccatũ nõ habemus: ipſi
1.Petr.1 d nos ſeducimus, & veritas in nobis nõ eſt. Si cõfiteamur pecca-
2.par.6 g D ta noſtra: fidelis eſt & iuſtus, vt remittat nobis peccata noſtra,
Prouer.20 b & emũdet nos ab omni iniquitate. Si dixerimus quoniã non
Eccl.7 c peccauimus: mẽdacẽ facimus eũ, & verbũ eius nõ eſt in nobis.

S. BEATITVDINEM *mereri cupientes diuinis aſſueſcant operibus, & ſibi diligenter à cupiditate, mũdi dilectione, & hæreſi caueãt.*

CAPVT II.

A FIlioli mei, hæc ſcribo vobis, vt non peccetis. Sed & ſi quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Ieſum Chriſtum iuſtum, & ipſe eſt propitiatio pro peccatis noſtris: non pro noſtris autem tantum, ſed etiam pro totius mundi. Et in hoc ſcimus quoniam cognouimus eum, ſi mandata eius obſeruamus. Qui dicit ſe noſſe Deum, & mandata eius non cuſtodit: mendax eſt, & in eo veritas non eſt. Qui autem ſeruat verbum eius: verè in hoc charitas Dei perfecta eſt. In hoc

ſcimus

scimus quoniam in ipso sumus. Qui dicit se in ipso manere: debet sicut ille ambulauit, & ipse ambulare. Charissimi, non mandatū nouum scribo vobis, sed mandatum vetus quod habuistis ab initio. Mandatum vetus, est verbum quod audistis. Ioan.13 d & 15 b Iterum mandatū nouum scribo vobis, quod verum est & in ipso, & in vobis: quia tenebræ transierunt, & verū lumen iam B lucet. Qui dicit se in luce esse, & fratrem suum odit, in tenebris est vsq; adhuc. Infra 3 c. Qui diligit fratrē suum, in lumine manet, & scandalum in eo non est. Qui autem odit fratrem suum: in tenebris est, & in tenebris ambulat, & nescit quò eat, quia tenebræ obcæcauerunt oculos eius. Scribo vobis filioli quoniam remittuntur vobis peccata propter nomen eius. Scribo vobis patres quoniam cognouistis eum qui ab initio est. Scribo vobis adolescētes quoniam vicistis malignū. Scribo vobis infantes quoniam cognouistis patrem. Scripsi vobis patres, quoniā cognouistis eum qui est ab initio. Scripsi vobis adoC lescentes quoniā fortes estis, & verbum Dei manet in vobis, & vicistis malignum. Nolite diligere mūdum, neq; ea quæ in mundo sunt. Si quis diligit mundū: non est charitas patris in eo: quoniam omne quod est in mundo concupiscentia carnis est, & cōcupiscentia oculorum, & superbia vitæ, quę non est ex patre, sed ex mundo est. Et mundus transit, & cōcupiscentia eius. Qui autem facit voluntatē Dei, manet in æternū. Filioli, nouissima hora est, & sicut audistis quia antichristus venit: & nunc antichristi multi facti sunt, vnde scimus quia nouissima hora est. Ex nobis prodierunt: sed non erant ex nobis. Nam si fuissent ex nobis: permansissent vtiq; nobiscum, sed vt manifesti sint quoniam non sunt omnes ex nobis. Sed vos vnctionē habetis à sancto, & nostis omnia. Non scripsi vobis quasi ignorantibus veritatem: sed quasi scientibus eam: D & quoniam omne mēdaciū ex veritate non est. Quis est mēdax, nisi is qui negat quoniam Iesus est Christus? Hic est antichristus, qui negat patrem & filium. Omnis qui negat filium, nec patrem habet: qui confitetur filium, & patrem habet. Vos quod audistis ab initio, in vobis permaneat: quia si in vobis permanserit quod audistis ab initio, & vos in filio & patre manebitis. Et hæc est repromissio quam ipse pollicitus est nobis, vitam æternam. Hæc scripsi vobis de his qui seducunt vos. Et vos vnctionem quam accepistis ab eo maneat in vobis. Et non necesse habetis vt aliquis doceat vos: sed sicut vnctio eius docet vos de omnibus, & verum est, & non est mendacium. Et sicut docuit vos, manete in eo. Et nunc filioli manete in eo: vt cum apparuerit, habeamus fiduciam, & non confundamur ab eo in aduētu eius. Si scitis quoniam iustus est: scitote quoniam & omnis qui facit iustitiam, ex ipso natus est.

S. And *supernam accedentes felicitatem & beatorum societatem mentis puritati studeant & fraternæ charitati.* CAP. III.

A Videte qualem charitatem dedit nobis pater, vt filij Dei nominemur & simus. Propter hoc, mundus non nouit nos: quia non nouit eum. Charissimi, nunc filij Dei sumus: & nondum apparuit quid erimus. Scimus quoniam cum apparuerit, similes ei erimus: quoniam videbimus eum sicuti est. Et omnis qui habet hanc spem in eo, sanctificat se, sicut & ille sanctus est. O-
B mnis qui facit peccatum, & iniquitatem facit: & peccatum est iniquitas. Et scitis quia ille apparuit vt peccata tolleret: & Esa.53 c peccatum in eo non est. Omnis qui in eo manet, non peccat: 1.Pet.2 d & omnis qui peccat, non vidit eū, nec cognouit eum. Filioli, nemo vos seducat. Qui facit iustitiā, iustus est, sicut & ille iustus est. Ioan.8 f. Qui facit peccatum, ex diabolo est: quoniā ab initio diabolus peccat. In hoc apparuit filius Dei, vt dissoluat opera diaboli. Omnis qui natus est ex Deo, peccatum non facit: quoniam semen ipsius in eo manet, & non potest peccare, quoniam ex Deo natus est. In hoc manifesti sunt filij Dei, & filij diaboli. Omnis qui non est iustus, non est ex Deo, & qui non diligit fratrē suum: quoniam hæc est annuntiatio, quam audistis ab initio, Vt diligatis alterutrum. Non sicut Cain qui Ioan.13 d ex maligno erat: & occidit fratrē suum. Et propter quid occi- & 15 b C dit eum? Quoniā opera eius, maligna erant: fratris autem eius, Gene.4 b iusta. Nolite mirari fratres, si odit vos mundus. Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam, quoniam diligimus fratres. Qui non diligit: manet in morte. Omnis qui odit Supra 2 b fratrem suum: homicida est. Et scitis quoniam omnis homici- Leui.19 d da non habet vitam æternam in se manentem. In hoc cogno- Ioan.15 b. uimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, & nos debemus pro fratribus animas ponere. Qui habuerit substantiam huius mundi, & viderit fratrē suum neces- Iacob 1 c sitatem habere, & clauserit viscera sua ab eo: quomodo cha-
D ritas Dei manet in eo? Filioli mei, non diligamus verbo, neque lingua, sed opere & veritate. In hoc cognoscimus quòd ex veritate sumus: & in conspectu eius suadebimus corda nostra. Quoniam si reprehenderit nos cor nostrum: maior est Deus corde nostro, & nouit omnia. Charissimi, si cor nostrum non reprehenderit nos: fiduciam habemus ad Deum, Ioan.15 c & quicquid petierimus, accipiemus ab eo: quoniam mandata eius custodimus, & ea quæ sunt placita coram eo, facimus. Ioan.5 d Et hoc est mandatum eius, Vt credamus in nomine filij eius & 17 a Iesu Christi: & diligamus alterutrum, sicut dedit mandatum nobis. Et qui seruat mandata eius: in illo manet, & ipse & 2, 6 in eo, & in hoc scimus quoniam manet in nobis, ex spiritu quem dedit nobis.

S. In *hoc spirituales & mundani differunt, quòd hi mundum & ea quæ in mundo sunt diligunt, illi Deum & proximum charitate prosequuntur.* CAPVT IIII.

A Charissimi, nolite omni spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint: quoniam multi pseudoprophetæ exierunt in mundū. In hoc cognoscitur spiritus Dei. omnis spiritus qui confitetur Iesum Christum in carne venisse, ex Deo est: & omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est antichristus de quo audistis quoniam venit, & nunc iam in mundo est. Vos ex Deo estis filioli, & vicistis eos: quoniam maior est Ioan.8 f qui in vobis est, quàm qui in mundo. Ipsi de mūdo sunt: ideo de mundo loquuntur, & mundus eos audit. Nos ex Deo sumus. Qui nouit Deum: audit nos. qui non est ex Deo: non au-
B dit nos. in hoc cognoscimus spiritū veritatis & spiritum erroris. Charissimi, diligamus nos inuicem: quia charitas ex Deo est. Et omnis qui diligit, ex Deo natus est, & cognoscit Deū. Qui non diligit, nō nouit Deum: quoniam Deus charitas est. In hoc apparuit charitas Dei in nobis quoniam filium suum Ioan.3 b vnigenitum misit Deus in mundum, vt viuamus per eum. In hoc est charitas: non quasi nos dilexerimus Deum, sed quo-
C niam ipse prior dilexit nos, & misit filium suum propitiationem pro peccatis nostris. Charissimi, si sic Deus dilexit nos: & nos debemus alterutrū diligere. Deū nemo vidit vnquam. Ioan.1 b Si diligamus inuicem: Deus in nobis manet, & charitas eius 1.Tim.6 b in nobis perfecta est. In hoc cognoscimus quòd in eo manemus, & ipse in nobis: quoniam de spiritu suo dedit nobis. Et nos vidimus & testificamur quoniam pater misit filium suū saluatorem mundi. Quisquis confessus fuerit quoniam Iesus est filius Dei: Deus in eo manet, & ipse in Deo. Et nos cognouimus, & credidimus charitati, quam habet Deus in no-
D bis. Deus charitas est: & qui manet in charitate, in Deo manet, & Deus in eo. In hoc perfecta est charitas Dei nobiscum, vt fiduciam habeamus in die iudicij: quia sicut ille est, & nos sumus in hoc mundo. Timor non est in charitate: sed perfecta charitas, foras mittit timorem, quoniam timor pœnam habet. qui autem timet, non est pefectus in charitate. Nos ergo diligamus Deum: quoniam Deus prior dilexit nos. Si quis dixerit, Quoniam diligo Deum: & fratrem suum oderit, mendax est. Qui enim non diligit fratrem suum quem

videt:

videt: Deum quem non videt, quomodo potest diligere? Et
Ioan. 13 d & 15 b Ephe. 1 a hoc mandatum habemus à Deo: vt qui diligit Deum, diligat & fratrem suum.

S. FIDES *incarnationis de mundo triumphat, de* DEO *testimoniũ perhibet: & quia in* DEUM *fiduciam eleuat, petita impetrat.*

CAPVT V.

A OMnis qui credit quoniã Iesus Christus, ex Deo natus est. Et omnis qui diligit eũ qui genuit: diligit & eũ qui natus est ex eo. In hoc cognoscimus quoniã diligimus natos Dei, cũ Deũ diligamus, & mãdata eius faciamus. Hæc est enim charitas Dei, vt mãdata eius custodiamus: & mãdata eius grauia nõ sunt. Quoniã omne quod natũ est ex Deo, vincit mũdũ: & hæc est victoria
Matt. 11 d quę vincit mũdũ, fides nostra. Quis est q vincit mũdũ, nisi qui credit quoniã Iesus est filiꝰ Dei? hic est qui venit per aquã &
1. Cor. 15 g & sanguinẽ Iesus Christus. nõ in aqua solũ: sed in aqua & sanB guine. Et spiritus est qui testificatur quoniã Christus est veritas. Quoniã tres sunt qui testimoniũ dant in cœlo, pater, verbũ, & Spiritus sanctus: & hi tres, vnũ sunt. Et tres sunt qui testimoniũ dãt in terra, Spiritus, aqua, & sanguis. & hi tres, vnũ sunt. Si testimoniũ hominũ accipimus, testimoniũ Dei maius est. quoniã hoc est testimoniũ Dei quod maius est: quoniam testificatus est de filio suo. Qui credit in filiũ Dei: habet testi-
1 Ioan. 5 d moniũ Dei in se. Qui nõ credit filio, mendacẽ facit eũ: quia nõ credit in testimonium, quod testificatus est Deus de filio suo.
C Et hoc est testimoniũ, Quoniã vitã ętернã dedit nobis Deus: & hęc vita, in filio eius est. Qui habet filiũ Dei, habet vitã: qui nõ habet filiũ Dei, vitã nõ habet. Hæc* scribo vobis, vt sciatis
*scripsi quoniã vitã habetis ętернã qui creditis in nomine filij Dei. Et hæc est fiducia quã habemus ad Deũ, Quia quodcũq; petierimus secundũ voluntatẽ eius, audit nos. Et scimus quia audit nos quicquid petierimus: scimus quòd habemus petitiones quas postulauimus ab eo. Qui scit fratrẽ suũ peccare peccatũ nõ ad mortẽ, petat: & dabitur ei vita, peccanti non ad mortẽ.
*Et *Est peccatũ ad mortẽ: nõ pro illo dico vt roget quis. Omnis
D iniquitas, peccatũ est: & est peccatũ ad mortẽ. Scimus quia omnis qui natus est ex Deo, nõ peccat: sed generatio Dei con-
*tanget seruat eũ, & malignus nõ * tangit eũ. Scimus quoniã ex Deo sumus: & mũdus totus in maligno positus est. Et scimus quoniam filius Dei venit, & dedit nobis sensum vt cognoscamus verum Deum, & simus in vero filio eius. Hic est verus Deus: & vita æterna. Filioli, custodite vos à simulachris. Amen.

Argumentum in Epistolam Secundam Ioannis Apostoli.

VSQVE ADEO *ad sanctam fœminam scribit, ut eandem dominam non dubitet literis appellare: eiusdemq; filijs testimonium quòd ambulent in ueritate, perhibet.*

Epistola beati Ioannis Apostoli Secunda.

S. CVILIBET *fideli bonum prosequendum, & malum fugiendum, atque in charitate & doctrina* CHRISTI *permamendum.*

A SENIOR, Electæ dominæ & natis eius, quos ego diligo in veritate, & non ego solus, sed & omnes qui cognouerũt veritatẽ, propter veritatẽ quæ permanet in* vobis, & vobiscũ erit in æternũ. Sit
*nobis *vobiscũ gratia, misericordia, pax à Deo patre, & à Christo Iesu filio patris in veritate, & charitate. Gauisus sum valde quòd inueni de filijs tuis ambulantes in veritate, sicut mandatũ accepimus à patre.
B Et nunc rogo te domina, nõ tanquã mandatũ nouũ scribẽs tibi, sed quod habuimus ab initio vt diligamus alterutrũ. Et hęc est charitas, vt ambulemus secũdũ mãdata eius. Hoc est enim mandatũ, vt quemadmodũ audistis ab initio, in eo ambuletis: quoniam multi seductores exierũt in mundũ, qui nõ cõfitentur Iesum Christum venisse in carnẽ: hic est seductor & an-
C tichristus. Videte vosmetipsos, ne perdatis quæ operati estis: sed vt mercedẽ plenã accipiatis. Omnis qui recedit, & nõ permanet in doctrina Christi: Deũ non habet. Qui permanet in doctrina: hic patrẽ & filiũ habet. Si quis venit ad vos, & hanc doctrinã nõ affert: nolite recipere eũ in domũ, nec AVE ei di-
D xeritis. Qui enim dicit illi AVE: cõmunicat operibus eius malignis.* Ecce, prædixi vobis: vt in die domini nõ confundamini.. Plura habẽs vobis scribere, nolui per chartã & atramẽtũ: spero enim me futurũ apud vos, & os ad os loqui: vt gaudium vestrum plenum sit. Salutant te filij sororis tuæ electæ.

ARGVMENTVM

In epistolam tertiam Ioannis Apostoli.

CAIVM *pietatis causa extollit: atq; ut in ipsa pietate maneat, exhortatur. Diotrepen impietatis & superbiæ causa obiurgat: Demetrio autem bonum testimonium perhibet cum fratribus uniuersis.*

Epistola beati Ioannis Apostoli Tertia.

S. QVI *in multis proximo profuit, in pietate permaneat, ut à malo deuiet.*

A SENIOR Caio charissimo, quem ego diligo in veritate. Charissime de omnibus orationẽ facio prosperè te ingredi & valere, sicut prosperè agit anima tua. Gauisus sum valde venientibus fratribus, & testimoniũ perhibẽtibus veri-
B tati tuæ: sicut tu in veritate ambulas.* Maiorẽ horũ nõ habeo gratiã, quàm vt audiã filios meos in veritate ambulare. Charis- *Maius horum, non habeo gaudiũ.
sime, fideliter facis quicquid operaris in fratres, & hoc in peregrinos qui testimoniũ reddiderũt charitati tuæ in conspectu
C ecclesiæ: quos, *benefaciẽs, *deducis dignè Deo. Pro nomine enim eius ꝓfecti sunt, nihil accipiẽtes à gẽtibus. Nos ergo de- *benefacies
bemus suscipere huiusmodi: vt cooperatores simus veritatis. *deducens
Scripsissem forsitan ecclesiæ: sed is qui amat primatũ gerere in eis, Diotrepes, nõ recipit nos. Propter hoc si venero, cõmonebo eius opera quæ facit, verbis malignis garriens in nos: & quasi nõ ei ista sufficiant, neq; ipse suscipit fratres, & eos qui
D suscipiũt, prohibet, & de ecclesia eijcit. Charissime, noli imitari malũ, sed quod bonũ est. Qui bene facit, ex Deo est: qui male facit, nõ videt Deum. Demetrio testimoniũ redditur ab omnibus, & ab ipsa veritate: sed & nos testimoniũ perhibemus, & nosti quoniã testimoniũ nostrum verum est. Multa habui tibi scribere: sed nolui per atramentum & calamum scribere tibi. Spero autem protinus te videre: & os ad os loquemur. Pax tibi. Salutãt te amici. Saluta tu amicos nominatim.

HIERONYMVS IN CATALOGO SCRIPTORVM ECCLESIASTICORVM.

IVDAS *frater Iacobi paruam quidẽ, quæ de septem catholicis est, epistolam reliquit. Et quia de libro Enoch, qui apocryphus est, in ea assumit testimonium, à plerisq; reijcitur: tamen authoritatem uetustа-*

te iam & usu meruit, & inter sanctas scripturas computatur.

Argumentum in Epistolam Iudæ Apostoli.

IVDAS Apostolus *fratres de corruptoribus uiæ ueritatis ita informat, ut illicitum esse dissertet de subiugo semel erutos seruitutis, denuo operam suam officijs nauare seruilibus.*

Beati Iudæ Apostoli Epistola Catholica.

S. FIDELIS *hæreticorum fallacias uitet, qui cupiditate ducti aduersantur Euangelio, & quorum figuram pseudoprophetæ gesserunt.*

A  IVDAS Iesu Christi seruus, frater autem Iacobi, his qui sunt in Deo patre dilectis, & Christo Iesu cõseruatis, & vocatis: Misericordia vobis, & pax & charitas adimpleatur. Charissimi, omnẽ solicitudinẽ faciens scribendi vobis, de cõmuni vestra salute, necesse habui scribere vobis: deprecans supercertari semel traditæ sanctis fidei. Subin-

B trõierũt enim quidam homines (qui olim præscripti sunt in hoc iudicium) impij, Dñi nostri gratiã transferentes in luxuriam, & solũ dominatorẽ & dñm nostrum Iesum Christũ negantes. Cõmonere autẽ vos volo, scientes semel omnia, quòd

Num.14 f Iesus populum de terra Aegypti saluans, secũdo eos qui nõ crediderunt, perdidit: Angelos verò qui nõ seruauerunt suũ principatum, sed dereliquerunt suum domicilium, in iudicium magni* diei, vinculis æternis sub caligine reseruauit. Sicut So-

aliàs Dei

C doma & Gomorrha, & finitimæ ciuitates simili modo exfornicatæ, & abeuntes post carnẽ alteram, * facti sunt exemplum

Gene.19 e
** factæ*

ignis æterni, pœnam sustinẽtes: similiter & hi carnẽ quidem maculãt, dominationẽ autẽ spernunt, maiestatẽ autẽ blasphemant. Cum Michael Archangelus, cũ diabolo disputans alter

Zacha.3 e
Eccl.21 d

caretur de Moysi corpore: nõ est ausus iudicium inferre blasphemiæ: sed dixit, Imperet tibi Deus: hi autẽ quæcũq; quidẽ ignorant, blasphemãt: quæcunq; autẽ naturaliter, tanquã mu-

D ta animalia, norunt, in his corrumpuntur. Væ illis qui in via Cain abierunt: & errore Balaam, mercede effusi sunt, & in cõtradictione Core perierunt. Hi sunt in epulis suis maculæ, cõ-

Gene. 4 b
Num.32 d
Num.16 a
2.Pet.2 d

uiuantes sine timore, semetipsos pascentes, nubes sine aqua quæ à ventis circũferuntur, arbores autumnales, infructuosæ, bis mortuæ, eradicatæ, fluctus feri maris, despumentes suas cõ-

E fusiones, sydera errantia, quibus procella tenebrarũ seruata est in æternum. Prophetauit autẽ & de his septimus ab Adam, Enoch, dicẽs, Ecce venit Dñs in sanctis millibus suis, facere iu-

Apoc.1 b

diciũ cõtra omnes, & arguere omnes impios de omnibus operibus impietatis eorũ quibus impiè egerũt. & de omnibus duris quæ locuti sunt cõtra * eũ peccatores impij. Hi sunt mur-

**Deum*

muratores, querulosi, secundũ desyderia sua ambulantes, & os eorũ loquitur * superbiã, mirãtes psonas quæstus causa. Vos

**superbia*

F autẽ charissimi, memores estote verborũ quæ prædicta sunt ab Apostolis Domini nostri Iesu Christi, qui dicebãt vobis, Quoniã in nouissimis temporibus venient illusores, secundũ

1.Tim.4 a
2.Tim.3 a
2.Pet.3 a

desyderia sua ambulantes in impietatibus. Hi sunt qui segregant semetipsos, animales, spiritũ nõ habẽtes. Vos autem charissimi, superædificantes vosmetipsos sanctissimæ nostræ fidei, in Spiritu sancto orantes, vosmetipsos in dilectione Dei

G seruate, expectãtes misericordiã domini nostri Iesu Christi in vitam æternam. Et hos quidem arguite iudicatos, illos verò saluate, de igne rapientes. Alijs autem miseremini in timore: odientes & eam quæ carnalis est, maculatã tunicam. Ei autem qui potens est vos conseruare sine peccato, & constituere ante conspectũ gloriæ suę immaculatos *in exultatiõe in aduẽtu Domini nostri Iesu Christi.. soli Deo saluatori nostro per Iesum Christum Dominum nostrum gloria & magnificentia, imperium & potestas ante omnia secula, & nunc & in omnia secula seculorum. Amen.

ARGVMENTVM IN Apocalypsin beati Ioannis.

APOCALYPSIS Ioannis *tot habet sacramẽta quot uerba. Parum dixi, & pro merito uoluminis laus omnis inferior est. In uerbis singulis multiplices latent intelligentiæ.*

Apocalypsis beati Ioannis Apostoli.

S. IOANNES *in Pathmos insula exulans, septem Asiæ ecclesijs per septem candelabra designatis quas uidit uisiones recitauit.*

CAPVT I.

A  APOCALYPSIS Iesu Christi quam dedit illi Deus, palàm facere seruis suis quæ oportet fieri citò, & significauit, mittens per Angelũ suum seruo suo Ioanni, qui testimoniũ perhibuit verbo Dei, & testimonium Iesu Christi, quæcunq; vidit. Beatus qui legit & audit verba prophetiæ huius, & seruat ea quæ in ea scripta sunt: tempus enim prope est. IOANNES

B septẽ ecclesijs quæ sunt in Asia, gratia vobis & pax ab eo qui est, & qui erat, & qui venturus est, & à septem Spiritus qui in conspectu throni eius sunt, & à Iesu Christo qui est testis fidelis, primogenitus mortuorum, & princeps regum terræ,

Coloss.1 c

qui dilexit nos & lauit nos à peccatis nostris in sanguine suo, & fecit nos regnũ & sacerdotes Deo & patri suo, ipsi gloria

1.Cor.15 c

& imperium in secula seculorũ. Amen. Ecce venit cũ nubibus, & videbit eum omnis oculus & qui eũ pupugerunt. Et

Heb. 9 d

plangent se super eum omnes tribus terræ: etiã. Amen. Ego

1.Pet.1 d

C sum æ & ω, principiũ & finis, dicit Dominus Deus qui est, & qui erat, & qui venturus est omnipotens. Ego Ioannes frater

Ioan.1 d
Esa.3 c

vester & particeps in tribulatione, & regno, & patientia in

Matt.24 c

Christo Iesu, fui in insula, quæ appellatur Pathmos, propter

Iudæ 1 c

verbum Dei & testimonium Iesu. Fui in Spiritu in domi-

Infra 21 b

nica die: & audiui post me vocẽ magnam tanquam tubæ di-

22 c

centis, Quod vides, scribe in libro: & mitte septem ecclesijs, quæ sunt in Asia, Epheso, & Smyrnæ, & Pergamo, & Thyatiræ, & Sardis, & Philadelphiæ, & Laodiceæ: Et conuersus

D sum, vt viderẽ vocẽ quæ loquebatur mecum. Et cõuersus, vidi septẽ candelabra aurea: & in medio septẽ candelabrorum aureorũ similẽ filio hominis, vestitũ podere, & præcinctũ ad mãmillas zona aurea: caput autẽ eius & capilli erãt candidi, tãquam lana alba, & tanquã nix: & oculi eius tãquam flamma ignis: &

D ignis:& pedes eius similes aurichalco,velut in camino ardenti:& vox illius tanquam vox aquarum multarũ:& habebat in dextera sua stellas septem,& de ore eius gladius vtraq; parte acutus exibat: & facies eius sicut sol lucet in virtute sua. Et cum vidissem eum,cecidi ad pedes eius tanquam mortuus. Et
Esa.41 b & 44 a posuit dexterã suam super me,dicens, Noli timere: ego sum primus & nouissimus, & viuus,& fui mortuus: & ecce sum viuens in secula seculorum,& habeo claues mortis & inferni. Scribe ergo quę vidisti,& quæ sunt,& quę oportet fieri post hæc. Sacramentum septem stellarum,quas vidisti in dextera A mea,& septem candelabra aurea.septem stellæ, Angeli sunt septem ecclesiarũ.& candelabra septem,septẽ ecclesiæ sunt

S. QVID *Ecclesijs Ephesi, Smyrnæ,Pergami, & Thyatiræ Deus futurum nouerit cum discrimine malorum à bonis* Ioannes *præuidet.* CAPVT II.

A ET Angelo Ephesi ecclesiæ scribe, Hæc dicit qui tenet septẽ stellas in dextera sua, qui ambulat in medio septẽ candelabrorũ aureorum, Scio opera tua,& laborẽ,& patientiam tuã: & quòd nõ potes sustinere malos,& tẽtasti eos qui se dicũt Apostolos esse, B & non sunt,& inuenisti eos mẽdaces:& patientiã habes,& sustinuisti propter nomen meũ,& non defecisti.Sed habeo adB uersum te pauca,quòd charitatẽ tuam primã reliquisti. Memor esto itaq; vnde excideris, & age pœnitentiam, & prima opera fac: sinautẽ,veniam tibi citò & mouebo candelabrum tuum de loco suo,nisi pœnitentiã egeris.Sed hoc habes, quia odisti facta Nicolaitarũ,quæ & ego odi.Qui habet aurẽ, audiat quid Spiritus dicat ecclesijs. Vincẽti dabo edere de ligno vitæ,quod est in paradiso Dei mei.Et Angelo Smyrnæ eccle
C siæ scribe:Hæc dicit primus & nouissimus,qui fuit mortuus, C & viuit,Scio tribulationẽ tuã & paupertatẽ tuã, sed diues es: & blasphemaris ab his qui se dicunt Iudæos esse, & nõ sunt, sed sunt synagôgæ satanæ. Nihil horũ timeas quæ passurus es.Ecce missurus est diabolus aliquos ex vobis in carcerem vt tentemini: & habebitis tribulationem diebus decem.Esto fidelis vsq; ad mortẽ:& dabo tibi coronam vitæ.Qui habet aurem,audiat quid Spiritus dicat ecclesijs, Qui vicerit,non lædD tur à morte secunda.Et Angelo Pergami ecclesiæ scribe.Hęc dicit qui habet romphæam vtraq; parte acutã,Scio vbi habitas,vbi sedes est satanæ,& tenes nomen meũ, & non negasti D fidem meam.Et in diebus illis Antipas testis meus fidelis,qui occisus est apud vos,vbi satanas habitat. Sed habeo aduersus te pauca,quia habes illic tenentes doctrinã Balaã:qui docebat Balac mittere scandalum coram filijs Israel,edere & fornica-
Num.24 c ri:ita habes & tu tenentes doctrinam Nicolaitarum.Similiter
E pœnitẽtiam age.si quo minus:veniã tibi citò,& pugnabo cũ illis in gladio oris mei.Qui habet aurem,audiat quid Spiritus dicat ecclesijs,Vincenti dabo manna absconditum,& dabo illi calculũ candidum,& in calculo,nomen nouum scriptũ, quod nemo scit,nisi qui accipit.Et Angelo Thyatiræ ecclesiæ scribe, Hæc dicit filius Dei, qui habet oculos tanquam flammam ignis, & pedes eius similes aurichalco. Noui opera tua, & fidem, & charitatem tuam, & ministerium, & patientiam
F tuam, & opera tua nouissima plura prioribus. Sed habeo aduersus te pauca: quia permittis mulierem Iezabel quæ se dicit prophetam,docere,& seducere seruos meos, fornicari, & manducare de idolothytis. Et dedi illi tempus vt pœniten-A tiam ageret:& nõ vult pœnitere à fornicatione sua. Ecce ego mitto eam in lectũ,& qui mœchantur cum ea: in tribulatione maxima erunt,nisi pœnitentiam ab operibus suis egerint: &
*in monte filios eius interficiam*in morte,& scient omnes ecclesiæ quia
G ego sum scrutans renes & corda, & dabo vnicuique vestrum B
1.Reg.16 b secundũ opera sua.Vobis autẽ dico,& cæteris qui Thyatiræ
Psal.7 c estis,Quicunq; non habent doctrinam hanc, & qui non co-
Ierc.17 b gnouerunt altitudines satanę,quemadmodũ dicunt,non mittam super vos aliud pondus: tamẽ id quod habetis,tenete donec veniam.Et qui vicerit & custodierit vsq; in fidem opera mea:dabo illi potestatem super gentes, & reget eas in virga Psal.2 c ferrea, & tanquã vas figuli cõfringentur,sicut & ego accepi à patre meo:& dabo illi stellam matutinam.Qui habet aurem, audiat quid Spiritus dicat ecclesijs.

S. QVID *Deus futurum nouerit Ecclesijs Sardis, Philadelphiæ, & Laodiceæ,ut à præteritis malis resipiscant,& futuris caueãt.* CAPVT III.

ET Angelo ecclesiæ Sardis, scribe, Hæc dicit qui habet septẽ spiritus Dei,& septem stellas,Scio opera tua,quia nomẽ habes quòd viuas,& mortuus es. Esto vigilãs,& confirma cætera quæ moritura erant.Nõ enim* inueni opera tua plena coram Deo meo. In *inuenio mẽte ergo habe qualiter acceperis & audieris:& serua,& pœnitentiam age.Si ergo non vigilaueris, veniam ad te tanquam Infra 16 c fur,& nescies qua hora veniã ad te.Sed habes pauca nomina 1.Thess.5 a in Sardis,qui nõ inquinauerũt vestimenta sua, & ambulabũt 2.Pet.3 c mecum in albis,quia digni sunt. Qui vicerit, sic vestietur vestimentis albis,& non delebo nomen eius de libro vitæ,& cõfitebor nomen eius corã patre meo,& corã Angelis eius.Qui habet aurẽ,audiat quid Spiritus dicat ecclesijs.Et Angelo Phi ladelphiæ ecclesiæ scribe,Hæc dicit sanctus & verus, qui habet clauem Dauid: qui aperit,& nemo claudit:claudit,& ne- Esa.22 f mo aperit. Scio opera tua.Ecce dedi coram te ostiũ apertum Iob 12 b quod nemo potest claudere:quia modicã habes virtutem, & seruasti verbũ meum,& non negasti nomen meũ. Ecce dabo de synagôga satanæ,qui dicunt se Iudæos esse,& nõ sunt,sed mentiuntur.Ecce faciam illos vt veniant,& adorẽt ante pedes tuos:& scient quia ego dilexi te:quoniã seruasti verbũ patiẽtiæ meæ,& ego seruabo te ab hora tentationis, quæ ventura est in orbem vniuersum tentare habitantes in terra. Ecce ego venio citò:tene quod habes,vt nemo accipiat coronam tuam. Qui vicerit,faciam illum columnã in tẽplo Dei mei, & foras non egredietur amplius:& scribã super eum nomẽ Dei mei, & nomen ciuitatis Dei mei nouæ Ierusalẽ,quæ descendit de cœlo à Deo meo,& nomẽ meũ nouum.Qui habet aurẽ, audiat quid Spiritus dicat ecclesijs.Et Angelo Laodiceæ ecclesiæ scribe,Hæc dicit,Amen testis fidelis & verus,qui est principium creaturæ Dei, Scio opera tua, quòd neq; frigidus es, neq; calidus,vtinam frigidus esses aut calidus: sed quia tepidus es,& nec frigidus nec calidus, incipiã te euomere ex ore meo: quia dicis,Diues sum,& locupletatus,& nullius egeo, & nescis quia tu es miser,& miserabilis,& pauper, & cæcus, & nudus.Suadeo tibi emere à me aurũ ignitum probatum, vt locuples fias:& vestimẽtis albis induaris, vt non appareat cõfusio nuditatis tuæ, & collyrio inunge oculos tuos vt videas: Prouer.3 b Ego quos amo,arguo & castigo.Aemulare ergo,& pœniten Hebr.12 b tiam age.Ecce sto ad ostium & pulso: si quis audierit vocem meam,& aperuerit mihi ianuam,intrabo ad illũ, & cœnabo cum illo,& ipse mecum. Qui vicerit,dabo ei sedere mecum in throno meo,sicut & ego vici,& cõsedi cũ patre meo in throno eius.Qui habet aurẽ,audiat quid Spiritus dicat ecclesijs.

S. APERTO *in cœlo ostio* Ioãnes *uidet* XXIIII. *seniores circa thronum sedentes, & IIII. animalia sedenti in throno assiduè gloriam dare.* CAPVT IIII.

POst hæc vidi,& ecce ostium apertum in cœlo, & vox prima quam audiui tanquam tubæ loquentis mecum,dicens,Ascende huc,& ostendã tibi quę oportet fieri citò post hæc.Statim fui in spiritu. Et ecce sedes posita erat in cœlo,& supra sedem sedẽs.Et qui sedebat,similis erat aspectui lapidis iaspidis,& sardinis,& iris erat in circuitu sedis,similis visioni smaragdinæ.Et in circuitu sedis,sedilia vigintiquatuor:& supra thronos, vigintiquatuor seniores sedentes,circumamicti vestimentis albis, & in capitibus suis coronæ aureæ. Et de throno procedebant fulgura,

& voces, & tonitrua, & septem lampades ardentes ante thronum, * quæ sunt septem Spiritus Dei. Et in cõspectu sedis tanquam mare vitreũ simile crystallo, & in medio sedis & circuitu sedis, quatuor animalia plena oculis antè & retro. C Et animal primum, simile leoni: & secundum animal, simile vitulo: & tertium animal, habens faciẽ velut hominis: & quartum animal, simile aquilæ volanti. Et quatuor animalia singula eorũ habebant alas senas in circuitu, & intus plena sunt oculis. & requiem non habebant die ac nocte, dicentia, Sanctus, Sanctus, Sanctus dominus Deus omnipotens, qui erat, & qui est, & qui venturus est. Et cum darent illa anima Esa. 6 d lia gloriam & honorem & benedictionem sedẽti super thronum, D viuenti in secula seculorum, procidebãt viginti quatuor seniores ante sedentem in throno, & adorabant viuentẽ in secula seculorũ, & mittebant coronas suas ante thronum, dicentes, Dignus es domine Deus noster accipere gloriam & honorem & virtutem, quia tu creasti omnia, & propter voluntatem tuam erant, & creata sunt.

* qui

S. PLENTE Ioanne, librum septem sigillis obsignatum occisus agnus aperit, quod XXIIII. seniores cum innumera Angelorum multitudine probant. CAPVT V.

A ET vidi in dextera sedentis supra thronum, librũ scriptũ intus & foris, signatum sigillis septem. Et vidi Angelũ fortem, & prædicantẽ voce magna, Quis est dignus aperire librum, & soluere signacula eius? Et nemo poterat neq; in cœlo neq; in terra, neque subtus terrã aperire librũ, neq; respicere illũ. Et ego flebam multũ quoniã nemo dignus inuentus est aperire librũ, nec vi B dere eũ. Et vnus de senioribus dicit mihi, Ne fleueris: ecce vicit leo de tribu Iuda, radix Dauid, aperire librũ & soluere septem signacula eius. Et vidi, & ecce in medio throni & quatuor animaliũ, & in medio seniorũ agnũ stantẽ tanquã occisum, habentẽ cornua septẽ & oculos septẽ: qui sunt septem Spiritus Dei, missi in omnẽ terrã. Et venit & accepit de dex C tera sedentis in throno, librũ. Et cũ aperuisset librũ, quatuor animalia & viginti quatuor seniores cecidẽrũt corã agno, habẽtes singuli citharas & phialas aureas plenas odoramentorum, quæ sunt orationes sanctorũ: & cantabãt canticũ nouũ, dicentes, Dignus es Domine accipere librum & aperire signacula eius: quoniam occisus es, & redemisti nos Deo in sanguine tuo, ex omni tribu & lingua & populo & natione, & fecisti nos Deo nostro regnũ & sacerdotes, & regnabimus super ter D ram. Et vidi, & audiui vocẽ Angelorum multorũ in circuitu throni & animalium & seniorũ: & erat numerus eorũ millia Danie. 7 c milliũ, dicẽtiũ voce magna, Dignus est agnus qui occisus est, accipere virtutẽ, & diuinitatẽ, & sapiẽtiã, & fortitudinẽ, & honorẽ, & gloriã, & benedictionẽ. Et omnẽ creaturã quę in cœlo est, & sup terrã, & sub terra, & quæ sunt in mari, & quæ in eo: oẽs audiui dicẽtes, Sedẽti in throno, & agno, benedictio & honor & gloria & potestas in secula seculorũ. Et quatuor animalia dicebant, Amen. Et viginti quatuor seniores cécidérunt in facies suas: & adorauerũt viuentẽ in secula seculorũ.

S. APERTIS quinq; sigillis uarij sequuntur affectus: aperto autẽ sexto extremum designatur iudicium. CAPVT VI.

A ET vidi quòd aperuisset agnus vnũ de septem sigillis, & audiui vnum de quatuor animalibus, dicens, tanquam vocẽ tonitrui, Veni, & vide. Et vidi, & ecce equus albus: & qui sedebat super illum habebat arcũ, & data est ei corona, & exiuit vincens vt vinceret. Et cum aperuisset sigillũ secundum, audiui secundum animal, dicẽs, Veni, & vide. Et exiuit alius equus rufus: & qui sedebat super illũ, datum est ei vt sumeret pacẽ de terra: & vt B inuicem se interficiãt: & datus est ei gladius magnus. Et cum aperuisset sigillũ tertiũ, audiui tertium animal, dicẽs, Veni & vide. Et ecce equus niger: & qui sedebat super illũ, habebat statêram in manu sua. Et audiui tanquã vocem in medio quatuor animalium * dicentem, Bilibris tritici denario vno & tres * dicentium bilibres hordei denario vno, & vinum & oleum ne læseris. Et cum aperuisset sigillũ quartũ, audiui vocẽ quarti animalis dicentis, Veni, & vide. Et ecce equus pallidus & qui sedebat super eũ, nomen illi Mors & infernus sequebatur eũ. & data est C illi potestas super quatuor partes terræ interficere gladio, fame, & morte, & bestijs terræ. Et cum aperuisset sigillũ quintum: vidi subtus altare animas interfectorũ propter verbum Dei, & propter testimoniũ quod habebãt: & clamabãt voce magna, dicentes, Vsquequo Domine, sanctus, & verus, nõ iudicas & nõ vindicas sanguinem nostrum de his qui habitant in terra? Et datæ sunt illis singulæ stolæ albæ: & dictũ est illis vt requiescerent adhuc tempus modicũ donec cõpleantur cõserui eorum, & fratres eorum qui interficiẽdi sunt sicut & illi. D Et vidi, cum aperuisset sigillũ sextũ: & ecce terræmotus magnus factus est, & sol factus est niger tanquã saccus cilicinus: & luna tota facta est sicut sanguis: & stellæ de cœlo cécidérũt super terram, sicut ficus emittit grossos suos cum à vento magno mouetur: & cœlum recessit sicut liber inuolutus: & omnis mons, & insulæ de locis suis motę sunt: & reges terræ, & principes, & tribuni, & diuites, & fortes, & omnis seruꝰ, & liber absconderunt se in speluncis & in petris montium, & dicunt montibus & petris, Cadite super nos, & abscondite nos Esa. 2. d à facie sedentis super thronum, & ab ira Agni. quoniam ve- Osee 10 b. nit dies magnus iræ ipsorum. & quis poterit stare? Luc. 23 d

S. PER sex aperta sigilla signantur electi Dei quos reget agnus, & omnem ab eis fletum absterget, ne cum impijs pereant. CAPVT VII.

A POst hæc vidi quatuor Angelos stantes super quatuor angulos terræ, tenentes quatuor ventos terræ * ne flarent super terrã, neq; super mare, neq; * ne flaret uẽtus in vllam arborem. Et vidi alterũ Angelum ascendentem ab ortu solis, habentem signum Dei viui: & clamauit voce magna quatuor Angelis, quibus datum est nocere terræ & mari, dicens, Nolite nocere terræ * & mari, neq; arboribus, * neque quoadusque signemus seruos Dei nostri in frontibus suis. Et audiui numerum signatorum centum quadraginta quatuor B millia signati ex omni tribu filiorũ Israel. Ex tribu Iuda, duodecim millia signati. Ex tribu Ruben, duodecim millia signati. Ex tribu Gad, duodecim millia signati. Ex tribu Aser, duodecim millia signati. Ex tribu Nephthali, duodecim millia signati. Ex tribu Manasse, duodecim millia signati. Ex tribu Simeõ, duodecim millia signati. Ex tribu Leui, duodecim millia signati. Ex tribu Issachar, duodecim millia signati. Ex tribu Zabulõ, duodecim millia signati. Ex tribu Ioseph, duodecim millia signati. Ex tribu Beniamin, duodecim millia signati. Post hæc vidi turbã magnã quã dinumerare nemo poC terat, ex omnibus gẽtibus & tribubus, & populis & linguis, stantes ante thronũ, & in conspectu agni, amicti stolis albis, & palmæ in manibus eorũ, & clamabãt voce magna, dicẽtes, Salus Deo nostro qui sedet super thronũ, & agno. Et omnes Angeli stabant in circuitu throni & seniorũ, & quatuor animaliũ: & cécidérũt in cõspectu throni in facies suas, & adorauerunt Deũ, dicẽtes, Amẽ. Benedictio, & claritas, & sapiẽtia, D & gratiarum actio, honor & virtus, & fortitudo Deo nostro in secula seculorũ. Amen. Et respondit vnus de senioribus, & dixit mihi, Hi qui amicti sunt stolis albis, qui sunt? & vnde venerũt? Et dixi illi, Domine mi, tu scis. Et dixit mihi. Hi sunt qui venerũt de tribulatione magna, & lauerunt stolas suas, & dealbauerunt eas in sanguine agni. ideò sunt ante thronũ Dei & seruiũt ei die ac nocte in templo eius: & qui sedet in thro- Esa. 49 c no, habitabit super illos: non esuriẽt neq; sitient amplius, nec cadet super illos sol, neq; vllus æstus: quoniã agnus qui in medio throni est, reget illos, & deducet eos ad vitæ fontes aqua- Esa. 25 c rum, & absterget Deus omnem lachrymam ab oculis eorum.

S. QVATVOR

S. QVATVOR *Angelis tuba canentibus, & accenſo altari maximæ partis uniuerſi fit excidium.* CAPVT VIII.

A ET cum aperuiſſet ſigillum ſeptimum, factum eſt ſilentiũ in cœlo, quaſi media hora. Et vidi ſeptem Angelos ſtantes in conſpectu Dei: & datæ ſunt illis ſeptem tubæ. Et alius Angelus venit, & ſtetit ante altare, habens thuribulum aureũ, & data ſunt illi incenſa multa, vt daret de orationibus ſanctorũ omnium ſuper altare aureũ, quod eſt ante thronũ. Et aſcendit fumus incenſorũ de
B orationibus ſanctorum de manu Angeli corã Deo. Et accepit Angelus thuribulũ aureum, & impleuit illud de igne altaris, & miſit in terrã, & facta ſunt tonitrua & voces & fulgura & terræmotus magnus. Et ſeptẽ Angeli qui habebant ſeptẽ tubas, præparauerũt ſe vt tuba canerent. Et primus Angelus tuba cecinit, & facta eſt grando & ignis, miſta in ſanguine: & miſſum eſt in terrã, & tertia pars terræ combuſta eſt, & tertia pars arborũ cõcremata eſt, & omne fœnũ viride cõbuſtũ eſt.
C Et ſecundus Angelus tuba cecinit, & tanquã mons magnus igne ardẽs, miſſus eſt in mare: & facta eſt tertia pars maris, ſanguis: & mortua eſt tertia pars creaturæ eorũ quæ habebãt animas in mari, & tertia pars nauiũ interijt. Et tertius Angelus tuba cecinit, & cécidit de cœlo ſtella magna ardẽs tanquàm facula, & cécidit in tertiã partẽ fluminũ, & in fontes aquarũ: &
D nomẽ ſtellæ, dicitur Abſinthiũ, & facta eſt tertia pars aquarũ in abſinthiũ, & multi hominũ mortui ſunt de aquis, quia amaræ factę ſunt. Et quartus Angelus tuba cécinit: & percuſſa eſt tertia pars ſolis, & tertia pars lunæ, & tertia pars ſtellarum, ita vt obſcuraretur tertia pars eorum, & diei non luceret pars tertia, & noctis ſimiliter. Et vidi, & audiui vocem vnius aquilæ volantis per medium cœli dicentis voce magna, Væ væ væ habitantibus in terra: de cæteris vocibus *trium Angelorum qui erant tuba canituri.

*tubæ

S. CANTVM *quinti Angeli lapſus ſtellæ à cœlo, locuſtarum pernicies & maledictiones ſequuntur: at ſexti Angeli cantu Angeli in Euphrate ligati ſoluuntur.* CAPVT IX.

A ET quintus Angelus tuba cécinit, & vidi ſtellã de cœlo cecidiſſe in terram, & data eſt ei clauis putei abyſsi. Et aperuit puteũ abyſsi, & aſcẽdit fumus putei, ſicut fumus fornacis magnæ: & obſcuratus eſt ſol & aer de fumo putei. Et de fumo putei exierũt locuſtæ in terrã, & data eſt illis poteſtas, ſicut habẽt poteſtatẽ ſcorpiones terræ: & pręceptũ eſt illis ne læderẽt fœnũ terræ, neq; omne viride, neq; omnẽ arborẽ, niſi tantũ homines qui nõ habẽt ſignũ Dei in frõtibus ſuis: & datũ eſt illis ne occiderẽt eos, ſed vt cruciarẽtur mẽſibus quinq;:
B & cruciatus eorũ, vt cruciatus ſcorpij cũ percutit hoiem. Et in diebus illis quærẽt homines mortẽ, & nõ inuenient eã: & deſyderabũt mori, & fugiet mors ab eis. Et ſimilitudines locuſtarum, ſimiles equis paratis in prælium: & ſuper capita earum tanquam coronæ, ſimiles auro: & facies earum tanquam facies hominũ. & habebant capillos ſicut capillos mulierum: & dentes earum, ſicut dẽtes leonũ erant: & habebant loricas ſicut loricas ferreas, & vox alarũ earũ ſicut vox curruum equorum multorũ currẽtium in bellum. & habebãt caudas ſimiles ſcorpionum, & aculei erant in caudis earũ: & poteſtas earum
C nocere hominibus menſibus quinq;: & habebant ſuper ſe regem Angelũ abyſsi, cui nomẽ Hebraicè Abaddon, Græcè autem Apollyon, & Latinè habens nomen Exterminans. Væ vnum abijt, & ecce veniunt adhuc duo væ poſt hæc. Et ſextus Angelus tuba cécinit: & audiui vocem vnam ex quatuor cornibus altaris aurei, quod eſt ante oculos Dei, dicentẽ ſexto Angelo qui habebat tubam, Solue quatuor Angelos, qui alligati ſunt in flumine magno Euphrate. Et ſoluti ſunt quatuor Angeli, qui parati erant in horã & diem & menſem & annũ: vt occiderent tertiã partem hominum. Et numerus equeſtris exercitus vicies millies dena millia. Et audiui numerũ eorum.

Eſa. 2 d
Oſee 10 b
Luc. 23 d
Sapien. 16 b

Et ita vidi equos in viſione: & qui ſedebant ſuper eos, habebant loricas igneas, & hyacinthinas & ſulphureas: & capita
D equorum erant tanquam capita leonum: & de ore eorum procedit ignis, & fumus, & ſulphur. Et ab his tribus plagis occiſa eſt tertia pars hominum, de igne & de fumo & ſulphure: quæ procedebant ex ore ipſorum. Poteſtas enim equorum in ore eorum eſt, & in caudis eorum: nam caudæ eorũ, ſimiles ſerpentibus, habentes capita: & in his nocent. Et cæteri homines qui nõ ſunt occiſi in his plagis, neq; pœnitentiam egerũt de operibus manuum ſuarũ vt non adorarent dæmonia & ſimulachra aurea & argentea & ærea & lapidea & lignea, quæ neque videre poſſunt, neque audire, neque ambulare, & non egerunt pœnitentiam ab homicidijs ſuis, neque à veneficijs ſuis, neque à fornicatione ſua, neque à furtis ſuis.

S. LOQVENTE *alio Angelo uario loquuntur ſeptem tonitrua: ſed & Angelus tempus uoce ſeptimi Angeli conſummandum iurans librum dedit Ioanni deuorandum.* CAPVT X.

A ET vidi alium Angelũ fortẽ deſcendentem de cœlo, amictum nube, & iris in capite eius, & facies eius erat vt ſol, & pedes eius tanquam *columna ignis: & habebat in manu ſua libellũ apertum: & poſuit pedẽ ſuũ dextrum ſuper mare, ſiniſtrum autem ſuper terram, & clamauit voce magna, quẽadmodũ cum leo rugit.
B Et cũ clamaſſet, locuta ſunt ſeptẽ tonitrua voces ſuas. Et cum locuta fuiſſent ſeptẽ tonitrua voces ſuas, ego ſcripturus eram: & audiui vocẽ de cœlo dicentẽ mihi, Signa quæ locuta ſunt ſeptem tonitrua: & noli ea ſcribere. Et Angelus quem vidi ſtantem ſuper mare & ſuper terrã, leuauit manũ ſuam ad cœlum, & iurauit per viuentẽ in ſecula ſeculorum, qui creauit cœlũ &
C ea quæ in eo ſunt, & terram & ea quæ in ea ſunt, & mare & ea quę in eo ſunt, Quia tempus nõ erit amplius, ſed in diebus vocis ſeptimi Angeli, cum cœperit tuba canere, cõſummabitur myſteriũ Dei, ſicut euangelizauit per ſeruos ſuos prophetas. Et audiui vocẽ de cœlo iterũ loquentẽ mecũ, & dicentẽ, Va-
D de, & accipe librũ apertũ de manu Angeli ſtãtis ſup mare & ſuper terrã. Et abij ad Angelũ, dicens ei, vt daret mihi librũ. Et dixit mihi, Accipe librum, & deuora illum: & faciet amaricari ventrem tuũ, ſed in ore tuo erit dulce tanquam mel. Et accepi librum de manu Angeli, & deuoraui illum: & erat in ore meo tanquam mel, dulce: & cum deuoraſſem eum, amaricatus eſt venter meus. & dicit mihi, Oportet te iterum prophetare gẽtibus, & populis, & linguis, & regibus multis.

*columna

Dan. 12 d

Ezech. 3 d

S. IOANNES *templum metiens duos teſtes uidit prædicaturos quos beſtia à mari aſcendens occidit, & tunc ſeptimus Angelus tuba cécinit.* CAPVT XI.

A ET datus eſt mihi calamus ſimilis virgæ: & dictum eſt mihi, Surge, & metire templũ Dei, & altare, & adorantes in eo: atrium autẽ quod eſt intra tẽplum, eijce foras, & ne metiaris illud: quoniam datũ eſt gẽtibus, & ciuitatẽ ſanctã calcabunt mẽſibus quadraginta duobus: & dabo duobus teſtibus meis, & prophetabũt diebus mille ducẽtis ſexaginta, amicti ſaccis. Hi ſunt duæ oliuæ & duo candelabra in conſpectu domini terræ ſtantia. Et ſi quis voluerit eos nocere: ignis exiet de ore eorum, & deuorabit inimicos eorum: & ſi quis voluerit eos lædere, ſic oportet eum occidi. Hi habẽt poteſtatem claudendi cœlum, ne pluat
B diebus prophetiæ ipſorũ: & poteſtatẽ habẽt ſuper aquas conuertendi eas in ſanguinẽ, & percutere terrã omni plaga quotieſcunq; voluerint. Et cũ finierint teſtimoniũ ſuũ: beſtia quę aſcẽdit de abyſſo, faciet aduerſum eos bellũ, & vincet illos, & occidet eos. Et corpora eorũ iacebunt in platéis ciuitatis magnæ, quæ vocatur ſpiritualiter Sodoma, & Aegyptus, vbi & dominus eorũ crucifixus eſt. Et videbũt de tribubus, & populis, & linguis, & gentibus corpora eorũ per tres dies & dimidiũ, & corpora eorũ nõ ſinẽt poni in monumentis: & inhabi-

tantes terram, gaudebũt super illos, & iocundabuntur, & mu
nera mittent inuicẽ: quoniam hi duo prophetæ cruciauerunt
C eos qui habitabant super terrã. Et post dies tres & dimidium,
Spiritus vitæ à Deo intrauit in eos: & steterunt super pedes
suos, & timor magnus cécidit super eos qui viderunt eos. Et
audierũt vocẽ magnã de cœlo, dicentẽ eis, Ascendite huc. Et
ascenderunt in cœlũ in nube: & viderũt illos inimici eorũ. Et
in illa hora factus est terræmotus magnus, & decima pars ci-
uitatis cécidit, & occisa sunt in terræmotu nomina hominum
septẽ millia, & reliqui in timorẽ sunt missi, & dederũt gloriã
Deo cœli. Væ secundum abijt: & ecce væ tertiũ veniet citò.
Et septimus Angelus tuba cécinit, & factæ sunt voces magnę
D in cœlo dicentes, Factũ est regnũ huius mundi domini nostri
*regnabunt & Christi eius, & *regnabit in secula seculorũ. Amẽ. Et vigin
tiquatuor seniores qui in cõspectu Dei sedẽt in sedibus suis,
céciderunt in facies suas, & adorauerunt Deum, dicẽtes, Gra-
tias agimus tibi domine Deus noster omnipotens qui es, &
qui eras, & qui vẽturus es: quia accepisti virtutẽ tuã magnam,
& regnasti. Et iratæ sunt gentes, & aduenit ira tua, & tempus
mortuorũ, iudicari, & reddere mercedẽ seruis tuis prophetis
& sanctis, & timẽtibus nomẽ tuũ pusillis & magnis, & exter-
minãdi eos qui corruperũt terram. Et apertũ est templũ Dei
in cœlo: & visa est arca testamenti eius in templo eius, & facta
sunt fulgura, & voces, & terræmotus, & grando magna.

S. CVM *mulier filium cernente dracone peperisset, raptus est ad eũ*
filius eius: tunc verò facto in cœlo prælio lapsus dra
co mulieris semini nocere cœpit.

CAPVT XII.

A ET signũ magnũ apparuit in cœlo: Mulier amicta
sole, & luna sub pedibus eius, & in capite eius co-
rona stellarũ duodecim, & in vtero habẽs: & * cla
*clamabat mat parturiẽs, & cruciatur vt pariat. Et visum est
aliud signũ in cœlo, & ecce draco magnus rufus, habens capi-
ta septem, & cornua decẽ: in capitibus eius diademata septem,
& cauda eius trahebat tertiã partẽ stellarum cœli, & misit eas
B in terrã, & draco stetit ante mulierem quæ erat paritura: vt cũ
peperisset, filium eius deuoraret. Et peperit filium masculũ,
qui recturus erat omnes gẽtes in virga ferrea: & raptus est fi-
lius eius ad Deum & ad thronum eius, & mulier fugit in so-
litudinẽ vbi habebat locũ paratum à Deo, vt ibi pascat eã die-
bus mille ducẽtis sexaginta. Et factũ est præliũ magnũ in cœ
lo. Michael & Angeli eius præliabãtur cũ dracone, & draco
pugnabat & Angeli eius: & nõ valuerunt, neq; locus inuen-
tus est eorũ amplius in cœlo: & proiectus est draco ille ma-
gnus, serpens antiquus, qui vocatur diabolus & satanas, qui se
ducit vniuersum orbem: & proiectus est in terrã, & Angeli
C eius cum illo missi sunt. Et audiui vocem magnã in cœlo di-
centem, Nunc facta est salus & virtus, & regnum Dei nostri,
& potestas Christi eius: quia proiectus est accusator fratrum
nostrorum, qui accusabat illos ante conspectum Dei nostri
die ac nocte. Et ipsi vicerunt eum propter sanguinem agni, &
propter verbum testimonij sui, & non dilexerũt animas suas
vsque ad mortem: propterea lætamini cœli, & qui habitatis in
eis. Væ terræ & mari, quia descendit diabolus ad vos habens
iram magnam, sciens quòd modicum tempus habet. Et post-
D quam vidit draco quòd proiectus esset in terram, persecutus
est mulierem quæ peperit masculum: & datæ sunt mulieri
alæ duæ aquilæ magnæ, vt volaret in desertum in locum suũ
vbi alitur per tempus & tempora & dimidium temporis à fa-
cie serpentis. Et misit serpens ex ore suo post mulierẽ, aquã
tanquam flumen: vt eam faceret trahi à flumine. Et adiuuit ter
ra mulierem, & aperuit terra os suũ, & absorbuit flumẽ quod
misit draco de ore suo. Et iratus est draco in mulierẽ: & abijt
facere prælium cum reliquis de semine eius, qui custodiunt
mandata Dei, & habent testimonium Iesu Christi. Et stetit
supra arenam maris.

S. BESTIA *cum septem capitibus, x. cornibus, & x. diadematibus à mari ascendes Deũ blasphemare, & in Sanctos bellare cœpit: & inde altera ascendẽs altera cum duobus cornibus & pari potestate alteri fauens toti orbi nocere cœpit.* CAP. XIII.

A ET vidi de mari bestiam ascendentem, habentem
capita septem, & cornua decem, & super cornua
eius decẽ diademata, & super capita eius nomina
blasphemię. Et bestia quã vidi, similis erat pardo,
& pedes eius sicut pedes vrsi, & os eius sicut os leonis. Et de-
dit illi draco virtutẽ suam & potestatem magnam. Et vidi vnũ
de capitibus suis quasi occisum in mortẽ: & plaga mortis eius
curata est. Et admirata est vniuersa terra post bestiam. Et ado-
rauerunt draconem qui dedit potestatẽ bestiæ: & adorauerũt
B bestiam, dicentes, Quis similis bestiæ? & quis poterit pugna-
re cum ea? Et datum est ei os loquens magna & blasphemias:
& data est ei potestas facere menses quadragintaduos. Et ape
ruit os suũ in blasphemias ad Deum blasphemare nomẽ eius,
& tabernaculum eius, & eos qui in cœlo habitant. Et est datũ
illi bellum facere cum sanctis, & vincere eos. Et data est illi po
testas in omnẽ tribum, & populum, & linguam, & gẽtem: &
adorauerũt eam omnes qui *inhabitabãt terram, quorum nõ *inhabitant
sunt scripta nomina in libro vitæ agni, qui occisus est ab origi
C ne mundi. Si quis habet aurẽ, audiat. Qui in captiuitatem du- Act. 4 e
xerit, in captiuitatem vadet: qui in gladio occiderit, oportet Gene. 9 a
eum gladio occidi. Hîc est patiẽtia & fides sanctorum. Et vidi Mat. 26 e
aliam bestiam ascendentẽ de terra: & habebat cornua duo, si-
milia agni, & loquebatur sicut draco. Et potestatẽ prioris be-
stiæ omnẽ faciebat in conspectu eius: & fecit terrã & habitan
tes in ea, adorare bestiam primã, cuius curata est plaga mor-
tis. Et fecit signa magna, vt etiã ignẽ faceret de cœlo descẽde-
re in terrã in cõspectu hominũ. Et *seduxit habitãtes in terra *seducit
propter signa quæ data sunt illi facere in conspectu bestiæ, di
cens habitantibus in terra, vt faciant imaginẽ bestiæ, quæ ha-
D bet plagã gladij, & vixit. Et datũ est illi vt daret spiritũ imagi
ni bestiæ, & vt loquatur imago bestiæ, & faciet vt quicunque
nõ adorauerint imaginẽ bestiæ, occidantur. Et * faciet omnes *faciat
pusillos, & magnos, & diuites, & pauperes, & liberos, & ser-
uos habere characterem in dextra manu sua, aut in frontibus
suis: & ne quis posset emere aut vẽdere, nisi qui * habeat chara *habet
ctẽrem, aut nomẽ bestiæ, aut numerũ nominis eius. Hic sapiẽ
tia est. Qui habet intellectũ: cõputet numerũ bestiæ. Nume-
rus enim hominis est: & numerus eius sexcẽti sexagintasex.

S. INNOCENTES *cum agno cantantes ambulant, Angelis Euan-*
gelium nuntiantibus, & Babylonis lapsum prædicantibus.

CAPVT XIIII.

A ET vidi, & ecce agnus stabat supra montẽ Sion, &
cũ eo centũ quadragintaquatuor millia habentes
nomẽ eius & nomẽ patris eius scriptũ in frõtibus
suis. Et audiui vocẽ de cœlo, tanquam vocẽ aqua-
rum multarũ, & tanquã vocem tonitrui magni: & vocẽ quam
audiui, sicut citharœdorũ citharizãtiũ in citharis suis. Et can-
tabãt quasi canticũ nouũ ante sedẽ & ante quatuor animalia,
& seniores, & nemo poterat discere cãticũ, nisi illa centũ qua-
dragintaquatuor millia, qui empti sunt de terra. Hi sunt qui
B cũ mulieribus nõ sunt coinquinati: virgines enim sunt. Hi se
quũtur agnũ quocũq; ierit. Hi empti sunt ex hominibus pri-
mitiæ Deo & agno: & in ore eorũ nõ est inuẽtũ mẽdaciũ. Si-
ne macula enim sunt ante thronũ Dei. Et vidi alterũ Angelũ
volantẽ per mediũ cœli habentẽ Euãgeliũ æternũ, vt euãgeli
zaret sedentibus super terrã, & super omnẽ gentẽ, & tribũ, &
linguã, & populũ, dicẽs magna voce, Timete dominũ, & da- Psal. 145 d
te illi honorẽ, quia venit hora iudicij eius: & adorate eũ qui Act. 14 c
fecit cœlum & terrã, mare & fontes aquarũ. Et alius Angelus
secutus est, dicens, Cécidit cécidit Babylon illa magna: quæ Esa. 21:
à vino iræ fornicationis suæ potauit omnes gentes. Et tertius Iere. 51 d
Angelus secutus est illos, dicens voce magna, Si quis adora-
uerit

uerit beſtiam & imaginem eius, & acceperit characterem in
C fronte ſua, aut in manu ſua: & hic bibet de vino iræ Dei, quod
miſtũ eſt mero in calice iræ ipſius, & cruciabitur igne & ſul-
phure in cõſpectu Angelorũ ſanctorũ, & ante cõſpectũ agni:
alias deſcẽ det & fumus tormentorũ eorum *aſcendet in ſecula ſeculorũ: nec
habent requiẽ die ac nocte, qui adorauerũt beſtiã & imaginẽ
eius, & ſi quis acceperit characterẽ nominis eius. Hîc patien-
tia ſanctorum eſt, qui cuſtodiũt mãdata Dei & fidem Ieſu. Et
audiui vocẽ de cœlo, dicentem mihi, Scribe, Beati mortui qui
in Domino moriuntur. Amodo iam dicit ſpiritus, vt requie-
ſcant à laboribus ſuis: opera enim illorum ſequuntur illos. Et
vidi, & ecce nubem candidã: & ſuper nubẽ ſedentem ſimilem
filio hominis, habentem in capite ſuo coronã aureã, & in ma-
nu ſua falcem acutã. Et alius Angelus exiuit de tẽplo, clamans
Matth 13 e Ioel 3 c voce magna ad ſedentẽ ſuper nubẽ, Mitte falcem tuã & mete,
quia venit hora vt metatur, quoniã aruit meſis terræ. Et miſit
D qui ſedebat ſuper nubem, falcem ſuam in terrã: & demeſſuit
eam. Et alius Angelus exiuit de tẽplo quod eſt in cœlo, habẽs
& ipſe falcẽ acutã. Et alius Angelus exiuit de altari, qui habe-
bat poteſtatẽ ſupra ignem: & clamauit voce magna ad eũ qui
habebat falcem acutam, dicens, Mitte falcem tuam acutam, &
vindemia botros vineæ terræ: quoniã maturæ ſunt vuæ eius.
Et miſit Angelus falcem ſuã acutam in terram, & vindemia-
uit vineam terræ, & miſit in lacum iræ Dei magnum: & calca-
tus eſt lacus extra ciuitatem, & exiuit ſanguis de lacu vſq; ad
frenos equorum per ſtadia mille ſexcenta.

S. SEPTEM *Angelis dantur plagæ ſeptem nouiſſimæ, cum ſeptem phialis ira* Dei *plenis.* CAPVT XV.

A ET vidi aliud ſignũ in cœlo magnum & mirabile:
Angelos ſeptẽ, habẽtes plagas ſeptẽ nouiſsimas.
quoniam in illis conſummata eſt ira Dei. Et vidi
tanquã mare vitreũ miſtum igne, & eos qui vice-
runt beſtiã & imaginẽ eius & numerũ nominis eius ſtãtes ſu-
B per mare vitreum, habẽtes citharas Dei: & cantantes cãticum
Moyſi ſerui Dei, & canticũ agni, dicentes, Magna & mirabi-
lia ſunt opera tua domine Deus omnipotens: Iuſtæ & veræ
ſunt viæ tuæ rex ſeculorũ. Quis nõ timebit te Domine: & ma
Ierem.10 a gnificabit nomẽ tuũ? quia ſolus pius es, quoniã omnes gentes
veniẽt, & adorabũt in cõſpectu tuo, quoniã iudicia tua mani-
feſta ſunt. Et poſt hæc vidi, & ecce apertũ eſt templũ taberna
C culi teſtimonij in cœlo: & exierũt ſeptẽ angeli, habẽtes ſeptẽ
plagas, de tẽplo: veſtiti *lapide mũdo & cãdido, & præcincti
*lino circa pectora zonis aureis. Et vnũ de quatuor animalibus, de-
dit ſeptem Angelis ſeptẽ phialas aureas, plenas iracũdiæ Dei
D viuẽtis in ſecula ſeculorũ. Et impletũ eſt templũ Dei fumo à
maieſtate Dei, & de virtute eius: & nemo poterat introire in
templũ donec cõſummarentur ſeptẽ plagæ ſeptẽ Angelorũ.

S. AD *ſeptem phialarum in terram, in mare, fontes, ſolem, beſtiæ ſedem, Euphrátem & aërem effuſionem, multæ in terra plagæ oriuntur.* CAPVT XVI.

A ET audiui vocem magnã de templo, dicentem
ſeptẽ Angelis, Ite, & effundite ſeptem phialas
iræ Dei in terram. Et abijt primus Angelus, &
effudit phialã ſuam in terram, & factũ eſt vul-
nus ſæuũ & peſsimũ in homines qui habebant
characterẽ beſtiæ: & in eos qui adorauerũt beſtiã & imagi-
nem eius. Et ſecũdus Angelus effudit phialam ſuã in mare, &
factus eſt ſanguis tanquã mortui: & omnis anima viuẽs, mor-
tua eſt in mari. Et tertius effudit phialã ſuã ſuper flumina &
B ſuper fontes aquarũ: & factus eſt ſanguis. Et audiui Angelum
aquarũ dicentẽ, Iuſtus es Domine, qui es, & qui eras ſanctus,
qui hoc iudicaſti: quia ſanguinẽ ſanctorũ & prophetarũ effu-
derunt, & ſanguinẽ eis dediſti bibere: digni enim ſunt. Et au-
diui alterũ dicentem, Etiam domine Deus omnipotens vera
& iuſta iudicia tua. Et quartus Angelus effudit phialam ſuam
in ſolem, & datum eſt illi æſtu affligere homines & igni, &
æſtuauerũt homines æſtu magno, & blaſphemauerũt nomen
Dei habentis poteſtatem ſuper has plagas, neq; egerunt pœ-
nitentiam, vt darent illi gloriam. Et quintus Angelus effudit
phialam ſuam ſuper ſedem beſtiæ: & factum eſt regnum eius
tenebroſum, & commanducauerunt linguas ſuas præ dolo-
re: & blaſphemauerunt Deum cœli præ doloribus & vulne-
C ribus ſuis, & non egerunt pœnitentiam ex operibus ſuis. Et
ſextus Angelus effudit phialam ſuam in flumen illud magnũ
Euphrátem: & ſiccauit aquam eius, vt præpararetur via regi-
bus ab ortu ſolis. Et vidi de ore draconis, & de ore beſtiæ, &
de ore pſeudoprophetæ exire ſpiritus tres immundos in mo-
dum ranarum. Sunt enim ſpiritus dæmoniorum facientes ſi-
gna, & procedunt ad reges totius terræ congregare illos in
prælium ad diem magnum omnipotentis Dei. Ecce venio ſi- *Supra 3 e*
cut fur. Beatus qui vigilat & cuſtodit veſtimẽta ſua, ne nudus *Matt. 24 d*
ambulet, & videant turpitudinem eius. Et congregabit illos *Luc. 12 c*
in locum qui vocatur Hebraicè Armageddon. Et ſeptimus *1. Cor. 5 e*
D Angelus effudit phialã ſuam in aerem: & exiuit vox magna
de templo à throno, dicens, Factum eſt. Et facta ſunt fulgu-
ra, & voces, & tonitrua, & terræmotus factus eſt magnus qua-
lis nunquam fuit, ex quo homines fuerunt ſuper terram talis
terræmotus ſic magnus. Et facta eſt ciuitas magna in tres par-
tes: & ciuitates gentium ceciderunt. Et Babylon magna venit
in memoriam ante Deum: dare illi calicem vini indignationis
iræ eius. Et omnis inſula fugit, & montes nõ ſunt inuenti. Et
grando magna ſicut talentum, deſcendit de cœlo in homines:
& blaſphemauerunt Deum homines propter plagam gran-
dinis: quoniam magna facta eſt vehementer.

S. MVLIER *uarijs induta ornamentis & ſanguine Sanctorum & martyrum ebria, cum poculo ſuper beſtiam ſedet, & utraq; mira operatur in terra.* CAPVT XVII.

A ET venit vnus de ſeptem Angelis qui habebãt ſe-
ptem phialas, & locutus eſt mecum, dicens, Veni
& oſtendã tibi damnationem meretricis magnæ,
quæ ſedet ſuper aquas multas, cum qua fornicati
ſunt reges terræ, & inebriati ſunt qui inhabitabãt terrã de vi-
no proſtitutionis eius. Et abſtulit me in ſpiritu in deſertũ. Et
vidi mulierem ſedentem ſuper beſtiam coccineam, plenã no-
minibus blaſphemiæ, habentẽ capita ſeptẽ & cornua decem.
Et mulier erat circũdata purpura & coccino, & inaurata au-
ro, & lapide pretioſo, & margaritis, habens poculum aureum
B in manu ſua, plenum abominatione & immunditia fornica-
tionis ſuæ. Et in fronte eius nomen ſcriptũ. Myſteriũ: Baby-
lon magna, mater fornicationũ & abominationum terræ. Et
vidi mulierẽ ebriã de ſanguine ſanctorũ, & de ſanguine mar-
tyrum Ieſu. Et miratus ſum cũ viderem illã, admiratione ma-
gna. Et dixit mihi Angelus, Quare miraris? Ego dicã tibi ſa-
cramentũ mulieris, & beſtiæ quæ portat eã, quæ habet capita
ſeptẽ & cornua decẽ. Beſtia quã vidiſti, fuit, & nõ eſt, & aſcẽ-
ſura eſt de abyſſo, & in interitũ ibit: & mirabũtur inhabitãtes
terram (quorũ non ſunt ſcripta nomina in libro vitæ à conſti-
tutione mundi) videntes beſtiã quæ erat & non eſt. Et hîc eſt
C ſenſus, qui habet ſapientiã. Septem capita: ſeptẽ montes ſunt,
ſuper quos mulier ſedet, & reges ſeptem ſunt. Quinq; cecide
runt, vnus eſt, & alius nondũ venit: & cũ venerit, oportet illũ
breue tempus manere. Et beſtia quæ erat & non eſt: & ipſa
octaua eſt, & de ſeptẽ eſt & in interitum vadit. Et decem cor-
nua quæ vidiſti: decẽ reges ſunt, qui regnũ nondũ acceperũt,
ſed poteſtatẽ tanquã reges vna hora accipient poſt beſtiã. Hi
D vnum conſiliũ habent: & virtutẽ, & poteſtatem ſuam beſtiæ
tradent. Hi cũ agno pugnabũt: & agnus vincet illos, quoniam *1. Tim. 6 c*
Dominus dominorum eſt, & rex regum, & qui cum illo ſunt *Inua 19 e*
vocati, & electi, & fideles. Et dixit mihi, Aquæ quas vidiſti
vbi meretrix ſedet: populi ſunt, & gẽtes, & linguæ. Et decem
cornua quæ vidiſti in beſtia: hi odient fornicariam, & deſola-

tam faciẽt illam & nudam, & carnes eius manducabunt, & ipsam igni concremabunt. Deus enim dedit in corda eorum, vt faciant quod placitum est illi: vt dent regnum suum bestię, donec consummentur verba Dei. Et mulier quã vidisti: est ciuitas magna, quæ habet regnum super reges terræ.

S. BABYLONIS *iudicium, lapsum, & eiusdem luctum, exultatio cœli super eandem statim sequetur.*

CAPVT XVIII.

A ET post hæc vidi alium Angelum descendentẽ de cœlo, habentem potestatem magnam, & terra illuminata est à gloria eius. Et exclamauit in fortitudine dicens, Cécidit cécidit Babylon magna: & facta est habitatio dæmoniorũm, & custodia omnis spiritus immundi, & custodia omnis volucris immundæ & odibilis. quia de vino iræ fornicationis eius biberũt omnes gentes: & reges terræ cũ illa fornicati sunt: & mercatores terræ de virtute deliciarum eius diuites facti sunt. Et audiui aliam vocem de
B cœlo, dicentẽ, Exite de illa populus meus: vt ne participes fitis delictorum eius, & de plagis eius non accipiatis. Quoniam peruenerunt peccata eius vsque ad cœlum, & recordatus est dominus iniquitatum eius. Reddite illi sicut & ipsa reddidit vobis: & duplicate duplicia secundum opera eius. In poculo quo miscuit vobis, miscete illi duplũ. Quantũ glorificauit se, & in delicijs fuit: tantũ date illi tormentũ & luctũ: quia in cor-
C de suo dicit, Sedeo regina, & vidua nõ sum, & luctũ non vide
Esa. 47 b bo. Ideò in vna die venient plagæ eius, mors, & luctus & fames, & igne cõburetur: quia fortis est Deus qui iudicabit illã. Et flebunt, & plangent se super illam reges terræ, qui cũ illa fornicati sunt, & in delicijs vixerunt, cũ viderint fumum incẽdij eius: longè stantes propter timorẽ tormentorũ eius, dicentes, Væ væ ciuitas illa magna Babylon, ciuitas illa fortis: quo-
D niam vna hora venit iudiciũ tuũ. Et negotiatores terræ flebũt & lugebunt super illam: quoniã merces eorũ nemo emet amplius, merces auri & argenti & lapidis pretiosi, & margaritæ, & byssi, & purpuræ, & serici, & cocci, & omne lignũ thyinũ, & omnia vasa eboris, & omnia vasa de lapide pretioso & æramento, & ferro, & marmore, & cinamõmum & amomum, & odoramentorũ, & vnguenti, & thuris, & vini, & olei, & simi-
E læ, & tritici, & iumentorũ, & ouiũ, & equorum, & rhedarum, & mancipiorũ, & animarum hominum. Et poma desyderij animæ tuæ discesserunt à te: & omnia pinguia & præclara perierunt à te, & amplius illa iam nõ inueniẽt. Mercatores horũ, qui diuites facti sunt, ab ea longè stabũt, propter timorem tormentorum eius, flentes, ac lugentes, & dicentes, Væ væ ciuitas illa magna, quæ amicta erat byssо, & purpura, & cocco, & deaurata erat auro, & lapide pretioso, & margaritis: quoniam
F vna hora destitutæ sunt tantæ diuitiæ: & omnis gubernator, & omnes qui in lacũ nauigant, & nautæ, & qui in mari operãtur, longè steterunt, & clamauerunt videntes locum incendij eius, dicentes, Quæ similis ciuitati huic magnæ? Et miserunt puluerem super capita sua: & clamauerunt flentes, & lugẽtes, dicentes, Væ væ ciuitas illa magna, in qua diuites facti sunt omnes qui habebant naues in mari de pretijs eius: quoniã vna hora desolata est. Exulta super eam cœlum & sancti Apostoli & prophetæ: quoniã iudicauit Deus iudicium vestrum de illa. Et sustulit vnus Angelus fortis lapidem quasi molarem
G magnum, & misit in mare, dicens, Hoc impetu mittetur Babylon ciuitas illa magna: & vltrà iam non inuenietur. Et vox citharœdorum & musicorum & tibia canentium, & tuba, nõ audietur in te amplius: & omnis artifex omnis artis non inuenietur in te amplius, & vox molæ non audietur in te amplius, & lux lucernæ non lucebit in te amplius, & vox sponsi & sponsæ non audietur adhuc in te: quia mercatores tui erant principes terræ, quia in veneficijs tuis errauerunt omnes gentes. Et in ea sanguis prophetarum & sanctorum inuentus est: & omnium qui interfecti sunt in terra.

S. LAETANTIBVS *Sanctis in nuptijs agni super iudicio bestiæ, exijt iudex super equum album sedens, pluribus alijs comitantibus, & apprehendens bestiã misit eam in stagnũ ignis ardentis.*

CAPVT XIX.

A POst hæc audiui quasi vocem turbarum multarũ in cœlo dicentium, Alleluia. Laus & gloria & virtus Deo nostro est: quia vera & iusta iudicia sunt eius qui iudicauit de meretrice magna quæ corrupit terram in prostitutione sua, & vindicauit sanguinem seruorum suorum de manibus eius. Et iterum dixerunt, Alleluia. Et fumus eius ascendit in secula seculorum. Et ceciderũt seniores viginti quatuor & quatuor animalia, & adorauerunt Deum sedẽtem super thronum, dicentes, Amen Alleluia. Et vox de throno exiuit, dicens, Laudem dicite Deo nostro omnes sancti eius: & qui timetis eum pusilli & magni. Et audiui quasi vocem turbæ magnæ, & sicut vocem aquarum multarum, & sicut vocem tonitruorum magnorum, dicentium, Alleluia: quoniam regnauit dominus Deus noster omnipo-
B tens. Gaudeamus, & exultemus, & demus gloriam ei: quia venerunt nuptiæ agni, & vxor eius præparauit se. Et datũ est illi vt cooperiat se byssino splendenti & candido. Byssinum enim: iustificationes sunt sanctorum. Et dixit mihi, Scribe, Beati qui ad cœnam nuptiarum agni vocati sunt. Et dicit mi- Mat. 22 a
hi, Hæc verba Dei, vera sunt. Et cécidi ante pedes eius, vt ado- Luc. 14 d
rarem eum. Et dicit mihi, Vide ne feceris: conseruus tuus sum, & fratrum tuorum, habentium testimonium Iesu. Deũ adora. Testimonium enim Iesu, est spiritus prophetiæ. Et vidi cœlum apertum, & ecce equus albus: & qui sedebat super eum, vocabatur Fidelis & Verax, & cum iustitia iudicat
C & pugnat. Oculi autem eius sicut flamma ignis: & in capite eius diademata multa, habens nomen scriptum, quod nemo nouit nisi ipse. Et vestitus erat veste aspersa sanguine: & vo- Esa. 63 a
cabatur nomen eius, Verbum Dei. Et exercitus qui sunt in cœlo, sequebantur eum in æquis albis, vestiti byssino albo & mundo. Et de ore eius procedit gladius ex vtraque parte acutus: vt in ipso percutiat gentes. Et ipse reget eas in virga fer- Psal. 2 c
rea: & ipse calcat torcular vini furoris iræ Dei omnipotentis. Et habet in vestimento & in femore suo scriptum, Rex regũ Supra 17 d
& Dominus dominantium. Et vidi vnum Angelum stantem 1. Tim. 6 c
in sole, & clamauit voce magna, dicens omnibus auibus quæ
D volabant per medium cœli, Venite, & congregamini ad cœnam magnam Dei: vt manducetis carnes regum, & carnes tribunorum, & carnes fortium, & carnes equorum & sedentium in ipsis, & carnes omnium liberorum & seruorum, & pusillorum & magnorum. Et vidi bestiam & reges terræ, & exercitus eorum congregatos ad faciendum prælium cũ illo qui sedebat in equo & cum exercitu eius. Et apprehensa est bestia, & cum ea pseudopropheta: qui fecit signa coram ipso, quibus seduxit eos qui acceperunt characterem bestię, & qui adorauerunt imaginem eius. Viui missi sunt hi duo in stagnũ ignis ardentis sulphure: & cæteri occisi sunt in gladio sedentis super equum, qui procedit de ore ipsius, & omnes aues saturatæ sunt carnibus eorum.

S. LIGAT *Angelus draconem post mille annos soluendum, & Sanctis cum* CHRISTO *regnant malis in ignem præcipitatis.*

CAPVT XX.

A ET vidi Angelum descendentem de cœlo, habentem clauem abyssi, & catenam magnam in manu sua. Et apprehẽdit draconem serpentẽ antiquum, qui est diabolus & satanas, & ligauit eum per annos mille, & misit eum in abyssum, & clausit, & signauit super illum vt non seducat amplius gentes, donec consummentur mille anni. & post hoc oportet illum solui modico tem-
B pore. Et vidi sedes: & sederunt super eas, & iudicium datum est illis. & animas decollatorum propter testimonium Iesu, & propter verbum Dei, & qui non adorauerũt bestiam neq;

imaginem

imaginē eius,nec acceperunt characterē eius in frontibus aut in manibus suis,& vixerunt & regnauerunt cū Christo mille annis. Cæteri mortuorū non vixerunt, donec consummentur mille anni. Hæc est resurrectio prima. Beatus & sanctus qui
C habet partem in resurrectione prima. in his secunda mors nō habet potestatem:sed erunt sacerdotes Dei & Christi: & regnabunt cum illo mille annis. Et cū consummati fuerint mille anni,soluetur satanas de carcere suo,& exibit & seducet gētes quæ sunt super quatuor angulos terræ, Gog & Magog, & congregabit eos in prælium,quorū numerus est sicut arena maris. Et ascenderunt super latitudinem terræ, & circuierunt castra sanctorū & ciuitatem dilectā. Et descendit ignis à Deo de cœlo,& deuorauit eos:& diabolus qui seducebat eos, missus est in stagnū ignis & sulphuris, vbi & bestia & pseudoprophetæ cruciabuntur die ac nocte in secula seculorū. Et vidi thronum magnum candidum,& sedentem super eum, à cuius conspectu fugit terra & cœlum,& locus non est inuen-
D tus eis. Et vidi mortuos magnos,& pusillos stantes in conspectu throni,& libri aperti sunt:& alius liber apertus est, qui est vitæ:& iudicati sunt mortui ex his quæ scripta erant in libris secundū opera ipsorum: & dedit mare mortuos qui in eo erant,& mors & infernus dederunt mortuos suos qui in ipsis erant,& iudicatum est de singulis secundum opera ipsorum. E. infernus & mors missi sunt in stagnum ignis. Hæc est mors secunda. Et qui non inuentus est in libro vitæ scriptus, missus est in stagnum ignis.

Ezech.3 e 39 a

S. RENOVATIS *cœlis & terra, noua ciuitas, & noua sponsa sociabitur agno,& tunc ciuitas pretiosis ædificabitur lapidibus, ab incolis mundis habitanda.* CAPVT XXI.

A ET vidi cœlum nouum,& terrā nouam. Primum enim cœlum,& prima terra abijt,& mare iam nō est. Et ego Ioannes vidi sanctā ciuitatem Ierusalē nouam,descendentē de cœlo,à Deo paratam, sicut sponsam ornatā viro suo. Et audiui vocem magnā de throno dicentē,Ecce tabernaculū Dei cū hominibus: & habitabit cum eis.& ipsi populus eius erunt:& ipse Deus cum eis erit eorū Deus.& absterget Deus omnem lachrymā ab oculis eorum:& mors vltrà non erit,neq; luctus,neq; clamor,neq; dolor erit vltrà,*quæ prima abierūt. Et dixit qui sedebat in throno,Ecce noua facio omnia. Et dixit mihi,Scribe,quia hæc verba fidelissima sunt & vera. Et dixit mihi,Factū est, Ego sum α & ω: initium & finis. Ego sitiēti dabo de fonte aquæ viuæ gratis. Qui vicerit,possidebit hæc. & ero illi Deus: & ille erit mihi filius. Timidis autē & incredulis,& execratis,& homicidis,& fornicatoribus,& veneficis, & idololatris, & omnibus mendacibus pars illorū erit in stagno ardenti igne & sulphure,quod est mors secunda. Et venit vnus de septē Angelis habentibus phialas plenas septē plagis nouissimis,& locutus est mecū,dicens, Veni,& ostendam tibi sponsam, vxorem agni. Et sustulit me in spiritu in montē magnū & altum: & ostendit mihi ciuitatem sanctā Ierusalem,descendentem de cœlo à Deo, habentē claritatem Dei,& lumē eius simile lapidi pretioso tanquam lapidi iaspidis,sicut crystallū. Et habebat murum magnū & altum,habētem portas duodecim:& in portis,
D Angelos duodecim,& nomina inscripta, quæ sunt nomina duodecim tribuū filiorū Israel. Ab oriente, portæ tres: & ab aquilone,portæ tres:& ab austro portæ tres:& ab occasu,portæ tres. Et murus ciuitatis habens fundamēta duodecim: & in ipsis duodecim,nomina duodecim Apostolorū agni. Et qui loquebatur mecū,habebat mensurā arundineā auream,vt metiretur ciuitatem & portas eius,& murū. Et ciuitas in quadro
E posita est:& longitudo eius tāta est quāta & latitudo: & mensus est ciuitatē de arundine aurea per stadia duodecim millia, & longitudo & altitudo & latitudo eius æqualia sunt. Et mensus est murū eius centū quadragintaquatuor cubitorū, mensura hominis quæ est Angeli. Et erat structura muri eius ex lapide iaspide:ipsa verò ciuitas aurum mundum, simile vitro
F mundo. Et fundamenta muri ciuitatis, omni lapide pretioso ornata. Fundamentū primum,iaspis:secundū,sapphirus: tertium,calcedonius: quartū,smaragdus: quintū, sardonyx: sextum,sardius:septimū,chrysolitus: octauum,beryllus:nonum, topazius:decimū,chrysopasus:vndecimū,hyacinthus:duodecimum,amethystus. Et duodecim portæ,duodecim margaritæ sunt,per singulas:& singulæ portæ,erant ex singulis margaritis:& platea ciuitatis aurum mundū,tanquam vitrū perlucidum. Et templū non vidi in ea. Dominus enim Deus omni-
G potens templum illius est & agnus. Et ciuitas non eget sole neq; luna,vt luceāt in ea. Nam claritas Dei *illuminabit eam, & lucerna eius est agnus. Et ambulabunt gentes in lumine eius:& reges terræ afferent gloriā suam & honorem in illam. Et portæ eius non claudentur per diem. Nox enim non erit illic. Et afferent gloriā & honorem gentiū in illā. Non intrabit in eam aliquod coinquinatum,aut abominationem faciēs & mendacium:nisi qui scripti sunt in libro vitæ Agni.

Esa.65 c & 66 g 2.Pet.3 c

Esa.25 c

Esa.43 c

2.Corin.5 d

*quia

Esa.60 d *illuminauit

Esa.60 c

S. FLVVIVS *adeò ferax,nouam illam irrigabit ciuitatem,ut nullius rei egeat: nullum maledictum,& nullæ tenebræ sint deinceps futuræ.* CAPVT XXII.

A ET ostendit mihi fluuium aquæ viuæ, splēdidum tanquam crystallum,procedentē de sede Dei & agni. In medio plateæ eius,& ex vtraq; parte fluminis lignum vitæ,afferēs fructus duodecim,per menses singulos reddens fructum suum,& folia ligni ad sanitatem gentium. Et omne maledictum nō erit amplius,sed sedes Dei & agni in illa erunt,& serui eius seruient illi. Et videbunt faciem eius:& nomen eius in frontibus eorū. Et nox vl-
B trà non erit:& non egebunt lumine lucernæ,neq; lumine soli,quoniā Dominus Deus*illuminabit illos, & regnabunt in secula seculorū. Et dixit mihi, Hæc verba fidelissima sunt,& vera. Et Dominus Deus spirituum prophetarū misit Angelum suum ostendere seruis suis quæ oportet fieri citò. Et ecce venio velociter. Beatus qui custodit verba prophetiæ libri huius. Et ego Ioannes qui audiui,& vidi hæc. Et postquam au-
C diissem,& vidissem,cecidi vt adorarem ante pedes Angeli,qui mihi hæc ostendebat:& dixit mihi,Vide ne feceris:conseruus enim tuus sum,& fratrum tuorū prophetarum,& eorum qui seruant verba prophetiæ libri huius. Deū adora. Et dicit mihi,Ne signaueris verba prophetiæ libri huius. tempus enim propè est. Qui nocet,noceat adhuc:& qui in sordibus est,sordescat adhuc:& qui iustus est, *iustificetur adhuc:& sanctus, sanctificetur adhuc. Ecce venio citò,& merces mea mecū est, reddere vnicuiq; secundum opera sua. Ego sum α & ω, primus & nouissimus,principium & finis. Beati qui lauāt stolas
D suas in sanguine agni:vt sit potestas eorū in ligno vitæ, & per portas intrent in ciuitatem. Foris canes & venefici,& impudici,& homicidæ,& idolis seruientes,& omnis qui amat & facit mendaciū. Ego Iesus misi Angelū meum,testificari vobis hæc in ecclesijs. Ego sum radix & genus Dauid, stella splendida & matutina. Et spiritus & sponsa dicunt, Veni. Et qui audit,dicat, Veni. Et qui sitit,veniat:& qui vult,accipiat aquā vitæ gratis. Cōtestor enim omni audienti verba prophetiæ libri huius,Si quis apposuerit ad hæc:apponet Deus super illū plagas scriptas in libro isto. Et si quis diminuerit de verbis libri prophetiæ huius:auferet Deus partem eius de libro vitæ: & de ciuitate sancta,& de his quæ scripta sunt in libro isto. Dicit qui testimoniū perhibet istorū. Etiam venio citò. Amen. Veni Domine Iesu. Gratia Domini nostri Iesu Christi cum omnibus vobis. Amen.

*iustitiā faciat.

Esa.41 & 44 a

Supra 1 b & 21 b

Esa.55 a

Veteris & Noui testamenti.

FINIS.

Index testimoniorum à Christo & Apostolis in Nouo testamento citatorum ex Veteri,

QVAE HVC IN ID CONGESTA SVNT,

yt pij Lectores natiuam quorundam intelligentiam facilè assequi valeant, quæ ab ipso Christo vero interprete, & spiritu eius per Apostolos sit tradita: perspiciantq; in quem usum ea adduxerint Apostoli & Euangelistæ.

GENESIS.

2 d Masculum & fœminam fecit eos. Matt.19 c Mar.10 a
2 a Requieuit Deus die septima ab omnibus operibus suis.Hebr.4 b
2 b Factus est primus homo Adam in animam uiuentem.1.Corin.15 f
2 d Dimittet homo patrem & matrem,& adhærebit uxori.Matt.19 a.Mar.10 a.Eph.5 g 1.Corin.6 d
2 d Erunt duo in carne una. Matt.19 a.Mar.10 a 1.Corint. 6 d.Ephe.5 g
12 a Exi de terra tua & de cognat.Act.7 a
12 a Et in semine tuo bened.Act.3 a.Gal.3 b
15 b Sic erit semen tuum. Roma.4 c
15 b Credidit Abraham Deo & reputatum est illi ad iust.Roma.4 a.Iaco.2.d.Gal.3 a
15 c Erit semen tuum peregrinum.Act.7 a
17 a Quia patrem multarum gent.Roma.4 c
18 b Secundum hoc tempus ueniam,&c. Rom.9 b
21 b Eijce ancillam & filium eius.Gal.4 d
21 b In Isaac uocabitur tibi semen. Roma.9 b
22 c Nisi benedicens benedicam te,&c.Hebr.6 c
22 d Quia benedicentur in te omnes gentes. Galat. 3 b.Actuum 3 d
25 c Quia maior seruiet minori.Roma.9 c

EXODVS.

9 b Ego sum Deus Abraham, &c. Matth. 22.c. Marc.12 c.Luc.20 f
9 d In hoc ipsum excitaui te,ut.Roma.9 d
12 g Os non comminuetis ex eo.Ioan.19 f
13 c Omne masculinum adaperiens.Luc.2 d
16 d Qui multum non abundauit,&c.2.Corin.8 c
20 c Non mœchaberis.Matt.5 d
20 c Non adulterabis,Non occides,&c.Rom.13 c
20 c Non concupisces.Roma.7 b
20 c Non occides.Matt.5 c.Luc.18 d
20 c Honora patrem tuum & matrem. Matt.15 a. Mar.7 b.Ephe.6 a
21 c Qui maledixerit patri suo uel matri,morte moriatur.Matt.15 a.Mar.7 b
21 c Oculum pro oculo,dentem.Matt.5 f
22 d Principi populi tui non maled.Act.23 a
24 e Hic sanguis testamenti,quod.Hebr.9 e
25 g Vide,omnia facito secundum exemplar quod, &c.Hebr.8 b.Act.7 f
32 a Fac nobis Deos qui præcedant.Act.7 e
33 d Miserebor cui uoluero,&c.Roma.9 c
34 d Non sicut Moyses ponebat.2.Corin.2 c

LEVIT.

11 g Sancti eritis,quoniam ego.1.Petr.1 c
18 a Qui fecerit homo,uiuet.Roma.10 b.Gal.3 b
19 c Non periurabis.Matt.5 e
19 d Diliges proximũ tuum sicut.Rom. 13 d.Gal. 5 c.Iaco.2 b.Matt.22 d.Mar.12 e
19 d Diliges proximum tuum.Matt.5 g
20 b Qui maledixerit patri,&c.Matt.15 a
24 d Oculum pro oculo.Matt.5 f
26 b Quoniam inhabitabo in.2.Corin.6 d

NVMERI.

9 b Os non comminuetis ex eo.Ioan.19 f

DEVTER.

4 d Etenim Deus noster ignis cons.Heb.12 g
5 b Non concupisces.Roma.7 c.13 c
5 b Non occides.Matt.5 c.Luc.18 d
5 b Non mœchaberis.Matt.5 d.Luc.18 d
5 b Non furtum facies.Luc.18 d.Roma.13 c
5 b Non loqueris contra proximum tuum falsum testimonium.Luc.18 d.Roma.13 c
5 b Honora patrem & matrem.Matt.15 a.Mar. 7 b.Ephe.6 a
6 a Audi Israel,Dominus Deus tuus.Mar.12 e
6 a Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde.Matt.22 d.Mar.12 c.Luc.10 e
6 c 10 d Dñm Deũ tuũ adorabis,&.Mat.4 b.Iu.4 b
6 c Non tentabis Dominum.Matt.4 b.Luc.4 b
8 a Non in solo pane.Matt.4 a.Luc.4 a
10 d Deus personam hominis non acci.Gal.2 b
18 c Prophetam suscitabit uobis.Act.3 d 7 e
19 d In ore duorum uel trium test. 2.Corinth.13 a Matt.18 b.Ioan.8 c
19 d Oculum pro oculo,dentem,&c.Matt.5 f
21 d Maledictus omnis qui pend.Gal.3 b
25 b Non alligabis os boui trituranti.1.Corint.9 a 1.Timot.5 c
25 b Si quis mortuus fuerit non habens filiũ.Matt. 22 c.Mar.12 b.Luc.20 e
27 d Maledictus omnis qui non perm.Gal.3 b
30 c Quis ascendet in cœlum?Roma.10 b
30 c Prope est uerbum in ore tuo.Roma.10 b
32 c Ego ad æmulationem uos add.Roma.10 d
32 e Mihi uindictam,ego retrib.Roma.12 d

IOSVE.

1 a Non te deseram,neq; derel.Hebr.13 a

REGVM II.

7 c Ego ero illi in patrem,& ipse.Hebr.1 b
19 b Domine,prophetas tuos occid.Roma.11 a
19 b Reliqui mihi septẽ millia uirorum.Roma.11 a

IOB.

5 c Comprehendam sapientes in ast.1.Corin.3 d

DAVID.

2 a Quare fremuerunt gentes? Act.4 e
2 b Filius meus es tu.Act.13 e.Heb.1 b 5 b
2 c Reges eos in uirga ferr.Apoc.2 g 19 c
4 b Irascimini & nolite peccare.Ephe.4 f
5 c Sepulchrum patens est guttur.Roma.3 b
6 c Discedite à me om.Mat. d.25 d.Luc.13 f
8 b Ex ore infantium & lact ium.Matt.21 b
8 c Quid est homo quod memor es eius? He t
8 c Omnia subiecit sub pedibus.1.Cor 15 d
9 e Quorum os maledictione.Roma.3 c
13 a Non est iustus quisquam.Roma.3 b
13 b Veloces pedes eorum ad effundendum sanguinem.Roma.3 c
15 c Prouidebam Dominum in conspe.Act.2 d
15 b Non dabis sanctum tuum uid.Act.2 e 13 c
17 a Ego ero fidens in eum.Heb.2 c
17 g Propterea confitebor tibi in.Roma.15 b
18 a Et quidem in omnem terr. Roma.10 d
21 a Eli,eli,Lãma sabacthani.Mat.27 d.Mar.15 c
21 c Diuiserũt sibi uestimẽta mea.mat.27 d.Io.19 c
22 c Nuntiabo nomen tuum frat.Heb.2 c
23 a Domini est terra,& pleni.1.Cor.10 f
24 c Odio habuerunt me gratis.Ioan.25 d
30 a In manus tuas commendo spirit.Luc.23 f
31 a Beati quorum remissæ sunt iniquit.Roma.4 a
33 c Qui enim uult uitam dilig.1.Pet.3 b
39 b Hostiam & oblationem nol.Hebr.10 b
40 c Qui manducat mecum panem.Ioan.13 b
43 d Propter te mortificamur to.Rom.8 g
44 b Thronus tuus Deus in secul.Heb.1 c
50 a Vt iustificeris in sermonibus.Roma.3 a
54 d Iacta super Dominum curam.1.Pet.5 b
61 d Vnusquisq; autem propriam mercedem accipiet.1.Corin.3 b
67 d Ascendens in altum captiuam.Ephe.4 b
68 b Zelus domus tuæ com.Ioan.2 d
68 b Improperia improperantium.Roma.15 a
68 c Fiat mensa eorum coram.Roma.11 b
68 c Fiat commoratio eorum des.Act.1 d
68 e In siti mea potauerunt me.Ioan.19 f
77 a Aperiam in parabolis os.Matt.13 e
77 c Panem cœli dedit eis.Ioan.6 d
81 b Ego dixi,dij estis.Ioan.10 g
88 d Inueni Dauid seruum meum.Act.13 d
90 c Angelis suis manda.Matt.4 a.Luc.4 b
93 b Dominus nouit cogitationes sapientum quoniam uanæ sunt.1.Corin.3 d
94 d Sicut iuraui in ira mea.Hebr.4 a
94 c Hodie si uocem eius audie.Heb.3 b
96 b Et adorent eum omnes Ange.Hebr.1 c
101 d Tu in principio Domine terr.Hebr.1 e
103 a Qui facit Angelos suos spiritus.Hebr.1 c

Et episcopatum



Habet ad nouem Josephus
à Perez Jose



BIBLIA
SACRA

ANT
648